1867

Secunda pars Iacobini olim magistri Petri de Brze-
zinij prepositi Przemislien. canonici cracovien.
confessoris et predicatoris domini Kazimiri regis Polonie
magniducis Litwanie Russie Prussie domini et heredis
donata universitati studii et pro libraria collegii
artistarum arte pro eo.

N. Inw. 1385.

Pars 2

Jacobini Postille

Cor mundum
crea in me deus
et spiritum rectum
innova in visce-
ribus. Redde
michi leticiam
salutaris tui et
spiritu principali
confirma me. Qui spiritum sanctum
vult recipere debet orationi in-
stare. Sed quod nos docet xpc
Joh. xiiii°. Rogabo patrem et
alium spiritum dabit vobis. Do-
cet totus apostolorum cetus qui
medio tempore inter ascensionem
orationi instabat Actuum i°. Hii
omnes erant unanimiter per-
severantes in oratione. Docet
divina sapientia que ait Sapie.
vii°. Optavi et datus est michi
sensus, invocavi et venit
in me spiritus sapientie. Docet
universalis ecclesia que orando
clamat et docet Veni sancte
spiritus reple corda fidelium etc.
Docet et ipse propheta primo pe-
tit quedam ante eius adven-
tum cum dicit Cor mundum crea
in me deus, quedam in eius
adventu cum subdit et spiritum
rectum innova in visceribus
meis, quedam post eius ad-
ventum cum subiungit Redde
michi leticiam etc. Primo quidem
ante adventum spiritus sancti petit
duo scilicet cordis mundationem
cum dicit Cor mundum crea
et cordis creationem cum subdit
Crea in me deus. Primo ergo
petit cordis mundationem quia
cum vult spiritum cordis recipere
debet cor mundum et purum valde

habere. Et ratio est quia spiritus
sanctus est columba celestis, hos-
pes honorabilis, amicus dulcis
et balsami liquor suavis.
Quod sit columba celestis patet
Luce iii° ubi dicit Et descen-
dit spiritus sanctus corporali specie
sicut columba in ipsum. Quod
sit hospes honorabilis patet
Sap. viii° Volebam sumere bonum
hospicium constituisti et Ecclesiastici xx-
xii°. Tu si hospes et orna me-
sam et que manu gestas ciba-
ria eros. Spiritus enim sanctus animam
in qua hospitatur ornat virtu-
tibus decorando et pascit spi-
rituali dulcedine reficiendo.
Sed de multis potest dici quod
sequitur hospitantur et pascunt et
potant inimicos. Quod sit amicus
dulcis dicitur Sap. vii°. Infini-
tus thesaurus hominibus quo qui
usi sunt participes
effecti sunt amicicie dei. Ideo
In animas sanctas se transferunt
amicos dei et prophetas constituit.
Et eiusdem vii°. In amicicia
illius delectatio bona. Quod
sit balsami liquor suavis
dicitur Ecclesiastici xxiiii° Quasi bal-
samum non mixtum odor meus.
Amor enim spiritus sancti non vult
habere mixtionem amoris mundi.
Quia igitur spiritus sanctus est
columba celestis non requiescit in
luto id est in homine per peccatum
mortale inquinato. Hoc significa-
tum est Gen. viii° ubi dicitur
Cum cacumina montium appa-
ruissent emisit Noe columbam

que cum non invenisset ubi requi-
esceret pes eius ad archam reu-
sa est Cum enim terra adhuc erat
paludosa columba que non insi-
deat in luto sed in loco mundo re-
quiescere voluit Sic spiritus sanctus
non habitat in cadavere .i. in carnis
fetore instar porci qui habitat in
luto .i. in corpore immundo Math. viii
Mitte nos in gregem porcorum
Quia est hospes honorabilis non
vult habitare in hospicio pulvere
venalium resperso Ideo scriptum est
quod dicit dominus Math. x Excutite
pulverem de pedibus vestris. Iere-
mie Induta est caro mea putre-
dine quo ad immundiciam moralis
et sordibus pulveris quo ad
respersionem venalis Gregorius in
omelia Purgat ergo sordes pra-
vi operis qui deo preparat domum
mentis Quia est amicus dulcis
vult habitare in loco florido et
ameno Cantica i Lectulus
noster floridus Ysaie xi Flos de
radice eius ascendet et requi-
escet super eum spiritus domini quia
et balsami liquor suavis vult
habitare in loco solido et precio-
so Ecclesiastici l Quasi vas
auri solidum ornatum omni lapi-
de precioso Nullus enim balsamum
fundet in vase fracto et defec-
to Ideo cor debet esse solidum
per caritatem ornatum omni la-
pide precioso per virtutum varieta-
tem In corde igitur luto inqui-
nato non habitat sed fugit Sapi-
encie i In malivolam animam
non introibit sapiencia nec habitabit
in corde subdito peccatis. Et corde
pulvere asperso habitat sed non libenter
quia ibi a multitudine vena-
lium conturbatur Ecclesiastici iiii Insolite
gestare spiritum sanctum dei in corde puro
et florido habitat delectabiliter
Proverbiorum viii Delicie mee sunt
esse cum filiis hominum In corde so-
lido et precioso per caritatem et
virtutum varietatem habitat perseve-
ranter Io. xiiii Ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus
Nono petit cordis creationem cum dicit
Cor mundum crea in me deus Creare est de
nichilo aliquid facere Recte est
ergo ut peccator creetur quia cum
peccat nichil efficitur Nichil quidem
peccator est respectu dei, nichil
respectu sui, nichil respectu proximi
Respectu proximi nichil est in va-
lore, respectu sui est in vilitate, respectu
proximi nichil est in utilitate. Primo
quidem peccator est respectu dei in va-
lore tamen quia ipsum deducit ad
nichilum peccatum ad nichilum deductus
est in conspectu eius malignus
immo melius esset quod nichil esset
Math. xxvi Bonum erat illi si
natus non fuisset homo ille Unde
de primo angelo dicitur Ezechielis xxviii
Nichil factus es et non eris in
perpetuum. Tamen quia omnes peccatores
non valent unum iustum Ecclesiastici xvi
Melior est apud deum unus
iustus quam totus mundus peccatoribus
plenus Tamen qui peccator non est
sine suo de quo dicitur Ecclesiastes xii
Deum time et mandata eius
observa hoc est omnis homo Secundo
peccator nichil est respectu sui in virtute
a deo quia debilis et infirmus

est quod nec de loco se eluso
potest se movere quia est spiritus va-
dens et non rediens hoc vento
temptationis potest resistere primus
Iron sit impius non sic sed tan-
quam pulvis quem proicit ventus
a facie terre / Tertio peccator in re-
spectu communi in utilitate
debent quidem homines esse pal-
mites adherentes Christo viti sancte
per fidem. Sed quia peccator non ad-
hereret ad nil utilis est nisi ut
comburatur. Joh. xv. Si quis in
me non manserit mittetur fo-
ras sicut palmes ut arescet
et in colligent eum et in
ignem mittent et ardet. E-
zech. xv°. Fili hominis quid
fiet in ligno vitis et subditur
Ecce igni datum est in escam /
debet etiam esse sicut sal alios
condiens per exemplum sed quia effi-
citur sal infatuatum ad nichilum
ultra valet etc. / Debet esse terra
per fecunditatem bonorum operum sed
quia efficitur lutum ad nichil valet
nisi ut in plateis conculcetur. Co-
pella per psalmus Ut lutum platearum
delebo eos et in lacunam inf-
ernalem proicietur. Eze. vii°. Cuius
contra ut sterquilinium erit. Hoc
enim sanctus adveniens et peccato-
res facit ipsum templum dei valde
preciosum. Ecclesiastici xvi°. Me-
lior est unus timens deum
quam mille filii impii. Item
melior est apud deum unus
iustus quam totus mundus pecca-
toribus plenus / Templum fuit
valde virtuosum. Per verbo domi-
ni celi firmati sunt et spiritu oris
eius omnis virtus eorum. / Templum communi

valde fructuosum Apostolorum ii
Maior ut spiritus sanctus acceperunt
alios trahere ceperunt. Actorum secundo
Repleti sunt omnes spiritu sancto
et ceperunt loqui variis linguis
et cetera / Secundo propheta petit quedam
in cuius adventu cum dicit spiritum
rectum innova in visceribus
meis. Et duo petit scilicet cordis
rectitudinem cum dicit spiritum rectum
et cordis innovationem cum dicit
innova in visceribus meis / pe-
tit autem primo cor rectum quia
non est rectum vel quia est curvum
vel quando est obliquum vel quia
est non debita mensura proportio-
natum. Et simili cor est cursum
per amorem ad mundum quando
scilicet temporalibus cupiditatibus ni-
mis est intentum. Item pro primo
versum est cor meum in me-
metipso. Ut ergo cor spiritum sanctum
recipiat oportet esse erectum
per amorem celestium. Spiritus
enim sanctus de sursum venit
et ideo cor per amorem ad terram
inclinatum ipsum non recipit. Ad quod
significandum discipuli in superiori
parte domus spiritum sanctum rece-
perunt. Augustinus super Cant. Cave
et sapere que super terram sunt. Civi-
tas anime est sed meditari et
querere que sursum sunt. Recto
Deus ibidem. Quid indecencius quam
cum recto corpore gerere animam indi-
gne corpus quamvis inhitat bos
et bestialis spiritus. Augustinus. Belue
es homo amando talia qua-
lia belue. Beluas deus pro-
stratas fecit pastum querentes
de terra / te in duobus pedibus ere-
xit quia de terra tuam faciem

sursum et cor deorsum // Secundo
cor est obliquum per amorem
ad se ipsum / amor enim est ab alio
in aliud tendens igitur si aliquis di-
ligit amore ad se tunc flectit et
quandam obliquitatem facit / spiritus
autem sanctus adveniens omne ob-
liquum facit rectum ut homo non
diligat se propter se sed propter deum
talis erat apostolus Gal. 2o vivo
ego iam non vivit ego vivit
autem in me xpc // Tertio cor non e
rectum quando non est in mensura
debita proportionatum sunt quidam
qui non dant deo mensuram
plenam sed semiplenam ut sunt
qui dant fidem et non operationem
dant timorem et non dilectionem
dant exteriora opera et non inte-
riora vota / dant tremorem dele-
ctionem et non cordis affectum sed
spiritus sanctus adveniens habet
totaliter ample et plenam me-
suram facere Act. 2o repleti
sunt omnes spiritu sancto Sap. 1o
Spiritus domini replevit orbem
terrarum // Secundo petit cordis inno-
vationem cum dicit innova in vi-
sceribus meis Spiritus sanctus est
ignis dei ut dicitur Luce 12o
Ignem veni mittere in terram
est fons dei psalmus Domine apud
te est fons vite et in lumine
tuo etc. est auster dei Cant.
4o Surge aquilo et veni au-
ster et facit nos habitare in fo-
raminibus petre Quia igitur
spiritus sanctus est ignis dei re-
novatur homo instar argenti
deponendo scoriam [illegible] psalmus

Ysaie 1o Excoquam ad purum
scoriam tuam prov. 25 Aufer
rubiginem de argento et egre-
dietur vas purissimum // Secundo quia
est fons dei renovatur homo
instar aquile et cervi / Iam
aquila ad caliginem oculi
contra radiis solis in fonte
se mergit et caliginem deponit
Cervus eciam pugnans cum serpente
hausto veneno ad fontem venit
et venenum abicit In ipso enim
igitur fonte spiritus sancti anima renovatur
instar aquile cum omnem cali-
ginem intellectus et [illegible]
affectus abicit psalmus renovabitur
ut aquile iuventus tua Ephe-
sios 4o Renovamini spiritu mentis
vestre / renovatur eciam instar cervi
cum omne venenum adiu deponit
psalmus quemadmodum desiderat
cervus ad fontes aquarum
ita etc. Tertio in quantum est auster
dei renovatur homo instar acci-
pitris plumas veteres viciorum
abicientis et novas inducentis
Iob 39 Numquid plumescit
per sapientiam tuam expandens a-
las suas ad austrum Et cant
4o licet is qui deforis est
vir homo corrumpatur tamen is qui
intus est renovatur de die in
diem Christo in quibus facit
nos habitare in foraminibus
petre i. in vulneribus Christi
renovatur homo instar serpentis
qui transiens per foramen deponit
veterem pellem Sic homo habitans
in meditatione in vulneribus
Christi renovatur deponendo ve-
terem conversationem et novam

ass[?] muendo Ephe iiij° Deponite
vos secundum pristinam conversacionem veterem
hominem et induite novum hominem
qui secundum deum creatus est ¶ Tercio
contra petit quedam propter eius
adventum cum dicit Redde michi
leticiam salutaris tui etc. ubi pe-
tit duo scilicet cordis exultationem
cum dicit Redde michi leticiam
salutaris tui Et gratie confirmationem
cum dicit Et spiritu principali
confirma me Non enim petit
gaudium mundi sed dei cum dicit
Redde michi leticiam s. t. Gau-
dium namque mundi a deo est
maledictum Luce vj° Ve vobis
qui ridetis Item ibidem ve vobis
divitibus qui habetis hic consola-
tionem vestram Est enim instar insa-
nie frenetici Gaudet enim de eo
de quo esset dolendum Proverbiorum ij°
letantur cum male fecerint et
exultant in rebus pessimis
est in luctum convertendum Proverbiorum
xiiij° Extrema gaudij luctus
occupat. De gaudio autem spiritu-
ali dicit Augustinus in libro confessionum
hec est sola beata vita gaude-
re de te et propter te. Bernardus
Illud verum vir[?] solacium gau-
dium est quod non de creatura
sed de creatore concipitur cui
comparata omnis alia iocundi-
tas meroris meror est omnis
suavitas dolor omne dulce
amarum omne decorum fetidum
omne aliud quodcumque delectare
potest molestum ¶ Quarto petit gratie
confirmationem cum dicit Et spiritu
principali confirma me. Spiritus

sanctus comparatur instar aque pupil-
le flamme et lucerne. Est enim aqua
Joh. iiij° Qui biberit ex aqua
quam ego dabo ei non siciet in eter-
num que sic comparatur propter decursum
Sic et spiritus sancti gratia propter bonorum operum
exercitium Sicut enim aqua stancia
putrescit que autem decurrit in suo
vigore persistit Sic ociositas gratiam
perdit bonum autem opus custodit
Ecclesiastici xxxiij° Multam mali-
ciam docuit ociositas Ideo nos
monet apostolus 2 Cor vj° Horta-
mur vos ne in vacuum gratiam dei
recipiatis ¶ Secundo spiritus sancti
gratia est sicut pupilla que habet
illuminare et dirigere Psalmus Spiritus tuus
bonus deducet me in terram
rectam. Sicut ergo pupilla conservatur
per palpebre appositionem sic gratia
per elemosine largitionem Ecclesiastici xvij°
Elemosina viri quasi sacculus cum
ipso et gratiam hominis quasi pupil-
lam conservabit ¶ Tercio est sicut
flamma sive ignis qui sicut conser-
vatur per appositionem lignorum Sic
et gratia spiritus sancti per fervorem desi-
deriorum Levit. vj° Ignis in altari
meo semper ardebit quem nutriet
sacerdos subiciens ligna mane
per singulos dies Ecclesiastici xxviij°
Secundum ligna silvarum sic ignis ex-
ardescit. Item autem lignis deficien-
tibus deficit ignis Proverbiorum xx-
vj° Cum defecerint ligna extin-
guetur ignis ¶ Quarto est sicut
lucerna illuminat ea que in domo
[illegible] sunt Mat. v° Neque accen-
dunt lucernam etc. Sicut ergo

lucerna conservatur per olei infusionem sic gratia spiritus sancti per devotionem. Et quod devotio per oleum significatur quia altam facit rebus mundi super enatare et in celum ascendere Philipp. iiio Nostra conversatio in celis est. Ioh. iiiio Fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Ad quam nos perducat. Sermo secundus de eodem.

Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos. Verbum istud legitur Ysaie lxvio secundum aliam translationem. De quo dicitur super quos spiritus sanctus requiescat et per consequens super quos non requiescat. Tria ergo super hoc videnda sunt. Primo in quibus spiritus sanctus requiescit. Secundo in quibus non requiescit. Tertio de ista humili quiete. Circa primum notandum quod sicut patet in auctoritate premissa spiritus domini requiescit super humilem super quietis amatorem et super preceptorum dei observatorem. Requiescit super humilem Iacobi iiiio Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Hoc signatum est Gen. 1o ubi dicitur Spiritus domini ferebatur super aquas non ferebatur super terram quia non requiescit in corde terrenis affectibus occupato nec ferebatur in aere quia non requiescit in corde per superbiam et ambitionem erecto nec ferebatur in igne quia non requiescit in corde igne concupiscentie inflamato sed ferebatur super aquas quia in corde molli ductili et mansueto. Unde dicitur Tren. iio Effunde sicut aquam cor tuum. Ac si diceret non effundas cor tuum sicut terram ut faciunt avari nec sicut aerem ut ambitiosi nec sicut ignem ut faciunt luxuriosi sed sicut aquam ut faciunt ductiles et mansueti. E contrario spiritus malignus fertur super terram quia data est sibi ad manducandum Gen. iiio Terram comedes cunctis diebus vite tue per quod signatur quod terrenos et avaros sibi incorporat. Ysaie lxvo Serpenti pulvis panis eius. Et Thimo. vio Qui volunt divites fieri incidunt in temptationem et laqueum dyaboli. Secundo fertur super aerem quia datus est sibi ad habitandum Ephes. iio Secundum principem potestatis huius aeris spiritus per quod signatur quod ipse principatur aeri id est superbis et elatis. Iob xlio Ipse est rex super omnes filios superbie. Tertio in igne iehenne concupiscentie et male lingue. Sed in igne fertur ad comburendum quia ibi comburuntur et torquentur. Mathei xxvo Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. In igne concupiscentie fertur ad temptandum et inflamandum. Osee viio Omnes adulterantes quasi clibanus succensus est a coquente. Sed tota nocte dormivit coquens eos mane ipse succensus quasi ignis

flame Sic istud ignem concupiscen-
tie multos cremant Math. xvii°
Domine miserere filio meo nam
sepe cadit in ignem Sic in ignem
male luxurie frequenter ad succendendum
Iac. iii° Lingua ignis est uni-
versitas iniquitatis In aqua autem
non semper quia in corde ductili
et mansueto non requiescit
sed ibi submergitur et conculcatur
xv° Exodi Submersi sunt quasi
plumbum in aquis vehemente-
bus quia omnes ceteris virtutibus hu-
militate magis prosternitur
Ps. Contribulasti capita draco-
num in aquis. Tercio requiescit
super quietis amatorem Sic deo
post quam dyabolus hominem statim
commovit et quietem Sic in tempore
significationis apostoli receperunt spiritum
sanctum sedentes / in tempore etiam
filii israhel non receperunt
manna quam diu fuerunt in
egypto et quam diu habuerunt
secum farinam egypti et do-
nec transierunt mare egypti
Item in egypto non est quies
nec cum farina egypti est quies
nec citra mare egypti est quies
Illi sunt in egypto qui adhuc
sunt in peccato qui quidem in quiete
esse non possunt Ysa. xlviii° Non
est pax impiis dicit dominus E-
iusdem lvii° Cor impii quasi mare
fervens quod quiescere non potest
nec mirum quia qui cum deo
gwarram habet secum pacem
habere non potest Job ix° Quis re-
stitit ei et pacem habebit
Illi retinent farinam egypti
qui adhuc retinent reliquias
et occasiones peccati de quibus
sepe fit panis dyaboli ut sunt
male cogitationes Tales enim
non sunt in quiete sed in mul-
tiplici turbatione Job xvii° Co-
gitationes mee dissipate sunt
et torquentes cor meum Eiusdem
cogitationes varie succedunt
michi et mens in diversa rapitur
Illi non dum transierunt mare
egypti qui adhuc premuntur curis
et solitudinibus rebus temporalium
uxorum et filiorum / tales enim
non sunt in quiete sed in mul-
tiplici fluctuatione Joh. xvi° In
mundo pressuram habebitis
in me autem pacem Tales mundi
spiritum accipere non possunt Joh. xiiii°
Spiritum veritatis quem mundus non potest
accipere quia ista movent amplius
[illegible] quarto. Operam detis
ut quieti sitis Aug. in libro
confess. Iussisti domine ut sic est
ut pena sit sibi omnis inor-
dinatus animus Item omnia ordi-
nata sunt inquieta ordinata
non quiescunt Circa igitur vult
ut spiritus sanctus super eum requie-
scat sit quietus .i. expellat de
tenebrositate peccati obiciat reli-
quias quod et occasiones peccati et de-
serat amorem curas mundi Quarto
requiescit super preceptorum dei
conservatorem Joh. xiiii° Si quis
diligit me sermonem meum
servabit et pater meus diliget
eum et [illegible] Spiritus sanctus est

ignis qui ignis non melius accen-
ditur quam igne et spiritus sanctus
non melius acquiritur quam amore
ideo post quam dixit Si quis dili-
git me continuo addidit et pater
meus diliget eum Item qui
diligit me diligetur a patre
meo Quia vera probatio dilec-
tionis exhibitio est operis ut
dicit Gregorius et ideo postquam
dixit Si quis diligit me sta-
tim intulit sermonem meum
servabit Item qui habet madata
mea et servat ea ille est qui
diligit me Cum autem custodia ma-
datorum est preparatio ad spiritum
sanctum ideo subiunxit Et ad eum veniemus
etc. Si quidem in tales venit
spiritus sanctus inflammando venit
filius illuminando venit pater
in amore et cognitione confirman-
do Quod autem custodia ma-
datorum sit preparatio ad spiritum sanctum
dicitur Iohannis xiiii° Si diligitis
me mandata mea servate
deinde subdit et ego rogabo
patrem meum et alium paraclitum
dabit vobis In quo significatur
spiritus sanctus decimo die ab a-
scensione datus est quia illi
spiritum sanctum receperunt qui de-
calamum mandatorum observant
Secundo videndum est in quibus
non requiescit Circa quod no-
tandum quod non requiescit in eo
qui hostium cordis in facie ei
claudit Tales sunt qui indu-
rati et obdurati ~~spiritui sancto~~ spiritui
sancto ad cor volenti eorum
venire contrarie resistunt Actuum

sancto dura cervice incircumcisi cor-
de et auribus vos spiritui sancto
resistitis Secundo non requiescit in
eo qui spiritum sanctum iam receptum
manibus id est pravis operibus a
se repellit Tales spiritui sancto
magnam contumeliam faciunt Ebre-
orum x° Quanto magis putatis de-
teriora mereri supplicia qui fi-
lium conculcavit et spiritui sancto ~~gratie~~
contumeliam fecit Tertio non
requiescit in eo qui domum
cordis sui luto peccati mortalis
inficit Tales eum spiritum sanctum qui-
dem est in se ipsis extinguunt propter
quod monet Apostolus dicit prima
Thessalonicenses v° Spiritum nolite extin-
guere Quarto non requiescit
in eo qui domum cordis putride
venalium aperit Tales eum
spiritum sanctum in quantum est in ipsis
contristant Ideo perfectam leticiam
et consolationem a spiritu sancto ~~nec~~ non
merentur accipere qui multiplica-
tione venalium eum non desinunt
contristare Ideo monet Apostolus
Ephesios iiii° Nolite contristare spiritum
spiritum sanctum dei etc. Tertio viden-
dum est de diversitate quietis
Circa quod sciendum quod in
quibusdam non quiescit In qui-
busdam quiescit sed non perfecte
quiescit in quibusdam autem
perfecte quiescit Si quidem in pecca-
toribus est pugna continua In
sanctis peregrinantibus est requies
semiplena In sanctis triumphanti-
bus est requies plena et
perfecta In peccatoribus ubi ergo in quibus
est pugna continua non requiescit
in sanctis peregrinantibus in quibus
est requies semiplena quiescit

sed non perfecte. In sanctis tamen
pugnantibus in quibus est requies
plena quiescit perfecte. Istud si-
gnatum est Genesis viii ubi dicitur
quod Noe ter vicibus emisit
columbam de archa. Primam cum
apparuissent cacumina montium
eam emisit sed quia adhuc ter-
ra sicca non erat et quoniam
paludes erant cum non inveniret
ubi requiesceret pes eius rever-
sa est ad archam quia non mo-
ratur in paludibus vel locis lu-
tosis. Post modum eam emisit
que ad archam veniens ramum
olive in ore suo detulit / Ultimo
eam emisit et ultra non rediit.
In prima igitur emissione columba
nullatenus ~~requiescit~~ requievit / in
secunda requievit sed non perfecte sed
requievit / requievit quidem quia
super arborem sedit sed non
perfecte requievit quia iterum ad
archam rediit. Per quod datur
intelligi quod spiritus sanctus per
columbam designatus in pecca-
toribus nullatenus requiescit qui
sunt in mundo et ideo inconti-
nua pugna eorum sicut dicitur
Isaie lvii Cor impii quasi
mare fervens quod quiescere non
potest et redundant fluctus eius
in conculcationem et lutum. In
quibus verbis propheta ponit multa
que faciunt in talibus pugnam
scilicet amaritudinem et perturba-
tionem conscientie. Unde dicitur quasi ma-
re fervens concupiscentiarum aut fer-
vens conculcationem temptationis
diabolice cum subdit et redundat
fluctus eius in conculcationem

et in mundiciam culpe quod ait
et lutum. Animo enim tam nobi-
lis dedignatur associari immunditie
peccatorum. In cordibus vero sanctorum pe-
regrinantium quiescit sed non perfecte
quiescit. Renati enim in deo
quietem habeant tamen perfectam
esse non possunt quamdiu caro
concupiscit adversus spiritum et spiritus
adversus carnem. In Christo tamen
quievit et perfecte quievit quia
nullam talem repugnantiam habuit.
Ideo dicitur Isaie xi Requiescet
super eum spiritus domini. In archa
cum Noe omnia animalia fuerunt
pacifica quia in Christo qui est
archa sanctificationis omnes
motus qui in aliis fuerunt
bestiales ordinati fuerunt et
rationi concordes / Unde in evangelio
Nazareorum quod Ebraice scrip-
tum est ita dicitur Factum est cum
ascendisset de aqua dominus de-
scendit fons omnis spiritus sanc-
tus et requievit super eum
et dixit ei Ego expectabam te
fili mi in omnibus prophetis ut
venires et requiescerem in te
tu es enim requies mea tu pri-
mogenitus qui regnas in sempi-
ternum. In sanctis autem qui sunt
in patria requiescit perfecte quia
nulla est in eis pugna sed
perfecta requies et concordia Ysaie
xxxii Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis in taber-
naculis fiducie et in requie
opulenta / Multi sunt qui fa-
ciunt pacem tamen superati et
victi / tales non faciunt pacem
pulchram sed ignominiosam

Qui vero pacem faciunt tamquam
victores et triumphatores quia
scilicet mundum carnem et dyabolum
superaverunt tales faciunt pacem
pulcram et ideo dicitur Sedebit
populus in pulcritudine pacis Sed
quia victores de hostibus
quos superaverunt non confidunt
ideo subditur In tabernaculis
fiducie Quia vero tales in quibus
plures convenerunt multa reppo-
nere expendere et ad ino-
piam devenire ideo subditur
in requie opulenta Ysa. 32 etc.

Repleti sunt omnes spiritu
sancto etc. Non perfecta libe-
ralitas in tribus consistit quando
dat qui dat multum multis et
preciosa Si enim daret modicum
liberalis non esset rursum si da-
ret multum et daret paucis li-
beralis non esset Item si daret
multis et multum et daret vi-
lia liberalis dici non posset
Deus hec perfecte liberalis fuit hoc
tempore maiore suam liberalitatem
ostendit primo ex eo quod dedit mul-
tum Quod notatur cum dicitur Reple-
ti sunt etc. Secundo ex eo quod dedit
multis ideo dicitur omnes Tercio
ex eo quod dedit preciosum ideo dicitur
spiritu sancto ostendit ergo primo
liberalitatem suam ex eo quod
dedit multum quia repleti sunt
Magnum est hec guttam sancti
spiritus magnum scilicet in dignitate
quia qui habet spiritum sanctum habet deum
Magnum in valore quia est pre-
cium regni celestis Magnum in
virtute quia sitim mundane a-
varicie sedat Augustinus Qui bibe-
rit de flumine paradisi cuius gut-
ta maior est occeano Respicit
ut in ea sitis cuiuslibet mundi pe-
nitus sit extincta Item quod contra
omnia adversa roborat Augustinus
Talis est gratia spiritus sancti que si
tristiciam invenerit dissolvit
si desiderium pravum consumit
si trepidacionem abicit Si igitur
tantum valet una gutta quantum
valet fluminalis habundancia
quantum valitura est immensio in pe-
lagus infinita Ecce quis possum
assignare differentiam quam repleti
quam sunt sancti viri quam sunt
beati et quam sunt mundani Sed
cum viri in presenti vita quibusdam
guttis divine dulcedinis sunt
aspersi ut possit quilibet dicere illud
Canticorum 5 Caput meum plenum
est rore et cincinni mei guttis
noctium Apostoli vero erant fluminali
habundancia pleni Iohannis 7
Qui crediderit in me flumina
de ventre eius fluent aque
vive hoc autem dixit de spiritu
sancto quem accepturi erant creden-
tes in eum Ysaie 30 Spiritus eius
velud torrens inundans us-
que ad medium colli Beati vero
usque supra collum beati scilicet sunt
in abyssum et in pelagus divini
amoris immersi Mathei xxv
Intra in gaudium domini tui Anselmus
plenum quippe corde plena
mente pleno toto homine gau-
dio illo adhuc supra modum
supererit gaudium Non enim gau-
dium intrabit in gaudentes
sed ipsi gaudentes tota intra-
bunt in gaudium peccatores autem
et mundani quibusdam respergis

dinie dulcedinis sunt minor Ju-
ditas cum que in creatura invenitur
est quedam umbra et quod-
dam vestigium future dulcedinis/
quam tamen cum magna avi-
ditate lingunt Si igitur tantum
delectantur in umbra et vesti-
gio quantum debet delectari
pervenire ad civitatem et ad fa-
ciem dei quare hanc dulcedinem
umbraticam debent manna
duci et pervenient ad dulce-
dinem veram/ Fuit autem
apostoli repleti quadruplici me-
sura de qua dicitur Luce quinto

c

mensuram bonam et confertam et
coagitatam et supereffluentem
dabunt in sinum vestrum mensu-
ram quidem bonam habuit in
sui sanctificatione Ro v° Cari-
tas dei diffusa est in cordi-
bus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis Confertam habuit
in aliorum conversione dedit eis super
id quod eis necesse erat ad sanctifi-
cationem reddit ea que necessaria e-
rant ad aliorum conversionem scilicet
eloquentiam in ardorem zeli
quia ista duo apparuit spiritus sanctus
in linguis igneis auctoritatem
remittendi Joh. 20 Accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis
peccata remittuntur eis scripturarum
intelligentiam Luce 24 Et
aperuit eis sensum ut intel-
ligerent scripturas In adipiscendo
constantiam Actuum v° Ibant apostoli
gaudentes a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt etc. et in
miraculis ostendit magnam
potentiam Actuum v° Per manus
autem apostolorum fiebant signa et

prodigia magna in plebe/ Tertio
habuerunt mensuram coagita-
tam in gratie confirmatione quia
numquam deinceps mortaliter pec-
care poterant/ Ps. 32 Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris
eius omnis virtus eorum Job 37
Tu forsitan cum illo fabricatus
es celos qui solidissimi quasi
ere fusi sunt/ Quarto ha-
buerunt mensuram supereffluen-
tem quia instar fluminis
totum mundum impleverunt per eum
flumine dei repletum est aquis
De isto flumine derivati sunt multi
rivuli scilicet sancti doctores unde
sequitur Rivus eius inebrians
De istis rivis derivata sunt
multa stillicidia i. modernorum
doctorum dicta De quibus sequitur In stil-
licidiis eius letabitur germinans/
Secundo ostenditur liberalitas
dei in hoc quod dedit multis quod
notatur cum dicitur Omnes hii de quibus
repleti sunt spiritu sancto Ergo pec-
catores qui non sunt repleti
non sunt de numero omnium nec
de numero universi Ergo nihil
sunt quod ecce patet quia omnia
que sunt aut debent esse aut
vivere aut sentire aut ratiocinari
aut intelligere/ Peccator autem

d

non habet esse quia omne esse est
a forma/ Forma autem spiritualis
esse spiritualis est caritas phil.
iii° Observate eos qui ita am-
bulant sicut habetis formam vestram
Cum igitur peccator non habet formam
esse spiritualis non habet esse spirituale
licet cum esse habet naturale non tamen
habet bene esse nec habitum quod
est felicitatis esse/ Secundo non habet

peccator non habet esse

viue deo cum sint signa vite
scilicet sensus et motus sic peccator
caret nec habet sensum diuine di-
lectionis nec habet motum bone o-
perationis et ideo est sicut ydolum
post simulacra gentium argen-
tum et aurum opera manuum homi-
nis os habent et non loquentur oculos
habent et non videbunt aures
habent et non audiant et cetera Ecce quod
non habent sensum pedes habent
et non ambulabunt et cetera Ecce quod
non habent motum Sapientie xv°
Quod cum confidunt in ydolis que
sine anima sunt male iuuantes
nocere se non sperat Ipsi cum
confidunt in se ipsis cum ipsi sint
velud ydola sine anima quia
non habent sensum nec motum
et sunt male iuuantes in eo
quod iuramentum quod in baptismo
susceperunt non seruat et tamen non
putant nec sperat se nocere
sed tamen spe sua frustrantur
Tercio peccator non est sentiens non
enim sentit dyabolicas temptatio-
nes nec decepciones Prouerbiorum 23°
Verberauerunt me sed non dolui
traxerunt et ego non sensi
Quarto non habet racionem quia
non est racionalis sed bestialis
psalmus Facti sunt sicut equus
et mulus in quibus non est in-
tellectus Quinto non habet intelli-
gere vera enim intelligencia est
deum timere et a malo recedere
Iob 28 Ecce timor domini
ipse est sapientia et recedere a
malo est intelligencia Cum
igitur peccator nec deum timeat
nec a malo recedat Ergo constat
quod omnino non habet intellectum
vir insipiens non cognoscet

et stultus non intelliget hec
Tercio ostenditur liberalitas dei in
hoc quod dedit sapientibus donum vtile
necessarium est et preciosum
quod notatur cum dicitur Spiritu sancto
Tale enim donum sapientibus fuit
necessarium quia passuri erant
multiplices contrarietates et impedimen-
tum scilicet potenciam tyrannorum
maliciam demonum sapientiam
philosophorum duriciam iudeorum simula-
cionem fratrum falsorum Hoc
figuratum est Danielis viii° In illo
hyrco qui habebat cornu in-
signe quod fractum est in passione
sed quatuor cornua orta sunt
Primum potestas in paganis siue
in gentibus 2m potestas in iudeis
3m potestas in prauis et hereticis
Quartum simulacio in fratribus
falsis De vno autem istorum scilicet
cornu iudaico ortum est cornu
quod factum est grande contra me-
ridiem contra orientem contra
fortitudinem quia potestas persequen-
di christianos primo orta fuit
a iudeis Postea deriuata fuit ad
paganos postmodum ad hereticos
modo ad malos christianos qui
ecclesiam impugnant non erroribus
sed malis moribus Sed ipsi ad-
iutorio spiritus sancti potenciam ty-
rannorum superauerunt per pacienciam
et constanciam quam habuerunt contra
eum quia est esse paciencia
contra irrisiones verborum et fla-
gellorum Sed tamen est esse forte
contra ad perferendum mortis suppli-
cium Iustam triplicem constanciam
apostoli postquam aduentum spiritus sancti
habuerunt cum possunt esse vere cum
libet sapienti dicentibus in primo

factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei .i. adventu spiritus sancti instar cere liquide et cera mollis fragilis et infirma. Sed postquam sine igne spiritus sancti exercitus aruit tamquam testa virtus mea et lingua mea adhesit faucibus meis et in pulverem mortis deduxisti me. Ipsi enim contra illorum irrisiones facti sunt valde pacientes quia nullum verbum maledictionis vel impacientie de ore ipsorum exiebat. Et ideo dicitur Et lingua mea adhesit faucibus meis. Contra verbera et flagella facti sunt valde firmi solidi et constantes. Et ideo dicitur Aruit tamquam testa virtus mea. Qui enim prius contra timorem flagellorum erant tamquam cera mollis facti sunt postmodum tamquam testa solida et firma. Et mortis etiam supplicium perferendum facti sunt a deo fortes quod potius dimittebant se occidi quam in aliquo adversariis cederent. Et ideo dicitur Et in pulverem mortis deduxisti me.

Secundo sapientiam mundanorum philosophorum superavit per divinam sapientiam. Luce 21. Ego enim dabo vobis os et sapientiam cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri. Multa perfectio eloquentia cum sapientia et constantia virum. Sapientia sine eloquentia est in utilitatem, eloquentia sine sapientia est garrulitatem, sapientia et eloquentia sine constantia est aviditatem. Dicit ergo dominus Ego enim dabo vobis os .i. eloquentiam ne sitis inutiles et infructuosi. Dabo sapientiam cum eloquentiam ne sitis tamen garruli et verbosi. Dabo etiam vobis constantiam cui non poterit resistere et contradicere omnes adversarii vestri ne sitis timidi et formidolosi.

Tertio duritiam iudeorum superavit per miraculorum efficaciam quia miracula faciebant fieri per spiritum sanctum. Luce 11. Si ergo in digito dei eicio demonia .i. in spiritu sancto. Hec autem miracula ad presens pessimi non fuit quia modo etiam magis indiget ecclesia doctoribus et quilibet debet magis desiderare virtutum quam operationem miraculorum et quilibet debet magis desiderare bene vivere quam miracula facere. Gregorius: Probatio sanctitatis non est miracula facere sed unumquemque ut se diligere de deo aut vera et de proximo meliora quam de seipso sentire.

Quarto simulationem phariseorum fraterna superavit per sanctitatem veram quam quidem habuit a spiritu sancto. Job 26. Spiritus domini ornavit celos. Ornamenta celorum sunt virtutes predicantium tanta quidem fuit eorum vite perfectio quod perfecto ipsa per se manifestatur in eis. Sed etiam super aliis sicut manifestatur sol in suo splendore, ignis in suo calore et rosa in suo odore. Quantumcumque igitur deus sit est liberalis quod ipse dat multum multis et preciosa. Similiter et nos liberales esse debemus ut demus multum. Tobie 4o. Si multum tibi fuerit habundanter tribue. Multis Psalmista: Dispersit dedit pauperibus

utilia et preciosa contra dicitur
Ecclesiastici xx° est datum quod non
est utile In eodem datur insipi-
entis quod non erit utile tibi aut
ista liberalitas est meritoria
quando fit propter deum non enim dicen-
dus qui ad capiendos pisces
vel aves habundanter escam
proponit vel qui vinum pleno
vasi infundit vel qui aurum
in latrinam proicit vel qui fru-
mentum vento exponit sic nec
dicendus est liberalis qui multa
multis dat et eorum voces ampli-
ficacionis vel favorem lucratur Jeremie v°
Inventi sunt in populo meo im-
pii insidiantes quasi aucupes
laqueos ponentes et pedicas
ad capiendos viros sicut ille
qui propter inanem laudem divitibus
largitur propter hec quibusque dare non
est aliud quam perdere nec ille
qui sinistra intencione hystrio-
nibus et aliis personis turpibus
honestis tribuit Ecclesiastici 12 Bene
fac humili et ne dederis impio
sicut ille qui propter ventum vane
glorie multa impendit Osee 13
Adducet dominus ventum urentem
de deserto ascendentem Sermo
quartus de eodem sequitur

ca

Repleti sunt omnes spiritu
sancto De hac plenitudine
spiritus sancti tria videnda sunt
scilicet que sunt recipiencia que
impediencia et que signa.
Recipiencia vera sunt plura
Oportet ergo quod cor primo instar
vasis sit erectum non cursum Deus
cum creavit in homine cor am-
plius superius et strictum inferius
Ad hoc quod spiritus sanctus ad nobi-
liora et superiora membra
amplius dilataret et ut homo
ad divinam inspiracionem accipi-
endam habilior esset Cum igitur
spiritum i. amorem suum non dilatat
ad amandum superiora sed inferiora
vel qui divinam inspiracionem non
recipit sed ei contradicit huius
cor non est erectum sed cursum
Hebreos primo Tu autem in principio terram
fundasti in hoc mundo deus
creavit hominem statura recta
faciem elevatam radices i. ca-
pillos superius ut ex hiis detur
intelligi quod homo debet habere
intencionem rectam affectionem
ad celum elevatam et quod deus
facit eum celestem plantam
Secundo oportet quod sit vacuum non ple-
num sicut dicitur quarti Regum iiii°
Elizeus qui interpretatur deus
meus implevit vasa vacua
non repleta Augustinus Caritas iste
amor mundi non est quam intrat
amor dei vacuus esse sed plenum
esse sive das quod habes ut re-
cipias quod non habes / fundi a-
morem seculi ut repleatis
amore dei Debet igitur vas
cordis nostri evacuari quia aqua
amoris dei stare non potest
cum aqua amoris mundi Illa
cum sitis est causativa hec autem
sacietatis repletiva Johannis iiii°
Omnis qui bibit ex hac aqua
hec non sitiet in eternum Illa est
transitoria ista manens et eterna
Jeremie ii° Me dereliquerunt
fontem aque vive et fode-
runt sibi cisternas dissipa-
tas que continere non valent a-
quas Illa turbida Ieremie ii Quid
tibi in via Egipti ut bibas
aquam turbidam Ista clara
et splendida Apocalypsis xxii°

Ostendit michi fluuium aque
viue splendidum tamquam cristal-
lum. Ista est amara ysaie xx-
iiii° amara potio bibentibus
illam. Hec autem dulcis et ame-
na ecclesiastici xxiiii° Qui edunt
me adhuc esurient et qui
bibunt me adhuc sicient. Tercio
oportet quod sit apertum non clau-
sum. Quatuor enim sunt que
de facili se infundunt scilicet aer
dum modo attrahatur / lux dum
modo fenestra aperiatur / aqua
dum modo loca aut depressa inve-
niat / et ignis dum modo ligna
sicca reperiat. Sic spiritus sanctus
instar aeris statim se infundit
dum modo attrahatur desiderio cor-
dis. psalmus Os meum aperui et
attraxi spiritum. Instar lucis dum
modo aperiatur hostium voluntatis
apocalipsis iii° Ego sto ad hostium
et pulso si quis aperuerit
michi intrabo etc. Instar aque
dum modo inveniat cor depressum
i. humile et mansuetum psalmus
Qui emittit fontes in convalli-
bus etc. Instar ignis dum modo
inveniat ligna sicca bonorum
operum ecclesiastici xxiiii° Sicut ligna
siluarum sic ignis exardescet /
Tercio oportet quod sit integrum
non confractum. Pectus enim morale
est frangit cor in quo sunt
tot foramina quot peccata mor-
talia quod que quidem foramina per
gratiam dei modo curantur ecclesiastici
xxi° Cor fatui quasi vas con-
fractum omnem sapientiam
non tenebit et demones
illud ingrediuntur et egrediuntur
Job xx° Vadunt et veniunt
super eum horribiles / Quarto oportet
quod sit mundum non immundum. Cum
enim sit sanctus sanctitatem et pu-
ritatem requirit. i Thessa. iiii°
Hec est enim voluntas dei sancti-
ficatio vestra et subdit Non enim
vocavit nos in immundiciam
sed in sanctificationem. Ideo propheta
volens petere spiritum sibi infundi
primo petit vas cordis sibi
mundari dicens Cor mundum
crea in me deus et spiritum
rectum innoua in visceribus
meis / Secundo videndum est que
sunt impedimenta. Illa autem
sunt tria peccata scilicet luxuria
superbia et avaricia. i Jo. ii°
Qui diligit mundum non est perfecta
caritatis in eo quia omne quod
est in mundo aut est concupiscen-
tia carnis aut concupiscentia
oculorum aut superbia vite. Ista
enim tria vicia specialiter impe-
diunt spiritum sanctum ymo iam
receptum male remuneratur
et remuneratum expellunt /
Primo igitur ne recipiatur impe-
diunt sic ostendit Crisostomus super
mathei ponens tria exempla
Primum est si leoni ostendatur
pratum virens non curat eius
aspectum quia non est in natura
sua comedere herbas sed carnes /
Secundum est quod pluvia
super lapidem venit lapis
a foris lavatur intus autem
siccus permanet / Tercium est
quod si vase pleno aceto gutta
mellis immittitur vel perditur
et acetum non immutatur. Ex istis
tribus patet quod impedimentum
spiritui sancto prestat cum cor est

animale sive carnale per luxuriam
sive gulam. Tertio tales cum cor instar
bestiis non appetit celestes amici-
tates sed carnales voluptates
i Cor. ii° Animalis homo non
percipit ea que sunt spiritus dei
Stulticia enim est illi et non potest
intelligere. Item cor igitur luxuriosi
spiritus sanctus non ingreditur. Ecclesiastici
xix° Qui audiat luxuriosus et displi-
cebit ei. Secundo tales ponunt ter-
se ~~aterrimi~~ aterrimi luteum. Ecclesiasti-
ci ix° Omnis mulier que est omnibus for-
nicaria quasi stercus in via con-
culcabitur. Spiritus enim malignus
instar serpentis querit loca um-
brosa et humida Job xl° Sub
umbra dormit in secreto ca-
lami in locis humentibus. Spiritus
autem sanctus concupiscit loca arida
propter hoc in terra deserta et in via in-
aquosa etc. Spiritus etiam malignus
instar corvi delectatur cadaveribus
fetidis id est hominibus luxuriosis.
Spiritus vero sanctus instar columbe
pascitur granis mundissimis id est
cordibus puris. Spiritus etiam mali-
gnus intrat porcos id est homines
immundos et luxuriosos Matth.
viii° Demones rogabant eum
si eicis nos mitte nos in por-
corum gregem. Spiritus autem sanctus
intrat in columbas id est in animas
sanctas et mundas Luc. iii° In
animas sanctas se transfert. Tales
igitur luxuriosi et gulosi quia
sunt serpentini adeo maledi-
cuntur Gen. iii° Maledictus eris
inter omnia animantia et bestias
terre. Illa igitur autem maledictio est
de qua dicitur Matth. xxv° Disce-
dite a me maledicti etc. quia

sunt porcini unquam in
eternum per primam revocantur Matth.
viii° Dimisit eos qui egredieba-
tur et non revocabuntur quia sunt
porcini in inferni barathro de-
mergentur Matth. viii° Ecce impetu to-
tus grex porcorum in preceps et
mortui sunt in aquis. Secundo
impedimentum prestat quia cor
est durum per superbiam. Tales
enim instar lapidis sicut perma-
nent propter quod anima mea sicut terra
sine aqua tibi. Tales ponunt
murum lapideum id est cor et animum
durum Job xli° Cor eius in-
durabitur sicut lapis. Ecclesiastici
iii° Cor durum male habebit
in novissimo. Quod autem sit
istud malum dicitur Prov. xix°
Mali pereuntes stultorum cor-
poribus sunt enim malum ab in-
teriori scilicet perturbatione conscientie
Osee viii° Semper presumit scena
perturbata conscientia malum a su-
periori ~~sapientia~~ ratione iustitie propterea
tamquam vas figuli confringetis eos
malum ab exteriori scilicet tribula-
tionibus dicitur Ysa. xix°. Dabo
egyptum in manu crudelium
dominorum. Superbi igitur gratiam spiritus sancti
recipere non possunt. Tertio quia
sunt spiritu vanitatis et ideo non
possunt recipere spiritum veritatis Joh.
xiiii° Spiritum veritatis quem mundus
recipere non potest. Quarto quia diffidenti-
a et timor obsistunt. Timor enim
infusa repellit. Cum dicitur Ysa.
lxvi° Super quem requiescet
spiritus meus nisi super humilem
et non super timidum. Quinto quia
vas cordis habet aliquis ipso
fonte superat enim deum si potest
dum voluntatem suam in bonis

et malis fieri appetit quia pe-
sunt deus in bonis fieri quid
aqua aut gratie alicuius fonte
vero non ascendit similis aut
vas cordis ad fontem gratie
inclinatum sit et ideo habunda-
ter inde auriet et suscipit. Tertio
impedimentum prestat quod cor
est attritum per avaritiam ta-
lis cum tamen sunt cor plenum af-
fectu id est amore terreno dulcedine
spiritus sancti sentire non potest et
ideo dicit Augustinus super illud psalmi
Diligite amicos domini sancti eius
discite non diligere ut discatis di-
ligere deum recedite ut accedatis
fundere et implere. Tales fa-
ciunt ita se fossatum profundum
plenum aqua turbida id est
dilectione ~~plena~~ mundana et certe
minus si avarus spiritum sanctum recipere
non potest quia spiritus sanctus descen-
dit de sursum avarus autem non
habet cor ad celum sursum sed
ad terram deorsum psalmus Oculos
suos statuerunt declinare in terram.
Secundo illa terra vitia spiritum sanctum
male remunerat sicut dicit
Innocentius tertius in quadam
decretali sua Terra est que
male remunerat hospites
suos scilicet ignis in petra ignis
in sinu serpens in gremio
ignis in petra est superbia [illegible]
que omnia torridit et consumit
Ecclesiastici vi Non te extollas
in cogitatione tua velud thaurus
ne forte elidatur virtus tua per stul-
titiam et folia tua comedat
et fructus tuos perdat et relin-
quaris velud lignum aridum
in heremo. Serpens in sinu est
avaritia in affectu et ignis in-
saciabilis proverbiorum xxx. Ignis
numquam dicit sufficit. Serpens in
gremio est luxuria que vene-
num diffundit proverbiorum vo Favus
distillans labia meretricis
novissima autem eius amara
quasi absinthium et eiusdem xxiii
dicit de vino in quo est lu-
xuria ingreditur blande sed
in novissimo mordebit ut
coluber et sicut regulus vene-
na diffundet. Tertio hec terra via
spiritum sanctum male remuneratum
expellit sicut autem colligitur
ex verbis Salomonis. Tria sunt
que homines de domo expel-
lunt scilicet fumus stillicidium et
mala uxor. Per fumum intelligitur
vicium superbie qui in altum
ascendit psalmus Ascendit fumus
in ira eius. Item sicut deficit
fumus ita deficient. Per stillici-
dium intelligitur peccatum avaritie
stillicidia enim maiore tempore fri-
goris homines inquietant sic
et avaritia. Luce viiio A sollicitu-
dinibus et divitiis suffocantur.
Per malam uxorem intelligitur
concupiscentia que per tamen mente
ligat. Gal. vo Caro concupi-
scit adversus spiritum spiritus adversus
carnem hec enim sibi invicem
adversantur. Ideo dicitur adversatur
proverbiorum xxio Melius est sedere
in angulo domatis quam cum
muliere litigiosa et in domo com-
muni angulus domatis est arta
via que ducit ad vitam domus
communis id est mulier litigiosa est
lata via concupiscentie que
ducit ad perditionem. Tertio
videndum est quare sit istis repletus

terra male remunerat [illegible]

Signū replecionis

Est aut p̄mū signū pondero=
sum sicut vas cū plenū pon=
derosū est Istud aut pondus
est timor que aīas leues de=
p̄mit et ponderosas facit Job
xxviij° Qui facit ventis pon=
dus Item cū istud pondꝰ timo=
ris quodamō ponderosū aīam
faciat cito per superbiā eua=
nescit Ecc̄ xxviij° Si in timore
dn̄i tenueris te instanter cito
subuertet͛ domꝰ Apes cū
aduentū velant lapillos int͛
pedes portant ut sint magis
ponderose ne a vento de fa=
cili rapiant͛ Exemplo igit͛
apis et vos pondus timoris
dei intra nos metipsos por=
temus ne aliquando a vento
superbie inanit͛ rapiam͛ Secundū
signū est recipe nec plus ap=
pete nec sitim aliquando sētire
Cum cū vas aliquo liquore ple=
num est amplius nō recipit
Stomachꝰ plenus amplius
nō appetit vinū copiose hau=
stū expellit sitim Sic apli
quia pleni erāt balsamo sp̄s
sancti recipe nō poterāt
aliud liquorem amoris mūdi
Anima pasti erāt in aīa cibo
celestiū q̄ refici nō pote=
rant cibo terrene concupiscē
Anima biberat mustū sp̄us
sc̄i extincta erat eis sitis
mundi Aug͛ qui bibit de
flumine paradisi cuius gutta ma=
ior est occeano restat ut
in eo sitis huius mundi penitꝰ
extincta sit Tertiū signū
est resonare sicut p3 in va=
se pleno quod percussū nō
resonat Sic sancti vi sp̄u sc̄o
pleni et persecutionibꝰ percussi
nō resonant per impatienciā
aliquā commoti Job vi° Nunquid
mugiet bos cū ante presepe
comotū fuit plenū Boues st
quib3 sc̄us vir incedentes per
grauem morū compositionem
singularem nō studentes per=
discretionē ruminātes per medi=
tationē Sic nō mugiet per im=
patienciā cū fuit repletꝰ per
grāciā Sic tanta de matribꝰ
tron mun-m͛ resonat nec que=
rimonia sed Hoc signū ha=
buerunt apli de quibꝰ dicit͛
Actuū v° Ibant apli gaudentes
a conspectu concilij Quartū signū
est superfluere ut p3 in flumine
et in vase inundante Sic
apli a deo pleni fuerunt
quod mox effluere ceperunt loqui
s3 varijs linguis Actuū Ecce
signū plenitudinis plenū
vas erupit Sic etiā sc̄i viri
ostendunt͛ esse pleni qui efflu=
unt vel edificatorijs Math
xij° Ex habundantia cordis
os loquit͛ Ecc̄ xviij° Sapientes
in verbis produnt seipsos uel
effluunt ocōmb exemplar͛
Math v° Sic luceat lux vra
corā hominibꝰ uel effluunt opi=
bus perfectis Math xij Bonus
homo de bono thesauro suo
cordis profert bona .i. de miseri=
cordibꝰ nunc profert bona opa
pietatis Sermo quartus de eodem

Ignem veni mittere in terram
et quid volo nisi ut accen=
datur Luce xij Circa istud

ignem spiritus sancti quatuor sunt
videnda // primo quare spiritus sanctus
apparuit in specie ignis // secundo
qualis sit ignis // tertio qualiter
iste ignis comburitur // quarto
qualiter iste ignis accenditur // primo
circa videndum est quare ap-
paruit in specie ignis. Circa
quod sciendum est quod ignis com-
mendabilis est quantum ad effi-
caciam operationis et virtutem quan-
tum ad communicationem. Quia sicut
colligitur ex verbis dyonisii in
angelica ierarchia. Ignis
omnibus sine sui diminutione
se communicat in omnibus corporibus
se [illegible] patet ps. Non est qui se
abscondat a calore eius.
Cor. xiiᵒ Unicuique datur ma-
nifestatio spiritus ad utilitatem
[illegible] datur. Primo Cor. xii.
Hec autem omnia operatur unus atque
idem spiritus dividens singula
prout vult et ista communicatio
fit sine diminutione. Ideo
vocatur fons vivus qui effluit
et numquam deficit. ps. Apud te
est fons vite. Apoc. xxiiᵒ
Ostendit michi flumen aque
vive. Secundo ignis in omnibus se
occultat. In omnibus enim rebus
invisibiliter est inclusus licet
non videatur. quod patet ex hoc
quod ex forti corporum solidorum
collisione ignis excutitur. Sic
spiritus sanctus in omnibus hominibus
est inclusus. Sap. primo Spiritus
domini replevit orbem terrarum
et effudit illam super omnia
opramenta sua et super omnem
carnem. Cum ergo igitur peccatoris cor
mala acta ad christum petram

allidatur et frangitur tunc ignis
spiritus excutitur et iustificatur
et vivificatur. Eze. xxxviiᵒ In-
tromittam in vos spiritum et vi-
vetis. Similiter iustus qui omnes
cogitationes suas ad christum petram
percutit per assiduam meditationem
tunc ignis excutitur quia maior
gratia sibi datur. ps. In meditatione
mea exardescet ignis. // Tertio
ignis se ac cetera manifestat
sic spiritus sanctus manifestat se
omnia. Ioh. xiiiiᵒ Vos autem co-
gnoscetis eum quia apud vos
manebit et in vobis erit. Mani-
festat enim omnia alia. Ioh. xvjᵒ
Que ventura sunt annunciabit
vobis. Ioh. xiiiiᵒ Ille vos doce-
bit omnia quecumque dixero vobis
ut omnia quia superiora ad de-
siderandum. ps. Spiritus bonus tuus
deducet me in terram rectam.
Inferiora ad contempnendum. Ioh. xvjᵒ
Ille mundum arguet de peccato
et de iusticia et de iudicio. Miseri-
cordia i. virtutes ad possidendum.
Iob xxvjᵒ Spiritus domini ornavit
celos. Ornamenta celorum sunt
virtutes sanctorum // Secundo ignis est
commendabilis quantum ad operationem
eius. Operatio est triplex sicut
colligitur ex verbis dyonisii in eodem
libro. est enim purgare et re-
novare est illuminare et co-
nectere est augere et vivificare. Primo
est purgare et renovare sicut
patet in metallis que purgat
et renovat. Sic spiritus sanctus purgat
peccata scoriam auferendo. Ysa. iᵒ
Excoquam ad purum scoriam
tuam. Zacha. xiiiᵒ Per ignem
uram eos sicut uritur argen-
tum renovat conversatorum [illegible]

ps Emitte spiritum tuum et creabuntur etc
v° Aufert rubiginem de
argento et egredietur vas pu-
rissimum Secundo est inmutare
et convertere Ea enim in que ignis
superius agit in suam formam trans-
mittat et convertat Sic est spiritus
sanctus mentem quam replent in
se transmittat et convertat 2 Cor
iij° In eandem autem ymaginem
transformamur a claritate in cla-
ritatem tamquam a domini spiritu i
Cor vj° Qui adheret deo unus
spiritus est cum eo Ideo sancti per
spiritum sanctum deificati dii vocantur
ps Ego dixi dii estis Tertio
est coniungere et unire sicut patet
in ferro quod quando alteri ferro
non coniungitur nec ei unitur nisi me-
diante igne Sic et spiritus sanctus
cum sit nexus et vinculum
coniungit amantem cum amato
i animam cum deo Colo iij° Super
omnia autem hec caritatem habete
que est vinculum perfectionis a
deo quidem viri ut numquam
separari possit Ro viij° Quis
nos separabit a caritate dei
etc Quarto ignis commendatur
est quantum ad virtutem Habet enim
virtutem inclinativam quia deor-
sum trahit et humiliat Habet
virtutem elevativam quia sursum
tendit et fertur Habet virtutem
adunativam quia fluida ad-
unat et solidat Sic spiritus
sanctus secundum dyonisium in libro
de divinis nominibus habet
hanc triplicem virtutem scilicet
inclinativam quia quos replet
inclinat per humilitatem ad sui
contemptum ps Aufer spiritum

eorum id est spiritum superbie et deficient
scilicet a se ipsis et in pulverem
suum revertentur per sui humilia-
tionem Quilibet enim cognos-
cit se ex nichilo factum et
nisi adeo conservetur in nichilum
redigendum Secundo est virtutem
elevativam quia elevat in
desiderium supernorum Eze viij°
Elevavit me spiritus inter celum
et terram et adduxit in iherusalem
in visione dei Tertio habet
virtutem coadunativam per concordi-
am et unionem seu unitatem
morum Ephe iiij° Solliciti
servare unitatem spiritus in vinculo
pacis Secundo videndum est qualis
sit ignis Circa quod sciendum
quod licet sit triplex species ignis
scilicet flamma carbo et lux spiritus
sanctus non apparuit in specie car-
bonis vel flamme sed lucis
Unde cantat ecclesia Advenit
ignis divinus non comburens
sed illuminans non consumens sed
lucens Carbo enim est ignis
in materia terrestri et ideo non
apparuit in specie carbonis quia
quos replet non facit deside-
rare terrena sed celestia i Joh ij°
Si quis diligit mundum non
est caritas patris in eo [...]
Glo unum cor duos adversarios
sibi amatores non capit Et
subditur Sicut dilectio dei est
fons omnium virtutum non sitit e-
tiam pro divitiis terrena que-
rere sed celeste premium i Cor
ix° [...] est [...] ut evan-
gelium predicans sine sumptu po-
nam evangelium Tertio non apparuit
in specie flamme quia flamma est
ignis in materia aeris qui spiritus s[...]

quos replet non facit amare
ambitiosos vanitates sed ce-
lestes amenitates et non facit
predicare propter favorem humanum
sed amorem divinum Gal. 1o
Si ad huc hominibus placerem Christi
servus non essem et tunc dicit
Cor. 10 Ego per omnia homi-
nibus placebo Aug. de sermone
domini in monte tractans predictum
verbum dicit Sicut non absurde
loquitur qui dicit in hac opera
quam vanitate quero sit preclarum
sic recipiens convenient dicit
in hac opera quia hominibus pla-
ceo quia non hoc appeto sed ad
id refero ut me mittere quos
salvos fieri volo recuperavit aut
in specie lucis que est purissima
et ignitus in sui natura quia
quos replet facit esse puros
per intencionis sinceritatem
facit predicare propter dei honorem
et proximi utilitatem 2 Cor.
12 Non enim quero vestra sed
vos. Phil. 4o Non quero
datum sed quero fructum habun-
dantem in racione vestra / 3o
videndum est qualiter iste ig-
nis extinguatur Sciendum quod iste
ignis spiritus sancti instar ignis
materialis per tria extinguitur
Primo scilicet per ventum superbie
et vane glorie Job 1o Repen-
te ventus vehemens
irruit a regione deserti
et concussit quatuor angulos
Quatuor anguli domus
sunt fides spes caritas et
operatio et ideo iste ignis per
ventum superbie non extinguatur
debent sancti fenestre oblique
dicitur enim 3 Reg. vi cum
Salomon fecit fieri fenestras

obliquas i. exterius angustas
et intus obliquas diffusas ne
ne scilicet ventus directe intraret
et lucernas extingueret / Fenestre
sunt sensus corporis interius que
tunc sunt recte quando videt
oculus vel quod audit auris affert
tedium quia ingeris voluntatis ap-
petit quod videtur et desiderat
quod auditur Obliqui autem sunt ali-
qua quorum sensus afferunt
sua sensata racioni ad discernen-
dum et discuciendum et ro post
modum offerat voluntati ad atten-
dendum vel fugiendum Secundo ex-
tinguitur lignorum divisione et
separatione i. per discordie Sicut
enim aqua non vivificat membra
a corpore separata nec ignis in-
flammat ligna divisa Sic nec
spiritus sanctus inflammat illos qui
sunt divisi vel adeo per mortem
culpam Ysa. 59 Iniquita-
tes vestre diviserunt inter vos
et deum vestrum vel a proximo per
discordiam Luc. 11o Omne re-
gnum in se divisum desolabitur
vel ab ecclesia per excommunicationes
sententiam Mat. 18o Si ecclesiam
non audierit sit tibi sicut eth-
nicus vel publicanus Tertio
extinguitur per aquam luxurie
Signatur enim luxuria per aquam
multiplici racione Primo quia sicut
aqua totaliter ignem extinguit
ita ut ibi non remaneat ali-
quis igniculus vel calor Sic
illud Eccli. 3o Ignem arden-
tem extinguit aqua Sic et
in peccato luxurie invenitur
Cetera enim peccata non extinguunt
omnia bona proposita vel omnia
bona desideria ymmo avaricia
et superbia sepe bona opera

concepit liquorem aut non tantum
gratie ignem extinguerit sed et
calorem omnis boni propositi con-
sumit quia homo totus terre
efficitur et in eo spirituale non potest
cogitare Iohel xxxi° Ignis
est usque ad consumptionem devorans
et omnia eradicans germina
re// Secundo signatur per aqua quia
aqua fluvialis semper deorsum
fluit sed nunquam retro redit
iuxta illud 2 Regum xiiii° Om-
nes velud aqua dilabimur
in terram que nunquam revertitur
Sed quis in aliquo peccato dilap-
sus fuit de facili ad penitentiam
redit Sed si per longam con-
suetudinem carnalis concu-
piscentie fuerit irretitus a
deo alliquatur quod inde recipe-
dire non potest Ideo Salomon
vocat mulierem laqueum
et sagenam Proverbiorum vii° Statim
eam sequitur quasi bos ductus
ad victimam et nescit et
velud si avis festinet ad
laqueum Tertio significatur per aqua
quasi aqua effunditur totaliter
ita quod in vase nichil remanet
nec quantum ad colorem nec quantum
ad saporem nec quantum ad odo-
rem nec quantum ad calorem
non sic in ceteris liquoribus
invenitur Unde apud anti-
quos consuetudo erat quod quando
convencionis admitiones fiebant
seu fatiebat aqua effundebat
ac si dicerent Civitas hoc vel
illud fecit taliter delebitur ne
de ipso vel de aliis seu de
hiis que ad ipsum pertinent

aliquid relinquetur Si quis aliquod
peccatum per confessionem de corde
suo effundere noluit sufficit quod
ipsum effundat quantum ad colorem sa-
porem et odorem i. quantum ad
opus consensum et delectationem
potest tamen sustinere dyabolicam tempt-
tationem dum modo non consentiat
sed resistat viriliter sicut dicit
Augustinus Temptatio cui non
consentitur non est peccatum sed ma-
teria exercende virtutis Peccatum autem
luxurie velud aqua totaliter
debet effundi et quantum ad opus
et consensum et delectationem et
temptationem quia ibi non est
temptationum conflictus expectan-
dus sed potius fugiendus
Ideo dicit Apostolus I Cor. vi°
Fugite fornicationem Quarto vi-
dendum qualiter iste ignis con-
servatur Circa quod sciendum
quod ignis materialis quatuor modis
conservatur scilicet per cineris superin-
ductionem per lignorum appositionem
per insufflationem et per diligen-
tiam ab omni contrario conservationem
Cineris superinductio est mor-
tis meditatio Lignorum appo-
sitio est bonorum operum multi-
plicatio Insufflatio est frequens
meditatio Diligentia ab omni contrario
conservatio est omnium occasio-
num et malarum societatem
vitatio Primo igitur conservatur
est spiritualis mortis medita-
tio que est quasi cineris
superinductio homo enim in
morte cinis efficitur Sapientie secundo
Extinctus cinis erit corpus
nostrum Isto igitur debemus igne

4 modis conservatur
ignis materialis

spiritus sancti cooperante sicut
cooperabat Job xxix° Aperui-
tur ostium meum Sicut opien-
dum primo homines docuit do-
minus dicens simile est et in
pulverem reverteris .i. Sermo Augustini
dimplevit animatus quod si in pul-
verem reverteris eris mercatus quod
eras talis ydem thesaurum
opabit apostolus qui dicebat ii
Cor iiii° Habemus thesaurum
istum in vasis fictilibus
vas fictile est corpus mortale
Si quis balsamum in vase fic-
tili deferret ipsum sic tegere
oporteret quod caute custodiret
Si aut vas esset ferreum vel
eneum non sic deberet esse soli-
citum oporteret Ysaie xl° Omnis
caro fenum non dixit ferrum
nec es Job vi° Nec caro
mea enea est non est enea
sed fiat enea Tercium conservativum
est bonorum operum multiplicatio
que est quasi quedam lignorum
appositio Quando cum ligna bo-
norum operum subtrahuntur et
deficiunt iste ignis extinguitur
Proverbiorum xxvi° Et cum defece-
rint ligna extinguetur ignis
Cum aut apponuntur reaccenditur
Ecclesiastici xxviii° Secundum ligna sil-
varum sic ignis exardescet
Cum aut sic consumatur sic augetur
Levitici vi° Ignis in altari
meo semper ardebit quem nutriet
sacerdos subiciens ligna per
singulos dies Quartum conservativum
est frequens meditatio que est
quasi quedam insufflatio Psalmista
In meditatione mea exardes-
cet ignis Ecclesiastici xxviii° Si
sufflaveris quasi ignis exarde-
scet nichilominus et ipse est qui
ignem insufflat Job xx Insu-
fflavit et dixit Accipite spiritum
sanctum dyabolus contra sufflat in suo
flatu extinguat ignem gracie
et accendat ignem concupiscentie
Ysaie liiii° Ecce ego creavi
fabrum sufflantem in igne pru-
nas Job ii° Accipite spiritum sanctum
Job xli° Halitus eius prunas
ardere facit Quintum conservativum
est occasionum et malarum socie-
tatum vitatio que est quasi quedam
ab omni contrario preservatio Ex mala
enim societate homo pervertitur intellectu
quantum ad cognoscendum Proverbiorum
xiii° Qui cum sapientibus graditur
sapiens erit et amicus stultorum
efficietur Inclinatur in affectu quantum
ad diligendum Ecclesiastici xiii° Qui te-
tigerit picem inquinabitur ab ea
Depravantur in affectu quantum ad o-
perandum Et ideo dominus volebat
ut populus eius cum Babilo-
niis habitarent ne opera eorum
adiscerent Ideo dicit Jere l°
Recedite de medio Babilonis et
de medio Caldeorum Ergo dominus quia
valde periculosum est bonis stare
seu habitare cum malis monet
dominus per eundem prophetam dicens Jere
li° Egredimini de medio Ba-
bilonis populus meus ut salvet
unusquisque animam suam ab ira
furoris mei et ne forte cor
vestrum mollescat et timeat au-
ditum qui audietur Ex quibus
verbis habetur quod boni ex malorum
societate sepe circa periculum incur-
runt primo videlicet divinam indignacionem

Ideo dixit ut saluet quis se
ciam suam ab ira furoris inci
pio mentis enormacionis quia
sepe efficiuntur molles et resa-
luti Ideo dixit ne forte cor
vestrum mollescat Tercio dyabolice
temptacionis quia sepe dyabolus
temptat bonos per familia-
res malos Et ideo subdit et
timeat auditum i. dyabolicam
suggestionem qui audietur in terra
i. a terrenis Sermo vi de eodem

De excelso misit ignem
in ossibus meis et eru-
diuit me Trenorum primo possunt
hec verba esse verba ecclesie reco-
lentis aduentum spiritus sancti
in apostolos per quos est ipsa ad
fidem erudita In quibus
verbis quatuor tanguntur primum
unde missus est cum dicitur de ex-
celso Secundo qualis est missus
quia in specie ignis cum dicitur
misit ignem Tercio in quos
missus est ut scilicet eciam
per apostolos erudiret et doce-
ret cum dicitur Et erudiuit me
Primo igitur videndum est unde
missus est quia de excelso
beatissime trinitatis Circa
quod sciendum quod in trinitate
est quadruplex excelsum
primum est infinite potestatis psalmus
In manu potenti et brach-
io excelso Job xi° Excelsior
celo est et quid facies Secun-
dum excelsum est infinite
veritatis per quod vniuersa
respicit et cognoscit psalmus Quoniam
respexit de excelso sancto suo
et primo Thimothei vi° Lucem
habitat inaccessibilem Lux in-
accessibilis est cuius sapiencia
incomprehensibilis psalmus Sapiencie eius
non est numerus Tercium est excelsum
infinite caritatis Ysaie vi° Vidi
dominum sedentem super solium ex-
celsum et eleuatum Seraphym
stabant super illud solium instabant
dat intelligi quod erat
excelsum infinite caritatis
De isto excelso dicit dyonisius
in libro de diuinis nominibus
Audendum autem est et hoc pro
veritate dicere quod omnium causa
pulcro et bono omnium amore
propter habundanciam maioris bonitatis
extra seipsum fit ad omnia existe-
ncia prouidencijs et sicut bonita-
te et dileccione et amore tra-
hitur ex eo quod est super omnia
et ab omnibus segregatum ad id
quod est in omnibus deponitur
sed excessiuum faciente super sta-
lem virtutem a seipso inegressibi-
lem Quartum excelsum est infinite
bonitatis per quam oculo miseri-
cordie nos respicit psalmus Excelsus
dominus et humilia respicit et alta
a longe cognoscit Propter hoc
excelsum bonitatis dicitur Luce
xviii° Nemo bonus nisi solus
deus De isto quadruplici
excelso missus est in apostolos
spiritus sanctus Et ut hoc melius
pateat Sciendum est quod ante ad-
uentum spiritus sancti in apostolos erat
quadruplex defectus Primus
quantum ad intrepiditatem quia
timidi erant et formidabant
loqui de Christo sicut patet in prin-
cipe apostolorum qui ad vocem
vnius ancille dum mori te-

tinuit vitam negauit deum quantum ad intellectum quia illa ignorabant que sermones eorum predicebat sicut Joh. xvi. Adhuc habeo multa vobis dicere sed non potestis portare modo. Secundo quantum ad affectum quia ad Christum erant frigidi et tepidi quia non diligebant Christum eo modo et eo desiderio quo debebant quod innuit dominus Joh. xiiii. dicens Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem. Et ideo non diligebant eo affectu et modo quo debebant. Tercio quantum ad operationem quia infirmi et debiles erant ad agendum fortia et virtuosa sicut innuit dominus dicens Act. xx. Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus tollit enim plenitudinem et peior scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres alioquin rumpuntur utres et vinum effunditur et utres pereunt. Quia igitur defectum habebant quantum ad interpretationem missus est spiritus sanctus de excelso infinite potestatis ut ipsos corroboraret. Unde cum prius erant ad loquendum timidi facti sunt post modum constantes et firmi qui enim prius timebant tacendo postmodum incepit cum fiducia loquendo Act. iiii. Repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur verbum dei cum fiducia et prius timebant Christum confiteri in una lingua post modum confessi sunt in omnibus linguis Act. ii. Ceperunt loqui variis qui timebant fragilem mulierem post

modum non timuerunt principes et imperatores sicut patet in Petro quia qui prius ad vocem ancille Christum negauerat post modum principibus respondebat Act. v. Obedire deo oportet plus quam hominibus. Aug. Ante passionem domini similis timor Petri intrepidatus a femina similitur post resurrectionem non domini liberat amor eius ab ipso principe libertatis ibi turbatur hic tranquillatur ibi quem dilexerat negabat sed adhuc tunc ipse erat amor ipsius spiritus sanctus dicauit post modum usque ad mortem que negauerat timens mortem. Secundo quia defectum habebant quantum ad intellectum missus est spiritus sanctus de excelso infinite veritatis ut ipsos instrueret et doceret Joh. xvi. Cum venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem scilicet veritatem vite doctrine iusticie. Sap. viii. Sobrietatem et prudenciam et iusticiam docet sobrietatem quo ad veritatem vite prudenciam quo veritatem doctrine et iusticiam quo ad veritatem iusticie. Spiritus autem sanctus dicitur docere omnem veritatem quia excludit omne mendacium et falsitatem. Mendacia autem et falsa sunt ista mundana. Unde secundum Aug. mendacium est falsa significatio vocis cum intencione fallendi. Ista enim mundana sunt significata falsa quia pretendunt sanctitatem et dant vanitatem consolationum et dant afflictionem stabilitatem et sunt labilitate et ista significatio est cum

intentione fallendi quia
mundus per hoc decipere intendit
Augustinus O vita mundana quan-
tos decepisti quantos excecasti
quantos seduxisti que dum vides
nichil es dum videris umbra
es dum exaltaris fumus
es dulcis es sapientibus et a-
mara sapientibus via es a-
liis brevis aliis longa aliis
tristis aliis leta aliis dulcis
aliis amara aliis lata aliis
angusta Verbis autem vicibus non
sunt ista mundana sufficiatio
falsa / sed significatio vera
de qua significatione sic dicit
Crisostomus super Matheum Considera
quia deus non creavit bona
delectabilia ut eis in hoc mun-
do fruamur sed ut per ea intel-
ligamus quod si tu diligis bona
carnalia intellige magis dili-
genda esse bona spiritualia ut
puta sicut quia bonum est gau-
dere carnaliter per hoc intellige
quia melius est gaudere cum anima
spiritualiter Gaudium carnis cum
carne finitur gaudium anime cum
anima perseverat Secundo quia bonum
est gloriari in terris per hoc intel-
lige quia melius est gloriari in
celis quanto enim clarius est celum
quam terra tanto gloriosior est
illa gloria quam illa Tertio quia
habebat defectum quantum ad ef-
fectivam missus est spiritus sanctus
de excelso in infinite carita-
tis ut frigidos inflammaret
Inflammavit quidem eos corda
Gregorius / foris apparentibus lin-
guis igneis intus facta sunt
corda inflammata quia dum
deum in specie ignis susceperunt
per amorem arserunt In-
flammavit eos vero Gregorius In
linguis igneis apparuit spiritus
sanctus quia omnes quos reple-
verit facit ardentes pariter et
loquentes / Linguas igneas doc-
tores sunt quia dum deum ama-
do predicat corda inflammant
audientium Glossa super Actus In
igne datus est spiritus sanctus ut
lingue igne legem in igneam
produceret Inflammavit eorum opera
Jeronimus vestimenta tua sunt cali-
da id est opera tua cum perflata fuit
terra austro id est spiritu sancto Ista ea
tangitur Ezech. 10 ubi dicitur
de sanctis animalibus et scintille
quasi aspectus eris candentis
Eris inquantum est sonorum in quantum
candens est ardens et calidum
inquantum scintillas incensiuum
sunt igitur Apostoli eris inquantum ha-
buerunt verba sonora / fuerunt
eris candentis inquantum habuerunt
corda inflammata fuerunt eris scin-
tillantis inquantum habuerunt opera
ignita atque ferventia / Quarto
quia habebant defectus quantum
ad operativam missus spiritus sanctus
de excelso infinite bonitatis
ut eos perficeret et confirmaret
Iram qui ante erant ad opera
infirmi et debiles facti sunt
post modum constantes et fortes Ro.
viii° Spiritus adiuvat infirmitatem
nostram Et qui prius habebant
opera debilia effecti sunt post
modum opera virtuosa Ezech. 10
Ubi erat impetus spiritus illuc
gradiebantur animalia Ideo beata
Maria postquam de spiritu concepit
in montana habiit quia ille
qui prius sanctus recepit opera ardu-
a et virtuosa facit / Sed quod

apli ardua sunt aggressi quia
aggressi sunt quoddam quod est
contra naturam scz superare carnalitatem
Roman viij° secundum carnem
ambulentes sed secundum spiritum quia
qui secundum carnem sunt que car-
nis sunt sapiunt Rom viij°
Qui vero secundum spiritum sunt que spiritus
sunt sapiunt Rom viij° Talia
non possumus esse continentes nisi deus
dat Aggressi sunt quoddam
quod est supra naturam scz mortem affec-
tare quia natura quilibet horret
mortem apli autem mortem non
timebant sed et ipsam [illegible]
affectabant Actus xxi° Ego
enim non solum alligari sed et
mori paratus sum pro nomine domini
Jhesu Aggressi sunt quoddam
quod erat contra consuetudinem
humanam scz divitias contempne-
re quia usque ad tempus illud divi-
cie non contempnebantur sed appe-
tebantur Actus iij° Argentum
et aurum non est michi Apli
enim nichil proprium habebant
sed in communi omnia possidebant
Actus iiij° Omnes qui credebant
erant pariter et habebant omnia
communia Item Actus iiij° Nec
quisquam eorum que possidebat
aliquid esse suum dicebat Sed
erant illis omnia communia Aggre-
ssi sunt quoddam quod est supra
racionem scz deum credere esse trinum
et unum de virgine natum et passum
Ista enim tria secreta et profunda
non enim nisi per spiritum sanctum credere
potuerunt j Cor ij° Spiritus omnia
scrutatur eciam profunda dei id est que-
cumque latebat sensus divinus non
nisi per spiritum sanctum scire potuerunt
Sapie ix° Sensum autem tuum

quis sciet nisi tu dederis
sapienciam et miseris spiritum sanctum
tuum de altissimis Aggressi
sunt quoddam quod est supra
humanam condicionem scz ad malum
pronos non esse Condicio enim hu-
mana ad malum prona est Gen
viij° Sensus et cogitacio seu
cogitaciones hominis ad malum prona
sunt ab adolescencia sua
In apostolis autem non sunt ad ma-
lum prona sed in bono confirma-
ta post liquefacta est terra id est
homines terreni liquefacti in ma-
lum flexibiles sunt Ego con-
firmavi columpnas eius id est apostolos
Quo ascendit est qualis est mi-
ssus quia in specie ignis eis dic-
[illegible] igne assistens est in specie
ignis quia ignis habet in se dig-
nitatem pulcritudinis utilitatis
et virtutem Dignitatis autem
eius respectu aliorum elementorum
in tribus commendatur scz quia
habet situm sublimiorem naturam
puriorem et virtutem forciorem
Habet situm sublimiorem
per quod potest intelligi quod spiritus
sanctus illos quos replet facit
esse sublimes ut non habitent
in infimis sed in supernis Eze
i° Quocumque ibat spiritus et
rote pariter elevabantur Spiritus
enim vite erat in rotis Secundo
habet naturam puriorem quia
modicum habet de materia et multum
de forma per quod datur intel-
ligi quod spiritus sanctus carna-
les et terrenos facit spirituales
et celestes Gregorius in omelia
[illegible] dum subito illustrat
et immutat abnegat hoc re-
pente quod erat [illegible]

quod non erat primo Ezech. x
insiliet in te spiritus domini et
mutaberis in virum alium. Iste
est virtutem fortiorem, quia omnia
elementa sibi substernit
in eo quod per materia eius potest videri
habet enim pro materia terram in
carbonibus aerem in flamma
aquam in balneo calido per
quod datur intelligi quod spiritus
sanctus sibi incorporat terrenam
cupiditatem. Unde Gregorius in
omelia quod electos in tante cel-
situdinis culmine erexit quid
aliud dixerim nisi quod mentes ter-
renorum hominum celestes facit ambi-
ciosa vanitate quod non residet
in sublimi aere elationis sed
in valle humilitatis. Psalmus Qui
emittis fontes in convallibus
voluptuosam carnalitatem.
Gal. v° Spiritu ambulate et de-
sideria carnis non perficietis.
Secundo ignis est pulchritudine
cuius pulchritudo in tribus consistit
secundum Augustinum in libro de civitate
dei scilicet in eo quod est flammare,
in eo quod est vigere, in eo quod est
lucere. Unde ~~aut~~ ait Quid est
igne flammante vigente lucente
pulchrius per quod datur intelli-
gi quod spiritus sanctus facit flammare
per amoris inflammationem. Rom.
xii° Spiritu ferventes. Psalmus Infla-
matum est cor meum, vigere
per perseverantiam confirmationem
Ephes. iii° Flecto genua mea
ad corroborandum per spiritum eius.
Psalmus Spiritu principali confirma me,
lucere per sapientie irradiationem.
Istam tercia petit eciam a spiritu
sancto dicens: Accende lumen
sensibus infunde amorem cor-
dibus infirma nostri corporis. Tercio
ignis est utilitatem, cuius uti-
litas in tribus commendatur
secundum Augustinum in libro de civitate
dei scilicet in calefaciendo frigida
maturando et fovendo langu-
ida in coquendo cruda. Luce
xii° Ignem veni mittere in
terram etc. Super quo verbo dicit
Gregorius in omelia Terra vocata
sunt corda terrena que dum semper
infirmitatis in se cogitationibus
congesserunt a malignis spiritibus
conculcantur. Sed ignem dominus
in terram mittit cum a flatu sancti
spiritus cor carnalium incendit
et tunc terra ardet cum carnale
in suis pravis voluptatibus fri-
gidum relinquunt concupiscentias pravas
seculi et incenduntur ad amorem
dei. // Secundo curat et confirmat corda
debilia. Rom. viii Spiritus adiuvat
infirmitatem nostram; quamplures sancti
viri sustentat in debilitatem
suam. Tercio coquit desideria cru-
da i. insipida et inde nova
facit sapida et devota. Dyabolus
enim requirit cor crudum. Sed deus
vult habere igne spiritus sancti coc-
tum, quod signatur i Reg. ii°
ubi ministri dei volebant co-
quere carnes in sacrificiis sed
ministri dyaboli dicebant Non ac-
cipiam a te carnes coctas sed
crudas. // Quarto ignis habet
virtutem cuius virtus secundum Rabanum
triplex est scilicet urendi purgan-
di et calefaciendi. Sic spiritus
sanctus. Unde propheta Zacharias xiii°

per ignem iram eius sicut vitrum
argentum sed quia scriptura confirmatur
et anima illustratur ps. Ure re-
nes meos et cor meum purgat
corda Ezech. 1o Vos autem baptiza-
bimini i. mundamini spiritu sancto Cale-
facit desideria Gregorius in igne
apparuit spiritus quia ab omni cor-
de quod replet torporem frigoris
expellit et hoc in desiderio
sue eternitatis accendit Tertio vi-
dendum est in quos missus est
scilicet in apostolos Quod notatur cum dicitur
in ossibus meis i. in apostolis qui
dicuntur ossa quia sunt firmi contra
omnia adversa sustinenda Job
xxxviiio Tu forsitan cum illo fa-
bricatus es celos i. apostolos qui
solidissimi quasi ere fusi sunt
fuerunt enim solidi quia minas
non timebant solidiores quia
verba contempnebant / solidissimi
quia mortem despiciebant
Secundo quia sunt duri Sicut enim
ossa sustentat carnes mollio-
res sic apostoli totam ecclesiam ps.
Ego confirmavi columpnas eius
i. apostolos qui sunt columpne ecclesie
et sicut in ossibus duricia est
commendabilis et mollicies vi-
tuperabilis / sic in prelatis duricia
et constantia aliquando commendabilis
est / nimia autem mollicies et
remissio vituperabilis Tertio quia
sunt medulla pleni licet enim
exterius sunt duri per constantiam
intus tamen sunt dulcedine pleni
per devotionem et amorem Job xxio
Viscera eius plena sunt adipe
et medullis ossa illius irri-
gantur ps. Sicut adipe et pin-
guedine repleatur anima mea vi-
scera isti sunt repleti sibi per

per amorem in instituti et
incorporati qui sunt pleni adipe
i. pietatis dulcedine / sunt eorum
ossa plena medullis i. pingu-
edine devotionis Medulla
enim cerebrum dicitur eo quod mol-
facit ossa et est calide nature et
dulcis saporis quia spiritualis de-
votio et duram siccam et aridam
liquefacit et frigidam accendit
et amaritudinem mundi in
celestem dulcedinem convertit
Quarto videndum est quare mi-
ssus est quod notatur cum dicitur Et
erudivit me Illi igitur qui sunt
eruditi et docti signum est quod
spiritum sanctum sunt assecuti Circa
hoc autem notandum est quod spiritus
sanctus quadrupliciter nominatur
Dicitur enim spiritus veritatis quem mundus
non potest accipere Contra spiritus malus
dicitur spiritus erroris Secundo dicitur
paraclitus ~~Joh. xv~~ i. Joh. iiiio
In hoc cognoscimus spiritum veritatis
et spiritum erroris Secundo dicitur paracli-
tus Joh. xvo Cum venerit paracli-
tus etc. Contra malus spiritus dicitur
vexativus Math. xvo Filia mea
male a demonio vexatur Tertio
dicitur spiritus sanctus Joh. xiiiio Pa-
raclitus autem spiritus sanctus etc. Contra
malus spiritus dicitur immundus
Math. xiio Cum immundus spiritus
exierit ab homine etc. Quarto dicitur
amor sive caritatis i. Joh. iiiio
Deus caritas est Gregorius super
illud Si quis diligit me ipse
spiritus sancti amor est Contra ma-
lus dicitur spiritus destructionis Math.
xiio Qui non congregat mecum
dissipat Qui ergo est et dili-
git veritatem signum est quod re-
cepit spiritum veritatis a deo propiqua.

ductum est supra. Assit ignis
in ossibus meis statim subditur
et erudivit me. Sepe contingit
quod nescimus quod expediat quod
secundum Gregorium aliquem credimus esse
donum dei quod est ira aliquando
iram dei quod est donum dei. Ali-
quando credimus virtutem quod est
vicium quod est virtus. Item secundum
Gregorium Cum virtus vicium creditur
sine metu culpa cumulatur.
In talibus autem spiritus virtutis nos
dirigit et informat Ro. viii°
Nam quid oremus sicut oportet
nescimus sed ipse spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus. Cum vero amat errorem
vel ignoranciam signum est quod
recipit spiritum erroris Job xiii°
Qui male agit odit lucem.
Qui amat lectionem spiritua-
lem signum est quod recipit
paraclitum id est consolatorem qui
mentem celesti gaudio et spiritua-
li consolatione delectat. Eccl.
xxiiii° Spiritus meus super mel
dulcis. Cum vero amat [illegible]
et sudorem signum est quod recipit
spiritum [illegible]. Jo. xiii° Post
donum recessit a patre et co-
gitabat cum spiritus nequam. Cum
qui amat mundiciam signum
est quod recipit spiritum sanctum. I
Thessa. iiii° Non enim vocavit
nos deus in inmundiciam sed
in sanctificationem. Ideo dicitur requi-
escere super florem. Ysa. xi°
Flos de radice eius ascen-
det et requiescet super eum
spiritus domini. Cum vero amat
inmundiciam signum est quod re-
cipit spiritum inmundum qui li-
benter moratur in corde inmundo
sicut signum est quod demones
non petierunt mitti in colu-
bas sed in porcos sicut ha-
betur Mt. viii° Cum autem quis amat
pacem et concordiam signum
est quod recipit spiritum amoris
sive caritatis. Ephe. iiii° Solli-
citi servare unitatem in vinculo
pacis. Cum vero amat discor-
diam et dissensionem signum est
quod recipit spiritum dissensionis.
I Cor. iii° Cum enim sint inter
vos zelus et dissensio nonne
carnales estis et secundum hominem
ambulatis. Mat. xiii° Venit
inimicus homo et superseminavit
zizania in medio tritici.

Sermo septimus de eadem

Apparuerunt illis dispertite
lingue tamquam ignis. Act.
ii° Circa istas linguas in
quibus apparuit spiritus sanctus tria
videnda sunt. Primo quare in
linguis apparuit dispertitis. Circa
primum sciendum est quod apparuit
in linguis potius quam in alio
membro ideo quia lingua est
membrum difficile ad regendum
utile bene rectum et igne ie-
henne inflammatum. Quod enim
lingua difficilis sit ad regendum
patet ideo quia deus ad hoc unam
creavit quod ipsam incarceravit
et ideo quod seram et custodiam
ammonuit ad [illegible] esse
primo patet ideo quod [illegible] [illegible]
creavit. Si enim deus duas
linguas creavit ut duas aures
duas manus nullus homo eas
regere potuisset. Sunt enim qui

duas sibi assumunt quia tres demoni-
bus negavit de quibus dicitur Eccli
xxviii° Susurro et bilinguis
maledictus multos enim turbavit pa-
cem habentes. Bilinguis est qui in
facie hominem laudat et in ab-
sentia detrahit vel vituperat
vel bilinguis est qui aliud habet
in corde et aliud in ore vel bi-
linguis est qui sic laudando de-
trahit et confundit. Proverbiorum primo
verba bilinguis quasi simplicia sed
ipsa perveniunt usque ad interiora
ventris vel bilinguis est qui
alia loquitur et alia operatur. De ta-
libus dicitur Proverbiorum viii° Os bilin-
gue ego detestor. Sunt et quidam
qui terciam linguam sibi assumunt
de quibus dicitur Eccli xxviii° Lingua
tercia multos commovit et dis-
persit illos de gente in gentem.
Lingua tercia est lingua dyaboli
que consistit in mentiendo detra-
hendo et discordias seminando
et dicitur lingua tercia quia primo lo-
cuta est lingua divina. Dicitur Gen. ii°
De omni ligno paradisi comedetis
de ligno autem scientie boni et ma-
li non comedatis. Subsecuta est
secunda lingua humana id est lingua mu-
lieris quando serpenti respondit
De fructu lignorum que sunt in
paradiso vescimur etc. Conclusit
tercia lingua dyabolica mendaciis
et fallaciis plena cum dixit
Nequaquam morte moriemini
etc. Quicunque mendacia detrac-
tionis vel verba discordie loquitur
ipse in lingua tercia dyabolum
imitatur. // Secundo patet ex eo quod deus
eam incarceravit et murum et
ante muralem circa ipsam scilicet den-
tes et labia circumdedit. Si enim
foris patuisset ut manus vel
auris regi nullatenus potuisset
et ideo tamquam incarcerata est
custodienda et si aliquando
aperitur debet statim quantum po-
terit et freno discretionis cohi-
beri. Eccli xxviii Verbis tuis fa-
cito stateram et frenos rectos
ori tuo. Proverbiorum xxi° Verba sapien-
tium statera ponderabuntur. // Tertio
patet ex eo quod preter murum et
ante muralem custodiam et seram
secundam esse ammonuit. Eccli
xxxix° Quis dabit ori meo
custodiam et super labia mea
signaculum certum id est firmam seram
est autem ista custodia et sera
diligens deliberatio et consideratio
ad loquendum. Quia igitur lingua
est membrum tam difficile ad
regendum ideo pre ceteris membris
indiget spiritu sancto quo regatur
et dirigatur. Proverbiorum xvi° Hominis
est animum preparare et dei gubernare
linguam. Jaco. iii° Linguam nullus
hominum domare potest sed nullus ho-
minum ut tu domatur nisi cum
dei adiutorio dei gratia sicut fate-
amur. Convenit ergo animam
domare linguam et eum domare
postulat auxilium et oret linguam
et dometur lingua domante illo
qui dixit ad suos. Non enim vos
estis qui loquimini sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis. // Secundo
apparuit in lingua potius quam
in alio membro ex eo quod lingua
est membrum utile bene regenti
tam sicut dicitur Proverbiorum xviii°
Mors et vita in manibus lingue
Si enim in ipsa tamen esset mors
esset abscondenda. Sed quia
etiam est vita ideo est discrete

regenda est aut regenda ut
cum expedit aperiatur. Unde propheta
Ysaias cum non aperuit cum debuit
se reprehendit dicens Ve michi
quia tacui etc. Ysaie vi^o. Ita sit
dicatur prelatus etc. Zona vite est in-
si. Item xv. lingua placabilis
lignum vite. Secundo aut non ex-
pedit clausa teneatur. Proverbiorum Obmu-
tui et silui. Socrates philosophus cum
taceret inter alios interrogatus cur
sic faceret respondit quia locutum me
esse aliquando penituit tacuisse
nunquam. Salomon etiam philosophus cum aliis lo-
quentibus taceret interrogatus a Peri-
andro utrum propter inopiam verborum
aut quia stultus esset taceret
respondit nullus stultus tacere potest
sed animus stultus verba multiplicat.
Ut ergo discrete regatur sciendum
est quod dicit propheta pone
domine custodiam ori meo et
hostium circumstantie labiis meis.
Nunc autem circa linguam hostium
ponitur quando cum expedit aperitur
et cum expedit clausa tenetur.
Tertio apparuit in lingua po-
tius quam in alio membro
ideo quia lingua est membrum
igne gehenne inflammatum
et ideo indigebat igne spiritus
sancti qui ignem gehenne ex-
tingueret. Jacobi iii^o lingua
nostra ignis est universitas in-
iquitatis lingua constituitur in
membris nostris que maculat
totum corpus et inflammat totam
eternam inferni vite infla-
mata a gehenna quia spiritus
infernalis igne arsit et lin-
guam eius implevit vel dicitur
inflammata igne gehenne

damnum inferatur corpori et spiritui
unde sicut lingua prava corpus
ledit Ecclesiastici xxviii^o. Lingua fe-
stinans effundit sanguinem
et corda percutit et affligit.
Proverbiorum Lingua eorum gladius acutus.
Quarto intendendum est quare appa-
ruit in linguis igneis. Ad
quod dicendum quod hoc fecit tri-
plici de causa. Primo ut cuiusque
corde succense verba ignita ha-
berent. Cor est aliquando frigi-
dum per mortale peccatum et ideo
verba que inde procedunt frigida
sunt et non edificant sed potius
scandalizant. Ecclesiastici. Cum pre-
dicatores non fuerint ardentes ali-
quando cor tepidum cum sit igne
divino et ideo verba que inde pro-
cedunt si non scandalizant non
tamen accendunt quia qui non ardet
non accendit. Apocalypsis iii^o. Sed
quia tepidus es incipiam te
evomere de ore meo. Secundo in-
mortalis ad superni desiderium
auditores suos accendere nequit
verba que frigido corde proferuntur.
Cum enim in semetipso non arse-
rit alios accendere nescit. Ali-
quando est inflammatio per amo-
rem sensualem et ideo verba que inde
procedunt inflammant potius et accen-
dunt. Ecclesiastici xlviii^o. Surrexit Eli-
as quasi ignis et verbum ipsius
quasi facula ardebat. Tertio appa-
ruit in linguis igneis ut
apostoli legem igneam predicarent
que lex amoris de qua dicitur
Johannis xv^o. Hoc est preceptum me-
um ut diligatis invicem sicut
dilexi vos. Tertium iuxta tangitur [?]

amicos quia mei estis discipuli
si dilectionem habueritis invicem
De hac lege dicitur Deut. ut ii xxxiii°
In dextera eius ignea lex
vetus non fuit in dextera eius
sed in sinistra ysaie i° Si vo=
lueritis et audieritis me bona
terre comedetis hec caritas est
in dextera quia ibi promittuntur
celestia Mathei iiii° penitenciam a=
gite appropinquabit enim vobis re=
gnum celorum Similiter etiam lex vetus
non ignea sed ferrea quia non
fuit hec amoris sed timoris hec
autem caritas est ignea quia est
lex amoris Ro. viii° Non enim
accepistis spiritum servitutis iterum in
timore sed accepistis spiritum adop=
tionis filiorum Tercio apparuit in
linguis ut quale linguagium
sit in celo ostenderet quia ibi non
sunt nisi verba ignita et verba
amoris Deus tres provincias
fecit et in qualibet linguagium proprium
elegit scilicet provinciam celestem
terrestrem et infernalem Lingu
agium provincie celestis est
deum benedicere et laudare ps.
Beati qui habitant in domo tua
domine etc. Linguagium provincie
terrestris est de terrenis tractare
Joh. iii° Qui de terra est de terra
loquitur Linguagium provincie
infernalis est deum benedicere
et blasphemare Unde de bla=
sphemio ysaie viii° Cum esu=
rierit irascetur et maledicet regi
suo et deo Cognoscitur autem
quilibet de qua provincia sit per
loquelam et linguagium suum
Unde dictum fuit petro Mathei
xxvi° vere et loquela tua

manifestum te facit Qui igitur
loquuntur verba laudis dei et glori=
ficationis proximi signum est quod
est de provincia celi Unde dicebat
dominus Qui linguam celi habebat
Joh. viii° Non ego a meipso veni
sed ille me misit quare loquelam
meam non cognoscitis Qui
loquuntur verba terrena et munda=
na signum est de provincia mundi
I Joh. iiii° Ipsi de mundo sunt
ideo de mundo loquuntur et mundus
eos audit Qui non loquuntur
verba maledictionis et mendacii
signum est quod est de provincia in=
ferni quia cives illius provincie
tale linguagium habent et est lin=
guagium proprium inferni Joh. viii°
Cum loquitur mendacium ex propriis
loquitur quia mendax est et
pater eius Tercio videndum
est quare apparuit in linguis
dispertitis Ad quod dicendum
est quod hoc factum est explica=
tione Primo ad innuendum
quod apostoli non unum tantum sed diversa
dona spiritus sancti erant accepturi
Job xxvi° Spiritus domini ornavit
celos I Cor. xii° Alii datur
per spiritum sermo sapientie alii datur
spiritus scientie etc. Habuerunt enim
septem dona spiritus sancti de quibus
dicitur ysaie xi Requiescet super
eum spiritus domini spiritus sapientie
et intellectus spiritus consilii et for=
titudinis spiritus scientie et pietatis
et replevit eum spiritus timoris
domini Receperunt enim sibi necessaria
quo ad deum quo ad proximum
quo ad seipsum nam necesse
habebant contemplationem inspectionem
et quantum ad hoc receperunt do=
num sapientie Eccl. vi° Animum
ad contemplandum sapientiam

Quo ad primum notandum est habebant
eos pasce et exemplo et tempo-
ri subsidio. Ideo debebant esse
docti et quo ad hoc receperunt
domum timoris paciencie et pacis
et quo ad hoc receperunt domum
fortitudinis prudencie in pro-
speris et quo ad hoc recepe-
runt domum intellectus perfecti
in operandis quia non tantum debe-
bant servare precepta sed etiam
consilia et quo ad hoc receperunt
domum consilii. Secundo ad in medium
quia non tantum apud iudeos sed
per diversas partes mundi erant
predicaturi. Licet enim prius dixit
In viam gentium ne abieritis. Act.
x. postmodum tamen dixit Act. ultimo
Eritis mihi testes in mundo universo et
ps. In omnem terram exivit sonus
eorum. Sonus autem auditu percipitur
verbum corde intelligitur. Tercium
ergo non capitur capiunt igitur
sonum sed illi in quibus tria
fiunt intellectum percipiunt. Tercio
ad innuendum quod cum linguis
erant locuturi contra quem de divisione
linguarum secuta est divisio con-
fusio et operis dissipatio sicut
patet Gen. xi° quia non tamen se mutuo
intelligent confusi remanserunt
se ab invicem diviserunt et
opus turris inceptum reliquerunt. Sed per
apostolos autem hec linguarum divi-
sio non fecit confusionem sed ordi-
nationem quia totum mundum erro-
ribus confusum sub fidei regulis
posuit et legem novam super
veterem ordinavit. Paulus. Hominis con-
firmat testamentum nemo super
sacrificia nec fecit divisionem
sed unionem. Actuum iiii° Multi-
tudinis credentium erat cor unum
et anima una. Nec fecit operis
dissipationem sed edificationem.

Edificaverunt turrim spiritualitatis
per quam in celum ascendit. Luce
xiiii° Quis vestrum volens edifica-
re turrim. Edificaverunt etiam civitatem
Ierusalem que de lapidibus vivis
construitur. I Pet. ii° Et vos tamquam
lapides vivi superedificamini
domus spirituales. Sermo octavus
de eodem etc.

Si quis diligit me sermonem
meum servabit et pater meus
diliget eum et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus.
Ioh. xiiii°. Ante adventum filii
dei eramus omnes servi dyaboli
a divina filiatione exclusi et etiam
hereditate celesti privati. Tante igitur
miserie nostre pater celestis com-
paciens misit filium suum in pre-
cium nostre redemptionis per quem sumus
in privilegium nostre adoptionis
receptum reservat in hereditatem
adoptantis. Celebravimus festum igitur
istis diebus de nostra redemptione
celebramus hodie festum de nostra
filiali adoptione. Celebraturi sumus
in futuro in patria festum de nostre
hereditatis perceptione. Hoc triplex
festum tangit Ro. viii° Non
enim accepistis spiritum servitutis
iterum in timore sicut olim
quando servi eratis quia ergo estis
redempti iam quibus servi. Ecce fe-
stum de nostra redemptione sed acce-
pistis spiritum adoptionis filiorum
dei. Ecce festum de nostra hereditatis
perceptione. Istud triplex festum
tangit Bernhardus dicens: Domine quid
est homo quia memor es eius
aut filius hominis quia visitas
illum. Denique quid mittis ei
unigenitum tuum, committis etiam
vultum tuum et nequid vacet in
celestibus ad opus salutis nostre
etiam super illos beatos fiet spiritus

mittitur in ministerium nostrum
De primo autem festo scilicet de nostra
redemptione intermittamus
quia ipsum nuper celebravimus
Tertium scilicet de nostra hereditatis per-
ceptione differamus quia in futuro
celebraturi sumus. De medio autem
dicamus scilicet de adventu spiritus
sancti quem hodie recolimus. Circa
cuius adventum in predicto verbo
tria ponit. Primo spiritus sancti
missionem cum dicitur Ad eum veniemus
Secundo ipsius missi confirmationem
cum dicitur et mansionem apud
eum faciemus. Tertio missi et con-
firmati manifestationem cum dicitur
Si quis diligit me sermonem
meum servabit. Et licet hoc or-
dine in littera non ponatur nobis
tamen ea hoc ordine prosequamur
Primo ergo spiritus sancti missio
que subintelligitur cum dicitur ad eum
veniemus. Augustinus venit ad nos
pater et filius et spiritus sanctus
et nos venimus ad eos. Ve-
niunt subveniendo venimus
amando veniemus imitando
Ista autem missio apertius dicitur
tangitur infra cum dicitur Paraclitus
spiritus sanctus quem mittet pater
in nomine meo etc. Ut autem
spiritum sanctum recipere possimus nos
disponere et preparare debemus
Sunt autem quattuor que preparant
et disponunt. Primum devota oratio.
Libenter homo ad illud hospicium
divertit ad quod invitatur. Propter
autem orationes quedam sunt spiritua-
les invitationes. Cum autem invi-
tamus eum ei affectu cordis nostri
per orationem aperimus et ipse sine
invitatione statim venit. In Apocalypsi iii
Ego sto ad hostium et pul-
so. Paratus autem ipse est velox ad
veniendum. Sapientie vii. Omnibus
mobilibus mobilior est sapientia.
Sic nos debemus esse veloces
ad aperiendum ne contingat no-
bis illud quod dicitur Cantica v
Surrexi ut aperirem dilecto meo
at ille declinaverat atque transie-
rat. Secundum est profunda humilitas. Li-
benter homo ad illud hospicium
divertit in quo honorari se cre-
dit. Ab humilibus autem honoratur.
Humilitas autem ad receptionem spiritus
sancti disponit. Sicut enim vallium at-
trahit aqua in convallibus fluit
columba in caverna et foramine
nidum ponit. In quantum igitur spiritus
sanctus est oleum quod veram
consolationem infudit requirit vallem
humilitatis. Quod signatum est iiii Re-
gum iiii ubi Eliseus vasa
vacua adimplevit. Ecclesiastici xxiiii
Sapientiam sacerdotis in tempore vacuitatis
In quantum vero spiritus sanctus est aqua
que sitim mundi extinguit non
fluit in montibus sed in valli-
bus id est in humilibus. Psalmus Qui
emittit fontes in convallibus
id est gratiam suam prestat humilibus
inter medium montium pertransibunt
aque scilicet gratie. Duo montes sunt
due partes superbie scilicet temporalis
et spiritualis in medio horum mon-
tium est humilitas que semper tenet
medium non declinans ad superbiam
que nascitur ex re temporali et ideo
in hoc medio aque pertransibunt.
In quantum autem spiritus sanctus est colum-
ba que frequenter apparuit nobis facit
non nidificat in monte sed in
caverna et quasi foramine
id est humili corde. Cantica ii Co-
lumba mea in foraminibus
petre in cavernis macerie. Tertium
cordis puritas. Libenter homo
habitat in hospicio mundo sic et
spiritus sanctus in corde puro. Psalmus

domum tuam decet sanctitudo domine
in longitudinem dierum. In omelia Gregorius pensate
fratres carissimi quanta sit ista
solempnitas hec in cordibus sp-
piritio adventus dei. Certe si
domum vestram quispiam dives a-
potens amicus intraret omni
festinancia domus tua munda-
retur ne quid forte esset quod o-
culos intrantis amici offenderet.
Tergat ergo sordes pravi operis
qui deo preparat domum mentis.
Ieronimus sapientes balsamum non mit-
titur in vase non puro sic nec
deus immittit spiritum sanctum in
corde immundo. Ideo propheta sic
petit cordis mundacionem cum
dicit Cor mundum crea in
me deus deinde spiritus sancti
infusionem cum subdit Et spiritum
rectum innova in visceri-
bus meis. Est autem mundandus
intellectus ab omni errore vo-
luntas ab inordinato amore
et opus corporis a negligentia
et hoc signatur ij Paralipomenon xxix o.
ubi dicitur Mundaverunt templum et
portas et murum. Per templum intel-
ligitur turba cogitacionum per por-
tas consensus voluntatis quia
ad animam non intrant nisi per
voluntatis consensum per mu-
rum bona operatio que animam
munit ne ab hostibus superetur.
Tercium est mentis tranquillitatio
vacatio libera ut homo ad hospi-
cium illud dicitur in quo requie-
scere tunc credit. Omnis igitur qui spiritus
sancti adventum desiderat vacare
debet a tumultibus secularium
negociorum et fantasmatibus
malarum cogitacionum. Ideo dictum
fuit apostolis Luce ultimo Sedete
in civitate quousque induamini

virtute ex alto. Sedete id est quieti
vos date. Legitur iij Regum xix
quod quam diu Elias fuit in
solitudine laute a deo pascebatur
postquam autem ad ipsum se transtulit
vix subcinericium panem tunc pe-
tiit. Cum anima diu in solitu-
dine id est in mentis quiete durat
consolaciones percipit quando autem
tumultum in corde patitur vix mo-
dicum tunc mittitur. Sunt autem aliqui
qui quicquid mundi curiositates vo-
lunt compellere per alias vanitates.
Unde Ambrosius in libro de dignitate
et hoc [illegible] reprehendit
dicens Ipse pitagoricus [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
molliora tamen ut anima cu-
ris secularibus corda mulceret
sed ille sicut is qui laterem
lavat secularia secularibus fru-
stra cupiebat abolere. Magis enim
se obnubebat luto qui remedium
voluptatem inquirebat. Quies
autem est perfecta requies in do-
mo anime quando racio et voluntas
sibi conveniunt. Quando enim duo so-
cij simul in una domo conveni-
unt pax est in domo. Quando
autem unus alteri non convenit ibi
est turbatio et inquietudo.
In domo anime deus duos
socios posuit scilicet racionem et vo-
luntatem ut scilicet racio bonum agen-
dum discernat et voluntas illud
eligat. Quando autem racio bonum
discernit et voluntas illud contem-
pnit tunc male conveniunt et ma-
gna in anima turbatio generatur.
Ysaie lvij Impij quasi mare
fervens quod quiescere non potest.
Quarto ponit spiritus sancti missificatio-
nem cum dicitur Mansionem apud
eum faciemus. Et sicut quando

sunt que disponunt ad suscipi-
endum spiritus sancti missionem
Sic quatuor sunt que dispo-
nunt ad eundem confirmationem
Primum est memoria mortis
Ignis malis nisi includitur ser-
vatur quam sub cinere Similiter
ignis spiritualis non melius con-
servatur quam sub mortis medi-
tatione et memoria cum mortis gratiam
conservat quia facit humilem unde
Eccli x°. Quid superbis terra et
cinis vnde in Jacobina vitat
[illegible] Eccli vij° In omnibus
operibus tuis memorare novi-
ssima tua et in eternum non pec-
cabis dat consilium Gregorius val-
de se sollicitat in bono opere
qui semper cogitat de extremo
fine // Secundum est mortificatio car-
nis [illegible] nam carnes conser-
vantur in sale quam in melle
Sal quidem est quod est mortifica-
tivum et pungitivum signat carnis
mortificationem mel vero carnis
delectationem Deus cum in sacri-
ficio suo semper sal requirebat
quia diligit carnis mortifi-
cationem Numquam autem mel sibi offer-
ri volebat quia odit carnis
Math ix°. Omnis victima sale
salietur et si diceret Si carne
tua vis in sacrificium victimare
et oblationem ipsam condiri per
mortificationem dicit Ambrosius
Et vnde aque stantine putre-
scunt sed currentes in suo vi-
gore conservantur Sic caro stans
in ocio per peccatum putrescit
Sicut autem nisi diversis lapidibus
leviores et agiliores frangitur
in gratia conservatur (Unde Augustinus
in libro de civitate dei dicit
apud garamantes est fons
tam frigidus diebus et non
bibatur tam calidus noctibus et
non tangatur // Per istum fontem
intelligitur spiritus sanctus de quo
dicitur in sermone Apud te est
fons vite Per diem intelligitur
mundi prosperitas // per noctem
presentis adversitas Iste igitur fons
in die frigescit de nocte ca-
lescit quia gratia spiritus sancti in
prosperitate mundi extinguitur
in adversitate presentis inflamatur
Secundum autem virtus spiritus sancti in
carnis mortificatione conservatur
dicitur ij Cor xij virtus in infir-
mitate perficitur // Libenter igitur
gloriabor in infirmitatibus
meis i. in mortificatione carnis
mee ut inhabitet in me virtus
Christi // Tertium presentia timoris sic
enim domus si non habet stabile funda-
mentum corruit et si non habet
~~stabile~~ tectum stare nequibit
Sic anima sine timore dei per-
severare non potest Timor enim
est fundamentum unde dicitur
Eccli xxvij° Si non in timore
domini tenueris te instanter cito
subvertetur domus tua et est
tectum unde dicitur Eccli xxv° Ti-
mor domini super omnia superposuit
autem quatuor [illegible] [illegible]
que faciunt hominem desistere
a peccato scilicet pudor dolor timor
et amor // Timor autem et dolor
ut dicit non sunt a deo valde
ad resistendum quia pudor [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
dolor de aliqua [illegible] consola-
tione validissimus autem ad re-
sistendum est impossibilis ~~[illegible]~~
amor dei in [illegible] timor
supplicii Quartum est custodia
[illegible] hominis i. quinque sensuum
[illegible] [illegible] cum [illegible] plenum.

balsamo aptu relinquit balsamu cito ~~relinquit~~ effudit Si cistella in aqua thezaurum recondit apta relinquit totus thezaurus furto surripitur Sic gra spus sti perdita nisi custodiat sensibus adhibeat Ecce

Gratie fatuorum effudentur Sic tua gratiam perdidit Quia sensus no custodivit Effusa est gra per auditu dum vocem serpentis audivit per visu dum pomu per curiose respexit per olfactu dum ~~per~~ eius odore est delectata fuit per tactu dum manu porrexit per gustum dum comedit // Tercio ponit spus sti missi et confirmati manifestacionem Unde dicitur Si quis diligit me sermonem meum servabit Bona opera signa manifesta sunt que spus sctus ad esse ostendunt / Sunt enim quatuor signa que spum sctum demonstrat primum est bonis operibus insistere ii pet 1o Sathagite et per bona opera certam vestram vocacionem et electionem faciatis Hebr vio Terra sepe venientem super se bibens imbrem et generans herbam oportunam illis a quibus colitur accipit benedictionem a deo Econtra aut operibus insistere malis est signum divine reprobacionis Unde sequitur Proferens autem spinas et tribulos reproba / Secundum est de omni peccato dolere et satisfacere Ysaie lviio Hec dicit dominus habitans cum contrito et humili spu ut vivificet spm humilium et vivificet cor contritorum pt Cum ipso sum in tribulacione Item cor contritum et humiliatum deus

non despicies Econtrario aut signum reprobacionis est non flectere ad penitentiam et cor durum habere sicut patet in pharaone De talibus dicitur Job xlio Cor eius indurabitur quasi lapis et stringetur quasi malleatoris incus lapis non mollificatur compunctione incus non frangitur percussione Deus habet duos modos vocandi peccatores aut beneficiorum largitatem que est quasi unctio quedam dei aut per adversitatem in missionem que est quasi quedam percussio dei Sed tales nec convertuntur per unctionem beneficiorum quia sunt quasi lapides qui non molliscunt compunctione nec convertuntur sed amplius indurantur ex flagellatione et percussione / Secundum signum est verba dei libenter audire Joh viii Qui est ex deo verba dei audit Econtrario signum reprobacionis verba dei nolle recipere Unde sequitur Propterea vos non auditis quia ex deo non estis Gregorius Si ipse verba dei audit qui ex deo est audire non potest qui ex deo non est Interroget se unusquisque si verba dei in aure cordis percipit et intelligit unde sit Tercium signum est quod per nulla vita vel morte mortale peccatum committere Istud signum habuit apostolus qui dicebat Ro viiio Certus sum enim quod neque mors neque vita etc poterit nos separare a caritate cristi Istud eciam signum habuerunt illi sancti machabei qui dixerunt secundum Mac viio parati sumus mori quam patrias dei leges prevaricari licet miris quia sicut Cant viiio fortis est ut mors dilectio in me etc ipsa

dilectio est fortior morte quia amor occidit mortem sed mors non occidit amorem sicut patet in sanctis martiribus Primo quia propter mortem non dimittebant amorem sed propter amorem contempnebant mortem. Tertio vero signum divine est reparacionis non tantum per vitanda morte sed etiam quod aliqua temporali retributione mortale peccatum committere sicut faciunt multi iudices et advocati qui propter parva temporali mercede desinunt veritatem Proverbiorum 28 capitulo Qui cognoscit in iudicio facit bene hic et pro buccella panis deserit veritatem. Vel possunt hec signa aliter assignari. Spiritus enim sanctus apparuit in quadruplici signo scilicet nubis columbe flatus et ignis per que datur intelligi quatuor esse signa spiritus sancti. Primum est habundancia lacrimarum et ideo apparuit in specie nubis super Christum transfiguratum. Psalmus Flavit spiritus eius et fluent aque scilicet lacrimarum. Genesis primo Spiritus domini ferebatur super aquas. Romanorum 8 capitulo Ipse spiritus postulat pro nobis id est nos postulare facit gemitibus inenarrabilibus. // Postulare enim est dimissio amaritudinum. Et ideo apparuit in specie columbe que felle caret ad signum quod spiritus sanctus quod replet facit sine felle odii et amaritudinis esse. Odium enim animam a bono opere sterilem reddit. Sed spiritus sanctus adveniens facit eam fecundam ideo significatur per rorem unde cantat ecclesia Qui roris intima aspersione fecundat. Carnem inflammat sed spiritus eam refrigerat. Iohannis 4o Qui biberit aquam quam ego dabo fiet in eo fons aque vive. Carnem indurat sed spiritus eam mollificat. 1 Iohannis 2o Unctionem habetis a spiritu sancto. Carnem amaritat sed spiritus sanctus eam dulcorat. Ecclesiastici 24o Spiritus meus super mel dulcis. Qui igitur omnem fetorem et rancorem deponit signum est quod recepit spiritum sanctum in cor suum fecundantis aque refrigerantis unctionis mollificantis et mellis dulcorantis. // Tertium signum est contemptus temporalium et ideo apparuit in specie flatus ad significandum quod quando aliquem replet facit sibi omnia temporalia apparere tanquam flatum vaporem et fumum. Iacobi 4o Que enim est vita nostra vapor est ad modicum parens. Legitur Iudicum 14o iuxta aliis duobus capitulis de Sampsone quia spiritus domini in eum irruit et sic leonem laceravit philisteos expugnavit et vincula rupit. Per leonem intelligitur superbia. Per philisteos qui interpretantur cadentes intelligitur amator divitiarum. Proverbiorum 11o Qui confidit in divitiis corruet. Per vincula intelligitur carnalis concupiscentia. Ecclesiastes 7o Dicit de muliere vincula sunt manus eius. Si igitur spiritus sanctus in cor alicuius venerit mox ille leonem lacerat id est superbiam fugat, philisteos interficit id est temporalia et divitias contempnit, vincula rumpit id est carnalia desideria a se repellit. // Quartum signum est desiderium supernorum et ideo apparuit in specie ignis qui semper est sursum ferri. Ezechielis 8o Et levavit me spiritus inter celum et terram. Quando ergo quis elevatur in celum signum est quod

habet spm sctm vbicumqz cum
fumus signum est quod ibi est ignis
Sic vbicumqz est fumus aroma-
ticus scti desiderij signum est
quod ibi est ignis spus scti qui
mente integra deum desiderat
perfecto iam est que desiderat

Sequitur sermo primus de
sancta Trinitate etc

O altitudo diuiciarum sapiencie
et sciencie dei quam incompre-
hensibilia sunt iudicia eius
et inuestigabiles vie eius quoniam
ex ipso et in ipso et per ipsum
sunt omnia ipsi gloria in secula
seculorum amen Ro xj Festum
de trinitate olim non fiebat
ab ecclesia Sed quia circa ipsam
trinitatem personarum diuinarum
multe hereses succedebant
Karolus xpianissimus impe-
rator rogauit alchwinum magistrum
suum ut hystoriam de trinitate
componeret per quam errores eli-
minaret et fidem catholicam
daret Qua composita ordinauit
ut festum fieret et sic error insi-
dellium confunderetur et deuocio fide-
lium augetur / Fit autem ipsum festum
trinitatis diuersimode adiuersis Ecclesia
enim non facit aliquod festum speciale
seu proprie contenti illa laude e-
nitatis Quia dicitur Gloria patri
et filio et spiritui sancto Et isti
indicant quod festum trinitatis oportet
esse continuum perpetuum et eternum
Alij illud celebrant illud in
dominica ante aduentum volen-
tes ostendere quod ipsa trinitas
est principium operum cristi Alij id
celebrant in octaua penthe-
costes volentes ostendere quod
ipsa trinitas sit finis et consu-
macio operum cristi vel potest dici

quod dominica que est in octaua
penthecostes est principium aliarum
dominicarum in quibus ecclesia de tempore
dominica vero ante aduentum est
vltima aliarum dominicarum Celebratur
ergo festum sancte trinitatis in
principio dominicarum vt ostendatur
quod est principium omnium celebritatum
ut ostendatur quod est finis omnium
celebritatum in omnibus dominicis
et diebus singulis celebratur
ut ostendatur quod est conseruatrix
et gubernatrix omnium Illi autem
qui celebrant in octaua penthe-
costes sicut est ordo noster
ordo scilicet predicatorum racionabiliter
videntur facere Celebrauimus
enim festum de filio et de spiritu sancto
celebramus similiter in passione festum
de patre hic autem videatur esse
diuisa maiestas quorum sit de-
uisa diuinitas festiuitas post
celebracionem festiuitatis filij
et spiritus sancti fit in fine
festiuitas omnium trium ut in sin-
gulari festiuitate cunctis esse
ipsius personarum trinitatis in festi-
uitate communi ostendatur in celis esse
vna et indiuisa maiestas Apostolus
ius autem raptus fuit vsqz ad
tercium celum et in paradisum et ibi
audiuit diuina et profunda misteria
tamen non est ausus misterium sancte
trinitatis curiose inuestigare sed
in istam admiracionem et laudis pro-
rumpens dicit O altitudo diui-
ciarum etc Vbi tria ponit Primo
quod cum trinitas et vnitas que
est deus non est curiose inue-
stiganda cum dicit O altitudo di-
uiciarum sapiencie et sciencie etc Secundo
quod fideliter est credenda cum dicit
quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso
sunt omnia Tercio quod suppliciter

est adoranda et glorificanda
Cui dicitur ipsi gloria in secula se-
culorum Amen || Vicium est autem cu-
riose investigandum quia hoc
esset vanum et presumptuosum et con-
fusione dignum esset quidem etiam
homo non posset consequi sine
et intentio sua || ideo dicitur
Ecclesiastici iii° Altiora te ne que-
sieris et fortiora te ne scruta-
tus fueris sed que precepit tibi
deus illa cogita semper et in pluri-
bus operibus eius ne fueris cu-
riosus Job xi° Excelsior celo
est et quid facies profundior in-
ferno et unde cognosces Sicut
enim vanum esset oculis videre illud
quod digito et illud non in profundo
terre vel abyssi latet possumus
videre cum videri non possit nisi
per exitum fit est Sic vanum est
profunda divinitatis velle scruta-
ri Augustinus de sancto Unde quod
possit sensus ~~corporis~~ carnis
in mundo ut ex hoc intelligatis
que possit sensus mentis in deo
quia mundum istum visibilem oculo
carnis et ea que foris sunt
percipimus sed ad ea que intus
latent sensu penetrare non va-
lemus et si appareat quedam
que latuerunt adhuc alia multa
sunt que comprehendi non possunt /
vel immensitate quia sensum
excedunt vel sublimitatem
quia sensum effugiunt / vel ob-
scura quia sensum ad se non ad-
mittunt || Ita cogita quod sensus
mentis si aliquando ad deum
contingendum admittitur ea solum
que foris sunt percipit et que
intus latent abscondita non
comprehendit Legitur in apocrisis
Esdre quod sibi profunda dei scru-
tari volenti per angelum dictum

Si vales flammam ignis ponde-
rare flatum venti mensura diem preteri-
tam revoca ac si dicat Si ea
que infima sunt et tecum sunt
non vales comprehendere quomodo ea que
divina sunt et super te sunt po-
teris invenire || Legitur de beato
Augustino quod eo tempore quo
libros de trinitate componebat
dum per littus maris sociis a longe
sequentibus meditando discur-
reret quia trinitas sua se con-
tinens in afflicta ... mare
posita erat puerum unum pulc-
hritudinis in littore maris luden-
tem invenit qui etiam in littore
fossam parvam fecerat et cum coclea-
ri argenteo aquam de mari
in illam foveam refundebat Cum
Augustinus videret inquisivit quid
ageret At ille volo totam aquam
maris cum isto cocleari in hanc
infundere Tunc Augustinus in risum
provocatus ait Quomodo poteris hoc
efficere bone puer cum mare
sit magnum coclear modicum
fossa parva Et ille possibilius
est michi hoc agere quam tibi
ea que cogitas adimplere
Tunc Augustinus inquit quid hoc
sit Et puer cogitas et labo-
ras brevi volumine comprehendere
trinitatem incomprehensibilem sacra-
mentum tu et liber tuus sit
modicum fovea ad recipiendum
et ingenium tuum modicum co-
clear ad inquirendum Et trinitas
ipsa pelagus infinitum ad ex-
hauriendum / statim quoque puer
disparuit Tunc Augustinus deum
glorificans qui eum puer de-
ceperat recognovit || Secundo non
est hoc curiose investigandum
quia hoc esset periculosum

periculosum

Seraphin velant faciem etc.

Prou. xxv° Sicut qui mel
comedit non est ei bonum sic
qui perscrutator maiestatem op-
primetur a gloria Hylarius de trinitate
Si intuentibus claritatem solis
visus etiam tanti luminis obstu-
pescit quod nobis iudici rebus et
in sole iusticie expectandum
est pro ratio esse Ecclesiastes luce
mirum intelligenda est inquan-
tum se permittit intelligi In
tantum expectanda inquantum appre-
hendi dedit ne si indulgentie
moderatione non summus admit-
tamus in dubio Augustinus in libro
de trinitate ubi queritur trinitas
trinitatis patris et filii et spiritus
sancti nec periculosius alicubi
erratur nec laboriosius aliquid
queritur nec fructuosius aliquid
invenitur Qui ergo vult quod non
sit sibi periculum faciat quod dicit
idem Augustinus in eodem libro qui
hoc audit et legit ubi pariter
certus est pergat mecum ubi pariter hesitat
querat mecum ubi errorem
suum cognoscit redeat ad me
ubi meum aliquid perdidit re-
vocet me ut sic Dominus ingrediamur
viam caritatis querentes faciem
eius de quo dictum est Querite
faciem eius semper Sed non est
hoc curiose investigandum
quia hoc esset confusione di-
gnum Exemplum refert rabi moyses
Et dicit antiqui geometriste dixerunt
Quod quicumque ponit ingenium
suum circa ista quatuor recipi-
et confusionem scilicet vult scire
quid sit in summo quod in imo
quid sit in primo et quid fiet
in ultimo Summum non et ultimum

primum vocat deum inquantum est prin-
cipium Imum autem et ultimum vocat
deum inquantum est finis et princi-
pium investigabilis est Ideo
qui circa hoc curiose posuerit
ingenium suum recipiet confusionem
Qui non posuerit in hiis que
sunt medium inter summum et i-
mum inter primum et ultimum et circa
divinos effectus non recipiet con-
fusionem sed instructionem Ideo dicitur
Ysa. vi° de seraphin quod dua-
bus alis velabant faciem eius
et duabus velabant pedes Velant igitur
caput quia ipsum primum principium
est investigabile Velant etiam
pedes quia ipsum primum principium
prout est finis similiter est inve-
stigabile Media autem non sunt
velata quia ea que sunt a principio
in finem scilicet divini effectus nobis ma-
nifestata sunt Secundo ponitur quod
ipsa beata trinitas fideliter est creden-
da sicut dicitur Ro. xi Ex ipso et cum
ipso et in ipso sunt omnia Est in-
fideliter credendum quod in deo
sit trinitas personarum quod notatur
cum dicitur Ex ipso scilicet patre et per
ipsum filium et in ipso scilicet spiritu sancto
Et quod ibi sit unitas essencie
quod notatur in eo quod dicitur in sin-
gulari Ipsi gloria in secula
seculorum et hoc debet nobis suf-
ficere ut scilicet hoc sciamus et cogno-
scamus per fidem Augustinus de civita-
te dei Ratio humana aciem in va-
lida in tam excellenti luce
non figitur nisi per iusticiam fidei
emundetur Bernardus ad Eugenium
dicit tres sed non ad preiudicium
unitatis dicimus unum sed non

sed non ad confusionem trinitatis
querere quomodo possit hec esse
sufficiat tibi credere sic esse. Scru-
tari hec temeritas est credere pie-
tas nosse vita est et vita
eterna. Licet autem hec per fidem
sit tenendum nichilominus tamen
ipsa fides auctoritatibus et racio-
nibus et congruis similitudinibus
adiuuatur. Augustinus in libro de
trinitate primo secundum auctoritates
sancte scripture utrum fides
se habeat admirandum est de-
inde aduersus garrulos ratiocina-
tores racionibus catholicis et
eciam similitudinibus congruis
ad defensionem et assercionem fi-
dei utendum est. Dicendum autem
in vniuerso quod ipsa fides una
qua credimus deum trinum et vnum
multipliciter adiuuatur. Primo
scripture testimoniis. Secundo racio-
nibus catholicis. Tercio ostensis
miraculis. Quarto creaturarum
vestigiis. Quinto de miratis fi-
guris. Sexto oracionibus deuotis.
Primo ergo adiuuatur scripturarum
testimoniis et ista est forti-
ssima racio habendi in the-
ologia. In aliis scienciis locus
ab auctoritate debilis est.
Hic autem validus est et fortis.
Alibi racio roborat auctoritatem
hic autem auctoritas roborat
racionem. Racio autem huius diuer-
sitatis est quia alie sciencie sunt
ab humana inuencione inuente
que falli potest et fallere. Theo-
logia autem est de diuina inspira-
tione et incommutabili veritate
que nec falli potest nec fallere.
Iste igitur conuenientissimus

modus ostendendi misterium
essencie et trinitatem personarum
testimonio scripturarum diuinarum
que nobis tradite sunt per legem
et prophetas apostolos et euangelistas
suscepimus et cognoscimus
et veneramur nec vltra sunt
inquirentes ut non non tamen
in ore duorum vel trium testi-
monium stet quod vnum. Secundo
quod hoc ostendi potest per auc-
toritatem diuinam et humanam
quod auctoritate diuinam ostenditur
Gen. 1o Faciamus hominem ad
ymaginem et similitudinem
nostram et hec vox patris ad
filium et spiritum sanctum. Non enim
potest esse vox ad angelos vel ad
aliam creaturam quia nulla crea-
tura potest creare. Secundo ergo dicitur
faciamus et ad nostram ad plu-
ralitatem personarum. Contrario
si non esset pluralitas personarum
non diceretur faciamus sed faciam
nec nostram sed meam. Secundo
non dicitur ad ymaginem et si-
militudinem ad quod pertinet
vnitatem. Quia si ibi non
esset vnitas substancie non diceretur
ibi ad ymaginem sed ad y-
magines nec ad similitu-
dinem sed ad similitudines.
In hoc autem quod dicitur ad yma-
ginem datur intelligi quod sicut
homo est dei ymaginem et
natura sic debet conformari ei
esse in operatione sua et tandem
possit peruenire ad similitu-
dinem in gloria. Sicut filius
carnalis similis est patri
in facie et ipsum imitatur
in operacione succedens

tandem filii in hereditate. Secundo ostenditur per auctoritatem angelicam ysaie vi° sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum plena est omnis terra gloria eius. Quod ter dicit sanctus pertinet ad trinitatem personarum quod semel dicitur dominus deus sabaoth pertinet ad essencie unitatem. Tercio ostenditur per auctoritatem humanam et hoc per auctoritatem propheticam psalmiste Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre. Hic ponitur trinitas personarum in hoc quod ter ponitur deus postea unitas essencie in hoc quod in singulari subinfertur et metuant eum omnes etc. Quarto per auctoritatem capitulam I Johannis quinto tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus et hii tres unum sunt. Galatas iiii° c. Quia estis filii dei misit deus spiritum vestrum in corda vestra. In hoc quod dicit misit deus persona patris accipitur filius et spiritus sanctus expressim ~~nominatur~~ nominantur. Per auctoritatem evangelicam Mathei ultimo Baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. Hic aperte tres persone nominantur que eiusdem essencie esse signantur in hoc quod dicitur non in nominibus sed in nomine. Secundo ipsa fides adiuvatur rationibus catholicis. Deus namque est summe bonus et cum boni natura sit sui ipsius communicativa debuit se summe communicare. Sed in creatura non summe se communicat quia non potest recipere

totam suam bonitatem. Oportuit igitur ut in unitate divine essencie plures essent persone. Deus preterea est summe beatus. Summa autem beatitudo non potest esse sine summo gaudio. Summum autem gaudium non potest esse sine summo et iocundissimo consortio. Ideo oportuit ut in divinis esset consortium et pluralitas personarum. Tercio adiuvatur ostensionibus videlicet de quibus tria ponere sufficit. Legitur in cronica Eusebii Cesariensis et in historia scolastica quod circa Christi nativitatem apparuerunt tres soles qui paulatim ad se invicem approximati in unum solem redacti sunt per quod significabatur quod notitia trinitatis et unius dei toti orbi immineret. Refert Eutropius vel Eusebius quod cum quidam arrianus quendam baptizare dicens Baptizo te in nomine patris per filium in spiritu sancto filium et spiritum sanctum minorem esse patre per hoc ostendere volens subito aqua disparuit et baptizandus ad ecclesiam confugit. Legitur etiam in quadam alia cronica et Sigibertus idem testatur quod cum in Gallias arriana heresis pullularet que in divinis trinitatem personarum et unitatem essencie negabat, unitas substancie et trinitas personarum evidenti miraculo declaratur. Cum enim circa annos domini cc° in urbe vasatensi vel circa celsi et tempore missa celebraretur quidam vidit tres guttas clarissimas et equalis magnitudinis de celo super

altare emissas que paulatim
ad montem appropinquantes unam
gemmam pulchritudinis efficerunt
quam cum in medio cuiusdam crucis
~~auree~~ auree posuissent a hic
gemme que ibi erant tantam
eius excellenciam non sentientes
de ipsa cruce ~~de~~ proprius decide-
runt. Impressio autem videbatur obscu-
ra sed mundis lucida infirmis
dabat sanitatem adorantibus
crucem afferebat devotionem /
Certo fides nostra adiuvatur creatu-
rarum vestigiis non est enim alia
creatura que sibi valeat assimi-
lari quia nec umbra omnino
similis est corpori cuius est umbra
nec vestigium pedis omnino est
simile pedi cuius est vestigium
nec ymago omnino similis est
ei cuius est ymago / potest enim aliqua
similitudo parva inveniri. Inve-
nitur autem hec similitudo in cre-
aturis superioribus inferioribus
et mediis. In creaturis supe-
rioribus sicut in sole in quo sunt
tria sunt ea demonstrant scilicet
quod est quod lucet et quod calet
id est substantia solis radius et calor.
Radius de sole nascitur quia
filius de patre generatur / Calor
ab utroque progreditur quia spiritus
ab utroque spiratur / Substantia autem
solis a nulla creatura causatur
quia pater a nullo dicitur / Secundo
invenitur in creaturis inferioribus
sicut in elemento aque secundum sanctum
Dyonisium in libro de divinis nominibus
una aqua est in fonte rivo
et stagno. Rivus autem a
fonte stagnum a fonte et rivo
fons vero a nullo. Sic pater et filius
et spiritus sanctus sunt unus
deus / Filius autem est a patre
et spiritus sanctus a patre et filio
pater a nullo. Et sicut in fonte
rivo et stagno eadem est aqua
quia in patre et filio et spiritu
sancto est eadem substantia / Tertio inve-
nitur in creaturis mediis scilicet in
homine. Sicut enim in homine
est una anima cum tribus potenciis
et quantum ad has potencias factus
est homo ad ymaginem dei de
quibus potenciis dicit Augustinus
~~de ymaginem dei~~ in sermone
de ymagine. Non sufficit solus
intellectus nisi sit voluntas
in amore dei nec voluntas
sufficit nisi memoria addatur
qua in mente intelligentis et
diligentis manet deus. Sic
in deo est una essencia in
tribus personis / Quarto fides
nostra adiuvatur divinis figu-
ris. Prima figura una ponitur
Genesis xviii° ubi Abraham
vidit tres pueros et unum
adoravit et secundum glosam nu-
stud trinitatis manifestius
declaratur. Vidit enim tres quia
tres sunt in trinitate persone
sed unum adoravit quia in tribus
personis est una essencia. Alia
figura ponitur Genesis xl° preposi-
tus pincernarum Pharaonis vidit
tres propagines. Quid sunt
tres propagines in vite una
nisi tres persone in una divina
essencia. Tercia figura ponitur
Danielis v ubi dicitur quod Balthasa-
zar vidit tres digitos quasi
scribentes hec tria verba appen-
dit numeravit et divisit. Appen-
dit spectat ad patrem qui

manu sue potencie totum mundum
appendit in esse conservat et
custodit Secundo comparatur ad filium
qui per suam sapientiam
omnia numerata scit et cognoscit
Dividere comparatur ad spiritum sanctum
qui per suam bonitatem dona
dividit et distribuit singulis
prout vult Isti sunt digiti in
manu dei scilicet potencia sapientia
et bonitas de quibus dicitur ysaie
40 cuius appendet tribus di-
gitis molem terre Iste deus
qui omnia potenter creavit sa-
pienter disposuit clementer
omnia bona fecit De quibus tribus
dicit augustinus in libro de trinitate
si queratur cuius fecit lucem
deus est Si per quid fecit dixit
fiat et facta est Si quare fe-
cit quia bona est nec auctor
excellentior deo nec ars
efficatior dei verbo nec causa
melior quam ut bonum crearetur
a bono // Secundo fides nostra
admiratur et intelligenciam tri-
nitatis abstinetur omnibus de-
votis [illegible] commoda multi-
tudo partis etc. / Ubi dicit glossa
Intelligenciam sancte trinitatis
per quam in laboribus [illegible]
humanitas flagitatur debemus
Est enim pater unius patris in-
quantum infirmitatem nostram
corroborat [illegible] partibus cor ho-
minis confirmet / filius iniquitatum
ignorantiam illuminat [illegible]
homo ex [illegible] erraverit sed
spiritus sanctus illuminat ut patet 1
Regum 14o de Jonatha qui
dixit vidistis quia illuminati sunt
oculi mei quia paululum gu-
stavi hic enim signatum est lux

ulterius ut dicitur [illegible] in [illegible]
penitus oculi discipulorum illuminati
sunt Spiritus sanctus iniquitatem insi-
piditatem nostram dulcorat Sapiencie
16o panem de celo prestitisti eis
omne delectamentum in se habentem
et omnis saporis suavitatem
Tercio dicitur quia ipsa trinitas et unitas
est a nobis supplicatur adoranda
et glorificanda cum dicit Ipsi
gloria in secula seculorum / Debemus
ergo ipsam glorificare / primo ex
debito quia ex hoc homo est
creatus ysaie 43 ipsum hominem
formavi michi et laudem
meam narrabit In eadem ser-
mone qui invocat nomen meum
in gloriam meam creavi eum
formavi eum et feci eum Secundo
ex merito 1 Regum 2o Quicum-
que glorificabit me honorifi-
cabit me et glorificabo eum
Ecclesiastici [illegible] cum clarificant me
vitam eternam habebunt / Tercio
ex exemplo quia ipsum laudat
et glorificat omnis creatura
scilicet insensibilis patet Celi enar-
rant gloriam dei Sensibilis ysaie
43 Glorificabit me bestia agri
dracones et strutiones intel-
lectualis Job 38 Ubi eras
cum me laudarent simul astra
matutina et iubilarent omnes
filii dei Et ideo debet cum glo-
rificare rationalis alias non esset
vera creatura quia omnis creatura
deum laudat et glorificat patet
Omnis spiritus laudet dominum Augustinus
Non cessat neque tacet laudes
tuas universa creatura tua Quar-
to ex officio in terra et in patria
[illegible] habitum Illud autem officium
est laudare deum psalmista [illegible]

qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt
te etc. Sermo secundus de eodem

Benedicat nos deus deus
noster et benedicat nos
deus et metuant eum omnes fines
terre Sicut Jeronimus ad Eliodorum
grandes materias ingenia par-
va non sufferunt nec enarrare
valent impeditur eloquio et in
ipso conatu ultra vires ausa
succumbunt et quanto maius fuit
quod dicendum est tanto magis ob-
ruitur qui magnitudinem rerum con-
plecti non potest nulla grandior
materia quam loqui de illo qui est
forma sine materia eterna igitur
materia grandis est et ingenia
parva sunt ideo difficilia dimitten-
do plana dicemus seu dicamus
In premissis igitur verbis propheta tan-
git primo quid de deo sit
credendum / secundo quid ab eo sit
petendum / tertio qualiter ei sit fa-
mulandum De deo autem credendum
est quod sit trinus et unus Veram
trinitatem personarum ostenditur per
hoc quod deus ter ibi ponitur
et unitatem essentie per hoc
quod in singulari ponitur benedi-
cat et eum / licet autem ipsa beata
trinitas certam rationem excedat
et simpliciter sit credendum potest
tamen humana mens eius vestigium
sive similitudinem aliqualiter inve-
nire primo supra se in ordinibus
scilicet angelorum de hoc dicit Augustinus
in libro de civitate dei Trinitas
sancta que in sanctis angelis est
est a sancta trinitate est origo
et informatio et beatitudo eorum
si queritur unde sit deus eam
condidit Si in sapientia a deo il-
luminatur Si unde felix deo fruitur
subsistentis modificatur contem-
plantis illustratur inherentis iocundatur
est viget amat in eternitate dei
viget in veritate dei lucet et
in bonitate dei gaudet / secundo
infra se scilicet in creaturis et hoc
quantum ad creaturas in universali
et in particulari In universali quia in ma-
gnitudinem creature invenimus
magnitudinem per quam intelligitur
dei potentia Sapientie xiii a ma-
gnitudine enim speciei in creatura
cognoscibiliter poterit creator horum
videri speciem et pulcritudinem
per quam intelligitur filii sapientia
Sapientie 13 aut gyrum stellarum aut
solem aut lunam rectores orbis
terrarum deos putaverunt quorum si spe-
cie delectati deos putaverunt sciant
quanto hiis dominator eorum speciosior
est Sapientie 13 Contra hoc dicit
consequenter Augustinus in libro de uti-
litate credendi Non frustra
intueor et inaniter pulcritu-
dinem celi ordinem siderum
vicissitudinem temporum In quorum
consideratione non curiositas est
exercenda sed gradus ad eterna
facienda Bonitatem per quam
intelligitur spiritus sancti bonitas
et clementia Genesis 1o Vidit
deus cuncta que fecerat et erant
valde bona // secundo in parti-
culari sicut in igne in quo
invenimus splendorem lucem et
calorem et licet calor et lux
sint ab igne tamen coeterna sunt
igni et licet filius et spiritus
sanctus sint a patre tamen coeterni
sunt patri Augustinus Quid possumus
in creatura invenire eternitati sue
coeternum eius non invenimus eius

Sufficit ad similitudinem si inveniamus tercium splendorem est de igne et hic tercia sunt da nichil(?) si igne sine splendore et credo patrem sine filio fuisse. Tercio ita se et hoc in divinis scripturis in secularibus disciplinis et divinis beneficiis et in muneribus. In divinis namque scripturis cognoscamus misterium trinitatis veram sicut dicit Augustinus in libro de utilitate credendi quod credimus debemus auctoritati quod intelligimus rationi. Idem in libro de trinitate Omnes catholici tractatores qui de trinitate que deus est scripserunt hoc intenderunt secundum scripturas docere quod pater et filius et spiritus sanctus sibi(?) sunt unius. Scripture enim divine scripture deo inspirante invente sunt et ideo deus per eas loquitur omne quod in eis continetur. Hylarius Soli deo credendum qui solus omnia novit. Vel igitur secundum damascenum inquirere debemus nisi quod accepimus a scripturis capitulo xv. Tercio liberales(?) addas hiis aliud quod maxime in quibus que sunt super [illegible] est fundandum(?). Hoc in secularibus disciplinis dicit [illegible] illud quod faustus in fide catholica dicit Tercia in personis etiam liberalia studia de spiritualibus disciplinis mutuata sensit. Unde enim in arte gramatica nisi primam et secundam et terciam personam invenies. Invenitur etiam una dictio que iuncta(?) est in voce et triplex in significatione et hec dictio amor. Amor est et est quarta(?) nomen cuiusdam sancti et est nomen commune et est verbum passivum. Equaliter est in liberalibus artibus relucet vestigium trinitatis sicut dicit Augustinus in libro de trinitate philosophi sapientie disciplinam tripertitam esse voluerunt cum una pars appellaretur physica alia logica tercia ethica scilicet naturalis moralis et rationalis. Et infra Certum(?) non quia a natura nostra ut esset deum habuit auctorem procul dubio ut vera sapiamus ipsum debemus esse doctorem et ut beati simus suavitatis intime largitorem. Tercio audimus beneficiis licet enim tota trinitas operata fuit beneficium nostre redemptionis filio tamen attribuitur redemptio spiritui sancto redemptoris adoptatio patri hereditatis collatio. Hoc etiam ostendit leo papa dicens Tocius trinitatis et commutabilis deitatis una est in substantia indivisa in opere concors in voluntate par in omnipotentia equalis in gloria dumque(?) sibi opus nostre redemptionis [illegible] trinitatis et pater propiciaretur filius propiciaret spiritus sanctus igniret(?) et Tercio in muneribus et precipue ut in evangelio nostro qui maxime videtur trinitatis misterium continere. Unde ait preclarus(?) per ipsum nunc scilicet evangelium addiscimus nobis ipsis magnificare deum unum eminentem potestatibus(?) [illegible] que sunt creata. Hoc autem non est sic intelligendum quod ipse ponet evangelium nisi in personis divinis quia hec non

cognouit Sed wlt dicere quod anti-
qui vtebantur thurario suo in
sacrificiis et oracionibus preter qua-
dam thurarii non perfeccionem. Cer-
to intra se .i. in anima Vnde
signanter dicit apostolus Ro 1o quod
notum est dei manifestum est
in illis Non enim tantum illis
dixit sed in illis quia homo
per intra se qui pot aliqualiter
cognoscere trinitatem Vnde ait
Augustinus in libro mens et noticia
eius et amor eius trina que-
dam mens cum nouit se et
amat se non amare se pot nisi
etiam nouit se Item ipsa mens
quasi parens et noticia eius quasi
proles mens enim cum se cogno-
scit noticia sui gignit et est
sola parens sue noticie amor
enim qui de ipsa mente et volun-
tate procedit dum enim mens cogno-
scit se diligit sed Non enim posset
se diligere nisi se cognosceret
amat etiam placitam prolem et
noticiam suam et ita amor quidam
complexus est parentis et prolis
Idem in libro de ciuitate dei Sumus
et nos esse non nouimus et nostrum
posse et esse esse et nosse dili-
gimus Secundo post consequenter quid a deo
et a sancta trinitate sit petendum
quia petenda est eius benedic-
tio vnde ait Benedicat nos deus
etc Circa quod sciendum quod fides
et inuocatio sancte trinitatis
dat nobis quadruplicem bene-
dictionem. Prima consistit in baptismo
et in prima et vtraque est facta
per fidem et inuocationem trinitatis
de quo Mt vltimo Baptisantes
in nomine patris et filii et spiritus

sancti de secundo dicitur Leuitici primo
quod leprosus pro emundacione
sua afferat decimam tres si-
mile in sacrificio In quo secundum
glosam signatur quod fides
trinitatis est causa purgacionis
anime. Tercia consistit in terrenorum
despeccione et celestium contempla-
tione Ysaie 40o Quis appendit
tribus digitis molem terre
q. d. nullus nisi deus trinus
et vnus quia sua potencia
sciencia sapiencia et bonitate mole
terre .i. ponderositatem corporis
quam appendit sursum eleuan-
do et ad contemplandum celestia
et ad contempnendum terrena sic
erat appensus Job qui dicebat
Job vii Elegit suspendium anima
mea Augustinus ad Hebrideum qui
in primum non credit non diligit
infimum non superabit in medio
atque ita summus misterii non fit
ydoneus ad hoc est totum quod a-
gere debemus mouere et atte-
ndere Sic eleuatus erat a terris
et intentus celestibus Augustinus
Cum de trinitate gloriosa meditaret
cum eum quedam mulier tribu-
lacionibus pressa ad Augustinum
venisset ut consilium peteret et
cum salutasset ille nec ad eam
respexit nec sibi respondit
Que tristis recedens cum alia
die missam sancti Augustini
audiret in spiritu rapta et ad e-
ternale trinitatis deducta vidit
ibi Augustinum faciem meliata de
trinitate gloriosa disputantem et
facta est vox ad eam dicens
Cum ad Augustinum iuisti ille de
trinitatis gloria altissime disputabat

et ideo ibi fuerit non aucit
sed ad eum redeat et consilium
salubre inveniet quod et
factum est / Tertia consistit in de-
monum et temptacionum figuracione
quod figuratum est Exodi quarto
Deus occurrit volebat nos et
eam magnam tamen duceret in so-
litudine et sacrificaremus ei
i. ut per fidem trinitatis ei
in hac vita serviamus in qua
peregrini sumus Et sequitur
ne forte accidat nobis pestis
aut gladius per pestem intel-
ligitur contemplacio que est certe
per gladium temptacio que est
ab hoste Hec autem temptatio
vincitur per fidem trinitatis .i.
Job. v° Hec est victoria que
vincit mundum fides nostra Ideo
ostensum est in Constantino-
poli cuidam fideli notario qui
cum quidam magus ad quendam
locum duxisset et divicias
ei multas promitteret dyabolus
in throno residens cum mago
conventu illuc advenit Et cum
interrogaret quis ille esset ma-
gus respondit servus meus et
demon ad eum vis esse servus
meus Et tunc notarius se signans
ait Ego servus sum sancte
trinitatis et continuo ille dispa-
ruit Cum igitur notarius sancte
crucis signaculo intrasset magus incanta-
tricem quam eciam ibat et di-
vertebat se in eum attente
respiciebat // Quarta consistit
in tribulacionum et adversitatum
expulsione Unde sicut refert
damianus Cum apud Constan-
tinopolim gravis pestis esset
de medio populi quidam puer

raptus canticum sancte trinitatis
scilicet sancte deus sancte fortis sancte
et misericors salvator miserere
nobis Ab angelis est edoctus quod
dum rediens decantasset mox
omnis tribulacio cessavit // Et circa
quarta ponit qualiter deo et sancte
trinitati sit serviendum quia cum
timore Unde deus grece dicitur
theos quod sonat metum quia est
metuendus hec nota cum dicitur
Et metuant eum omnes fines terre
Circa quod sciendum quod quidam sunt
infra terram sicut dampnati
Job xxvi° Ecce gigantes
gemunt sub aquis quidam sunt super
terram sicut beati patres Credo
videre bona domini in terra viventium
De ipsis dicitur psalmo 17 Celum
sursum et terra deorsum quidam
in medio terre sicut cupiditatibus
terrenorum dediti quos aliquando
deus salvat deuteronomii 32 Operatus
est salutem in medio terre quidam
sunt in finibus terre sicut viri
perfecti in quibus terrena finiuntur
et isti tanquam carissimi sunt
in manu dei patris In manu
dei sunt omnes fines terre Illi
autem qui sunt infra terram sicut
dampnati deum non metuunt
sed blasphemant et odiunt psalmo
superbia eorum qui te oderunt
ascendit Sed illi qui sunt super
terram sicut beati casto et sancto ti-
more metuunt iuxta illud Ibi
Timor domini sanctus permanens
in seculum seculi tamen ex toto
corde diligunt Et tunc cum impletur
quod dicitur Mathei 22 Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo Et
illi qui sunt in medio terre
ut avari metuunt timore servili

et carent amore filiali. i. Joh. iiij.
Timor non est in caritate. Illi qui
sunt in quibus tre. sicut viri perfecti
timent filiali timore. Eccl. primo
plenitudo sapientie timere deum. Sol.
potest quod eo quod non dixit metuat cum
omnibus tre sed metuat cum omnibus
sinibus tre. i. e. Tertium iusti in quibus
terrena fuerunt metuunt eius po-
tentiam ne superbiant. Jeremie 10
Quis non timebit te o rex gen-
cium. 2. Mach. 9. Iustum subditum
esse deo et mortalem non paria
deo sentire. Secundo metuunt eius sa-
pientiam ut sui cordis secreta di-
scuciat. Job 40 Timebunt angeli
i. angelici viri et timentes purgabunt.
Eccl. 2o Qui timent dominum preparabunt
corda sua et in conspectu
suo sanctificabunt animas suas. Ita
sicut dicitur Eccl. 23 Oculi domini
multo plus lucidiores sole. Tertio
metuunt eius iram ne ingrati
existant ideo ut grati sint semper
cum benedicunt et laudant. psalmus
Qui timetis dominum glorificate eum.
Eccl. 3 Rarum contrarie. Econtra vero
illi qui sunt in terra sicut super-
bi luxuriosi et avari eum non
timent. Superbi enim non metuunt
eius potenciam. Job 21 Quasi contra
omnipotentem ut furiosi cum sancti
Cum fortis ille dicitur qui nec rex
timet. Prius fortis est qui deum
non timet ut timendo audi-
at audiendo diligat diligendo
non metuat. Luxuriosi non me-
tuunt eius sapientiam. Job 24 Ocu-
li adulteri observant caliginem
dicentes non videbit me oculus.
Avari non timent eius iram
quia ingrati sunt ad iusticia

dei. Jeremie 5o Non dixerunt
in corde suo metuamus dominum
deum nostrum qui dat nobis pluviam
temporaneam et serotinam in
tempore suo. Sermo tercius de

Sanctus sanctus sanctus dominus
deus exercituum plena est
omnis terra gloria eius. Ysaie vjo.
In hoc cantico angelico sera-
phim primo glorificant bene-
dictam trinitatem et unitatem
tum dicunt Sanctus sanctus sanctus
dominus deus. Secundo glorificant
dei potentiam cum dicunt exercituum.
Tertio dei maiestatem cum dicunt
plena est terra gloria eius. Glo-
rificant primo beatam trinitatem
in eo quod dicunt ter sanctus uni-
tatem in eo quod in singulari
numero dicunt dominus deus. Circa
quod notandum quod quamvis quorumdam
dictum est sanctus est deus est
dominus. Sanctus enim habet tripli-
cem acceptionem. Sanctum enim
idem est quod firmum et quantum
ad hoc dicitur a sancio sancis
quod est statuere vel firmare. 2o
idem est quod clarum et accipitur
Math. vjo Sanctificetur nomen
tuum i. clarificetur. Tertio idem
est quod mundum et accipitur dyo-
nisius in libro de divinis nominibus
tum dicit Sanctus est ab omni
immundicia libera et perfecta
et omnia immaculata mundicia.
Similiter dominus secundum dyonisium
tria importat scilicet possidere possidere
et a possessione non cadere. Unum
autem idem de omnibus nominibus dominatio
aut non peior hoc est sub-
ditorum concessus tantum sed et
omnium et pulcrorum bonorum perfecta
et omnimoda possessio et vera

Sanctum

Dominus

B dei

et tande non valens fortitudo /
Similiter hoc nomen deus ut ex-
plicem accepcionem sed damas-
cenus cum atheni quod est tuare et
fovere quia fovet omnia / vel
ab ethezi quod est ardere deus
enim ut ignis consumens est /
vel ethaste quod est considerare vi-
demus igitur qualiter ista tria
conveniunt quia venit est enim pater

C

factus et dicitur deus pater nam
attribuitur / potentia et quantum
ad gratiam incipientem quam habet
habet considerare est ut dicitur
et hoc quantum ad gratiam incipi-
entem considerat cum voluntati
ipsam preveniendo et exhortando
ut bonum velit Eccl. 7o Excel-
sior excelso alius et super hoc
quod eminenciores sunt alii et
insuper universe terre Rex imperat
preveniens cogitato quidem est ex-
celsa affectio excelsior super
hanc excellencior intencio
que sunt digne affectionum et co-
gitationum Super omnes autem est
Rex scilicet deus qui imperat co-
gitationi et sit sancta affectioni
ut sit munda intencioni ut sit
recta / Filio habet confovere
et hoc per gratiam subsequentem
cum autem duo sunt qui fovet
scilicet deus gratiam promovendo et
homo gratie cooperando continue
amiciter fovet Eccl. 4o Si
dormierint duo fovebuntur
mutuo unus quomodo calefiet
fovet autem dicitur animam ut ad-
tulit ipsam per nullam mutat
Sap. 11 ista amicorum nutri-
sti ipsum tuum et frigidam
calefaciat Gen. 1o Spiritus domini

Creaturam dei operatur in nobis / de nobis / cum nobis / quedam vero sine nobis

fovebat super aquas secundum aliam
litteram ut attemptatore defendat
Math. 23 Conveniens volui congregare
filios tuos et cetera Tercio est consumare

E

pectus Consumma hoc deus qui operatur
et in nobis et dicit in nobis quia
quedam sunt que deus operatur
in nobis sine nobis infusio sine
gratie et multa bona que deus
mittit praestat Ysa. 26o Omnia
operatus es in nobis I Cor. 3o
Dei sumus adiutores dei agricul-
tura estis Quedam operatur in nobis
de nobis ut opus iusticie et
vindicte Ysa. 28 ut faciat
opus suum alienum est opus eius
ut operetur opus suum peregrinum
est opus eius ab eo opus mi-
sericordie sibi est proprium opus vero
iusticie est sibi alienum peregrinum
Quedam operantur sine ipso ut est
peccatum Sine ipso factum est nichil
Cum homines peccant adeo peccata
vocantur tunc opera hominum et non
dei patet / ut non loquatur os meum
opera hominum // Filio attribuitur sa-
piencia et quantum ad hoc habet
considerare ut deus clarificare
ut spiritus possidere ut dicitur Hebr.
4o Vivus est enim sermo dei
et efficax et penetrabilior omni
gladio ancipiti Sophonie primo
Scrutabor Jerusalem in lucernis
Considerat enim diligenter ideo
dicit Scrutabor terribiliter
Jo. dicit Jerusalem Si enim scrutabitur
Jerusalem quid fiet in babilonia
Subtiliter ideo dicit in lucernis
Secundo est clarificare ut scribitur
...quam cum considerat super me-
tem puram invenit ipsam
clarificat et gratiis et virtutibus
ipsam exornat patet illustra

faciem meam super firmamentum tuum et
dicit facie quia omnes sensus
vigent in facie. Secundum ergo deus
illustrat faciem quando respicit o-
culo mie psalmus Oculi domini super iustos et in pau-
perem respicit. Tercio quando audit de-
siderium anime psalmus Desiderium pau-
perum exaudit dominus. Quarto delectatur
in odore fame mee Genesis 27 Ecce
odor filii mei sicut odor agri
pleni. Quinto quando pascitur in virtute
continentie Canticorum 10 Qui pascitur
inter lilia .i. corda pura et munda.
Sexto tangit manu potentie discipline
Job vi° Solvat manum suam et
succidat me. Septimo ut possideo
sit deus per quam aut deus animam
possederit et clarificavit ipse
possidet et habitare dignatur. Quia
enim iusti sedes est sapientie. Secundum
enim sapientia divina sedet in anima
i. in intelligentia cum ipsa sa-
pienter intelligit Proverbiorum 12 Sapie-
ntia sobrietate sedet in volunta-
te cum sapienter diligit Canticorum 2
Ordinavit in me caritatem. Se-
det in memoria quando dei be-
neficia divina recogitat et reco-
gnoscit. Jeremie in° Memoria
memor ero et tabescet in
me anima mea. Spiritui sancto attri-
buitur bonitas et competit ad hoc
est mundare et sordes inflamare
ut deus a casu comparare ut
dicitur ideo vocatur aqua mundi-
ficans Ezechielis 36 Effundam super
vos aquam mundam et munda-
bimini ab omnibus inquinamentis
vestris. Et inflamare ut deus
ideo vocatur ignis Luce 12 Ignem
veni mittere in terram. Secundum vivi-
re et purgare animas deo et

peccati mortem per amorem
ne scilicet dissolvatur et cadat ut
domus. Ideo dicitur vinculum
Ephesios iiii° Solliciti servare u-
nitatem spiritus in vinculo pacis.
Colossenses iii° Super omnia autem
hec caritatem habete que est vin-
culum perfectionis. Quarto Seraph-
phim significant dei potentia
et dicit exercitum ex quo appa-
ret sua magna potestas. Primo
est exercitus demonum quem
deus venire permittit. Secundum aut
militibus quibus exercitus magna
potestatem Job 41 Non est potestas
super terram que ei comparetur. Secundum
malam voluntatem in pericopa vel
adversarius vir dyabolus. Tercio secundum
astutiam et calliditatem Genesis 3 Serpens
10 Timeo autem ne sicut serpens
seduxit Evam astutia sua et
Deus autem eorum potestatem re-
frenat quod signatum est Tobie
viii° Ubi dicitur Tunc rapha-
el apprehendit demonium et
religavit illud in deserto.
Apocalipsis 20 Vidi angelum de-
scendentem de celo habentem
clavem abyssi et cathenam
magnam in manu sua et
apprehendit draconem et alli-
gavit eum. Quarto malicia vo-
luntatis eius ut ad suam gloriam
Exodi 14° Clarificabor in pharaone
et in omni exercitu eius
vel ad sanctorum coronam. Sicut
etiam Job astutia eius dep-
rehendit et revelat Job quando
apprehendit sapientes in astu-
tia eorum et consilia pravorum
dissipat. Secundum est exercitus

angelorum quem non tantum
venire permittit sed etiam imperio
suo mittit. Iste autem exercitus
venit ad regis associacionem Apoc.
19 Ecce equus albus et qui se-
debat super eum vocabatur fidelis
et verax etc. Et exercitus qui
sunt in celo sequebantur eum
in equis albis. Aliquando ad ec-
clesie custodiam et conservacionem
Ysa. 62 Super muros tuos ierusalem
constitui custodes tota die etc.
Aliquando ad demonum debel-
lacionem Apoc. 12 Factum est pre-
lium magnum in celo Michael
et angeli eius preliabantur cum
dracone etc. Tercius exercitus est
sanctorum qui sunt in mundo et
sicut primum venire permittit et
secundum imperio suo mittit sic ad
istum tercium dux vadit et per
ipsum regit et ducit. Ipse enim
per assumptam humanitatem
primus est in acie sanctorum Io-
hel 2o Dominus dedit vocem
suam ante faciem exercitus
sui. Iosue 5o princeps sum exer-
citus domini. Milites autem huius ex-
ercitus debent esse vigiles et
oracionibus prediti propter oracionum vi-
gillanciam primo Petri 4o
Estote prudentes et vigila-
te in oracionibus. Matth. 26 Vi-
gilate et orate ut non intre-
tis in temptacionem. Debent esse
armis muniti per virtutem
et ~~per oracionem~~ per operacionem bo-
nam. Apostolus Induite vos ar-
maturam dei ut possitis resi-
stere adversus insidias diaboli.
Rom. 13 Induamur arma lucis.

6.

debent esse acie ordinati per iusti-
ciam. Cant. 6o Terribilis ut
castrorum acies ordinata. Secundum
Iusticia est singularum rerum et
personarum equissima distributio.
Tercio seraphin glorificant ma-
iestatem dei cum dicunt plena est
omnis terra maiestate eius. Circa
quod notandum quod celum et terra et in-
feri sunt pleni gloria dei sed
differenter. Celum enim gloria dei
i. gloriosa visione divina 3 Regum
8o Impleverat enim gloria domini
domum domini. Ysa. 60 Domum
maiestatis mee glorificabo. Illa
autem visio faciei est tam gloriosa
ut si dampnatus eam videret
non esset in miseria et beatus si
eam non videret non esset in gloria
et ideo ut dampnatus semper
sit in miseria dicitur Ysa. 26
Domine exaltetur manus ut
non videant. Et ut beatus sem-
per sit in gloria dicitur Ysa. 33 Regem
in decore suo videbunt. Terra
est plena gloria id est ~~misericordia dei~~
~~gloria~~ gloriosa dei misericordia. Psalmus In
omni terra gloria tua. Item misericordia
domini plena est terra. Est autem
licet misericordia tam gloriosa quod licet modo
de ea sit magna copia in iudi-
cio tamen erit magna indigencia
sicut patet in illis virginibus
fatuis Matth. 25 que dixerunt
date nobis de oleo vestro quia
lampades nostre extinguuntur.
In inferno autem erit magna pe-
nuria sicut patet in illo divite
Luc. 16 cum aque guttam petere
non potuit. Unde ibi erit mee
oblivio perpetua Iob 28 Oblivi-

scantur cantus mea confitemini est plenus glia .i. gloriosa iusticia Eccī 36. Glorificata manu et brachio dextro Et dicitur dei iusticia in inferno gloriosa pro quia ibi deus tamen glorificatur Isaie 26. Cum glorificatus fuerit dominus impii sentient de mari, decimari enim .i. dominus non conspiciet quem impii quo laudabitur iusticia dei // Secundo culpa ibi ordinatur Augustinus peccatores in suppliciis ordinantur ut nusquam sit dedecus culpe sine decore iusticie Tercio beatus quilibet de ipsa vindicta letabitur iustus Psalmus letabitur iustus cum viderit vindictam

Sermo quartus de eadem

Tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus et hii tres unum sunt prima Iohannis 5 Beatus Iohannes evangelista super pectus domini recubans in quo erant omnes thezauri sapiencie et sciencie dei absconditi Tercio quia eciam erat fons redundans sapiencie tanto fuit thezauro sapiencie dotatus et aqua sapiencie salutaris potatus quia profundum misterium sancte trinitatis beatissime et unitatis brevibus verbis nobis tradidit dicens Tres sunt qui testimonium veri perhibent dant in celo etc. ubi tria ponuntur primo personarum trinitatis cum dicitur Tres sunt qui testimonium etc. // Secundo essentie unitatis cum in fine includit Et hii tres unum sunt Tercio ponit quedam assignata cum dicit pater verbum et spiritus sanctus // Circa primum

notandum quod cum dicitur tres sunt non debet intelligi tres dii vel tres domini vel tres substancie sed tres persone quibus et hec non proprie dicatur trinitas sicut dicitur in primo sententiarum Inquirebant heretici quid tres responderunt catholici quod tres persone trinitas ut illud dicerent sed ut aliquid viderent a[tt]endunt autem numerus ternarius personis divinis quia numerus iste tradit principium esse unum imparem immensurabilem et indivisibilem ut enim fit in libro pictorum Trinitati inest omnis numerus impar primus numerus unitatis et sicut quod est non mensurari unus de numeris et non componi Est enim numerus impar et ideo dicit trinitati inest numerus impar Et ideo dicit Est numerus immensurabilis Et sicut quod non mensurari nisi ab uno Tercio cum pater mensurari unus .i. multiplicari per aliquem nisi cubicum et non cubicum Secundo cum dicatur bis duo bis octonarius surgit si bis duo quaternarius ~~[struck]~~ surgit si semel unum semel non tria sed unum surgit Est eciam numerus indivisibilis et ideo subdit et non componi ex numeris unde dicit Augustinus Ternarius primus numerus est qui indivisibilis est non enim componitur ex numeris sed unitati vel unitatibus aut non est numerus nisi potencialiter seu vocem sed est principium numeri Tercio igitur numerus trinitatis convenit divinis personis

Primo quia est nubes nesciens pa-
ritatis cum solet esse causa di-
visionis et scismatis oritur
quando unus quia alteri non vult subi-
ci sed alteri parificari divisi-
ones et scismata oriuntur quia
tamen impossibile est esse in
divinis personis ideo est summa
concordia et pax ineffabilis
unde dicit apostolus ad philip. iiii
pax dei que exsuperat omnem
sensum custodiat corda vestra
licet autem sit ibi omnimoda pari-
litatis essencie et omnipotencie
tamen quia filius patri se parificat
Joh. x. Ego et pater unum su-
mus Alibi tamen quodammodo
se facit in patrem suum vocat
patrem maiorem sed Joh. xiiii.
pater maior me est Et licet
pater sit maior tamen filius non
est minor unde dicit hylarius
in libro de trinitate donantis
auctoritate pater maior me est non
minor per doni concessionem filius
minor … itaque donantis se
sed minor iam non est cui unum
esse donatur cum ego et pater
unum sumus. Item est nubes si
filius defert patri dicendo
pater maior me est qui etiam
voluit subici minor ut Lucifer
non erat subditus illis qui
voluit maior esse angelus per…
… cum paulominus ab an-
gelis … voluit equalis se…
philip. ii. Semetipsum exinanivit
formam servi accipiens // Secundo
iste nubes est inmensurabilis
quia non potest mensurari. id est

multiplicari ut dictum est Et co-
gnovit divinis personis in quibus
licet inveniatur pluralitas de
quo dicitur ysa. xl. Tercius aspexit
tribus digitis molem terre. Isti
tres dicti sunt Potestas que attribuitur
patri / Sapiencia que attribuitur
filio / Bonitas que attribuitur spiritui
sancto Et sicut quilibet digitus habet
tres articulos sic et potestas patris quo-
dammodo tres articulos Est primus est
quia eius potencie nemo resiste-
re non potest ps. … et quis
resistet tibi // Secundus quia iram
nemo valet sustinere de quibus dicitur
Jeremie xlix. Tercius est
similis mei et quis sustinebit
me et quis est iste pastor qui
resistet vultui meo / Tercius est
quia iram nemo potest effugere ps.
Si ascendero in celum tu illic es
si descendero ad infernum ades. In
digito sapiencie filii sunt tres arti-
culi primus est quia nihil est
dubium ei / Secundus quia nihil est ei
occultum Tercius quia nihil est ei opacum
de quibus dicitur Hebr. iiii. Non est
nulla creatura invisibilis in con-
spectu eius Item quia nihil est
ei dubium omnia autem nuda Item
quia nihil occultum et aperta sunt
oculis eius Item quia nihil
ei apertum In digito vero bonitatis
spiritus sancti sunt tres articuli
primus est gratis penitenti peccata
dimittit ita quod non vindicat /
Secundus quia ultimus non …
recordatur Tercius quia non impro-
perat de quibus dicitur in proverbio (?) …

quorum remisse sunt iniquitates etc quia gratis remittit et quorum tecta sunt peccata etc quod non recordatur. Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum etc quod non ingressat / sed tamen dei quod in manu dei sunt quasi digitis i. quasi naciones scilicet in nascibilitas paternitas filiatio processio et quinque spiratio. ysaias tamen facit facit mencionem // de tribus digitis cum dicit quis appendit tribus digitis molem terre etc licet sicut quinque naciones non sunt tamen nisi tres persone distinguentes. Tercio iste manus est indivisibilis et ideo competit divinis personis que licet distinguantur non tamen dividuntur sed sicut habent unam essentiam ita habent unam virtutem unam voluntatem et unam operationem / hec patet nichil est in actione divisum ubi nichil est in voluntate divisum. Quod autem non dividantur nec in essentia nec in virtute nec in operatione neque in voluntate ostendit dominus Joh. 5. d. Non potest filius a se quicquam facere nisi quod viderit patrem facientem quecumque ille fecerit hec et filius similiter facit // Habet enim filius eandem virtutem cum patre et ideo dicit non potest filius a se quicquam facere. Sicut enim filius non est a seipso sed a patre ita et virtutem operandi non est a se sed a patre / Habet cum patre eandem essentiam. Et ideo subdit nisi quod viderit patrem facientem quia enim illa generatio qua filius a patre procedit et esse

accepit non est carnalis sed spiritualis ideo per sensum visus exprimitur cum dicitur nisi quod viderit patrem facientem. Videre enim patrem facientem nichil aliud est quam ab ipso accipe essentiam et plenitudinem virtutem / Habet cum patre eandem essentiam operationem et ideo subdit quecumque ille fecerit // Habet eandem voluntatem ideo subdit hec et filius facit similiter. Ergo ponitur essentie unitas cum dicitur et ipsi tres unum sunt. Bernhardus Cum dico unum non me trinitas turbat numerus qui essentiam non multiplicat non variat non partitur. Rursum cum dico tria scilicet illos tres nec confusionem tangit nec in singularitatem redigit ista autem unitas essentie in tribus personis potest aliqualiter nobis ostendi per unitatem anime in tribus potentiis. Item sicut Augustinus in libro de trinitate memoria intelligentia et voluntas sunt ad invicem distincte sunt eiusdem substantie et sunt equalia distincta / quia sunt quia sicut tamen ostendit si tamen commixtione essent confusi nullomodo tria aptu ad invicem possent. Et si tres anuli ex uno auro sunt instructi sibi sunt tria eiusdem substantie non tamen ut dicit sunt unum sicut ex vino aqua et melle fit una potio potius quia vinum et aqua et mel non sunt unius substantie. Tunc autem illa tria sunt unius substantie non video. Sunt tria equalia non sunt singula singulis

e

sed etiam singula omnibus
aliquando nam si admiscentur ob-
serent per hunc modum licet
valde imperfecte dici possimus
quod hii tres unum sint. Sunt enim
ipse divine persone et ab invicem
distincte quid est in personis
proprietas et eadem sibi qua est
in essentia unitas et equalitas
in operatione quid in maiesta-
te adoratur equalitas // Tercio potest
quedam appropriata eo quod dicitur tres
sunt qui testimonium dant in celo / secundum
autem quod glosa exponit christus
habuit triplex testimonium
quod fit donis celestibus primum
a patre qui dixit hic est filius
meus dilectus. Secundo ascripto quem
transfiguratus est tunc cum potenciam di-
vinitatis et speciem eterne beatitudinis
ostendit / Tertium a spiritu sancto
qui super ipsum baptizatum in spe-
cie columbe apparuit. Iste autem tres
operationes licet sint trium perso-
nis communes tamen secundum sanctum augustinum
patris vocis elatio convenit patri
columbe formacio spiritui sancto
transfiguratio filio. Secundum igitur ex-
posicionem glose in eo quod dicitur
tres sunt qui testimonium dant in celo
Tria appropriata tribus personis in-
telliguntur scilicet patri vocis elacio
spiritui sancto columbe formacio
et filio transfiguracio. Ponunt
tamen alii sancti alia appropriata
personis divinis. Augustinus namque
in libro de trinitate tria ponit
In patre unitatem In filio equa-
litatem In spiritu sancto unitatis

equalitatisque concordiam. In alio
quoque loco idem augustinus appropriat patri
potentiam filio sapientiam spiritui
sancto bonitatem // Hylarius vero
in libro de trinitate ponit tria. Et
eternitas est in patre species in yma-
gine usus in munere. Ex quibus patet
quod patri appropriatur potentia unitas et
eternitas filio sapientia equalitas
et species sive pulchritudo. Spiritui
sancto bonitas nexus et usus
Patri namque est fontale principium
et ideo sibi attribuitur potentia
que in se includit rationem principii
Est etiam principium sine principio
et ideo sibi attribuitur unitas que
in numeris est principium sine principio
Est etiam principium utriusque processi-
onis scilicet generationis et spirationis
et sibi appropriatur eternitas que est
principium omnium durationum scilicet
evi et temporis / Filius autem procedit
a patre per modum intellectus qui
sapientia perficitur et ideo attribuitur
sibi sapientia / Accipit etiam in quantum
filius et a patre genitus eandem
naturam quam et generans / et ideo sibi
attribuitur equalitas Est etiam
splendor patris in quo tamquam in
speculo omnia resplendent atque
relucent / et ideo sibi attribuitur
species sive pulchritudo. Spiritus sanctus
procedit a patre et filio ut amor
cuius obiectum est bonum et ideo
sibi attribuitur bonitas Est etiam
amor patris et filii quo uniuntur
et est donum quod deus nobis unit
et ideo sibi appropriatur nexus pater
etiam amore fruitur seipso et dili-
git filium amore fruitionis

et ideo spiritui sancto appropriatur unde
etiam augustinus ipsum appellat
fruitionem vel caritatem que est opus
creationis redemptionis et glo-
rificationis. Opus creationis at-
tribuitur patri redemptionis filio
glorificationis spiritui sancto. Opus
autem creationis distinguitur secundum
tres differentias creaturarum que sunt corpora-
les spirituales et composite. Corporales
creature sunt magne sicut
patet in corporibus super celestibus.
Spirituales creature sunt preciose sicut
patet in angelicis spiritibus. Compo-
site vero sunt ex naturis contrariis
mirabiliter unite sicut patet in hominibus.
Patri igitur attribuitur potencia ce-
lsitatis et unitatis. Tamen creaturis
corporalibus que creature sunt
tam magne manifestavit suam
potenciam Ecclesiastico commendat que-
cumque vis creatura et facit hic
celum et talem terram et solem
talem et dicam quia decursu
Sapientie xiii° a magnitudine enim
speciei et creature cognoscibiliter
creator horum poterit videri. Crea-
turis spiritualibus que creature
sunt tam preciose communicavit
suam caritatem de quibus
in Job 38 tu forsitan cum
illo fabricatus es celos i. an-
gelos qui solidissimi quasi
ere fusi sunt. Contrarium autem
dicitur de angelis Job 4 ecce qui
serviunt ei non sunt stabiles hoc
intelligitur per naturam. Sunt autem
stabiles per divinitatis gratiam. Compo-
sitis creaturis que ex naturis
contrariis tam mirabiliter sunt
unite communicavit suam
unitatem in eo scilicet quod tria con-
traria tanto amore univit.
Per istam autem unionem nature
datur intelligi quod homo debet
facere unionem gracie ut scilicet uniatur
deo. Psalmus mihi autem adherere
deo bonum est. Proximo I Cor-
inthiorum id ipsum dicitis omnes
et cordi suo ne dicatur de eo
illud Osee x° divisum est cor
eorum. In opere autem redemptionis
filius dyabolum decepit pulcrum
modum redemptionis invenit
et nos in amicos et filios et
coheredes adoptavit et ideo fi-
lio attribuitur sapiencia potentis et equa-
litatis. In quantum autem dyabolum sa-
pienter decepit ostendit suam
sapienciam Job 26 prudencia
eius percussit superbum. Erat
quedam superbia in affectu que
est amor proprie excellencie quam
dyabolus ostendit contra deum. Est quo-
dam in intellectu que est appeti-
tus immoderate sciencie de qua
dyabolus hominem temptavit.
Est quedam in actu que est
violenciam inferre inimice
quam dyabolus ostendit contra eum
quando eius mortem procuravit
sed per prudenciam christus in
passione istud superbum percussit
vere et sua excellencia est humi-
liata et sapiencia est infatuata
et inimica est in sua morte
quia quando eum per suam mortem
ipsum occidit. Ideo christus pul-
crum modum redemptionis
invenit et quando ad hoc

communicavit et ostendit suam
speciem et pulchritudinem de
quo pulchro modo pertractat
Aug. de sancta trinitate In
simplicitate pulchritudinem
amatoris vir cogitate sed mente
in terris regnantem in celis
creantem omnia creatura in toto
equalem patri subditum mori
idipsum quod in eo simplici desperat
insipiente quia de cordis honestis
hominibus insipiente igitur vulnera
pendentis cicatrices resurgentis
sanguinem morientis pretium re-
dentis commercium redimentis
hec quanta valeat cogitate sit
in statera caritatis appendite
totus vobis figeretur in corde
qui pro vobis totus fixus fuit
in cruce // Tertio nos in amicos
et fratres et coheredes adoptavit
et quantum ad hec communicat
nobis suam equalitatem // facit
enim nos amicos suos Joh. 17
Iam non dicam vos servos sed
amicos dei etc. / Vos autem dixi
amicos quia omnia quecumque au-
divi a patre meo nota feci
vobis / facit nos fratres Joh. 20
vade autem ad fratres meos etc.
facit nos coheredes suos Ephe-
iijº Esse gentes comparticipes promissionis
coheredes eius in Christo Jesu // Ista
autem tria scilicet amicitia fraterni-
tas et coheredit. dicunt quandam
equalitatem quia quidem equa-
litatem angelis non communicavit
hom cum fecit eos amicos suos
pts tamen facit angelos suos

spiritus communitatem cum solet esse
inter equales Christus autem non
sit nam equalem cum angelis
sed cum hominibus similis non fecit
eos fratres suos sed ministros suos
ps. Qui facit ministros suos ignem ure-
ntem Heb. cum Christus natus est
progenie angelorum sed de progenie
hominum Heb. 2 Nusquam enim ange-
los apprehendit sed semen Abra-
he Similis licet inquantum sunt
filii dei possunt dici heredes dei
non tamen coheredes Christi / homines
autem et sunt heredes dei inquantum
sunt eius filii / et sunt coheredes
Christi inquantum sunt eius fratres
In opere glorificationis spiritus sanctus
omnia dona sua perfecte communica-
bit deo tenaciter copulabit et
dulcedine divina implebit Et
ideo sibi attribuitur bonitatis ne-
pus et usus modo quidem dona
sua communicat sed particulariter 1
Cor. 12 Alii quidem datur sermo
per spiritum sapientie alii sermo scientie
etc. Tunc autem omnia dona sua
et omnes fructus communicabit tamen
universaliter et perfecte et quantum
ad hec communicabit sua bonitate
quia bonum naturaliter est sui communicativum
et diffusivum / ponamus autem
de fructu uno et de uno pos-
simus de ceteris cogitare unus
fructus spiritus est gaudium et istum
fructum sanctus habebit in sua per-
fectione Nam super se habebit
gaudium de dei visione infra se
de loci amenitate intra se de
anime glorificatione extra se de

corporis incorruptionis ad eternis de
felici societate angelorum et sanctorum
de iocunda societate sanctorum aut
de recordatione bonorum que fece-
runt per derecordationem malorum
que euaserunt // Secundo secundo copulabit
et quantum ad hoc comparabit se ingni-
tum est igneus et vincula // Tertio
cum deo erunt equaliter sociabiles
… nici meum sunt in cubile
meo vino erunt deo uniti [?]
Cant. vj. Qui adheret deo unus
spiritus est cum eo Ioh. xv. Sunt unum
sicut nos unum sumus ymo [?]
damus erunt in deum transformati
ps Ego dixi dii estis // Tertio dul-
cedine amoris dum perfecte implebit
et quantum ad hoc comparabit se in-
quantum est visus sine fructu delec-
tatio aut et suauitatis amoris dei
in presenti est imperfecta quia sepe est
cum errore/ quia scilicet diligimus ea
que non sunt diligenda Osee x
diligunt vinacia vuarum. Aliquando
est cum recordatione quia sepe a
corruptione hominis recordatur
Sapie. ix. Corpus quod corrumpitur
aggrauat animam etc/ Aliquando est
cum obliuione quia sepe hac co-
gnitione obnubilati dei obliuiscuntur
ps Obliti sunt deum qui saluauit
eos … amor erit perfectus
Math. xx. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota
anima tua et in tota mente tua
erit enim tunc sine errore. Ideo
dicitur ex toto corde tuo sine
recordatione. Ideo dicitur in tota
anima tua sine obliuione Ideo
dicitur in tota mente tua // Tertio

auditus … persona petit [?]
personarum pluralitatem cum dicit
pater et unus et spiritus sanctus equa-
lis aut personae dumque per hec
… distinguuntur ostendit
dyonisius in libro de diuinis
nominibus quatuor exemplis
et similitudinibus .i. pater qui
est fontana deitatis filius et
spiritus sanctus de igne deitatis
sicut ita pater dicit pullulationes
… et sicut flores et super-
… aut hec sit
… cogitatione est pos-
sibile ex quibus … colligitur
quod filius et spiritus sanctus a patre
procedunt sicut duo riui ab
uno fonte sicut due pullula-
tiones ab una radice sicut
duo flores ab una arbore et
sicut duo radij ab uno sole
primo igitur procedit sicut duo riui
ab uno fonte quod notatur cum dicitur
pater est fontana deitatis pater
enim est instar fontis filius in-
star riui a fonte procedentis
spiritus sanctus … et
a riuo et a fonte emanantis
Secundo sicut due pullulationes
ab una radice / a radice quidem
procedit truncus et a radice et
trunco educitur ramus sic a patre
procedit filius et a patre et filio
procedit spiritus sanctus // Tertio sicut
duo flores ab una arbore
arbor enim est pater flos candidus
instar lilij est filius Cant. ij
Ego flos campi et lilium conuallium
… quod unus dicit Bernhardus …
… qui in valle cum descen-
dit in vallem et in valle …

sit lilium quod vel illud quod lignum vi-
te quod plantatum est in medio
paradisi floris rubicundi ut rosa
est spiritus sanctus Eccl. 24 quasi
plantatio rose in Jericho
i. in illo qui defectus suos re-
cognoscit quia Jericho interpretatur
defectus et in illo qui per viam
veritatis sic descendit quia
Jericho est in descensu respon-
sionis iuxta illud Luce 10 homo
quidam descendebat ab Jerusalem in
Jericho etc. Ornatus sicut duo
radii ab uno sole ut pater
sit sol filius radius sit illumi-
nativus spiritus sanctus radius in-
flammativus Augustinus videmus
solem per tria currentem lu-
centem et calentem Ista ergo
considerantur in sole scilicet cursus
splendor et calor Sic etiam in
in divinitate invenimus patrem
currentem i. potenter operantem
Joh. 5 Pater meus usque modo
operatur filium splendentem i.
splendorem sue sapientie infun-
dentem Joh. 1 Erat lux vera
que illuminat etc. Spiritum sanctum
calentem i. corda inflammantem
Luce 12 Ignem veni mittere
in terram et quid volo nisi ut
accendatur etc.

Sermo quintus de eodem

Potestas dei est et tibi domine
misericordia quia tu reddes uni-
cuique iuxta opera sua Psalmo.
In divinis etiam inveniuntur essentie
unitas in tribus personis et
nihilominus sunt quedam appropria-
ta ipsis personis unitas autem
essentie in tribus personis ondi-
tur quia alias vestigium in creatu-
ris in quibus aliquo modo
relucet trinitas relucet primo in
triplici creatura scilicet spirituali corporali
et composita In spirituali autem relucet
triplici yerarchia scilicet superiori me-
dia et infima i. relucet in quolibet
angelo quia quilibet angelus habet
triplicem virtutem scilicet purgativam
et illuminativam et perfectivam similiter
relucet in creatura corporali que
est triplex scilicet opaca lucida et
pervia Relucet etiam in creatura
composita quia sunt quedam compo-
sita ex corpore et anima sensibili
quedam ex corpore et anima rationali
Appropriata vero ipsis personis sunt
potentia que attribuitur patri
sapientia que attribuitur filio bonita-
tas que attribuitur spiritui sancto Et
ratio huius appropriationis talis assi-
gnatur quia In patribus quidem apud
nos inveniuntur infirmitas vel
imbecillitas Ideo ne hoc credatur
de patre celesti attribuitur ei po-
tentia Similiter in filiis invenitur
imperitia propter incipientiam
et iuventutem et ideo de filio
dei ne a simplicibus hoc credatur
attribuitur sibi sapientia bonitas vero etiam
spiritus sancti apud nos sonat infla-
tionem et rigorem seu rigidita-
tem Iuxta illud ysaie 40 quiescite
ab homine cuius spiritus eius in
naribus eius et ideo ne de
spiritu sancto hoc credatur attribuitur sibi
bonitas et unitas Hec autem tria
nomina tribus personis appropriata
tanguntur in verbis premissis pote-
tia cum premittitur dicitur
potestas dei est bonitas spiritus
sancti tangitur cum subditur

Et tibi dñe nra Sapiencia
filij tu dicit² quia tu reddes v=
nicuique iuxta opa sua/ filio
cuius datum est iudicium Joh quinto
Omne iudicium dedit filio Iudex
aut indiget sapia ad examinandum
et diffiniendum et ideo per hoc
qr dicit² quia tu reddes vnicuique
iuxta opa sua filij psona et
eius sapia intelligitur Ista tria
appropriata scz potencia sapiencia et
bonitas sicut dicit² ipi tria phi
cognouerunt et ostendit Augus
in li° de ciuitate dei dicens
platonici vnum deum et rerum au=
torem et veritatis illustratorem
et beatitudinis largitorem esse
dixerunt Item alij plathonici
deo cognito cognouerunt vbi esset
causa constituende vniuersitatis et
lux pcipiende veritatis et fons
bibende felicitatis Primo ergo pt
potencia patris Quoniam dicit² ptas dei
est Ipse enim est omnipotens qz
pt omnia que vult ps° Omnia
quecumqz voluit dns fecit Augus
Eius posse est a se fieri velle
dicit xj de c Augus preterea quedam
deus non pt ut ea que repugnant
sue sapie bonitati et potencie
Sue sapie ut posse decipi obliui=
sci et ignorare Ista enim potens
impotencia impbat et sue sapie
repugnat Deus enim non pt
decipi Job 13 Numquid decipietur
ut ~~quis~~ homo vestris fraudu=
lenciis ymo sicut dr Job 12
Ipse nouit et decipientem et
eum qui decipitur Sicut tn deus
aliquando se dimittit decipi

sicut in venditione et muta=
tione et diuisione deus enim
vendendo regnum celorum dimittit
se decipi infra dimidium iusti
precij Mat iiij° penitenciam agite
ecce quia pro modica penitencia appropinqua=
bit enim regnum celorum Ecce quia
precioso commercio dimittit
etiam se decipi in commutatione
Commutat enim nobiscum aurum
sue gratie in lutum nostre culpe
celum sue glorie in terram nostre
temporalis felicitatis/ eternum gaudium
in seminata lacrimas Item acci=
pit nra peccata et ea destruit
Ysa xliiij° Deleui ut nubem
iniquitatem tuam/ accipit nras
elemosinas et eas centuplum red=
dit Mat vj° Thezaurizate vobis
thezauros in celo vbi nec eru=
go nec tinea/ accipit nras lac=
rimas et eas coram se ponit
ps° posuisti lacrimas meas
in conspectu tuo pro quibus aut dat
nobis aurum gratie et celum glorie
ps° Graciam et gloriam dabit
dns et eternum leticie infinite
ps° Euntes ibant et flebant/
Dimittit etiam se decipi in di=
uisione deus et nobiscum
communem agrum scz corpus nrm
quod deus colit vicia extirpando
et honestos mores plantando
nos aut colimus coadiuuando Cor^s
iij° Dei enim sumus adiutores
dei agricultura estis dei edificatio
estis Deus in diuidendo hanc
rem sibi partem fecit astutus agri-
cola aptam fructificandum scz iuuen=
tutem virentem deo aut dat
partem sterilem scz senectutem

deus [illegible] se decipi [illegible]

[illegible] dicitur
deus non posse [illegible]

et commendet accipit ad potest
unde super aliam translacionem dicitur
Ben. ii° Ironice si recte afferas
et non si recte diuidas peccasti
Taliter cum recte affert quando
suam senectutem deo affert sed
non recte diuidit quia meliorem
etatem dat deo nobiliorem
dyabolo Item potest eciam deus ob-
liuisci et memorie ea que perti-
nent ad nostram saluacionem ptamq
aut obliuisceretur nisi deus
Ysaie xlix° Numquid potest obliui-
sci mulier infantem suum et
non misereatur filio uteri sui
Et si illa oblita fuerit ego tui
non obliuiscar In iniuriis tamen
nostris obliuiscitur deus Igitur
nostrorum peccatorum recordetur iniu-
riarum obliuiscetur Et tamen de
nobis dicit sapiens quod memoria
beneficiorum labilis iniuriarum
tenax Item potest eciam aliquid
ignorare teste papa Ista est secr-
eta summi iudicis ipse tre-
mendus aspectus quia primum est
omne solidum et aptum omne
secretum cui obscura clarent
muta respondent silencium
confitetur et sine voce mens lo-
quitur Item potest eciam deus ea
que repugnant sue bonitati
et iusticie ut saluandum damp-
nare peccatorem penitentem
ad misericordiam nolle recipere Gratiam
in vita auferre Repugnaret
namque sue bonitati dampna-
re saluandum et predestinatum
qui bonitatis tante est quod cum
dolore dampnat prescitum
Crisostomus super Mathei Deus in vita
et cum magno dolore compellitur
peccatores dampnare Non enim sic
dolet quod ipse a deo ab eis offendatur
sed quia violenter cogitur aliquem
perdere qui omnes cupit saluare
Repugnaret eciam sue bonitati si
peccatorem penitentem ad misericordiam
non reciperet Crisostomus ibidem Deus dicit
aliquis Cum in potestate habeat
deus perdere et saluare quibus enim
inuitus compellit condempnare si non
vult / tu qui non desideras misericordiam
dei tamen qui desideranti misericordiam
denegat crudelis est si qui non
desideranti misericordiam prestat iniustus
est Repugnaret eciam sue bonitati
si aliquam in vita graciam violenter
auferret Item sicut dicit Anselmus
Cum deus velit quod omnia teneant
rectitudinem voluntatum si ab ipsa
inuita eam aliquis auferret vellet
eam nolle quod vult eam velle Item
potest ea que repugnant sue po-
tencie sicut posse infirmari posse
mori posse vinci Ista enim potius
important impotenciam Sunt
tamen quedam que deum vincunt
licet omnipotens sit primum est pie-
tas visceralis Jere. xxxi Si filius
honorabilis michi Effraym si puer
delicatus quod ex quo locutus est
sum de eo adhuc recordabor
eius Iddeo conturbata sunt
viscera mea super eum miserans
miserebor eius Osee xi Conuer-
sum est in me cor meum pariter
conturbata est penitudo mea
non faciam furorem meum Augustinus
De quid tercius videtur deo pe-
ccatori veniam tradere quam
ipsi peccatori accipere Sed cum festinat
absoluere reum a tormento confitere

[illegible]

sue quasi plus cruciat eum
compassio miseri quam ipsum mi-
seria passio sui. In hac autem
quod deus a sua misericordia pie-
tate se vinci permittit cum deum
se esse ostendit. Unde refert
Euzebius Constantinum impe-
ratorem dixisse: Hec omnium
adversancium potencia esse victorem
si a sola pietate vincamur.
Dominum cum deum se esse prodidit
qui servum se pietatis monstrat.
Hinc est oracio lacrimosa quod signatum
est Genesis xxxii° ubi dicitur
quando Iacob cum angelo qui
dei personam gerebat luctaretur
angelus dixit ei: Si contra
deum fortis fuisti quanto magis
contra homines prevalebis. Fuit
autem fortis contra deum per lacrimas
quas fudit, unde Osee xii°
dicitur de Iacob: Invaluit ad an-
gelum et confortatus flevit et
rogavit eum. Hoc eciam signatum
est iiii Regum xx° ubi cum Eze-
chias flevisset statim deus vic-
tus est et dixit: Audivi ora-
cionem tuam et vidi lacrimam
tuam etc. Bernardus: O humilis la-
crima tua est regnum tuum et
potencia ante conspectum iudicis
intrare non vereris. Sola si intra-
veris, vacua non redibis. Quic-
quid petieris optinebis. Vincis
invincibilem et ligas omnipo-
tentem. Tercium est caritas
affectuosa. Ipsa enim tante fuit
potencie quod deum de celo ad
terram deposuit. Bernardus: O cari-
tas quam magnas vires habes,

deum de celo ad terram deposui-
sti. Et tante fuit potencie quod
ipsum in patibulum crucis ascen-
dere coegit. Luce xii° Baptismo
habeo baptizari et coartor
usque dum perficiatur. Cum autem
ipse omnipotens esset nullus
eum ad paciendum potuit coartare
nisi infinita caritas qua nos
diligebat. Et tante fuit potencie
quod ipsum ad infernum traxit. Zach.
ix° Tu quoque in sanguine testa-
menti tui eduxisti vinctos de
lacu ubi non erat aqua. Testa-
mentum Christi quod nobis reliquit
fuit caritas. Cuius ipsius sanguis
fuit sanguis testamenti, id est
sanguis amoris. Quartum est
constancia virtuosa. Cui cum plene
et voluntati sue violenciam
inferunt ipsi deum superant et
vincunt. Mathei xi° Regnum celo-
rum vim patitur et violenti
rapiunt illud. Quintum
est humilitas graciosa. Quod sig-
natum est iii Regum xxi°. Se-
cundum dum minatus fuisset penam
Achab regi et ille coram deo
se humiliasset, x. mox deus
victus dixit Helye: Nonne
vidisti Achab humiliatum coram
me. Quia igitur humiliatus mei
causa fuit non inducam malum
in diebus eius. Hoc eciam patet
in Ninivitis, quibus cum deus
penam comminatus fuisset et
illi humiliter conversi fuissent statim
deus victus et conversus est. Unde
dicitur Ione iii° Vidit deus
opera eorum quia conversi sunt a
via sua mala et misertus
est super maliciam quam locutus.

fuat cit Sequitur est veritas
virtuosa in Anshelmo ii° prosloga-
te semetipsum non potest gloriosa
tamen veritas est quod fallere si
dicta sua non implet Hoc habet
vbi alanus probare non esse
omnipotentem Sicut refert
dyonisius 8 de divinis nominibus
dicebat enim si omnipotens esset
est deus aliquid non posse a
vero theologo inpugnatur enim
beato paulo qui dixit non
posse negare seipsum Respondet
aut dyonisius ad hoc dicens
Et enim sui ipsius casus est a
veritate / veritas. et enim aut con-
sistens est a veritate autem
casus ab consistente est casus
ab consistente aute cadere non
potest deus de ipsius aut veritatis
virtute et potestate habetur iii esdre
iiii° vbi dicitur vinum dixit
forte est vinum Alius fortior
est rex Tercius fortiores sunt
mulieres super omnia aut vincit
veritas Vincit igitur veritas vinum
scilicet spiritum sanctum de quo dicitur
in psalmo vinum letificat cor
hominis / vincit regem i. patrem
de quo dicitur in psalmo rex ma-
gnus super omnes deos / vincit
mulierem i. filium dominum cum sa-
piencia que filius est muli-
er appellatur Vnde super illud luce
xv° Que mulier habens drag-
mas decem dicit Glosa mulier
i. dei sapiencia decem drag-
mas habuit id est homines et an-
gelos ad ymaginem suam creat
sed vnam perdidit id est homo a si-
militudine creatoris recessit per
peccatum Sed dei sapiencia liberauit

attendit tunc in carne apparuit
quia lucerna lux est integra Se-
cundo ponitur bonitas que attribuitur
spiritui sancto tunc dicitur Et tibi domine
misericordia / de hac aut bonitate que
spiritui sancto attribuitur sic dicit damasce-
nus in libro iiii° Bonus et omnis
bonus et superbonus deus totus
ens bonitas propter superhabunda-
ntes diuiciarum eius bonitatis
non sustinuit esse solum quod bonum
scilicet sui ipsius a nullo participatur
Quamobrem gratia fecit primo intel-
lectuales et celestes virtutes de-
inde quibus vult. Ecce quod deus habet
bonitatem perfectam i. a nullo
acceptam Vnde notandum quod dicitur
bonus propter hoc dicitur luce xviii°
Nemo bonus scilicet a seipso nisi
solus deus Sed ergo Quis prior
dedit illi et retribuetur ei Roma
aut quantum ad hoc non est bonum
quia nichil boni habet a seipso
i. Cor. iiii° Quid habes quod
non accepisti vel nichil Quia
nec bonitatem cogitacionis ii.
Cor. iii° Non quod sufficientes
simus cogitare aliquid a nobis
quasi a nobis nec bonitatem
locucionis Mathei x° Non enim
vos estis qui loquimini sed spiritus
patris vestri qui loquitur in vobis
nec bonitatem operacionis ysaie
xxvi° Omnia enim opera nostra operatus
es in nobis domine et Johannis xv°
Sine me nichil potestis facere Hoc
habet bonitatem omnimodam
quod notatur cum dicitur omnino bonus
Mathei v° Solem suum oriri mit-
tit super bonos et malos quod tamen
non tamen intelligitur litteraliter sed eciam

spualit' Etiam cu in sole sit sple-
dor et calor sup malos oriri
lucem racionis discernentis sup
bonos facit oriri facit lucem
diuine sapie et calorem pficientis
et pficientib gre hec ista om-
nimodam bonitatem dicit in pso
Non est qui se abscondat a calore
eius vere non est qui se abscondat
Quia nec in celo cu ibi sit mia
saluans pterea Domine in celo
sedes tua / mia tua / nec in mūdo
cum ibi sit mia longanimitatis
seu longanimiter expectans vt
ysa. xxx° Expectat dns ut mi-
sereatur nri nec in purgatorio
cu ibi sit mia liberans Eccli.
li° Liberasti me a pditione pla-
ne rc nec in infno cu ibi
sit mia mitigans quia ibi pu-
nit' citra condignum ps Nunquid
obliuiscet' misereri deus rc Tercio
est bonitate inmensam q no-
tatur cu dicit' sup bonos Tam
inmensam bonitatem hz q nil
mali facit sed de malis bona
elicit Augus in li° de ciuitate
dei Tam quippe est omnipotens
bonitas dei ut eciam de malis
possit facere bona siue ignosce-
do siue sanando siue ad vti-
litatem piorum coaptando atqz
vertendo siue eciam iustissime vin-
dicando quid igit' melius
quid omnipotencius eo qui cum
mali nil facit bonos eciam
de malis facit hec Augustinus
Enquiridion igit' est magnus [illegible]
est bonus sed est magnus in
infinitum Eccli. xxv° Secundum

magnitudinem sit et mia eius
seu ipius cu ipso est qr cum
ipse sit eternus racionis prop
et fine et immensus ideo hz
bonitatem eternam ppetuam
et immensam Eternam quia
eius bonitas q cu tpe non
incepit sed ab eterno fuit ps
Confitemini dno qm bonus
qm in seculum mia eius / hz
bonitatem ppetuam et quia
nunc finem accepit ps / Nunq
in finem miam sua abscidet
rc Est bonitatem et miam
immensam quia in multitudine
spacium nupcendit ps Sm multi-
tudinem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam Eccli.
li Liberasti me secundum multitudinem
mie nominis tui rc Ideo qr
eius mia sit est eterna ppetua
et immensa dicit' Sape vii°
Infinitus enim thezaurus est
hominibus quo qui vsi sunt
participes facti sunt amicicie
dei Mia autem hominis viz
modica et cito finit' Osee
vi° Mia vra quasi nubes
matutina et quasi ros mane
ptransiens modica [illegible]
Eccli. xviii° Miseratio hominis
circa proximum suum / mia autem
dei super omnem carnem
Quarto hz bonitatem essencialem
q notatur cu dicit' Totus eius
bonitas Inde cum idem est
esse q bonum esse In angelo
etiam ut in homine non est
bonitas essencialis sed acci-
dentalis q patet quia et /

angeli ipsum perdiderunt Iob
iiij° In angelis suis reperit
pravitatem Et homines tam
cottidie perdere possunt Augustinus
in libro confessionum Tremo
securus debet esse in ista vita
que tota temptacio nominatur
utrum qui fieri potuit ex deterio-
ri melior non fiat ex deteriori
melior quia igitur misereri
et parcere est deo valde Et quia
homo illud est sibi contra naturam
invite et tarde et tenuiter
agit ideo deus ad opera nunc val-
de est voluntarius promtus et
copiosus ad opera iusticie est
tardus invitus et parcus Cu-
to habet partem principalem quod
notatur cum dicitur Verum sustinuit
solum quod bonum scilicet sui ipsius
a nullo participatur Sic partici-
pavit cum creaturis suis bonitates
quia aliis dedit esse aliis vivere
aliis sentire aliis intelligere Sic
et homo debet aliis preparare
aliis suum esse in subsidiis su-
um vivere in exemplis suum
sentire in sermonibus suum intel-
ligere in consiliis Participavit etiam
deus bonum essentie gratie et
glorie Sic et homo debet parti-
cipare alia temporalia in subveni-
endo spiritualia morituris celestia
in desiderando Possumus igitur
dicere quod sancti vel sunt boni non
bonitate sua sed bonitate a deo
recepta Sed tamen non omnino boni
i. ex omni parte boni propter corrup-
cionem corporis qua patiuntur cum tamen
cum adhuc sunt defectus Ange-
li autem sunt boni et omnino bo[ni]

quia cum careant corpori liberi et in
gloria confirmati nullorum possunt
esse defectus sed sunt ex omni
parte boni scilicet in intelligentia
quia sunt eterno speculo illustrati
et in affectiva quia sunt fonte
divini amoris immersi Et in operati-
tiva quia sunt dei ministri assidui
et devoti Homo autem sepe de-
fectivus est in intelligentia quia
est sepe erronea et in affectiva
quia est sepe immunda Et in operati-
tiva quia est sepe tepida et
remissa Licet autem angeli sunt
boni et omnino boni non tamen sunt
superboni quia superbonitatem
angelicam est bonitas divina
in cuius respectu divine bonitatis huma-
na bonitas reputatur feda et
immunda Ysaie lxiiij quasi pannus
menstruate universe iusticie nostre
Etiam respectu divine puritatis ange-
lica puritas reputatur immunda
Iob xv° Celi i. angeli non
sunt mundi in conspectu eius Bo-
ni sunt etiam ipsi angeli sua bonitate
quia non est eis bonitas sua
essencialis sed accidentalis Pos-
set enim angelus desinere esse bonus
et tamen remaneret angelus sicut
patet in malis angelis Bonitas
autem a deo est deo essencialis
quia sicut non potest desinere deus
sic non potest desinere esse deus bonus
Sicut enim non esset ignis si haberet
frigiditatem sic etiam non esset
deus si perderet bonitatem Simpliciter
enim est ignis qui habet infrigidare
nec bonus non bona producere

Tercio ponit sapiens que attribu-
itur filio cum dicitur Quia tu red-
dens unicuique iuxta opera sua red-
dens sine munerum corruptione uni-
cuique sine personarum accepcione
iuxta opera sua sine temporis dilacione
est enim iudex sapientissimus
et non nouit quid quantum et qua-
libus debeatur et tamen licet sit a deo
sapiens tamen sepe a nobis decipi se
permittit Ille enim dicitur deceptus
qui aut rem preciosam vili precio
vendit aut rem vilem caro pre-
cio comparat Sic modo Christus sepe
decipi se permittit scilicet rem
preciosam id est regnum celorum vendit
precio vili vendidit ipsum primo
apostolis pro nauicula parua et reti-
bus Mt. iiii. Ecce nos relin-
quimus omnia et secuti sumus te
quid ergo erit nobis etc. Gregorius
Sancti negociatores precium
angelorum vitam retibus
et naui mercati sunt Quidam
dedit pro dimidio substancie sue sicut
Zacheus de quo dicitur Luc. xix. Ecce
dimidium bonorum meorum do pau-
peribus etc. Quibusdam dat
pro modica substancie sue parte de
quibus dicitur Luc. xi. Verumtamen
quod superest date elemosinam
Ecce omnia munda sunt vobis
Quibusdam dat pro duobus nu-
mis sicut vidue de qua dicitur
Luc. xxi. Vidit quandam vi-
duam pauperculam mittentem
era duo minuta etc. Quibus-
dam dat pro calice aque frigi-
de Mt. x. Quicumque potum

dedit uni ex minimis istis
calicem aque frigide Amen
dico vobis non perdet mercedem
suam Ubi dicit Glossa Precium
ad precium affectus dantis magis
respicit quam ad quantitatem
rei date Quibusdam dat
pro sola voluntate Ieronimus Que
offeruntur non sui pondere sed
offerencium voluntate pensantur
Prov. xxi. Appendit corda
dominus Cuius regnum celorum
tantum valet quantum habes nichil
minus cum emitur nisi tantum
tu possides Secundo permittit se
decipi nimia caro precio comparando
scilicet corpus nostrum nimis emit
precio sui sanguinis ideo in
corpore nostro ipsum per bonam
vitam semper portare debemus
I Cor. vi. Empti estis precio
magno ideo glorificate et
portate deum in corpore vestro
Animam emit precio anime
sue I Ioh. iii. Ille pro nobis
animam suam posuit et nos de-
bemus pro fratribus nostris animas no-
stras ponere Tercio talentum ad cen-
tuplum emit Mt. xix. Omnis
qui relinquit domum aut fra-
tres centuplum accipiet Pe-
nitenciam minimam emit pro
regno celorum Ideo dicit Mt.
iiio Penitenciam agite appropinquabit
vobis regnum celorum etc.

Sequitur de sancto Barna-
ba sermo primus etc.

Ioseph qui cognominatus
est Barnabas ab apostolis
quod est interpretatum filius consolacionis

leuites cyprius genere cum haberet
agrum vendidit illum et attulit
precium et posuit ante pedes
apostolorum Actuum 4. Ista
virtus que additionem
requirit est similis cum perfecte
diuisus quam in se debet
habere ipse namque debet perfecte
in gratia sperare de venia satis-
factionis / de assumpta dolere de cul-
pa et contempnere terrena Ista
quidem notitur de deo in verbis
premissis primo quidem proficit in
gratia quod notatur in eo quod dicitur
Joseph qui interpretatur augmentum
ipse cum semper de virtute in
virtutem ibat iuxta illud psalmi
ibunt de virtute in virtutem
Illi autem qui addere continue
semper in gratia et cognitione
domini nostri ihesu christi proficere
debent 2 petri ultimo Crescite
in gratia et cognitione domini
nostri ihesu christi salvatoris etc.
Crescite et multiplicamini
et replete terram et subiicite
eam et dominamini piscibus
maris et volatilibus celi
et vniuersis animantibus que mo-
uentur super terram Sunt plures
qui gratiam dei recipiunt sed
in ipsa postea non proficiunt et ideo
dicitur Crescite quos monet
apostolus dicens 2 Cor 6 vi-
dete ne in vacuum gratiam
recipiatis Ille in vacuum gratiam
dei recipit qui in ea non pro-
ficit Alii vero sunt qui conten-
ti vnam gratiam tantum et vnam
virtutem habere in ea proficere

Sed alias gratias et virtutes in
se non multiplicant ideo dicitur
et multiplicamini primo genesis multi-
plicabis in anima mea virtutem
Alii sunt qui multas virtutes
et gratias receperunt et multa
bona proposita in se receperunt
et tamen opera virtutis in se non
habent Et ideo subditur Et
replete terram parum cum pro-
cesserit crescere in gratia et multi-
plicari in virtutibus nisi anima
repleatur in bonis operibus Sicut
parum proficeret quod arbores in
orto crescerent et multiplicarentur
nisi pomis in bonis fruc-
tibus repleantur Vnde dominus
promisit filiis israel leuitici 26
Terra gignet germen suum
et pomis arbores replebuntur
Sed quicumque vult virtutes in
anima habere debet mala compescere
Et ideo subditur Subiicite terram
et dominamini piscibus maris et
volatilibus celi et vniuersis
animantibus que mouentur super
terram / Deus posuit in anima
rationis sursum et terram sen-
sualitatis deorsum iuxta illud
genesis primo Celum sursum
et terra deorsum / ideo dicitur Subi-
cite terram id est sensualitatem
ut stet inferius Rationalis autem
debet terram sensualitatis sibi subi-
ciendo dominari Et dicitur
dominamini piscibus maris Pisces
natantes in aquis sunt ho-
mines affluentes delitiis et
cum ipsa delicie sunt aque maris

nos illud Cant. iiii° Favus
distillans labia [illegible] tricibus no-
vissima aut illud amica quasi
aspirationem debemus ducere nec-
talibus superbiam ideo dicitur vola-
tilibus celi. Superbi enim in celum
ascendere voluit dicens super celos
elevari appetit. Superbia enim
in merito volatile celi appella-
tur quia quantum ad originem
est vel celestis quia omnes
fuerunt in celo et in paradiso de-
bemus et ducari terre animantes
Et ideo dicitur universis animantibus
Conveniunt quidam in terra qui ter-
rena appetunt ad necessitatem
de quibus dicitur Eccl. vi° cum
venit hoc mundo conveniunt iusti-
tiam qui penitus terrena despicia-
verunt qui iam se mortuos repu-
tant et sepultos. Talis erat
apostolus qui dicebat Gal. vi°
michi mundus crucifixus est
et ego mundo. Conveniuntur super
terram qui terrena appetunt ad
voluptatem. Talis erat ille qui
dicebat Luc. xii° Anima habes
multa bona reposita in an-
nos plurimos requiesce come-
de bibe et epulare. Secundo spe-
rant de venia et ideo dicitur
filius consolationis magna enim
consolatio est peccatori quando spe-
rat de nostra salvatoris plenum
memor esto verbi tui servo tuo
in quo michi spem dedisti
hec me tali enim spe et consolatione

aut letificat. Et ideo sub-
dit hec me consolata est in
humilitate mea a morte
culpe vivificat. Et ideo dicit
eloquium tuum vivificavit me
peccatores aut et obstinati
inde peiores efficiuntur. Et
ideo subdit superbi inique
agebant usque quaque. Terram
quam deum iudicant consumit co-
securis in peccatis consistunt. De
hac spe consolationis dicitur Hebr.
sexto Confugimus ad tenen-
dam propositam nobis spem
quam sicut anchoram habemus
tutam anime ac firmam et
incedentem usque ad interiora
velaminis. Ista enim spes animam
tenet ne in desperationem cadat
Et ideo dicit tutam anime ac
firmam etiam facit ut cele-
stia concupiscat et ideo dicit
incedentem usque ad interiora
velaminis. Tertio satisfecit deo
de offensa. Ideo dicitur levites
ipsi enim levite erant divinis
officiis mancipati. Levites igitur
Barnabas fuit levites quia
si aliquando mancipavit se
mundo per modum totaliter dedi-
cavit se deo. De levitis dicit
sic legitur Deut. xxxiii ponent thy-
miama in furore tuo et holo-
caustum super altare tuum. Benedic
domine fortitudini eius et opera
manuum eius suscipe. Qua-
tuor enim sunt per quas satisfactus
satisfecit enim deo per orationes devotas

ad placandum iudicem suum
Et ideo dicit ponent thymiama
in furore tuo Gratus fit per ie-
iuniorum abstinenciones quando
scilicet homo de corpore suo hostiam
et holocaustum facit per carnis
mortificacionem et viciorum restric-
cionem Et ideo dicit Et holocau-
stum super altare tuum Gratus fit
deo per fortes tribulacionum
perpessiones Et ideo dicit Bene-
dic domine fortitudini eius Gra-
tus fit deo per largas ele-
mosinarum largiciones Et ideo
dicit Et opera manuum eius su-
scipe / Tercio doluit de culpa
quod notatur in eo quod dicitur Cipro
genere Ciprius interpretatur merens
de quo merore dicitur Job xxx°
Merens incedebam sine fu-
rore consurgens in turba clama-
bam Iste enim dolor de peccato
debet esse magnus Et ideo dicitur
merentis trenorum Trenorum i°
Multi enim gemitus mei et cor
meum merens Istum dolorem ma-
gnum habebat Augustinus qui dicebat
in libro meditacionum Da michi
domine in hoc exilio panem do-
loris et lacrimarum quem esurio
super omnem copiam deliciarum
Bernardus Cum sine tribulacione fue-
rim vnum permittis a tua pietate
me repellis / debet esse continuus
Et ideo dicit incedebam Iste
enim dolor non debet simulari sed
sed debet crescere et augmentari
vnde dicebat Augustinus in libro me-
ditacionum Crescit pium amara

tormentis etatis mee et continuus
dolor insaciabilis tortor vite mee
debet eciam esse dolor iste letus
et spontaneus Et ideo dicit
sine furore consurgens Augustinus
Ut semper doleat et dolore gaudeat /
debet eciam esse vniuersalis atque
perfectus Et ideo subdit in turba
clamabam / debet eciam quasi
clamare alto clamore cordis
non tantum contra vnum peccatum sed eciam
contra turbam omnium peccatorum Tercio
terrena contempsit quod notatur
cum dicitur Cum haberet agrum vendi-
dit agrum illud et attulit precium
et posuit ante pedes apostolorum
Sic eciam si ad deum perfecte conuerti
volumus terrena contempnere de-
bemus iuxta illud quod dixit dominus
ad Abraham Gen. Egredere
de terra et de cognacione tua
et de domo patris tui et veni
in terram quam monstrauero tibi / Fa-
ciamque te in gentem magnam
Ex quibus verbis ostenditur quod
religiosi non debent solum non
debent terre inordinate adhe-
rere et parere Et ideo dixit egre-
dere de terra tua terram sicut dicit
Jeronimus Monachus in sua patria
perfectus esse non potest Et sim circa
locus aliquis est causa mutacionis
animi locus per se non sancti-
ficat hominem nec eciam locus
celi sicut in lucifero nec locus
paradisi sicut patet in Adam nec
locus religionis sicut patet in
Loth qui in Sodoma fuit bonus
et in monte peccauit Et ideo

nil valet locutus nisi assit am[...]
Secundo debent habere inordinatum a-
morem cognationis Et ideo dicit
de cognatione tua Multi enim sunt
religiosi qui magis diligunt pro-
pinquos carnales quam spirituales Eze-
chiel xvi° In die ortus tui non est
precisus umbilicus / in umbilico
quo fetus matris adheret intelli-
gitur amor carnalis qui etiam in
multis religiosis non preciditur
quamvis spiritualiter renascuntur Non debent
habere inordinatum amorem dome-
sticorum suorum parentum Et ideo dicit
de domo patris tui Tercio sicut
dicitur Mathei x° Inimici hominis dome-
stici eius Jeronimus Crudelis mona-
chorum dum patris matris que misere-
rentur suas animas perdiderunt Nec
debent habere inordinatum amorem
singularem sive proprium Et ideo dicit
et faciam te in gentem magnam
Amor enim proprius non extendit se
ad alios sed in claudit intra se
ipsum / debent autem habere amorem spiritua-
lem et divinum Et ideo dicit
Et veni per amorem scilicet
in terram celestem quam monstravero
tibi scilicet per vitam contemplativam

Sermo secundus de eodem

Miserunt Barnabam usque
Antiochiam et hortabatur
omnes in proposito cordis perma-
nere in domino quia erat vir
bonus plenus spiritu sancto et
fide Actuum xi° In quibus verbis
ostenditur quod ipse fuit dulcis in
sermone strenuus in operatione
amabilis in conversatione sanctus
in meritis plenitudine et purus
in affectione Fuit quidem dulcis
in sermone Et ideo dicitur horta-
batur omnes in proposito cordis
permanere in domino Predicator quidem
debet habere suavem eloquentiam
ut ad amorem dei possit al-
licere Unde de sponsa Canticorum iiii°
Favus distillans labia tua sponsa
in favo est mel quod est dulce et
cera quod est pabulum luminis
per quod ostenditur quod eloquentia
debet esse composita et ordinata
Et tunc est sicut mel dulce Proverbiorum
xvi° Favus mellis verba compo-
sita / debent etiam esse lucida et
aperta et tunc est sicut cera que
illuminat Proverbiorum xvi° Sapiens in
verbis producit se ipsum debet etiam
esse discreta et tunc est distillans
Non enim doctor debet eodem modo
proferre sed parva submissis
verbis humilia modo simili moderata
vero temperate grandia non simili ser-
mone proferre Augustinus in libro
de doctrina christiana Is erit elo-
quens qui poterit parva submisse
modica temperate magna granditer
dicere Secundo fuit strenuus in opera-
tione in eo quod dicitur vir non
enim fuit mollis vel remissus
sed virilis et strenuus Contra
sicut dicitur Proverbiorum xviii° Qui mol-
lis et dissolutus est in opere suo
frater est sua opera dissipantis Differentia
est autem inter ista tria que ponit
Salomon scilicet inter molle dissolutum
et dissipatum Molle enim est quod
cedit omni ductui / dissolutum est quod
nullo vinculo colligatur / dissipatum
est quod nullo remedio reparatur
Isti ergo sunt molles qui statim
cedunt omni temptationi et ad
impetum de quibus dicitur Mathei
xiii° Orta autem tribulatione
propter verbum continuo scandalizantur

Illi sunt dissoluti qui non sunt
colligati nec vinculo amoris
nec vinculo timoris Contra
quos dicitur Eccli. ii° Ve disso-
lutis corde et labiis scelestis
et manibus mala facientibus et
peccatori terram ingredienti duabus
viis / Illi sunt dissipati qui per
mala consuetudine peccandi vix
aut numquam possunt ad penitentiam
renovari propterea dissipati sunt
nec conpuncti Hebreorum vi° Impos-
sibile est enim eos qui semel
sunt illuminati et gustaverunt etiam
donum celeste et prolapsi sunt
rursus ad penitenciam / Quarto
fuit amabilis in conversacione
quod notatur per hoc quod dicit homo
bonus Proverbiorum xviii° Vir amicabilis
ad societatem magis amicus
quam frater / Istam amicabilem
societatem habebat apostolus qui
dicebat ii Cor. i° In simplici-
tate et sinceritate dei non in
sapientia carnali sed in gratia dei
conversati sumus in hoc mundo
Ad hoc enim quod sit amicabilis soci-
etas inter aliquos quattuor requi-
runtur quod habeat sanam et inno-
centem conversacionem Et ideo dicit
In simplicitate quod non querat
propriam voluntatem sed communem
Et ideo dicit non in sapientia carna-
li Sapientia enim carnalis est qua
homo sibi ipsi sapiens est Item
requiritur quod ista omnia a dei
gratia se habere recognoscat Et ideo
subditur sed in gratia dei / Quarto
fuit sanctus ex gratie plenitudine
quod notatur cum dicitur plenus spiritu
sancto / fuit enim plenus quantum

capaci fuit impleri illa christi
plenitudine de qua dicitur Johannes i°
plenum gratia et veritate Sunt enim
quidam pleni gratia quantum ad suam
sanctificationem et illa sapientia
quantum ad aliorum instructionem
et hoc perfectum est Quidam
sunt vacui neutrum habent
et hoc dampnabile est / Alii
sunt semipleni et horum quidam
habent graciam sed non veritatem scilicet
habent sanctam vitam et nullam
doctrinam et hoc parvum est Quidam
habent doctrinam sed non vitam
et hoc nichil est / Quinto fuit
purus in affectione quod notatur
in eo quod dicitur quod erat plenus
fide / fides enim est purificatrix
Sicut dicitur Act. xv° fide puri-
ficans corda eorum / habet enim
purificare intellectum ab omni
errore quia secundum Augustinum fides
est illuminacio mentis qua prima
cognoscit veritatem / Et purifi-
care affectum a terreno amore quia
sicut dicit Augustinus qui veram
fidem habent de deo non cupiunt
in hiis inferioribus divitiis fieri /
Habent purificare operatione ab
omni negligentia et torpore /
Sancti enim vi per fide sunt fortes
in operando Hebr. xi° Sancti
per fidem vicerunt regna for-
tes in operando Unde sequitur
operati sunt iusticiam fortes acqui-
rendo Unde subditur adepti
sunt repromissiones etc.

Sermo tercius de eodem

Precepte mittere barnabam
et paulum in opus ad quod
assumpsi eos Act. xiii° Duo

fuit necessaria prelato et predicatori
scilicet sana doctrina et bona vita
ideo non dixit spiritus sanctus in of-
ficium quod assumpsi sed in opus
quia ipsa predicatio despicitur nisi
operibus comprobetur. Ex quibus dua-
bus beatus Barnabas commendatur
scilicet a perfectione doctrine et vite
Fuit autem doctrina sive predicatio
eius perfecta quando habet quatuor conditi-
ones auctoritatem veritatem
fidelitatem constantiam et effi-
caciam. Talis fuit doctrina
beati Barnabe. Fuit primo ma-
gne auctoritatis non enim misit
se ipsum ad predicandum sed potius
missus est a spiritu sancto Actuum
xiii° Dixit spiritus sanctus
segregate michi Barnabam
et paulum. Missus fuit ab ipso
discipulorum collegio unde sub-
ditur Tunc ieiunantes et ora-
antes imponentesque eis manus
dimiserunt illos. Missus fuit
a toto ecclesie universali concilio
sicut patet Actuum xv° ubi Iaco-
bus Ierosolimitanus episcopus conci-
lium tenuit et inter cetera
scripsit dicens placuit nobis
collectis in unum eligere viros
et mittere ad vos cum carissi-
mis nostris Barnaba et Pau-
lo. Magna fuit eius predicatio
qui missus a spiritu sancto a
discipulorum collegio ab univer-
sali concilio Hebreorum v° Nemo
quisquam sumat sibi honorem
sed qui vocatur a deo tanquam
Aaron. Secunda eius predicatio fuit

multe veritatis verum sicut dicitur
Actuum xv Cum quidam a Iude-
is conversi ad fidem debent [?] sic
dicerent Quod non sufficiebat
fides sine lege moysi paulus
et barnabas viriliter restiterunt
veritatem evangelicam predican-
tes contra illud erroneum litteras
ab apostolis impetrantes. Predica-
tor enim est veritatem dicere Unde
dicitur Exodi xxviii° pones in
rationali et iudicium et veritatem
que erit in pectore Aaron quando
ingredietur coram domino et ge-
stabit iudicium filiorum israel in
pectore suo in conspectu domini
semper. Ex quibus verbis habetur
quod ipsa predicatio debet esse discre-
ta cum dicitur ponens in rationali
id est in ipso predicatore qui debet esse
preditus ratione et discretione debet
etiam ipsa predicatio esse ordinata
ut scilicet ipse predicator a se ipso in-
cipiat iudicando et corrigendo
se ipsum i Cor xi Si nos met-
ipsos iudicaremus non utique a
domino iudicaremur Et ideo dicitur
quod in hoc rationali debet poni
iudicium debet etiam esse precogita-
ta et premeditata Et ideo dicitur
quod debet esse in pectore Aaron
debet etiam esse pura Et ideo dicitur
quod sacerdos debet gestare ista co-
ram deo semper. Tertio eius pre-
dicatio fuit multe fidelitatis
verum sicut dicitur Actuum xiiii° Cum
paulus et barnabas Listram
venissent et quendam claudum
illic sanassent viri illi dixerunt
dii similes facti hominibus descen-
derunt ad nos et vocabant

Barnabam Jovem qui est pri-
[illegible] paulum vero mercurium
qui erat dux belli et volebant
eis hostiam immolare. Illi autem
tanquam fideles servi noluerunt
honorem domini sui sibi usur-
pare et conscissis tunicis clamant
Et quid facitis et nos mortales
sumus similes vobis hominibus.
Ecce quam fideliter predicabant
qui honorem domini sui sibi
usurpare nolebant. Tam fidelis
erat predicator paulus qui dice-
bat ii Cor. iiii°. Non enim nosmet-
ipsos predicamus. Ostendit quante
sua predicatio erat sinceritatis.
Ille enim se metipsum predicat qui
favorem vel comodum temporale
affectat, dicendo vero se dominum
nostrum ihesum cristum predicare ostendit
quante erat fidelitatis, dicendo
nos autem servos vestros ostendit
quante erat humilitatis. Quarto eius
predicatio fuit magne constancie
tam sicut dicitur Act. xiiii°. Cum
iudei hiis que dicebantur a pau-
lo et Barnaba contradicerent
constanter paulus et barnabas
dixerunt vobis oportebat
primum loqui verbum dei sed quia re-
pellitis illud et indignos vos
iudicatis eterne vite Ecce conver-
timur ad gentes. Istam constanciam
dominus se daturum predicatoribus
promisit dicens Luce xxi°. Ego
dabo vobis os et sapienciam cui
non poterunt resistere et contradicere
omnes adversarii vestri. Sunt
quippe aliqui predicatores quorum
verbis potest contradici sicut aliqui
dicunt et non faciunt de quibus
Mat. xxiii°. Super cathedram
moysi sederunt scribe
et pharisei que vero dicunt

et non faciunt. Alii sunt quorum
sapiencie potest contradici quando scilicet
predicant subtilia non utilia cu-
riosa non fructuosa. Apostoli autem
acceperunt os et sapienciam quibus
nullus contradicere poterat et que
faciebant que dicebant et utilia
predicabant. De constancia predicatoris
dicitur Ezech. iii°. Ut adamantem
et ut silicem dedi faciem tuam
non enim debet adversitatibus frangi
nec [illegible] et tunc est silex
sed debet alios attrahere et tunc
est sicut adamas. Quinto eius
predicatio fuit magne efficacie. Pu-
te quid efficacie eius predicatio
fuit quod illam magnam civitatem
convertit. Unde dicitur Act. xi°. quod
paulus et Barnabas docuerunt
turbam multam ita ut cogno-
minarentur primum antiochie
discipuli cristiani. Secundo namque
eius predicatio tam efficax erat
quia animas non res temporales que-
rebat. Talis erat apostolus qui
dicebat ii° Cor. xii°. Non que-
ro vestra sed vos. Bonus non querit
res sed animas ad salutem. Crisostomus
[illegible]. Bone fili mi tu tuo
[illegible] prelatus bonus non
querit res sed fructum anima-
rum. [illegible] Phil. iiii°. Non quero
datum sed requiro fructum. Diabolus
non querit res sed animas ad per-
dendum. Gen. xiiii°. Da mihi
animas cetera tibi tolle. Malus
autem prelatus videtur esse peior
quam dyabolus quia et querit
animas cum dyabolo ad occidendum
et querit res quas non querit
dyabolus ad devorandum. Sexto
[illegible] Barnabas fuit perfectus

vite sunt aut quatuor signa
perfectionis scilicet mentis exultacio
diuine sapiencie illustratio sensua-
litatis refrenatio miserorum be-
nigna compassio aduersitatum pro
cristo fortis perpessio. Ista autem
signa perfectionis habuit beatus
Barnabas. Habuit enim primo mentis
exultacionem. Unde dicitur Actuum
xi°: Quod cum Barnabas ve-
nisset anthiochiam et vidisset
graciam dei gauisus est. Quando enim
quis gaudet de bono alterius
et contristatur de malo signum est
magne perfectionis in ipso. Ad Romanos
xii°: Gaudere cum gaudentibus
et flere cum flentibus. Et hec
causa ostendit apostolus ad Corinthios xii
sub exemplo membrorum cor-
poris et si quid patitur vnum
membrum compaciuntur omnia mem-
bra, siue si gloriatur vnum membrum
congaudent omnia membra. Ex-
plici aut de causa vnum membrum
non congaudet nec compatitur alteri membro
aut quando est precisum aut quando
est putridum aut quando est paralisi
dissolutum. Ubi scilicet tria consequuntur.
Precisi sunt superbi qui precisi a
deo et hominibus quia et deo
nolunt subici nec cum hominibus
sicut pharisei non gaudent de
bonis aliorum qui nollent quod a-
liqui haberent bonum nisi ipsi nec
contristantur de malo quia aliorum
deiectionem suam reputat exal-
tacionem. Proverbiorum xii°: Viscera im-
piorum id est superborum crudelia. Pu-
tridi aut sunt inuidi. Proverbiorum
xiiii°: Putredo ossium inuidia.
Paralitici sunt auari qui habent
corpus strictum ex frigiditate ca-
ritatis et cor liquidum ex na-

habundancia iniquitatis et luxurie
rapine et aliorum viciorum. Mathei
xxiiii°: Quoniam habundabit iniquitas et
refrigescet caritas multorum. Secundo
habuit diuine sapiencie illustracionem. Unde
dicitur Actuum xiii°: Erant autem
in ecclesia que erat anthiochie
prophete et doctores in quibus Bar-
nabas. Sed valde igitur perfectus in
diuina sapiencia fuit quia propheta et
doctor esse promeruit. Ista igitur
diuina sapiencia non est omnium sed
tantum perfectorum. Hebreorum v°: Perfectorum
est solidus cibus eorum qui pro
consuetudine exercitatos habent sensus
ad discretionem boni et mali. Ex
quibus verbis habetur quod sapiencia diuina
que solidus cibus non datur paruulis
sed perfectis nec incipientibus sed
exercitatis et assuetis. Ad Corinthios
Animalis homo non percipit que
sunt spiritus dei nec datur impru-
dentibus et vanis sed maturis et
discretis. De quibus dicitur Iohannis
iiii°: Probate spiritus si ex deo
sunt. Tercio sensualitatem sub-
iugauit ex eo quod corpus suum
ieiuniis et abstinenciis mace-
rabat. Unde dicitur Actuum xiii° de
Barnaba et quibusdam aliis
discipulis ministrantibus autem
illis et ieiunantibus dixit spiritus
sanctus etc. Tale corpus suum
subiugauit apostolus qui dicebat
ad Corinthios ix: Ego igitur curro non
quasi in incertum. Ille enim in incer-
tum currit qui sine spe retribu-
cionis eterne ob humanum fauo-
rem aliqua bona facit. Sic
pugno non quasi aerem verberans.
Ille aerem verberat qui tamen verbis
corpus domat sed castigo corpus meum.

meu sed non alienum. Ille corpus
alienum castigat qui sibi levia
et aliis gravia imponit et in ser-
vitutem redigit. Ille corpus
castigat sed in servitute non redigit
cuius corpus semel castigatum
ad vitia prorruit. Ille in servitu-
tem redigit cuius corpus lascivire
non audet sub domini timoris
correctione. Quarto fuit misericordie
benignitatem compassionis habens
sicut dicitur Actuum xi. Et cum facta
esset fames magna sub Clau-
dio discipuli prout se collectam
fecerunt et fratribus qui fuerunt
in Judea per manus Barna-
be et Pauli miserunt de hac
benigna compassione ad pauperes.
Dicitur Galat. ii. Jacobus Johannes
et Cephas et qui videbantur
columpne esse dextras dederunt
michi et Barnabe societatis
ut nos in gentes ipsi autem
in circumcisionem tantum ut pauperum
memores essemus. De hac nunc
dicitur Luce vi. Estote misericor-
des sicut pater vester misericors est.
Sicut enim deus habet potentiam
miserandi sapientiam et voluntatem
sic et nos secundum nostrum debemus
habere posse quantum ad commiserato-
rem estimationem nosse et misera-
di discretionem et velle quantum
ad nostre habundantiam et reple-
tionem. Quinto fuit pro Cristo
adversitatis perpessionis. Unde dicitur
Actuum xv. Placuit nobis collectis
in unum eligere viros et mitti-
mus vobis Barnaba et Pau-
lo hominibus qui tradiderunt
animas suas pro nomine domini nostri
Ihesu Cristi. Fuit igitur valde fortis
qui tanta pro Cristo supplicia
potuit sustinere. Ille autem est
fortis qui possit hostem for-
tem prostratum (?) sapientis ictibus de-
clinare et prevenire et constanter
sustinere. Sic iustus (?) Barnabas
dyaboli fortes prostravit quoniam
ipsum virga lingue sua de cordibus
multorum [illegible] eiecit
sapientis ictibus eius declinavit
quando temptationes dyaboli pru-
denter vitavit sustinuit quando usque
ad mortem pro Cristo certavit.

Sermo quartus de eodem

Iam non estis hospites et
advene sed cives sanctorum
et domestici dei. Ephe. ii. Apostolus
de sanctis viris duo negat scilicet
quod non sunt hospites vel peregrini
et advene. Et et duo affirmat
scilicet quod sunt cives et domestici
dei. Hospites autem sive peregrini
et advene aliquando in bona parte
accipiuntur sicut dicitur in Psalmo.
Quoniam advena ego sum apud te
et peregrinus sicut omnes patres
mei. Aliquando in mala parte
sicut hic. Sunt igitur quidam
boni et mali peregrini quidam
boni et mali advene. Ut ergo
videamus qui sunt boni et
mali peregrini sciendum quod sta-
tus peregrini tripliciter considerantur (?)
aut quantum ad perfectionem aut qu-
antum ad professionem aut quantum ad
conversationem vel quantum ad statum
penitentium confitentium et professo-
rum. Quantum vero ad perfectionem que
requiritur scilicet dominus sue dis-
positio necessariorum perfectio ha-
bitus assumptio et accepta bu-

ductorem debet namque bonus
peregrinus domum suam i. rationem
disponere ut scilicet ratio dominetur
tanquam domina percipientem sen-
sualitatem vero tanquam ancillam
obedientem / debet etiam duas
suas filias i. cogitationem et affe-
ctionem ordinare ut scilicet ratio
affectionem teneat in puritate
cogitationes et timore Eccli. vii
Filie tibi sunt serva corpus illarum
quo ad puritatem et non osten-
das hylarem seu hilarem fa-
ciem tuam ad illas quo ad timo-
rem debet etiam ordinare
duos filios suos scilicet os et manum
i. verba et opera ut scilicet os teneat
sub diligenti custodia Pone
domine custodiam ori meo manus
teneat sub ardua operatione ii
Cor. viii Operamini manibus
vestris Carnales autem peregrini habent
domum suam inordinatam quia
ibi sensualitas est domina et
affectio immunda et cogitatio
lasciva et verba indiscreta et
opera remissa Secundo requiritur in bono
peregrino necessariorum provisio i. bo-
norum operatio ut scilicet ita ma-
gna faciat quod parva non negligat
Eccli. xxix Minimum pro magno
placeat tibi et improperium pere-
grinationis non audias et ipsa
opera sale discretionis condiat
Unde dicitur de angelo et Tho-
bia peregrinantibus Thobie vi Ce-
tera salierunt quantum sufficiente-
rent eis in via Et ipsa opera non
sibi attribuat sed a deo se esse
recognoscat Deutr. x° b Deus
amat peregrinum et dat ei victum
et vestitum Carnales autem peregrini et
magna et minima negligunt

et inconsiderati et improvidi
sunt et si qua bona faciunt
non deo sed sibi attribuunt Tertio
requiritur habitus assumptio debet
enim assumere pileum in capite
i. spem in mente Ephe. vi°
Galeam salutis assumite pe-
ram fidei habendo cum fide
et deum Ephe. iii° habitare
Christum per fidem in cordibus
vestris habendo enim deum
et omnem thezaurum sibi ne-
cessarium [illegible] habens thezau-
rum in archa dimittit habens deum
in conscientia dimittit non est quin habeat
deum et archam et thezaurum
et aurum et conscientiam debet etiam
assumere sclavinam i. caritatem
que est vestis anime sine qua
nullus potest esse peregrinus dicitur
in nocte qua continens a nup-
tiis dei expellit Math. xxii°
Amice quomodo huc intrasti non
habens vestem nuptialem / de hiis
tribus assumentis dicitur
i. ad Thessa. v° Induti loricam
fidei et caritatis et galeam
spei salutis debet etiam assumere
baculum i. memoriam crucis
iste enim baculus defendit a
casu Prover. iii° Lignum vite
hiis qui apprehenderint eam appre-
hendens mundum tenet se ad li-
gnum aridum et ideo cito cadit
apprehendens vero deum tenet se ad
lignum vite et ideo cadere non
potest defendit etiam iste bacu-
lus ab hoste Ezech. ix
Omnem super quem videritis
thau ne occidatis / defendit
etiam iste baculus a fatigatione
quia semper auget desiderium boni
spiritualis aut peregrini iste habitus

non assumunt quia nec habet pilleum spei nec scutellum fidei nec sclavinam caritatis nec baculum i. memoriam crucis sed assumunt habitum vitiorum et ideo sunt peregrini dyaboli. Talibus dominus comminatur dicens Sophonie i° Visitabo super omnes qui induti sunt veste peregrina que aut similitudinem vestis peregrine audit qui fuerat et visitabo qui arroganter ingrediuntur. Quarto requiritur benedictio que signat gratie infusionem que tria bona facit quia scilicet bonis in operibus fecundat tribulationes sedat. Proverbiorum x° Benedictio domini divites facit. Ecce bonorum operum bona fecundatio nec sociabitur eis afflictio. Ecce tribulationum dulcoratio. Tertia benedictio a dyaboli temptatione et in vita et in morte deffendit. Proverbiorum xxviii° Benedictus eris ingrediens et egrediens. Dyaboli autem peregrini non sunt benedicti et ideo sunt in bonis operibus steriles in tribulationibus impatientes contra dyaboli temptationes infirmi et fragiles. Sexto status peregrini considerat quid ad progressionem et ad hoc quatuor requiruntur magnanimitas agilitas prudentia et letitia. Debent enim peregrini esse magnanimes ne aliquibus asperitatibus frangantur. Sunt enim quidam peregrini molles et nimis qui ut senserint laboris vel ventum contrarium continuo retrocedunt. Alii qui ad qualem umbram vel fontem vel pratum quiescere volunt. Alii qui in qualibet villa vel civitate mansionem statuunt ad suam patriam non revertuntur. Sed qui magnanimus est asperitates tolerat temptationes sustinet nec propter ista talia retrocedit. Ille enim retrocedit qui asperitatibus carnis victus ad patriam redit. De quibus dicitur Luce ix° Nemo mittens manum suam ad aratrum et respiciens retro aptus est regno celorum. Magnanimes peregrini prata et fonticula oblecta delectabilia i. multa oblectamenta contempnunt et suam peregrinationem complectuntur. I Petri secundo Obsecro vos tamquam advenas et peregrinos abstinere a carnalibus desideriis que militant adversus animam. Greg. Cum plus quam necesse est se mens negotiis implicat quasi occupata in mundo obliviscitur quo tendebat. Magnanimes ergo peregrini in hoc mundo permanere non sustinent sed ad suam patriam celestem redeunt. Hebreorum xi° Iuxta fidem defuncti sunt omnes non acceptis promissionibus sed a longe eas aspicientes et salutantes et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram qui enim hec dicunt significant se patriam inquirere. Necessaria etiam est peregrinis agilitas ut scilicet non onerent se ne sub fasce cadant. Non enim debent se onerare onere peccatorum. Hebreorum xii° Deponentes omne pondus et circumstans nos

peccatum per pacienciam merita(?)
ad hospicium nobis tamen nec po-
dere tremorum nisi inquantum ne-
cessaria sunt ad vitam Prov. xx-
xº Divicias enim victui meo ne-
cessaria .i. Thymo. vi Habentes
alimenta et quibus tegamur
his contenti simus nec pondere
malarum et iniquitatum aggravari
mi ps. 37 Quoniam iniquitates mee
supergresse sunt caput meum
et sicut onus super a[...] Secundo iste
via est per quam omnes transe-
unt qui nascuntur via et pere-
gratio est omnibus qui intelli-
gunt quod a deo venerunt ad deum
festinant Sicut igitur viator
in via non sollicitus est nisi
quod necessarium est ad vitam ita
et homo in hoc transitu mundi
non debet esse sollicitus nisi quod
opus est ad usum necessaria
est etiam peregrinus christi prudencia
ut scilicet tamen laborent una die
quod in sequenti die non deficiant
multi enim de indiscrecione fuerunt(?)
a deo se volunt in lamentacionibus et
abstinenciis macerare quod coguntur
desistere Tales enim aut variis
temptationibus feriuntur i. petr.
iiiiº Nolite peregrinari ad fervo-
rem qui ad temptationem fit
aut violenter corruunt Prov.
xiiiº Substancia festinata
minuitur aut per impacienciam
fracti ad peccatum redeunt Prov.
xxxº Qui nimis emungit
elicit sanguinem Tercia est
etiam sti leticia que consolatur
aut de spiritualibus factis de con-

rationibus bonis aut de dul-
cibus cantilenis communitatis
refertur ad bonas operationes que
bona opera post mortem hominem
comitantur Apoc. xiiii Opera
enim illorum secuntur ipsos Iste
narrationes referuntur ad scrip-
turarum expositiones Cum dominus
cum in specie peregrini discipulis
euntibus in Emaus apparuit
scripturas eis exposuit et eorum
corda ardencia fecit Cantile-
ne dulces referuntur ad psalmo-
diam et orationes ps. Cantabiles
michi erant iusticie tue in loco
peregrinacionis mee / Quartus status pe-
regrini consideratur quantum ad peregrinati-
onem ubi quatuor concurrunt
scilicet devota oratio muneris ob-
latio reliquiarum osculacio
cum diversis oracionibus insignio(?) /
Prima fit in gratiarum actione
de eo quod deus ipsos a blandi-
mentis seculi et adversita-
tibus custodivit et eos reduxit
quod signum est in i. Reg. viii
ubi dicitur quod si quis advena
oraverit in templo exaudietur
et quicquid pecierit obtinebit
Secunda fit in signum recognitionis
dominii Unde dicitur Deut. xxvi
Cum intraveris terram quam dominus
deus daturus est tibi possiden-
dam tolles de cunctis frugibus
tuis primitias et pones in
cartallo pergesque ad locum quem
dominus deus tuus elegerit tibi
Tercia fit in signum reconciliacionis(?)
Illa enim talis reliquiarum

osculatio significat dei reconcili-
acionem cum homine / isto quod significatur
luce xv. cum dicitur quod pater oc-
cidit super collum filii qui peregre
effectus fuerat et osculatus est
eum // Secundum fit in signum do-
mestice imitacionis illa cum ta-
lia signa signant cristi stigmata
que peregrinus dei portare debet
et gestare in corpore per morti-
ficationem et intus in corde per
meditacionem Gal. ult. Ego sti-
gmata domini ihesu in corpore meo
porto // Quod sancti vero non debent
esse advene inquantum advena
accipitur in mala significatione
Et ideo post quam capitulus dixit
iam non estis hospites scilicet
i. peregrini statim subiungit et
advene / advena cum quicumque
in civitate moretur tamen nullam
ibi habet civilitatem nec propriam
domum sive propriam habitacionem
nec aliquam possessionem nec a-
liquem sibi alimentum perfec-
tionem // Tamen advene dicuntur qui
non habent civilitatem in ecclesia
militante nec triumphante
sed malignante quia sunt
cives infernali adscripti civibus Ier.
xvii° Recedentes a te in terra
scribentur quia dereliquerunt te
venam aquarum viventium
dominum // Dicuntur etiam advene
qui non habent domum propriam vel
habitacionem nec in civitate mi-
litante nec triumphante // do-
mus enim que edificatur in hac
duplici civitate construitur ex

auro dilectionis dei et ex ar-
gento dilectionis proximi et
ex lapidibus preciosis scilicet operi-
bus bonis de qua simul per totam
constructione dicitur prima Cor. iii°
Si quis autem superedificat super
fundamentum hoc aurum
argentum lapides preciosos etc.
diaboli autem edificant domum suam
in inferno de luto luxurie
et ligno avaricie lapidibus super-
bie // Dicuntur etiam advene qui
in civitate nullam habent in bonis
que sunt in ecclesia militanti pos-
sessionem quibus participes sunt
electi iuxta illud psalmi particeps
ego sum domini timencium te et
custodiencium mandata tua /
Dicuntur etiam advene qui nullum
habent sibi alimentum cum illi
sint sibi filii diaboli / ii. Cor. vi°
Que convencio cristi ad Belial
etc. xiiii° Que conventio hostis
sancti ad canem post quam capitulus
dixit quod sancti vero non sunt
hospites sive peregrini nec ad-
vene consequenter adiungit quod sunt
cives et domestici dei Quod
autem sunt aliqui cives alicuius
civitatis cognoscitur per tria
signa scilicet per locucionem per
morum similitudinem et per
intensum ad illam civitatem
amorem locucio autem que
fit in civitate celesti triplex
est vna qua sancti locuntur
ad invicem Et hec vox est
mutue congratulacionis sancti
enim ad invicem congratulantur
de bonis que a deo receperunt
Alia qua locuntur ad angelos

et hec est gratiarum actio qua sancti
gratias agunt angelis dei qui tam
solliciti eis fuerunt et tam fide-
liter eos custodierunt // Tertia est
qua loquntur ad deum et hec est
vox perpetue laudationis. ysaie
li° Gaudium et letitia invenietur
in ea. Ecce mutua congratulatio
sanctorum quo ad ipsos et vox lau-
dis et gratiarum actio. Ecce gratiarum
actio quo ad angelos et vox
laudis. Ecce eterna laudatio quo
ad deum. loquela igitur civitatis
celestis est mutua congratulatio
gratiarum actio et eterna laudatio
Illi igitur sunt cives illius civitatis
qui habent verba pacis et dilectionis
affectionis et laudis. Illi autem
sunt cives infernalis qui habent
verba blasphemie mendacii
maledictionis et detractionis
apocalipsis xvi° Blasphemaverunt
deum celi et doloribus et vulne-
ribus suis. Secundo ostenditur
quod aliqui sunt cives per morum
similitudinem. Cives enim civitatis
celestis habent obedientiam quo ad
deum. matthei vi° fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra. habent con-
cordiam ad proximum. Job xxv°
qui facit concordiam in sublimi-
bus suis // habent puritatem et mun-
diciam quo ad seipsos. apocalipsis
xxi non intrabit aliquid in illa
coinquinatum. Sancti enim viri
pertinent ad illam civitatem
celestem quia et deo obedien-
tes sunt et sibi ipsis pudici
sunt. Tertio cognoscitur quod aliquis
sit civis per intensum ad suam

civitatem amorem. Sancti
enim civitatem celestem mul-
tum diligunt et ideo illius civitatis
cives sunt // unde dicebat propheta
in persona talium. Quam dilecta
tabernacula tua domine virtutum
concupiscit etc. Ipsi enim concupiscunt
ad illam venire quia ibi est
summa omnium desideriorum et omnium
voluntatum. Ipsi enim et deficiunt
ab amore sui et mundi et re-
pleti sunt per amorem patrie
celestis. Ideo dicit Et deficit anima
mea in atria domini. Ipsi enim
corpus et animam ob amorem
ipsius dei deo dedicant // Unde
subdit Cor meum et caro mea
exultaverunt in deum vivum. Anima
enim exultat cum est devota
Caro exultat cum est pudica
Ad ipsam civitatem intensum
amorem habebat et ideo
quod dicebat. Sitivit anima mea ad
deum fontem vivum. Sancti enim
vel per amorem intensum sed
deo erant inter sanctos novi te-
stamenti et veteris. Illi enim fa-
ciebant et veniebant sed ante
faciem dei apparebant. Illi
autem sciunt et conveniunt et ante
faciem dei comparent. Secundo vi sunt
domestici dei et familia dei
et ideo deus eos pascit vestit
victoriam tribuit et suos custo-
dit eos facit qui dei est fa-
milia suam omnem pascit non
igitur debent de necessariis esse
solliciti qui talem habent patremfamilias
Augustinus pascit et contemplante
se vel descit sequente se-

Math. vi° Dico vobis ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis etc. Tercio homo non debet curare de cibo vel de ventre qui militant regno novit rege quemadmodum familiam suam pascit alit et velat vestiat. Habemus enim rege devoto militibus suis non cibi provideat alimoniam quibus ducis familiis suis non ministret cibaria quibus pater non dat filiis necessaria. Sed Cristus domesticos vestit Prov. ulti. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus. vestimentum autem duplex est illud de quo dicitur ibidem Byssus et purpura indumentum eius quia tales induti sunt candore puritatis in corpore et fulgore caritatis in mente. Aliqui tamen sunt nudi quibus nec corpus est vestitum castitate quo ad se nec anima caritate quo ad proximum. Aliqui non sunt qui habent tamen simplex vestimentum sicut fuerunt virgines fatue que habuerunt tamen byssum castitatis et non habuerunt purpuram caritatis quia non habuerunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Quarto Xpc domesticis suis victoriam tribuit prov. ult. dedit predam domesticis suis. Magnam victoriam facit et magnam predam inducit qui vincit mundum dyabolum et carnem suum celum et deum intrat predas sancti reportant ipsi enim vincunt mundum i Joh. Hec est victoria que vincit mundum fides vestra. vincunt dyabolum Jacobi iiii° Resistite dyabolo et fugiet a vobis. Quociens demonis est malas suggestiones ingerere nostrum est illis non consentire. quotiens enim resistimus dyabolo fugamus angelos letificamus deum honoramus. vincunt carnem suam Apostolus i Cor. ix Castigo corpus meum et in servitutem redigo. vincunt animum suum Prov. xvi° Melior est paciens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore est urbium. vincunt celum Math. xi° Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. vincunt deum et hoc oracionibus suis. Sic dictum fuit Jacob Gen. xxxii° Si contra deum fortis fuisti quanto magis contra homines prevalebis. fuit autem fortis contra deum per orationes et lacrimas quas fudit sicut demonstratur Ozee xii° Et invaluit Jacob ad angelum et confortatus est qui sibi ostendebat personam dei flevit et rogavit eum. Quarto Cristus suos domesticos facit custodes suos. Domini dicuntur domestici quasi domini custos quia debent custodire domum id est cor suum. Sed multi non sunt custodes sed proditores qui cor suum aperiunt et hostem introducunt. Proditor inde detestabilis fuit valde ex eo quod alium occidit ex eo quod cum Cristo in mensa simul comedebat et ex eo ut Cristo osculum prebebat et tamen proximum prodebat. multi

cum sunt quos cristus in
amicicia sua iungit quos bo-
nis operibus pascit et nutrit quos
ad osculum sue reconsiliacionis
recipit. Ad hoc eum perducit dum
ad pedes recidit. Vel autem
domestici sunt tamen custodiunt
nec hostem admittunt. Proverbiorum iiii°
Omni custodia custodi cor tuum quia
ex ipso vita procedit etc.

Sermo primus de Sancto Johanne baptista sequitur

Fuit homo missus a deo cui
nomen Johannes erat. Hic
venit ut testimonium perhiberet
de lumine. Joh. 1°. Beatus igitur
Johannes baptista commendabilis
est racione mittentis i. missi
et officii iniuncti. Racione mittentis
cum dicitur Fuit homo missus a deo.
Racione missi cum dicitur Cui nomen
erat Johannes. Racione officii
iniuncti cum dicitur Hic venit ut
testimonium perhiberet de lumine. Circa
primum notandum quod sancti viri
mittuntur a deo quinque modis.
Sicut radius a sole, sicut scin-
tilla ab igne, sicut odor a flore.
De hiis tribus primis modis mittendi
sic dicit Cris. in originali super
Math. Emisit christus apostolos sicut
sol radios suos quasi rose sue
suavitatis odorem, quasi ignis scin-
tillas suas dispersit. Quarto a
deo mittuntur quasi legatus a princi-
pe. Talis missus erat ille qui
dicebat Jer. xlix° Auditum au-
divi a domino et legatus ad gentes
missus sum. Talis legatus
erat qui dicebat ii Cor. v°
Pro christo legacione fungimur.
Quinto sicut rivus a fonte. Hic
figuratum est Gen. ii° ubi dicitur quod
fons paradisi dividebatur in quatuor
capita. Fons paradisi est ipse deus
in quo emanant quatuor flu-
mina i. quatuor status chori scilicet
apostoli martires confessores et virgi-
nes. Radius autem missus a sole
accipit ab ipso virtutem illuminandi.
Scintilla missa ab igne accipit
ab ipso virtutem inflammandi. O-
dor missus a flore accipit ab ipso
virtutem afficiendi. Legatus missus
a principe accipit ab eo virtutem
indulgendi. Rivus missus a fon-
te accipit ab ipso virtutem fecun-
dandi et germinandi. Beatus igitur
Johannes baptista hiis quinque
modis a deo fuit missus. Pri-
mo sicut radius a sole. Sol e-
nim christus Malachie iiii° Vobis
timentibus oritur sol iusticie.
Iste sol tot habet radios quot habet
sanctos. De quibus radiis dicitur
Eccl. xliii° Tripliciter sol exurens
montes radios igneos exsuf-
flans et refulgens radiis suis
obcecat oculos. Montes sunt
angeli quos sol divinus tripliciter
exurit quia virtute purgativa
illuminativa et perfectiva. Secundo
autem iste sol exsufflans radios
igneos et fulgidos i. sanctos
ignitos caritate et fulgidos
veritate. Primus autem de maio-
ribus radiis huius solis fuit

b

Johannes baptista a quo accepit
virtutem illuminandi et ideo lucifer
apparet. Job xxxviii° Numquid
producis luciferum in tempore suo produ-
cis i. per se eductus alii qui na-
scuntur non producuntur sed educuntur
i. extra uterum educuntur. Johannes
autem fuit productus i. producitur per se
eductus scilicet ab impotentia gene-
randi quam quidem impotentiam
faciebat et sterilitas et tempo-
ris longevitas in utroque paren-
te. Et dicit luciferum alii enim prophete
fuerunt stelle nunciantes Christi ad-
ventum sed de longinquo. Iste
autem fuit lucifer nuncians Christi
adventum sed de propinquo. Iste etiam
Et dicit in tempore suo. Tempus
enim quo vivimus non est in tempore
nostro quia nullus magnam partem
consumimus. Tempus autem quo Johannes
venit totum suum fuit quia ipsum
totaliter expendit in honorem dei
in sanctificationem sui in utilitatem
proximi. Secundo fuit missus a deo
sicut scintilla ab igne. Deus
quidem est ignis. Exodi xxiiii° Species
ut ignis consumens est. Quando
ignis tot scintillas emittit quot
sanctos facit de quibus scintil-
lis dicitur Ezechielis i° Scintille quasi
aspectus eris candentis. Quinque
autem ignis maxima scintilla
erat Johannes baptista qui acce-
pit virtutem inflammandi quia
totus igne caritatis ardebat
et totus igne zeli succensus
erat. Propter quem zelum succensum
assimilatur gladio acuto et sagit-

te electe. Gladio quidem acuto assi-
milatur. Unde dicitur Ysaie xlix° Posuit
os meum deus quasi gladium acu-
tum doctrinam enim suam non sibi
ascribit sed deo recognovit
propter quod dicit ut gladium. Gladius
acutus et secat maxime gla-
dius et penetrat maxime acutus
et vulnerat maxime utrumque fecit
verbum sancti Johannis et secat
vitia cum dicebat Luce iii° Ne-
minem concutiatis neque calumniam
faciatis etc. Et penetrabat in-
tima cum dicebat Genimina vi-
perarum quis ostendit vobis
fugere a ventura ira. Et vulnera-
bat corda cum dicebat ibidem
Jam enim securis ad radicem ar-
boris posita. Sicut enim dicitur
Ebreos iiii° ~~[illegible]~~ vivus enim
est sermo dei et efficax et pe-
netrabilior omni gladio ancipi-
ti. Assimilatur etiam sagitte e-
lecte. Tunc enim sagitta electa
quando est recta pennata ad
volandum acuta ad penetran-
dum et sic verba Johannis erant recta
propter contemptum terrenorum. Non enim
predicabat propter terrenum commodum
sed propter lucrum animarum amor enim
terrenorum facit animam curvam. Unde
dicitur Ysaie xlvi° Ferrum curvavit
sub vinculo et tu nunc [illegible]
tudes fuit pennata per varie-
tatem virtutum. Tertio quia contra totus
quas aliis predicabat ipse in se
habebat et ideo de facili eius
verba in cordibus auditorum volabant
propter pennas virtutum sancti [illegible]
[illegible] affectant [illegible] [illegible] [illegible]

nichil pennas sicut columbe et volabo et requiescam fuit acutus contra furorem et zelum per que corda audientium pene-trabat de istis sagittis acutis dicitur primo Sagitte potentis acute Tertio fuit missus a deo sicut odor a flore flos est christus Cant. ij° Ego flos campi iste flos tot flores emisit quot sanctos fuit Eius autem floris maximus odor fuit Iohannes baptista quo accepit virtutem afficiendi et delectandi Delectavit quidem omnes homines ut possit dici illud Cant. j° Cristi odor summus bonus deo in omni loco delectavit et deum ut ipse deus possit dicere Gen. xxvij° Ecce odor filij mei sicut odor agri Cui benedixit deus Odor quidem sue sanctitatis non fuit orti sed agri quia non fuit clausus sed apertus tam vicini et longinquis odor sui nutrimenti Inpetuosa tamen incantia unde iste odor disminuebatur hodie tamen non tam clamat sed etiam suavitatem odore sue sanctitatis resonat Et non solum fuit odor agri sed etiam odor agri pleni Sicut enim odor agri est plenus cum ager diversis floribus redolentibus est ornatus Talis igitur Iohannes fuit ager in quo fuit rose rubentes passionis viole celestis contemplationis et lilia virginee puritatis Et

non solum fuit odor agri pleni sed etiam agri benedicti in deo dicitur Cui benedixit deus Ager enim ille est benedictus qui laudabilem fructum producit Iuxta illud Ebr. vj° Terra enim sepe venientem super se bibens ymbrem et generans herbam optimam illis a quibus colitur seu colligitur accipit benedictionem a deo Sic igitur Iohannes fuit ager benedictus et eo quod centesimum fructum deceperduxit in statu suo fuit virtu- pietate et deo Quarto fuit missus a deo sicut legatus a principe Sunt enim principes qui tot habent legatos quot sanctos deus habet legatus dicitur Ier. xlix° Auditum audivi a domino et legatus ad gentes missus sum Huius autem principis magnus legatus fuit Iohannes baptista qui fuit legatus a latere quia a deo immediate missus est secundum suum sanguinem Quidam mittuntur tamen a deo sed homine sicut moyses et apostoli et et Iohannes baptista Quidam a deo per hominem sicut Iosue et ceteri prelati canonice electi Quidam ab homine sine deo sicut violenter intrusi Quidam a se ipsis sicut ambitiosi Iste autem legatus ab isto principe auctoritatem faciendi accepit indulgentias Unde dicit Crisostomus super Mat. Solent reges nato sibi filio indulgentiam in regno suo donare et exactores remittere Deus autem nato filio suo providens indulgentiam

donare peccatorum premisit Johannem
quasi precursorem dicentem penitenciam
agite appropinquabit enim. Deinde sub-
dit appropinquabit vobis regnum celo-
rum. O creatio que non facit pau-
peres sed divites reddit. Ita tantum
quibus debitum sue iusticie reddit
deo nichil prestat sed tibi salutis
lucrum acquirit. Omnia enim corde
mundat sensus illuminat et ad
susceptionem cristi preparat humana
precordia. Felix igitur iste legatus
quem non misit cupiditas sed
caritas quia fuit missus a deo
qui est caritas. Johannis iiii° deus
caritas est. Illi autem legati quos
mittit cupiditas non veniunt
de celo sed de egipto prout ve-
niunt legati de egipto. Felix
legatus quem induxit non sua
sed illorum ad quos missus est uti-
litas quia venit ut testimonium
perhiberet de luce. Talis erat a-
postolus qui dicebat ii Cor. xii°
Non quero que vestra sunt sed vos.
Talis qui sic facit est fidelis le-
gatus. Proverbiorum xiii° legatus fe-
lix sanitas. Sed dicit [illegible]
[illegible] boni fuerunt legati non
audivimus sed forte audivissemus
nisi Paulus hispanie salus autem
vixisset. Felix legatus per quem
reconciliata est dominis pax atque tran-
quillitas quia venit ut omnes cre-
derent per illum. Proverbiorum xxv° Sicut
frigus in die messis ita lega-
tus fidelis ei qui misit illum. Sicut
enim nix messem sub se lati-

tantem humectat et omnes
ardor accidit. Sic boni legati subdi-
tos debent quietare verbo doc-
trine et accidere omnes iniurias
atque discordias. Felix legatus
qui non predicabat se ipsum sed
deum quia non erat ille lux sed
ut testimonium perhiberet de luce.
Talis enim erat apostolus qui
dicebat ii Cor. v° pro cristo lega-
tione fungimur tamquam deo ex-
hortante per nos obsecramus
pro cristo reconciliamini deo. Cristus
missus est a deo sicut rivus
a fonte. Cristus est fons.
Cum apud te est fons vite et
[illegible] rivus quot [illegible] fecit
primus autem fontis magnus ri-
vus fuit Johannes baptista
qui accepit plenitudinem secundum
illud flumine dei repletum est
aquis. Flumen plenum aquis
est cristus qui fuit plenus
aqua gratie et veritatis. De isto
flumine dirivantur rivi i. sancti
a quo aqua sapientie et gratie ha-
bundanter repletur. Unde subdi-
tur rivos eius inebrians multi-
gen. eius. Ecce istorum autem ri-
vorum stillicidiis i. sanctorum
doctrinis auditores per bona
opera fructificant. Unde sequitur
in stillicidiis eius letabitur
germinans. Quo commendabilis
fuit b. Johannes ratione sui
ipsius secundo missi quod notatur cum
dicitur Cui nomen erat Johannes.
Circa quod notandum quod nomen

cristi scilicet ihesus impositum fuit
sibi a deo ysaie 9 vocabitur
tibi nomen eius. Dominus nominatus ab
angelo luce 1o Et vocatum
est ab angelo prius quam in utero
conciperetur a matre Ibidem Ecce concipi-
es et paries filium et vocabis
nomen eius ihesum A patre
putativo Ibidem Pariet autem tibi
filium et vocabitur nomen eius ihe-
sum. Et hoc nomen Iohannes im-
positum sibi fuit a deo ysaie
49o De ventre matris mee
recordatus est nominis mei ab
angelo cum dixit Elizabeth uxor
tua pariet tibi filium et vocabitur
nomen eius Iohannes A matre
cum dixit luce 1o Nequaquam
sed vocabitur Iohannes A patre
Ibidem Innuebant patri eius quem
vellet vocari eum et postulans
pugillarem scripsit dicens
Iohannes est nomen eius Ecce
autem hoc nomen Iohannes quod inter-
pretatur in quo est gratia fuit
sibi impositum Primo quia quodam-
modo non fuit filius nature sed gratie
quod adhuc existens in materno utero
Tertia cum ipsa deus creavit
que magis ut sunt creata gratia
repleta sunt Secundo fuit sibi
de quo spiritu sancto replebitur
adhuc in utero matris sue
aliud fuit dico quod in utero
matris sue fuit sanctificata sicut
sanctificavit tabernaculum suum
altissimus Tertio fuit cristus qui
in utero matris sue fuit sanctus

luce 1o Et quod ex te nascetur
sanctum vocabitur filius dei Secundo
dictus est Iohannes ex eo quod fuit
sine culpe et munus gratie Tertio
ista tria lucifero comparatur Iob 38
Numquid producis luciferum in tempore
suo Numquid quia dicit non nisi ego
quia non est opus nature sed gratie
luciferum Ecce plenitudo gratie
cristus enim est sol Maria est luna
lucifer Iohannes baptista post
solem autem clarior est luna quia
post cristum clarior est Maria post
solem autem et lunam lucifer cla-
rior est quia post cristum et beatam
Mariam Iohannes gloriosior invenitur
In tempore suo quia fuit sine cul-
pe et munus gratie Tertio prius omnium
lucifer est oriens in fine noctis
et iusta munus dici Mathei 10 [?]
Quintus cristus et laus ipsius ad
Iohannem comparavit Tertio Iohannes
commendabilis est ratione officii
quod fuit de cristo testificari eo quod
dicit venit ut testimonium perhi-
beret de lumine sicut autem ait
ysidorus Testis comprobatur tribus
scilicet natura conditione et vita veritate
ut sit vir non mulier conditione
ut sit liber non servus vita ut
sit iustus non scelestus Iohannes igitur
Iohannes fuit fidelis testis quia
scilicet fuit vilis [?] et fortis
ideo non fuit arundo sicut dicitur
Mathei 11o Non enim potuit flec-
ti nec timore principis scilicet hero-
dis nec in ira tortoris nec hor-
rore mortis fuit etiam liber

q

testis

quia libere vicia arguebat. Ideo
non fuit mollibus vestibus indu-
tus sicut sunt illi qui stant in
domibus regum qui loquuntur ad pla-
citum. Fuit eciam sanctus quia non
tantum fuit propheta sed eciam plus quam
propheta. Hic igitur causa fidelis te-
stis de cristo testimonium perhi-
buit. Testimonium autem fidele de
auditu est secundum testimonium
vero de visu vel tactu est tercium
istud triplex testimonium tangitur
i Johannis primo Quod audivimus et
vidimus et manus nostre contrecta-
verunt de verbo vite etc. Testimo-
nium autem de re odorifera vel
fetida habetur per olfactum de re
molli vel aspera habetur per tactum
Johannes igitur quantum ad visum
testimonium perhibuit de eius
infinita potestate et maiestate ut
dicitur Johannis 1o Qui misit me
baptizare in aqua ille michi
dixit super quem videris spiritum sanctum
descendentem et manentem
super eum hic est qui baptizat
in spiritu sancto et ego vidi et
testimonium perhibui quia hic
est filius dei Quantum ad auditum
perhibuit testimonium de eius cum
patre equalitate Nam cum eum
baptizasset Ecce vox domini venit
dicens hic est filius meus di-
lectus in quo michi bene com-
placui Quantum ad tactum perhibuit
testimonium de eius infinita
mansuetudine et humilitate Nam
cum dixisset cristus Mathei iii

Sit enim decet nos implere
iusticiam id est perfectam humilitatem
voluit a Johanne tangi et suis
manibus baptizari Quantum ad ol-
factum perhibuit testimonium de
infinita odoris suavitate Nam
sic habetur Mathei xi Cum Johannes
in carcere esset audivit odorem
famem cristi ideo tante odoris
attentus misit ad eum duos
de discipulis suis dicens Tu es
qui venturus es an alium ex-
pectamus Quantum ad gustum per-
hibuit testimonium de omnio in-
finita dulcedine Nam sicut
habetur Mathei iiio Esca Johannis
erat mel silvestre Cristus
dicitur mel inquantum dulcedinem
deitatis habuit sed silvestre
inquantum in desertum mundi venit
et naturam alienam assumpsit. Ideo
igitur mel silvestre mistice Jo-
hannes comedebat quia cristi
incarnati dulcedinem degu-
stabat per Gustate et videte
quoniam suavis est dominus etc.

Sermo secundus de eodem

Erit enim grandis magnus coram
domino Luce 1o Angelus ga-
briel qui nativitatem precur-
soris nunciare veniebat primo
Zachariam trepidantem con-
fortavit dicens Ne timeas Za-
charia Nam sicut dicit theo-
philus non difficile est bonorum
spiritum malorum que discrecio Cum
enim post timorem successerit
gaudium a deo scianus venisse
divinum auxilium quia securitas
animi presentis maiestatis indicium est

Si autem nimia sit formido corporis ma-
cerit hostibus est qui videtur de-
inde angelus orationem suam exau-
ditam esse predixit cum ait exau-
dita est oratio tua. Secundum
autem Augustinum non est credendum quod
homo senex cum uxorem ste-
rilem et senem pro accipiendis
filiis oraverit, presertim quia nemo
orat accipere quod acceptum esse desperat
a deo. autem desperabat quod vix an-
gelo promittenti credidit. Sed quod
dicitur exaudita est oratio tua in-
telligendum est de populi salute et
redemptione, et hoc tibi signum
quod Elizabeth pariet tibi filium
qui erit precursor Christi per quem
salus populi et redemptio dabitur
peccatorum. Vel secundum Crisostomum Zacharias
petebat populi salutem exemplum quod
deus sepe dat plus quam homo petit
quemadmodum angelus nasciturum pro-
misit cum ait et Elizabeth uxor
tua pariet tibi filium et vocabis
nomen eius Johannes quod interpreta-
tur in quo est gratia, secundum Bedam ideo
hoc nomen deus ipsum vocari vo-
luit quia daturus erat gratiam
parentibus filio et populo, parentibus quia
ipsis de decrepitis filium ex sola
gratia erat daturus. filio autem ipsum
magnum coram deo erat futurum
populo vero quia ipse puer erat
populum dei regeneraturus. Ulterius autem
ipsum puerum multum laudat et co-
mendat cum dicit unum promissum
erit enim magnus coram domino.
Magnus secundum Ambrosium non corpore
sed animi virtute. Ista autem magnitu-
do Johannis attenditur circa ad
eius conceptionem nativitatem vitam

doctrinam obitum et sepulturam.
Circa eius conceptionem fuit magna
quia a tota civitate mirabatur
facta. Pater per eam recepit no-
vam potentiam generandi. nam
cum uterque parens esset impotens ad
generandum quia et pater erat decre-
pitus et mater senex et sterilis quod
a deo nova potentia generandi per-
ficietur ostendit Crisostomus super illud Luce
primo sic fecit michi dominus etc. Sterilitatem
sterilitatem solvit, domum supra
naturam concessit, de petra infructuosa
pocula viventes produxit, decorem
abstulit dum senectutem de sterili
fecit. Filius recepit novam
sapientiam cognoscendi. Nusquam
enim legitur quod aliquis clausus in
utero habuit usum rationis et sensus
cognoscendi. Unde dicit Ambrosius
super illud Luce primo. Et ecce ut facta
est vox salutationis tue etc.
Vide distinctionem singulorum quorum verborum
proprietates. Vocem prius Eli-
zabeth audivit, sed Johannes prius
gratiam sensit. Illa naturali ordine
audivit, iste exultavit ratione
misterii. Illa Marie, iste domini sensit
adventum. Spiritus sanctus recepit
novam gratiam sanctificandi. Nam
in utero fuit sanctificatus et spiritu
sancto repletus. Ambrosius super illud
Spiritu sancto replebitur adhuc in
utero matris sue. Talis est spiritus
gratie vite, clausus sentit. Ille nascen-
do sumit concordiam movendo de-
fectum. Iste etatibus non cohercetur
non obitu extinguitur, non alvo
matris excluditur. Secundo consideratur
magnitudo Johannis circa ad eius
nativitatem que quidem fuit gau-
diosa miraculosa et famosa. Gau-
diosa quidem fuit quia in Johannis

natiuitate gauisi sunt parentes
Unde dixit angelus zacharie
Et erit tibi gaudium et exultatio
Gauisus est puer unde dixit
luce 1o Ecce enim ut facta est vox
salutacionis in auribus meis ex-
ultauit infans in gaudio in
utero meo / Gauisi sunt vicini et
cognati eius unde dicitur Audierunt
vicini et cognati eius quia ma-
gnificauit dominus misericordiam cum illa et
congratulabantur amici / Gauisi sunt
omnes unde dixit angelus Et
multi in natiuitate eius gaudebunt
Circa que sciendum quod gaudium ma-
gnum dicitur quatuor modis Primo
intensiue et sic accipitur Mathei 2o
Gauisi sunt gaudio magno valde
per illam enim dictionem replicationem in-
telligitur gaudii intensionem /
Secundo per extensionem quando scilicet est gau-
dium in corde quod etiam extenditur
in facie et sic accipitur prouerbiorum
xvo Cor gaudens exhilarat faciem
Tercio communicatiue quando scilicet quis
gaudium habet quod solus capere non potest
sed aliis communicare studet et sic
accipitur luce xvo Conuocat amicos
suos dicens illis Congratulamini
michi quia inueni dragmam meam
que perierat / Quarto extensiue
quando scilicet est gaudium quod
ad omnes extenditur et sic
accipitur luce 2o Ecce angelus
dixit pastoribus euangelizo
vobis gaudium magnum quod erit
omni populo In parentibus ergo beati
Johannis fuit gaudium magnum
per intensionem quod notat angelus cum
dicit Et erit tibi gaudium et ex-
ultatio In puero fuit gaudium

magnum per ascensionem quia
motu corporis gaudium suum mani-
festauit / In vicinis et cognatis
fuit gaudium magnum per communicationem
quia parentes beati Johannis cum gau-
dium soli non caperent vicinis suis
et cognatis illud communicauit In
omnibus non fuit gaudium magnum
per extensionem unde dicitur quod super
omnia montana iudee diuulga-
bantur omnia verba hec / Fuit miraculo-
sa tria miracula apparuerunt ipse
qui mox extra matrem spiritu sancto plenus
fuit / In matre que nomen pueri
diuinitus agnouit / in prole qui
patri loquelam restituit / Efficitur
autem quis famosus aut per potentie
magnitudinem aut per vite sancti-
tatem aut per diuiciarum habun-
danciam aut per excellentiam
sapiencie Totus ergo Johannes
fuit valde famosus quia fuit
valde magnus unde dicitur Erit
enim magnus coram domino Cum enim
Johannes non fuerit alienos
expugnauit imperium non triumphos bel-
lici clamoris reportauit / Et est
magnus coram domino / Magnitudo
enim hic est magnitudo virtutis
/ fuit valde sanctus unde sequitur
vinum et siceram non bibet /
fuit valde gratia dei locupleta-
tus unde subditur Et spiritu sancto
repletus adhuc ex utero matris
sue / fuit valde sapiens dei plenus
unde dicitur Et multos filiorum
israel conuertet etc Circa quod dicitur
magnitudo Johannis quan-
tum ad eius vitam / Siquidem
habuit perfectionem omnium perfec-
torum scilicet patriarcharum

conpatriarcharum apostolorum martirum confessorum
virginum et angelorum. Respectu patri-
archarum fuit in fidei magnitudine
magnanimitate, in rerum liberalitate
et in vita cum cristo propinquitate.
Sic beatus Johannes fuit in fide mag-
nanimus, habuit enim fidem de cristi
humanitate cum dixit Johannis 1o Ecce
agnus dei et de eius divinitate
cum dixit Luce iiio Veniet fortior
me post me et super que locum dicit
Rabanus: Ego enim sum fortis
ad penitentiam invitando, ille fortior
peccata remittendo. Ego regnum
celorum predicando, ille donando. Ego
in aqua baptizando, ille in spiritu.
Fuit etiam in rebus liberalibus
tamen licet patriarche hospitalitate
liberaliter exercerent et pauperibus
ministrarent, iste tamen omnia dimisit
et pauper in deserto mansit. Tamen
dicitur quod Johannes ab an-
nis xiio sive etatis usque ad xxx
annum fuit in deserto et tunc vi-
no anno predicavit et ebus mensi-
bus fuit cristo propinquus et attinens
unde dicit angelus Marie Ecce
Elizabeth cognata tua. Secundo habuit
perfectionem prophetarum, quecumque per-
fectio consistit in eo quod accipiebant
spiritum sanctum aliquando ad cogno-
scendum preterita, aliquando ad sciendum
futura, aliquando ad intelligendum
occulta presentia. Sic et iste Johannes
habuit spiritum sanctum de futuris cum dixit
Johannis 1o Ipse est qui post me
venturus est, de preterito qui ante
me factus, de presenti occulto cum
adiungit cuius non sum dignus
ut solvam corrigiam calciamen-
ti sui. Tercio habuit perfectionem
apostolorum que quidem consistit in
hoc quod fuerunt spiritu sancto repleti in
bono opere confirmati et in mundum
a deo missi. Sic beatus Johannes
spiritu sancto fuit repletus Luce primo
puer autem crescebat et confortaba-
tur spiritu. Theophilus: Simul enim cum
corpore spirituali domo crescebat et
spiritus operationes magis ac magis
in eo ostendebantur. Fuit in bono
opere confirmatus quia perseveranter stetit et
numquam per peccatum cadere potuit. Johannis
iiio Amicus autem sponsi stat.
Intantum stetit quod de ipso scribit
Ieronimus in epistola quod etiam minimis
peccatis vel levibus numquam
deum offendit et sine peccato
consistens pro exemplo aliorum
vitam suam custodivit. Super que
loca dicit Augustinus quare stat
quia non cadit qui humilis est
videlicet stantem in solido non sum
dignus ait solvere solvere corri-
giam calciamenti eius. Fuit
in mundum a deo missus Johannis
1o Fuit homo missus a deo
cui nomen erat Johannes. Augustinus
Cristus venit ad nos et quod
apparuit homo, quia ipse sit deus
homo ut lateret in eo deus. Magnus
est autem illud magnum homo per
cuius testimonium invenitur
plusquam homo. Quarto habuit
perfectionem martirum que quidem
consistit in eorum sapientia que apparuit
in responsis; in eorum paciencia
que apparuit in iniuriis; in eorum
constancia que apparuit in tormen-
tis. Sic beatus Johannes habuit sapientiam
in responsis et ideo fuit bonus
dicit Crisostomus Johannes sencien[s]

et levitas fuit / ita cum ipsis iudeis
vel? et pharisei / cum tanta audacia
/ turbis discipulis levit' conferebat
Quia sapientia in responsis apparet
Luce iii°. Levi turbis publicanis
et militibus certas et p'ates con-
ditiones dabat / habuit patientiam
in iniuriis quia propter iustitiam incar-
ceratus fuit et patienter sustinuit
Crisostomus super mattheum. Contumelias hero-
des iohanni faciebat et in iniuria
ille suscipiebat pro beneficio, et
ita illius quam dei iniuria fruebatur
quia verum gaudium sanctorum est
de mundo [illegible] / habuit constantiam
in tormentis. quia pro iustitia
mortem constanter sustinuit Cris.
super mattheum. Sicut famulus post quam
commissi operis complevit pensum
gaudet ante faciem domini sui appa-
rere / sic et iohannes commisso
predicationis ministerio consummato, festi-
nabat ad deum transire / et non solum
de morte non contristabatur / sed
etiam ipsam dilatationem vite sue
penam putabat / Quinto habuit
perfectam confessionem que quidem
fuit in carnis mortificatione
Luce xii°. Sint lumbi vestri precincti
in lucida conversatione unde sequitur
et lucerne ardentes in manibus
vestris in sollicita operatione / que
subditur / et vos similes hominibus
expectantibus dominum suum. Sic fuit
et iohannes carnem suam
maceravit quia et pilis came-
lorum induebatur et locustis pas-
cebatur et lucide conversationis et
fame fuit a deo ut christus esse
crederetur et sollicitus in dei ser-
vitio extitit quia a pueritia
deo servivit et perseveravit

6

Sexto habuit perfectam virginitatem
que quidem consistit in mentis
et corporis integritate Mathei
xxv°. ornavit lampades
suas . i. puritatem et lucidam car-
nem et mentem suam / Consi-
stit etiam in mentis iocunditate
unde subditur quia acceperunt
oleum in vasis suis cum lampa-
dibus / illud scilicet oleum de quo
dicitur in psalmo ut exhilaret
faciem in oleo / Consistit etiam
in virtutum venustate unde
sequitur ornaverunt lampades su-
as / Sic beatus iohannes habuit perfectam
puritatem propter quam etiam ange-
lus appellatur cuius puritati etiam
nimi[illegible] comparatur unde
cantatur de eo nescivit labem
nivei pudoris / habuit etiam mentis
iocunditatem unde dixit Johan-
nis iii°. amicus autem sponsi
qui stat et audit eum gaudio
gaudet propter vocem sponsi / super
quod verbum dicit Crisostomus Non gau-
deo propter vocem meam sed propter
vocem sponsi gaudio ego in
audientibus ille in docentibus ego
auribus ille [illegible] / Fuit etiam vir-
tutibus adornatus habuit contempla-
tionis sublimitatem ipsum ornat
a superiori quia celos apertos vidit
ipsum spiritum in columbe forma a-
spexit et vocem in patris audivit
humilitatis ipsum ornat ab inferiori
ob nimiam namque humilitatem
dicebat Mathei iii°. Cuius non
sum dignus procumbens solvere
[corrigiam] calciamentorum eius / puritatis ipsum
ornavit ab interiori per quam

angelus meruit appellari secundum
sanctum Jeronimum in sermone non semper
carnem vinee non est humani
sed angelici ipse quam puritate
signanda dicitur Mathei 3° quod
habebat zonam pelliceam circa lum-
bos suos / zona pellicea qua
cinctus fuit mortificationis car-
nis indicium est / Sanctitas ipsum or-
navit asperiori quia veste de
pilis camelorum induebatur erat
et victus silvestre et locustas co-
medebat et hominum cor consortia
fugiebat / paciencia ipsum ornat
a sinistris adversitates et ipsum
persequebantur / herodes ipsum incar-
cerando et herodiadis ipsum insi-
diando et puella caput eius
petendo et inimici herodis ipsum
decollando et sic in omnibus
paciencia fuit / Temperancia ipsum
ornavit a dextris prosperitatis quia
cum iudei ipsum pro cristo recipere
vellent elegit potius solide sub-
sistere intra se quam manere extra
extra se / Ipse enim in domo summi
sacerdotis unctus natus ab omnibus
prosperitatibus mundi abstinuit
Septimo fuit perfectam consecu-
tionem que consistit in hoc quod
habuit virtutem purgativam illu-
minativam et perfectivam / Sic Johannes
habuit virtutem purgativam quia
sicut dicitur Johannis 5° ipse erat
lucerna ardens / virtutem illumina-
tivam quia ipse erat lucerna
lucens / virtutem perfectivam
quia sicut dicitur Luce 1° venit
parare domino plebem perfectam
Octava magnitudo Johannis

concedatur quantum ad doctrinam
per quam instruxit omnes homines
quantum ad omnem statum / Iterum
instruxit maiores minores et
mediocres / peccatores iustos et
penitentes / Maiores erant
milites per quos intelliguntur
omnes in dignitatibus constituti hos
quidem instruebat ut neminem
concuterent in persona nulli calum-
niam inferrent in fama nulli
rapinam facerent in temporali substancia
sed suis stipendiis sint contenti
unde dicitur Luce 3° neminem
concutiatis neque calumpniam facia-
tis et contenti estote stipendiis
vestris / Minores sunt turbe
et plebes quos instruebat ut
elemosinis et operibus misericordie in-
sisterent dicens eis Luce 3° Qui
habet duas tunicas det unam
non habenti et qui habet escas similiter
faciat / Mediocres erant pub-
licani qui erant reipublice
officiales quos instruebat ut
dei precepta servarent dicens /
Luce 3° Nichil amplius quam
constitutum est vobis / talibus
enim [illegible] qui non sunt magis
perfecti nichil est amplius
quam ut statuta et precepta ob-
servent / Instruebat peccatores ut
penitenciam agerent dicens Mathei 3°
penitenciam agite appropinquabit enim
regnum celorum / Iustos ut magis
domino prepararent Ibidem preparate
viam domini rectas facite semitas
eius / Penitentes ut dignos
penitencie fructus facerent / Ibidem
facite ergo dignos fructus

prie / Tertio consideratur magnitudo Jo-
hannis quantum ad obitum / cuius enim
mors fuit preciosa superis quia
precio sanguinis societatem celestium
civium comparavit. Unde preciosa est in con-
spectu domini mors sanctorum eius / fuit
grata miseris quia precursor illis qui
erant in limbo seu limbo suam redemp-
tionem nunciavit. Unde dicit glossa super
illud Math. xi° Tu es qui venturus
es an alium expectamus. Non quasi ipse
dicat sicut pro hominibus nasci dignatus
es an etiam pro hominibus ad inferos
pro hominibus descendere digneris in su-
ma ut qui nativitatis precursor ex-
titi descensionis etiam precursor fi-
am et venturum inferno denunciem
quem iam venisse mundo denunciavi
/ fuit leta terrenis quia eius
passio ab ecclesia multa leticia et
gloria celebratur. Augustinus quarto Dyonisio In
exaltatione in sanctorum gloria
est / affuit concurrunt duobus misteriis
/ quod misterium Gregorius assignat super
illud Johannis iii° Illum oportet
crescere me autem minui dicens
quod autem veritatem in passionibus
significo cristi et Johannis. Ita
Johannes capite minutus est Cristus
in cruce exaltatus est / deinde
natus est Cristus iam incipiunt cre-
scere dies natus est Johannes incipiunt
minui dies. Unde dicit
Crescat ergo in nobis gloria dei et
minuatur gloria nostra ut in deo cre-
scat et nostra. Tertio enim magis
intelligis deum videtur in te cre-
scere deus / Non autem ipse crescit
quia semper perfectus est. Sicut si
...alicuius oculi incipient

Unde patrum lucet et alia die
plus videtur et lux crescere / lux
autem perfecta est sine vidente sine
nos. Quarto magnitudo Johannis
consideratur quantum ad premium. Ipse
enim habet fructum centesimum in-
quantum fuit virgo incorruptus. Sex-
agesimum inquantum fuit predicator doc-
tus et centesimum inquantum fuit
martir non victus. Unde cantatur
de eo Serta ter denis alios
coronant aucta crementis. Tres
Elevetur omnes sancti meritorum
prerogativis ante conspectum divine
maiestatis et non est qui ad
Johannis baptiste privilegium
audeat aspirare, quia Johannes
sit est inserius angelorum
ordinibus ut etiam ad apicem
seraphin tuscitatur. Ipse enim
mandatum dei docuit et fecit
et ideo magnus est in regno
celorum. Juxta illud Math. v quicumque
autem fecerit et docuerit hic
magnus vocabitur in regno
celorum. Vere Johannes est
magnus quia fulget ut cu-
neos patriarcharum quia fuit
patriarcha. Gaudet ut chorus
prophetarum quia fuit propheta et
plus quam propheta residet inter
choros apostolorum quia fuit apostolus
a deo missus. Spaciatur ut rosas
martirum quia fuit martir glo-
riosus / Delectatur ut violas confesso-
rum quia confessus est et non
negavit. Redolet ut lilia virgi-
num quia virginitatem perpetuam
observavit. Et cetera. [illegible]

Sequitur Sermo quartus
de eodem et tertia

Erit enim magnus coram domino
vinum et siceram non bibet
Luce 1o Angelus volens magni-
tudinem et dignitatem Johannis
ostendere multipliciter hoc facit dicit
magnum ipsum futurum esse quantum ad deum
valde graciosum cum dicitur Erit n[am]
magnus coram domino / quantum ad cor-
pus suum valde austerum cum dicit
vinum et siceram non bibet / quantum
ad animam valde virtuosum cum dicit et
spiritu sancto replebitur adhuc ex utero
matris sue / quantum ad proximum val-
de fructuosum cum dicit Mul-
tos filios israel convertet ad dominum
/ quantum ad christum valde fidelem mi-
nisterium cum dicit et ipse precedet an-
te illum in spiritu et virtute helie / Fuit
igitur primo quantum ad deum valde
graciosus cum dicit Erit enim mag-
nus coram domino / Voluit etiam coram
se esse magnus sed parvus valde
quia non reputabat coram se esse
dignum christi sanctificatorem cum dixit
Marci primo Cuius non sum dignus
procumbens solvere corrigiam calcia-
menti eius Et quia fuit parvus
in oculis suis ideo est magnus
in oculis domini 1 regum 15 Nonne
cum parvulus esses in oculis tuis
caput in tribubus factus es Item
voluit esse magnus coram nullo
per temporalia scilicet divicias et digni-
tates quia cum esset filius summi
sacerdotis omnia deseruit et in
heremo habitavit / Item voluit esse
magnus coram homine aliquo
sicut sunt multi qui laborant
esse apud aliquos magne fame
Johannes autem cum tante fame esset
apud iudeos esset ut christus crederetur

famam istam contempsit Joh[annes]
primo Confessus est quia non
sum ego christus Item in omni-
bus cum tantis virtutibus esset Johannes
ut christus credi potuisset elegit
solide subsistere sub se ne huma-
na opinione raperetur inaniter
extra se / Voluit autem esse ma-
gnus coram domino Ista autem ma-
gnitudo attenditur secundum quadru-
plicem divisionem / Fuit enim altus
per celestium contemplacionem Unde
celos apertos vidit spiritum sanctum
in forma columbe conspexit vocem
patris audivit christum deum verum
esse cognovit Ecce quam altus
fuit qui tam alta cognovit /
Fuit profundus per humilitatem
de qua humilitate christum bapti-
zare refugiebat sanctum dei
verticem tangere non audebat sed
totus tremebat Mathei 3o Joha-
nes autem prohibebat illum dicens
Ego a te debeo baptizari et
tu venis ad me / Fuit longus
per paciam et longanimitatem
quia se hominibus non ingessit sed
longo tempore in deserto manens
suam dispositionem patienter expec-
tavit Luce 1o Erat in deserto us-
que in diem ostensionis sue ad
israel / Noluit enim se predicacionem
populis ostendere nec de deserto
exire quousque ad ipsum divina mis-
sio facta fuit Luce 3o / Factum
est verbum domini super Johannem
Zacharie filium in deserto venit
in amnem iordanis etc / Fuit la-
tus per caritatem per quam
extendebant se ad desertum
quo ad amicos sicut ad discipulos
suos quos in fide christi instrue-

bat ad sinistram quo ad inimicos
sicut ad herodem que caritatiue corripiebat de latitudine
mandati caritatis sic dicitur
in psalmo latum mandatum tuum
nimis Istarum autem quatuor di-
mensiones secundum Augustinum ad eu-
genium quilibet debet habere cari-
tatem ut perseueret usque ad
mortem habet longitudinem
qui amorem suum dilatat usque
ad inimicos habet latitudinem
qui stupet et contemplatur
maiestatem dei habet altitudinem
qui pauet profundum iudiciorum
dei habet profunditatem Et
tamen alia mala quadruplex
dimensio penitus fugienda
de qua sic dicit Augustinus In eodem
libro longitudo extimum habere
solet dilatatio scissuram alti-
tudo ruinam et profundum ab-
sorbtionem Longitudo enim sibi lon-
giorem promittit vitam latum
cum in superfluas animum distendit
curas altum cum de se plus
presumit profundum cum de se plus
decidit Secundo beatus Johannes
quantum ad corpus suum fuit valde
austerus quod notatur cum dicitur Vinum
et siceram non bibet Eius
autem austeritas maxime in
profundum consideratur scilicet cibo potu
vestimento et habitatione Cibus
eius fuit locuste et mel
siluestre Quid autem sunt ipse
locuste et mel siluestre Ra-
banus aperte dicit Tenui vic-
tu beatus Johannes contentus
erat ex minutis scilicet volatilibus
et melle invento in truncis

arborum Deinde subdit In-
dicijs autem arnulphi gallicani
episcopi repimus minimum genus
locustarum fuisse in deserto iudee
que corpusculis in modicum
digiti manus gracilibus et
breuibus in herbis facile capi-
untur cocteque in oleo pauperum
prebent victum Similiter narrat
in eodem deserto esse arbores
quarum folia lata et rotunda
lactei coloris et mellici saporis
que natura fragilia manibus
fricantur et eduntur Et hoc est
quod mel siluestre dicitur Habuit
etiam durum potum quia non
bibebat vinum neque siceram sed
tantum aquam Quod autem sit sicera Beda
exponit dicens Sicera interpretatur ebrie-
tas vocabulo omne quod inebriare
potest potum siue de pomis siue
de frugibus siue de qualibet alia
materia confectum signat Habuit etiam
durum vestitum de pilis camelo-
rum super quem locum sic dicit
Crisostomus in originali Seruus dei
non competit vestimentum habere
ad speciem visionis vel ad orna-
mentis delectamentum sed tantum
ad tegimentum nuditatis Habe-
bat enim johannes vestem non
mollem neque delicatam sed ali-
teram grauem et asperam et
conterentem corpus suum potius
quam fouentem ut de virtute
anime eius ipse habitus corporis
loqueretur Ex quibus verbis constat
quod vestimenta quatuor de causis
deferri possunt aut propter apparen-
ciam et ostensionem et turpis cu-
riositatis est Sic fiebat ille diues

de quo dicitur Luce 16 Homo
erat dives et induebatur purpura
et bisso / aut propter molliciem et de-
lectacionem et tunc turpis voluptas
est cum talibus vestibus reprehenditur
Mathei 11 Ecce qui mollibus ve-
stiuntur in domibus regum sunt
aut propter tegumentum carnis
et contra molestiam frigoris
et quanta necessitas est Unde
modo fecit quod deus Ade et uxori
eius tunicas pelliceas et in-
duit eos cum enim nudi essent
et de paradiso eos eiecit tunicas
pelliceas eos induit que carnem
tegerent / aut propter carnis mor-
tificacionem et virtutis incitamentum et
taliter ferebat Job qui dicebat
Job 16o Saccum consui super cutem
meam et cilicio operui carnem
meam / Johannes autem nolebat de-
ferre vestes ad apparenciam et
ostentacionem cum in deserto maneret
[illegible] sicut dicit Gregorius Nemo
preciosas vestes querit nisi ut vi-
deri se credat nec propter carnis
molliciem / Unde dicit dominus
de eo Mathei 11 Quid existis
in desertum videre hominem mollibus
vestitum q. d. non nec semper licet
propter tegumentum quia tales ve-
stes male tegebant et male
frigus arcebant sed ferebat
eas propter carnis mortificacionem
et tamen mortificacione non in-
digebat qui in utero sanctificatus
erat / Habebat eciam durum
et austerum habitaculum quia non
morabatur in pallacio sed in deser-
to Luce 1o Puer autem crescebat
et confortabatur spiritu et erat in de-
serto ut exemplo multorum
maliciam vitaret et ut neces
arguere vereretur Si enim fuisset in
mundo forte fuisset a malicia
et conversacione hominum depravatus
Simul eciam ut esset fide dignus
qui predicaturus erat Christum Ex
quibus verbis habetur quod quatuor
de causis in deserto voluit com-
memorari seu commorari scilicet ut
sanctam educacionem haberet et pec-
catores liberius argueret Homo
enim non tam libere arguit illos
cum quibus cottidie conversatur
et vivit et ut maliciam hominum
vitaret quia ex cohabitacione
malorum contrahitur aliquando ma-
cula peccatorum et ut testimonium
de Christo fide dignius esset ut
pote qui eum cum quo non inde-
rat nec eius familiaritatem
habuerat Si enim cum Christo nutritus
fuisset diceretur quod ex malicia per-
testimonium perhiberet / Tercio quan-
tum ad animam fuit valde virtuosus
quod notatur cum dicitur Et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris
sue / Circa quod sciendum quod spiritus
sanctus habet quosdam effectus
generales quosdam speciales et
quosdam singulares et omnes
hos effectus habuit sanctus Johannes
Effectus generales sunt tres scilicet
culpam delere Ysaie 4o Si ab-
luerit dominus sordes filiorum Syon
in spiritu iudicii et spiritu ardoris
animam gratificare et in amicam
recipere Sapiencie 7o In animas sanctas
se transfert et amicos dei et
prophetas constituit animam virtutibus
decorare Job 26 Spiritus domini
ornavit celos / ornamenta celorum /

6

3m

Ꝙ

sunt virtutes sanctorum Istos tres
effectus spiritus sanctus dat omnibus
se digne preparantibus et maiore
dedit beato Iohanni Primum in ipso
enim culpam originalem dele-
uit Iere. i° Antequam exires
de ventre sanctificaui te Ipsum
gratia et amicitia defecit Unde
vocat se amicum sponsi dicens
Ioh. iii° Amicus autem sponsi qui
stetit et audit etc. Ipsum virtutibus
decorauit de quibus virtutibus
dicit beatus Maximus Iohannes
virtutum scola magisterium vite
sanctitatis forma iusticie norma
virginitatis speculum pudicitie
titulus castitatis exemplar
penitentie via peccatorum venia
fidei disciplina Iohannes maior
homine par angelis legis su-
ma ewangelii sanctio vox apostolorum
etc. Alii sunt effectus speciales quos
spiritus sanctus non dat omnibus generaliter
sed aliquibus specialiter sicut sunt
apostoli et isti sunt tres scilicet diuinas
reuelationes in mitte I. Cor. ii°
nobis autem reuelauit per spiritum
sanctum in plenitudine se diffun-
dere Aliis enim dat se ad suffici-
entiam apostolis autem dedit se in
plenitudinis habundantia Actuum
ii° Repleti sunt omnes spiritu sancto
In gratia stabilitate quia a deo
apostolos stabiliuit et confirmauit
quod vltra cadere non potuerunt peccato
Spiritus oris eius omnis virtus eorum
Istos tres effectus speciales habuit
beatus Iohannes Ipse enim habuit
diuinas reuelationes Primam pater
sibi se reuelauit prouidentiam filius
per assumptam carnem Spiritus
sanctus per columbe speciem Ipse
etiam spiritum sanctum in plenitudine
accepit Luce i° Spiritu sancto
replebitur adhuc ex vtero matris
sue Ipse in gratia stabilitus fuit
a deo quod peccatum numquam cadere po-
tuit Unde canitur de deo Requi-
ens liberum nunci coloris pu-
doris Alii sunt effectus singula-
res qui fuerunt singulariter in
Iohanne Christo et virgine dum
exsultat ex ceptis scilicet in vtero sanct-
ficatio Christi gaudiosa salutatio
Unde dicit mir Exultauit in-
fans in gaudio in vtero meo
quasi scilicet gestiens domino suo a-
surgere et ipsum salutare Et pro-
phetie repletio quo existens
in vtero accepit Crisostomus super Mattheum
ostendens qualiter Iohannes fuit
plenus quia propheta dicit propheta
est primo communicationis et fidei
prophetiam accepit numquam qui pro-
pheciat propheta quam homo Crito
quantum ad proximum fuit valde fruc-
tuosus quod notatur cum dicitur
Et multos filiorum Israel conuertet
ad deum ipsorum Conuertit autem cor-
da audientium ad deum preparando
et disponendo Ideo appellatur
vox sicut dicitur Mathei iii° Ego
vox clamantis in deserto parate
viam domini rectas facite semi-
tas eius Dicitur autem vox vel
quia in persona dei iustitia miniera-
bat Et hanc racionem assignat
Crisostomus dicens Vox est sonus
confusus nullum secretum cordis
ostendens sed hoc tantum signum
quod vult aliquis iste qui clamat Verbum
autem est sermo misterium cordis ap-
periens Sed quia vox mere sonat
et alia quibus est verbum autem est ho-
minum tantum Ideo Iohannes dicitur

est vox non verbum quia pro-
dens sua consilia non demonstravit
sed hoc solum quod deus aliquid
facere meditabatur. Postea autem
plenissime per filium suum myste-
rium sue voluntatis aperuit. Sic
dicitur vox quia cristum invitando
prebat // Constat enim quod unigenitus
dei filius verbum patris vocatur
et ex ipsa mea locutione cognoscis
quia prius vox sonat quam verbum
possit audiri / Vel dicitur vox quia
cum cristo magnam familiaritatem
habet // Inter vocem et verbum enim
est magnatio et quietio. Unde
dicit Gregorius Quod magnam
seu maximam hec cognacionem
[illegible] cum verbo habent racionem
assignat Crisostomus dicens Quod
vox est propinquior seu proximior
verbo non tamen est verbum. Johannes pro-
pinquior est cristo non tamen est cristus
Quare autem dicatur vox clamantis
in deserto ostendit Crisostomus et Remi-
gius dicentes Dicitur Johannes vox
clamantis in deserto quia clamor
ad surdos et longe positos
sive indignantes fieri solet Et
iudaicis [illegible] est ipso evenisse dum
longe est a peccatoribus salus et
aures suas obturaverunt sicut as-
pides surde et [illegible] indignacionem
et iram et tribulacionem a cristo
audire meruerunt. Clamat autem
vox in via domini preparate. Unde
subditur parate viam domini rectas
facite semitas eius. Qualiter
autem hec via domini sit paranda o-
stendit Ambrosius in libro primo
[illegible] dicens preparare monetur via
domini si quid igitur fuit in hac
moribus asperum credulitate dirigat

mam offendatur in nobis sed requirat
viam castitate puritatem fidei ex-
[illegible] elemosinis eminentem
per omnia plana advenientem pro
Johannes tramitem vite proposuit
et direxit. Viam fuit ieiuniis
[illegible] parentibus et [illegible] hec Ambrosius
Qualiter autem semite recte fiant
ostendit Jeronimus dicens Rectas facite
semitas eius ut vite regula in-
cedentes proximos nostros ut nos
et nosmetipsos ut proximos dili-
gamus. Qui enim seipsum diligit
et non proximum ad dexteram
declinet seu declinat // ut sunt
multi qui bene agunt et non bene
corrigunt ut fuit Eli. Qui pro-
ximum diligit et seipsum odit
ad sinistram divertit. Multi enim
bene corrigunt sed non bene agunt
ut fuerunt scribe et pharisei et cetera
Quarto quantum ad cristi adventum
fuit devotus Quod notatur cum dicitur
Ipse precedet ante illum in spiritu et
virtute helie // Et quare ante illud
precessit in spiritu helie id est in spiritu
quo fuit plenus Elias? Immo
eciam in maiori / Secundum quod in
helia fuit spiritus simplex in
Eliseo duplex in Johanne
triplex. Elias quidem fuit plenus
spiritu in vita, Eliseus in vita
et post vitam seu post mortem
quia post mortem eciam mortu-
os suscitavit // Johannes autem
plenus spiritu sancto et ante
vitam Luce 1o Et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris
sue Et in vita Luce 1o puer
crescebat et confortabatur spiritu
et post mortem Ambrosius Spiritus

t[illegible]

in spiritu helie

b

qui erat in Johanne non etate
coherceretur non abitu contingeret
non alio iure concludit Elyas
etiam fuit magne austeritatis atque
servavit de quo dicitur Eccl. 48
Surrexit Elyas quasi ignis et
sic et Johannes surrexit non
surrexit Alii enim cadunt per
peccatum originalem a quo sur-
gunt ~~per~~ per baptismum et per
peccatum mortale secundum cadunt
a quo resurgunt per penite-
ciam et sic surgunt et resur-
gunt Johannes autem per ori-
ginale cecidit a quo per satis-
factionem surrexit et ideo non
surrexit Et dicit quasi ignis
non quasi ignitus Multi enim
sunt sicut ferrum ignitum in quo
quidem est ignis sed remanet
natura ferri quia licet habeant
ignem amoris divini tamen non amo-
rem ingnum amore mundi Hic
autem totus fuit ignis quia nil
sibi retinuit de amore mun-
di nec de amore sui sed totus
conversus est in amorem dei
Qualiter autem eum ipsum precessit o-
stendit Remigius dicens quinque
modis venit Christus per Johannem
scilicet nascendo predicando morien-
do et ad inferos descendendo
Quare autem Christus voluit ut
Johannes ante ipsum precederet o-
stendit Crisostomus per tres causas
dicens Quare necessarium fuit
ut Johannes Christum preveniret
Primo quidem ut lumen Christi digni-
tatem discas quia sicut pater
et spiritus sanctus prophetas habent sic et filius
Luce 1o Et tu puer propheta al-
tissimi vocaberis precedes enim

ante faciem eius etc. Deinde ut nullam
murmurationibus iudeis excusationem
derelinquat Quod et ipse de-
monstrat dicens Venit Johannes
neque manducans neque bibens
et dicunt demonium habet ~~venit~~
venit filius hominis manducans
et bibens et dicunt ecce homo
edax Tercio necessarium est ut crederent
ab illo prius omnia que de Christo
erat et de ipso aliis iudei dixis-
sent Tu de te ipso testimonium
perhibes testimonium tuum non est
verum Hec Crisostomus etc. Sequitur
Sermo quartus de eodem
Paravi lucernam Christo meo
et inimicos eius induam con-
fusione Verba autem sunt patris
de filio volens enim mittere
in hunc mundum verum solem
premisit lucernam id est Johannem
Circa que verba quatuor sunt
videnda Primo quare Johannes
dicitur lucerna Secundo qualiter licet lucerna
sit parata per eo quod dicitur parari lucer-
nam Tercio cui sit parata cum
dicitur Christo meo Quarto quare
quid sit parata cum dicitur inimicos
eius induam confusione Circa primum
notandum est quod Johannes dicitur lucerna
multiplici ratione Primo propter sue
lucis mutationem Lucerna enim a se-
ipsa non lucet sed aliunde accenditur
et lucem suam mutuat Sic
et Johannes non lucebat a seipso
sed a Christo Istam rationem assignat
Crisostomus Sic vocando dominus lucer-
nam Johannem ostendit eum
lumen a se non habebat sed a spiritus
sancti gratia Ideo dicitur de Johanne
Joh. 1o Non erat ille lux sed ut
testimonium Erat lux vera que illuminat

aut dicitur lux vera Johannes lux
mutuata unde dicit Augustinus
super illud Johannis quarto dicitur vera
de Christo lucerna dicitur lux. Sed vera
lux est que illuminat terram et
oculi nostri dicitur luna et tamen
nisi per noctem lucerna attenditur
aut per solem sol occultat lunam
sine causa patent. Secundo dicitur
lucerna propter suam obumbrationem
sicut enim adveniente sole lumine
lucerne minuitur et quodammodo ob-
umbratur. Sic fama Johannis
adveniente Christo fuit minuta
et quodammodo id est obumbrata iuxta
illud Johannis 3o Illum oportet cre-
scere me autem minui. Et quantum
ad hoc non solum dicitur lucerna sed
etiam lucifer et stella quia ve-
niente sole lucifer obumbratur
stella obscurari videtur. De cuius
obscuratione instar luciferi sic
dicit Crisostomus Sicut enim precessit lu-
cifer lucem solis non competebat
claritatem luciferi sed eo procede-
te egreditur et lume solis obscu-
rat illius candorem. Sic et
Christus non competebat ut Johannes
cursum suum compleret sed adhuc
eo lucente apparuit. De cuius
obscuratione sive obumbratio-
ne instar stellarum sic dicit
Theophilus Sicut aliorum lumina-
rium adveniente sole lumen
contingit videtur cum non sit sim-
plicitatem extinctum. Sic et pre-
cursor tamquam stella a sole ce-
latus minui videtur. Crescit autem
Christus per paulatim se per mi-
racula manifestat. Tercio dicitur
lucerna propter suam consumptionem
sicut enim lucerna in servicium ali-
orum se consumit. Sic et Johannes
in usum contemplacionis et utilita-
tem consumpsit scilicet et utilitate
suam omnia temporalia despiciendo
consumpsit corpus suum ieiuniis conterendo
et macerando. consumpsit vitam
suam pro iusticia moriendo
consumpsit et consumavit vitam suam ut
videbatur cottidie predicando. Con-
sumpsit famam suam ipsam di-
minuendo et annichilando cum
tamen Christus a multis crederetur fa-
mam istam contemsit et se
valde humiliavit. Secundo vide-
ndum est qualiter hec lucerna
fuit parata quando bene ardet et
bene lucet. Taliter erat parata
ista lucerna id est Johannes de quo
dicitur Johannis vo ille erat lucerna
lucens et ardens. Secundum
autem quod est quedam lux que lucet
et non ardet sicut lux lune
quedam que ardet et non
lucet sicut ignis infernalis. Que-
dam que nec ardet nec lucet
foris sicut putridum lignum quod
in se lucem non habet sed in te-
nebris lucere videtur in die autem
non lucet. Quedam que lucet
et ardet sicut lux solis. Quedam
que fetet sicut ignis sulphurus
sive sulphureus et ignis can-
dele extincte. Quedam que
ardet lucet et redolet sicut
ignis aromaticus. Sunt igitur
lucentes sed non ardentes et
hoc vanum est. Talis lux est
instar lune que crescit et de-
crescit. Tales sunt qui tantum
foris apparere volunt et laudes
hominum appetunt de quibus sic

dicit Senec(a) Ceteri qui scient suas
in aliis labiis ponunt modo petrum
modo magnum modo nullum sunt
secundum quod adulatorio hominis uel
vituperare placuit uel laudare
de talibus dicit Eccl(esiastic)i xxvii° Homo
sanctus manet in sapientia sicut sol
nam stultus ut luna mutatur.
Quidam sunt ardentes sed non
lucentes et hoc peius est sicut
sunt illi qui confidentes de conscientia
non curant de fama cum tamen
dicatur Math(ei) v° Sic luceat lux
vestra coram hominibus ut sic dicit
Glo(sa) propter nos conscientia sed nostra suffi-
cit nobis propter alios fama nostra
non pulluit sed pollere debet
in nobis / Due res sunt conscientia
et fama / conscientia tibi fama pro-
ximo prodest Ceterum qui conscientie
confidens famam negligit crude-
lis est. Alii sunt non ardentes ue-
rum imitationem lucentes / videntur
tamen lucere in tenebris instar ligni
putridi sicut illi qui faciunt aliqua
opera de genere bonorum sed tamen
cum sinistra intentione. Isti
enim videntur lucere inquantum aliqua
bona agunt / sed tamen in tenebris
sunt inquantum sinistram intentio-
nem habent secundum Math(ei) vi° Si lumen
quod in te est tenebre sunt
ipse tenebre quante erunt. Tales
etiam sunt quidam peccatores qui
aliqua bona agunt etiam cum
intentione qui quidem putridi
sunt intus peccatum et ideo lu-
cent in tenebris .i. inter malos
qui aliquos ipsos mirantur in die
autem inter bonos non lucent quia
sciunt quod talia opera nichil illis

proficiunt ad salutem. Alii sunt
lucentes et ardentes sicut vi-
ri sancti qui lucent per doctrinam
et ardent per vitam bonam et hoc
preceptum est maxime si lux ex
ardore procedat. Si autem fulgor
precedat ex splendore vanum est
Gregorius in sermone Non ait Christus
de Johanne ipse erat lucerna
lucens sed ardens et lucens
quia splendor ex fulgore non
fulgor precedebat ex splendore /
Sunt enim qui non lucent sed fe-
uent quia lucent emittendo
lucem fumum vanitatis non ar-
dorem caritatis. Alii sunt non
lucentes sed fumantes sicut
illi qui suo malo exemplo
ceteros inficiunt et corrumpunt /
legitur in libro de natura animalium
ex qua ad fumum candele ex-
tincte abortum facit. Sic certe
quando prelati emittunt ex se fu-
mum fetoris per malum exemplum /
tunc etiam multos quos iam con-
ceperat perdit dum exemplum fetoris
prelatorum eos extinguit. Jere. li
Ecce ego ad te mons pestifer qui
corrumpis universam terram / mons
est prelatus propter dignitatis emi-
nentiam sed pestifer propter fete-
dam vitam qui corrumpit uni-
versam terram .i. totam ecclesiam.
Alii sunt lucentes per doctrinam
ardentes per vitam et redo-
lentes per bonam famam ex quorum
odore boni recreantur et mali
ex invidia moriuntur. Talis erat
apostolus qui dicebat in persona sui
et aliorum ii Cor. ii° Christi
bonus odor sumus deo in hijs

qui salui fuit et in hiis qui
perierunt aliis quidem odor mortis
in mortem aliis uero vite odor
in vitam. Talis fuit beatus Johannes
qui tanti fuit splendoris et doctri-
nam quod dicitur de eo ysa. 42
Dedi te in lucem gentibus tanti
odoris per vitam quod dicitur ecclesiastici
48 Surrexit elias quasi
ignis. Tanta fame et opinionis
quod a iudeis christus crederetur. Sed
ex isto odore herodes mortem
accepit sicut sepe serpentes ad
odorem vinee moriuntur quia
ipsum incarcerauit et decollari fecit.
Ista tria tangit dominus de eo
Johannis 5. Ipse erat lucerna
ardens ecce quantum erat feruoris
per vitam lucens ecce quanti
erat splendoris et doctrina. Vos
autem voluistis exultare ad horam
in luce eius id est voluistis eum
recipere pro christo si ipse consensis-
set. Ecce quante opinionis fuit
cum ad famam. Tercio videndum
est cui hec lucerna parata fuit
quod notatur cum dicitur christo meo
voluit enim deus per istam lucer-
nam filio suo parare uiam et
de causa primo ut christum
mundo manifestaret. Solet homo
quando rem preciosam minimam
vult inuenire lucernam accendere.
Christus factus est minimus homo
aliud psalmi minuisti eum paulo
minus ab angelis ideo deus
per lucernam accendit primo io-
hannem cum misisset ut ipsum mini-
mum hominum demonstrauit

vel demonstraret. Istam racionem
assignat sanctus gregorius dicens qualiter
christus non cognoscebatur antea
lucerna id est Johannes accensa est
luce 15 Que mulier habens drag-
mas decem et si perdiderit drag-
mam vnam nonne accendit lucer-
nam et euertit domum etc. Mulier
ista est diuina sapiencia que ha-
bebat dragmas nouem id est nouem
ordines angelorum habebat et
vnam dragmam preciosam id est fi-
lium suum carissimum que quodammodo
perdidit cum ipsum incarnari con-
stituit. Christus quodammodo tunc
hominibus perditus videbatur quia non
cognoscebatur. Sed accensa est
lucerna quia premissus est precursor
baptista. et sic ista dragma
est inuenta id est ipso demonstrata.
Ista lucerna in vtero matris fuit at-
tensa quando fuit in vtero sancti-
ficata sed tamen sub modio erat
posita quando per baptismum et
predicacionem mundo est reuelata
visa uero est extingui quando
missus est decollari et tamen
ista lucerna luxit dum esset sub
modio quia christum in vtero co-
gnouit et luxit postea in can-
delabro quia christum in cande-
labro demonstrauit luxit et
extincta in lymbo quia veram
lucem illis qui sedebant in te-
nebris annunciauit. Beda ait
Beatus Johannes fuit ardens et
vehementer accensus qui sic
se occupauit flamma celestis et
iam christi sentiret aduentum
quem nondum poterat sentire
sensum. Fuit iam tunc lucerna
ardens sed adhuc sub modio

in qua tpe no potuit s(ol) mo-
dum illuminare. t(unc) m(ultu)m s(ua) luce
quando sz mittam do(m)ini indicauit
Sed deus pr istam lucernam
accendit ut nos ad dictum sole(m)
manu duceret et nre lippitudi(ni)
conveniret istam rationem assignat
Aug(ustinus) sup illud Joh(ann)is Quia
vos misistis ad Johannem etc.
Sol lucernam querebat fulgore(m)
cuius solis lippitudo cord(is) ferre
no potuerat ideo questus est Jo-
hannes qui perhiberet testimoniu(m)
veritati ideo loquens de Johanne
sic dicit Erat ante [illegible] erat
homo ut ad diem sui lucerna
non posset ire ideo alibi ab
Augustino ipse Johannes vocatur
ne nobis sicut p(ri)mus radiatus
in quo radius solis vide(re) potu-
erunt qui ipsum solem videre
no potuerunt prevalet [illegible] tractatus
cum illud Joh(ann)is 1o illuminat
omnem hominem venientem
in hunc mundum dicit q(uo)d plu-
rumque sic ut mane corpe ra-
diato cognoscatur ortus de sole
quem oculis esse no possumus
quia qui sancti sunt oculos ydo-
nei sunt videre patrem illuminatos
et aliquid [illegible] Sic omnes ad
quos venit [illegible] erant
ydonei eum videre et [illegible]
Johannem ut per illum confitentur
se illuminatos [illegible] tertio istam luc-
nam deus pr parauit ut ipsum
precurreret et ante ipsum preiret
Solent enim reges et principes
luminaria deferre Sic Johannes
tamquam luminare et lucerna ante
eum preiuit [illegible]

festis diebus unus cereus
ante eorum defertur In fe-
stiuus autem duo quia primo
adventus Christi qui totius debet
esse [illegible] salutis precessit
unum luminare sz Johannes Secu(n)-
dum autem adventum qui erit festi-
vitatis eterne precedent duo
luminaria sz Enoch et Elias
Quarto deus pater istam luc-
nam Christo parauit ut ipsius veri
solis adventum venturum esse
ostenderet unde istam rationem
ponit Johannes a Crisostomo
sup [illegible] lucifero et aurore De
lucifero quidem sic dicit multe
stelle ante solem precedunt nun-
ciantes Christi adventum nulla
[illegible] lucifer nam [illegible]
meruit nisi una que eum
ipsa luce precedit Sic omnes
prophete ante faciem Christi pro-
cedunt solus autem Johannes eum
digito demonstrauit dicens
Ecce agnus dei De aurora
sic dicit Sol [illegible] antequam
appareat mittit radios suos
et facit albere orientem ut
precedens aurora adventum diei
denunciet Sic deus natus [illegible]
antequam appareret in mundo per
doctrinam [illegible] fulgore
suo misso illuminat Johannem
ut precedens ille adventum
denunciet salutare Quinto
deus pr istam lucernam pre-
parauit ut in eius obsequio
se totaliter mancipatur In ipso
enim Johanne tamquam in lucerna
fuit tria conditiones [illegible]
[illegible]
ardor [illegible] ante omnia
in Christi obsequio mancipauit

scilicet humilitatem suam qui tam perfide se humiliat et corrigiam calciamenti eius solvere se indignum reputavit pietate sua scilicet ob pati volentem dixit et fuit sponsus Math. 12 Tu es qui venturus es dubitavit non fide sed pietate dubitat sicut et petrus dicens propicius esto tibi domine non erit hoc tibi veritatem suam tu vitatam testem perhibuit Joh. 5o Vos misistis ad johannem et ille testimonium perhibuit veritatem suam quia ipsam ob sui honore servavit et castitatem suam quia ipsum semper dilexit unde vocat se amicum suum dicens amicus autem sponsi etc. // Certo videndum est quomodo hec benigna fuit parata scilicet ut inimicos cristi confunderet et nota ad subditur inimicos eius induam confusione Confudit enim johannes inimicos cristi de officio suo de testimonio suo de abstinencia sua et de vita sua officium autem hoc fuit baptizare de cuius baptismo iudei fuerunt confusi sicut dicitur Math. 21 Cristus dixit iudeis Baptismus johannis ex deo erat an ex hominibus et illi dixerunt nescimus videbat autem si respondissent sibi periculum inhinc quia si ex deo fuissent de celo fuisset dixisset respondisset Quare non credidistis ei si dixissent ex hominibus timebant populum quia omnes johannem tamquam prophetam habebant Secundo confudit eos testimonio suo Cristus sicut enim iudei Joh. quis esset ut habetur johannis 1o

Et si dixisset se esse cristum credidissent ei sed ipse confessus est et non negavit Elegit enim solide subsistere infra se quam inaniter rapi supra se // Tercio confudit eos de abstinencia sua unde dicitur Math. 11 Venit johannes neque manducans neque bibens et dicunt demonium habet / Venit filius hominis manducans et bibens et dicunt ecce homo vorax et potator vini etc. Sancti dicit Ambrosius Cristum per contrariam viam venimus ego et johannes et in foveam sicut venatores per duas contrarias vias aliqui aliquam insequuntur ut in alteram incidat Jeronimus super predicto verbo Si ieiunamus vobis placet johannes displicuit Si saturitas est filius hominis quorum alterum de omni ... alterum vorare et ebrium nuncupastis // Quarto beatus johannes confudit eos de vita sua Si enim in utero sanctificatus sine peccato natus gratia dei plenus tam asperam vitam duxit et corpus suum tam dure afflixit Certam confusionem nos debemus habere qui et gratia dei sumus vacui et peccatis innocentia etiam mediam primam volumus sustinere Unde ... irrationabiles feras et reptilia deserti in cibos exquisivit delicatos Johannes homo sanctus a deo missus immo angelus quo nemo maior inter natos mulierum surrexit innocentissimum corpus illud sic castigavit sic attenuavit sic afflixit etc.

Sequitur sermo quintus de eodem seu sancti Johannis baptiste et cetera

Paratam lucernam cristo meo
Istius lucerna convenienter di-
ci potest quia Iohannes de quo
dixit Ioh. 5 Ipse erat lucerna ar-
dens et lucens. Ista lucerna tam
splendide luxit quod lux est eciam
appellata Ysaie 49 Dedi te in
lucem gencium et tamen dicitur de eo
Ioh. 1o Non erat ille lux sed
Iohannes et erat lux et non erat
lux. Est enim quoddam quod tamen
lucem influit ut corpus lumi-
nosum. quoddam quod tamen lucem reci-
pit et influit ut corpus dyafo-
num. Corpus igitur quod bene lucem
influit est cristus. Corpus quod
tantum recipit erant iudei et
sunt omnes auditores. Corpus
quod lucem influit et recipit
erat Iohannes qui lucem a cristo
recipiebat et populo influebat
Unde dicit Alkuinus Iohannes
erat lucerna illuminata a cristo lu-
ce ardens fide et dilectione lu-
cens verbo et actione. Ista igitur
lucerna tot [?] radios emisit
quot exempla dedit. Primus radius
est magne abstinencie Luce 1o
Vinum et siceram non bibet. Item
3 esca eius erant locuste et
mel silvestre. Unde Considera
nomen angelicum promissum oraculo
contemptum miraculo sanctificatum in
utero et novum in novo homi-
nis more [illegible] presertim
est lautas alimenta et quibus
tegantur huius contenti simul Iohan-
nes hec contempsit. Unde dominus
venit Iohannes neque manducans
neque bibens panem neque vescens
vel plane neque vestiens sicut
ceteri eius non in homines sed

ita aliud irracionabilius. Et nec
plus [illegible] est in-
dumentum [?] aut Iohannes
talibus utebatur non propter suspicionem
ostendenda sed propter exemplum
persuadendum. Augustinus de doctrina
christiana Quisquis enim rebus
pretereuntibus restrictius utitur
quam se habeant mores eorum
cum quibus vivit intemperans aut super-
sticiosus est. Quisquis non sic utitur
ut metas bonorum morum quos
[?] excedat aut aliquid significat
aut flagiciosus est. In ambobus
enim talibus non usus rerum sed
libido utentis culpa est. Et tunc
autem Iohannes solus in deserto
habitabat et tamen penitenciam predicabat
ideo si [?] vivebat non
faciebat hoc ad superstitionem
sed ad carnis mortificacionem
qua mortificacione non indiget
cum ipse in utero sanctificatus fuisset.
Secundus radius est vestis aspere defe-
rende Mathei 3o Ipse autem Iohan-
nes habebat vestimentum de pe-
libus camelorum et zona pelli-
ceam circa lumbos eius. Gregorius
in omelia super illud Mathei 11
Quid existis in desertum videre
hominem mollibus indutum.
Nemo enim estimet in luxu cu-
raque studio preciosarum vestium pec-
catum deesse quia si hoc culpa
non esset nullo modo Iohannem dominus
de vestimenti asperitate laudasset.
Voluit autem Iohannes huiusmodi ve-
stibus se induere [?] de causa.
Primo propter carnis mortificacionem
Istam causam tangit Ieronimus
dicens Zona quod pellicia Iohan-
nes qua cinctus fuit et aliis
mortificacionibus est indicium

Secundo propter vestitus peccatorum la-
mentationem et alios cum habitus
est fletus et lamenti consimilis
istam causam assignat Remigius
dicens sub hoc habitu vestimentis
et vilitate ciborum ostendit Johannes
se peccata totius humani generis de-
flere Crisostomus in victu et habitu
eius ostenditur non solum secularia do-
na contempnere sed iniquitatem
mundi lugere Tercio propter edi-
ficationem et exempli exhibitionem
istam causam tangit Crisostomus dicens
Quia cum Johannes primum
predicabat penitencie signa gerebat
in vestitu et cibo // Quarto propter
contricionis habende ostensionem
istam causam tangit Theo-
philus dicens vestimentum de pi-
lis camelorum doloris erat
ostensivum in mente Johannes
penitentiam tollerare oportet
dolorem cum saccus significat
[illegible]
quia [illegible] de mundo recte voluit
nisi unum saccum istam causam
signat Crisostomus dicens vestimentum
Johannis erat de pilis camelo-
rum ut ipse conversationibus suis te-
stimonium ostenderet se contempnere
mundum ad bonitatis mutavit quod
mundum non ut repararet cum
mundo sed ut spoliaret mundum
Natus est in mundo sed non est
ingressus consignia mundi Quod
cum natus est in mundo ipse
non remansit in mundo sed
peccatores cupiens ad iusticiam
liberavit de mundo Quintus est
radius puritatis et mundicie
propter quam puritatem dicitur angelus
immo maior angelo Sicut ostendit
Crisostomus super Mattheum dicens Propter

si non est audacia dicere quod glo-
riosior est Johannes angelo
quia homo fuit et sic propter
multum angelus est natura quam
nomine si angelus et natura
fuisset Angelus enim hoc ipso
quod angelus est non tam [illegible]
sum quantum nature prestabilis iste ad-
mirabilis est quia quamvis naturam
angelicam transgressus est sancti-
tatem et hoc quod tenuit per
graciam dei non habuit ex natura
Eius autem maxima puritas et
mundicia nimis apparet iuxta illud
nesciens laborem nimium pudorem
de hoc sic dicit Crisostomus Sicut ergo
conversacio Johannis cum vita
faciebat culpabilem apparere
apparere cum quod sic videretur ve-
stem albam dicens satis candi-
dam apparere Sic quantum ad comparacionem
Johannis omnis homo videbatur
immundus // Sextus est radius
vite religiose assumende quod
notatur per hoc quod de mundo fu-
giens in deserto habitavit Religi-
osi quod non debent habitare
in pallatiis regum sed in soli-
tudinibus regionum Semel Jo-
hannes intravit pallatium non
ad blandiendum sed ad arguen-
dum et capitalem accepit
sententiam Si cum blandiri volu-
isset nimium acceptus fuisset Ex
quo datur intelligi quod viri re-
ligiosi qui in curiis tyrannorum
adiunguntur aut iusticie zelatores
quando vero non adiunguntur sunt tur-
pissimi adulatores Prohibet
autem habitare in mundo quia
in mundo polluitur visus

Ideo rogat psalmista dicens averte o-
culos meos ne videant va-
nitatem polluuntur auditu ideo
monemur Eccli 28 sepi aures
tuas spinis polluuntur olfactu
unde mulier lasciva per vali-
dos odores iuvenem invitat
seu iuvenes decipere dicens Prov.
aspersi cubile meum mirra et
aloe et cinamomo polluuntur
per manus Ys. 1o manus
vestre sanguine plene sunt
habitavit ergo in deserto ut o-
culos impudicos [illegible] quibus
dei filium et spiritum sanctum
videre debeat aures quibus vo-
cem patris debeat audire os
quo Christi testimonium debeat perhibe-
re [illegible] manus quibus
Christum debeat baptizare et
digito ostendere / Quintus est ra-
dius vite mundane despectio
Ostendit enim sic mundi despe-
ctum quantum ad cibum quantum ad potum
quantum ad indumentum et quan-
tum ad domicilium Chrysostomus super Ma-
theum quomodo Iohannes preciosa
mundi vestimenta qui ipsum
mundum contempserat nec opu-
lentas escas expectabat qui
seculi delicias conculcabat Non
enim ei preciosa vestis seculi
opus erat qui vestimento iu-
sticie indutus erat aut quas
delicatas cibos desiderare po-
terat qui divinis sermonibus
pascebatur Potuit igitur dici
de eo venit non manducans
neque bibens quantum ad potum
nec induens quantum ad indu-
mentum nec inhabitans quantum ad

domicilium / Sextus est radius
humilitatis confitendo quia cum
crederetur esse Christus confessus est
se non esse Christum sed eius voce
sive preconem cum dixit ego
vox clamantis in deserto Eius
amicum cum dixit Io. 3o amicus
autem sponsi Eius indignum
servitorem cum dixit Math. 3 cuius
non sum dignus portare/solvere corrigiam calciamenti
eius / Eius precursorem devo-
tum Io. 3o / Confessus est
quia ego non sum Christus [illegible]
[illegible] est non solum non rape-
re laudem domini sed oblatam a
multis respuere Erant enim ante
iudei magis Iohannem crede-
bant esse Christum quam ipsum
Christum ostendit Chrysostomus super
Math. [illegible] passi erant iudei qui-
dam quandam passionem ad Ioha-
nem iudicabant enim et estima-
bant eum similia Christo propter
multa que Iohannis clari-
tatem demonstrabant quorum
primum erat generis illustre
principis enim sacerdotis filius
erat Deinde [illegible]
[illegible] vestitus despectio in
Christo autem contrarium videbat
[illegible] genus humile quia [illegible]
[illegible] fabri filius dicebatur seu [illegible]
[illegible] et vestimenta [illegible] / Sep-
timus est radius magnanimitatis
et constantie [illegible] quam constantiam
ostendendam dixit Christus
ipsum non esse arundinem vento
agitatam neque hominem mol-
libus vestimentis indutum
unde dicit Chrysostomus in omelia
Sicut aliquis est [illegible]

na. Alius est aut similitudinem longam ita aliquis sit mollis seu mobilis per naturam. Alii vero sunt per lasciviam. Johannes autem neque natura mollis erat. Et quod despexit arundinem agitatam; neque lascivie deditus se ipsum. Et quod despexit Johannem mollibus indutum. Quod enim non servivit lascivie monstrat stola solitudo et carcer. Non igitur Johannes fuit calamus id est inconstans et levis sed fuit firmus et magnus. In signum enim qui calami sunt diaboli requiescit. Job xl. Sub umbra dormit in secreto calami. Que verba exponit Crisostomus super Matheum dicens. Juxta calamum et papirum requiescat. Calamus enim est vacuus papirus aut mollis et levis. Sit omnis homo vanus in fide et levis in sensu et mollis in passionibus calamus est et papirus. De cuius constancia sic dicit Crisostomus. In omnes Johannes arundo a vento agitata non erat quia neque appetivit neque blandimenta sensit sed vigore inventionis intrepuit. Octavus est radius directionis mature quia paulatim iudeos ad cristi noticiam ducebat unde dicit Crisostomus super Matheum. Quemadmodum aves avidas non confestim volacioni docent sed primo quidem circa nidum educunt. Postea vero alta multo velociorem apponunt sic et Johannes non confestim iudeos ad alta deduxit sed

interim paulatim seu paululum evolare docuit. Dixit igitur eos secundum Crisostomum: Primo aut bene evolare docuit quando cristum maiorem se esse ostendit. Dicens Mathei iii. Qui de celo venit super omnes est. Secundo autem maiorem volacionem docuit cum filium dei ipsum esse perhibuit. Johannis i. Ego vidi et testimonium perhibui quia hic est filius dei. Nonus est radius devocionis et reverencie quia scilicet fuit ad cristum. Magna siquidem reverencia ad cristum fuit deputatus in utero quia ipsum reverenter salutavit. Maiorem in mundo quia ipsum baptizare contremuit. Juxta illud Baptista contremuit et non audebat tangere sanctum dei verticem. Maiorem in sue mortis articulo quia precursor suus ad limbum esse voluit. Cum dicit Mathei xi. Tu es qui venturus es. Crisostomus sic si aperte diceret Sicut pro hominibus nasci dignatus es an etiam pro hominibus ad inferos descendere digneris? Insinuat ut qui nativitatis tue precursor extiti descensionis etiam ad inferos precursor fiam. Decimus radius est magni zeli et emulacionis sancte quem quidem zelum manifestavit increpando in obiurgando timorem incuciendo. Clamavit autem non tamen voce quia fuit [illegible] Johannes vero clamantis ob fortitudinem predicacionis dicitur. Demum sedet. Tribus autem modis clamor fieri solet scilicet si longe positus quis loquatur si surdus si pro indignatione

et fiet quando generi accideat. Clamabat igitur Johannes peccatoribus qui erant longe positi. Jeremie ii. Quid invenerunt in me patres vestri iniquitatis quia elongaverunt a me. et psalmus 118. Longe est ab impiis dominus. psalmus. longe a peccatoribus salus. Clamabat surdis de quibus dicitur Ysaie 42. Surdi audite. Crisostomus. Educ foras surdum et aures ei sunt. Multi sunt qui aures habent corporis sed tamen sunt surdi aure mentis quia aut audita non aut intellecta non diligunt. aut intellecta et dilecta per bona opera non ostendunt. Clamabat cum indignatione contra vicia et peccata. Ecclesiastes i. In multa sapientia multa est indignatio id est quanto plus aliquis est sapiens tanto magis contra vicia indignatur. Istam indignationem habebat Ezechiel propheta qui dicit Ezechiel iii. Abii amarus in indignatione spiritus mei. Gregorius in moralibus. Vera iusticia compassionem habet quibus et iusti recte solent peccatoribus indignari sed non dedignantes desperant despiciunt quia non despicientes persecutionem commovent sed amantes quia et si foris increpationes per disciplinam exaggerant intus tamen dulcedinem per caritatem servant. Hoc sermone iste ostendit obiurgando quando dicebat Luce iii. Genimina viperarum quis demonstravit vobis fugere a ventura ira. Crisostomus. Natura vipere est quod cum statim momorderit hominem currit ad aquam quam si non invenerit moritur. Ideo ipsos dicebat genimina viperarum quia peccata mortifera committentes currebant ad baptismum postea

ut sicut vipere per aquam pericula mortis evadant. Deinde subdit. Item natura viperarum est rumpere viscera matris sue et nasci. Tamen iudei assidue persequentes prophetas corruperunt matrem suam synagogam. Ideo genimina viperarum vocabantur. Deinde subdit. vipere a foris speciose sunt et quasi picte intus autem veneno replete ita isti pulcritudinem sanctitatis ostendebant in vultu sed venenum invidie gerebant in pectore. Tamen furorem iste ostendebat timore maiorem [illegible] alias. Iam securis ad radicem arboris posita est. Que sit ista securis aliter exponit Crisostomus aliter Gregorius aliter Ieronimus. Crisostomus enim sic dicit. Securis est acutissima ira consummationis que totum passura est totum mundum. Ieronimus vero sic dicit. Securis est evangelii predicatio iuxta Ieremiam qui [illegible] dominum comparat securi cedenti petram. Gregorius in omelia sic dicit. Securis est redemptor noster qui est velut ex manubrio seu ex manubrio ab humanitate et ferro ex deitate constans tenet ex humanitate sed incidit ex deitate que videlicet securis ad radicem arboris posita est quia et si patienter expectat videtur tamen quid facturus sit. Distinguit autem Rabanus quatuor species arborum dicens. Quatuor sunt species arborum. quarum una tota est arida cui assimulantur pagani. altera viridis sed sine fructu cui assimulantur ypocrite. tercia viridis et fructuosa sed venenosa cui assimulantur heretici. quarta viridis et fructum bonum faciens cui assimulantur viri catholici.

Ecce quod radiis ista lucerna resplen-
dent. Quare igitur ad tot radios
non omnes homines illuminantur. Talis
culpa non est / culpa ex parte lu-
cerne sed hominis / lux enim lucer-
ne vel etiam solis ydonea non
illuminat aut quando ipse homo
in domo caliginosa se inclu-
dit aut quando oculos claudit
aut quando obstaculum interponit /
Hunc quippe diuine sapientie et
gracie non recipiunt vel qui
affectant ignoranciam vel qui
claudunt voluntatem suam vel
qui habent mortalem culpam / illi
qui semper affectant esse in igno-
rantia concludunt se in domo
caliginosa ut dicit Theophilus
super illud Joh. 1° ut omnes
crederent ~~super illud~~ per illum
Si aliqui non crediderunt eorum culpa-
bilis permanet ipse Johannes tra-
et si aliquis includit se in do-
mo caliginibus ut ipsum solis ra-
dius non illustret ipse tamen
venit et non sol sit Johannes
ut omnes crederent missus fuit
sed si minime consecutum est hoc non
ipse tamen eam rei contrarie sed eo ge-
rit / Isti eciam hunc recipere non
possunt qui oculos cordis clau-
dunt Crisostomus / Illuminat cristus omnes
homines quantum ad eum pertinet
Si autem oculos nostros claude-
ntes noluerimus recipere huius lucis
radios non a lucis natura obte-
nebratus est illud sed a ma-
licia eorum qui voluntarie pri-
uant se ipsos gracie dono / Illi
eciam istud hunc non recipiunt
qui peccatum obstaculum interponunt
Tales enim inter se et deum faciunt
diuisionem ysaie 59 ponunt ma-
ceriem / Trenorum 3° opposuisti
id est opponi permisisti tibi nubem

ne transeat oratio / Tales enim
inter se et deum faciunt diuisi-
onem / ysaie 59 / Iniquitates
vestre diuiserunt inter vos et deum
vestrum / Tales eciam inter se et deum
ponunt murum siue parietem quia
ipsum deum ab eis abscondunt
Unde sequitur Et peccata vestra
absconderunt faciem eius a
vobis ne exaudiret / Post illum
parietem stat cristus non videntibus
tristis peccato prohibente Cantica
secundo En ipse stat post parie-
tem nostrum iste paries est omnino
dissipandus Eze. 12 perfode
tibi parietem Taliter perfodebat
et dissipabat propheta qui dicebat
In deo meo transgrediar murum

Sequitur sermo secundus de
sancto Johanne baptista etc.

Non surrexit inter natos mulierum
maior Johanne baptista
Matt. 11 Laudari potest homo
aliquando a seipso aliquando
ab homine malo / aliquando a
viro sancto / aliquando ab ad-
uersario / aliquando ab angelo
aliquando a deo / Laudatio que
a seipso est verecunda quia dicitur
laus propria in ore proprio sordescit /
laudatio que fit ab homine ma-
lo est ignominiosa Quia secundum
Senecam / Idem est laudari a turpibus
et ob turpia / Nullius enim va-
loris est illa laudatio que fit
ab illo qui in nullo laudabilis
est / Laudatio que fit ab homine
sancto licet non sit penitus ita
est tamen fide digna quia non respi-
cit ad ~~fi... affectum~~ specialem
affectum sed pure ad deum / Lau-
datio que fit ab aduersario est
firma / Validissimum enim est testi-
monium ab inimico prolatum /

laudatio que fit ab angelis est
vera et certa quia mentiri non
potest in speculo enim eternitatis
veritatem videt / laudatio que fit
a deo est vera et probata 2 Cor
10 Non ille qui seipsum commendat
probatus est sed quem deus co=
mendat. Beatus igitur Johannes
voluit commendare seipsum quia
hec commendatio vetita est. Nam
cum interrogaretur a iudeis si christus
esset respondit se non esse sed
precursorem suum esse. Prover. 27
laudet te alienus et non os
tuum extraneus et non labia tua
Hec voluit commendari a malis
i. a iudeis qui pro christo ipsum
recipere volebant quia hec comme=
datio ignominiosa est et deceptio=
ria erat. Ysaie 3. Et rursum
qui beatificant populum istum seducen=
tes et qui beatificantur precipitati.
Commendatus est autem a bonis
Unde dicitur Mat. 21 Omnes sic
prophetam illum habebant / et hec
commendatio est fidedigna / Co=
mendatus est ab adversario i.
herodem qui eum metuebat et
virum sanctum et iustum sciebat
sicut dicitur Marc. 6 et hec co=
mendatio est firma. Commendatus
est ab angelo sicut dicitur Luc. 1
Erit enim inquit angelus magnus
coram deo et hec commendatio
est certa / Commendatus est a deo
cum dixit in proposito Amen
dico vobis non surrexit inter
natos mulierum maior Johanne
baptista / et hec commendatio pro=
bata et gloriosa est 2 Cor 10
Et in glorificatur in domino glorietur
non solum autem hec testis asserit
sed etiam assertioni iuramentum
premisit cum dixit Amen dico vobis

Ista igitur est vera laudatio que
a iudice vel a teste aut laudato=
ribus sive vituperatoribus pro mo=
dico sunt habende 2 Cor
4 Michi autem pro minimo ut
a vobis iudicer vel ab humana
die sed neque meipsum iudico
qui autem iudicat me deus est
Bonus Ut quid alieno vel mei
ipsius testimonio contentus sed
cum nec vituperio reprobus nec
laude dignus inveniar si in
terminalis rerum iudicandis asser=
tiones nullo laude proinde gloriari
debeat aut ad solius christi
iudicio sive plurandum contre
insanie est / vegetari vel aliquo
iudicio gloriari. hec Bonus. Vere
igitur et probata commendatio fuit
quia beatus Johannes a christo lau=
dari promeruit quando christus
dixit inter natos mulierum
non surrexit maior Johanne
baptista. Rabanus non equit
inter natos mulierum non virginum
qui uberes enim propter corrupte vo=
cantur. Si autem mulier aliquando
in evangelio nuncupatur credendum
quod sine inceptione mulierum pro
femina posuisse sicut ibi mu=
lier ecce filius tuus. In eo autem
quod dixit / non surrexit maior
ipsum Johanne. Remigius
Non ceteris pretulit prophetis et
patriarchis cunctis quod ipsius sed
ipsum ceteris equavit hoc enim
statim sequitur et si aliquando
eo maiores non fuit ille ma=
ior aliorum sit hoc idem testatur
Crisostomus dicens Non dixit Jo=
hannem maiorem esse ceteris
sanctis sed ceteros sanctos non
esse maiores Johanne. Requirit

cum tamen non prefuit videtur
tamen Christus in sequentibus dicere
Johannem omnibus sanctis esse
maiorem / sed cum sit super aliquos
cum tanta sit iusticie altitudo
ut in illa nemo possit esse per-
fectus nisi solus Christus // puto quod
omnes sancti quantum ad subtili-
tatem divini iudicii invicem se-
bi aut inferiores aut priores
Ex quo intelligimus quod qui
maiorem se non habet omnibus
maior est / Hoc dominus sequens
sermo declarat dicens qui autem mi-
nor est in regno
celorum maior est illo / Christus
est minor et maior / minor in
corpore maior in potestate / vide ergo
quia omnibus sanctis maior est
cum solus Christus est propter quod
Christus dicit autem de Johanne
quod nullus eo maior surrexit
propter quasdam speciales prerogativas
quas quantum ad se habet cum fuit et ab
angelo nunctiatus in utero sancti-
ficatus beate marie quodammodo
filius angelus appellatus propheta
et plusquam propheta dictus baptista
Christi electus sponsi amicus
tribus sanctorum [illegible] insignitus
et dies nativitatis eius habetur
solempnitate festivus // Fuit
igitur ab angelo gabriele nuncia-
tus / qui quidem angelus nunci-
avit eum in templo et iuxta
altare et a dextris altaris
incensi / Primum autem [illegible] ap-
paruit quia veri sacerdotis ad-
ventum annunciabat Apparuit
a dextris quia iudeam defe-
rebat et a dextris altaris
incensi quia celeste sacrifi-
cium prestabat in quo angeli

ministrat non enim immerito su-
bivisum est assistere angelum
quando corpus immolatur Glosa cuius
sit dicat Beda / In templo et
iuxta altare et a dextris
apparet et veri sacerdotis ad-
ventum et ministerium sacrificii
et celestis doni gaudium quod
per dexteram significatur predicat
Secundo fuit in utero sanctificatus
de qua quidem sanctificatione etiam Ber-
nardus accepit scilicet peccati mundationem
Jeronimus primo aliquam gratiam
et plenam sanctificationem te i a peccato
mundum vel spiritu sancto repletus
Luce I spiritu sancto replebitur
adhuc ex utero matris sue / De-
inde cognicione lucem primo
exultavit infans in gaudio
in utero meo / Augustinus
facta hec est exultacio divinitus
in infante non humanitus ab
infante / quamvis enim si visus
a deo est in illo puto acce-
leratus usus racionis aut
voluntatis ut intra viscera
materna iam possit cognoscere
credere et sentire hoc mira-
culis habendum divine pote-
tie non ad humane trahendum
exemplum nature / Tercio fuit
beate marie quodammodo filius
scilicet per gratiam per adop-
tionem et spiritualem generationem
que habet filium cum [illegible] ipsa
quantum ad hec tres scilicet ha-
buisse videtur scilicet illum que de-
sinit mulieribus virgo concepit
virgo peperit et virgo remansit
post partum Item Johannem
evangelistam qui fuit eius
filius adoptivus secundum

E

F

cognacionis legalem / Mulieres
enim sine liberis ex rescripto princi-
pis filiationem accipiunt adoptandi
ipsa autem Johannem in filium
adoptando habuit non tantum rescrip-
tum sed eciam mandatum principe-
dus / Mulier ecce filius tuus
Item Johannem baptistam
quem ipsa quodammodo baptizavit
quando matrem eius salutavit
dixit enim ut ecce quo facta est
vox salutacionis tue in auri-
bus meis etc. Ex quo datur
intelligi quod ipsa vox saluta-
cionis per aures Elizabeth
ingrediens ad puerum descendit
virtute cuius salutacionis puer
spiritum sanctum accepit per quem
et ipsum confundit et a peccato
originali mundatus fuit per quod
baptismus designatur // Quarto
est angelus appellatus Malachie
iii° Ecce ego mitto angelum
meum etc. / Dicitur autem angelus
multiplici racione / Primo propter
officii dignitatem Hanc racionem
assignat Gregorius dicens Quid enim
grece angelus hoc latine nuncius
dicitur Recte igitur Johannes
qui nunciare supernum nuncium
venerat angelus vocatur ut di-
gnitatem servet in nomine quam
explet in operacione Secundo dicitur
angelus propter suam reverenciam
et sublimitatem Hanc racionem
tangit Jeronimus Precursor Christi
angelus dicitur propter vitam an-
gelicam et reverenciam excelsam
Demum subdit quod autem dixit
ante faciem hoc signat vicini-
tatem nuncius tuus est Unde
ostenditur approximitatis precursoris
ad Christum venientis et cum ante

iuxta reges ambulant qui
propinqui sunt magis / Tercio dicitur
angelus propter mundiciam et puri-
tatem immo eciam propter hoc maior
angelis dicitur Crisostomus Puto si non
est audacia forte dicere quod glo-
riosior est Johannes quam fuit
homo et propter mirabilem virtutem an-
gelus est vocatus quia si nomine
angelus fuisset et non angelus
cum sit ipse quod angelus non tamen
est ut quantum ne spectatis Quar-
to dicitur angelus propter vitam
celestem Hanc racionem tangit
Crisostomus dicens Johannes non multo
angelus inferior quia in
hoc mundo positus mundum non
novit angelica vita versabatur
Idem super illud Mathei xi Cum
audisset Johannes in vinculis
opera Christi Johannes specie homo
gracia angelus quia inter celestes
erat in eo nisi viso sola cor-
pore tenebatur in terris aut
autem erat in celo Quinto dicitur
angelus propter vehementem fervo-
rem Tam sicut ait Ambrosius
Angeli sine zelo non sunt
et hec sue prerogativa amit-
tunt nisi causa zeli ardorem
sustentant Psalmus Qui facit
angelos suos spiritus etc. Istum
vehementem zeli ardorem
habebat Johannes de quo dicitur
in persona Elie Ecclesiastici xlviii Sur-
rexit Elias quasi ignis // Sex-
to plusquam propheta vocatus
est Quare autem dicatur plusquam
propheta Crisostomus super Mattheum multiplices
raciones assignat / Prima est
quod eo quod propter Christum fuit ante
ante omnes prophetas ante faciem

angelus

plusquam propheta

cristi ut precone cum cristo veni-
rent quanto autem perfectius prophetis
Johannes inter cetera cristum missus
est tanto iustitie pre illis perfungitur
se propinquior erat quam ante ceteri
racionem assignat Gregorius. Unde super
illud Mathei xi Ecce ego mitto
angelum meum qui precedet ante
faciem tuam. Hoc est propterea quod sicut
enim qui prope currum regis incedunt
aliis sunt clariores
ita Johannes prope cristum prenuncians
Secunda est quod eo quod in utero prophetavit
Crisostomus. Propheta est de cristo predi-
care numquam propheta fuit ut in utero
constitutus deum cognosceret. Idem
prophete est ut per merito genus accipe-
re fidei prophetiam accipere numquam
prophete fuit ut plus fieret propheta
quam homo. Tercia est quod eo
quod cristum baptisavit. Idem
prophete est ideo baptismum accipe-
re numquam propheta fuit baptismum bap-
tisantis deo dare. Quarta
est quod eo quod cristum principaliter
demonstravit. Idem prophete est venturum
ante tempora significare de cristo
numquam propheta est facie in facie
digito eum ostendere. Quinta est
quod eo quod de ipso cristus predicavit
Idem prophete est ut ipse de deo
prophetaret numquam propheta ut deus
de deo prophetaret. Unde hic est de
quo dictum est Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem
tuam. Sexta est quod eo quod cristo
viam preparavit. Idem alii prophete
missi sunt ut adventum eius
annunciarent iste autem ut prius
viam pararet nunciantibus ad-
ventum eius predicationibus conver-
sionis est preparanti autem viam quod-
ne correctionibus operum innuitur
est Sicut angelus dicit de eo
Et multos filios israel convertet
ad deum suum. Ille ergo corrigit ut
iste susciperet. Ille mundavit ut
iste sanctificaret. Ille preparavit ut iste
inhabitaret. Septima est quod eo quod
per alios prophetas de ipso propheta-
tum fuit. Idem de quo propheta a-
liquis prophetatum. Omnes prophete prophe-
taverunt de cristo. De illis autem
prophetatum non est. Ipse autem non
solum prophetavit de cristo sed
etiam alii prophete prophetaverunt
de illo. Octava est quod eo quod
prophetas instituit. Nam sicut
dicit idem Crisostomus. Ideo ipse
fecit beata maria salutare
elizabeth ut infantis verbum descen-
deret ad Johannem et ibi eum
ungeret in prophetam. Ipse in
prophetam unctus in matrem propheti-
ssam fecit et omnibus illius in voce
confessionis apparuit ut qui non
videret personam cognosceret
dignitatem. Unde. Unde michi
hoc ut veniat mater domini mei
ad me. Nono fuit baptista
cristi electus in quibus meruit
totam trinitatem agnoscere. Un-
de dicit Augustinus de fide ad petrum
Certum patris et filii et spiritus
sancti una sit natura sed missione
tamen tres esse personas pa-
trem qui dixit Hic est filius
meus dilectus et filium solum
esse super quem vox patris inso-
nuit et spiritum sanctum in specie
columbe qui super cristum bapti-
zatum descendit. Septimo fuit sponsi
amicus Johannes iii Amicus autem

J baptista

amicus sponsi

sponsi et efficit autem iste amicus inter sponsum et sponsam i. Christum et ecclesiam sicut fideles amici conveniunt ut facit ipse enim sponsum ad sponsam adduxit Jo. 3. super Jo. Sicut per amicum sponsi adducitur sponsa ad Christum sic per puerum baptizata adducitur ipse ut sponsa aliud non diligit et fideliter laborat Augustinus super illud Amicus autem sponsi est qui custodit sponsam vel uxorem amici sui dat quicquid operatur ut nullus alius alius amicetur Sed si amor pro aliquo voluit et uti commendata sibi quam detestanda sit quando Christum appetit ipse de coniunctione sponsi cum sponsa valde gavisus est sicut fuit Theophilus super illud Johannis In gaudio gaudet propter vocem sponsi ego hoc gaudeo scilicet quod omnes illi accedunt Si enim non accessisset ad sponsum sponsa i. populus ad Christum tunc dolorem paterer ego ideo ipse sponsam in manu sponsi posuit nec de ea se amplius intromisit Crisostomus super id Jo. 1 Vidit Johannes Jhesum venientem ad se et ait Ecce agnus dei etc. Qualiter sponsum induxit et sponsam in manu eius posuit qua eo accepit de ea disposuit Ita [illegible] venit copulaturus sibi ecclesiam nil ipse dixit sed accessit solum amicus eius Johannes dexteram eius sponse imposuit per sermones suos audit homines in manu eius posuit quos et accipiens ita disposuit ut ultra ad Johannem non redirent ipse de familiaritate sponsi et sponse gaudium habuit et amplius sibi non assumpsit Augustinus super illud Johannis Hoc ergo in hoc gaudium meum impletum est ut gauderem ad vocem sponsi Ideo gaudium meum plus iam non assumo nec et quod accepi amitterem qui enim vult gaudere et tristatur est Qui autem vult de deo gaudere semper gaudebit quia deus sempiternus est Ponit autem Crisostomus de isto sponso aliud mysterium sicut enim sponsa que debet desponsari non vadit ad sponsum sed sponsus ad eam [illegible] et etiam [illegible] dicitur Sicut enim in nuptiis puella ad sponsum non vadit sed ipse ad eam et ita contingit non enim ascendit natura hominis sed ad eam filius dei accessit et ad domum duxit paternam. Octavo fuit [illegible] quibus debetur aureola insignitus quia scilicet predicator martyr et virgo fuit et ideo habuit coronam stellatam que debetur predicatoribus et doctoribus Dan. 12 Qui ad iustitiam erudierint multos erunt quasi stelle in perpetuas eternitates. Habuit coronam gemmatam que debetur martiribus Ps. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Habuit coronam auream que debetur virginibus Eccli. 7 Corona aurea super mitram eius Sicut enim aurum est fulgidum et incorruptum et preciosum sic et virginitas Sap. 4 O quam pulchra est casta generatio cum claritate etc. quia fulgida immortalis est enim memoria illius etc. quia incorrupta quia apud deum nota et apud homines etc. quia preciosa. Nono dicitur natus eius celebratur festive a deo ut [illegible]

sanctificationem eius nativitatem festive
celebrarent. Aliud enim nativitates
solempniter celebramus scilicet Christi,
virginis et Johannis baptiste. Ra-
tio autem triplex potest assignari.
Prima est quia omnes fuerunt
sanctificati. De sanctificatione Christi
dicitur Luce 1 Quod enim nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei.
De sanctificatione virginis dicitur
in psalmo Sanctificavit tabernaculum
suum altissimus. De sanctificatione
Johannis dicitur Jere. 1 Antequam exires
de vulva sanctificavi te. Secunda
est quia omnes tres fuerunt mira-
culose nati. Siquidem Christus natus est
de virgine, virgo nata sterili-
mire, Johannes de sterili sene
utroque parente. Tertia ratio est
quia ortus istorum trium fuerunt
gaudio dedicati et ideo conveniens
est ut et nos ortus istorum cum gau-
dio celebremus. De gaudio na-
tivitatis Christi dicitur Luce 2 Evan-
gelizo vobis gaudium magnum quod
erit omni populo quia natus est nobis
salvator etc. De gaudio nativitatis
virginis dicitur Hester viii° Judeis
nova lux oriri visa est gau-
dium honor et tripudium. De gau-
dio nativitatis Johannis dicitur Luce
1 Et multi in nativitate eius gau-
debunt etc.

Sermo primus de sancto petro et paulo

Fecit deus duo luminaria ma-
gna luminare maius ut pre-
esset diei et luminare minus
ut preesset nocti Gen. primo. Per
ista duo luminaria mundi possunt in-
telligi duo luminaria paradisi scilicet pe-
trus et paulus. Per luminare ma-
ius id est solem intelligitur petrus
quia sicut sol est principalior inter
luminaria sic petrus est inter apostolos.
Per luminare minus id est lunam intelligitur
paulus quia sicut luna est ultima
planetarum sic paulus fuit ultimus
inter apostolos. Unde quia ultimus est
vocatus iuxta illud 1 Cor. 15 No-
vissime autem tamquam abortivo visus
est michi. Unde quia se ultimum
id est minimum est reputatus ibidem
Ego sum minimus apostolorum. Petrus
igitur luminare maius dici quia
petrus fuit apostolus specialiter iudeorum
in quo erat lux fidei et dilec-
tionis. Luminare vero minus preest nocti
quia paulus fuit apostolus gentilium
in quibus erant tenebre ignorantie
et infidelitatis. Petrus autem precedebat
in miraculis, paulus vero in sapien-
tia. Ecce igitur petrus factus est apostolus
iudeorum quia iudei signa petunt,
paulus vero gentilium quia greci sa-
pientiam querunt sicut legitur 1
Cor. 1°. Sicut autem ista duo lu-
minaria mundi plura in se capi-
unt que ipsi duo apostoli, per ista duo
luminaria mistice significantur. Habent
enim in inferiora multiplicem potestatem
quia cooperantur ad productionem et
generationem vegetabilium et con-
sensibilium. Hoc innuitur Deut.
33 ubi dicitur Moyses in be-
nedictione Joseph De pomis fruc-
tuum solis et lune id est generatis
ex productis virtute solis et lune.
Secundo conveniunt in motu velocitate. Unde
Josue volens horum duorum luminarium
velocem motum retardare dixit
Josue 10 Sol contra Gabaon ne
movearis et luna contra vallem
Hayalon. Tertio conveniunt in luce maio-
rum claritatem. Ecc. 5° Quasi
luna plena in diebus suis et
quasi sol refulgens etc. Et 1 Cor.
15 Alia est claritas solis, alia
claritas lune. Quarto conveniunt in quanti-
tate corporalem magnitudinem
quia sol est maior aliis plane-
tis quantum ad virtutem, et luna

quantum ad apparenciam Et ideo vo-
cantur luminaria magna. Quilibet ha-
bitum sunt in iudicio perpetuam
stabilitatem Abacuk iii° Sol
et luna steterunt in habitaculo suo
Sed post iudicium sol laboris sui
mercedem suscipiet quia secundum
ysaiam lucebit septempliciter
quia iam non veniat ad occa-
sum nec sol nec luna nec in or-
dine quo creati sunt stabunt
ne dampnati sub tronibus po-
siti in tormento fruantur eorum
luce. Ista igitur duo luminaria pa-
radisi scilicet petrus et paulus recte
signantur per hec duo luminaria
magna scilicet solem et lunam
Primo quia magna sunt in in-
ferioribus potestatem. Unus enim
est ianitor celi, alius doctor
mundi. ut vix eorum potestatem nequeamus
intelligere valeamus. Secundo
quia deus est triplicem thesau-
rum scilicet thesaurus potencie de
quo dicitur Ierem. l. Aperuit
dominus thesaurum suum et protulit
vasa ire sue. vasa enim ire
id est iusticie proferuntur de thesauro
divine potencie. Et iste thesau-
rus est patris. Est thesaurum
sapiencie de quo dicitur Collo. ii°
In ipso sunt omnes thesauri
sapiencie et sciencie dei absconditi
et iste est thesaurus filii. Est
thesaurum vite de quo dicitur
[illegible] ii° Aperi eis thesaurum
aque vive. fontem aque vive
et habundancia refrigerentur
vite. Propter hos thesauros dicitur
Deutr. 32 Nonne hec recon-
dita sunt apud me et signa-
ta in thesauris meis. Omnia
enim in thesauris divine sapiencie
et potencie et vite recondita

et signata consistunt. Unde
per modum effectus potencie sa-
piencie et vite proferuntur. Cum
igitur deus est tres thesauros
ideo voluit tres thesauros [illegible]
[illegible] thesaurus patris est petrus
cui pater commisit thesaurus sue
potencie. Unde dicit dominus petro
Caro et sanguis non revelavit
tibi sed pater meus qui in celis
est. Magnum thesaurum pote-
ncie petrus accepit quia potestatem
claudendi et aperiendi celum
[illegible] aperuit thesaurum filii
est paulus cui cristus dedit the-
saurus sapiencie. Sicut ipse innuit
Gal. i. d. notum vobis facio
evangelium evangelizatum
per me quia non est secundum ho-
minem neque enim ego ab homine
accepi illud neque didici sed per
revelacionem ihesu cristi. nemo enim
potest intrare in sapienciam dei nisi per
doctrinam et sapienciam pauli.
De istis duobus thesauris dedit
petro sicut bono dispensatori
claves regni celorum seu celestis.
Dedit paulo tanquam ideo doc-
tori magisterium [illegible] institu-
cionibus imponit scilicet ut quos ie
erudierit ad salutacionem iste susci-
piet ad quietem et quos contra
paulus patere fecit doctrina [illegible]
eorum [illegible] petrus aperuit re-
gnum celorum. Ambo enim [illegible]
a duo claves acceperunt Sic
paulus potencie petri thesau-
raria [illegible] est [illegible] gra-
spiritu sancto accepit thesaurum
[illegible] vite. Unde dictum fuit
[illegible] spiritus sanctus super-
veniet in te etc. Ideo dicitur gratia
plena. Istum igitur thesaurum

rependit in hoc mundo in deo
nunc uite et gracie et in celo glo-
ria illis qui sunt in petra ce-
lestis ciuitatis amministrat Secundo
In habitacione scilicet eterna ipsos
ministrari vel ista verba possunt
et aliter assignari / Homo enim
in via eundi ad celestem pa-
triam habebat ignoranciam et
impotenciam quia nec per viam
ire sciebat propter viam ciuitatis
habitaculi non inuenerunt nec ab
hostium insidiis tutus erat ps
In via hac qua ambulabam ab-
sconderunt superbi laqueum mi-
chi / Contra hunc duplicem defectum
deus dedit nobis duplicem [illegible]
paulum apostolum ut scilicet per suam
sapientiam nos doceret et per suam
vita ab hostibus nos defenderet
Ideo quod fuerunt depicti cum libro
quia sua sapientia nos instruxit / cum
ense quia ab hostibus nos de-
fendit Sed petrus defuisset si homo
viam sciret et ab hostibus tutus
esset tamen celestis ciuitatis
ianuam clausam inueniret nec
illam intrare posset Erat enim
clausa ianua paradisi scilicet ianua
vite et ianua iusticie Quidam
enim ingrediuntur per ianuam vite
qui scilicet saluantur ex sola dei
gratia non ex propriis meritis sicut
sunt pueri baptisati qui statim
euolantes credunt / Alii vero sunt
qui ingrediuntur per ianuam iusticie
sicut illi qui saluantur meritis bo-
norum operum cum auxilio diuine
gratie / Istam duplicem tangit aposto-
lus ro 4 ei autem qui operatur
nitens non imputatur / credenti autem
in eum qui iustificat impium reputatur
fides eius ad iusticiam secundum
propositum gratie dei Erat igitur

clausa ianua vite quia deus
nullum recipiebat ex misericordia Erat
clausa ianua iusticie quia nullum
recipiebat etiam ex operibus iusticie
Contra illud remedium incommodum deus
dedit nobis petrum apostolum cui dedit
duas claues scilicet clauem ianue
vite et clauem ianue iusticie
et ideo cum duabus clauibus pingi-
tur fuerunt / illis igitur qui saluantur
ex sola dei gratia aperit petrus
ianuam vite / illis qui saluantur
ex operibus iusticie aperit ianuam
iusticie qui scilicet dicere possunt illud
ps Aperite michi portas iusticie
ingressus in eas confitebor Secundo
ista duo luminaria paradisi habent
in motu velocitatem per motum
autem velocem intelligere possumus
eorum feruorem et amorem ap-
tus enim anime est amor autem quia
sicut corpus mouetur pedibus sic
anima mouetur affectibus Est autem
triplex motus anime sicut assi-
gnat dyonisius in libro de
diuinis nominibus scilicet circularis rectus
et obliquus Possumus autem
dicere quod motus circularis est quo
mouetur aliquis per amorem ad [illegible]
de quo dicitur in ps In circuitu
impii ambulant glosa i. in circui-
tu temporali qui septem dierum
repeticione voluuntur et ideo non
perueniunt in octauam i. eternam
que dabitur in octaua Motus ob-
liquus est quo quis mouetur
per amorem ad seipsum De natura
enim amoris est ut dicitur in alio
Quando igitur quis amorem suum
reflectit ad seipsum tunc quan-
dam curuitatem et obliquita-
tem facit De isto amore dicitur
2 thimo 3 In nouissimis
diebus instabunt tempora periculosa
et erunt homines seipsos amantes

motus rectus est quo movetur
quis per amorem ad deum de quo
dicitur Cant. 1 Recti diligunt te
Et de sanctis animalibus dicitur Ezech.
1o pedes eorum pedes recti Sic
igitur petrus non movebatur mo-
tu circulari per amorem ad mundum
quia omnia mundana despexit cum
dixit Math. 19 Ecce nos relinqui-
mus omnia et secuti sumus te nec mo-
vebatur motu obliquo per amorem
ad seipsum quia vitam suam ob
cristi amorem despexit quando
se crucifigi permisit Johannis
12 Qui odit animam suam in hoc
mundo in vitam eternam custodit
eam etc Sed movebatur motu recto
per amorem ad deum quem ipse
super omnia dilexit Jo. ultimo
Etiam domine tu scis quia amo
te Similiter et paulus non move-
batur motu circulari per amorem
ad mundum qui dicebat Gal. 6
Michi mundus crucifixus est et
ego mundo nec motu obliquo
ad seipsum sed motu recto ad deum
qui dicebat Ro. 5 Caritas dei
diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est
nobis Tercio ista luminaria paradisi
habuerunt magnam claritatem
i. sapientie immensitatem
petrus quidem tanta luce sapientie
resplenduit quod totum mundum
illuminavit quam tamen a se non habuit
sed a triplici magistro didicit scilicet
a patre revelante Math. 16
Caro et sanguis non revelavit
tibi sed pater meus qui in celis
est A filio notificante Johannis
15 Omnia que audivi a patre
meo nota feci vobis A spiritu sancto
docente Johannis 16 Cum autem
venerit spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem Similiter
et paulus sapientiam quam habuit
in tribus scolis didicit scilicet in primis

scolis iudeorum in quibus didicit
legem mosaycam Actuum 22
Secus pedes gamalielis erudi-
tus iuxta veritatem paterne
legis In magnis scolis apostolorum
in quibus didicit legem evan-
gelicam quam tamen ab homine
non habuit sed a cristo revelante
accepit Gal. 1o Neque enim
ego ab homine accepi illud ne-
que didici sed per revelationem
ihesu cristi In maximis scolis
celi in quibus didicit legem su-
pernalem et divinam et hoc quando
raptus est usque ad tercium celum
Ibidem didicit ordinem ierarchie
supercelestis qui consistit in dis-
tinctione divinarum personarum
quem nobis tradidit Gal. 4o
Quoniam estis filii dei misit deus
spiritum filii sui in corda vestra
Ordinem ierarchie celestis
qui consistit in distinctione ordinum
angelorum quem nobis tradidit Col.
1 Sive throni sive dominationes
sive potestates sive principatus Or-
dinem ierarchie subcelestis
qui consistit in distinctione sta-
tuum salvandorum scilicet prelatorum
contemplativorum et activorum
Tradens unicuique statui re-
gulam specialem Unde regulam
prelatorum tradidit 1 Thimo. 3
Oportet episcopum irreprehensibilem
esse sobrium pudicum prudentem
et plura alia capitula in ipsa
regula prelatorum ponit Regulam
contemplativorum tradidit 1 Cor.
7o Qui flent tamquam non flentes sint
tanquam non flentes qui gaudent
tanquam non gaudentes et qui
emunt tamquam non possidentes
et utuntur hoc mundo tamquam
non utantur Item eius sapien-
tiam commendat sanctus petrus
quando dicit 2 Petri ultimo
Carissimus frater noster paulus

sum datam eius sapientiam
scripsit nobis in quibus sunt
quedam difficilia intellectu / Cir-
ca ista luminaria paradisi habent ma-
gnitudinem excellencie quia
sunt omnibus sanctis maiores
pre ceteris nimis honorati sunt ante
cui deus | dicit eis contra sanctorum
sit magna merces illud 1 Cor
2do Quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se / Istorum
enim est memoria pro principes po-
pulorum congregati sunt etc. Quia
dii for. t. ve. ele. sunt / Circa
autem contra sectorum sit magna
peccatoribus tamen videtur esse parva
ex eo quod ab ipsa se nimis elo-
gavit et si non per distantiam
localem saltem per vite dis-
similitudinem / Nimia enim dis-
tancia secundum basilium errare
facit circa quantitatem qualitatem
et figuram / Circa quantitatem quia
illud quod in se magnum est
propter nimiam distanciam parvum
esse videtur et ponit exemplum
in sole et in insulis maris
Circa qualitatem quia illud
quod est unius coloris alterius esse
videtur et ponit exemplum in
velis maium que cum sint al-
ba ex nimia tamen distantia vi-
dentur esse nigra Circa figuram
quia illud quod est unius figure
alterius esse videtur et ponit
exemplum in turribus civita-
tum que cum sint quadre ex
nimia tamen distantia appa-
rent rotunde / Quia igitur
peccatores nimis a celesti patria
se elongant / Ideo errant
circa quantitatem eius non con-
siderantes quam magna sit
de cuius magnitudine dicitur

Baruch iii° O Israel quam
magna domus domini et ingens
locus possessionis eius / Errant
circa qualitatem non considerantes
quam preciosa sit et ideo modi-
co eam habent pro nichilo
habuerunt terram desiderabilem
de cuius preciositate dicitur Apoc.
21 Ipsa civitas aurum mundum
Thobie 13 porte Ierusalem ex sa-
phiro edificabuntur / Errant circa
eius figuram non considerantes
quam stabilis et eterna sit Sic
enim dicit Apoc. 21 Ipsa civitas
in quadro est posita ex eo
quod stabilis et eterna sit / Ipsi autem
credunt eam esse rotundam
i. volubilem et caducam de
cuius eternitate 2 Cor 5 Edi-
ficationem ex deo habemus domum
non manu factam eternam in celis /
Quinto ista luminaria paradisi habe-
bunt in iudicio stabilem sess-
ionem / Nunc enim in tabernaculo
suo stabunt qui super duodecim
thronos sedebunt et ista stabilis
sessio est ad sentencie iudicis
temperacionem quia si manus iudi-
cis subscribent et ipsam approba-
bunt pro ut faciat in omnibus iudi-
cium quod scriptum contra hec est aut
sanctitas eius / Erit ad ipsorum in-
mensam honorem Proverb. 31 Nobi-
lis in portis vir eius quando
sederit cum senatoribus terre / Non
Quibus ad iudicium veniet cum
senibus populi sui et principibus
eius Erit ad demoniorum maiorem
confusionem valde enim confundentur
quando videbunt se ab hominibus iudi-
cari 1 Cor 6 An nescitis quoniam
sancti de hoc mundo iudicabunt
nationes et dominabuntur populis Erit
ad bonorum magna fiducia et
consolacionem quando scilicet videbunt
fratrem suum scilicet Christum esse

iudicem / sororem suam scilicet
beatam virginem esse mediatri-
cem / fratres suos scilicet apostolos
esse assessores et intercessores

Sequitur sermo secundus de eodem

Dicit Symoni petro ihesus
Symon johannis diligis me
plus hiis. dicit ei Etiam domine
tu scis quia amo te Joh. ult.
Inter ceteros sanctos beatus petrus
quatuor prerogativis esse vide-
tur cum fervencior in amore
efficacior in virtute / sublimior
in prelatione / gloriosior in passi-
one Eius fervens amor notatur
Cum dicit Symon johannis dili-
gis me plus hiis et in eo
quod dicit Etiam domine tu scis quia
amo te Eius presumpserat pre
aliis dicens Math. 26 Et si omnes
scandalisati fuerint in te ego
non scandalisabor Augustinus ita
fuerat pro me quod ego non dixisse
quod tam presumeres audi quid scis
Amen dico tibi non cantabit
gallus donec ter me neges qui
michi promittis mortem tuam
ter negabis vitam tuam Credo
in animo eius esset caritas vi-
debat quod vicium non videbat vo-
luntatem suam iactabat infirmus
sed aspiciebat valitudinem me-
dicus / Et Augustinus modo aut
non presumpsit sed quod de se sen-
ciebat humiliter asseruit dicens
Etiam domine tu scis quia amo te
Augustinus Audeo dicere superbis
expedit cadere in aliquod apertum
et manifestum peccatum ut
sibi displiceant quia iam pla-
cendo ceciderunt utile est salu-
berius cum petrus sibi displicuit
quando flevit quam placuit cum pre-
sumpsit Equus aut tam fervens
amoris sunt signa unum
fuit ante passionem quia se [illegible]

amorem cristi omnia terrena
contempsit Cant. vltimo Si de-
derit homo omnem substanciam
domus sue pro dilectione quasi
nichil despiciet eam Augusti-
nus te minus amat qui preter
te aliquid amat quod non propter
te amat Et iterum aut omnia ter-
rena despexit cum dixit Math. 19
Ecce nos relinquimus omnia
et secuti sumus te omnia non
sunt contrastimabilia Et ideo
dicit Ecce quedam sunt et dis-
cordes ideo dixit nobis multis
cum contradixerit nec discordavit
quedam sunt ad tempus
ideo dicit relinquimus non repo-
suimus quedam sunt divi-
dentes ideo dicit omnia / quedam
sunt omnia relinquentes
suas voluntates retinentes
ideo dicit secuti sumus te contra
illud illos qui non secuntur
regulas divinorum preceptorum
sed motus sue voluntatis
Secundo eius fervens fuit in passi-
one quia secum mori
voluit cum dixit Luce 22 pa-
ratus sum tecum et in carcerem
et in mortem ire Non enim
volebat mori ante eum quem
nolebat cernere tam diu [illegible]
presencia quia sciebat quod beati
oculi qui eum viderunt et
aures qui eum audiebant nec
volebat vivere post eum quia
post eum vivere non reputabat
vitam sed mortem amaram
volebat autem mori secum
quia hoc reputabat gloriam
et coronam Quod eciam tunc
promisit presumendo elatus
negando prostratus flendo
purgatus confitendo probatus
paciendo coronatus / Tercium
invenit eciam ut eius

nomine perfecta dilectione mo-
reretur cum quo et moriturus
preterea festinatione promiserat
Tercium signum fuit post passionem
quia scilicet semper in lacrimis fuit
Habuit enim lacrimas doloris
quia amicum negaverat Luce
22 Egressus foras flevit a-
mare unde dicit Clemens
Quod quandocumque galli cantum
audiebat post modum lacrimas
emittebat / Habuit lacrimas com-
passionis eo eo quod amicum
mortem estimabat Marci
16 Maria vadens nunciavit
hiis qui cum eo erant lugenti-
bus et flentibus Johannis x-
vi plorabitis et flebitis vos
unde cantatur Tristes erant
apostoli de nece sui domini / Ha-
buit lacrimas amoris eo eo
quod amicum videre non poterat
et hoc post ascensionem unde
dicit Clemens Quod semper
sudarium in sinu ferebat
quo crebro fluentes oculos
detergebat unde dicit idem
Quod adeo duxerat in consue-
tudinem flere quod tota eius fa-
cies adusta lacrimis videba-
tur Quartum signum fuit post re-
surrectionem quia scilicet pre-
cum Johanne prior ad mo-
numentum cucurrerit Jeron
sicut dicit Gregorius Quod illi
ceteris cucurrerunt qui pre
ceteris amaverunt In isto
autem cursu considerandum est
quod aliquando currebant in-
simul aliquando Johannes
petro precucurrit aliquando
petrus johanne quando mo-
numentum intravit per

quod datur intelligi quod ambo
dilexerunt cristum sapienter
quod signatur per hoc quod ambo
currebant insimul Johannes
dilexit dulciter quod signatur
per hoc quod precucurrerit cicius
petro / petrus vero magis fer-
vide dilexit fortius quod innuitur per
hoc quod ipse monumentum intravit
In hac autem interrogacione qua
dominus dixit Symon Johannis
diligis me et ponit dominus
ter nomen Symonis ter nomen
dilectionis ter verbum pas-
cendi sonuere oves et non oves
tuas sed meas / petrus quidem
tenebat typum religiosorum /
vocavit eum ter Symon qui inter-
pretatur obediens mandatis di-
statutis corde et ammonicionibus
torum Et dicitur Symon Johannis
qui interpretatur gratia quia obedi-
encia debet esse graciosa cum
est voluntaria Sed multi sunt
Symon cyrenei qui angariati
sunt ut tollerent crucem ihesu
qui obedire nolunt nisi coacti
Nunquam autem obediencie habent spo-
tanee quam habet in cristo qui
patri obedivit et in nullo ve-
niens Johannis vi dicens est ce-
tus descendi de celo non ut
faciam voluntatem meam sed vo-
luntatem eius qui misit me patris
et de modo dicitur In mundo
manens Johannis vi dicens est
cibus ut faciam voluntatem eius
qui misit me patris et de modo
dicitur Mt 26 Non sicut ego vo-
lo sed sicut tu vis pater Johannis
12 Sicut mandatum dedit michi
pater sic facio / Inquantum petrus ty-
pum iustorum ponitur ibi
ter verbum dilectionis ad in-
nuendum quod quilibet

f

Iustus debet diligere deum plus
quam se / plus quam suos / plus
quam sua / vel ad inveniendum
quod debemus deum diligere cor-
de ore et opere Corde ut sit
repletum divino amore / ore ut
sit inflammatum zeli fervore /
opere ut ipsa dilectio ostendatur
exterius in operis exhibitione
Inquantum petrus qui tenet typum
prelatorum ponitur ibi ter verbum
pascendi quia prelati debent pas-
cere subditos verbo et exemplo
et temporali subsidio De exemplo
ad Tit. ii° In omnibus teipsum
exemplum prebe bonorum operum
De aliis duobus Augustinus Talis
debet esse rector qui propinat pa-
bulum doctrine ignorantibus et
mensam suam communicet indigen-
tibus / libera[illegible] cuius lingua aut
loquelam [illegible] expectat [illegible]
corrigentem Aliam rationem que
ter interroget assignat Augustinus
d. Redditur trine negationi trina
confessio ne minus amori lingua
serviat quam timori Committit at
dominus suos agnos et similiter oves
per agnos quidem intelliguntur in-
cipientes per oves perfecti Inci-
pientes autem indigent duplici e-
ruditione scilicet verbi et exempli
perfecti autem sine verba habeant
illa retinent sine exempla
habeant illa imitantur // vel
ideo monet petrus suos pascere
agnos qui nec lanam nec lac pasto-
ribus preberent similiter oves de
utrisque instat Quia sciebat esse
pastores carnis patres curantes
de illis a quibus ullam utilitatem
temporalem [illegible] expectant [illegible]
de illis a quibus credunt sibi utilitatem
aliquid provenire / vel per agnos intel-
ligitur minores qui indigent
maiori refectione instructionis
et correptionis / per oves intel-
ligitur senes qui mitioribus admo-
nitionibus corriguntur Gregorius in
pastorali Iuvenes plerumque
severitatis admonitio ad pro-
fectum dirigit senes non ad me-
liora opera deprecatio blanda com-
ponit / quia cum iuvenes sint
magis lascivi ideo sunt magis
instruendi Item sicut dicit [illegible]
super [illegible] Iuventus
est ad amorem liberior ad
lapsum inclinatior ad infirmi-
tatem fragilior ad correptionem
durior Dicit autem agnos meos
non tuos contra illos qui oves pas-
cere volunt ut suos Contra
quos dicit Augustinus Qui hoc
animo pascunt oves Christi ut suas
velint esse non Christi convincuntur
se amare non Christum et oves
pascere vel gloriandi vel dominandi
vel acquirendi cupiditatem
non obediendi et subveniendi et deo
placendi caritate Pro quo nos
[illegible] ipsum amemus et in pascendo
[illegible] eius ea que sunt eius
non que sunt nostra queramus
[illegible] semper non deum
amat qui eum non potest nunc de
se moritur utique amando se Pro
certo se amat qui ne vivat se
amat Cum non ille diligit deum qui
amatur vivit non se diligendo
magis se diligit quam apertam se
non diligit ut eum diligat deo qui
vivit Sancta prerogativa est quia
fuit efficacior et clarior in virtute
credendi in virtute sanandi in
virtute predicandi in virtute orandi
In virtute quidem credendi agnovit
dicit Tu es Christus filius dei
vivi ubi utramque naturam

in cristo ostendit s(an)c(tu)s q(ui)d(a)m
cum dixit Tu es cristus i(d est)
vnctus In gratia cum homo fuit
vnctus oleo gr(ati)e [illegible] tu
dixit filius dei viui Sed q(uod) fi-
lius p(er)tinet ad [illegible] p(er)sona(m)
quod dixit dei p(er)tinet ad na-
turam Sicut enim filius hominis
est homo non equus uel aliq(uo)d
aliud ad sit filius dei e(st) deus
Et quod dixit viui addidit
(contra) falsos deos quia g(e)n(er)ati
de hominibus uel in sensibili
materia sibi deos instituebant /
De ipsius fide dic(itur) luce 22
Symon ecce sathanas ex-
petiuit vos ut cribraret sicut
triticum ego autem pro te oraui
ut non deficiat fides et tu a-
liquando conuersus confirma fratres tuos
Ex quibus verbis habetur quod fides
beati petri fuit multum temptata
Cum dicitur Ecce sathanas ex-
petiuit vos / hostis enim quando
inuenit locum multum munitum
maiorem ibi exercet conatum
fuit a cristo valde roborata
Cum dicitur ego pro te rogaui ut
non deficiat fides tua / fuit a-
liis in exemplum et roboris
exhibitor cum dicitur Et tu a-
liquando conuersus confirma fratres tuos
fuit efficacior in virtute sana(n)-
di Ipse enim non solum sanabat
sicut ceteri sancti verbo orationis
iuxta illud Actuum 9 ponens
petrus genua orauit et conuersus
ad corpus dixit Thabita surge
Sed etiam sanabat verbo iussionis
sicut patet de enea cui precepit
dicens Actuum 9 Enea sanet
te dominus ihesus cristus surge
et sterne tibi / In positione baculi

sicut patet de illo qui iam p(er)
[illegible] dictas [illegible] qui cum mor-
tuus fuisset in positione baculi
petri suscitatus est Sanabat
umbra corporis sui sicut habetur
Actuum 5 Si igitur tante virtutis
erat eius oracio dum adhuc esset
in vita ista misera quantum valet
dum modo est coniunctus deo in gloria
Si tante virtutis erant eius verba
quante virtutis sunt nunc apud deum
eius merita si tantum valuit eius ba-
culus quantum nunc valet apud
deum eius pius affectus / fuit e-
fficacior in virtute predicandi ideo
dicitur Symon Iohannis in quo est
gratia quia a deo graciose predicabat
quod vna sua predicatione tria ho-
minum [milia] conuertebat Hoc enim testimonium
graciosi predicatoris quando scilicet multos
ad deum conuertit sicut ostendit
Crisostomus dicens testimonium studiose
agricole est messis habundancia as-
sidui doctoris documentum ecclesia
plena negociatoris [illegible] [illegible]
[illegible] / et ideo graciosi predicatores
desiderant multos auditores
audire et multos possunt ad
deum conuertere vnde dicit Crisostomus super
Matheum Sicut gaudet medicus
quando eum multi de egrotantibus
exspectant sicut legitur de quodam
cum magnus exercitus manu ar-
mata tendat sic exultat sacer-
dos quando eum audiencium
plus magis auscultant / de hoc
omelia 10 Crisostomus super Matheum ponit
alia exempla dicens Omnis ar-
tifex uel professionem secundum pro-
priam oportunitatem temporis
videns carpentarius si viderit
arborem bonam concupiscit e-
am prestare ad opus artificii sui
agricola si viderit terram pinguem

dependeat eam arac(?) Et quod
dico de racionabilibus hominibus
ipse irracionabilis equus de sta-
bulo exiliens si viderit cam-
pos patentes currit frenum et con-
citat ad cursum. Sic et dominus
videns magnam congregationem
populi excitatus est ad predicandum.
Sic et omnis sacerdos cum videt
ecclesiam plenam gaudet animus
eius et delectatur ut doceat. Si-
cut viderit eciam vacuam confundit(?)
et nil dicit. Petrus fuit efficacior in
virtute orandi ideo dicitur filius
yone i. columbe sicut dicitur
Ro. 8 nam quid oremus sicut
oportet nescimus sed ipse spiritus
postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus. Oracio autem beati
petri tante fuit efficacie quod ali-
quando celum aperiebat sicut patet
Act. 10 ubi dicitur Quod super-
cedit mentis excessus et vidit
celum apertum. Aliquando spiritum sanctum
descendere faciebat sicut patet
Act. octavo ubi dicitur de petro
et Iohanne missis samaritis
qui oraverunt pro ipsis ut acci-
perent spiritum sanctum etc. Aliquando
demonem vincebat sicut patet
quando demones simonem magi-
ficebant(?) Et fuit cum petrus oravit
et mox a demonibus dimissus
fuit. Aliquando in sectam(?) expolia-
bat sicut patet quando defunctum
resuscitavit quem symon magus
suscitare non potuit. Tercia prerogati-
va est quia fuit sublimior in
prelacione. Nam cum christus summum
prelatum eum fecit et sui vicarium
constituit cum sibi dixit pasce
oves meas. Ad istam autem pre-
lacionem pater ipsum elegit Mat. 16
Caro et sanguis etc. revelavit
tibi sed pater meus qui est
in celis. Filius elegit quando vocavit
et maxime in duobus in quibus
prelati essent vocandi scilicet per-
fecta quando dixit Tunc dicunt
homines esse filium hominis et
petrus verum fidem confessus
est dicens Tu es christus filius
dei vivi et in dileccione sin-
cera quando dixit Symon Iohannis
diligis me plus hiis etc. Spiritus
eius fides esse nichil(?) fundamen-
tum. Spiritus sanctus dileccio et caritas
complementum. Spiritus sanctus electum
et vocatum confirmavit cum
fuit in penthecosten [illegible]
est terra et omnes qui habitant
in ea Ego confirmavi columpnas
eius. Quarta virtus electe consu-
mmato et confirmato iurisdicio
debetur. Quia fuit magne iurisdictionis
super infernum et ideo dicitur por-
te inferi non prevalebunt ad-
versus eam. Super celum non
dicitur Et tibi dabo claves re-
gni celorum. Super mundum ideo
subditur Quodcumque ligaveris
super terram. Quinta prerogativa
est quia fuit gloriosior in
passione eius. Cum passio fuit
gloriosa quantum ad modum quantum
ad fructum et quantum ad meritum
Quantum ad modum fuit quia pas-
sus nobiliter in agone(?) quibus no-
bilitatis fuit quia simili pena
cum christo consummari meruit
unde specialiter sibi dictum fuit
sequere me i. eodem genere passionis
imitari Iohannis 18 Simul pena[?]
[illegible] cum duo afflicti et passus
est libenter quod patet quia fugere
noluit et quod tandem rogatus
discessit sponte redijt. Tercio
quia passio eius nec impedi[?]

rogauit / passus est fortis et instanter / neque mirum quia sicut in legenda habetur / habuit in sua passione in adiutorium coronam de rosis in solacium suum in socium quando dixit Venio Romam iterum crucifigi habuit in testimonium stella (?) cum libro rectior (?) que apparuit in lucide sue quasi ac testimonium suum / fuit gloriosa quantum ad fructum qui quidem fructus triplex est unus quantum ad deum scilicet eius glorificatione / Johannis ultimo Hoc dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Alius quantum ad seipsum scilicet sua coronatio unde dyonisius vidit petrum et paulum post mortem omnibus laudibus coronatos 2 Thimo[theum] 4 In reposita est michi corona iusticie. Tercius est quantum ad nos scilicet sua pro nobis apud deum intercessio 2 petri 1° Dabo autem operam et frequenter habere vos post obitum meum / fuit gloriosa quantum ad modum in hoc scilicet quod noluit pati recte sed transversus et hoc propter quatuor causas. Prima est quia non reputabat se dignum unde dixit quia non sum dignus ita in cruce esse ut dominus meus crucem meam commutate (?) Secunda est quia parebatur aptior acquirendum celum Vnde ait quia dominus meus de celo in terram descendit recta cruce sublimatus est me autem quem de terra ad celum reuocare dignatur crux mea caput meum in terra debet ostendere et pedes ad celum dirigere. Tercia causa est quia ad significandum hominum generis lapsum et reuelationem contra deum. Christus namque semper rectus stetit et vnusquisque (?) per primum cecidit homo uero caput in cuius in terram deflexit et contra deum recalcitrauit. Unde dixit cum esset in cruce Tu domine inuitari oportet (?) et recte crucifigi non / orabam / Tu semper rectus excelsus et recte nos primi homines huius filij qui caput suum dimersit in terram cuius lapsum signat per generationis humane. Sic enim nascitur ut primum videantur in terram effundi. Quarta ratio est ad innuendum mutationem amoris spiritualis in mundanum homo cum rectus in cruce positus si reuoluitur illud quod erat sibi dextrum efficitur sinistrum Tunc autem ego dexteram in sinistram mutat quando amorem celestium in amorem terrenum conuertit. Unde dixit cum esset in cruce mutata quod contrarium est in hoc putet esse dextrum quod constat esse sinistrum etc. Sequitur Sermo tercius de eodem

Hic honorabitur quem rex voluerit honorare Hester 6 In hystoria nota est quod rex assuerus mardocheum honorare desiderans vestibus regis ipsum induit super equum suum ipsum sedere fecit regio dyademate decorauit. Sic rex sanctus cristus sanctum petrum honorauit in vita quia vestibus suis ipsum induit / vestes cristi sunt omnes fideles ysaie 49 [illegible] Viuo ego dicit dominus quia omnibus hiis velud ornamento vestieris / In ista veste tot sunt varietates colorum quot varietates fidelium propter quod dicitur regina a dextris tuis in vestitu

De audito istis vestimentis cristo
beatum petrum induit quando
super omnibus fidelibus sibi potestatem
solvendi atque ligandi concessit / ho-
noravit in morte quia super
equum crucis cum sede sedit / hono-
ravit post mortem quia principa-
tum regni celestis sibi concessit /
Videamus igitur qualiter in his tri-
bus statibus honoravit ipsum dominus
iesus scilicet in vita in morte et post
mortem / In vita quidem fuit quia
claves i. potestatem ligandi atque sol-
vendi sibi tradidit / Ista autem
potestas clavium consistit in remissi-
one peccatorum et retentione et
excommunicandi et absolvendi iuris-
dictione In indulgentiarum [illegible]
abiurgatione Consistit quidem
hec potestas clavium in peccatorum re-
missione et retentione Iohannis
20 Accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur eis
et quorum retinueritis retenta
erunt dicitur Luce 7 Quis potest
remittere peccata nisi solus deus
Deus suscitat peccatores interius
sacerdotes tamen absolvunt exterius
Quod signatum est in resurrectione
seu resuscitatione lazari de qua
legitur Iohannis 11 Solus namque
ipsum resuscitavit a mortuis de
sepulchro autem commisit scilicet ut
lapidem tollerent et ipsum solverent
et libere abire permitterent lapidem
tollere est penam purgatoriam
~~in satisfactoriam~~ in satisfac-
tionem commutare peccatorem ab-
solvere est ipsum interius a deo ab-
solutum esse ostendere libere abire
permittere est sufficienti penitentia in-
iuncta eum a pena purgatorii
ipsum absolvere eum qui sufficienter
complevit aliam penam purgato-
rii non sustinebit / Secundo concessit

ista potestas in excommunicandi et
absolvendi iurisdictione / Iste
autem ligationes et solutiones non
sunt in celo quia nullus est ibi
ligatus / ideo nullus indiget liga-
cione absolutione / In inferno
autem nulla est absolutio sed om-
nimoda ligatio Matthei 22 li-
gatis manibus et pedibus proi-
cite eum in tenebras exteriores
In terra autem nostra est ligatio et
absolutio et ideo dixit deus
Matthei 16 Quodcumque ligaveris super
terram erit ligatum et in celo / ne-
que solum super terram i. in inferno quem-
cumque ligaveritis et solveritis super
terram in inferno autem omnes et
ligati et excommunicati per illam
summam diffinitivam summi ponti-
ficis qua dicitur Matthei 27 Disce-
dite a me maledicti in ignem
eternum et ideo eis non loquuntur
sed ab eis audiuntur post sententiam
nos iterum [illegible] nuntios nostros
nec participabunt cum eis in
divino officio quia in celesti patria
est templum de quo Apocalypsis 21
Templum non vidi in ea dominus
enim omnipotens templum illius
est et agnus / In illo templo
fit continua melodia et iubilatio
sanctorum Thobie 13 per omnes
plateas illius alleluia cantabitur
psalmus Beati qui habitant
in domo tua domine in secula
seculorum laudabunt te / Extra templum
istud dampnati tamquam excommu-
nicati excluduntur Apocalypsis ult.
Foris canes venefici et impu-
dici et homicide et ydolis ser-
vientes / et omnis qui facit et
amat mendacium nec ad officium
quod fit in isto templo aliqua-
tenus admittentur Ysaie 27

Ecce servi mei laudabunt pre exultatione cordis vos autem clamabitis pre dolore et pre contritione spiritus ululabitis. Beati autem dampnatos non salvabunt i. non salutem optabunt. Aliter enim beati non essent si divine non concordarent iusticie. Ideo de iusticia dei gaudebunt. Psalmus: Letabitur iustus cum viderit vindictam. Dampnati etiam concludentur a perceptione sacramentorum et maxime sacramenti sacramentorum scilicet panis vite quia datur hic iustis sub sacramento sed in patria sine velamento. Iste panis canibus non dabitur quia est panis filiorum et ipsi sunt canes. Mt [illegible] Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus ad manducandum. Item sancti non participabunt cum dampnatis in mensa. Beati quidem sedebunt ad mensam dei. Luce 22 Edetis et bibetis super mensam meam in regno meo. Sed ab ista mensa dampnati tamquam excommunicati concludentur et fame morientur. Ysaie 65 Ecce servi mei comedent et vos esurietis, bibent et vos sicietis. Tertio consistit ista potestas prelatorum in indulgentiarum largitione. Ad hoc autem quod iste indulgentie valeant tria requiruntur. Unum est ex parte dantis scilicet auctoritas quia si ille daret qui dare non posset nichil prodesset. Secundum est ex parte recipientis scilicet caritas quia si ille daret qui facit omnes de ecclesia unum corpus et unam familiam Christi, indulgentie [illegible] non sunt illis qui sunt in peccato mortali quia sunt mem[illegible]

nec sunt de eius familia. Nec esset conveniens quod etiam thezaurus sibi commissus scilicet meritum passionis [illegible] et vita sanctorum illis qui sunt de familia dyaboli dispensaret. Quartum est ex parte cause scilicet pietas. Que quidem pietas duo includit scilicet honorem dei quia pietas est cultus soli deo deditus et utilitatem proximi. Pietas enim aliquando [illegible]. Tertio ista pietas consistit in iudiciorum et causarum diffinitione. Ad ipsos enim prelatos spectat subditorum causas diffinire. Ad hoc autem ut iuste diffiniant debent servare quod scribitur Danielis 5 Numeravit appendit et divisit. Debent namque numerare i. multum causas inquirere et investigare. Job 29 Causam quam nesciebam diligentissime investigabam. Johannis 7 Nolite iudicare secundum faciem i. secundum cause superficiem. Plerumque enim causa in prima facie iusta videtur sed quando subtiliter discutitur iniusta probatur. Post discussionem causarum debet fieri ponderatio ut sciatur que cause sint graves que leves que mediocres. Istam ponderationem petebat Job 6 Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui. Post discussionem et ponderationem debet fieri penarum divisio ut scilicet ipse cause non equaliter sed diversimode ferantur ut videlicet graves graviter leves leviter mediocres mediocriter puniantur. Deuteronomii 25 Pro mensura peccati erit et plagarum modus. Quinto consistit ista potestas in maiorum potentum abiurgatione. Debent namque prelati tyrannos maledict[illegible]

regnum et eorum vicia destruat

Ieremie primo Ecce constitui te hodie super gentes et regna ut evellas destruas et disperdas dissipes plantes et edifices. Sed hodie multi sunt adulatores pauci correctores. Multi sunt qui loquuntur ad placitum pauci qui loquantur ad veritatem. Mathei 24 Habundavit iniquitas scilicet in subditis et tunc refrigescit caritas scilicet in prelatis et signanter dixit refrigescit. Multi enim prelati in principio sui regiminis sunt valde fervidi in medio sunt valde tepidi in fine vero frigidi efficiuntur. Tales sunt sicut chymera que non est animal verum sed fictum. Fingitur enim quod in prima parte sui sit leo in medio capra in fine serpens. Unde dicitur Parte leo prima media caper anguibus in yma. Leo est animal calidissimum caper est de tepido serpens est de frigido per quod insinuatur quod prelati in principio sui regiminis sunt valde ferventes in medio tepidi et negligentes post medium frigidi et nichil valentes. Iste triplex status considerari potest etiam in statu primitive scilicet tempore apostolorum et martirum fuit valde fervens et calida. Illi enim qui tunc temporis erant spiritu sancto pleni se ipsos despiciebant et terrena temporalibusque postponebant et tunc enim fuit dictum de anima prima questio est unde dicebant apostoli Actuum vi Non est equum nos relinquere verbum dei et ministrare mensis. Talis erat apostolus qui dicebat ii Cor 12 Non quero que vestra sunt sed vos. Post medium vero quasi in medio cuiuslibet [?] annullata [?] tepuit in clericis et prelatis amor dei tepescere et cupiditas inardescere et temporalia spiritualibus preponebant et tunc enim fuit dictum de anima secunda questio est cui tunc dicatur Mathei 6 Nonne anima est plus quam esca et corpus plus quam vestimentum. Querite ergo primum regnum celorum et hec omnia adicientur vobis. Temporibus autem nostris quasi in ultimo amor dei et proximi a deo refrigescit ut de spiritualibus iam nulla cura. Sed tota intencio et sollicitudo circa acquirenda temporalia dirigatur. Et ideo nunc est enim dictum de anima nulla questio est penitus. Omnes que sunt temporalia querunt non que Ihesu Christi. Amos 6 Ve qui opulenti estis in Syon optimates capita populorum ingredientes pompatice domum dei qui dormitis in lectis eburneis et lasciuitis in stratibus vestris et mixta in phialis vinum bibentes et optimo unguento delibuti et nichil compacientes super contritione Joseph. Bernardus ad Eugenium de consideratione et nunc prima cura in ministris cotidianis discussio est rara de moribus et penitentibus [?] celebratur collacio et de peccatis populorum cadit a summa et est qui sublevet perit anima et non est qui reputet. Ezechielis 9 [?] Et ipsi [illegible] non opulenterit [?] murmurant omnes et non contra mandata dei fecit nullus contra decreta [?] cum. Multi sunt a deo ceci quod nesciunt discernere inter pedum scabellum et regale solium. Scabellum enim est ut solus prelatis conculcatur. Solium vero ut in eo quiescatur. Ecclesia enim accipit temporalia pro

4

scabello pedum quia tunc debet
in eis quiete sustentationem spiri-
tualem non accepit ex solio quia ibi
debet quiete mentis quietem
et consolationem Olim etiam regebat
doctrina divina que perdicat tre-
morem nostrum de dispositione non
modo ubi tristitia industria quedam
que est etiam tremorum acquisitionis
multiplicationem seu multiplicatur
et conservationem et in victima
quam etiam regebatur doctrina
divina acquisita sunt sibi bona
temporalia que non sunt quando
industria per leges decretales
et decreta non sufficit conservare
Cristus enim est mirabilis com-
plurimus qui divitiarum acceptio
et distributionem viam posuit
ad ipsarum acquisitionem Tempore
autem veniet scilicet in iudicio quando
iste questiones mutabuntur
quia timet verum erit dicere
de ista districta questione est
Timet enim deus de quo maior
prelatorum districtam rationem
requiret aliorum Secundo dominus
honoravit beatum petrum in
morte eius scilicet quia mortem
preciosam atque securam homo
quidem mortem timet conscienti
multiplici de causa Primo quia
nescit tempus vel diem vel
horam mortis Mathei 25 Vi-
gilate quia nescitis diem neque
horam qua dominus vester ventu-
rus sit an sero senectutis
iuventutis et adolescentie
in media nocte quod est tantum dicere
scilicet sensualitatis et gallus dei
scilicet ratio Timet autem scilicet in ado-
lescentia et iuventute isti
galli cantare incipiunt unus
contra alium quia sit dicere calla r

Caro concupiscit adversus spiritum
et cetera Secundo nescit etiam homo utrum
moriturus sit in mane pueritie
que est prima etas hominis Secundo
quia nescit genus mortis utrum
scilicet moriatur morte naturali vel vio-
lenta subita vel deliberata
Ecclesiastes 9 Nescit homo finem suum
sed sicut pisces capiuntur hamo et sicut
aves comprehenduntur laqueo scilicet
subito et improvise sic capiuntur
homines tempore malo scilicet tempore mortis
Tertio nescit ad quam regionem
vadet utrum scilicet in celum vel
purgatorium vel in infernum Ecclesiastes 3
Quis novit si spiritus filiorum
adam ascendit sursum et si
spiritus iumentorum descendat deor-
sum Quarto quia memoria
eorum cito delebitur Ecclesiastes 9 Oblivio-
ni est tradita memoria eorum
cum sonitu i. ploratu Quinto
quia demones ibi apparent Job
20 vadunt et venient super eum
horribiles Mors vero beati petri
fuit preciosa atque secura nam
mors sua sibi revelata est Petri 1
Certus sum enim quia velox
depositio tabernaculi mei
scilicet quod dominus ihesus cristus significavit
michi Ipse etiam genus mortis
sue prescivit Johannis 21 Cum
autem senueris extendes manus
tuas et alius te cinget et ducet
te quo tu non vis Hoc autem
dixit significans qua morte clarifi-
caturus esset deum Ipse de sua
beatitudine habuit certitudinem
Tum quia cristus eum
beatum vocavit Tum quia pro
ipso oravit Tum quia nomen
eius in celis fuit scriptum Tum
quia per spiritum sanctum confirmatus
extitit Eius etiam memoria perse-
veravit unde cantat ecclesia

sapienciam narrat ipsi et laud
eorum sunt eciam nomina aut corp
v. m. f. f. Et est scriptum Eccl. 39
angeli eciam sibi apparuerunt sicut
refert dyonisius in epistola pauli
Tercio honoravit ipsum per mor-
tem quia factus est gubernator
ecclesie cristi advocatus omnium
christiani et hostiarius paradisi
Factus est quidem gubernator ecclesie
cristi quando dixit ei ihesus super hanc
petram edificabo ecclesiam meam
et porte inferi non prevalebunt
adversus eam porte inferi secundum
Ieronimum sunt false doctrine here-
ticorum secundum rabanum sunt persecu-
ciones tyrannorum secundum crisostomum
Ieronimum sunt vicia et peccata hominum
secundum virgilium sunt demones iste
porte inferi non possunt preva-
lere adversus ecclesiam cristi eo
eo quod supra petram edificata e(st)
Mat. vii descendit pluvia ve-
nerunt flumina flaverunt venti
et irruerunt adversus illam in
domum illam et non cecidit funda-
ta enim erat supra firmam petram
per pluvias intelliguntur false
doctrine hereticorum et persecuciones
tyrannorum ysa. iiii° tabernacu-
lum erit in umbraculum diei
ab estu et in securitatem et
absconsionem a turbine et a
pluvia. Per flumina intelliguntur
vicia et peccata hominum ipsa enim flu-
mina et peccata sunt flumina in-
fernalia que ducunt homines in
barathrum profundum per ventos
intelliguntur temptaciones de-
monum sed nichil istorum adversus
ecclesiam prevalet quia fundata
est supra firmam petram. Secundo
est advocatus christiani omnium hominum
aut advocatus debet habere

sapienciam in allegando Scientia
sicut dicit Augustinus Ignorancia
iudicis plerumque fit calamitas
innocentis. Graciam in placendo
quia sicut dicit Gregorius Cum
is qui ad intercedendum mittitur
displicet irati animus ad deteriora
provocatur. Diligenciam in persistendo
et sollicitatem in instando
in prosequendo. De quibus dicitur
dicitur 2 pet. 1 Certus sum
enim quia velox est deposicio
tabernaculi mei secundum quod et dominus
noster ihesus cristus significavit
michi. Dabo autem operam et
frequenter vos habere post obitum
meum. In hoc quod dicit Certus
sum ostendit quante fuit sapiencie
qui etiam futura certitudinaliter
cognoscebat. Et si tante sapiencie
erat in statu mortalitatis quante
nunc est videns in speculo eter-
nitatis. In hoc quod dicit sicut
quod et dominus noster ihesus cristus si-
gnificavit michi ostenditur quante
fuit gracie apud cristum magna
enim graciam apud cristum habebat
cum cristus secreta sua tam
familiariter revelabat. In eo
autem quod dicitur Dabo autem operam
et frequenter ostenditur quante sit
sollicitudinis et diligencie. In
eo quod dicitur habere vos post obi-
tum meum ostendit quam fecit
causam nostram recepit quia
nichil nisi nostram salutem
intendit. Tercio factus est
hostiarius paradisi. Circa quod
notandum quod domus est quadru-
plex scilicet ecclesia militans
patria celeste purgatorium et
infernus. In prima habitant peregrini
In secunda filii. In tercia debitores
obligati. In quarta incarcerati

Quelibet autem istarum domorum
habet suum hostium et sua clau-
suram nam clauis per quam intra-
tur in ecclesiam militantem est clauis
absolucionis et indulgencie de
qua dicitur Math. 16 Quodcumque
solueris super terram etc. Math. 7 In-
trate per angustam portam Cla-
uis per quam intratur in patriam
celestem est clauis iusticie Ista
autem clauis propter iudicium claudet
hostium quia iusticia dei nullum
peccatorem introducet sicut habetur
Math. 27 postquam introducte sunt
virgines sapientes clausa est ia-
nua fatue autem cum pulsarent
et dicerent domine domine aperi
nobis Responsum est eis amen
dico vobis nescio vos
Clauis per quam intratur pur-
gatorium est clauis iusticie Iu-
sticia autem dei requirit quod nullum
malum remaneat impunitum
Ideo illi qui sufficienter non
soluerunt debitum pene in hoc
seculo persoluent in purgatorio
Luce 22 Non exies inde donec
nouissimum quadrantem i. donec
punitus es pro minimo peccato
Clauis per quam intratur in infernum
est clauis mortis et pene
eterne Apoc. 9 Data est illi
clauis putei abyssi Quando
igitur peccator qui est extra ecclesiam
vult redire penitens petrus
aperit sibi hostium cum claue ab-
solucionis et indulgencie Cunctum
cum peccator contritus sit a cri-
minibus absolutus ab ecclesia
pro ~~[struck]~~ absoluto non recipitur
nisi ad iudicium sacerdotum vene-
dum leprosis quos mundauit
dixit Luce 18 Ite et ostendite
vos sacerdotibus Cum enim qua-
liter sancti viri qui decem in

celesti patria collocauit Unde de
hoc rege grauis corporis peccato aperit
sibi hostium cum claue iusticie per quam
ianuas celi aperuit Si vero debet
in purgatorio cruciari aperit sibi
hostium cum claue iusticie Psalmus
Aperite michi portas iusticie et ingres-
sus in eas etc. Ipsi enim iusti si quid aliquid
purgandum secum detulerint Si vero
debet in inferno torqueri istud
hostium petrus non aperit sed rex
qui eius clauem tenet ipsum ho-
stium aperit et claudit et peccatores
ibi includit Apoc. 1 habeo cla-
uem mortis et inferni Apoc. 20
vidi angelum i. christum qui est ma-
gni consilii angelus descendentem
de celo et habentem clauem
abyssi et cathenam magnam
in manu sua et apprehendit dra-
conem serpentem ~~magnum~~ anti-
quum et ligauit eum etc. Require

Sermo quartus de eodem

Tibi dabo claues regni celorum
et quodcumque ligaueris super
terram erit ligatum et in celis
Math. 16 Ex quibus verbis ostenditur
quanta sit dignitas prelatorum qui
in beato petro claues regni cele-
stis sortiti sunt Ut vero que sunt
iste claues melius videamus
Notandum quod est multiplex clauis
Est enim clauis potencie unde
cantat ecclesia habent potestatem
claudendi celum et cp. p. c.
q. h. e. el. ra. te. f. Sunt
et clauis sapiencie Apoc. 3
habet clauem dauid qui clau-
dit et nemo aperit Glosa clau-
dit scripturas obscuras ut que-
ramus aperit ut inueniamus
De ista claue dicitur sapientia Luce 11
Ve vobis legisperitis qui tulistis
clauem sciencie ipsi non intra-
stis et eos qui introibant prohi-
buistis Est clauis iusticie Isaie 22

Dabo clauem domus dauid
super humerum eius. Clauis da-
uid fuit una pars crucis. Ysa. xx. Da-
uid in sua uita conscendit est cla-
uem sedem regni. Istam clauem
nunc cristus non habet in sinu
sed in humero quia non est manu
occultam sed apertam et longa-
nimem per quam longanimiter
portat peccatores. Est clauis discre-
cionis prudencie. Rabanus super
illud Tibi dabo claues regni
celorum i. ipsam discrecionem et po-
tenciam, potenciam qua ligat
uel dissoluet discrecionem qua
dignos uel indignos discernat.
Est clauis temperancie. Vocatur enim
temperancia uno modo clemencia siue
lenitas. Seneca clemencia est leni-
tas animi in potestate ulciscendi uel
lenitas superioris aduersus inferiorem
in penis constituendis. Ista clauis
clemencie et lenitatis ianuas
uiscerum cristi semper aperuit peccatoribus,
ianuas celi aperuit. Est clauis iu-
sticie que maxime reluxit in
inferno Apoc. 1o. Habeo claues
mortis et inferni. De istis tribus
clauibus ultimis dicitur Ysa. 11. Non
secundum uisionem oculorum iudicabit
neque secundum auditum aurium arguet.
Ecce clauis discrecionis prudencie.
Sed iudicabit in iusticia pauperes.
Ecce clauis iusticie et arguet
in equitate pro mansuetis terre.
Ecce clauis lenitatis et cleme-
cie. Siquidem ipsi prelati et iudices
clauium et consortium debent iudi-
care secundum auctoritatem et ideo
acceperunt clauem potencie, secundum
ueritatem, ideo acceperunt clauem
sapiencie, secundum pietatem ideo ac-
ceperunt clauem amicicie, secundum ma-
turitatem ideo acceperunt clauem
discrecionis prudencie, secundum equitatem,

ideo acceperunt clauem temperancie
et secundum iuris ordinem ideo
acceperunt clauem iusticie. Debent
igitur prelati primo iudicare secundum
auctoritatem, ideo acceperunt
clauem potencie. Ista autem auc-
toritas et potestas maxime attenditur
in hoc quod peccata remittere possunt.
Johannis 20. Accipite spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata remittuntur
eis. Et tamen dicitur Luce 7. Quis potest
remittere peccata nisi solus deus.
Utrumque autem uerum quod deus remit-
tit et sacerdos remittit sed diffe-
renter. Quo peccato cum mortali tria
incommoda in homine generantur.
Primum est dei inimicicia quia sic
peccator dei inimicus efficitur. Secundum
est difformis macula ~~ibi relicta~~
quia in anima peccatoris ymago
et similitudo dei deturpatur
et quedam difformis macula
ibi relinquitur. Tercium est reatus
i. obligatio ad penam eternam.
Ista tria deplorat Jeremias de
Tren. 2o. Quomodo obtexit caligine,
ecce difformis macula. In furore
suo dominus filie Syon. Ecce offensa
et inimicicia. Proiecit de celo in terram
inclitam Israel. Ecce reatus siue ob-
ligatio ad penam eternam. Ista tria
solus deus de iure condicionis re-
mittet. Solus enim remittet o-
ffensam. Solus lauat maculam.
Solus dissoluit obligationem in
eternam. Ista tria significantur Luce
17. In filio prodigo de quo ibi
dicitur sic quod pater ipsum amplexa-
tus et osculatus fuit et quod
stola prima ipsum indui fecit et
quod dixit Filius meus mortuus
fuerat et reuixit, perierat et
inuentus est. In hoc quod ipsum
amplexatus et osculatus fuit

datur intelligi quod solius dei est
remittere offensam. In hoc quod ip-
se prima induit datur intelligi
quod eius est lavare maculam et de-
corare animam. In hoc quod dixit
filius meus mortuus fuerat
et revixit datur intelligi quod eius
est remittere penam eternam. Cum
vero iusticia dei non patitur ut
aliquod malum remaneat impunitum
ideo peccator remanet obligatus
ad penam purgatorii. Secundo
autem sacerdos tria facit ex parte
sui in absolutione peccatoris quia
ipsum absolutum esse denunciat.
Quicunque peccator a deo sit ab-
solutus intus tamen pro absoluto
non recipitur ab ecclesia milita-
nte nisi ad arbitrium sacerdotis.
In veteri enim lege quicunque le-
prosus esset mundatus tamen pro mun-
dato non recipiebatur nisi ad
iudicium sacerdotis. Ideo dixit
dominus leproso mundato Mathei
viii° vade et ostende te sacer-
doti. Secundum est quia penam purga-
torii cui fuerat obligatus ipsum
deo obligat et pene penitenti sa-
tisfactorie commutat sive iniungen-
do ipsum ligat ita quod si sufficientem
fecit aliam penam purgatorii
non sustinebit. Tercium est quod
de ipsa pena satisfactoria commu-
ta sive iniungenda partem rela-
xat. ii Cor. ii° Nam et ego
quod donavi si quid donavi
propter vos in persona Christi. Cum
igitur dicitur quod solus deus remi-
ttit peccata intelligendum est quan-
tum ad illa tria prius posita.
Cum vero dicitur quod sacerdos potest
remittere peccata intelligendum est
ad illa tria quia scilicet absolutum
esse denunciat penam purgato-

rii in satisfactoriam commutat
et de ipsa pena satisfactoria partem
relaxat. Secundo prelati et iudices
causarum et aliarum debent iudicare
secundum veritatem et ideo accepcio-
[illegible] sapiencie istam aut veritatem
illi falsificant qui non secundum veritatem
iudicant. Veritas enim secundum Cris.
super Mathei. tribus modis falsi-
ficatur scilicet ut veritatem in menda-
cium convertendo aut veritatem
tacendo aut veritatem non defen-
dendo. Illi namque veritatem in men-
dacium convertunt qui per munera
que accipiunt veritatem in falsi-
tatem convertunt de quibus Rom. i. qui
commutaverunt veritatem in menda-
cium et servierunt plus creature
potius quam creatori. Illi serviunt
creature potius quam creatori qui
magis serviunt cupiditati quam
veritati, magis diligunt pecu-
niam quam iusticiam, magis incli-
nant muneribus quam racionibus.
Contra quos dicitur Ysa. v. Ve qui
iustificatis impium pro muneribus
et iusticiam iusti aufertis ab eo.
Secundo falsificatur veritas ipsam ta-
cendo. Crisostomus. Item faciens iniu-
riam peccatum ne dissimulet cum
vidit ordinem deperire minime
disciplina est consentire tacite cum
posset arguere. Crisostomus. Item [illegible]
transgressor est ille veritatis qui
palam denegat veritatem sed etiam
ille qui propter timorem mortis ta-
cet veritatem. Post ea subdit Et
quid dico propter timorem mortis
homines tacent veritatem. Crisostomus.
Utrumque reus est apud deum et
qui veritatem occultat et qui
mendacium dicit ille quia pro-
desse non vult iste quia nocere
desiderat. Ysidorus in libro de summo

bona. Secundo metu potestatis veri-
tatem occultat eiusdem virtutis
iracundiam sibi celitus provocat
quia plus timet sub homine quam
divinam trepidat maiestatem. Tertio
aut tres causae in quibus quis
tacet propter virtutem quas ponit
Augustinus in libro de civitate dei
dicens. Prima quisque obiur-
gando et corripiendo male
agentibus parcit quia aptum
tempus inquirit vel de ipso seu
de ipsis metuit ne deteriores
ex eius efficiantur vel ad bo-
nam vitam et piam erudien-
tes impediat alios infirmos
ut premant atque avertant a fide
non videtur esse cupiditatis occa-
sio sed consilium caritatis. Tertio fal-
sificatur veritas propter non defen-
dendo veritatem namque iusticie
est defendenda usque ad [illegible]
irrisionem. Unde de sanctis martiribus
dicitur Hebr. 12 Alii ludibria
usque ad verbera expertiones unde
sequitur et verberum experti usque ad
[illegible] interrogationem unde
sequitur insuper et vincula et
carceres usque ad occisionem unde
sequitur lapidati sunt secti sunt
tentati sunt in occisione gladii mortui sunt
usque ad [illegible] deprecationem
unde sequitur in solitudinibus
errantes et ideo dicitur Eccli. 4
pro iusticia agonizare pro anima tua
usque ad mortem certa pro iusticia.
Tertio debent iudices prelati [illegible]
pietatem et ideo [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] pietatis debet
esse in corde per compassionem
et debet ostendi in opere per pene
mitigationem. In corde quidem debet
esse compassio quia quantumcumque iudex
iudicet ex iusticia semper in corde
debet esse dulcorans misericordia.

tamen iudicet ex severitate semper
corde debet aspergi pietate. Quan-
tumque iudicet ex rigore semper animus
debet affici intima compassione. Unde
dicit apostolus Gal. 6 Vos qui
spirituales estis instruite huiusmodi in
spiritu lenitatis quia aliquibus de-
bent proferri dura verba sed dicit
in spiritu lenitatis quia hominibus
omnibus debent ex spiritu dulcedi-
ne corda. Debet etiam esse pietatis
[illegible] ad pene mitigationem. Bernardus.
Corripite mensuram in ira debetis
namque corripere per [illegible]
sed in ira [illegible] pene mitigationem
ut sicut vinum mordax iusticie tem-
peretur oleo [illegible] [illegible] seu [illegible]
nec sed ad istam aut [illegible] et com-
passionem peccatoribus ex [illegible]
debent quatuor consideratione quos
prelati et iudicem [illegible] inducunt
[illegible] tres ponit Augustinus duas Gregorius.
Prima est quia debet considerare quod
est aliud iudicare vel reprehendere
si est tamen similis id est si est in eadem
culpa simili et maiori. Et tamen
si culpa est notoria non debet ipsam
publice reprehendere sed super se
et super ipsum [illegible] et se et ipsum
ad correptionem inducere. Aliis proposi-
tis [illegible] dicitur Ro. 2 Qui
alium doces te ipsum non instruis qui
[illegible] non furandum furaris. Secunda
colligitur [illegible] [illegible]
[illegible] vite quo [illegible]
[illegible] alienis. Refert Augustinus
in libro de civitate dei quod [illegible]
[illegible] captus et magnum alexan-
drum deductus cum alexander
[illegible] [illegible] videtur quod mare [illegible]
[illegible] infestum et ille tibi quod
videtur quod tu [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] navigio [illegible]
[illegible] vocor tu quia magna
classe hoc agis imperator

pirata

vocatus. Cum ingratus aliquis re-
sinum quedam furtum ad pena
ragij facit / denotatus plurib(us)
aut maiorem fuit minorem pu-
niunt. Si vero non est similis con-
siderare si aliquando fuit similis
et tunc sicut in statu illo vole-
bat sibi veniam et compassionem
exhiberi. Sic et ipse nunc debet
aliis veniam exhibere. Eccli. vij°
Ne despicias avertentem se a pecca-
to neque improperes ei memento quo-
niam omnes in corruptione sumus. Ecce-
zi Intellige que sunt proxi-
mi tui ex teipso. Si vero non est simi-
lis nec aliquando fuit similis debet
cogitare quia debet esse simi-
lis et ideo racione talis dubij
non debet superbire sed aliis con-
descendere. Co. 1° c. x. Qui stat vide-
at ne cadat. In' Greg. 2° pe-
aflictz aciment ez nisi distincte
Greg. in omel. Vere semper
est ut peccatores quos conspicimus
nosmetipsos prius in eorum cala-
mitatibus defleamus quia for-
tasse in similibus aut lapsi sumus
aut labi possumus. Si lapsi non
sumus. Augustinus. Nemo est qui se-
curus sit in hac vita que tota
temptatio nominatur. Utrum qui
potuit fieri ex peiore melior non
possit fieri ex meliore deterior.
Si aut non est similis nec un-
quam fuit similis debet ver-
ti ad aliam consideracionem quia
iste qui sic videtur esse reprehen-
sibilis forte in multis aliis est
commendabilis et si habeat ali-
quem defectum forte multos pro-
fectus et ideo racione eorum que
habet supportandus est in hiis
que minus habet. Istam
consideracionem nos docet Apoc.
sardo volens enim dominus episcopum
Ecclesie Sardis reprehendere in quodam
suo defectu quem habebat ait
Habeo adversum te pauca quia
caritatem tuam primam reliqui-
sti. Sed tamen statim subdit
quoddam bonum quod habebat dicens.
Sed hoc habes bonum quia odisti
facta Nicolaitarum que et ego
odi. Ecce dominus postquam posuit
illud in quo erat reprehensibilis
statim posuit seu subiunxit
illud in quo erat commendabilis
ad innuendum quod si aliquis est
aliquem reprehendendus si ille
habet aliquid bonum est supportandus.
Secundum idem similiter ostendit dominus
Apoc. iii° ubi ponit primo
quoddam in quo episcopus Sardis
erat reprehensibilis dicens Non
invenio opera tua plena coram
deo meo. Et statim subiungit
quoddam in quo erat commen-
dabilis dicens. Sed habeo pauca nomina
in Sardis qui non coinquinaverunt
vestimenta sua et ambulant mecum in
albis quia digni sunt. Si vero quis
omnino videtur esse malus nec
aliquid esse bonum habere quod sit
tollerandus, tunc debet quilibet
transire ad quintam consideracionem
et cogitare quod iste qui
sic modo videtur malus forte
in conspectu dei est sibi in multo
preferendus. Et ponit exemplum
Greg. in Stephano et Paulo
Paulus cum Stephanus lapidaretur
consenciente et adiuvante Pau-
lo. Tunc Stephanus omnino
bonus, Paulus autem videba-
tur malus esse et tamen in conspectu
dei Paulus erat in Stephano
et in multo et in premio prepone-
dus. Quanto ipsi prelati debent

iudicare secundum maturitatem et ideo
acceperunt clavem discrecionis /
Unde 2° sunt aut mature et di-
screte iudicant quando ponderant id
quod dicitur Daniel 5° ponderavit
appendit et divisit / Debent na-
que culpas iudicare i. ipsas multum
inquirere et respicere ut nullatenus
sed peccant indiscussam / deinde
culpas inquisitas debent in statera
sui iudicii appendere et ponderare
ut sciant que culpe sunt graves
que leves que mediocres / Postea
debent culpas sic examinatas
et sic ponderatas dividere i. divise
ipsas punire Non enim omnes cul-
pe equaliter et simul sunt pu-
niende sed diversimode possunt feri-
ende ut sed graves graviter leves
leviter mediocres mediocriter
puniantur Ista tria tangit Gregorius
super Ezechielem de planta pedis quod
planta pedis vituli i. mature
incedens fortis et divisa quia
unusquisque predicator et venera-
cionis debet in maturitate et for-
titudine in operacione et divisione
ungule in discrecione ex quibus
verbis habetur quod quilibet prelatus debet
esse districtus maturus et fortis /
districtus in districta culparum ex-
aminacione maturus in matura
culparum ponderacione / fortis in
potenti culparum punicione / Tercio
prelati debent iudicare secundum
equitatem et ideo acceperunt
clavem temperancie Non enim de-
bent iudicare secundum severam
iusticiam nec secundum remissam le-
nitudinem equitatis censuram
tamen secundum Tullium equitas est
iusticia dulcore misericordie
temperata De qua temperamento
dicit Gregorius Miscenda est lenitas

cum severitate faciendum est quod-
dam quoddam temperamentum ut neque
nimia asperitate exulcerentur subditi
neque nimia lenitate solvantur
Idem exponens verbum illud psalmi
Virga tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt (ait virga percutimur
baculo sustentamur Si est districcio
virge que feriat et consolacio baculi
que sustentet Istud autem temperamen-
tum ex tribus consistit scilicet ex dulce-
dine lenitatis / ex rigore severitatis
ex virtute discrecionis Siquidem est
lenitas temperat severitatem / severitas
acuat lenitatem / discrecio autem
ordinat utramque veritatem Ista
tria signantur per illa tria quo erant
in archam moysi iam sicut
dicitur Hebr. 12 Ibi erat manna
virga moysi et tabule in quibus
scripta erat sapiencia dei scilicet precepta
et mandata vite Secunda igitur
spiritualis est prelatus in quo debet
esse manna i. pietatis quo ad
bonos / virga i. rigor severitatis
quo ad duros / et tabula i. virtus
discrecionis quo ad omnes / Quarto
debent prelati iudicare secundum iuris
ordinem / et ideo acceperunt cla-
vem iusticie Iste autem ordo iuris
dupliciter ponitur in evangelio Mathei
ponitur enim dicitur Mathei 25 Tunc
dicet rex hiis qui a sinistris
eius erunt Esurivi et non dedi-
stis michi manducare / sitivi
et non dedistis michi bibere etc.
In quibus verbis instruuntur iudices
causarum et aliorum qualiter in ipsis
iudiciis procedere debeant Ipse namque
iudex omnium primo causam dili-
genter examinat cum dicit Esurivi
et non dedistis etc. Sic et ipsi debent
causam diligenter examinare iuxta
illud Job 29 Causam quam

nesciebam diligentissime investigabam. Job 29. Prolixe indicare sive faciem i. sive causae suspicionem. Eccl. cum contingit quod causa in prima sua facie videtur iusta, quando autem discutitur et examinatur apparet iniusta. Ideo examinatam ponderat cum dicit: Amen dico vobis quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Ecce quam mirabiliter ponderavit quia ea quae pauperibus non sunt facta sibi reputat denegata. Sic et prelati debent causam ponderare. Non enim statim post examinationem causae sententia ferenda, sed examinanda sunt merita et multa personarum et causarum ut sciatur qualiter possint remunerari vel puniantur. Sed multi sunt qui habent stateram dolosam et mendacem, qui ponderant ea quae essent alleviandae et alleviant ea quae essent ponderanda. Vel etiam qui de aliquibus gravia statim credunt et aliquibus nec etiam levia credere volunt. Cum enim dicat Gregorius: Maiora et tarde credenda sunt cum audiuntur et citius punienda cum veraciter agnoscuntur. De tali statera mendaci et dolosa dicitur Prov. 20: Statera dolosa abominabilis est apud deum. Pondus et pondus... mendaces filii hominum in stateris. Tertio causam examinatam et ponderatam sententiat dicens: Discedite a me maledicti in ignem eternum. Eccl. 19. pro malis amicitiam sinistris quia unam dixerit pro bonis aliam proferet contra malos. Quarto tamen sententiam contra malos executioni mandabit quod notatur cum dicitur:

ibunt in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam. Secundus ordo notatur Matth. 18 ubi dicitur: Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Et si audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem non audierit, adhibe tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit, dic ecclesiae. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Ex quibus igitur verbis ostenditur quod delinquentes primo sunt admonendi cum amore, cum dicit: vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Iste igitur modus correctionis est modus caritatis, benevolentiae et amoris. Quod si admoniti neglexerint corrigi, tunc sunt convincendi cum ratione. Et hoc notatur cum dicitur: Si te non audierit, adhibe tecum unum vel duos, scilicet testes etc. Per testes enim et alias probationes convincendi sunt qui caritatis admonitionibus corrigi nolunt. Ysidorus: Qui blando sermone correptus non emendatur, necesse est ut acrius puniatur. Cum dolore enim abscindenda sunt quae leniter curari non possunt. Quod si convicti adhuc se non emendaverint, tunc sunt coercendi cum timore. Quod notatur cum dicitur: Dic ecclesiae, i. prelatis ecclesiae, qui debent tales coercere poenis, minis et verberibus necnon flagellis. Quod si poenas et minas non timent, tunc tamquam membra putrida sunt ab ecclesia praecidendi cum verecundia et rubore, quia sunt excommunicandi et ab ecclesia separandi. Quod

12

notatur cum dicitur si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus etc. Sequitur

Sermo de commemoratione sancti Pauli et cetera

Bonum certamen certavi cursum consummavi fidem servavi de reliquo reposita est michi corona iustitie quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Ad Thimotheum 4. Ut aliqua pugna sit perfecta debet ibi esse causa, constancia, i. sapientia et victoria. Causa debet ibi esse cum perseverantia requirit triumphum. Ista quatuor in pugna sua beatus Paulus habuit que in verbis premissis notantur. Habuit enim causam iustam cum dixit bonum certamen certavi. Ille enim bonum certamen certat qui pro iustitia certat. Habuit perseverantem constanciam cum dicitur consummavi. Habuit modum sapientem cum dicitur fidem servavi. Ille enim sapienter certat qui nichil obmittit de contingentibus quod est sapientie. Habuit victoriam triumphalem cum dicitur de reliquo reposita est michi corona iustitie etc. Ista quatuor licet fuit in quolibet conflictu certamine quem Paulus in tota vita sua habuit, videamus tamen precipue qualiter in ultimo suo certamine i. in sua passione fuerit qua hodie sollempniter celebramus. Ibi igitur causa fuit iusta et multiplex. Cum de causa sustinuit passionem primo ex eo quod Cristum deum esse dicebat. Legitur enim Roma omnia ydola pro diis suscepit, Cristum tamen pro deo suscipere

pro deo recusavit. Et hoc ex eo quod auctoritatem senatus deificatus non fuit. Tum ex eo quod Cristus despectum mundi predicabat et ipsi Romani avari et ambiciosi erant. Tum quia Cristum dicebat esse inimicum et superbum. Tum ex eo quod nullum deum alium volebat habere consortem. Tum ex eo quia Cristus omnium deorum culturam evacuabat per quos rempublicam dirigi credebant. Quia ergo Paulus Cristum deum constantissime predicabat, ideo morti adiudicatus fuit. Secunda causa est quia veritatem asserebat veram cum dicit Cristum ad iudicium esse venturum et mundum per ignem esse resolvendum, unde ipsum capite truncari iussit. Docuit autem veritatem vite iustitie et doctrine. Ad Thitum 2o Sobrie quo ad veritatem vite, iuste quo ad veritatem iustitie, et pie quo ad veritatem doctrine vivamus in hoc seculo. Tercia causa est quia ipsum cupiebat [illegible] dicitur in legenda: Et nos tu nos audisse quod milites suos querit cum cupis et [illegible] faciat. Convertebat autem eos verbis et exemplis et miraculis. Ro 15 Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit Cristus verbo exempla [illegible] in obedientiam gentium verbo et factis [illegible] salutifera in virtute signorum et prodigiorum [illegible] signa coruscantia. Quarta causa est ex eo quod Simonem magum nigromanticum superavit et in celum volantem de aere deici fecit. Sancti enim vi in celum ascendere possunt quia habent alas per humilitatem quas habent

sublevare Luc. 18 Cum se humi-
liat exaltabitur et celestem con-
versacionem que est in celis collocat
ph. 3° Nostra conversatio in celis
est De ystis duabus alis dicitur
Apoc. 12 Date sunt mulieri
due ale / Sunt etiam plumis ves-
titi et ideo volare possunt pro ut
ysaie 40 Qui sperant in domino
mutabunt fortitudinem assument
pennas sicut aquile current et
non laborabunt ambulabunt et
non deficient ferimur in flatu spiritus
sancti Eze. 1 Ubi non erat im-
petus spiritus illuc gradiebantur
3 Reg. 19 Post ignem sibi-
lus aure tenuis Mercurio autem Sy-
mon magus deceptus est quia
non habebat alas cum esset su-
perbus et carnis infirmus nec
habebat plumas cum esset vi-
ciis plenus / nec habebat spiritum
sanctum regentem sed spiritum ma-
lignum tamquam turbinem impellen-
tem Secundo in pugna sua habet
perseverantiam et constanciam
Non enim potuit a mundi adversi-
tatibus frangi Ro. 8 Certus sum
quia nec mors nec vita nec
angeli nec principatus nec principa-
tus etc. / potuerunt me separare
a caritate dei nec potuit per a-
carnis delectationibus allici 1
Cor. 9 Castigo corpus meum
et in servitutem redigo nec po-
tuit a dyaboli fraudulenciis
decipi 2 Cor. 2° Non enim
ignoramus cogitationes eius / Ad-
versus dicitur Ephe. 6 Non est nobis
colluctatio adversus carnem et
sanguinem sed quo ad
carnis delectationem sed adversus
principes et potestates quo ad tem-
ptationes persecutionis Contra spi-
ritualia nequicie in celestibus
quo ad demonum deceptionem / Tercio
in pugnando habuit modum sapi-
entem Iste autem modus attenditur
ante mortem in morte et post
mortem / Ante mortem quid-
quid domini debet decolari et ad
orientem sequi affectari quia pa-
triam celestem inquirit quod
tamen caput est et esse sibi requi-
rit apparet / Deinde deo re-
commendavit In manus tuas
domine commendo spiritum meum
ut ab insidiis dyaboli dyabo-
licis tutus esset et in celis acceptus
cum deduceret Sapie. 3° Iusto-
rum anime in manu dei sunt
Deinde faciem sibi velavit
ut totam intencionem ad in-
teriora traheret ut in hoc castus
humilis esset ut se mundum ma-
nifestare despiceret Secundo iste mo-
dus attenditur in morte Caput
enim eius evulsum tres saltus
dedit in quorum saltu fontem
aque vive aperuit qui fontes
usque hodie in loco illo perse-
verant / Paulus quidem in vita
tres saltus fecit unum quo saltavit
a synagoga ad ecclesiam et tunc
comparuit i. manifestavit factus
sum quia in sua conversione magna
dei vis monstrata est 2 Tym.
Qui prius fuit blasphemus et per-
secutor et contumeliosus sed
misericordiam consecutus sum quia ig-
norans feci in incredulitate / Aliud
quo saltavit de mundo in celum
de quo dicitur 2 Cor. 2° Scio
hominem raptum usque ad ter-
cium celum et etiam Et tunc aperuit
fontem sapientie tunc enim sapienciam
in celo hausit quam post modum
habundanter effudit // Tertium quo
saltavit discurrendo per mundum

et tunc apparuit fontem doctrine quia totum mundum spirituali doctrina repleuit ps. 17 ab ortu per circuitum usque ad extremitatem repleui evangelium cristi. Tunc etiam cristus ipsius post mortem linguam eius pluries extra vocem inspiravit nomen cristi ipsum protulit nimia scilicet cordis iocunditate exundatus, nimia dulcedine affectus, nimia iubilatione armonica prouocatus. Tunc etiam de eius corpore quatuor emanaverunt scilicet unda lactis propter eius puritatem, unda sanguinis propter martirii acerbitatem, splendor lucis propter ipsius cognitionem pollentem, flagrancia odoris propter famam redolentem. Tercio considerantur modo iste post mortem aliquando ad commendandum obstinatos sicut apparuit dionisio et constantino, aliquando ad reducendum desperatos sicut apparuit homini suspendere se volenti, aliquando ad cuitendum malos sicut apparuit constantino ut refert Gregorius Turonensis. Super caput etiam eius detruncatum splendor emicuit ad significandum quia plenius lumine scientie sapientie et scientie multitudine fuit ipsum caput corpori se coniunxit. Non enim conveniens erat ut corpus eius sine capite esset cum ipse cristo capiti semper fuit coniunctus a quo recipiebat sensum fidei, rectitudinem celestis sapientie et dilectionis sine a quo etiam recipiebat motum operationis, motum perfectionis et motum fervoris. Quarto in sua pugna consequitur victoriam triumphalem et iste triumphus quem ex eius passione percepit attenditur quo ad deum, quo ad seipsum

et quo ad nos. Primo quo ad deum est eius glorificatio. Phil. primo Magnificabitur cristus in corpore meo siue per vitam siue per mortem. Quo ad seipsum suorum desideriorum consummatio. Phil. primo desiderium habens dissolui et esse cum cristo multo magis melius. Sue corone acquisitio unde dictum est supra de lingua reposita est michi corona iusticie et salutis eterne lucratio. Phil. 1o Michi vivere cristus est et mori lucrum. Quo ad nos animarum nostrarum saluatio. 2 Cor. 12 libentissime impendam et super impendar ego ipse pro animabus vestris. Vestre cum deo reconciliatio. Phil. 2o Sed et si immolor super sacrificium et obsequium fidei vestre gaudeo et congratulor omnibus vobis. Et suorum meritorum apud deum potens auxiliatio. Dicitur enim Act. 19 quod afferebant sudaria et semicincta pauli super infirmos et sanabantur. Secundum Urbanum semicincta sunt vestes ex uno latere deponentes sive zone sive vestes nocturne vel genus sudarii quo citius utuntur. Quantum nunc valent apud deum eius orationes, si tantum potuit eius zona. Quantum nunc apud deum potuit eius beata anima, si tantum valebant eius vestes nocturne. Quantum nunc apud deum eius valent orationes devote, si tantum valebat eius sudaria. Quantum apud deum valent eius merita gloriosa, si tanta virtute tunc fuit in curatione corporum quantum nunc sit in mundatione animarum. Respondendum est autem quod passiones istorum apostolorum in aliquibus conveniunt et in aliquibus differunt. Conveniunt

quidem eodem die in eadem urbe et sub uno tyranno passi sunt quod quidem a mysterio non vacat. Voluit quidem deus ut eodem die paterentur ut sicut habuerunt unam animam per amorem sic eodem die reciperent eternam remuneracionem Et sicut ad celum capud suspirabant sic ad ipsum in simul pervenirent Denique unus sine alio vive non reputasset vitam sed mortem amaram Voluit eciam deus ut in eadem urbe paterentur ut sicut roma olim erat caput orbis sic fieret caput regni celestis ex eo quod corpus possidet eius qui accepit claves regni celorum et illius qui raptus est usque ad tercium celum Conveniens eciam fuit ut qui iuncti erant in vita per dileccionem non dividerent in passione Coniuncti ergo sunt in vita in morte et post mortem per eternam remuneracionem quia et eorum capita simul custodiuntur et eorum ossa invicem conservantur et eorum anime in simul beatificantur Passi sunt eciam sub eodem tyranno scilicet nerone qui ob sevicia et crudelitate superavit ut sic eius crudelitas utrumque redderet clariorem In duobus autem non convenerunt scilicet nec in genere passionis nec in loco Petrus fuit crucifixus quia sibi a domino specialiter fuit promissum tamen dixit iohannis ultimo Sequere me paulus non tamen eius romanus nobiliori morte scilicet cum truncacione capitis fuit punitus Dionysius in epistola pauli de morte pauli Cuius non fuit illa hora quando preceptum finem consumatum est ut petrus et paulus decollaretur quibus autem rome passi fuerint merentur tamen in eodem loco passi fuerunt unde dicit dionysius ibidem Cum autem elongassent eos ab invicem scutiferi summum magistrum meum quia non erant in eadem via occiderunt eos unde ad abinvicem separarentur mutuo se salutaverunt sicut ait dionysius in epistola verba reverende ante terribilem consumacionem ipsorum cum separarentur abinvicem ligaverunt columpnas mundi non utique absque fratrum gemitu et ploratu Vade inquit paulus petro pax tecum fundamentum ecclesiarum et pastor ovium et agnorum Christi petrus ad paulum vade in pace predicator bonorum mediator et dux salutis iustorum

Sermo secundus de eodem etc.

Cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris mee et vocavit per gratiam suam ut revelaret filium suum in me ut evangelizarem illum in gentibus continuo non acquievi carni et sanguini Galatas 1o capitulo. Apostolus non fuit ingratus in se beneficii recognovit quod est quia deus ipsum de utero matris sue eduxit cum tamen multi abortiant ut qui in ipso utero materno paciuntur abortum cum dicit Cum autem placuit ei qui me segregavit de utero matris mee sed parum profuisset ut esset nascitur per naturam nisi iustificaretur per gratiam et ideo ponit secundum effectum quia scilicet ipsum per gratiam suam vocavit eciam dicit Et vocavit me per gratiam suam sed non sufficit quod homo habeat tamen gratiam dei pro qua sit amicus dei nisi eciam habeat dei sapienciam

per qua sit aliis fructiferus
et ideo ponit tercium effectum divine
miseracionis quia scilicet ipsam di-
vinam sapienciam edocuit cum dicit
ut revelaret filium suum in me
sed quia multi sunt qui per-
cipiunt a deo sapienciam sed tamen
ipsam abscondunt nec aliis co-
municare volunt ideo ponit
quartum effectum quia scilicet ut ipsum
ewangelizarem in gentibus
et predicacionem sue sapiencie me
fecit tunc dicit ut ewange-
lizarem illum in gentibus
quia uero sunt multi quibus
deus multa beneficia sue
miseracionis impendit ipsi
tamen sunt pigri et tardi ad o-
bediendum ideo ponit quintum
effectum quia scilicet de voluntate
velociter obedivit cum dicit Conti-
nuo non acquievi carni et sang-
wini Primo igitur recognoscit effe-
ctum divine miseracionis quod de
utero matris ipsum eduxit cum
enim dicit placuit ei qui me
segregavit de utero matris mee
Circa quod notandum quod est tri-
quintuplex uterus primus est
uterus matris generalis scilicet terre
Secundus est uterus matris carna-
lis scilicet matris proprie de quibus du-
plicibus matribus utero dicitur Eccl. 40
Grave iugum super filios Adam
a die exitus de ventre matris
eorum usque ad diem sepulture
in matrem omnium / de quo eciam
duplici matris utero dicitur Job 1
Nudus egressus sum de utero
matris mee et nudus revertar
illuc Tercius est uterus matris
figuralis scilicet synagoge que cum
velud noverca corona spinea co-
ronavit de qua dicitur Cant. 3
Egredimini filie syon et videte
regem Salomonem in diadema-

te quo coronavit eum mater sua
Quartus est uterus matris spiritualis
scilicet militantis ecclesie que quidem
erat sterilis sed nunc filiorum
fecunditate letatur per omnia Quia habitare
facit sterilem in domo matrem
filiorum letantem Quintus est uterus
matris celestis scilicet uterus ecclesie
triumphantis de qua dicitur Galatas
4o Illa autem que sursum est Jerusalem
que est mater nostra libera est Beatus
igitur paulus fuit in quadruplici
utero a quo fuit per divinam graciam
segregatus / Primo namque fuit in
utero matris carnalis sed ex isto
utero deus ipsum segregavit quando
ipsum ad lucem eduxit / ubi a
domino quatuor beneficia recepit
que alii parvuli recipiunt que
notantur in primo unum quod in corpore
et anima utilitate sua divinitas ipsum
creavit Ideo dicitur de ventre
matris mee deus meus es tu
et Aliud quod angelum deputavit
per quem eum protegit et defendit
ideo dicitur In te confirmatus sum ex
utero de ventre matris mee / tu
es protector meus Aliud quod de
utero matris ipsum salvum fecit et
vivum eduxit ideo dicitur Quoniam tu
es qui extraxisti me de ventre
matris mee Aliud quod per baptis-
mum culpam in ipso remisit et graciam
infudit per quam spem concepit obti-
nende salutis / ideo / subditur
Spes mea ab uberibus matris mee
Sed quam paulus exivit de utero
matris carnalis intravit in uterum
matris figuralis i. synagoge sed
ab utero istius matris deus ipsum
segregavit quando ipsum ad fidem con-
vertit / et ista segregacio figurata
est in Beniamin Rachel enim

mortua est in partu eius. Ideo
vocavit eum filium doloris. Pater
vero Jacob vocavit eum filium
dextre. // Ex surgente persecutione sy-
nagoga mortem spiritualem incurrit
et multam sterilitatem sensit. Sed deus
pater valde gratiosus filium dextre
ipsum vocavit cum dixit Act. ix. Va-
de quia vas electionis michi
est iste. / Postquam paulus venit de
utero matris figuralis intravit in
uterum matris spiritualis i. militantis
ecclesie in quo tamen diu permansit
quamdiu in hoc mundo post conversionem
vixit. Sunt tamen quidam filii dege-
neres qui sicut filii Rebecce in utero
luctabantur sicut heretici qui more
viperarum unitatem ecclesie diversorum
errorum in missione lacerare non
desinunt de quibus dicitur Matth. iii.
Progenies viperarum quis demonstra-
vit vobis fugere a ventura ira. Alii
sunt qui in isto utero alterantur
sicut legitur de Jacob et Esau
Gen. xxv. Collidebantur parvuli
in utero eius. Tales sunt prela-
ti ambitiosi qui tamquam duo par-
vuli cotidie mediatius alterantur.
Ideo dixit Rebecca Si sic futurum
erat melius erat non concipere.
Melius enim esset ut tales prelati
ambitiosi nunquam sicut cum ec-
clesiam spiritualem cotidianis
malis alterare student. Alii sunt
qui in isto utero abortivum pa-
tiuntur sicut illi qui in peccato mortali
de quibus dicitur Ysaie xxxvii. Ve-
nerunt filii usque ad partum et
virtus non erat pariendi. Ab utero
istius matris deus parvulum
vocavit in uterum matris ge-
neralis scilicet terre cum per mortem
animam eius a corpore separavit
et tunc corpus intravit in
uterum matris generalis scilicet terre
et anima in uterum matris celestis
scilicet ierusalem superne. De utero autem
prime matris scilicet terre deus corpus
eius separabit quando dicet Sur-
gite mortui venite ad iudicium.
Johannis v. Omnes qui in monu-
mentis sunt audient vocem
filii dei et qui audierint vivent
seu vivent. De utero secunde matris
scilicet celestis animam quodammodo sepa-
rabit cum ipsa coniuncta corpus suum
ingredietur ut totus homo beati-
ficetur. // Secundus effectus divine
misericordie est quod ipsum per
gratiam vocavit cum dicitur et vo-
cavit per gratiam suam. Sed tamen
vocatio in multis dissimilis
fuit a vocatione aliorum apostolorum
primo quia post ascensionem qui vocavit
cum ceteros cum apostolos vocavit
cristus conversans in carne misit.
Secundo autem conspicuus in doctrina
patrie celestis et ideo paulus ponitur
in bulla papali a dextris
petrus vero a sinistris quia eum
per doctrinam vita beata per
sinistram vita presens significatur.
Dicit apostolus v. Longitudo dierum
in dextera eius et in sinistra
illius divitie et gloria. In vita
quidem beata deus dat eternitatem.
In presenti autem vita dat donorum
et gratiarum multiplicitatem. Poterat
igitur cum apostolus dicere illud
Cantic. 2 Leva eius sub ca-
pite meo et dextera illius im-
plevit me. Quamdiu cum cristo
cum apostolis fuit erat leva
sua eos sub capite sustenta-
bant eius manu ductione et
dulci instructione. // Paulus vero
dextera amplexatus fuit quia
subito ipsum circumfulsit et divina
sapientia implevit. // Secundo quia

consideratione loci de quo vo-
cavit. Ceteros enim vocavit de mun-
do, hunc autem vocavit de celo
postquam dominus de celo in terram appa-
ruit. Ideo autem Christus Paulum vo-
cavit de celo ad innuendum quod
totus debeat angelicus totus
celestis imago et similitudo
deitatis et sicut deformes omnes
nos deliquit. // Tertio consideratione
status a quo vocavit. Petrum
enim vocavit piscantem, ut Pe-
trum, nec retia reficientem
ut Jacobum et Johannem, nec
lucris inhiantem ut Matheum,
sed ardentem, murmurantem, per-
sequentem. // Persequebatur enim
sanctos ardenti desiderio, unde
dicitur: spirans minarum et
cedis in discipulis domini pra-
vo studio, quia accessit ad princi-
pem sacerdotum, presumptuoso consilio,
quia petiit literas, sollicito
ministerio, quia cum literis contin-
git ut appropinquaret Dama-
sco. // Quarto ex consideratione
modi quo vocavit. Ceteros
quidem vocavit solo verbo dicens:
venite post me etc. Hunc
vocavit per lucem coruscantem
et illuminantem eius superbiam,
per vocem obiurgantem et
frangentem eius duritiam.
Quinto ex consideratione sapientie
ad quam vocavit. Ceteros quidem
vocavit simplices et docuit in
scola celesti. Hic scilicet in tertium celum
raptus fuit. Tertius effectus
divine miserationis est quod ipsam
sapientiam divinam edocuit, unde
dicit: ut revelaret filium suum
in me. Istam divinam sapientiam
a quibus magistris quos habuit

et in quibus scolis in quibus ipse
studuit. Primo namque eruditus
est a Moyse, id est a doctoribus
legis Moysi. Act. 22. Eruditus
secus pedes Gamalielis iuxta
veritatem paterne legis. Ad Gal.
1o. Notum vobis facio evangelium
quod evangelizatum est a me
quia non est secundum hominem, nec enim
ab homine accepi illud nec didici
sed per revelationem Jhesu Christi. Et
in ista scola factus est apostolus, unde
ille ait Gala. 1o. Paulus apostolus
non ab hominibus neque per hominem
sed per Jhesum Christum. // Tertio erudi-
tus est a spiritu sancto. Prima Cor. 2.
Nobis autem revelavit deus per spiritum
sanctum. Et in ~~illa~~ ista scola factus
est legatus dei. Act. 13. Dixit
spiritus sanctus: segregate michi
Paulum et Barnabam in opus
ad quod assumpsi eos. // Quarto
eruditus est a patre, unde
dictum est supra: ut revelaret
in me filium ~~ipsum~~ suum, et in ista
scola factus est [illegible] dei. Unde
subdit: ut evangelizarem
illum in gentibus. // Quinto e-
ruditus est a sancta trinitate. 2
Cor. 12. Scio hominem in Christo
etc. raptum usque ad tertium celum,
et primum sit celum materiale, secundum
celum sit intellectuale sive an-
gelica natura. // Tertium sit celum super-
substantiale, scilicet divina essentia. Et in ista
scola factus est secretarius dei,
unde subdit: et audivit archa-
na verba que non licet homini loqui.
Quartus effectus divine miserationis
est quod ipsum evangelizatorem et
predicatorem sue sapientie in gentibus
fecit, unde dicit: ut evangelizarem

ipm in gentibus Erant enim tunc duo apli scz iudaicus et gentilis apostolus autem gentilis ad docendum accepit et ideo aplus gentium est appellatus In gentibus enim erat maior pars quia ibi erant reges et imperatores principes et tyranni Maior sapiencia mundana quia ibi erant phi / maior eloquencia quia ibi erant rethores et oratores / maior habundancia viciorum quia omnibus viciis et flagiciis vacabant maior varietas errorum quia omnes ydolorum culture serviebant Innuit igitur cum dicit ut ewangelizarem illum in gentibus ostendit quod pugnaturus erat contra potenciam thyrannorum / contra sapienciam phorum / contra eloquenciam rethorum / contra multiplicitatem viciorum / contra varietatem errorum / sed contra ista quinque contraria accepit a deo quinque adiutoria Primum contra tyrannorum potenciam accepit virtutem magnam et constanciam unde dicitur Actuum 23° Sequenti nocte assistens ei dominus ait Constans esto paule sicut enim testificatus es de me in ierusalem sic eciam te oportet de me et rome testificari Cris Tyrannos spirantes furorem quasdam crudelitates estimabat mortem ut atque cruciatus et mille supplicia quasi ludum putabat esse puerorum dum pro cristo aliquid sustineret Contra phorum sapiam accepit simplicitatem ewangelicam doctrinam unde ipse dicit I Cor 2° Non enim iudicavi me aliquid scire

nisi vos nisi cristum ihm et hunc crucifixum Contra rethorum eloquenciam accepit facundiam virtuosam unde I Cor 2 Non enim Sermo meus et predicatio mea non persuasibilibus humane sapie verbis sed in ostensione spus et virtutis Ibidem loquimur non in doctis humane sapie verbis sed in doctrina spus Contra multiplicitatem viciorum accepit plenitudinem omnium graciarum Contra luxuriam apponebat virginitate xpc quia et ipse dicebat I Cor vii° Volo autem omnes homines esse sicut me ipm Contra gulam apponebat sobrietatem xpc quam dicebat phil iiii° quarto Ubique et in omnibus institutus sum et saciare et esurire et habundare et penuriam pati Prima Thym vi° habentes autem alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus Contra avariciam apponebat contemptum mundi et paupertatem xpc quam dicebat ii Cor vi° Tamquam nil habentes et omnia possidentes I Cor iiii° usque adhuc omnia esurimus et sitimus Item phil iii° Que michi fuerunt lucra hec arbitratus sum ut stercora ut cristum lucri faciam Contra tristiciam apponebat spualem hylaritatem de qua dicebat Ro v° Gloriamur in spe filiorum dei 2 Cor 1° Hoc est testimonium consciencie nostre Contra iram et impacienciam opponebat benignitatem xpc quia dicebat prima Cor decimo

Sine offensione estote iudeis et gentibus et ecclesie dei sicut et ego per omnia in omnibus placeo non querens quod mihi utile est sed quod multis ut salvi fiant. Contra invidiam opponebat fraternam caritatem de qua dicebat Ro v Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Contra vanam gloriam opponebat sui contemptum et humilitatem ut quando dicebat i Cor xv Ego enim sum minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus. Habebat etiam gentiles errorem dubietatem. Contra quam apostolus accepit fidei et scripture veritatem. Veritatem enim fidei asserebat seu asserebat sicut patet Act xvii Viri athenienses per omnia quasi superstitiosos vos video. Preteriens enim et videns simulachra vestra inveni et aram in qua scriptum erat ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis hoc ego annuntio vobis. Aliter effectus divine inspirationis est quod eum sibi promptius obedire fecit. Quod notatur cum dicitur Continuo non acquievi carni et sanguini i. amori propinquitatis sed potius amori et revelationi deitatis. Hoc autem quod dicit continuo non acquievi multipliciter accipi potest. Obediunt enim divine inspirationi continuo i. sine contradictione quod est contra duros et repugnantes. Unde statim dixit Act ix Domine quid me vis facere. Ysaie l° Dominus deus aperuit mihi

ego autem non contradico retrorsum non abii. Sed de multis potest dici illud Act vii Dura cervice et incircumcisi cordibus et auribus semper spiritui sancto resistitis. Job xxiv Ipsi fuerunt rebelles lumini vel continuo i. sine deliberatione quod est contra [illegible] et multa consilia requirentes. Cum enim Christus sibi dixit Surge et ingredere civitatem etc. non deliberavit nec consilia requisivit sed continuo obedivit. [illegible] consulit qui non novit quod inimici hominis domestici eius. Talis erat qui dicebat Luc ix Domine permitte me primum ire et sepellire patrem meum etc. Contra tales dicitur Ysaie viii Cum dixerint ad vos querite a phitonibus [illegible] numquid non populus a deo suo requiret visionem pro vivis et mortuis ad legem magnam et ad testimonium. Isti enim qui religionem intrare volunt non debent consilium petere a simulatoribus et ypocritis. Tales sunt phitones quia animam suam suscitavit quando [illegible] apparuerunt sed in veritate mortui sunt non a timidis et qui de futuris divinare volunt dicentes quod talem penam sufferre non poterunt. Nec ab obloquutoribus qui de fratribus dei et viris religiosis [illegible] et traditionem perfecte non desinunt nec ab illis qui habent ventrem et nummum pro deo suo sicut sunt luxuriosi gulosi et avari sed debent petere consilium ab illis qui legem noverunt et testimonia prebuerunt vitali. Vel dicitur continuo i. sine dilatione et retardatione quia inducias non petiit

sed eadem hora abscidit quod est
contra procrastinantes contra quos dicitur
Prov. 3: Ne dicas amico tuo va-
de et revertere et cras dabo tibi
cum statim possis dare. Contra
tales dicitur Sophonie 1º: Corvus
cantabit in fenestra et corvus
in superliminari, vel dicitur contremuo i.
sine trepidatione quia intrepide
deo credidit quod est contra pusil-
lanimes de quibus dicitur Ysaie
35: Dicite pusillanimis confortami-
ni et nolite timere etc. Sequitur
sermo tertius de eodem etc.

Benedictionem omnium gentium
dedit illi Ecclesiastici 44. Deus
qui omnes sanctos in benedictio-
nibus dulcedinis prevenit qui
manum suam aperit et omnes sanctos
benedictionibus adimplet. Hic beato
paulo benedictionem omnium gentium
i. omnium sanctorum dedit non quidem
communiter cum ceteris sed excellenter
pre ceteris omnibus omnes benedictiones et
gratias quas ceteris aliis sanctis de-
dit particulariter beato paulo hoc
dedit universaliter et magis excel-
lenter sicut ostendit b. Crisostomus in
libro de laudibus pauli. Ostendit
ipsum habuisse omnes gratias et bene-
dictiones omnium sanctorum. Primo in generali,
deinde in speciali. In generali ostendit
dicens [illegible] [illegible] quadrivit
qui pratum et adam insignire [illegible]-
tum et paradisum spiritualem pauli
animam [illegible]. Nunc autem legitur
laudibus eius invenitur equalis
cum omnia que sunt in hominibus
[illegible] possidet et ea
cuncta plene et cumulate nec
solum hominum sed etiam quod amplius
est angelorum. Nec tamen ideo reti-
cemus quin potius pauca dicemus
etiam omnem [illegible] maiorem laudibus.

gentibus cum omnibus copiam
virtutis superat et magnitudo laudan-
ti sit quod unum multis est gloriosius
quam sepe multis. Ostendit hic
in speciali ipsum scilicet comparando primo
prefatis aliquibus sanctis veteris
testamenti et aliquibus sanctis
novi testamenti. Primo quidem
prefert ipsum comparando Abel qui de
a duobus commendatur scilicet quod deo
se sacrificium obtulit et quod inno-
cens a fratre occisus fuit. Quantum
ad primum paulus sibi prefertur. Ille
quidem de armentis fecit deo sacri-
ficium, iste vero deo obtulit seip-
sum. Et Abel obtulit sacrificium
et inde laudatur sed si pauli
hostiam adducamus in medium
quantum celum a terra superapparebit
sed quidem seipsum per singulos
dies ymolabat quia tamen ho-
stiam dupliciter offerebat unam
in corde alteram in corpore morti-
ficationem [illegible]. Ille obtulit
pecudes oves suorum gregum, iste
mundum obtulit universum. [illegible]
[illegible] [illegible] cum [illegible] offerebat
ut boves sed semetipsum dupli-
citer ymolabat nec his contentus
fuit sed etiam orbem universum
studuit offerre qui terram ac mare
grecam ac barbaricam omnem
que sub sole regionem quasi vola-
tus lustravit ac hominibus angelos
faciens cum immo ipsos homines
quasi ex demonibus in ange-
los convertens. Ille obtulit ho-
stiam suam gladio materiali
et super altare terreno. Iste autem
gladio spiritus sancti ymolavit et
super celeste altare. Quantum ad
secundum scilicet quod Abel a fratre innocen-
ter occisus fuit paulus sibi prefertur
quia ille occisus est a germano

cui nil mali fecerat iste vero
ab illis quibus innumera inesti=
mabilia beneficia contulerat
ille tantum semel est decapitatus iste
cottidie interfectus unde dicit
Sed abel dolo germani passus
occubuit / paulus ab hiis inter=
fectus est quos ab universis
malis cupiebat eruere Vos autem
in numeras tunc tibi ostendi
mortes tot utique sustinuit quot
etiam dies vixit / Tercio compa=
rando ipsum prefert noe ille quidem
commendatur de eo quod archam
ad preceptum dei composuit et in
diluvio semen humani generis
conservavit Sed quantum ad hoc
paulus superior invenitur ille
quidem fecit materialem archam iste
vero statim edificavit ecclesiam
ille edificavit archam de tabu=
lis iste edificavit ecclesiam
de hominibus ille liberavit de
diluvio seu a diluvio bestias
animantia et serpentes iste libe=
ravit a naufragio totum mundum
illius archa tantum in unum locum
est agitata istius archa per
totum mundum est dilatata ille
linivit archam sed istam spiritus sancti
crismate unde dicit idem Crisostomus
Noe se tantum in archa legitur salva=
sse cum liberis / Hic autem multo
seviori inundante diluvio
non archam coaptando compagi=
nibus tabularum / sed epistolas
componendo pro tabulis uni=
versum mundum periclitantem
e mediis fluctibus liberavit
Hec autem archa non uno loco con=
fertur que orbis terminos compre=
hendit nec bitumine aut pice sed
spiritu sancto cuius tabule sunt

perlinite ponit aliam differen=
tiam inter archam noe et archam pau=
li / archa cum noe bruta ani=
malia brutalitatem non abstulit
corvum et lupum recepit corvum
et lupum emisit nec corvo vo=
racitatem nec lupo ferocitatem
auferre potuit. Archa vero pauli
brutales homines in angelos
commutavit corvos miluos et acci=
pitres columbas fecit / lupos in
agnos convertit et feritate auferens
mansuetudinem spiritus introduxit
Unde ait / Hec archa pauli susci=
piens pene insensibilibus animalibus
stultiores imitatores effecit an=
gelorum / Hinc quoque nulla vincit
archam quia illa corvum recipiens
corvum rursum emisit et inclu=
dens lupum feritatem eius muta=
re non potuit Hec vero accipitres
miluosque suscipiens fecit colum=
bas et concludens omnem feri=
tatem mansuetudinem introdu=
xit spiritus / Tercio comparando ipsum
prefert abrahe qui super [illegible]
commendatur / primo quia patriam
et cognatos deseruit Sed in
hoc paulus ei prefertur ille quidem
deseruit unam suam paulus
mundum contempsit universum
ille contempsit terram iste propter
deum paratus erat deserere celum
et terram / ille deseruit secula=
rem propinquos suos paulus
sine cristi caritate noluit esse
socius angelorum unde ait idem
Crisostomus abraham mirantur
omnes quod ad dei preceptum patriam
atque cognatos reliquit Sed quo
paulo posset equari qui non modo
patriam parentes vel cognatos sed
ipsum quoque mundum reliquit

ymo etiam celum et celum celi et
insuper quod erat manibus omnibus christi
amore fruebatur cum hoc beatiorem
tuetis se putabat sine hoc non
dominatum vel principatum secundum
esse cupiebat // Secundo commendatur
Abraham quod filium fratris de suo pe-
riculo liberavit / sed in hoc pau-
lus ei prefertur Ille enim liberavit
fratris filium iste orbem totum ille
liberavit de manu unius hominis
iste de manu demonis Ille li-
beravit eum ab aliquibus periculis
iste tamen periculis et mortibus
unde dicit idem Crisostomus Abra-
ham in periculo se tradens ab
hostibus filium fratris eripuit at
paulus universum orbem de
ipsa dyaboli contrahens manu
innumerabilia pericula sustinuit et per
eius mortes magnam securita-
tem aliis comparavit Tercio commen-
datur Abraham de hoc quod fi-
lium suum voluit ymolare Sed
in hoc paulus ei prefertur Ille
ymolare voluit filium iste y-
molavit seipsum Ille tantum
semel filium suum offerre voluit
iste seipsum milleciens ymolavit
unde dicitur / Filium quod Abra-
ham voluit ymolare paulus
non seipsum millies ymolavit Quar-
to comparatur ipsi ysaac cui
quidem laudatur de hoc quod paciencie
puteos a se factos obrui pa-
ciebatur Sed in hoc paulus ei
prefertur Ille hostibus paciendo
cedebat paulus hostes ad celum
per benivolenciam trahebat
illius putei obrutum sustinebat
istius fons amplius emanabat
unde dicit idem Crisostomus

ysaac paciencia aliquis admi-
ratur cum puteos a se factos
obrui paciebatur at paulus non
puteos tantum lapidibus obru-
tos sed proprium corpus non sicut
ille cedebat sed etiam eos
a quibus paciebatur in celum vehere
studebat // Quanto enim plus ob-
ruebatur fons iste tanto erumpe-
bat magis ac plures ex se
fluvios effundebat seu effunde-
re mandabat / Quinto paulus comparatur
ipsi Jacob qui quidem
de tribus commendatur primo de
longanimitate quia per septem
annis pro sponsa servivit Sed
in hoc ei paulus prefertur quia
totum tempus vite sue pro sponsa
christi expendit // Secundo commendatur
de paciencia in adversitate sed
quantum ad hoc paulus prefertur ei
Ille enim die nocteque estu et
gelu urebatur iste non temptatio-
nes et persecutiones innumeras
paciebatur // Tercio commendatur de
fortitudine et magnitudine scilicet
quantum ad hoc paulus ei prefertur
Ille enim tam fortis erat ut cap-
tas oves eruerit de manu lupi
iste non captas animas eripiebat
de faucibus dyaboli unde ait idem
Crisostomus de longanimitate atque pa-
ciencia Jacob
Vitatur et que una nulla est
que pauli pacienciam possit imi-
tare / Nam cum septem annos
sed tempus vite servitium pro sponsa
sustulit christi non adustus solum
estu diei et noctis gelu sed temp-
tationes mille perpetiens et nunc
quidem verberibus nunc vero lapidibus
cessus atque collisus et iterum

etiam vicijs confligens capitalis omnes que carnali sensibus abstrahebat se cristo ipsum comparando confertur Joseph cui quidem precipue de castitate et pudicicia commendatur Sed paulus maiori pudicicia viguit tum quia semetipsum crucifixerit tum quia omnia mundi pulchra feda reputavit / tum quia mundo mortuus est et mundus mortuus sibi fuit unde dicit Crisostomus Joseph pudicicie virtute decoratus est et ego vereor ne iam ridiculum sit Joseph circa paulum laudare qui semetipsum crucifigentes non solum humanorum corporum pulchritudines sed et omnia que videntur rebus clara et decora probabat Quemadmodum nos favillam cinerem et despicimus qui quasi mortuus est prorsus ad mortuum immobilis permanebat Septimo ipsum comparando confertur Job in quo quidem tria commendabilia fuerunt scilicet forte pugna / hospitalitas magna et paciencia firma / sed in hijs paulus ei confertur Nam in ipso fuit pugna forcior Ille enim pugnabat aliquibus mensibus Iste annis pluribus Ille testa saniem radebat Iste lapide fortior intra ora leonis pugnabat Ille a tribus amicis obprobria sustinebat Iste ab omnibus infidelibus persecucionem paciebatur unde ait idem Crisostomus Stupet Job omnes homines quia athleta mirabilis ac paulus non mensibus tum sed annis pluribus in agone perdurans tam clarus enituit non testam gerens saniem carnis radens sed in omnibus intollerabilibus ob

leonis frequenter intrans et pugnans adversus temptaciones immunctas omni erat lapide tollerancior qui non a tribus vel quatuor amicis sed a cunctis infidelibus etiam a fratribus obprobria sustinebat // Fuit secundo in Job hospitalitas magna sed maior in in paulo Ille enim pascebat corpora iterum moritura iste pascebat animas semper victuras Ille omnibus aperiebat domum suam Iste toto orbi aperiebat totam suam animam Ille erat liberalis de terrena substancia sua Iste de propria sua carne subdit Et illi erat magna hospitalitas et cura pauperum Sed quam ille curam impendebat carne debilibus hanc iste animis morbidis exhibebat Ille cuius omni advenienti aperiebat domum suam / iste animam universo patebat orbi Et ille quidem cum oves et boves haberet in nudos erat in pauperes liberalis / Hic vero nichil amplius suo corpore possidens de hoc sufficienter indigentibus ministrabat ut alibi commemorans necessitatibus inquit meis et hijs qui mecum erant ministraverunt manus iste / Fuit tercio in Job paciencia firma quia in magnis doloribus paciens et constans fuit Sed ista maior fuit in paulo Ille enim paciebatur ulcera et vermes in carne Iste autem paciebatur vulnera in corpore et sollicitudines et anxietates in corde et passiones et tribulaciones in mente unde subdit Sed et omnes utique vulnera senes secto Job infidebat

dolores Sed si pauli videat
famem catheciens pericula que co-
passus que a domesticis ab exte-
neis et a toto patiebatur orbe
sollicitudinem qua pro ecclesiis in-
firmorum qua pro scandalizatis si-
gulis per se ardebat videbis quod ani-
mo quod erat durior aere cuius et
ferro atque adamante infinitis
superabat Nec enim ipse corpore tan-
tum mente paulus sustinuit que
animi omnia molestior et singu-
lis quibusdam labentibus me-
stitia consumebat unde et longas
lacrimas ex eo fontibus non die-
bus solum sed etiam noctibus
affluebat / animo quoque mulieri parturi-
enti vehementius affligebatur
ipse quod dicebat filioli mei
quos iterum parturio Octavo ipsum
comparando profert moysi in quo
quidem tria commendabilia fuerunt
scilicet fuentis caritatis ingens ma-
gnanimitatis et multa laborio-
sitatis / Sed in his paulus prefertur
Ille enim tante fuit caritatis quod
volebat perire cum populo peccante
Ipse non solebat perire ut alii non
perirent unde ait idem Crisostomus Moy-
ses pro iudeorum salute elegit
deleri de libro paulus de celo
Moyses itaque cum ceteris se obtu-
lit perire paulus non pro ceteris
non enim cum pereuntibus perire voluit
sed ut salvarentur alii ipse de
gloria eternitate cupiebat excidere
Ille fuit magnanimus quia resi-
stebat furenti tyranno iste
resistebat dyabolo unde subdit
Et ille quidem pharaoni hic dyabolo
cottidie repugnabat Ille fuit
tam laboriosus quia tractabat
et laborabat pro una gente iste
pro toto orbe ille sudando iste san-
guine fundendo unde ait Ille pro

una gente iste pro universo or-
be certabat non sudore sed
sanguine // Nono ipsum comparando
profert iohanni baptiste Iohannes
cuius commendatur quantum ad situm iste
enim morabatur in deserto iste non
tanquam in sollitudine manebat
in mundo Ille quantum ad cibum
quia locustas et mel silvestre
edebat Ipse non ob predicandi stu-
dium in vilioribus contentus
erat Ille quantum ad zelum quia
herodem tyrannum arguebat iste
multos tyrannos corripiebat
Unde ait Iohannes in cibum locu-
stas et mel silvestre sumebat
Sed paulus ita in mundi strepitu
quemadmodum ille in here-
mo est quiete conversatus / Iohannes
quidem pastus est locustis ac
melle silvestri Multo autem
iste viliori victu contentus nec
necessario indigens cibo ser-
monis studio predicandi Unde
illius adversus herodiadem
apparuit magna constantia et
iste non unum vel duos vel tres
sed innumeros in simul populos
potestate corripuit immo longe
illo seviores tyrannos Decimo
comparat ipsum angelis In angelis
quidem quatuor commendabilia
reperiuntur scilicet velox obediencia / ca-
ritatis sufficiencia / contemplatio con-
tinua et fidelis custodia Et ista
simul omnia in paulo perfecte reperiuntur
In illis quidem est velox obedie-
ncia quia totum mundum percurrunt
paulus similiter totum mundum
percurrit unde ait Restat ut
paulus angelis comparetur in cus-
todiam magni sitit predicamus
qui cum omni cura deo obediunt

Quod david admirans dice-
bat potentes virtute facientes
verbum illius. Sed in paulo possumus
invenire quod velud ignis ac-
census totum terrarum percurrit orbem
predicando purgavit. Secundo et
tanquam pennatus totum discurrendo
per volavit orbem et velud
incorporeus labores et pericula
quecumque contempsit et quasi iam
celum possidens cuncta presen-
tia despexit et tanquam
cum ipsis iam incorporeis virtutibus
degens vigili mentis intentione
vigilavit. Secundo in angelis
est caritatis succensio que etiam
fuit in paulo. Unde quadre
non aliud seraphin in angelis
nominatur qui facit inquit ange-
los suos spiritus et ministros su-
os ignem urentem et sic-
ut enim missum in igne ferrum
totum effectum ignis efficitur sic
paulus caritate succensus
totus effectus est caritas qui
quasi communis totius mundi esset
pater ita in amore homines
ipsos imitabatur parentes immo su-
perabat non solum carnales verum
etiam spirituales sollicitudine ac
pietate superabat omnem paternam
affectionem omnes enim deo cupie-
bat. Quasi enim universum mundum
ipse genuisset sic omnes in dei
regnum festinabat inducere
corpus et animam pro eis quos
diligebat impendens et sicut
in stipulas aut fenum ignis
inmissus sic omnia demonum
opera igne vehementior pater-
nali lingwa consumpsit pauli
enim insonante lingwa et omni
igne vehementius incurrebant
cedebant omnia / omniaque fugerunt
et demonum cultus et tyrannorum
minis et domesticorum insidie ma-
gis aut sicut radiis solis orien-
tibus tenebre fugantur et adul-
teri ac furtis condunt et latrones
recedunt et homicide ad antra
fugiunt / omnia quoque lucida efficiuntur
et cuncta desuper radiis illustrantur
Sic ubique verbum seminante paulo
fugabatur error veritas quoque reve-
nebat adulteria et alia dictu
feda destruunt atque consumpta sunt.
Tertio in angelis consideratur contem-
placio continua que est / fuit in
paulo unde ait in paradisum quasi
quoddam dominus rapuit et in celum
tertium sublevavit nec in nullo
siquidem paulus in terra gradiens
sic se gerebat in cunctis quasi an-
gelorum societate fruerentur. Iam
visibile de [illegible] corpore alligatus
illorum perfectione gaudebat / tali-
que fragilitatibus subditus est
in nullo inferior supernis virtutibus
apparere certabat // Quarto in an-
gelis consideratur fidelis custodia
Ipsi namque in custodiam nobis
dati sunt quod quidem similiter considera-
tur in paulo unde subdit et angeli
quidem diversarum gentium cura commis-
sa est sed nullus illorum creditam
sibi populum ita gubernavit ut paulus
universum orbem // Sed tercia
ipsum comparando perfert martiribus
qui quidem passi sunt libenter
fortes constanter perveniuntur
Sic etiam paulus paciebatur libenter
unde subdit decorabatur enim
vinctis cathenis magis quam
dyademate coronatus et enim
incarcatus in cetere habitabat
in celo libencius recipiebat
verbera et vulnera cetera quam
alii bravia diripiant et quia
nobis sunt causa tristicie [illegible]

illi faciebant maximam volup-
tatem Et infra Hoc enim erat
mirabile quod cum innumeris ulceribus
atque vulneribus longe splendidi-
or erat dyademate purpuraque
splendentibus cuique vinctus per
vastum pelagus ducebatur ita gaude-
bat tanquam in maximum imperium
duceretur passus est etiam fortiter
unde ait Sic despiciebat univer-
sa que timemus ut solet herba
putrefacta contempni tyrannos
et plebes spirantes furorem
velud quosdam esse culices esti-
mabat mortem autem atque cruciatus
et mille supplicia quasi ludum
putabat esse puerorum dum pro
Christo aliquid sustineret/ Ostendit
etiam ipsum passum fuisse prestrue-
rant quia nunquam potuit frangi
nec superari unde ait Quomodo ergo
tui nam rex potest aliquis compa-
re cum ferro cum adamanti quid
namque aliquis illam appellaret
animam auream vel magis adaman-
tinam nam et omni erat adaman-
te fortior et auro gemmisque pre-
ciosior et alteram quidem materiam
firmitate alteram superabat precio-
sitate Cui igitur rei huiusmodi anima
ab aliquo comparetur certum quidem que
sunt omnino nulli quod si non auri
fortitudo adamantis vel ada-
manti honor daretur aurum tunc
forte ab aliquo comparatio posset
pauli anime conveniret Sed quid
ego adamantem et aurum ad
similitudinem adduco pauli
mundum Si ergo adverso appendas
omnem tunc videbis a parte
pauli anime pondus excedere
Mundo igitur et omnibus que in
mundo sunt paulum dicimus digni-
orem Duodecimo ipsum comparando

prefert confessoribus quorum perfectio
fuit in eo quod terrena despiciebant
in eo quod pro inimicis orabant et
in eo quod aliorum mala deflebant
et in eo quod omnes actus ad virtutem
referebant Istas autem omnes per-
fectiones constat esse in paulo
Primo enim terrena despexit unde
ait idem Chrysostomus Estimabat presen-
tem vitam ob lucrum docendi et
rursum eam valde despiciebat
ob prospectum ad quam eum mundi
contemptus erexerat Itaque ad
confusiones et iniurias quas ob
predicandi studium sustinebat ma-
gis quam ad honores oblectamenta
comparabat mortis potius quam
vite desiderium appetens pauper-
tatis quam opulentie et multo
amplius laboris quam alii re-
quiem post laborem Secundo
quod inimicis oravit et eos dilexit
unde subdit Sicut autem aliquis
indulgentissimus pater afficitur
erga filium frenesi comprehensum
cuius quanto magis contumeliis ictibusque
pulsatur tanto eius potius
miseretur et deflet Ita paulus
ab illis a quibus affligebatur
maiora adhibebat fomenta
pietatis Sepe namque pro illis
qui eum quinquies flagellaverant
et eius sanguinem sitiebant la-
crimabatur et vehementer dole-
bat et pro eis orabat// Tertio aliorum
mala flebat/ Nam subdit vehe-
menter quorumque mordebatur et penitus
dissecabatur cum eos perire videret
Merito que magis merebatur/ Propter
quod et dicebat Quis scandali-
zatur et ego non urar Et si in-
merito dicat quis me esse ali-
quam voluptatem multi enim

qui filiorum mortibus vulnerantur
aliquid consolationis accipiunt cum
suis fletibus non magis relinqui
dolent cum dolore perpendunt
Hinc et paulus die noctu consolationem
accipiebat in lacrimis nullus
quippe tanto affectu mala propria
quanto ille deflebat aliena Que-
admodum illum opinari afflic-
tum cum predicatorem deflet petrus
qui ut salvi alii fierent a celo-
rum gloria cupiebat excludi vera-
men salvare illos multo acer-
bius existimabat quam semet-
ipsum perire pure // Quartus omnes
actus in virtutem convertebat Sta
aliquando pericula et mortem timue-
bat quod erat prudentie aliquando
se ultro exponebat quod erat
fortitudinis et constantie aliquando
se laudabat et erat caritatis
aliquando se despiciebat et erat
humilitatis / aliquando videbatur
iratus quod erat iustitie aliquando
benignus quod erat clementie aliquando
ostendebat se valde audacem
quod erat magnanimitatis aliquando
flexibilem quod erat mansuetu-
dinis unde Crisostomus in subse-
quentibus ostendit Ad primum
sic dicit Cum videris paulo
pericula fugientem non minus
admirari illum quam periculis
gaudentem oportet ut enim hoc for-
titudinis ita illud est sapientie
visus est plagas metuere et
discrimina / quia cum ferme nam
unus esset cum pluribus per loca-
tatem tum non solum super mor-
tales homines verum etiam vivit
cum angelis erat neque plagas
reprehensione dignum sed pla-
garum metu aliquid indignum
pietate committere Hoc ipso enim

quod plagas timet qui in certamine
non vincitur admirabilior auditur
quam ille qui nichil timet non enim
nam hoc est nisi infirmitatibus subdi-
tum dicitur qui imbecillitatem
nature voluntatis non superavit
Quantum ad secundum sic dicit Cum vide-
ris illum aliqua de ipso sonantem
vel sonantem similiter admirare
atque videas semetipsum despicientem
ut enim illud humilitatis est ita
illud caritatis magis igitur in verba
loquendo de se quam tacendo
quod nisi istud fecisset culpabilior
illis esset qui se ipsos importune
laudare didicerant nisi enim gloriatus
fuisset traditas sibi animas per-
didisset quam dum se humiliasset
eos amplius contulisset / Magis
paulus placuit gloriando quam
alter laudes proprias occultando nam
enim quicquid potuit ad sua mira-
culare quantum iste tunc protulit / Quan-
tum ad tertium sic dicit Quod si
Iohannem qui dicebatur Marcus
a consortio separavit erat utique iu-
stissime predicationis officio effi-
ceret cum utique qui istud suscepit
non oportebat mollem esse aut
resolutum neque attingere quisque
debet predicationis huius muneris
succedere nisi paratus sit animam
milies tradere in mortem atque
discrimine Si non aliqua in causis
fuit commotio est noli hoc delic-
tum putare non enim commoveri
malo est / sed irrationabiliter
commoveri hunc enim affectum providentia
nobis deus inseruit ut torpen-
tes animas et desides atque resolu-
tas ad vigilandum et desideria susci-
taremus Quasi enim gladio aci-
em ita menti nostre acumen

exponit ut cum apostolus vitauit scientias autem non scrutaris bona est scientia illam tempus afflagitat quando ad illud non adest etiam illa vitiosa est. Itaque paulus sepe habet visus est affectu et in modeste loquentibus melior erat iratus Christus ad quantum sic dicit hic non minor ad imitationem dignum est certum tam audax esset et veluti ad pugnam se accinctus et igneum quendam veluti spirans rursus placabilem atque flexibilem se prebebat. Iram siquidem precepimus ut nec cursum non recusauit dicentem quod muro depositus est et passus est huiusmodi ratio ista faciebat ut predicationi diutius insisteret et tunc ubi sunt credentibus iter ad christum metuebat conspicuata ne forte pauper sunt atque magis inclito salutis abscedere et cetera.

Incipit sermo de sancta Margaretha et sequitur

Ipsa conterit caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius Genesis iii. Deus dedit potestatem homini contra dyabolum ut sic caput eius conteret et dedit potestatem dyabolo contra hominem ut sic fine eius insidias poneret. Beata autem Margaretha contra dyabolum potestatem suam exercuit quia caput eius contriuit dyabolus autem contra eam potestatem suam exercere non potuit quia fini id est passioni sue et morti in nullo preualuit. Notandum autem quod contritio capitis potest vocari frustratio intentionis vel humiliatio elationis vel contritio suggestionis. Habuit namque Margaretha triplex certamen unum contra patrem suum qui ipsam intendebat trahere ad culturam ydolorum sed eius intentionem frustrauit et sic caput eius contriuit. Aliud contra prefectum Olibrium qui in superbiam elatus cultum christi volebat euacuare et cultum demonum ampliare et ideo volebat ipsam facere ymolare sed ipsa in nullo ei consensit et ideo caput suum id est superbiam suam humiliauit. Tercium habuit contra demonem qui per suas suggestiones volebat ipsam decipere. Sed ipsa sue suggestioni non consensit et ideo caput eius contriuit. Patet ergo quod ipsa in presenti contriuit caput praue intentionis in patre suo caput sue elationis in prefecto caput sue praue suggestionis in dyabolo. Pater quidem suus cum esset patriarcha ydolorum eam ad culturam ydolorum trahere intendebat. Sed istud certamen vicit fugiendo consortia reproborum. Fugit enim domum patris et custodiebat oues sue nutricis. Seruauit enim illud quod dicitur Genesis xii. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui. Periculum namque bonis stare cum malis. Primo quia sunt igne male concupiscentie inflammati. i. Johannis i°. Totus mundus in maligno positus est id est in malo igne et ideo ab ipsis de facili comburuntur. Proverbiorum vi°. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo ut non comburat vestimenta sua. Secundo quia luto auaricie sunt infecti. Iheremie ii. Si lau-

Aurum nichil est nisi terra rube-
a et argentum nisi terra alba
et ideo dicitur Abacuk 2o Ve
qui multiplicat non sua usque
aggravat contra se densum lutum
Isto luto sepe boni inficiuntur Jsto
dicit propheta dominus Eripe me de
luto ut non infigar / Tercio quia
sunt pice superbie inquinati /
Superbia naturaliter namque instar
picis est magne adhesiue a
deo ut postquam omnia vicia
fuerint superata ipsa adhuc adheret
Ista pice boni sepe inquinantur
Ecc 13 Qui tangit picem in-
quinabitur ab ea / et qui communicat
superbo induet superbiam Quarto
quia sunt tenebris ignorancie
obscurati proverbiorum 4o Via im-
piorum tenebrosa quibus tene-
bris boni sepe obscurantur /
Job 3o Obscurentur stelle cali-
gine eius et est proporcio non
optacio / Beata ergo Margare-
tha noluit habitare cum malis
ne aut inflammaretur igne con-
cupiscencie aut inficeretur luto
avaricie aut inquinaretur luto pice
superbie aut obscuraretur tenebris
ignorancie / Quando vero boni
separantur a malis tunc boni re-
manent mundiores contra fetorem
luxurie In huius significacionem
leprosi proiciebantur in veteri
lege manere extra castra Jdeo
dicitur leuitici 13 Qui obscurior fuit
totus lepre postquam vestis
lepre est lota abrumpet eam
et a solido diuidet i. peccator qui
fuit permissa si non fuit correctus
a consorcio bonorum excludatur
Remanent solidiores contra in-
iquitatem avaricie Sicut palea

separata grana sola remanent
puriora Jeremie 23 Quid paleis
ad triticum dicit dominus Remanent
solidiores contra timorem supplicii
Unde patet quam Jonas qui a fa-
cie domini fugiebat fuit ab illis
separatus et in mare proiectus, t-
mor maris cessauit Remanent
lucidiores contra tenebrositatem
ignorancie unde patet quod iudas
recessit a consorcio discipulorum
dixit cristus Johannis 16 Nunc
clarificatus est filius hominis
Secundum certamen habuit cum
tyranno a quo passa est qua-
druplex martirium Jpsa enim fuit
in eculeo suspensa in igne con-
dusta in aquis gelidis cruciata
et tandem gladio decapitata
fuit quidem primo in eculeo suspen-
sa et in hoc imitata est cristum
Cristus namque denudatus est in
patibulo quia de mundo nichil se-
cum portare volebat Marga-
retha despoliata est in eculeo
ad innuendum quod omnia mun-
dana despexerat Cristus fuit fla-
gellatus ad columpnam ut discipli-
nam pro nobis portaret Mar-
garetha est tota virgis lacerata
et disciplinata ne post hanc
vitam aliam disciplinam sentiat
Cristus fuit clauis perforatus
ut ipsi claui nobis celestem ia-
nuam aperiant Margaretha
fuit tota ungulis laniata ut
ab ea omnem vetustatem ab-
raderent / Cristus fuit totus san-
guine cruentatus ut homo to-
tus sanguine lauaretur Marga-
retha fuit tota sanguine plena
ut in suo sanguine baptizaretur

cristus passus est in patibulo
quod erat supplicium malefactorum
margaretha passa est in cau-
leo quod erat supplicium latro-
num cristus non est passus sub
tecto sed in aere ad innuendum
quod erat mediator celi et terre
i. dei et hominum margaretham
similiter est cruciata in aere
ad innuendum quod non dum erat in
celo quia ibi sunt beati nec ha-
bitabat in terra quia ibi habitant
miseri sed erat in medio supra
se habens celum ad desiderandum seu de-
siderandum et infra se mundum
ad despiciendum / Dicit autem au-
gustinus in libro de ciuitate dei
quod aer aliquando est medium
inter celum et terram sicut patet
quando est serenum aliquando inter
aquosas nubes et mare sicut
enim quidam medii inter celum et terram
ut viri perfecti qui sunt celum sur-
sum et illud concupiscunt / et terram
deorsum ut illam despiciunt in
quibus verificatur illud quod dicitur prouerbiorum
xxv° Celum sursum et terra deor-
sum Primo ascendunt usque ad celos
scilicet ad ipsos considerandos et de-
scendunt usque ad abyssos i. usque
ad consideracionem mundi tenebrosi
et periculosi ipsum contemptendum
Quidam volunt habitare in medio
i. inter aquam et terram ut censup-
tuosi qui cum vellet quod deus
ipsis infunderet aquam gracie et tamen
nolunt deserere cupiditatem sue
avaricie / De talibus dicit ezechielis
pheton potestas deo sunt et ma-
monere Quidam habitant in
media in inter aquas maris in-
feriores et nubes aquosas superio-
res sicut illi qui cetibus affli-
guntur amara turbacione
et intus dulcorantur diuina
consideracione consolacione qui
possunt dicere illud psalmi Secundum
multitudinem dolorum meorum
in corde meo consolaciones tue
letificauerunt animam meam / Sta-
bat margaretha in medio
dupliciter modo scilicet inter celum et
terram quia desiderabat celum
et despiciebat mundum et inter
aquas maris et nubes aquosas
quia multas sustinuit tribulaciones
et multas a deo recepit consola-
ciones et delectaciones et
sic patet quod ipsa secuta est
cristum in sua passione Se-
cuta quidem est ipsum in vita in
morte et post mortem In vita
iuxta illud luce 9 Si quis
vult post me venire abneget se-
metipsum et tollat crucem suam
et sequatur me Secuta est in
morte iuxta illud Sapie 18
Similis pena seruus cum domino
afflictus est et popularis homo
regi similia passus Secuta
est post mortem iuxta illud
quod dicitur de virginibus apocalipsis
14 hii secuntur agnum quocumque
ierit / Secundo fuit in igne a-
dusta apposite quidem sunt la-
pides ardentes ad latera eius
et ipsa ardebat sed non combure-
batur nec mirum quia ipsa sensit
intus ignem dei afflantem
3° Regum 8 post ignem sibilus
aure tenuis et ibi deus Dan 3°
fecit medium fornacis quasi
ventum roris flantem / Habe-
bat consciam secundum delectatione
pueri 12 Secura mentis quasi
iuge conuiuium habebat spem

etiam letificantem Eccli 12 spe gaudentes in tribulatione patientes / Habebat continualem pudicitiam refrigerantem unde dictum fuit Marie Luce 1o et virtus altissimi obumbrabit tibi i. te ab omni estu concupiscentie refrigerabat Ardorem quodammodo non sentiebat quia habebat tale sufflatorium dulce tam dulce divinum tam immensum gaudium et tale refrigerium et ideo poterat dicere illud Eccli 51 In medio ignis non sum estuata Contra quidam igne esse et comburi est magne miserie Sicut aliquando sunt aliqui religiosi qui licet mundum egrediantur tamen quasi comburuntur Esse in extremo ignis et comburi est magne verecundie sicut sunt senes in quibus calor naturalis iam quodammodo deficit et adhuc inordinate vivunt et tamen quasi eos concupiscentia comburit Esse in medio ignis et non comburi est magne virtutis et gratie Sicut sunt aliqui aliquando iuvenes qui igne concupiscentie vincere constanter contrahunt et in carne existentes non secundum carnem vivunt / Vel possumus dicere quod sunt quedam mulieres que sunt extra ignem quedam iuxta ignem et quedam in igne Extra ignem sunt vetule in quibus iam calor naturalis deficit / sicut mulierbria sicut erat Sara de qua dicitur Gen 18 quod desiderant in ea fieri muliebria et ideo quasi tales invenitur in igne deinde poni ad ignem seu in igne Iuxta ignem sunt puelle que adhuc non habent carnem

temptationem iuventus repugnantem nec dyabolum multam temptationem et ideo debent ab igne se longare et ipsum ignem fugere religionem intrando et virginitatem deo commendando Ier 48 fugite salvate animas vestras In medio ignis sunt iuvencule qualis fuit beata Margareta que cum esset quindecim annorum habebat carnem repugnantem Gal 5 Caro concupiscit adversus spiritum / Habebat demonem insufflantem Iob 41 Halitus eius prunas ardere facit Habebat hominem sollicitantem qui prefectus olibrius eam in uxorem accipere cupiebat / Habebat pulcritudinem alliciantem que quidem iam multas decepit et ad vanitatem duxit Prov 31 fallax gratia et vana est pulcritudo Margarita ergo fuit quod ipsa sicut fuit in medio ignis posita et tamen non fuit estuata Et adhuc fuit in aquis gelidis cruciata postquam enim fuit in igne cremata fuit in aqua frigidissima posita ut ex alteratione penarum maiorem sentiret dolorem et ista est tam sevissima pena ut etiam in inferno sit posita sicut dicitur Iob 24 ab aquis nivium transeunt ad calorem nimium Unde sicut fetus est terre motus et si terra non posset eum facilius sustinere terre motus aliquis fit in detestacionem scelerum Ozee quarto Maledictum et mendacium et furtum et adulterium in

mundaverunt et sanguis sanguinem tetigit. Osee 4 Propter hoc lugebit terra et infirmabitur omnis qui habitat in ea. Et aliquando fit in signum tristitie et doloris sicut in Christi passione. Dicitur enim Job 16 Terra ne operias sanguinem meum nec inveniat locum in te latendi clamor meus etc. Et ideo ipsa terra ut dolorem de Christi passione ostenderet et sanguinem suum revelaret mota fuit ut milites custodientes sepulcrum terreret ut mulieres secure accedere possent. Aliquando fit propter conversionem peccatorum quam quidem debet valde ostendi quando misericordie clementiam movetur commovetur quidem aliquando terra dei respectu agitata dei manu. Psalmo 103 qui respicit terram et facit eam tremere qui tangit montes et fumigant. Aliquando dei iussu Joel 3 Dominus de syon rugiet et de Jerusalem dabit vocem suam et movebuntur celi et terra. Et quid ad hoc prestat quod insensibilior terra quam nec moventur corpora divine admonitionis nec manu divine increpationis. Ideo igitur terre motus factus est in passione sancte Margarethe in tanti sceleris detestationem in dolorem … passionis in timorem … Unde tantus timor factus est quod quinque milia virorum Christi fidem receperunt et capitalem sententiam acceperunt. Tertia causa fuit in ipsorum peccatorum conversionem qui nolebant a sua malitia commoveri. Quarto fuit quia Christi nomine decollata libenter pro Christo perdidit caput mobile et miserum ut reciperet immortale et gloriosum in quo iam non erunt oculi qui videant lucem terrenam seu terram Sed qui prospiciat maiestatem divinam. Non erunt aures que audiant voces peccatorum et mugitus aliud sed iubilationes angelorum et erit olfactus qui sentiat odorem mundanum sed qui percipiat odorem divinum. Non erit gustus qui saporibus … sed qui repleatur dulcedine celesti. In ipso autem suo martirio tria memorie fuerunt que ipsam commendabilem reddunt. Primum est oratio devota. Christus namque in sua passione se precommendavit Luce 23 Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Pro suis crucifixoribus intercessit ibidem Pater dimitte illis. Pro omnibus fidelibus oravit dicens Johannis 17 Non autem pro eis tantum rogo sed pro hiis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Sic et Margaretha in sua passione oravit deum pro se et suis occisoribus et ipsam invocantibus. Unde et vox divina ad ipsam venit affirmans quod sic fieret ut oraverat. Secundo fuit angelica custodia. Angeli enim accesserunt et corpus eius custodierunt ad martirium properantem in tormentis … et ad celum ascendentem. Judith 13 Custodivit me angelus eius illuc euntem et ibi commorantem et inde huc revertentem et non permisit me ancillam suam dominus coinquinari. Tertio fuit celestis ~~memoria~~ melodia que ibi audita fuit. Solent enim sponse cum canticis deduci ad sponsum et quia tunc Margaretha ducebatur ad Christum sponsum suum angeli ipsam cum canticis et laudibus

sunt dedicionis Apoc. 19 Gaude-
amus et exultemus et demus
gloriam deo quia venerunt nuptie
agni et uxor eius preparavit se. Se-
cundum certamen habuit cum dyabolo.
Dyabolus quidem habuit magnam po-
tenciam Job 41 Non est potestas super
terram que comparetur ei qui factus
est ut nullum timeret et ideo
assimulatur draconi de cuius poten-
cia dicitur Apoc. 12 Draco cauda
trahebat terciam partem stellarum
celi et misit eas in terram. Item
ipse est rex super omnes superbie
et ideo assimulatur leoni 1 Petri 5
Adversarius vester dyabolus tanquam
leo rugiens circuit. Habet magnam
astuciam 2 Cor. 11 Sathanas
enim transfigurat se in angelum
lucis et ideo assimulatur aucupi
Jere. v° Inventi sunt in
populo meo impii insidiantes
quasi aucupes. Habet magnam
maliciam ideo anthonomasice
vocatur malus Math. 13 Venit
malus homo et superseminat
zizania de cuius malicia dicitur
Joh. 8 Ille homicida erat ab
inicio et in veritate non stetit
quia non est in eo veritas et ideo
assimulatur serpenti qui semper por-
tat venenum malicie in ore.
Gen. iii° Sed et serpens erat
callidior cunctis animantibus terre.
Habet magnam ~~experientiam~~ experienciam
a principio enim bellare cepit et
ideo per longam experienciam
didicit vias impugnandi. Ista que
tanguntur Apoc. 12 proiectus est dra-
co ille. Ecce quante potentie ma-
gnus. Ecce quante superbie serpens.
Ecce quante malicie antiquus.
Ecce quante experientie qui vocatur
dyabolus et sathanas qui

seducit universum orbem. Ecce
quante astucie et fraudulentie.
Istis quinque armis voluit pugna-
re cum beata Margaretha sed ipsa
ipsum superavit et vicit. Confregit
quidem ipsius potentiam quia ipsum ap-
parentem in specie draconis vir-
tute crucis evanescere fecit. Confregit
eius ~~potentie~~ superbiam quando
super cervicem eius in specie hominis
eius apparentis pedem posuit et
ad terram deiecit dicens Quiesce
superbe demon sub pedibus femine.
Confregit eius astuciam quia ipse
ab ea victus confessus est et propter
hoc ad eam venit ut sibi consule-
ret monitis perditis consentiret seu
obediret. Confregit eius maliciam
quia sicut ipse invidet homini de
felicitate quam ipse amisit et ideo
ipsam aliis auferre contendit. Ista
autem malicia sibi nocere non potuit
quia ipsa celestem gloriam acquisivit.
Confregit eius longam experien-
tiam suam ut ipse ab ea victus
respondit valde sibi odio mater
homines virtuosos et quamvis sepe
sepe ab eis repellatur tamen desiderio
sed vincendi infestus persistit. Ista
autem eius crebra infestacio sibi
nocere non potuit quia in nullo sibi
consensit etc. Sequitur ser-
mo secundus de eadem.

Simile est regnum celorum the-
sauro abscondito in agro
Math. 13 Sicut dicit Glossa
Gregorii in omelia. Regnum celorum
ideo rebus terrenis simile dicitur
ut ex hiis que animus novit surgat
ad incognita que non novit et ex
exemplo visibilium se ad invisibilia
rapiat et per ea que usu didi-
cit quasi confricatus incalescat ut
per hoc quod scit nota diligere

Desiderat margarita audire. In verbis
igitur premissis quatuor sunt viden-
da. Primo quid significetur per the-
saurum sit inquit. 2o quid per a-
grum in quo thezaurus iste invenitur.
Tercio qualiter thezaurus iste absconditur.
Quarto qualiter emitur. Thezaurus
iste potest vocari ille de quo dicitur
1 Cor 3o Si quis edificaverit super
aurum argentum lapides preciosos
et thesaurum potest vocari ipsa virginitas
argentum fidei, lapides preciosi opera
pietatis. Iste triplex thezaurus
fuit in beata Margaretha. Ipsa enim
habuit virginitatem integram, fidem
sinceram et operationem sollicitam.
Signatur autem virginitas per aurum
quia ipsum aurum est preciosum fulgi-
dum et decorum. Unde istam tria b.
Ambrosius in libro de virginibus
vocat ipsam virginitatem sine [?]
gmenem regum aurum et pulchritudi-
nem .d. addite quod splendor corp-
oris sine temptatione detulerit
regina aurum et pulchritudine. Est
igitur aurum preciosius aliis metallis
immo est rex omnium metallorum
et quod ad hoc vocat ipsam virgi-
nem Ambrosius reginam. Unde
subdit reginam autem vel quia
sponsa est regis eterni vel quia
in victa animi contra illecebras
voluptatum non captiva labitur sed
quasi regina dominatur. Ubi ostendit
Ambrosius quod ipsa virginitas dicitur
regina sive quia ipsa virgo est re-
gis sponsa vel quia est suo cor-
pori dominata. Potest hic et tercia ratio
addi et quia sicut regina diver-
sis divitiis circumdatur sic virgini-
tas diversis virtutibus adornatur.
Ista tria tangit propheta dicens
Astitit regina a dextris tuis etc.

quia eterni regis est sponsa
in vestitu deaurato i. in corpore
incorrupto etc. quia corpori suo
est dominata circumdata varietate etc.
quia est diversis virtutibus adorna-
ta. Sic ipsa virgo sive virginitas
dicitur aurum propter fulgorem. Unde
subdit Ambrosius Et sicut illa
materia auri quando igne probata fuerit preciosior
est ita corporis virginalis
[?] consecrata divine forme sue
acquirit augmentum. Item Ambrosius
aurum enim non perdit fulgorem
suum nec ignis adustione nec
luti involucione nec temporis vetu-
state. Sic fulgor virginalis non
minuitur quia nec igne concupiscentie
nec luto corporis nec aliqua
longeva etate. Et ideo sapientia
assimilatur propter lucis speculo immacu-
lato et divine imagini. Unde
dicitur Sapientie 7 Candor est enim
lucis eterne et speculum sine
macula. Sic speculum dei maie-
statis et imago bonitatis illius.
Sicut enim ignis lucem non ledit
sic concupiscentia virginitatem.
Et sicut speculum sine macula
lucet sic et ipsa in terreno cor-
pore tamen splendet. Et sicut dei
imago in vitiis sanctis nunquam
contingitur sic et ipsa cum diu-
turnitate temporis renovatur. Unde
dicebat apostolus 2 Cor quarto
licet is qui foris est noster homo
corrumpitur sed qui intus est
renovatur de die in diem. Tercio
virginitas dicitur aurum propter fulgo-
rem et pulchritudinem. Unde
subdit Ambrosius Pulchritudinis
vero quis potest maiorem exi-
stimare decorem eius que a-
matur a rege probatur a iudice
dicatur domino et consecratur deo per

sponsa semper innupta ex quibus
verbis colligitur. Quod pulchri-
tudo cuiuslibet virginis in quatuor
habetur. scilicet primo ex eo quod a rege amatur

B Si enim rex terrenus nullam fedam
adamaret multo forcius rex
celestis nullam amaret nisi
pulchram. Ideo dicitur in psalmo
Concupiscet rex decorem tuum
etc. Secundo ex eo quia a iudice probatur
illo scilicet iudice qui non potest falli
nec fallere decipi nec decipere deci-
pere. Ideo dicitur 2 Cor. 10 Non
enim qui seipsum commendat proba-
tus sed quem deus commendat.
Iste autem iudex approbat in sponsa
sua pulchritudinem exteriorem
sed interiorem unde dicitur in psalmo
Omnis gloria eius filie regis ab
intus etc. Tercio ex eo quia ipsi
deo dicatur et consecratur. Si enim homo
fedam sibi in matrimonio nollet
copulare multo forcius ipse
deus nollet aliquam nisi pul-
chram sibi in sponsam consecrare.
Ideo dicebat apostolus 2 Cor. 11
despondi enim vos uni viro virgi-
nem castam exhibere christo.
Quarto ex eo quod semper sponsa
et semper innupta esse perhibetur
et ideo est secunda meritis et
munda ab omnibus maculis Sa-
piencie 4a O quam pulchra est
casta generatio cum claritate bo-
norum scilicet operum et meritorum. Cuius
autem pulchritudo consurgit et
quia est casta sine pollucione
carnis et quia est clara meritis
gloriosis. Secundus thezaurus est

C fides que signatur per argen-
tum. Ipsa enim fides causatur a divinis
eloquiis iuxta illud Ro. 10 Ergo
autem fides ex auditu, auditus
autem per verbum christi. De isto argento
dicitur in psalmo Eloquia domini
eloquia casta argentum igne ex-
aminatum probatum t. et p. sep. Ex
quibus verbis dicitur habetur quod fides
catholica est casta examinata pro-
bata et purgata. Est enim casta
per puritatem sinceram quia nulla
adulterina falsitate polluitur
quod est contra fidem hereticorum. unde
dicebat apostolus 2 Cor. 11 de-
spondi enim vos uni viro virginem
castam exhibere christo. Ideo time-
bat ne ista talis puritas in
fidelibus corrumperetur. vide 2 Cor. 10
Timeo autem ne sicut serpens evam
seduxit astucia sua ita corrum-
pantur sensus vestri et excidant
a simplicitate que est a christo ihesu. Est
examinata per tribulationem immissa
quia nullis adversitatibus frangitur
quod est contra fidem instabilium qui
ad tempus credunt et in tempore temp-
tationis recedunt. De quibus
dicitur Mat. 13 Sole autem orto e-
stuaverunt et quia non habuerunt
radicem aruerunt. Est eciam pro-
bata per prosperitatem mundanam
quia nulla terrena prosperitate alli-
citur quod est contra fidem avarorum
qui de nummo faciunt deum suum
sicut dicit apostolus Colloss. 3 et
avaricia que est simulacrorum
servitus. Est eciam purgata per
spiritum sanctum graciam quia septuplici
dono spiritus sancti fulcitur. Quod est
contra fidem malorum christianorum
quia et si fidem habeant tamen
eorum vita vana sunt de quibus
dicitur Ad Titum primo Confi-
tentur se nosse deum factis autem
negant. Tercio invenit lapides preciosos
i. bona opera. lapis preciosus ex-
cellit aurum et argentum in splen-
dore in valore et in virtute
et ideo nec aurum virginitatis

nec argentum fidei coram deo habent
nec aliquid valent nec aliquid
possunt sine bonis operibus quibus
aut bonis operibus adornatur. Tunc
magnum habet splendorem valorem
et virtutem. Quando autem fides cum
operibus bonis sit splendoris va-
loris et virtutis dicitur Hebr. 11 sancti
per fidem vicerunt regna quod habet
enim quod dicitur sancta quod vim habet
coram nota vita sancta et ideo
per fidem vicerunt. Ecce quante sit
fides virtutis operati sunt iustitiam
Ecce quante splendoris. Iustitia enim
fulgida est quia semper est fulgo-
rem amicorum iuxta illud Sap. 3o
Fulgebunt iusti etc. Adepti sunt
repromissiones. Ecce quante utilitatis
semper enim opera bona dignitatem
faciunt fulgidam virtuosam et
fructuosam. Sap. 4to O quam
pulchra est casta generatio cum cla-
ritate. Ipsa enim castitatis cum clari-
tate bonorum est valde pulchra.
Ecce quam fulgida. Immortalis enim
est memoria illius. Ecce quoniam
et apud deum nota est et apud
homines. Ecce quam fructuosa. Modo
videndum est quis sit iste ager.
Triplex est scilicet corporalis spiritualis
et temporalis. Ager corporalis est ipsum
corpus in quo est thezaurus
dignitatis de quo thezauro et
agro dicitur 2 Cor. 4o Habemus
thezaurum istum in vasis ficti-
libus et sublimitas sit virtutis
dei et non ex nobis. Magna
sublimitas virtutis dei apparet
cum in vase tam fragili tam precio-
sus thezaurus custoditur. Ideo
voluit autem divina sapientia ut istud
vas esset firmum sed fragile quia
si fuisset firmum homo propter ipsius the-
zauri conservationem non fuisset deo
non fuisset deo sic gratus nec
in custodiendo sic sollicitus
nec tanto multo dignius. Quamvis
autem istud vas fragile sit tamen
esse mundum per puritatem, pictum
per morum honestatem et decoc-
tum igne caritatis. Ista tria tangit
Apostolus 1 Thess. 4 dicens Sciat v-
nusquisque vestrum suum possidere
vas in sanctificatione. Ecce quia
debet esse mundum et honore. Ecce
quia debet esse pictum quia vasa
que sunt ad honorabilem usum
depinguntur. Non in passione desi-
derii sicut et gentes que igno-
rant deum. Ecce quia non debet
esse igne concupiscentie sed spiritus sancti in-
flammatum. Ager spiritualis est anima
et cor humanum in quo quidem
thezaurus fidei invenitur. Rom. 10
Corde creditur ad iustitiam etc. Digni-
tatis quidem est in carne. Bona
opera sunt in exteriori conversatione
sed fides in corde. Si enim aliquis
oppressor alicui dignitatem ab-
stulerit propter hoc deum ipsa non
perdit. Unde sicut dixit beata
Lucia Si me invitam violaveris
castitas michi duplicabitur ad
coronam. Si etiam aliquis vio-
lentus raptor alicui temporalem
substantiam rapuerit propter hoc deum
non perdit quia patet incerti in peccata
et in aliis bonis operibus. Sed si
fides surripitur deus perditur et totum
edificium spirituale obruitur. De spiritua-
li esse nichil relinquitur quia fi-
des est radix fundamentum
et principium omnium bonorum. Ideo
dicitur Hebr. 11 Sine fide impossibile
est placere deo. Necesse ergo fuit
ut fides radicaretur intimius in
agro cordis ne possit violentia
auferri sicut virginitas aut

ff

violenter rapi sicut terrena substa-
ncia vel temporalis. Est ipsa terrena posse-
ssio in qua debet esse thezaurus
sinceritatis iuxta illud Thobie iiij
De substancia tua fac elemosinam.
Proverbiorum iiio Honora dominum de tua
substancia et de primiciis omnium frugum
tuarum da pauperibus. Qui modo
honorabit deum de substancia sua,
deus ipsum honorabit in gloria
sua. Honorabit quidem loco quia
statuet ipsum a dextris ut habetur
Mathei 25. Honorabit eciam dicens
Esurivi et dedistis michi man-
ducare. Honorabit facto cum
dicet Venite benedicti patris
mei percipite regnum. Tercio viden-
dum est qualiter iste thezaurus
absconditur. Circa quod sciendum
quod iste thezaurus absconditur
per carnis maceracionem. Sic ab-
scondi debebat apostolus dicens
1 Cor 9 Sic pugno non quasi
aerem verberans sed castigo
corpus meum et in servitutem
redigo. Absconditur per sensuum
cohibicionem. Sic abscondi debe-
bat Job 31 Pepigi fedus cum
oculis meis ut ne cogitarem
quidem de virgine. Absconditur
per fugam et elongacionem.
Sic abscondi debebat apostolus
1 Cor 6 Fugite fornicacionem.
Unde dicit Policratus Julius
Cezar aiebat in bello corpo-
rum gladiis in pace volupta-
tibus vulnerari. Senserat enim
generis triumphator voluptate
nullo tam facile superari quam
sicca eo quod ipsum qui gentes do-
muerat veneris nequibus in-
nodavit mulier impudica. Qui-
dam eciam pictus videntes aucupe-
rethe avibus tendentem et eciam

mulierem letantem dixit illi qui
avibus decipere conatur inde ne avi-
cula sub cuius ficto declinaverit.
Absconditur eciam per malorum
cogitacionum vitacionem. Sic abscon-
debat Galienus [illegible] C[illegible]
abscondere potest homo ignem in si-
nu suo ne comburantur vestimenta
sua. Thezaurus autem fidei abscon-
dendus est cum ipsa sit radix
omnium bonorum. Radix autem abscon-
denda est a deo quod sicut patet
in semine quod cum non habet firmam
radicem orto sole exaruit ut
habetur Mathei 13. Abscondenda est
a gelu sicut agricole tempore frigoris
vites sub terra abscondunt. Abscon-
denda a vermium quales morsu-
ram et vermis radicem ede(re) Jone
corrosit ut habetur Jone iiiio per
quod signatur quod ipsa fides abscon-
denda est a calore male inflam-
mante et a frigore male congu-
lante et restringente et a temp-
tacione dyaboli male infestante.
Homo enim sepe a deo recedit
vel quando nimis diligit suum
commodum aut sicut animal quod
cum timet incurrere aliquod ma-
lum adversum vel quando resis-
tere dyabolico insultum ut sunt
neophiti et incepti absque tamen
tamen nos non possumus nisi dei
adiutorio mediante. Unde dicitur
[illegible] Incensa igni quo ad amorem
male inflammantem et suffossa
quo ad timorem male humiliantem
ad increpacionem vultus tui peribunt.
Deinde sequitur sicut manibus sup-
[illegible] fortitudo tue que scilicet firmat
insultus dyaboli infestantem. The-
zaurus bonorum operum est abscon-
dendus quia multi sunt fures

qui ipsum nobis auferre conatur
Primus est antiquus hostis Osee
septimo Fur ingressus est spo-
lians latrunculus foris / Dyabolus
enim non ingreditur furando propter
bona / modo foris prodit furando
bona opera // Secundus est appetitus
laudis qui omnia nostra furatur Math
6 Cum facis elemosinam noli
tuba canere ante te sicut ypocrite
faciunt Amen dico vobis recepe-
runt mercedem suam Gregorius
in omelia Studium celestis deside-
rii a malignis spiritibus custodire
non sufficit qui hoc ab humanis lau-
dibus non abscondit In presenti
enim vita quasi in via sumus qua
ad patriam tendimus maligni
autem spiritus iter nostrum quasi quidam
latrunculi obsident / Depredari
ergo desiderant qui thezaurum
in via publice portant // Tertius
est negligentia corporis dyabolus
enim a negligentibus omne nostrum
furatur Osee vii° Comederunt
alieni robur eius et ipse nesci-
vit sed et cani effusi sunt et ipse
ignoravit / Quartus est indiscre-
tio fervoris Ysa xviii° Ante
messem totus effloruit et in-
matura perfectio germinavit Iste sunt
quatuor pestes de quibus dicitur
Joel i Residuum eruce comedit
locusta / residuum locuste comedit
bruchus et residuum bruchi come-
dit rubigo / per erucam que
nascitur de olere intelligitur vana
gloria que oritur de bono opere
per locustam que volat et postea
in terram cadit intelligitur fervor
indiscretus / tales enim volunt
volare ultra quam possunt et ideo
in terram cadunt / per bruchum in-
telligitur dyabolus qui semper malos
devorat et saciari non potest

Per rubiginem intelligitur torpor
et negligentia que facit animam
rubiginosam sicut enim gladius
qui non tergitur rubigine consumitur
sic anima que nichil operatur rubi-
ginem induit // Quarto videndum
est qualiter iste thezaurus emitur
quod notatur per hoc quod dicit vadit
et vendit omnia que habet et e-
mit agrum illum Debemus namque
deo dare primum affectum primum
sensum et primum censum Qui enim
vult emere a deo thezaurum
caritatis debet deo primum affectum
ut scilicet nil diligat nisi celeste
sponsum Est enim zelotypus et
non vult cum deo adulterari
Ysa xxviii Coangustatum est stra-
tum ita ut alter decidat et pa-
llium breve utrumque operire non potest
Stratum anime est ipsa conscientia in
qua deus vult quiescere / pallium
est ipsa caritas de qua deus vult
cooperiri Sed si quis vult recipe-
re in stratu conscientie dyabolum oportet ut
deus inde cadat Ipsa enim caritas
non potest operire nisi deum / Qui vult
emere thezaurum fidei oportet
quod deo vendat primum sensum
ut scilicet occulta fidei misteria non
velit curiose inquirere nec secundum
suum intellectum commensurare
nec secundum naturalem rationem inve-
stigare / sed debet intellectum suum
in fidei obsequium captivare Sic
faciebat apostolus 2 Cor 10 In-
captivitatem redigentes omnem
intellectum in obsequium cristi Qui
vult emere thezaurum bonorum
operum et virtutum debet deo ve-
dere primum censum i. bona sua
scilicet pauperibus largiendo iuxta
illud Math 19 Si vis perfectus esse
vade et vende omnia que habes et
da pauperibus et habebis thezaurum
in celo etc Sermo tertius de eodem

28

Simile est regnum celorum
homini negociatori querenti
bonas margaritas etc. Iste homo
negociator Christus est qui in hunc
mundum venit ad negociandum
ut scilicet margaritas i. animas multas
quereret et compararet. De quo quidem
negociatore tria ponuntur. Primo
vero eius affectum cum dicitur homini
negociatori. Secundo eius studium
cum subditur querenti bonas mar-
garitas. Tercio questum cum dicitur
Inventa una preciosa margarita
etc. De eius autem negociacione
et mercatura dicit Augustinus
tractans illud viii capitulo Hebr.
liberaret eos qui timore mortis
per totam vitam obnoxii erant
servituti. In seculo inquit isto ma-
ligno quid habundat nisi na-
sci laborare et mori. Hec sunt
merces regionis nostre et ad
tales merces mercator ille de-
scendit. Et quia omnis merca-
tor dat et accipit dat quod habet
et accipit quod non habet. Christus in
ista mercatura dedit et accipit.
Accepit quod hic habundat scilicet nasci
laborare et mori. Dedit renasci
resurgere et in eternum regnare. O
bone mercator [illegible] agnimus
tibi fecisti nos et redemisti nos
emere quis suum potest facere aut non
potest. Ipse enim nos fecit ut essemus
et redemit ne frustra fuissemus.
Ex hiis verbis Augustini
patet quod habeamus tres necessi-
tates scilicet nasci laborare et mori.
Christus autem portavit tres alias
scilicet huius contrarias scilicet renasci resur-
gere et in eternum regnare et sic no-
biscum mercaturam fecit et merces
suas cum nostris commutavit dando
suas et accipiendo nostras. Primo
igitur accepit nostram mercem scilicet
nasci Ysa. ix° Parvulus natus est

nobis. Alia autem translacio quia vel
certa dicit puer natus est nobis.
Hoc autem quod dicit puer tria supponit
scilicet quod sit homo parvulus. Cum equi
vel aliorum animalium non dicitur puer
quia non est homo. Novus enim
homo senex non dicitur puer quia
non est homo novus et parvulus
homo cum iam magnus effectus
non dicitur puer. In hoc igitur quod dicitur
puer innuitur quod Christus qui erat
deus factus est homo verus
homo novus et homo parvus.
Factus est homo parvus ut nos
ad se attraheret. Simile enim attrahit
sibi simile. Ante incarnacionem
enim deus nos ad seipsum trahere
non poterat quia nimis dissimilis
erat. Sed accepit nostram simili-
tudinem ut de facili traheret
nos ad suum amorem. Ier. xxxi°
In caritate perpetua dilexi te ideo
attraxi te miserans tui. Factus
est homo novus ut nos vetu-
state renovaret. Ephe. 4 Depo-
nite vos secundum pristinam conversacionem
veterem hominem qui corrumpitur
secundum desideria carnalia. Factus
est homo parvus ut nos humiles
redderet. Phil. 2 Hoc sentite in
vobis quod et in Christo Ihesu qui cum
in forma dei esset non rapinam
arbitratus est esse se equalem
deo sed semetipsum exinanivit etc.
Accepit autem nostram mercem
sed nasci dedit nobis suam scilicet
renasci. Ioh. 1° Dedit eis potesta-
tem filios dei fieri etc. Ista autem
nativitas spiritualis multum distat
a carnali. In illa enim nullus potest
nasci quando vult. In ista autem sic.
Ideo dicit dedit eis potestatem filios
dei fieri. Illa generatur ex carne et
sanguine i. viro et muliere. Hec
autem ex aqua et spiritu. Itaque aqua
est ibi pro matre spiritus sanctus
pro patre. Ideo dicit qui non ex

sanguinibus i. ex voluntate car-
nis neque ex voluntate viri In
illa homo nascitur filius virginis
In ista nascitur filius dei ex deo con-
ditur Sed ex deo nati sunt Ergo
cristus accepit aliam iteram
mortem secundum mori philipp. Ipse
humiliavit semetipsum factus obe-
diens usque ad mortem mortem
autem crucis Est autem mortuus
non morte simplici sed ignomi-
niosa Quod cum voluit mori fuit
magne caritatis quod morte ig-
nominiosa fuit magne humilitatis
Quod dolorosa fuit magne paciencie
Tanti enim doloris extitit quod totus
vulneribus plenus fuit psalmus
Foderunt manus meas et pedes
meos Est ipse ibi effossus ut ibi
abscondamur a timore divini
iudicii quam a temptatione dyaboli
De primo ysaie 2 Abscondere
in fossa humo a facie timoris
domini et a gloria maiestatis eius
De 2o cant. sancti Veni columba
mea in foraminibus petre et in
caverna macerie ut scilicet ab insidiis
accipitris abscondaris Est effo-
sus ut ibi inseramur Sicut quando
est arbor quam inseri volumus in late-
re et ibi inserti simus pro eius ardo-
re ro. xio Tu cum nasti insitus es
oleastro et gratia nam insertus
es bone olive Est effossus ut
radices et herbe nocive era-
dicentur et bone plantentur
Ier. 10 Radices gentium superbo-
rum arescere fecit dominus et plantavit
humiles ex ipsis gentibus luce
2o Ut revelentur ex multis
cordibus cogitationes Est effos-
sus ut dei viscera manifeste
pateant prius dei iudicia
occulta erant nunc viscera
facta sunt fovea in latere ut

pateant viscera misericordie
domini luce 1o per viscera mise-
ricordie dei in quibus visitavit Bernardus clavus
penetrans factus est seu penetrans
clavus reserans factus est
michi quod michi videam per
foramen Clamat clavus
clamat vulnus quod deus vere
sit in cristo mundum reconcilians
sibi patet archanum cordis per
foramina corporis patent viscera
misericordie dei Quod in viscera vul-
nera pateant In quo enim cla-
rius quam in vulneribus eius
eluxisset quod tu domine suavis
et mitis es et multe miseri-
cordie et maiorem enim miseri-
cordiam nemo habet quam ut ani-
mam ponat quis pro amicis suis
Idem Ego confidenter quod ex me
michi deest usurpo michi
ex visceribus domini quoniam misericordia
affluunt nec desunt foramina
per que effluant foderunt enim ma-
nus eius et pedes latusque eius
lancea perforaverunt Et per has
rimas licet michi sugere
mel de petra oleum que de sa-
xo durissimo postquam acce-
pit iteram mortem scilicet mori
dedit nobis suam scilicet resurgere
Resurgit autem quod prius cecidit
Ceciderunt enim homo in corpore
quam mortem in anima per culpam
in utroque quam penam eternam Ergo
cristus dedit nobis resurgere
in corpore per suscitationem Ioh. vi
Ego resuscitabo eum in novis-
simo die In anima per iustifica-
tionem apoc. xxo Beatus et sanctus
qui habet partem in resurrectione
prima In utroque per unionem scilicet
anime et corporis beatificationem

E

quia et aia beatificabit' ingre-
diendo ad contemplacionem deitatis
et corpus beatificabit' egre-
diendo ad visionem humanitatis
et utraque visione erit plana
sacietas atque refectio Joh 10
ingredietur et egredietur et pas-
cua inveniet / Tercio accepit a-
liam mercedem utramque scilicet la-
borem ipse enim laboravit cor-
de dolorem et compassionem
habendo ysaie 43 peccatis tuis laboravit
laboravit anima eius et laboravit
ore clamando et predicando ps
laboravi clamans raucae factae
sunt fauces meae Jeremie 15
laboravi rogans / laboravit
oculis plorando plus quam pro nobis
flendo prius laboravi in ge-
mitu meo per singulas noctes
lectum meum / laboravit toto
corpore penas et supplicia susti-
nendo ysaie 1 laboravi susti-
nens adhuc Etiam laboravit
quodammodo peccatorum nostrorum ponde-
ra portando ysaie 43 Servire
me fecistis in iniquitatibus

F

vestris tibi laborare p.
quam accepit mercedem nostram
scilicet laborare dedit nobis sua
scilicet regnare Luce 12 nolite
timere pusillus grex quia com-
placuit patri vestro dare vobis
regnum posset homo dubitatio-
nem aliquam habere se posse q
quia est iniquus / aut quando
ille qui est daturus est avarus
aut quando non est amicus Ista
tria removet dominus Primo om
confortat nostram indignitatem
cum dicit nolite timere pusillus
grex q. d. licet sitis pusilli
i. abiecti et indigni tamen ipse est
non timeatis Secundo ostendit
dei liberalitatem cum dicit
quia complacuit patri ea ostendit
suam precordialem caritatem

quia non tantum est amicus sed est
pater benignissimus ideo subdit patri
vestro dare vobis regnum Secundo
ponit' istius mercatoris studium
cum dicit' inventa bona mar-
garitha i. aia virtutibus ornata
una fuit ista que re et nomine
fuit margaritha et fuit bona
quia tota bonitate et sanctitate fuit
repleta et fuit preciosa quia tam
preciosa morte fuit consummata Di-
citur margaritha eo quod ipsa
rore celi generata fulgida parva
solida et virtuosa Cor namque
suum ad deum aperuit et rore
spiritus sancti suscepit et sic eius
anima preciosa margaritha genera-
ta fuit per tota dicit margaritha
ipse aperitur sursum contra cubus sic ho-
mo animam suam vult concipere debet
aperire ad deum memoriam
et concipiat de continuam recor-
dacionem intelligenciam et con-
cipiat dei voluntatem contemplam
ut concipiat dei amorem quibus
conceptis cor suum claudere debet
ne diabolus ingrediatur memoriam
obtenebrando per oblivionem
et intelligenciam obfuscando
per errorem et voluntatem
corrumpendo per inmundum amo-
rem / Secundo fuit fulgida tam in
carne per ~~dignitate~~ virginale
pudiciciam Apocalipsis 19 cum ute-
rit induere vestimento albis
vestimenta alba sunt corpora
munda quia in mente per inten-
cionem sinistram Math 6 Si o-
culus tuus fuit simplex totum
corpus tuum lucidum erit / quam
tamen in conversacione per lucidam
famam Math 5 Sic luceat lux
vestra coram hominibus ut videant
etc. / De hiis tribus dicitur

Sapie I. O quam pulchra est casta
generatio cum claritate Habuit enim
pulchritudinem intencionis in
mente castitatem in corpore cla-
ritatem in conversatione Tertio
fuit pura per humilitatem et istud
sequitur primum et secundum quanto enim
quis est magis plenus rore gratie
(celi) et magis fulgidus in conspectu
dei tanto debet magis esse purus
in conspectu suo Sepe enim res ful-
gida nigra est effectu Sicut dicit
Augustinus in libro de civitate dei per
triplex exemplum scilicet oleum
lucidum maculas nigras facit fer-
rum fulgidum lucidas nigras effi-
cit et ignis splendidus ceterbo-
nem decernitur reddit et nigra
facit universa que ambit Sic et
sancti vir quicunque lucent instar
olei per puritatem et pietatem
instar ignis per caritatem et
veritatem instar argenti predica-
cionis sanctitatem tamen in se
debent nigrescere per humilitatem
ideo dicebat sponsa Cantica primo
nigra sum sed formosa filie Je-
rusalem et secundum aut quarto
Margaretha fuit pura magna
et mediocribus (pectora coram
se) per humilitatem magna
coram tyranno per constanciam
et magnanimitatem mediocribus
coram fidelibus per socialem
(cari)tatem Job 30 purus et
magnus ibi fuit et servus
liber a domino suo Job. In domo enim
dei vir sancti et sunt pari se-
pes humiliando et sunt tyra-
nos non timendo et omnes se
~~liberalit~~ liberi socialiter vivendo
Quarto fuit solida quia non
potuit commoveri a patre per bla-
diciarum adulacionem Proverbiorum appel-
lati sunt sermones eius super
oleum et tamen ipsi sunt iacula
nec potuit frangi a tyranno

per tormentorum illacionem cum
tamen fatui alto frangantur Ecclesiastici 21
Cor fatui quasi vas confractum
omnem sapientiam non tenebit nec
potuit perforari a dyabolo per
temptationum immissionem cum
tamen de aliquibus dicatur Job tertio
quasi rupto muro et aperta
ianua irruerunt super me et ad
meas miserias devoluti sunt
(Apte) ista potest dici de ea illud quod
dicitur Mathei vii descendit pluvi-
a et venerunt flumina et flave-
runt venti et irruerunt in do-
mum illam et non cecidit funda-
ta enim erat super firmam petram
per pluviam que videtur esse re-
frigerativa signatur adulacio pro-
sperus per ventum temptatio dyabli
per flumine impetus tyranni sed
ista omnia contra eam nichil facere
potuerunt Quinto fuit virtuosa
ipsa enim ostendit virtutem magnam
in aere quia ibi in eculeo fuit
suspensa nec tamen in animo lesa
In igne quia ibi fuit posita
nec tamen adusta In aqua frigidi-
ssima quia post adustionem ibi fuit
posita sed tamen inde miraculose erep-
ta iuxta quia ipsa terra fuit tremo-
re concussa Sexto ponitur istius mer-
catoris commercium cum dicitur abiit
et vendidit omnia universa que
habuit et emit eam Christus namque
habuit secundum deitatem animam
spiritus humanam carnem et sanguinem
suum que omnia vendidit
et emit istam margaritham
deitatem aut tribus vicibus vos
vendidit primo cum imaginem
et similitudinem suam nobis
nostro impressit prima Signatum est
super nos lumen vultus tui domine
Secundo quando ipsam nostre carni univit

Ista est illa mulier .i. dei sapientia ut legitur Luce 15 que ut dragmam [illegible] perditam inveniret lucernam accendit .i. mortalitatem nostram luce sue divinitatis implevit. Tertio ipsam divinitatem in premio nobis dedit. ps. Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Ideo ut ista [illegible] emit vendidit animam deo patri Johannis 28 Filius hominis non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam in redemptionem pro multis. Et ideo ait nostre sue sunt postquam eas emit Osee 18 Omnes anime mee sunt ut anima patris ita anima filii mea est. Et ideo illi sacrilegium committunt qui animas suas deo auferunt sicut sunt superbi luxuriosi et avari. Superbus enim dat animam suam dyabolo qui est rex super omnes filios superbie sicut dicitur Job 41. Et ideo dyabolus animas eorum repetit dicens Gen. 14 Da michi animas cetera tibi tolle. Luxuriosus dat animam meretrici prov. 6 precium scorti vix unius panis est mulier autem viri preciosam animam capit. Avarus dat animam suam nummo et cupiditati unde dicitur de avaro Eccl. 10 Hic et animam suam venalem habet quia in vita sua proiecit intima sua. Tertio spiritum sanctum vendidit Christus deo patri quando dixit Luce 23 pater in manus tuas commendo spiritum meum. Homo quidem erat mortuus insipidus et a paradiso exclusus et ideo spiritum suum patri vendidit ut mortuos vivificaret Johannis 6° Spiritus est qui vivificat. Ut insipidos dulcoraret Eccl. 24° Spiritus meus super mel dulcis et ut exules ad patriam celestem reduceret ps. 142 Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Quarto deo patri vendidit carnem et sanguinem suum. Homo quidem erat famelicus sitibundus et infirmus. Quia famelicus dimisit nobis carnem suam in cibum quia sitibundus dimisit nobis sanguinem suum in potum Johannis 6 Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Quia infirmus dimisit nobis utrumque in remedium de quo remedio dicit ecclesia in oratione Hoc tuum sacramentum sit ablucio scelerum sit fortitudo fragilium sit contra pericula mundi firmamentum. Est enim in remedium contra peccata preterita et ideo dicit Sit ablucio scelerum contra peccata presencia. Et ideo dicit sit fortitudo fragilium contra peccata et mala futura et ideo dicit sit contra pericula mundi firmamentum.

Sermo primus de sancta Maria Magdalena sequitur

Ego sto ad hostium et pulso si quis audierit vocem meam et aperuerit michi ianuam intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum. Apoc. 3. In domum in presenti vita noluit Christus hospicium temporale unde in nativitate sua fuit in aliena domo sepultus Mat. 8 Vulpes foveas habent volucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Quasi diceret In nativitate mea non habui nidum in quo possent membra mea infantilia confoveri nec in vita mea habui reclinatorium in quo caput lassum posset aliqua requie perfrui nec in morte mea habui foveam in qua corpus meum posset sepeliri. Hospicium tamen spirituale

scilicet cor meum quare voluit quod tunc
consideraret quod etiam hospitatur illud quod dicit dominus Ecce sto ad hostium
et pulso etc. In hoc triplici hospicio duplici beata maria magdalena
ipsum recepit et in temporale ut ipsum corporaliter reficeret unde dicitur Luce
10 Intravit ihesus in quoddam castellum et mulier quedam martha nomine excepit illum in
domum suam et huic erat soror nomine maria magdalena etc.
et in spirituale ut spiritualiter ipsum pasceret unde dicit Gregorius in omelia
apud phariseum veritatis pascebatur foris apud mulierem peccantem sed penitentem pascebatur intus. In verbis igitur premissis ponuntur plures cause quare
hospicium domus scilicet sui cordis
vir cristo aperire debemus Prima
sumitur ex consideratione huius pronominis ego Secunda ex consideratione sitis corporis cum dicatur
sto Tertia ex consideratione loci
convenientis cum dicatur ad hostium
Quarta ex consideratione [illegible] cum dicitur pulso Quinta
ex operatione rarii [?] aperturus cum
dicitur Si quis aperuerit mihi etc.
Si quis enim raritatem [?] mutat
Sexta ex consideratione tam nobilis hospitatoris cum dicitur intrabo ad illum Septima ex
consideratione convivii tam delectabilis cum dicitur Cenabo
cum illo et ipse mecum Prima
igitur ratio sumitur ex consideratione
huius pronominis ego quod quidem
ex verbis nominibus supponit ego
scilicet ihesus cristus filius dei
Homo enim infirmus libenter
aperit suo salvatori Homo mestus libenter aperit suo consolatori
Homo ab hostibus obsessus libenter aperit suo liberatori

Ecce dicat cristus debes mihi
aperire quia tu es infirmus et ego
sum salvator quia sum ihesus
qui salvator interpretatur Mathei 1o
vocabis nomen eius ihesum ipse
enim salvum faciet populum suum
a peccatis eorum Tu es mestus
et ego sum tuus consolator quia
sum cristus id est unctus oleo scilicet
compassionis et leticie ut tibi
et compassionem exhibeam et leticiam infundam unde psalmista
unxit te deus oleo leticie etc.
Tu es ab hostibus obsessus
et ego sum tuus auxiliator quia
sum filius dei qui te possum
adiuvare et liberare Job 17o
pone me domine iuxta te et cuiusvis manus pugnet contra me
Beata igitur maria magdalena
erat infirma mesta et obsessa
et ideo intra hospicium suum tam
temporale quam spirituale libenter recipiebat ihesum salvatorem cristum
consolatorem dei filium auxiliatorem Erat igitur infirma et ideo
libenter recipiebat medicum et salvatorem suum unde dicitur Ecce
Ecce currit ad medicum etc.
Erant quidem tunc duo infirmi unus infirmitatem suam recognoscebat et ideo medicum
querebat scilicet magdalena Alius
de infirmitate sua superbiebat
et medicum refugiebat scilicet phariseus Inter istos duos infirmos
medicus stans primam sanavit
secundum in sua infirmitate dimisit
Gregorius in omelia Inter duos egros
medicus aderat quorum unus
febre integrum sensum tenebat
alter vero in febre carnis et sensum perdiderat mentis sanavit
autem istud infirmum valde feliciter
quia scilicet cum quatuor [illegible]

d

dixit Remittuntur tibi peccata tua
Ipse enim est ille medicus qui in
david sanavit peccatum adulterii et
homicidii cum tribus sillabis
cum dixit peccavi sicut habetur
2 regum 12 et statim nathan
prophetam dixit dominus transtu-
lit peccatum tuum non morieris
Non enim quesivit pro sanatione
multas materias sed paucas sil-
labas Augustinus in libro de penitentia
tantum valent tres sillabe sicut
omnes tres sillabe peccavi sed
in tribus sillabis flamma cordis
ascendit in celum Ipse est qui
in matheo sanavit peccatum ava-
ricie cum duabus sillabis cum
dixit Math 9 Sequere me In
paulo sanavit peccatum superbie
quatuor verbis quando dixit Actuum 9
domine quid me iubes facere
In petro sanavit peccatum negationis
paucis lacrimis Math 26 Egressus
foras flevit amare Secundo quia
erat mesta libenter recipiebat
Christum consolatorem lacrimas enim
quas fundebat testes erant sue
mesticie et doloris Ipsa quidem
habuit quatuor genera lacrimarum
scilicet lacrimas contritionis de suorum
peccatorum recordatione luce 7 la-
crimis cepit rigare pedes e-
ius lacrimas compassionis de fratris
sui morte Johannes 11 Jhesus ergo
ut vidit lacrimantem mariam
et iudeos qui venerant cum ea
plorantes etc / lacrimas doloris
de Christi passione luce 23 Se-
quebantur eum mulieres etc / Conver-
sus Christus dixit filie ierusalem
nolite flere super me etc Inter
alias istas mulieres maria precipua
erat lacrimas amoris de corporis
Christi subtractione Johannes 20 Stabat
maria stabat ad monumentum

foris plorans Consolatus est ip-
sam Christus in lacrimis contritionis
peccata sua sibi remittendo cum
dixit Remittuntur tibi peccata tua
In lacrimis compassionis fratrem eius
resuscitando In lacrimis doloris
post resurrectionem sibi apparendo
In lacrimis amoris sua sibi presentia
exhibendo cum sibi appareret di-
xit Johannes 20 Maria quem quesita
illa etc Tertio quia erat obsessa
ab hostibus libenter recipiebat
dei filium auxiliatorem Erat
quidem obsessa a demonibus et
ab hominibus sed Christus eam a
demonibus liberavit quando septem
demonia ab ea eiecit ut habetur
mathei vltimo de magdalena ergo ci-
vitas munita ergo tamquam civitas ob-
sessa munita per Christum obsessa
per diabolum nec debet obsidio-
nem vereri cui Christus adiutor
est Munitur enim gratia spirituali sed
extrinsecus mediatis obsidetur Erat
etiam obsessa ab hominibus Quia
phariseus dicebat ipsam esse im-
mundam quando dicebat luce 7 Hic
si esset propheta sciret que
utique que et qualis est mulier
que tangit eum quia peccatrix
est Martha dicebat ipsam oci-
osam cum dicebat domine non sit
tibi cura quod soror mea reliquit
me solam ministrare Judas di-
cebat esse ipsam prodigam cum
dixit Johannes 12 Quare hoc
unguentum non est venundatum
trecentis denariis et datum ege-
nis Item ut quid perditio hec
unguenti facta est potuit enim
hoc unguentum venundari plus
quam trecentis denariis et dari
pauperibus Math 26 Discipuli di-
cebant ipsam esse fatuam

quam post resurreccionem cristi corporaliter a-
nunciabat unde dicitur Luce 24.
Quod dum maria et alie mulieres
nunciassent apostolis se vidisse do-
minum visa sunt ante quasi
deliramentum verba ista. Specia-
liter obsessam cristus adiuuit
ipsam adiuuit eam contra phari-
seum ostendens ipsam non esse
immundam sed ab omni peccati cogi-
tacione purgatam cum dixit
Remittuntur ei peccata multa. Ad-
iuuit contra martham ostendens
quod marie eciam melius erat
quam sine ministerium laboriosum
cum dixit Martha sollicita
es et cetera. Adiuuit eam contra iudam
ostendens quod illa unguenti ef-
fusio non fuit prodigalitatis vicium
sed sue sepulture sacramentum
cum dixit Math 26. Mittens
enim unguentum hoc in corpus me-
um ad sepeliendum me fecit.
Adiuuit contra discipulos ostendens
quod non fuit fatua sed vidua quia
scilicet ei primus apparuit et apostolorum
apostolam eam fecit dicens Ioh 20.
Vade autem ad fratres meos. Secundo
debemus cristo applicare de conside-
racione situs corporis cum dicitur
Sto scilicet paratus defendere et adiu-
uare. Ps. Adiutor in opportu-
nitatibus in tribulacione. Secundo
quod triplex est situs corporis scilicet
stare iacere et sedere. Stare autem
est pugnancium iacere quiescencium
sedere regnancium. Cristus igitur stat
in actiuis iacet in contemplatiuis
sedet in beatis. Beata autem magda-
lena fuit actiua contemplatiua
et modo est beata. Fuit quidem
actiua quia cristo per viam
ministrauit Luce 8o. Maria
que vocatur magdalena de

qua septem demonia exierant
et alie multe ministrabant ei
de facultatibus suis. quia ad
marsiliam vadens officium predi-
cacionis exercuit quia ad secretum
locum deueniens corpus suum dure
afflixit. Fuit contemplatiua quia
ad pedes domini stans verbis e-
ius pascebatur quia in unguento
cristi caput eius et corpus de-
lectabatur quia in deserto existens
ab angelis in celum eleuabatur.
Modo nunc est beata et cristo spon-
sa. Stabat igitur cristus in ipsa
inquantum erat actiua. iacebat
in ipsa inquantum erat contempla-
tiua. Modo nunc sedet in ipsa
in quantum est beata. Ps. Tenuisti
manum dexteram meam scilicet in
agendis operibus deducendo et
adiuuando et in voluntate tua
deduxisti me scilicet me ad diuina
et celestia subleuando. et cum
gloria suscepisti me scilicet me in
beatitudine glorificando. Tercio
debemus sibi applicare de considera-
cione loci conuenientis cum dicitur
ad hostium. q. d. Non sto in viis
vel in plateis quia non diligo
curiosos nec sto in foro quia
non diligo negociosos sed sto
ad hostium cordis quia diligo
tranquillos atque quietos. Ambrosius
in libro de virginibus. Circuibat
ciuitatem in foro et plateis
querens quem diligit anima mea.
nequaquam ibi queramus cristum
ubi inuenire non possumus non
est cristus circumforaneus. cristus
enim pax est in foro lites. cristus
iusticia est in foro iniquitas.
cristus operator est in foro ociosa
manet. cristus veritas est in foro
obtrectatio inanis. cristus fides

est in foro stans atque necesse
In curiositatibus atque negociositatibus et
non invenitur quia ibi quiescere
non potest quia ibi quietem non habet
Cum enim tria sunt que naturaliter
quietem appetant scilicet corpus sensus
et animus Corpus semper est in
labore pro diviciis acquirendis
Eccl. 31 Laboravit dives in congre-
gacione substancie Sensus semper
est in motu et labore pro divi-
ciis custodiendis Cura enim divicias
consumit est sompnium Tales
aut si quiescant sompnus fugit
ab eis Eccl. 5 Saturitas divitis
vel habundancia diviciarum non si-
nit eum dormire Poeta Dormit
nocte parum possessor diviciarum
Augustinus Divicias invenisti requiem
perdidisti cum vigilas decipis
cogitacionibus cum dormis latrones
sompnias in die sollicitus in nocte
pavidus et semper mendicus Ani-
mus semper est in motu et la-
bore per sollicitudinem pro divi-
ciis ascendendis Eccl. 29 Turbati sunt
in mari pro sollicitudine quiescere
non potuerunt Cor enim avari est
sicut mare de quo dicitur Ysa 57
Cor impii quasi mare fervens
quod quiescere non potest Beata autem Ma-
ria Magdalena non fuit curiosa
quia domi sedebat ut legitur Ioh.
11 Nec fuit negociosa quia terre-
am vendidit et contempsit sed
fuit quieta et tranquilla quia verba
dei ad pedes Cristi audivit et sic etc.
Quarto debemus Cristo aperire
ex consideracione officii tam eque
tum dicat et pulso secundum
aut quod homo aliquis domum
intrare volens primo vocat si vo-
canti non respondetur pulsat si
pulsanti non aperitur clamat si cla-
manti non respondetur obiurgat
Cristus igitur ad cor nostrum intrare
volens primo vocat beneficia
sua largiendo deinde pulsat
cordi bonas inspiraciones inmittendo
deinde clamat passionem suam
ad memoriam reducendo de-
inde obiurgat flagella infe-
rendo Isti quatuor modi notantur
Prov. 1 Vocavi scilicet per beneficiorum
exhortacionem et beneficiorum largitorem
et remissionibus extendi manus
meas scilicet in cruce et non fuit
qui aspiceret despexistis omne
consilium meum quod vobis inspiravi
et increpaciones meas id est flagel-
la neglexistis Cristus igitur
Magdalenam modo ad se vocabat
unde dixit ei Martha Ioh. 11
Magister adest et vocat te modo
inspirando ad se trahebat Gregorius
in omelia Ipse enim eam traxit
ad se per intus que eam suscepit
foris per mansuetudinem modo
non credentem obiurgabat Ioh.
20 Noli me tangere modo co-
ram ipsa fortiter clamabat Cuius
clamor modo procedebat ex ve-
hementi amore Ioh. 11 Voce
magna clamavit Lazare veni
foras Ex amore enim dilecti
flevit et clamavit unde dicitur
ibidem Lacrimatus est Iesus dixerunt ergo Iudei
Ecce quomodo amabat eum Modo pro-
cedebat ex magno fervore de quo
dicitur Ioh. vii In novissimo
die magno festivitatis stabat
Iesus et clamabat dicens Si quis
sitit veniat ad me et bibat Mo-
do procedebat ex immenso dolore
Math. 27 Clamavit Iesus voce
magna Deus deus meus ut quid
dereliquisti me Omnibus istis cla-
moribus Magdalena prius traxit
Quinto debemus sibi aperire ex con-
sideracione sui aptatus et bi non

debent esse rari sed multi immo
omnes cum cristus cuilibet
alloquitur dicens Cantica v aperi mihi
soror mea amica mea columba
mea immaculata mea Circa verba
tractanda et augustinus dicit aperi mihi
de sanguine meo soror mea
de accessu meo proxima mea de
spiritu meo columba mea de sermone
meo perfecta mea et quibus verbis
constat quod cristus cuilibet scilicet
sua fecit quod carnis sue et san-
guinis communicavit hebreorum 2o puer
communicavit carni et sanguini
et ipse similiter participavit eisdem
Et ideo dicit de sanguine meo
soror mea / fecit eam primam
suam quam sibi appropinquavit carnem
recipiendo unam hebreorum 12 ego
ipse qui loquebar ecce assum
Et ideo dicit de accessu meo pro-
xima mea / fecit eam columbam
suam quam spiritum sanctum sibi dedit
et eam pro peccatis suis gemere
fecit ad romanos 8 spiritus quid oremus
sicut oportet nescimus sed ipse spiritus
postulat pro nobis gemitibus ine-
narrabilibus Et ideo dicit de spiritu
meo columba mea / fecit eam perfectam
et immaculatam sua per sermones
quos ei dedit Johannis 15 Jam
vos mundi estis propter sermonem
quem locutus sum vobis Et ideo dicit
de sermone meo perfecta mea / Sex-
to debemus sibi aperire et considera-
tione tam nobilis civitatis cui
dicit intrabo ad illum In ani-
ma sunt tres domus scilicet memoria
intelligencia et voluntas quas
peccatores deo claudunt quia nul-
lam de deo habent recordacionem
nullam de deo cogitacionem et
nullum dei amorem Sed maria
magdalena cristo aperuit ho-
stium sue memorie et ipsi ibi
immisit sui cogitacionem unde dicitur

luce vii aperuit hostium sue vo-
luntatis / et ipse ibi immisit dilec-
cionem fervidam unde dixit cristus de
ea quod dilexit multum ipsum cum
semper in corde portabat que in
corde aliorum similiter esse credebat
cum dicit Johannis 20 Domine si
tu sustulisti eum etc et ideo non
dicit quem quereret quia credebat
quod quilibet sicut ipsa in corde teneret
veram sui cogitacionem et sibi dedit
quam ei dixit Maria et illa mox
ipsum recognoscens dixit Rabboni
ipsam in sui amorem totaliter accedit
quod notatur per hoc quod dicitur Maria sta-
bat ad monumentum foris plorans
unde cantatur de ea recedentibus
discipulis non recedebat et amoris
igne succensa ardebat desiderio /
Septimo debemus sibi aperire et
consideracione convivii tam correcti
quod notatur cum dicitur Cenabo cum
illo et ipse mecum non dixit gu-
stabo vel prandebo nec mere-
dinabo sed cenabo / Gustare
est aliquos bolos recipere Quia
cum deus voluit gustare faciebant
duos bolos in corde unum dant
deo scilicet intellectum per fidem
aliud dant mundo scilicet affectum per
amorem duos de etate sua v-
num dant dyabolo scilicet iuventutem
aliud volunt dare deo scilicet senec-
tutem / Duos de se ipsis et rebus
suis unum scilicet se ipsos dant dyabolo
aliud scilicet sua volunt dare deo Ma-
ria magdalena ad deum gustare
noluit quia de se ipsa bolos non
fecit sed deo dedit cor suum totum
totam suam scilicet personam et omnia sua
nec dixit ipsis prandebo quia
post prandium aliud restat convivium
Illi igitur cum cristo prandium faciunt
qui post primam acceptam iterum
ad peccatum redeunt nec dixit etc

meridiabo quia hec est tercia
qui in meridie reficiuntur a deo v
est perfecta hic castimoniis et ar-
dor amoris. Istam refectionem me-
ridianam petebat sponsa dicens
Cant. 1o Indica michi ubi pascas
ubi cubas in meridie Dixit
autem cristus cenabo quia post cenam
nullum aliud restat convivium Cum
illis igitur cenat qui semper in gra-
tia perseverat Maria autem magda-
lena ante suam conversionem cum deo
gustavit quia cum esset inebriata vi-
nis dei vel vanitate fuit sed
sciphum dyabolo dedit / Post conversi-
onem autem suam cum cristo prandium
fecit quia tempore passionis cristi
per infidelitatem cecidit post
resurrectionem autem suam cum cristo
cenavit quia semper cum cristo per-
severavit in gratia modo vero cum
cristo in meridie comedit quia
ibi plena est luminosa cognitione
fervente amore et dulci frui-
tione // Gustant igitur cum cristo si-
mulantes / prandent recidivantes
cenant perseverantes sed meridiant
triumphantes Unde dicit cristus
tunc cenabo cum illo et ipse mecum
sed utrumque posuit Cum enim dico ce-
nabo tecum et tu mecum hoc est
hoc est ponens symbolum scilicet
comedendo de tuo et de meo
In hac igitur cena spirituali deus
cenat cum penitente et penitens
cum deo quia ambo partes suas
ibi ponunt deus autem tres partes
ponit ibidem scilicet culpe remi-
ssionem gratie infusionem et glorie
collationem Similiter et penitens
tres partes ibi debet ponere scilicet
contritionem confessionem et satisfactionem
Sed multi sunt sicut ioculato-
res qui nunquam vellent comedere
de suo sed semper de alieno / vel-
lent enim quod deus partes suas
ibi poneret sed ipsi partes suas po-
nere nollent vellent magis quod deus
ipsis culpam remitteret sed sine con-
tritione et gratiam infunderet sed sine
confessione et gloriam donaret sed
sine satisfactione Maria autem mag-
dalena in hac cena spirituali istas
tres partes posuit scilicet contritionem
que quando apparuit per tot lacrimas
quas effudit Confessionem quando
peccata sua quodammodo publice confes-
sa fuit quando inter convivantes la-
crimas obtulit Satisfactionem quia sicut
dicit Gregorius Convertit ad virtutem
numerum criminum ut totam serviret deo
in penitentia quidquid de se deo
contempserat in culpa et quia tres
partes suas posuit ideo cristus tres
suas sibi concessit scilicet culpe remi-
ssionem Cum dixit remittuntur ei peccata
multa gratie collationem cum addidit
quoniam dilexit multum et eternam sal-
vationem cum subiunxit fides tua
te salvam fecit etc. Sequitur

Sermo secundus de eadem

Mulierem fortem quis inve-
niet proverbiorum ultimo Tempore
Salomonis nulla mulier
inventa est fortis Et ideo a-
mirando dixit mulierem fortem
quis inveniet Tempore autem gratie
invente sunt multe fortes mu-
lieres sicut Agnes et cetere virgines
que mundum cum suo vicerunt
Inventa est una fortior scilicet Ma-
ria magdalena que carnem
vicit mundum contempsit invisibili
amore flagravit Inventa est
una fortissima scilicet virgo beata
que prima votum virginitatis emi-
sit et deum de celo ad terram tra-
xit / Fuit igitur una maria magda-
lena fortis mulier que quando

Fortitudinem habuit ex caritate
qua tota(m) accensa fuit Rom(anorum)
aut q(uod) Salomon alibi sc(ilicet) Cant(icorum) 8
ponit sex fortissimorum fortissima
d(icens) fortis est ut mors dilectio du-
ract infirmus emulacio lampa-
des eius lampades ignis atque
flammarum aque multe non potu-
erunt extinguere caritatem nec flu-
mina obruent illam si dederit
homo omnem substanciam domus
sue pro dilectione quasi nichil
despiciet illam Ecce sex forti-
ssimorum fortissima sc(ilicet) mors in-
fernus ignis aqua flumine et
substancia temporalis Mors quidem fortis
est in separando quia ea que
fortiter sunt iuncta sc(ilicet) animam
et corpus dividit et separat
1 Reg(um) 15 Siccine me separat
amara mors Et sicut dicit dy-
onisius Mors non est subiecti con-
sumpcio sed unitorum separacio Infernus
est fortis in retinendo et con-
servando quia animas semel re-
ceptas semper retinet et conservat nec
ullam perdit nullam amittit Ho(mo)
aliquando evadit de carcere sem-
per sequia que custodibus vel
alys impendit solicitando per
allegaciones suas s(ive) innocencias
coram iudice ostendendo Aliquis
per astucias et ingenia carceres
frangendo et fugiendo Sed sic
dicit Ecc(lesiastes) 9 Nec opus nec racio
nec scientia nec sapiencia erunt
apud inferos quo tu properas Ibi
non erit opus munerum nec ca-
ptivorum nec racio allegacionum
nec scientia nec sapiencia ingeni-
orum Ignis est fortis in consu-
mendo Job 31 Ignis est usque
ad consumacionem devorans de-
vorans et omnia eradicans
germina Ideo d(icitur) proverbiorum tercio

Ignis numquam dicit sufficit
Aqua est fortis in extinguendo
quia fortissimam virtutem ignis
aqua extinguit Ecc(lesiastici) 3o Ignem
ardentem extinguit aqua Flu-
men est forte in obruendo unde
dicitur Mathei 7 venerunt flumina
et flaverunt venti et irruerunt
in domum illam et cecidit et
fuit ruina magna Ideo dicitur
Job 20 Si continuerit aquas sic-
cabit terram Substancia temporalis est for-
tis in appetendo sive deprec-
ando Quia sicut dicitur Ecc(lesiastes) 5
Avarus non implebitur pecunia
Iram quo plus sunt pote plus
siciuntur aque Item crescit amor
nummi quantum pecunia crescit Dilec-
cio ergo dei fuit fortis in mag-
dalena instar istorum sex forti-
ssimorum que Salomon assignat pri-
mo sc(ilicet) sicut mors Iram sicut mors
animam a corpore dividit sic et
amor dei magdalenam ab a-
more mundi totaliter separat et
amoris cristi fluctus vivit et
ideo poterat dicere cum apostolo Gala-
tarum Vivo ego iam non ego vivit
autem in me cristus Derelinquerat
quidem omnia sensibilia dimiserat o-
mnia intellectualia et deiformis
affecta amori cristi se immedi-
ate adiungebat Distinguit namque
dionysius tres gradus ascendendi
in deum primus est per sensibilium
manuductionem et hic est incipi-
encium de quo dicitur Ro(manorum) 1o In-
visibilia enim dei per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur
Isto gradu magdalena usa est
in primordio sue conversionis cum
ad pedes cristi stetit per pedes

qui sunt corporis scabellum sen-
sibilia accipiunt unde dicitur ysaie
66 celum michi sedes est terra
autem scabellum pedum meorum // Secundus
gradus est per intellectualem
operacionem et iste est proficiencium
de quo dicitur proverbiorum 8 Qui ma-
ne vigilaverint ad me invenient
me. Isto gradu magdalena
usa est in suo progressu quando
scilicet sensibilia dimittebat et spiritua-
libus et divinis intenta erat
unde dicitur luce 10 Que eciam
sedens secus pedes domini au-
diebat verbum illius // Tercius gradus
est per immediatam unionem
de quo dicitur 1 corinthiorum 3 Nos vero
omnes revelata facie gloriam domini
speculantes in eandem ymagi-
nem transformamur de claritate
in claritatem tamquam a domini
spiritu. Isto gradu magdalena
usa est in sua perfectione quod si-
gnatur per hoc quod dominus ei
dixit luce 10 Maria optimam
partem elegit et per hoc quod iam
non pedes sed caput unxit
ad significandum quod amori divinitatis
sine aliquo medio se univit Cum
igitur totaliter cristo per amorem
se univerat totaliter a se defecerat
et insensibilibus affecta sibi et mun-
do mortua erat. Origenes Quid
aliquid fecerat mors in maria
magdalena et sensibus non sen-
ciebat / videns non videbat au-
diens non audiebat Sed neque ibi
erat / ubi erat quia tota ibi erat
ubi magister suus erat / Secundo gaudium
dei fuit in ea forte sicut infuso
qui est fortis in retinendo Amor
enim dei eius mentem cum deo
sic fortiter colligavit quod nunquam
ab eius amore cadere potuit /

Rari sunt qui amicum bene di-
ligant ideo dicitur ecclesiastici 6 Est amicus
secundum tempus suum et non permanebit
in die tribulacionis. Rariores qui
diligant in morte ymo eciam
ubi filii parentibus quos in vita
dilexerant in morte adversantur
cum ea que salutis sue sunt
ordinare disponunt. Ideo Job qui
quasi erat ab omnibus derelictus
eciam a propria uxore delictus
dicebat Job 19 fratres meos lon-
ge fecit a me et noti mei
quasi alieni recesserunt a me.
Rarissimi qui diligant post mortem
ymo sicut dicitur in psalmo Pe-
riit memoria eorum cum sonitu
scilicet clamoris palmarum et campa-
narum. Cum enim sicut dicit Seneca
amicorum defunctorum dulcis
est cogitatio ac blanda quia habui
eos ita tamquam amissurus ami-
cos / tamquam habeam Maria autem
magdalena dilexit cristum
in hoc triplici statu. Nam dile-
xit eum viventem unde dicitur
luce 7 quoniam dilexit multum
dilexit morientem Johannis 19
Stabat iuxta crucem ihesu ma-
ter eius etc et maria magdalena
dilexit mortuum / unde et unguen-
ta paraverat et ipsum ungere
volebat ut quem viventem di-
lexerat mortuo dilectionis obsequium
quia exhiberet / dilexit sepul-
tum / ideo ad sepulcrum eius
stabat et flebat quia ipsum
invenire non poterat / Tercio amor
dei in ea fuit fortis sicut ig-
nis qui est fortis in consumendo
et ascendendo. Ignis amoris
in sanctis viris quadruplex
incendium operatur scilicet cremacionem

et consumpcionem criminis Ecclesiastici 10 Deus tuus ignis consumens est. Item vel Di sancitonie (?) iiii lauerit de medio eius in spiritu iudicii et spiritu ardoris // facit incendium cordis Luce xii Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur Luce ult. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis et cetera facit incendium sermonis Ecclesiastici 48 Surrexit helias quasi ignis et verba eius quasi facula ardebat facit incendium operis Job 37 Nonne vestimenta tua i. opera tua calida sunt cum perflata fuerit terra i. caro que debet esse fecunda austro i. spiritu sancto. Medio istud quadruplex incendium fuit magdalena. s. consumpcionem criminis Luce vii Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum Gregorius Intendit plene peccata rubiginem qui ardent valde per amoris ignem. Incendium cordis Gregorius Crue cum preter frigida remanserat per modum amando fortius ardebat Unum tantum de ea Gemblensis Igne succensa ardebat desiderio Incendium sermonis dixit Johannis 20 Domine si sustulisti eum dicito michi aut ubi posuisti eum et ego eum tollam Ecce verba mirabilis fuerit quia una mulier fragilis tam corpus hominis se gestare putabat Sed vis amoris nichil sibi impossibile reputabat Gregorius O ineffabilis singularis amor nullum locum recepit sine timore dicit absolute promittit ego eum tollam / Fuit incendium operis nam sicut dicit Johannis 20 Cum adhuc tenebre essent ipsa venit ad monumentum Ecce quia aliis dormientibus et quiescentibus ipsa sola quiescere non valebat Data fuisset propter custodes et iudeorum persecucionem et pilati et pilati timorem in meridie venisse Sed in nocte venit non propter tempus non iudeorum persecucione non mortis horrore non armato custode non pilati timore // Certo amor dei fortis fuit in ea sicut aqua que fortis est ingnet ingruendo Extinxit enim in ea amorem carnalem quia post ea caste vixit Gregorius Gustatu spiritu despicit omnis caro vel respicit Extinxit amorem terrenum quia omnia contempsit Gregorius Recte non quaerit in terra quis amet qui dominum celestem in veritate gustavit Extinxit amorem privatum quia de seipsa nichil post ea curavit sed continua annis corpus suum afflixit Glossa glo(ssa) Cui aut sunt cristi carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis Extinxit amorem domesticum quia fratrem sororem et patres deserens continua annis solitaria mansit Augustinus amandus creator sed preponendus est creatori / nec nimis si tot amorem extinxit quia magna aqua i. lacrimarum habundanciam habuit Cristus namque nostri fuimus quatuor vicibus flevisse legitur Primo in sua infancia et quando ne ostensione Bapte // Romanorum vocem omnibus similem eius plorantibus Secundo de magna compassione de quo dicitur Luce 19 videns civitatem flevit super illam / Tercio de magno amore de quo dicitur Johannis 11 Cum missus ad lazarum resuscitandum lacrimatus est dicit

Dixerunt ergo iudei ecce quomodo
amabat eum / Quarto fuit cum
magno dolore de quo dicitur
Hebr. v Qui in diebus carnis
sue i. passionis sue preces i.
supplicationes quia deum qui
possit illum saluum facere cum clamore
valido et lacrimis offerens exau-
ditus est pro sua reuerentia Sic fuit
et magdalena quia habuit quatuor genera
lacrimarum scilicet lacrimas compunctionis
que fuerunt in conuersione sue vel
penitentie Luce vii Quod cepit riga-
re lacrimis pedes / lacrimas com-
passionis quas fudit in morte
fratris de quibus dicitur Ioh. xi Ihesus
ergo ut vidit mariam plorare et
lacrimas doloris quas fudit pro
cristi passione de quibus dicitur
Luce xxiii° Sequebatur autem
illum euntem ad passionem multa
turba populi et mulieres que plange-
bant et lamentabantur eum et
lacrimas deuotionis quas fudit
ad monumentum pro desiderio quod ha-
bebat videndi dominum de quibus
dicitur Iohannis 20 / Maria stabat
ad monumentum foris plorans et
Quinto amor dei fuit in ea fortis
sicut flumine quod est forte in ob-
ruendo vel obruendo Ante con-
versionem autem sua dyabolus de ea
castrum suum fecerat quod in pace possi-
debat omnibus generibus amorum i.
peccatorum ipsum muniuerat Sed aduenit
impetus diuini amoris et ipsum
castrum funditus destruxit et deo
dignam habitationem fecit Quod patet
per hoc quia sicut dicit augustinus
in libro de ciuitate Bona domus
est paribus membris disposita
ampla et lucida Sic ipsa fuit
pariter disposita per virtutum varie-
tatem de quo dicit [illegible]
Quantum credidisti speras et diligis tan-
tum apparebis / fuit lucida per sere-
nitatem et ampla per caritatem
de hiis tribus dicitur proverbiorum ultimo
Stragulatam vestem fecit sibi
i. diuersorum colorum et hoc quantum
ad virtutum varietatem / Byssus et
hoc quantum ad sue claritatem
et purpura indumentum eius et
hoc quantum ad caritatem / Sexto
amor dei fuit in ea fortis sicut
terra temporalis Quia quanto quis terra
terra magis et magis habundat
tanto magis habundare desiderat
Sic sancti viri quanto magis amore
dei fuerunt pleni tanto magis affec-
tant impleri Sed est quoddam
quod valde mirandum videtur quod scilicet
auari maiori ardore terrena di-
ligant quam viri celestes celestia
concupiscant et firmius figatur in cor-
de auari amor terrenorum quam
in corde viri iusti amor eterno-
rum Eccl. i Generatio aduenit et generatio
preterit terra vero in eternum stat quia
bona proposita in corde alicuius
generata modo adueniunt per me-
ditationem assiduam modo rece-
dunt per negligentiam / terra autem
cupiditatis semper stabit per firmam inheren-
tiam In corde enim hominis et
generantur mala desideria que cum
aduenerunt non preterunt in senec-
tute / terra autem i. cupiditatis in cor-
de auari in eternum stat quia et in
iuuentute aduenit et in senec-
tute non recedit In corde enim gu-
losi multe male concupiscentie ge-
nerantur que cum aduenerint in
esurie et recedunt in sacietate
terra autem cupiditatis in corde
auari semper stat et quando est
vacuum et quando est diuitiis plenum
Causa autem quare terra firmiter stat
dicitur quod celi dignitatis sunt purita-

celum cum propter suam dignitatem
et puritatem ex omni parte sui terram
tanquam fecem a se ipso expellit
Sic ergo viri celestes terrena desi-
deria tanquam feces a se ipsis expel-
lunt et ex omni parte abiciunt
Siquidem memoria abicit quia
nullam vult habere inde recor-
dacionem Intelligencia abicit
quia nullam vult habere de talibus
provisionem / voluntas abicit
quia non vult habere in talibus af-
fectionem Celestes igitur viri ter-
rena contempnunt abiciunt avari con-
cupiscunt et sic in corde suo terrena
consistunt Sic abiciebat apostolus
qui dicebat philippenses 3o Omnia detri-
mentum feci et arbitror ut ster-
cora ut cristum lucri faciam
Sic recipiebat ille dives de
quo dicitur luce xvi Homo qui-
dam erat dives qui induebatur
purpura et bysso et epulabatur cotidie
splendide Alia causa quare
terra medium stat dicitur esse terre gra-
vitas cuius est proprie tendere ad cen-
trum Terrena quidem gravia sunt
et ideo semper descendere appe-
tunt Sancti autem viri habent
cor suum sursum iuxta illud philip-
pensium Nostra conversatio in celis est
et ideo terrena cupiditas aut
ad eos non attingit aut si atti-
ngit mox descendere appetit Ava-
ri vero habent cor deorsum / ideo ter-
rena ad eos tanquam ad suum
centrum descendunt et ibi quie-
scunt Sic verificatur quod dicitur proverbiorum 17
celum sursum terra deorsum
quia celestia appetunt ascendere
ad cor sanctorum quod est sursum
Terrena vero appetunt descendere
ad cor avarorum quod est deorsum
ideo dicitur in proverbio ascendunt

usque ad celum et descendunt
usque ad abyssum Quia si terrena
cupiditas aliquando cordi hominis
celestis adheserit quia in suo loco
non est mox descendit et in cor-
de avari quiescat Sic quiescebat
in corde illius avari de quo
dicitur luce xii Anima mea habes
bona multa reposita in annos
plurimos requiesce comede bi-
be et epulare Avare cum
terra stat dicitur esse tam perfecta
terrenitas que est in medio Et
quia simile attrahit suum simile
ideo attrahit ad medium aliarum partium
terre In corde avari est perfecta terre-
nitas quia totum est terra iuxta
illud viii Sancti Gregorii Talis est unus-
quisque qualis est dilectio sua
Si terram diligis terra es Cor vero
sanctorum totum est celeste et divinum
unde subdit Augustinus Si
deum diligis deus es Et quia
omne simile appetit sibi simile
iuxta illud Ecclesiastici 13 Omne animal
diligit sibi simile Ideo avari
attrahunt terrena Spirituales autem
viri appetunt celestia Ecclesiastici 13
Que communicatio sancti ad canem
aut que pars bona diviti ad pau-
perem Item nulla quia sanctus appe-
tit pura et munda Avarus vero
qui tamquam canis saciari non potest
appetit terrena et immunda pars
pauperis cristus est ipse deus / pars
divitis est ipse mundus Sequitur

Sermo Tercius de eodem

Et stans retro secus pedes
eius lacrimis cepit rigare
pedes eius et capillis capitis
sui tergebat et osculabatur pedes
eius et unguento ungebat luce
7 Sicut dicitur sapiencie xi per que
peccat quis per hec et torquetur

Quia igitur ista Maria Magdalena multipliciter deum offendit ideo multipliciter satisfecit. Offenderat quidem oculis ad vanitates curiose et sepius scilicet intuendo. Offenderat ore illud impudicis ornatum polluendo. Offenderat in nimio odore unguenta odorifera sue carni sepius adhibendo. Offenderat capillis eos vane componendo. Sed sicut dicit Gregorius: Quot in se habuit oblectamenta tot de se invenit holocausta. Convertit ad numerum criminum numerum virtutum ut totum deo serviret in penitentia quicquid deum contempserat in culpa. Satisfecit quidem oculis per ~~lacrimarum~~ habundantem lacrimarum effusionem. Satisfecit capillis per humilem tersionem. Satisfecit ore sacra oscula Christi pedibus infigendo. Satisfecit odore unguentis preciosis Christi pedes inungendo. Primo igitur satisfecit oculis per habundantem lacrimarum effusionem, quod notatur cum dicitur: lacrimis cepit rigare pedes eius. Gregorius in omelia: Oculis terrena concupierat, sed hos iam per penitentiam conterens flebat. Voluit cum Christi pedes lavare aqua potiori sed aqua procedente ab interiori, scilicet lacrimis propriis, ad significandum quod veras proprietates lacrimas in se habebat. Lacrima cum est clara est humida et calida est salsa. Ista autem Magdalena ante sui conversionem erat tenebrosa, erat inmunda, erat frigida et erat insipida. Habuit igitur lacrimas claras ut tenebrosam ~~lacrimas~~ luminaret; lacrimas humidas ut immundam lavaret; lacrimas calidas ut frigidam inflammaret; lacrimas salsas ut insipidam sale sapientie condi-ret. Erat igitur tenebrosa et ideo effudit lacrimas claras ut ipsam tenebrosam illuminaret. Gregorius: Sicut autem ubi vehementibus imbribus preluvium fit serenitas, sic lacrimis effusis apparet tranquillitas et perit caligo reatuum. Et sicut per aquam et spiritum renascimur, sic per lacrimas et confessionem denuo mundamur. Dicitur Genesis 1°: Terra, id est Maria Magdalena, vicijs tincta erat inanis et vacua quia nulla in se bona habebat opera, et tenebre erant quia habebat obscuritatem et merores super faciem abyssi quia habebat profunditatem viciorum, quia facta est in ea mutacio dextere excelsi. Quamvis sic erat terra facta est arida. Unde dicitur: congregentur aque que sub celo sunt in locum unum ut appareat arida. Aque que super celos sunt sunt cogitaciones celestes et spirituales. Aque vero que sub celo sunt sunt cogitaciones fluxibiles et carnales, que tunc in locum unum congregantur quando sub rationis dominio cohercentur. Et tunc terra que erat turbata id est diversis vicijs arida efficitur arida id est ab omni humore carnalis concupiscencie exsiccata. Terra que erat inanis et vacua facta est bonis operibus locupletata. Unde dicitur: Germinet terra herbam virentem et facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum. Ipsa enim produxit herbas virentes id est spirituales cogitaciones devotas et semen id est rectas intenciones que opera bona crescere faciunt coram deo. Produxit lignum pomiferum id est additi seras affecciones et voluntates et facientes fructum idest bonas

operacionis. Item terra que erat tene-
brosa facta est luminosa, unde
dicitur: dixit quoque deus fiat lux
et facta est lux et divisit
lucem deus a tenebris. Sicut
deus lucem a tenebris divisit
sic omnem tenebrositatem igno-
rantie ab ea expulit et lucem
sapientie celestis infudit. Tercio
que erat abyssus per profunditatem
viciorum habuit habundanciam
lacrimarum ut ipse fluvius lacrimarum
exsiccaret abyssum omnium viciorum.
[illegible] dicitur spiritus domini ferebatur super
aquas id est super lacrimas. Secundo
eius lacrime fuerunt calide ut im-
mundam lavaret. Lacrime enim
adeo quod calide fuerunt ablutive sunt
sordis. Unde Ieronimus: Maria enim tur-
pitudinis sue maculas aspexit
lavanda ad fontem misericor-
die cucurrit, unde poterat dicere
cum psalmista: Lavabo per singulas noc-
tes lectum meum, lacrimis meis
stratum meum rigabo. Deus mun-
dum duplici elemento purgat,
scilicet elemento aque in diluvio et
elemento ignis in iudicio. Isto
duplici modo Mariam Magdalenam
purgavit, scilicet aqua lacrimarum
et igne amoris. Ipse quidem spiritua-
le baptismum fecit quo Mariam
[Magda]lenam lavit, in quo baptismo
[illegible] fuit aqua habundantis
lacrimationis, unde dicitur:
lacrimis cepit rigare pedes e-
ius, posuit crinibus [illegible] [illegible]-
tionis, unde dicitur: Rigavit
lacrimis pedes domini. Et
cum baptismum calefecit igne amoris,
unde dicitur: quoniam dilexit multum,
et igne doloris [illegible], sicut dicit
Augustinus: lacrime sunt testes
doloris. Tercio ipse lacrime fuerunt
calide ut frigidam inflamma-
rent Mariam que prius fuit

frigida ad fornacem amoris
veniens recessit nimium inflam-
mata, adeo quod de ipsa fornace
[illegible] incendium reportavit, scilicet
incendium amoris. Nam cum ceteris
de ea recedentibus discipulis
non recedebat et amoris eius
igne succensa ardebat desi-
derio. Reportavit incendium
sermonis. Nam cum Petrus et
Iohannes frigidi in domo sede-
rent, ipsa eos igniculis sermonis
calefecit dicens: Dominum tulerunt
de monumento et nescio ubi
posuerunt eum. Qui ad eius ser-
mones tam calefacti fuerunt
quod mox surgentes ad monumentum
cucurrerunt. Reportavit incen-
dium operacionis. Ipsa enim sic inflam-
mata erat quod prius esse non poterat,
sed media nocte surgens ad
monumentum cum adhuc tenebre es-
sent veniebat, modo ad disci-
pulos currebat, modo ad monumentum
intrans corpus requirebat. Quar-
to ipse lacrime fuerunt salse ut
insipidam sale sapientie condiret.
Hoc signatum est iiii Regum 2,
ubi dixit Eliseus: Afferte mihi
vas novum et mittite in illud
sal. Ipsa quidem fuit vas vetustum
vetustate culpe, sed post per graciam
facta est novum novitate gracie.
Ipsa fuit prius vas contumelie et
turpitudinis, sed post modum
facta est glorie et honoris. In
isto vase prius habuit septem
demonia id est vicia, sed
post modum habitavit spiritus septem
dona, scilicet spiritus sapientie et intellectus.
Proverbiorum ultimo: Gustavit et vidit
quoniam bona est negociacio eius. Ecce
prius sapientie que habet celestia
gustare, unde sapientia quasi sa-
pida scientia non extinguetur in

nocte lucerna eius/ lucerna ho-
minis est intellectus mentis qui
in ipsa cura in nocte adversitatis
in nullo potuit obscurari In
isto vase habitavit spiritus consilii
et fortitudinis unde dicitur
ibidem Quesivit lanam et li-
num Ecce spiritus fortitudinis et
operata est consilio manuum suarum
Ecce spiritus consilii Ita deo fortis
fuit/ et magnanimus quod fecit
sibi vestem honeste conversationis
et fecit sibi sindonem mundi-
ssime affectionis et ista cum dis-
cretione fecit quia operata est
consilio manuum suarum Ista ma-
gnanimitatis et fortitudo tangitur
ibi Cum dicitur Accinxit forti-
tudine lumbos suos Ecce quam
fortis fuit in acquirendo bona
opera In isto vase habitavit
spiritus scientie et pietatis unde dicitur
ibidem Consideravit agrum
et emit eum Ecce spiritus scientie opera
cum qua debet procedere providendo
et consideranda prover. iiij° Oculi tui recta
videant et palpebre precedent
gressus tuos De fructu manu-
um suarum plantavit vineam
ut scilicet pauperes pasceret Ecce spiritus
pietatis unde subdit manum
suam aperuit inopi et palmas
suas extendit ad pauperes In
isto vase habitavit spiritus timoris
domini unde subditur fallax
gratia et vana est pulcritudo mu-
lier timens deum ipsa laudabitur/
Istud igitur vas quod erat vetustum
quia in ea habitabant septem
demonia per quem modum factum est
vas novum quia in eo habitavit
septem spiritus sancti dona Ideo
bene dicitur Affer michi vas
novum Reg. et mitte in illud

sal. i. celestem sapientiam et
divinam Istud sal ante conversionem
suam non habuit Ezech. 16 In
aqua non es lota in salutem
nec sale salita nec enim erat
plena sale celestis sapientie
sed melle carnalis concupiscentie
quo modo autem istud vas sa-
pientie divino erat repletum et ideo fecit
deo sacrificium gratum Levit.
In omni oblatione offeres sal
Ideo quia deum offendit in capil-
lis ipsos vane componendo sa-
tisfaciebat de eis eius pedes
humiliter extergendo Gregorius in [illegible]
Capillos ad compositionem vultus
exhibuerat sed capillis lacri-
mas tergebat/ Per capillos
autem capitis intelligi possunt
cogitationes mentis quarum
quedam sunt bone quedam
male quedam indifferentes [illegible]
quedam sunt nocive
quedam inutiles et vane
Ista quadruplex dicitur tangitur
Ezech. v/ ubi dicitur Sume
tibi gladium acutum radentem
pilos et duces per caput tuum
et per barbam tuam Tertiam
partem igni combures et assumes
tertiam partem et concides gladio
in circuitu eius/ Tertiam vero aliam
in ventum disperges et gladium
nudabo post eos et assumes
inde parvum numerum et ligabis eam
in summitate pallii tui Cap-
tum viri aliquando habuit cogitatio-
nes igne spiritus sancti inflamma-
tas et ideo dixit Tertiam partem
igni combures non minus vero ex
infirmitate carnis habent
aliquas cogitationes volatiles
et vanas quas non possunt
ex toto comburere sed saltem
per frequentem confessionem et

ostentacionem debent eas committere
et ideo dicit Et assumetis duas
partem et concidetis gladio in
circuitu eius Non nisi vero secun-
dum quod aliquas curas et solli-
citudines temporales et ideo dicit
et assumetis inde parvum nu-
merum et ligabis eos in summitate pal-
lii tui debent enim sollici-
tudines quas mundi temporales ec-
cessitate Et ideo assumetis inde
parvum numerum vel debent affectum
mentis penetrare sed quodammodo
a foris et in extremitatibus ipsam
debent attingere Et ideo dicit
et ligabis eos in summitate
pallii tui Cogitaciones autem va-
ne sunt penitus expellende
nec ultra admittende et si
forte redire sathagerint contra
eas divine severitatis gladius
est opponendus Et ideo dicit
Tertiam aliam in ventum disperges
et gladium nudabis post eam In
hoc quod dicitur disperges notatur
quod sunt expellende In hoc quod
dicitur in omnem ventum notatur
quod non sunt ultra revocande
In hoc quod dicitur gladium nuda-
bis post eos vel secundum aliam literam
nudabis ostenditur quod si ultra
animum pulsaret contra eas est di-
vine severitatis gladius oppo-
nendus Tertio deum osculabatur oc-
cana contra vel illud impudicis
osculis polluendo sed deo
exhibebat cuius pedes cum de-
vocione nimia osculando
virginem dicere superba dixerit
pedes deo osculantes om in re-
demptoris sui vestigia figeret
nondum autem quod osculum aliquando
est signum amoris sicut quando
mater osculatur filium vel alium

amicum aliquando est signum
reverencie et devocionis sicut
quando osculamur manus vel pedes
sublimium personarum aliquando est si-
gnum pacis et reconciliacionis
sicut quando homines post longas
discordias ad pacem reducti se
invicem osculantur aliquando est
signum prodicionis sicut legitur
2 Regum 20 Cum ad Joab una ma-
nu quasi osculans eum et cum
alia ipsum gladio perforavit Cum
tunc ad ista quatuor signa quatuor
persone Christum osculate fuerunt scilicet
virgo beata Symeon maria mag-
dalena et Judas Virgo beata
namque ipsum osculata est in amoris
gestans eum infantem nam Bri-
gida virginea sepe in ipsum beata
infixit oscula unde forte sepe
sibi dixit illud quod dicitur Genesis 27
Da michi osculum fili mi
ysaac et Jacob Illi igitur cum
beata virgine osculantur Christum
osculo amoris qui pleni sunt
suavitate divine dilectionis Et istud
osculum divini amoris habet dup-
plex labium unum superius scilicet amorem
dei et unum inferius scilicet amorem
proximi De isto duplici labio in
prima Johannis 4 hoc mandatum ha-
bemus a deo ut qui diligit deum
diligat et fratrem suum Symeon
osculatus fuit Christum devocionis
credendum est enim quod postquam
Christum in ulnas suas suscepit
nimia devocione affectus ipsum
plures osculatus fuit Illi igitur
osculantur Christum cum Symeone
qui intima repleti sunt devo-
cione et istud osculum devo-
cionis habet duplex labium unum
inferius scilicet intellectum aliud superius

scilicet affectum. Competit enim quod intellectus
afficiatur in deum per fidem et affectus
per amorem. De isto dupplici
labio osculi devotionis dicitur
1 Cor 14 Orabo spiritu orabo et
mente psallam spiritu psallam et
mente. Hoc est affectione spirituali
deum hoc est intellectum per fidem
et mente id est affectu per amorem.
Magdalena osculata est cristum
in signum reconciliationis. Quia
cum fuerit dei inimica ideo pedes
cristi osculabatur ad significandum
quod deo fuerit reconciliata. Illi igitur
osculantur cristum cum magdalena
qui prius inimici dei effecti per modum
sunt ad patrem per primam reducti.
Et istud osculum divine recon-
ciliationis habet duplex la-
bium. Unum superius scilicet misericordiam dei
indulgentis, aliud inferius scilicet
satisfactionem requirentis. De isto
dupplici labio huius osculi dicit
psalmista Misericordia et veritas
obviaverunt sibi iusticia et pax
osculate sunt. Misericordia
scilicet remittentis et veritas seu
iusticia satisfactionem requirentis
obviaverunt sibi in peccatore scilicet pe-
nitente et satisfaciente et in
eo ad invicem reconciliate sunt.
Unde subditur Iusticia et pax
osculate. Iudas osculatus est
cristum in signum proditionis Math
26 Qui autem tradidit eum dedit
eis signum dicens Quemcumque o-
sculatus fuero ipse est tenete eum.
Illi autem osculantur cum iuda qui
per quam cristum in domum cordis
sui introduxerunt ipsum expellunt
et inimicum capitalem suum scilicet
dyabolum introducunt. Et istud o-
sculum proditionis habet duplex
labium unum superius scilicet aversionem

a bono incommutabili
et aliud inferius scilicet conversionem
ad bonum commutabile. De isto du-
plici labio huius osculi dicitur
Prov 1o Aversio parvulorum interfi-
ciet et prosperitas stultorum perdet.
Vel istud duplex labium per
amor male inflammationis et
timor male humilians. Unde
dicit Augustinus super illud Incen-
sa igni et suffossa etc. Omne
causatur vel ex amore male in-
flammante et hoc est incensum
vel ex timore male humiliante
et hoc est suffossum. Ista duo tra-
xerunt iudam ad peccatum scilicet amor
male inflammans quia pecuniam
nimis ardenter amavit, et timor
male humilians quia de dei misericordia
desperavit. Quarto quo affectu
deum in variis operibus odoribus
satisfaciat pedes cristi ungere
odoriferis unguentis. Unde
autem quod unguentum odoriferum
penetrative locum inveniendo quia
acredine habet lenitatem ex sua
pinguedine habet dolorem mitiga-
re ex sua suavitate, habet
redolere ex sua aromaticitate.
Ex hiis quatuor proprietatibus ungen-
ti potest accipi quadruplex unguen-
tum spirituale. Unde in quantum
unguentum habet penetrare
ex sua acredine accipitur unguen-
tum contritionis. In quantum habet
lenire ex sua pinguedine
accipitur unguentum devotionis.
In quantum habet mitigare ex sua
suavitate accipitur unguentum
compassionis. In quantum habet re-
dolere ex sua aromaticitate acci-
pitur unguentum odoriferum operum
bonorum et ad ista quatuor ungu-

spiritualia siquidem maria magdalena
quadruplicem christum vnxit primo
namque vnxit pedes eius in
galilea / de qua vnctione agitur
in euangelio hodierno Deinde vn-
xit eum in bethania vbi po-
suit eius caput de qua vnc-
tione agitur in euangelio matthei 26
et marci 14 / deinde vnxit eum
in pedibus de qua vnctione ioh
12 deinde vltimo voluit vngere
corpus defunctum de quo agitur
marci vltimo Est igitur vnguentum
contritionis deuotionis compassionis
et odorifere opinionis Et quodlibet
de istis vnguentis est suas spe-
cies de quibus conficitur Nam
species vnguenti contritionis sunt
peccata species vnguenti deuotionis
sunt dei beneficia species vn-
guenti compassionis sunt proximorum
afflictiones et calamitates species
vnguenti odorifere opinionis
sunt bone operationes atque
virtutes / Primo igitur vnguentum
scilicet contritionis signatur per primam
vnctionem qua maria magdalena
pedes christi vnxit / lacrimis
rigauit et capillis tersit
et hec species sunt peccata que
quamvis species sunt valde amare
que debent in mortariolo /
memorie sue conteri contundi
et pilo doloris contriti lacrimarum
habundantia impinguari et
igne amoris decoqui Tale vn-
guentum ipsa conficiebat dicens
recogitabo id est sepe et sepius
cogitabo Contra illos qui
tamen semel de peccatis suis cogi-
tant sine dolore tibi vel vi-
cario tuo Contra illos qui peccata
abscondunt omnibus annis id est
omnibus annis peccata que feci
scilicet pueritie adolescentie iuuen-

tutis virilis etatis et senectutis
necessarii non alienos Contra illos
qui aliorum peccata respiciunt et sua
negligunt in amaritudine non
delectatione Contra illos qui
de peccatis suis cogitant non ad
dolendum sed ad delectandum
anime mee Contra illos qui
sequuntur dolorem verbalem vel su-
perficialem non intima anime
penitentiam / Secundum est vngen-
tum deuotionis quod signatur
per vnguentum quo vnxit christum
in capite psalmus Impinguasti in
oleo caput meum Tunc caput
oleo impinguatur quando christus
mira deuotione pascitur vel quando
mens mira sua deuotione re-
pletur Species quoque vnguenti sunt
Beneficia in Canticis sunt diuina
beneficia que sunt ibidem conteret
studiose debent colligi et
intra mentis oculos digna ad
gratiarum actione reduci vasculo
pectoris recondi igne sancti de-
siderii decoqui et deinde oleo
letitie impinguari / Tertium est
vnguentum compassionis quod signatur
quo maria pedes ihesu in Be-
thania vnxit per pedes
christi intelliguntur illi qui vi-
dentur esse in terra vltimi
et abiecti id est pauperes et afflicti
qui vltimo vnguento compassionis
sunt vngendi / Cuius autem
vnguenti species sunt proximorum afflic-
tiones et calamitates quas
debemus in corde recondere
et inde vnguentum conficere vel
in affectu miserationis 1 Ioh 3
Qui habuit substantiam mundi
et viderit fratrem suum necessita-
tem habere et clauserit visce-
ra sua ab eo quomodo caritas dei

manet in eo vel in affectu
consolacionis Eccl. 18 Frondere ar-
dorem refrigerabat ros sic et
verbum melius quam datum
Nonne ecce verbum super datum
bonum et utrumque cum homine iu-
stificato vel saltem in affectu
compassionis Job 30 Compaciebatur
anima mea pauperi 2 Cor. 11 Quis
infirmatur et ego non infirmor
quis scandalisatur et ego non
uror Quia cum non potest dare bo-
num datum det bonum verbum et
qui nescit dare verbum saltem
dat cordis affectum // Quartum
est unguentum odoriferum opinionis
quod signatur per aromata que ma-
ria emit ut corpus Christi unge-
rent / Primus unguenti species sunt
bona opera et virtutes unde
ait Beda super illud Emerunt
aromata ut venientes ungerent
eum Hi odore bonorum operum re-
fecti cum opinione bonorum operum
deum querimus quasi secuti cum a-
romatibus venimus Ille autem
mulieres angelos vident que cum
aromatibus veniunt quia videlicet ille men-
tes supernos cives aspiciunt que
cum virtutum odoribus per sancta desi-
deria proficiscuntur Istud autem un-
guentum odoriferum opinionis conficitur
ex tribus odoriferis speciebus scilicet
de odorifera conscientia de odorifera
vita et de odorifera fama Ta-
li enim unguento delectat deum
nos ipsos et proximos / Deo quidem
debemus odoriferam conscientiam
nobis odoriferam vitam / pro-
ximis odoriferam famam De
odorifera conscientia dicit Prov. 27
Unguento et variis odoribus

delectatur cor Istum odorem consci-
encie sepius maculat cogitaciones male
Eccl. 10 Musce morientes perdunt
suavitatem unguenti / De odori-
fera vita dicitur Cant. 4o Odor
vestimentorum tuorum sicut odor
thuris Nam vestimenta sunt
bona opera que tunc instar thuris
sunt odorifera cum sunt deo gra-
ta sicut odor thuris deo erat
acceptus De odorifera fama
dicitur Prov. 22 Melius est no-
men bonum quam divicie multe Eccl. 7
Melius est nomen bonum quam
unguenta preciosa Quia igitur
beata Maria Magdalena tam
mirabiliter conversa fuit et tam
de omnibus peccatis suis satisfecit
ideo Christus de ea dicere potuit
quod dicitur Ysaie 21o Babilon di-
lecta mea dicit dominus posita
est michi in miraculum Quia
prius fuerat Babilon id est confu-
sio propter peccatorum multiplicitatem pos-
modum facta est dilecta propter
ferventem caritatem et muta-
ta propter mirabilem conversionem Nec
tantum dixit dominus ipsam in conversione
sua esse mirabilem sed eam dixit
esse quodammodo miraculum In conspec-
tu hominum dicitur esse miraculum
quando aliquid fit contra solitum
cursum nature et quando
ceci vident claudi ambulant
et cetera In conspectu angelorum
dicitur esse miraculum quando ali-
quid evenit contra cursum su-
perioris glorie sicut fuit illud
quod mulier scilicet virgo beata
assumpta est super choros ange-
lorum de quo miraculo Apoc.
12 Signum magnum apparuit in
celo mulier amicta sole et
luna sub pedibus eius

In conspectu dei dicitur esse miraculum cum aliquid evenit contra solitum cursum inferioris nature sicut fuit quod paulum tam magnum persecutorem tam subito et tam perfecte gratia divina convertit. Isto triplici modo beata maria magdalena in sua conversione miraculum fuit. Fuit quodammodo contra solitum cursum inferioris nature quia scilicet tot lacrimas de oculis suis fudit quod inde pedes christi lavit quod sine natura posse fieri non videtur. Ibi fuit quoddam contra solitum cursum superioris celestis sicut quod ipsa adhuc in corpore mortali degens cottidie singulis horis canonicis ab angelis in aera portabatur et ibi singulorum angelorum concentus audire merebatur. Ibi fuit quoddam contra solitum cursum inferioris gratie sicut quod deus ipsam tam maximam peccatricem tam subito et tam perfecte convertit et tantis virtutibus et donis gratie adimplevit ut possit de ea dici quod dicitur Ro. v. Ubi habundavit delictum superhabundavit et gratia.

Sermo quartus de eodem

Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum Luce vii. Amor dei non fuit in beata magdalena ociosus sed magna multa et mirifica operatus est. Fecit enim in ea primo mentis purgationem, secundo mentis liquefactionem, tertio mentis inflammationem, quarto mentis vulnerationem, quinto mentis alienationem, sexto mentis inebriationem. Fecit igitur primo in ea mentis purgationem quia ipsam ab omni peccato purgavit. Unde dictum est in verbo proposito Remittuntur ei peccata multa id est omnia quoniam dilexit multum. Amor enim Incendit plene peccati rubiginem qui ardet plene per amoris ignem. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur quanto peccatoris cor magno caritatis igne concrematur. Istud incendium scilicet igne purgatio peccatorum est illud magnum debitum quod christus sibi se donasse asserit scilicet quingentorum denariorum cum dicit duo debitores erant cuidam feneratori etc. Iste fenerator est christus qui in baptismo gratiam nobis donat. In iudicio autem requiret ipsam gratiam tamquam sortem et bona opera ultra sortem. Isti feneratori quicquid sumus debemus tamquam emptori. i. Cor. vi. Empti estis precio magno. Quicquid habemus ut creatori. i. Cor. iiii. Quid habes quod non accepisti scilicet a feneratore id est deo quia ut dictum est ad gratiam quam accepimus tamquam sortem debemus addere bona opera ultra sortem. Unde quidam reprehenditur Luce xix. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam et ego veniens cum usuris utique exegissem illam. Duo autem debitores huius feneratoris erant phariseus et magdalena. Phariseus erat debitor quinquaginta denariorum, Magdalena quingentorum quia ille numquam se peccasse credebat immo se iustum reputabat. Utraque autem nummus per quinarium et denarium multiplicatur et significat penam quam peccator solvere debet eo quod quilibet sensus male rexit et decalogum preceptorum contempsit. Neuter tamen per se satisfacere potest et ideo dicit non habentibus illis unde redderent donavit utrisque. Deinde interrogavit phariseum Quis ergo eum plus diligit. Et ille Estimo quod is cui plus donavit. Deinde sua sententia phariseus convincitur finem portavit cum quo legitur plus

igit(ur) tenebat(ur) peccatrix dilig(er)e
ex dimisso / phariseus aut(em) p(ar)u(m)
ex co(m)misso / O(mn)es aut(em) tene(n)t(ur)
deu(m) dilig(er)e non tantu(m) ex di-
misso q(uia) sicut dicit(ur) Ro(manorum) iij
O(mn)es peccaverunt et egent
g(rati)a dei s(ed) non tantu(m) ex co(m)miss(o)
q(ui)a sicut dicit(ur) Mat(thei) 25 Uni
dedit q(ui)nq(ue) talenta alij duo
alij u(er)o unu(m) s(ed) eci(am) ex i(m)mi-
sso quia per se et angelos
suos sepe bonas affecc(i)o(n)es i(d est)
(con)cepta et voluntates i(m)mittit
P(s)a(l)m(us) i(m)misit in os meu(m) canticu(m)
novu(m) etc. Item i(m)mittit angel(us)
d(omi)ni in circuitu timenciu(m) eu(m)
etc. et eci(am) ex p(ro)misso q(uia) sic(ut)
dicit(ur) 1 Cor(inthios) 2o Quod oculus
no(n) vidit nec auris audivit ne(c)
in cor ho(min)is ascendit que p(re)paravit
deus diligentib(us) se Quia igit(ur)
Magdalena sic fuit a pecc(at)o pur-
gata ideo peccatorib(us) in exe(m)p(lu)m e(st)
data Quia cu(m) due vie erant
eundi ad vitam s(cilicet) innocencie
et p(e)n(itenc)ie Ideo deus duas nob(is)
indicavit una(m) s(cilicet) virginem maria(m)
et in exe(m)p(lu)m innocencie aliam
s(cilicet) peccatricem et penitente(m) in
exe(m)plu(m) p(e)n(itenc)ie Gen(esis) 1o fecit deus
duo luminaria magna luminare ma-
ius s(cilicet) virginem mariam ut p(re)esset
diei i(d est) ut luceret innocen-
tibus et luminare minus ut p(re)esset
nocti i(d est) peccatricem ut ex(emplum)
daret nocentib(us) seu penitenti-
bus Secundo amor dei fecit in
ipsa liquefactione(m) mentis / Ps(almus)
liquefacta est t(er)ra i(d est) magdalena
que prius fuerat a demonibus
(con)culcata et o(mn)es qui habitant
in ea i(d est) o(mn)es cogitaciones in-
tenciones et affecciones Quia n(unc)
que in ipsa erat in amore(m)
liquefacta sunt Maria inducebat(ur)

ab igne (con)cupiscencie p(ost)q(uam) mod(o)
liquefacta est a sole iusticie Qua-
tuor sunt que materiue lique-
fiunt et ad mollicie(m) perducu(n)t
s(cilicet) ignis sicut patet in cera in
re dura sicut in cera et metall(is)
aqua sicut patet in re arida
ut auster sicut p(ate)t in re aqu(a)
congelata et oleum sive un-
guentu(m) sicut pat(et) in re hispid(a)
sive aspera Olim magdalena
fuerat dura ad contric(i)o(n)em arid(a)
ad devoc(i)o(n)em congelata ad amore(m)
hispida p(ro)pter g(ra)vem famam et opi-
nionem Sed que sic erat dura
sensit ignem i(d est) divinu(m) amore(m)
de quo dicit(ur) Quoniam dilexit mul-
tum Et ideo liquefacta e(st) ad
p(ri)mam et contric(i)o(n)em Unde po-
terat dic(er)e cum p(ro)ph(et)a factu(m)
est cor meu(m) tanqua(m) cera liq(ue)-
scens postq(ua)m cum cristus
locutus e(st) illud verbu(m) Remittunt(ur)
tibi pecc(at)a tua / cor eius lique-
factu(m) est in p(ri)mam Cant(icorum) 5
Anima mea liquefacta est ut di-
lectus locutus est etc. Quia erat
arida iuxta illud Ps(almi) Anima
mea sic(ut) t(er)ra sine aqua tibi /
habuit aqua(m) lacrimaru(m) per qua(m)
tota facta est humida et iocunda
Ysa. xliiiio Effundam aquas
sup(er) sicientem et fluenta sup(er)
aridam Quia erat tota congelata
iuxta illud Eccl(esiastic)i 43 Frigidus
ventus flavit aquilo i(d est) temp-
tacio dyaboli ipsam totam in(con)-
gelavit Ideo flavit auster s(cilicet)
spiritus sanctus et fugavit aquilo-
nem i(d est) o(mn)em dyabolicam
temptacionem iuxta illud Cant(icorum)
4o Surge aquilo et veni
auster et perfla ortum meu(m)

i. magdalena et per fluxit aroma
illius i. virtutes eius Job 37
... vestimenta tua i. opera tua
calida sunt cum perflata fuerit
terra austro i. anima que debet esse
fecunda repleta fuit spiritu sancto. Anima ha-
bebat fecundam famam / Sicut
postea odoriferum unguentum i. redo-
lentiam virtutum que suam me-
moriam toti mundo infudit quod
signatum est Johannis 12 Maria
accepit libram unguenti nar-
di pistici preciosi et unxit pedes
Jesu et domus tota impleta
est ex odore unguenti. Anima et
ecclesia que est domus dei eius
fama odorifera est repleta sicut
enim unguentum cor et domus delectat
sic fama sanctorum odorifera corda
dulcorat proverbiorum 27 unguento
et variis odoribus delectatur cor
et bonis amici consiliis anima
dulcoratur. Et sicut odor unguenti
postquam unguentum desinit et de
loco aliud transfertur adhuc eius
odorem retinet / et sua suavi-
tate delectat et virtute confortat
sic memoria sanctorum post eorum
transitum de mundo et remanent
per recordationem et delectat per
meditationem et confortat per bo-
nam operationem. Memoria autem
impiorum cum animo deletur juxta
illud psalmi periit memoria eorum
cum sonitu et dominus etc. / Sicut fe-
cit modo illud proverbiorum Memoria
justi cum laudibus nomen
autem impiorum putrescet. Memo-
ria autem magdalene suavis
est in corde dum cogitatur in aure
dum auditur in ore dum dicitur
aut predicatur sicut dicitur de Josie
Eccli 49 Memoria Josie in com-
positione odoris in corde ad me-
ditandum et sicut musica in
aure ad audiendum et sicut
mel in ore ad dicendum et
ad predicandum quia tunc sua-
vior efficitur. Quod corda quasi
vino spiritus sancti letificantur. Deo
amor dei facit in ipsa mente
inflammationem ut possit dicere
cum propheta In meditatione mea
exardescet ignis. Sicut enim
ex percussione duorum lapidum
excutitur. Sic in corde magda-
lene in suis meditationibus
magnus ignis amoris infla-
mabatur. Duo lapides in mag-
dalena fuerunt scilicet meditatio suorum
peccatorum et meditatio divinarum mi-
serationum. Istos duos lapides
ad invicem conagitabat et inde
magnum amoris ignem excita-
bat / Vel duo lapides erant
dulcia verba Christi que audierat
et sancta eius exempla que vi-
derat que in corde suo revol-
vens magnum ignem inde ex-
citabat. Vel duo lapides
erant timor et amor ex quorum
agitatione excitabat ignem
doloris propter timorem et sancti
desiderii propter amorem. Ideo
poterat dicere cum propheta Infla-
matum est cor meum et renes
mei commutati sunt et ego ad
nichilum redactus sum et nescivi.
Ignis enim spiritus sancti ipsam
cum esset frigida inflammavit
quam inflammationem accepit ex
consideratione suorum peccatorum et di-
vinarum miserationum et ideo
dicitur Inflammatum est cor meum.
Ipsam cum esset lasciva et le-
vita immutavit quam immu-
tationem accepit ex cogitatione
verborum et exemplorum Christi et
ideo sequitur et renes mei

ff
Vel ignis
amoris fuit
in meditatione

commutati sunt. Ipsam tamen esset
superba humiliavit et ad nichilum
redegit quia humiliacionem accepit
ex consideratione divini timoris et
amoris. Et ideo subditur: et ego
in nichilum redacta sum et
nescivi. Amor enim dei anichi-
lavit in ea omnem terrenum statum
quia omnia deseruit. Cant. 8
Si dederit homo omnem substanciam
suam pro dilectione quasi nichil de-
spiciet eam. Anichilavit carnem
suam quia ipsam dure affligit
et mansit sub illo illud quod dicit
Apostolus Coll. 3 Mortificate membra
vestra que sunt super terram. Ana-
nichilavit eius mentem et
voluntatem propriam quia nichil
se esse et nichil se valere estimat.
Gal. 6 Qui putat se aliquid
esse cum nichil sit. // Tercio a-
mor dei fecit in ipsa mentis
vulneracionem. // Fuit enim vulne-
rata sagitta doloris qui eius
cor scidit. Joel 2 Scindite cor-
da vestra et non vestimenta
vestra. Sagitta amoris qui cor
eius cum mundo unitum diviserat.
Cant. Secundum aliam translacionem
vulnerata caritate ego sum.
Sagitta timoris que omnem sa-
niem peccati de corde eius edu-
xit. Job 6 Sagitte domini sunt
in me quarum indignacio id est
timoris consideracio ebibit i. con-
sumit spiritum meum per immortalitatem
et superbiam meam. Proverbiorum 15
Timor domini expellit peccatum. Sa-
gitta fervoris quo sponsum fervens
inveniens desideravit et ipse
fervor quedam sagitta fuit que
ipsam ad inquirendum excitavit.
De ipsa sagitta fervoris dicitur in psalmo
Sagitte potentis acute. Quarto

b

amor dei fecit in ipsa aliena-
cionem mentis. Amor enim
dei facit hominem magis esse
in deo quam in seipso. Dyonisius
Est enim amor dei extasim
faciens non dimittens sui ipsius
amatores sed amandorum. Erat et
spiritus Marie magis erat in corpore
quam in ipsa et forte post resurreccionem
ideo ipsum non cognoscebat quia
in seipsa non erat. Ambrosius Origenes
in omelia loquens ad Christum
sic dicit: Joseph posuit in mo-
numento corpus tuum, Maria
ubi posuit sepelliunt spiritum suum
et ita indissolubiliter coniunxit
et quodammodo univit cum corpore
tuo ut facilius posset separare
animam se vivificantem a corpore
suo quam spiritum te diligentem
a defuncto corpore tuo. Spiritus
enim Marie Magdalene magis
erat in corpore tuo quam in corpore
suo. Unde ipsa requiescebat corpore
tuum requiescebat et spiritum suum.
Quid ergo mirum si te nesciebat
que non habuit spiritum secum quo
scire debebat. Ideo forsitan non
cognoscit te quia non erat in
se sed apud te est extra se.
Quinto amor dei fecit in ipsa
mentis ebriacionem. Ebrietatis
enim presumit impossibilia contempta
pericula parvipendit et dampna.
Maria ista maria spiritu sancto
plena et ebria erat ideo in-
possibilia presumebat quando di-
xit Domine si tu sustulisti eum
dicito michi et ubi posuisti eum
et ego eum tollam. Non enim
attendebat ad pondus corporis
funeris nec ad imbecillitatem
muliebrem. Amanti enim nichil
impossibile videtur. Ideo dicit

xpm et facile videbitur. Unde diffi-
cile ipsa cum pericula contempnebat
unde dicit Orig. in omel. Jo-
seph timuit et non erat ausus tollere
corpus ihesu nisi de nocte et nisi
hoc peteret a pylato. Maria non
non postulat nec nocte timet ut
quemquam videret sed audacter
promittit ego eum tollam. Ma-
teria quia si corpus positum esset
in domo principis sacerdotum ubi
principes apostolorum timuit quod ibi in-
clusum fuisset. Ego eum tollam
Ipsa etiam temporalia dampna parvi-
pendebat non enim contenta erat
in domum cum sorore sua recipere
sed et in via sibi necessaria mi-
nistrare. Ipsa unguenta preciosa modo
cristi pedibus adhibebat modo
super caput infundebat modo totum
corpus ungere volebat. Crisostomus
Qui negligit dampnum propter
amicum iustus est // Sequitur

Sextus sermo de eadem

Multe filie regni congrega-
verunt divitias tu sola
supergressa es universas
Proverbiorum ultimo. Anime fideles que
sunt filie eterne dei multas spiri-
tuales divitias congregant que tamen
maxime consistunt in fide vera
in spe certa in caritate succensa
et in opere sollicita. In istis di-
vitiis spiritualibus beata maria mag-
dalena universas supergressa est
primo scilicet in fide // Habuit autem
fidem magnam vivam promptam
et veram // Fides magna meru-
it peccatorum remissionem unde dixit
ei dominus Luce vii fides tua te sal-
vam fecit. Actuum xv fide purifi-
cans corda eorum. Proverbiorum xv per mi-
sericordiam et fidem purgantur peccata

Fides viva meruit iustificatio-
nem Ro iii arbitramur hominem iusti-
ficari per fidem. Est autem fides
viva cum est operibus coniuncta aliter
non est viva sed mortua. Jacobi ii
fides sine operibus mortua est //
Fides prompta meruit cristi
visionem. Alii apostoli resurrectionem
cristi tarde crediderunt. Marci ultimo
exprobravit incredulitatem
illorum et duritiam cordis. Ipsa
autem ad unum verbum cum cristus
dixit sibi Maria ut dicitur Johannis
xx° Alii discipuli cristum post
resurrectionem audierunt loquen-
tem viderunt comedentem
tetigerunt cicatrices habentem
Ipsa autem nec comedentem vidit
nec cicatrices tetigit sed ad unum
verbum credidit. Quod igitur prius eum
non cognoscebat neque credebat
non fuit ex errore sed ex dolore et amore
unde Orig. in omel. Certe si
errabat errabat indubitanter
Deo quia ipsa errore se ignora-
bat et hic error non procedebat
ab errore sed ab amore et dolore
Ideo misericors et iustus iudex
amor quem habet in te et dolor
quem habet propter te excusat eum apud
te nec attendas ad [illegible] er-
rorem sed ad duplicem amorem
que non pre errore sed pre dolore
et amore plorat // Fides autem
vera meruit eternam remunerationem
Est autem fides vera de qua dicit
Augustinus. Qui veram fidem habet
de deo non cupit in hiis miseriis
divitias fieri de ista fide
vera dicitur Hebr. xi Fide moyses
grandis effectus negavit se esse
filium filie pharaonis. Et talem
veram fidem magdalena habuit
quia omnia terrena vendidit et
ad pedes discipulorum posuit

et ideo etiam renunciationem sequitur unde dicit apostolus de sanctis qui propter Christum omnia relinquerunt Hebr. 12 Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones // Secundo sequitur spem est autem spes certa expectatio future beatitudinis ex meritis provenientibus et ex dei bonitate precedentibus In qua descriptione quatuor circumstantie circa spem ponuntur Ibidem Prima enim expectatio de beatitudine futura / ibi scilicet futura ibi est dei misericordia expectatio quidem certa ibi ponitur quia scilicet in presenti non sumus in beate vite possessione sed in certa expectatione prout expecta dominum et custodi vias eius Ad Phil. 3 Salvatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum Istam certam expectationem non habent infideles quia beatam vitam nihil expectant in quorum persona dicitur Eccl. // Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum / et si spiritus iumentorum descendat deorsum [illegible] 18 Non habent futurorum spem mali Et ista certa expectatio spei est beatitudinis future non infernalis pene quia pena non speratur sed timetur Ab ista tali spe fundabuntur peccatoribus inexcusabiliter [illegible] vana spes et mendacium [illegible] inexcusato Ibi ex meritis requiruntur sine quibus non esset presumptio magna Talem spem non habent presumptuosi qui de dei misericordia nimium presumentes dei bonitate abutuntur et ideo nichil boni operantur Cum tamen dicitur in psalmo Labores manuum tuarum qui manducabis beatus es et bene tibi erit Prov. ult. Date ei de fructibus manuum suarum et laudent eam in portis eius Certe autem precedentia nihil valent nisi adesset dei misericordia

do quod non cum volentis neque currentis sed miserentis dei // Tertio sequitur dei dilectionem Unam et ipsa Christum fuerunt diligit et Christus ipsam vehementer amavit Quod cum ipsa Christum fuerit dilexit patet ex eo quod ab ipso nunquam poterat separari Non enim separari poterat ab ipso comedente Luce vii Ut cognovit quod Iesus accubuisset etc. Joh. 12 Venit Iesus in Bethaniam ubi Lazarus fuerat mortuus quem suscitavit Iesus / Fecerunt autem ei cenam ibi etc. Nec ab ipso docente Luce 10 dicitur de Maria que etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius Nec ab ipso stante Johannis 11 Maria autem cum venisset ubi erat Iesus procidit ad pedes eius etc. Nec ab ipso ambulante sequebatur enim eum in via et ministrabat sibi Math. 20 Erant autem ibi mulieres de longe aspicientes inter quas erat Maria Magdalena Et Marci [illegible] sequitur et cum esset in Galilea sequebantur eum et ministrabant ei Nec recessit ab ipso ad passionem pergente Luce 23 Sequebatur autem illum magna turba populi et mulierum et [illegible] Non est dubium quin inter illas ista erat prima Nec ab ipso in cruce pendente Johannis 19 Stabat iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius Maria Cleophe et Maria Magdalena Nec ab ipso monumentum ingrediente Luce 23 Subsecute autem mulieres que cum ipso venerant de Galilea viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus Nec ab ipso in monumento quiescente Marci 16 Maria Magdalena et Maria Jacobi et Maria Salome emerunt aromata ut venientes ungerent Iesum / Nec ab ipso in

in monumento absente Johannis 20
Maria stabat ad monumentum fo-
ris plorans Secundo ab isto resurgen-
te Mathei 28 Vespere autem sabbati
que lucescit in prima sabbati venit
maria magdalene et altera ma-
ria videre sepulcrum Et nota et
ecce ihesus occurrit illis dicens Aue-
te Ille autem accesserunt et tenuerunt
pedes eius et adorauerunt eum Tercio
ab ipso in celum ascendente Cre-
dendum est enim quod ipsa cum aliis di-
scipulis presens fuit quando cristus
in celum ascendit maxime quia
scribitur ~~Mathei primo~~ Actuum primo quod post
cristi ascensionem discipuli reuer-
sunt in iherusalem et ascende-
runt in cenaculum ubi apostoli
morabantur et erant perseueran-
tes unanimiter in oratione cum mu-
lieribus et maria matre ihesu Cri-
stus etiam ipsam vehementer
amauit cuius amoris maxime
quatuor fuerunt signa Primum est quod
eius lacrimas eius [illegible] pie ex-
audiuit vidit enim eam flentem
pro peccatis suis et mox peccata
sua sibi dimisit dicens Remit-
tuntur tibi peccata tua vidit eam
flentem pro morte eius fratris
sui et lacrimas ipse continere non
potuit sed mox fratrem suum resu-
scitauit vidit eam flentem
de hoc quod ipse ducebatur ad mor-
tem et mox lacrimas eius compe-
scuit dicens Luce 23 filie iherusalem
nolite flere super me vidit eam
flentem pro sublacione corporis
sui et mox se sibi manifestat
dicens maria ecce mirabile signum
amoris quia lacrimas eius susti-
nere non poterat sed mox ipsam ex-
audiebat Secundum signum amoris
est quia ab ea pedes suos o-
sculari permisit Osculum enim
est signum amoris Fit autem osculum
aliquando ad pedes sicut summo

pontifici aliquando ad manum
sicut Episcopo aliquando ad os sicut
amicis Cristus ad osculum pedis
recepit peccatores sed penitentes
Cuius vero tibi [illegible] quicunque ob
talis anima [illegible] tibi ille locus
vilis atque despicabilis videatur
ubi sancta peccatrix omnia peccata
deposuit et sanctitatem induit
Igitur beate peccatricis exempla pro-
sequere et tu o misera ut de-
sinas esse misera ad osculum
aut manus recipiat quibus
dona gratiarum tribuit Ecci 29
Donec accipiat osculatur ma-
nus dantis et in promissionibus
humiliant vocem suam psalmus
Aperis tu manum tuam et imples
omne animal benedictione Tercio ad oscu-
lum oris recipit beatos quos
de regione longinqua reuertentes
eterna sibi caritate coniungit Et
signatum est Luce 15 In filio pro-
digo qui abierat in regione
longinqua cui pater occurrens
cecidit super collum eius et os-
culatus est eum Sed istud triplex
osculum cristi magdalena recepit
scilicet ad osculum pedum quando eius
peccata sibi dimisit Ad osculum
manuum quando quingentos denarios
sibi donauit id est personam quam tene-
batur sibi persoluere eo quod quinque
sensus male expendit et decem
precepta dei contempserat sibi remi-
sit Ad osculum oris recipit eam
quando in eterna beatitudine eam
sibi coniunxit Quod osculum petit
sponse dicens Canticorum primo Osculetur
me osculo oris sui Tercium signum
est quia multa beneficia sibi dedit
et in persona sua quia septem
demonia ab ipsa eiecit Et in
persona fratris sui quia ipsum qua-
driduanum resuscitauit Et in
persona sororis sue quia [illegible]

Numeris ipsam a fluxu sanguinis
liberauit et in persona domicelle
sue quia ipsam ut illud Luce xi Beatus
venter qui te portauit exclamans
dixit dignam fecit Tercium signum (?)
est quia sua secreta sibi reue-
lauit Videlicet sibi predixit suam
passionem Math. 26 Mittens hec
vnguentum hoc in corpus meum
ad sepeliendum me fecit / fecit
eam videre suam resurrectionem et
primo sibi quam ceteris apparuit
Marci 16 / fecit eam audire an-
gelicam iubilacionem Ita sicut
in eius legenda habetur scilicet quolibet
die septem horis canonicis in
ethera ab angelis eleuabatur et
celestium agminum concentus glo-
riosos corporalibus etiam auribus au-
diebat fecit eam gustare cele-
stem dulcedinem cum ita sit (?)
leuata hora (?) diebus singulis tali-
bus dapibus saciata corporalibus
alimentis nullatenus egebat Tercio habuit

F

bona opera scilicet opera pietatis et
misericordie magnanimitatis et constantie
opera humilitatis et ~~constantie~~ penitencie
Habuit quidem septem opera misericordie
que exercuit circa dominum Ita ipsum
induit bysso puritatis et purpura
caritatis et humilitatis Iuxta illud Prouerbiorum
vltimo Byssus et purpura indumen-
tum eius ipsum pauit et potauit
et corporaliter Iohannis 11 fecerunt ei
cenam scilicet martha et maria
martha ministrabat lazarus vero vnus
erat de discumbentibus et spiritualiter
Vnde dicit Gregorius apud phariseum
veritas pascebatur foris apud ma-
riam peccatricem sed penitentem
pascebatur intus Ipsum hospicio rece-
pit et ad literam Luce 10 Intrauit
ihesus in quoddam castellum et
mulier quedam martha nomine
excepit illum in domum suam.

Et huic erat soror nomine ma-
ria etc / Et in corde suo quia
de ipso corde suo fecit mansionem
sibi faciebat Iuxta illud Iohannis 14
Ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus Ipsum in tribu-
lacione positum visitabat visita-
bat enim scilicet in cruce cum crucifixus
erat Iohannis 19 Stabat iuxta
crucem ihesu mater eius et soror
matris eius maria cleophe et
maria magdalene Eius sepulture
obsequium prebuit Marci 16 Maria
magdalena et maria Iacobi et
salome emerunt aromata ut
venientes vngerent ihesum / Habuit
secundo opera magnanimitatis et constantie
quia constanciam magnam ostendit
tempore passionis domini recedentibus
discipulis Vnde illa vngebat
illi murmurabant Illa iuxta
crucem stabat illi fugiebant
Illa stabat ad monumentum
illi latebant in domo timore
hostio clauso Illa aromata
portabat illi tanquam desperati
manebant Vnde dixerunt duo
ex illis Luce vltimo Nos spe-
rabamus quod ipse redempturus esset
israel Habuit tercio opera humilitatis
et penitencie de quibus habetur
Luce vii Stans retro secus pe-
des ihesu etc Illa enim que tunc
fecit christo et fuerunt grata
munera ad largiendum et grata
opera ad satisfaciendum et grata
remedia ad placandum et
mistica ad significandum Grata
quidem munera fuerunt quia christo
dedit munus a corde quod est ve-
hemencia amoris vnde dicitur
Quoniam dilexit multum A minimum
ab ore cum dicitur et osculabatur
pedes eius A minimus a manu

cum dicit unguento unguebat
animus ab obsequio cum dicit
lacrimis cepit rigare pedes eius
et capillis capitis sui tergebat
Istud quadruplex antiqui consue-
uerunt suis hospitibus exhibere
et ideo phariseus reprehenditur
quod nullum istorum exhibere cristo cu-
rauit Exhibebant enim nunc
a corde quia ipsos excipiebant
ex caritate Istud non exhibebat
phariseus quia parum dilexit
unde dicit Cui autem minus dimit-
titur sicut cui parum est dimis-
sum putas animus ab ore s.
osculum et hoc in signum securi
hospicii Sed istud phariseus non
exhibuit Et ideo dicit osculum
michi non dedisti hec autem re
hec scilicet mulier tu vir // hec peccatrix
tu phariseus hec legis ignara
tu legisperitus Exhibebat eciam
minimus a manu quia scilicet un-
gebant caput aliquo confecto ex
rebus aromaticis habentibus
virtutem refrigeratiuam Et ista
unctio fiebat in magno estu
ad refrigeracionem Sed istud unus
phariseus non exhibuit Et ideo
dicit aquam pedibus meis non
dedisti quod tamen erat facile quia
tale lauacrum est ab exteriori e-
lemento qui hec autem lacrimis re-
gauit quod fuit valde difficile quia
tale lauacrum est ab interiori et
de aqua que non est omnibus ad
quis sed tam cordi contrito Secundo
ista opera que magdalena ex-
hibuit fuit grata opus ad sa-
tisfactionem Solent enim pauce mu-
lieres multum offendere deum in
osculis in capillis in ore et
in unguentis In oculis quidem
aut impudice respiciendo /
augustinus Impudicus oculus impu-
dici cordis est nuncius aut
lascivos nutus faciendo ubi s. 3o

ambulabat extento collo et
nutibus oculorum ibant et plaude-
bat etc. Aut ipsos oculos aut super-
cilia eleuando ezechiel 23. fornica-
ta mulier in extollencia o-
culorum et in palpebris illius agno-
scitur In capillis non ut ipsos
tingendo ut pulchriores appareat
vel ipsos componendo vel auro vel
gemmis ornando Ista duo prohi-
bet apostolus dicens 1 thimotheo 2
mulieres in habitu ornato cum ve-
recundia et sobrietatibus ornantes
se non in tortis crinibus aut auro
auro vel margaritis 1 petri in
mulieres subdite sint viris suis
quarum non sint exterius capilla-
tura aut circumdatio auri etc. In ore
aut vel impudica oscula dando
prouerbiorum vii cum apprehensum deosculatur
iuuenem vel verba lasciua
sepe dando ecclesiastici 9 colloquium
mulieris quasi ignis exardescit
vel nimis voluptuose come-
dendo Ieiunium vero et contrarius
cito deprimuntur in libidine In
unguentis eciam que faciebus suis
adhibent vel ad dealbandum
Et quia in istis forte magdalena
peccauerat ideo in omnibus istis
satisfaciebat sapiencie 11 per que
peccat quis per hec et torquetur
hester 15 pro unguentis variis
tincte et stercore impleuit caput
quia hec loca in quibus letari
ante consueuerat enim lacrimis
compleuit Gregorius Quod in se ha-
buit oblectamenta tot de se repe-
perit holocausta conuertit ad virtu-
tum // numerum ut totum seruiret
in penitencia quicquid de se deum
offenderat in culpa // Tercio hec opera
que fecit cristo fuit grata re-
media ad deum placandum
Secus quidem videbatur sibi esse

rarus durus elongatus inflexibilis sine impietate Quia igitur videbatur rarus adhibuit osculum ut ipsum sibi reconciliaret osculum enim reconciliationis est signum Quia durus exhibuit unguenta ut ipsum ad miciam flecteret et mollificaret Unde potat christus dicitur Cant. 1 Currimus in odorem unguentorum tuorum Quia erat elongatus exhibuit cineres de quibus finem fecit per quem christum ad se traheret nec poterat ipsa se ad ipsum trahere posset / Deus enim cum ubique sit prius ad nos non trahit sed nos ad ipsum trahimur Johannis vi Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum Quia videbatur esse invictus / adhibuit lacrimas quibus ipsum vinceret et superaret / lacrime enim non tantum sunt voces quibus deus audit auditui suo accommodat Juxta illud psalmista Auribus percipe lacrimas meas / non tantum sunt clamores qui ad eum vociferant et clamant Juxta illud Eccli. 32 Nonne lacrime vidue ad maxillam descendunt et exclamatio eorum super deducentem eas Sed et sunt vehementes oratores que deum vincunt et vincunt Osee 12 Invaluit scilicet Jacob ad angelum i. ad deum tunc pro ut ille gerebat per que autem modum invaluit / subdit autem dicens flevit et rogavit eum / Quarto illa opera que christo fecit fuerat inficta ad desponsandum / rigabat siquidem corpus eius lacrimis quia fuerat sanguine cruentatum / tergebat capillis quia sputis fuerat deturpandum amplectebatur osculis quia fuerat alapis cedendum ungebat unguentis quia

fuerat vulneribus fodiendum Quod enim unctio maie fuerit ministerium passionis domini testatur dominus dicens Matth. 26 Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum ad sepeliendum me fecit Amen dico vobis ubicumque predicatum fuerit evangelium hoc in toto mundo dicetur quod hec fecit in memoriam eius etc.

Sermo sextus de eodem

Remittuntur tibi peccata tua Luce 7 In presenti evangelio fit mentio de tribus scilicet de medico qui sanavit etc. Remittitur de infirma quam sanavit cum dicitur tibi scilicet peccatrici / et a morbo a quo sanatum dicitur peccata tua Circa medicum nondum quod ipse sanavit eam visu iussu tactu et attactu sanavit quidem eam visu quia vidit eius infirmitatem et contritionem et ideo dedit sibi perfectam sanitatem Unde et phariseum inducit ad videndum dicens Vides hanc mulierem quasi diceret Non vides sicut ego video quia si videres nec me increpares nec ipsam contempneres et quia visu christi sanata fuit poterat dicere illud psalmista Quoniam respexisti humilitatem meam salvasti de necessitatibus animam meam / Dicitur quod animal quod vocatur linx radiis oculorum suorum corpora quantumcumque opaca et condensa penetrat Regulus etiam sive basiliscus animalia suo visu occidit Radii etiam solares terram penetrantes aurum dicuntur in terre visceribus generare Christus igitur suo visu peccatoris seu peccatricis cor funditus penetrat et eius contritionem aspexit et ideo non immerito sibi

alium eciam dominium quia vidit
eius contricionem perfectam ipse eciam
eius animales et brutales motus
in ea occidit et sibi per verum
amorem incorporavit Deut. 32
Ego occidam et ego vivere faciam
Ipse eciam in suo respectu aurum
purum in corde suo generavit et ideo
tria verba sibi Cristus locutus est
unum per quod eius fidem plenam
et contricionem comprobavit cum dixit fi-
des tua te salvam fecit. Aliud per
per quod omnia peccata in ea occidit
cum dixit Remittuntur tibi peccata
tua. Aliud per quod graciam suam
sibi tribuit cum dixit vade in pace.
Secundo sanavit eam iussu cum dixit
remittuntur tibi peccata multa. Nam
sicut dicitur Omnia divino precepto
obediunt scilicet superiora ipsius faciebat
vim illius ad audiendum etc. Et
corpora celestia Baruch 3o Stelle
autem lumen dederunt in custodiis
suis et vocate sunt et dixerunt
adsumus. Inferiora sicut elementa Math.
septimo Qualis est hic quia venti
et mare obediunt ei. Solum autem
resistenciam invenit in mediis
in hominibus qui sepe sibi in vo-
luntate resistunt. Job 21 dixerunt
deo recede a nobis scienciam viarum
tuarum nolumus. Tercio sanavit eam
tactu quia scilicet ipsa tangere meruit
pedes eius. Nam sicut dicitur Luce 6
virtus de illo exibat et sanabat
omnes. Dicitur quod virtus est in tribus
scilicet in verbis herbis et lapidibus.
Omnia autem ista Cristus est in nobis
Est enim verbum quantum ad deitatem
Johannis 1 In principio erat verbum
Est herba quantum ad carnem Ysaie 40
Omnis caro fenum. Est lapis preciosus
quantum ad utramque scilicet naturam divinam
et humanam. Ysaie 28 Ecce ego mit-
tam in fundamentis Syon lapidem
angularem probatum preciosum
in fundamento fundatum. Ideo

ergo fuit mirum si fuit sanata
que tangebat verbum dei tam gra-
ciosum cum tactus est virtute immu-
tandi. Ecce l Primo illius potestate plenus
est unum hominis audire potest tangi-
no, potest ipsa autem verba dei et audiebat
ante cordibus et tangebat devocione
mentibus. Tunc tangebat herba-
tam virtuosam que est virtutes ab-
luendi et dealbandi sicut petebat
psalmista dicens Asperges me domine ysso-
po etc. Tunc tangebat lapidem
tam preciosum qui habebat virtutem
sanandi et vivificandi. 1 Pet. 2o
Ad quem accedentes lapidem vivum
ab hominibus quidem reprobatum a deo
autem electum etc. Phariseus autem de
isto tactu Cristum iudicabat dicens
Hic si esset propheta sciret utique que
et qualis esset mulier que tangit
eum quia peccatrix est. Ergo in
omne Ecce phariseus apud se
videbatur superbus et fallaciter iustus
egram reprehendit de egritudine
et medicum de subvencione que
perfecto mulier si ad pedes pharisei
venisset pro talibus repulsa disce-
deret. Petrus Ravoniensis Erras pha-
risee lutum tangit solem sed non
inquinat solem, medicus eciam tangit
vulnera putrida non corrumpit iu-
dicem quamvis tangat reus maculare
non potest. Et vocat hic Cristus solem
medicum et iudicem Magdalenam
autem in quantum fuit peccatrix vocat
lutum vulneratam et ream. Sol ergo
tetigit lutum et ipsum mutavit in
aurum quando dixit Remittuntur tibi peccata
tua. Vulnerata tetigit medicum
et reportavit salutis remedium
quando dixit Cristus fides tua te
salvam fecit. Rea tetigit iudicem
et reportavit sentenciam salutarem
quando Cristus pro utraque parte allegavit
tandem pro ipsa sentenciam dedit dicens
propter quod dico tibi Remittuntur
ei peccata multa. Quarto sanavit

ipsam et committit totam sue dig-
nitatis. Traxit aut ipam sua ama-
bili visione sua potenti digna-
tione sua interna inspiratione sua
odorifera conversatione et magdalene
devota oratione. Traxit quidem
eam sua amabili visione. In fa-
cie enim cristi splendor divinitatis
refulgebat qui ad se peccatores tra-
hebat. Ieronimus super mathe. Certe
fulgor ipse et maiestas divinitatis
occulta que etiam in humana facie
refulgebat. Ex primo ad se videntes
trahere poterat aspectu. Hester 15 valde
enim domine mirabilis es et facies tua
plena est graciis. Traxit enim
sua potenti dignatione. Unde
subdit. Si enim in magnete lapide
hec esset virtus dicitur. Quanto magis
dominus omnium creaturarum ad se trahere
poterat quos volebat. Iohannis 6
nemo potest venire ad me nisi pater
qui misit me traxerit eum. Traxit
ipsam interna inspiratione. Unde
dicit Bernardus in omelia. Quid mi-
ramur sanctam mariam venientem an
domini suscipientem. Suscipientem
dicam an trahentem et suscipi-
entem quia nimirum ipse eam per
miam traxit intus qui per miam
suscepit foris. Traxit eam sua
odorifera conversatione. Unde poterat
dicere. Cantica 1. Trahe me post te cur-
remus in odorem unguentorum
tuorum. Glosa. Odore scilicet mansuetu-
dinem que in te predicatur. Curre
post te domine ihesu audientes quod non
spernas pauperem peccatorem non
horreas. Traxit eam ipsius mag-
dalene devota oratione qua devo-
tam per suas lacrimas ostendebat.
Augustinus super Iohannem. Quem trahat
et quem non trahat quare istum
trahat et illum non trahat noli velle
iudicare si non vis errare. Quumquam
per orationes videamur ad nos trahere
deum tum ipse trahimur ad ipsum cum
ipse ubique sit prius sicut ponit Dyo-
nisius in cathena et in fine.
Si enim per quandam cathenam
sursum trahentes videmur in-
tatibus manibus ad nos trahere cathe-
nam tamen aut trahimur ad cathe-
nam. Si etiam in navi consistentes
per quosdam funes trahamur ad la-
pidem videmur lapidem trahere
ad navem tamen aut trahimur cum
navem ad lapidem. Secundo fuit
inventio de inferno cum dicitur in
auctoritate proposita. Ibi scilicet pecca-
tori non enim proprio nomine appellatur
ubi duo videnda sunt scilicet qua-
re ipsam proprio nomine non vocavit. 2
quare peccatum suum spaliter non expressit.
In hoc quod non posuit nomen suum
dat intelligere quod peccatores a
deo non cognoscuntur. Psalmus vero
memor ero nominum eorum per labia
mea. Mathei xxv. Amen dico vobis
nescio vos. Quia enim peccator per-
didit esse ideo perdidit nomen
amittit quidem esse naturale quia in
homo natura spoliatur. Amittit
esse gratie quia homines gratie pri-
vantur incontinendo. Multiplicate
(?) sunt infirmitates et per-
ibunt a facie tua et pro esse
nove (?) cristi ad peccatum. In hoc quod
vocat eum in tantum ostendit
quod perdidit esse gratie. In hoc quod dicit
infirmabuntur ondit quod perdidit
esse naturale. In hoc quod dicit peribunt
a facie tua ostendit quod perdidit
esse glorie. Sunt aut tria genera
peccatorum que in scriptura non no-
minantur scilicet luxuriosi sicut hic
avari sicut ille dives de quo
legitur Luce 16. Homo quidam erat
dives proprio nomine non expressit
superbi sicut superbia sicut dicitur
in psalmo Domine deus meus
si feci istud si est iniquitas etc.
quod de superbia potest intelligi
ideo ultimo luxuriosi avari et
superbi non nominantur ad in-
nuendum quod adeo non cognos-

seruit, peccata eius sua licet fuerint
carnalia tamen non exprimuntur sed
tamen in generali peccatrix vocatur
ad innuendum quod talia peccata non
solum non sunt facienda sed nec
etiam nominanda. Ephe. v. Fornica-
tio autem et omnis immundicia aut
avaricia non nominetur in vobis sicut
decet sanctos aut turpitudo etc. Quin-
tabimon[?] secundum hugonem [?] vocatur
peccata quia et a deo fuit instituta
et fuit prima et secundum quosdam
erit novissima. In qua non inve-
nio[?] nomen quo turpitudo aliqua
nominetur sed per circumlocutionem talia
exprimuntur. Legitur Apoc. 9 quod
de ore equorum procedebat ignis
sulfur et fumus. Isti equi sunt
de quibus dicitur Ier. v. Equi ama-
tores in feminas ab istorum ore
saepe procedunt verba ignita que
in auditoribus concupiscentiam infla-
mant, verba fetida que fetorem
provocant, verba tenebrosa que
etiam mentem obnubilat. Tercio
fit mencio de morbo cum dicitur
peccata multa. Cuius quidem peccata fu-
erunt multa et publica et carna-
lia. Multa quidem fuerunt quia secundum
Marci septem demonia in ea[?]
fuit quia omnibus viciis plena
fuit. Causa autem tot peccatorum
in ipsa quadruplex esse videtur.
Una est pulcritudo corporis que
multis mulieribus est causa ruine
plurimorum. Ubi Prov. ult. Fallax gratia et va-
na est pulcritudo. Est enim fal-
lax quia decipit amantem et viden-
tem. Est vana quia est apparencia
et modicam existenciam et per-
manenciam. Ysa. xl°. Omnis gloria
eius quasi flos feni. Plinius[?] Ceu-
lus[?] avicula in naribus suis mire
pulchra et fatua. Secundo mulier
habet fatuitatem et turpitudinem
non est periculum quia a nullo sol-
licitatur nec deprecatur. Secundo est

pulchritudinem et sapien-
ciam simul non est periculum
quia sapiens mulier se custodit.
Sed quando habet pulchritudinem
et fatuitatem tunc saepe sicut
sus in luto immundiciis se ingu-
git. Secunda causa fuit habunda-
ncia temporalis substancie quia valde dives
fuit et quia rerum habunda-
nciam voluptas sequitur delicijs
corporis effrenate se dedit. Psalmus
Prodijt quasi ex adipe iniquitas. Ezech.
xvi. Ecce hec fuit iniquitas Sodo-
me sororis tue superbia saturitas
panis et habundancia vini etc.
Tercia causa fuit servitutis libertas
quia sui domina erat et nullius
timore coercebatur. Mulier autem
quando nullum timet et libertate
habet saepe vitam suam maculat
et dehonestat. Ideo dicitur Eccl. vii.
Filie tibi sunt serva corpus illarum
et non ostendas hilarem faciem
tuam ad illas. Dicit Ieronimus
quod nulla[?] precepto[?] diligentius uxoris
custodia cum impudica custodiri
non possit pudica non debeat. Quar-
ta causa fuit ocium mentis. Eccl.
xxxiii°. Multa enim mala docuit
ociositas. Ideo dicit Ieronimus Semper
aliquid boni facito ut dyabolus
te inveniat occupatum. Fuerunt
etiam eius peccata publica. Unde dicitur que
erat in civitate peccatrix. Peccatum
autem fornicationis dum adhuc in
corde est per consensum offendit
deum et est grave. dum vero exit
in actum offendit deum et proximum
et est gravius. Quando vero exit
in publicum offendit deum corrum-
pit proximum et ecclesiam scandalisat.
Quia igitur eius peccata fuerunt publica
ideo erant valde gravia. Sed sicut
dicitur Ro. v. Ubi autem habundavit
delictum superhabundavit et gra-
cia. Fuerunt etiam eius peccata carnalia

que secundum Gregorium sunt maiores inflam-
maciones carnis cum inflat omnia
vicia et peccata. Ideo rei vilissime
et immunde comparantur sicut luto et
stercori Ecclesiastici 9 Omnis mulier que est
fornicatoria quasi stercus in via
conculcabitur. Invidia quidem et spiritum
inquinat et ledit conscienciam. Item
invidia conscienciam inficit et cor-
rumpit Proverbiorum 13 Putredo ossium invi-
dia. Tristicia vero ipsam corruptam
funditus contingit 2 Corinthiorum
septimo Seculi tristicia mortem
operatur. Similiter avaricia et vana gloria
ledunt vitam id est bona opera et om-
nia merita anime. Avaricia multa bona
facere sinit et si aliquis de domo
facit totam domum conturbat Proverbiorum 17
Conturbat domum suam qui sectatur
avariciam. Vana gloria vero si qua
bona facta fuerint perdit et ad
nichilum deducit unde dicitur de
talibus Mathei 6 Amen dico vobis
receperunt mercedem suam. Simi-
liter superbia et ira ledunt famam
et conversacionem mutuam quia superbi-
a facit hominem odiosum Ecclesiastici 10
Odibilis coram deo et hominibus
est superbia. Ira vero facit homi-
nem rixosum Proverbiorum 17 Vir iracundus
provocat rixas. Similiter gula inqui-
nat corpus Ysaie 28 Omnes
mense replete sunt sordium
vomitu. Proverbiorum 21 Qui vinum diligit
et pinguia non ditabitur. Ymmo magis
et plus sic est id est valde depaupera-
bitur. Luxuria vero ista omnia ma-
culat et inficit et corrumpit. Item
ledit conscienciam quia ipsam amaricat
Proverbiorum 5 Favus distillans labia
meretricis novissima autem illius
amara quasi absinthium. Ledit vitam
quia omnia bona et omnia merita
annichilat Job 31 Ignis est us-
que ad consummacionem devorans et
omnia eradicans germina. Fa-
mam eciam coinquinat Ecclesiastici xlvii

dicitur de Salomone Inclinasti femo-
ra tua mulieribus et dedisti ma-
culam in gloria tua. Corpus eciam suum
Ecclesiastici 23 polluerat carnem stuprans [?]
1 Corinthiorum 6 Qui fornicatur in cor-
pus suum peccat. Similiter eciam temporalem
dissipat unde dicitur Luce 17 de filio
prodigo quod dissipavit substanciam
suam vivendo luxuriose. Contra-
ria vero conscienciam delectat merita
accumulat famam decorat corpus
conservat et temporalia bona accumulat.

Sermo primus de sancto Jacobo maiore sequitur

Vidit Ihesus duos fratres Jaco-
bum Zebedei et Iohannem
fratrem eius in navi cum Zebe-
deo patre eorum reficientes reti-
a sua et vocavit eos. Illi autem
statim relictis retibus et navi
et patre secuti sunt eum Mathei 4
Magistralis istorum discipulorum qui non quem-
libet [?] hominem per nec per angelum
sed per ipsum dominum sunt vocati
qui tanti dulcedine sunt affecti
quod omnia temporalia reliquerunt et
[illegible] perfecti dominum [?]
Dignitas autem et commendacio
beati Jacobi ex verbis premissis quan-
tum ad quatuor colligi potest. Primo
quantum ad suam denominacionem
in eo quod dicitur Jacobum et Iohannem
fratrem eius. Cognominatus est enim
frater Iohannis sicut dicitur Actuum
12 Occidit autem Jacobum fratrem
Iohannis gladio. Secundo quantum ad ipsius
cognacionem in eo quod dicitur cum
Zebedeo patre eorum. Enim cum Ze-
bedeus habuit in uxorem soro-
rem beate Marie. Si beatus Jacobus
fuit filius Zebedei manifestum
est quod ipse fuit nepos beate Marie
et consanguineus Christi. Tercio quantum
ad vocacionem cum dicitur Et voca-
vit eos. Quarto quantum ad perfectionem

cum dicitur Illi autem statim reli-
ctis retibus et patre secuti sunt
eum. Perfecte enim beatus Jacobus a
christo conversus fuit quia nil sibi
retinuit. Secundo fuit etiam beatus Jacobus
commendabilis quantum ad denominacionem.
Ipse enim habuit unum nomen scilicet primum
Jacobus, et quatuor cognomina.
Dictus est enim Jacobus zebedei
frater Johannis Jacobus boanerges
et Jacobus maior. Per que ostenditur
quod ipse fuit magne sanctitatis et
vite. Et ideo dicitur Jacobus sup-
plantator quia omnia vicia sup-
plantavit et vicit. Quod ipse fuit
magne virtutis et gracie. Ideo dicitur
Jacobus zebedei qui interpretatur
dotatus quia omnibus virtutibus
gracie dotatus fuit. Qui autem ista
dote caruerit ad amplexum sponsi
celestis pervenire non poterit. Quod
ipse fuit magne dignitatis et
excellencie ideo dicitur frater Johannis.
Magna enim dignitas est esse
fratrem illius quem deus seu christus
tantum dilexit quod in sinu christi
recubuit cui christus matrem
commendavit qui in paradisum
paradisorum introductus fuit ubi
illud verbum scilicet In principio erat
verbum audire promeruit. Quod ipse
fuit gloriosus in predicacione et
ideo dicitur Boanerges id est filius
tonitrui quia vox sue predicacionis
audita fuit dormientes in peccato
excitavit demones terruit et
fugavit plurima salutare ad-
duxit. Quod ipse fuit magne
humilitatis in conversacione ideo dicitur
Jacobus maior quia qui se humi-
liat exaltabitur. Quia enim fuit
primus in se ipso magnus meru-
it fieri coram deo. Licet alia
racione dicatur ex eo quod scilicet ante
alium Jacobum est vocatus. Tercio
fuit commendabilis quantum ad co-
gnacionem quia fuit nepos virginis

et consanguineus christi et ideo
quadam prerogativa diligitur
a virgine et a christo. Sicut enim
multi consanguinei diligendi sunt
inquantum boni et propinqui sic
odiendi inquantum mali. Sed boni
sunt in quantum homines et inquan-
tum boni et inquantum propinqui.
Cum etiam christus habuit ordina-
tissimam caritatem servavit in
diligendis ordinem caritatis.
Quis autem sit ordo caritatis
ostendit cant° 2° ponens id
Cant. Ordinavit in me caritatem.
Multorum quidem caritas est inor-
dinata. Quod in primo est ponunt
tercium vel quartum. Primo deus di-
ligendus est secundo parentes deinde
filii postea domestici. Qui si boni
sunt malis filiis preponendi sunt.
Iste est ordo ponitur tercio libro
summarum ubi sic dicitur differenti af-
fectu non pari diligamus primo et
ante omnia deum secundo nos ipsos
Tercio parentes inde filios et fratres
postea domesticos demum inimicos.
Item primo deum postea habuit animam
post ponitis amicos / hostes post
corpus hec lex ostendit amandum.
Tercio fuit commendabilis quantum
ad sui conversacionem quia ipsius con-
versacio non fuit tarda sed festina
quod notatur cum dicitur statim. Eccli. 5 d
Ne tardes converti ad dominum et ne
differas de die in diem et proverbiorum 3°
Ne dicas amico tuo vade et re-
vertere et cras dabo tibi cum statim
possis dare. Iterum fuit simplex
sed perfecta. Quod notatur cum dicitur
relictis retibus et cetera. Sunt enim qui
patrem relinquunt et precium reti-
nent sicut ananias et zaphira-
zia Actuum 5. Sunt qui nil habent
in re sed tamen habent voluntatem
habendi proverbiorum 13 Est quasi
dives cum nil habeat. Sunt qui relinquunt
omnia et re et voluntate tamen

ad illa p9 modum reuertebantur
Contra quos dicit luce 9 Nemo
mittens manum suam ad aratrum
et respiciens retro aptus est regno
dei Iste autem omnia reliquit et vo-
luntatem habendi non habuit
et ad ea ultimus non redijt Pro-
prium erat ei singulare sed com-
muni quia quatuor quidem vocati
sunt scilicet petrus et andreas
Jacobus et johannes Quorum racionem
alanus assignat Secundo scilicet iste
quatuor ideo sunt insimul sunt
vocati ut in hoc futurorum evan-
gelistarum quadrangulus mistice pre-
signaretur Aliam racionem assignat
Rabanus dicens omnes fideles
sit Symon obediendo petrus
petram suam agnoscendo Andreas
ab laboris virilitate patiendo Jaco-
bus vicia supplantando Johannes
divine gratie adscribendo Aliam ra-
cionem assignat remigius dicens
Per hos quatuor principales
virtutes signantur prudentia enim
refertur ad petrum propter divinorum
cognitionem Justicia ad andream
propter operum virilitatem Fortitudo
ad Jacobum propter dyaboli suppla-
tationem Temperantia ad johannem propter
divine gratie effectum Vel ideo qua-
tuor insimul sunt vocati quia
Christi fidem in quatuor partibus
mundi erant predicaturi Tercio
sanctus Jacobus commendabilis fuit quan-
tum ad perfectionem eius perfectio
attenditur quia omnia reliquit
scilicet secundum sensum i. retia et navem
carnalem affectum i. patrem suum
spiritualem sensum quia secutus est
Christum non seipsum Attenditur
eius perfectio sua quia coram deo
fuit valde honorabilis coram
demonibus valde terribilis
coram toto mundo valde amabilis
Honorabilis quidem fuit coram deo

quia cum sex habebat ~~habet hoc~~ duo-
decim discipulos Si voluit facere gratiam
duodecim de illis eos scilicet in
apostolos eligendo iste fuit unus
de illis xii non quidem ultimus
sed p9 duos primus sicut patet
Math x Si voluit facere gratiam
quatuor ipse fuit unus de quatuor
illam sicut habetur Math 13 Marci
secundo de quorum vocatione sicut
quatuor tantum apostolis revelavit
scilicet petro andree jacobo johanni
Si voluit facere gratiam tribus ipse
fuit unus de tribus illam sicut
habetur Math xvii et luce 9 Petrum
et Jacobum et johannem admisit
ad suam gloriam transfiguratam
et sicut habetur Math 9 et luce
octavo Istos tres admisit ad
filie archisynagogi resuscita-
tionem Si voluit facere gratiam du-
obus iste fuit unus de duobus
habuit enim sex duo nomina que
apostolis imponere voluit scilicet unum
petrus quod imposuit Symoni a-
lium scilicet filius tonitrui quod
imposuit filijs zebedei Si vo-
luit facere gratiam uni iste fuit
unus omnibus quidem apostolis venit
ad gloriam sed iste fuit primus
cui Christus suam gloriam reponere
concessit et qui primus pro eo
passus fuit Solent homines
pro dono a rege petere ut habe-
ant primum bellum magnus hic
est pro Christo pati prelium primum
nobis datum est non solum ut
eum credatis sed ut pro illo pati-
amini Fecit ei etiam gratiam
singularem et honorem tantum
sicut dicit Calixtus papa
Ipse martirium sustinuit in die
qua Christus fuit annunciatus et passus
Tercio fuit dyabolo valde terribilis
illam sicut in legenda eius ha-
betur demonibus valde timebat

cuius sudarium tenuit cum phile-
tus arte demonis immobilis
factus esset iussit ei sudarium
suum quo tactus statim est solutus
baculum suum unde hermogenes
timens iram demonis petijt ab
eo suum baculum Iacobus dedit ei suum
unde demones in aere volare
ceperunt dicentes antequam veni-
at dies mortis iam ardemus
Cubiculum cuius unde dicebat
Iacob non possumus fornicatam que
in cubiculo tuo est contingere
Tercio fuit coram mundo valde
amabilis et hoc habet graciosam
predicacionem Eccl 20 Sapiens in
verbis amabilem se facit habet
gloriosam conversacionem Prov 18
Vir amicabilis ad societatem
etiam habet graciosam famam et opini-
onem per quam non tantum in con-
spectu proborum sed etiam in conspectu
magnorum amabilis erat Sa-
piencie viij° In conspectu po-
tentum amabilis ero habet graciosam
mortem et consummacionem quia
licet esset frater eius et fuit ambo
separati pertica corporis non tamen
meritis gloriosis 2 Reg 1 Primo
Saul et Ionathas amabiles
et decori in morte quoque non sunt
separati et cetera / Sequitur
Sermo secundus de eodem

Occidit autem Iacobum fratrem
Iohannis gladio Act 12 Pro-
colum beatus Iacobus multis
privilegiis fuit decoratus in vita
sed etiam in morte et post mortem
De cuius morte et passione
agitur in verbo premisso ut vero
cuius privilegia que in morte
et post mortem habuit videamus
Notandum quod ipse habuit mortem pre-
ciosam translacionem miraculosam
commendacionem gloriosam et

subvencionem nobilis exhibet
fructuosam Cuius quidem mors
fuit preciosa quia pro fide christi ca-
pite truncatus est Circa quod notandum
quod est quadruplex caput scilicet corpora-
le quod deus in homine fecit erec-
tum ut semper intendat in celum
Racionale scilicet racio Ephe 5 Caput
mulieris id est sensualitatis vir id est
racio Spirituale scilicet prelatus 1 Reg 15
Nonne cum parvulus esset etc Su-
persubstantiale scilicet christus Ephe Qui est
caput super omnem ecclesiam Infer-
nale scilicet dyabolus qui omnium malorum
caput est Gen 3 ipsa conteret caput
tuum In hoc igitur quod beatus Iacobus
qui fuit caput spirituale inquantum
prelatus posuit in morte caput
suum corporale id est custodivit caput
racionale conservavit in se caput
supersubstantiale et contrivit caput infernale
Dicitur autem beatus Iacobus et qui-
libet prelatus dicitur caput primo
quia in capite vigent cuncti se-
nsus corporales sic in christo spiritua-
les scilicet visus quantum ad scienciam
Eccl 2 Sapientis oculi in capite
eius et dicit oculi quia debent
esse sapiens de divinis et pru-
dentiam de humanis Auditus
quantum ad examinacionem vitam
Iob 2 Sicut audio iudico
vel quantum ad inspiracionem divinam
prius audiam quid loquatur in
me dominus deus etc Olfactus sive
odor quantum ad famam 2 Cor 2
Christi bonus odor sumus etc Gustus
quantum ad suavitatem internam
prius gustate et videte etc Tactus
quantum ad operacionem sollicitam illa
ea que dicit verbis debet tangere
manu operacionis ne dicatur ei
illud Math 23 Alligant onera
gravia et importabilia etc Secundo
dicitur caput quia caput influit
sensum et motum [illegible] causat

esse in corpore Ista tria prelati
debent influere subditis scilicet
sensum cognoscendi et doctrinam
motum operandi per bonam vitam
ut esse gratie per orationem devotam
de hiis Zach. 11. In corpore vivo
quantum ad sensum sapere quia sa-
piencia est vita anime prov. 3. (?) mo
lignum vite est hiis qui appre-
derint eam movens quantum ad
motu operationibus bonis et similiter
quantum ad esse gratie Tercio dicuntur
caput propter convenientiam et dignitatem
In corpore enim humano nobilior
porcio corporis est caput nobilior
capitis est oculus nobilior por-
tio oculi est pupilla inter pupil-
las autem Sed que? Illa est lucidior
que nigrior et minor In corpore
igitur mistico quod est ecclesia prelati
tenent locum capitis oculi et
pupille Sunt enim capita inquantum
habent dignitatem ecclesiasticam
Sunt oculi inquantum habent scien-
tiam sapienciam Sunt pupille inquantum
habent lucidam vitam Sunt nigri
et parvi inquantum habent humilitatem
veram Prelati igitur tenent locum
capitis quia habent sublimitatem
ecclesiasticam dignitatis Sed inter
ipsos quidam sunt digniores
qui habent divinam scientiam quia sunt
oculi Inter istos autem prelatos fe-
cerunt sciencie digniores sunt
qui non tantum habent scientiam sed etiam
lucidam vitam Inter istos luci-
diores sunt qui habent humilitatem
profundam et isti sunt pupilla
nigra et parva de quibus dicitur
Zach. 2. Qui enim tetigerit vos ta-
git pupillam oculi mei Sed quid
valet corpus sine capite i. ec-
clesia sine prelatis regimine et
quid valet corpus sine oculo i.
prelatus sine doctrine magisterio
et quid valet oculus sine pu-

pilla i. prelatus sapiens sine
lucida et honesta vita et quid
valet pupilla sine sit parva et
nigra i. prelatus nisi sit parvus
et niger per sui contemptum
et humilitatem et nichilum valet
ultra nisi ut foris mittatur
i. deponatur et ab hominibus conculcetur
i. a demonibus puniatur Octavum
privilegium est quia habet transla-
tionem miraculosam ostendit enim
in sua translacione miraculum in
omnibus elementis scilicet in aqua quia
maris se opponentes sine re-
mige nautis sine lumine pervenerunt
et mare tranquillum habuerunt
cantantes cum prospero In ma-
ris ... In aere quia ventus
ipse sine gubernatore eos dedu-
xit prov. 9. deduxisti eos in portum
et In terra quia cum corpus in terra
depositum fuisset super quendam lapi-
dem lapis corpori cessit et in sepul-
crum se mirabiliter coaptavit In
ignem quia cum montem ascen-
disset draconem igne spirantem
habitantem cum suis per medium scidit
Ipsum etiam corpus dum transferetur
in convenientia habuit creature
pure corporales sicut lapis de quo
supra dictum est Creature sensi-
biles sicut thauri indomiti ut
in legenda habetur Creature ra-
tionales sicut patet in lupa re-
gina que per miraculum facta est
digna Creature intellectuales quia
angeli duce ipsum corpus in Gal-
leciam duxerunt Sicut dicit le-
gatus et in legenda habetur Nonum
privilegium est commendabile gratia
qua ipse pre aliis sanctis recepit et
in corpore et in anima tam enim
corpus et miracula gratia illu-
strat et ab omnibus fidelibus
tam devote mirabiliter visitatur

ut possit dici de eo illud ysaie 11° in ipsum gentes deprecabuntur et erit se-
pulchrum eius gloriosum cuius corpus
anima diuine claritatis radio illustra-
tur et ab omnibus fidelibus tam devoto
ac mirabili visitatur ut possit dici
de eo illud ysaie 11° in ipsum gen-
tes deprecabuntur et erit sepulcrum
eius gloriosum cuius caro etiam
diuine claritatis radio illustratur
et sit quodammodo visitata et petita
qualiter fecit mater filiorum zebedei mathei 20 dic
ut sedeant hii duo filii mei unus ad
dexteram et alter ad sinistram vita
bona per dexteram vita beata significatur
sedent igitur duo apostoli a sinistris
dei quia eorum corpora in presenti vita
in multa gloria et honore fruuntur
sedent a dextris dei quia eorum
anime in celis beatificantur / plus
igitur christus eis concessit quam mater
petiit petierat quidem ut unus ad
dexteram et alius ad sinistram
sederet et ecce ambo sedent ad
sinistram domini in presenti vita corpora
eorum tanta gloria illustrantur sedent
in dextera domini eorum anime diuina
visione fruuntur potest etiam dici quod
in presenti vita quantum ad ipsorum corpora
visitatio est quod mater petiit / dex-
tera quidem celi est oriens sinistra
est occidens sedet igitur iohannes
a dextris quia iacet ex parte
orientis sedet iacobus a sinistris
quia requiescit ex parte occidentis
hoc tamen post resurrectionem visitabitur
plus quam mater petiit ut scilicet ambo
sedebunt ad dexteram et ad sini-
stram / status cuius anime triplicitur
considerari potest aut prout est unita
corpore aut prout est exuta a corpore
aut prout erit resumpto corpore
in primo statu habet laborare
ut per laborem quietem eternam
acquirat iob 5 homo nascitur ad
laborem / propterea laboris ma-
num tuarum quia manducabis
beatus es et cetera / in secundo est a labori-
bus quiescere / apocalipsis 14 amodo iam
dicit spiritus ut requiescat a laboribus
suis et stolam impassibilitatis gau-
dendo accipere / apocalipsis 6 date sunt
illis singulis stole albe / in tertio
est regnare et ad dexteram et ad
sinistram dei sedere / per dexteram
intelligi potest christi diuinitas / per sini-
stram eius humanitas / tunc igitur
sancti sedebunt ad dexteram dei
quia eorum anime beatificabuntur
in contemplatione diuinitatis / tunc
sedebunt et ad sinistram dei quia
etiam visus corporalis beatificabitur
in visione humanitatis christi / tunc
visitabitur illud quod dicitur canticorum 5
comedite amici dei mei et bi-
bite et inebriamini karissimi
sancti cum in primo statu sunt servi
dei / in secundo amici / in tertio karissimi
dei / anime igitur sanctorum in primo statu
in quo sunt induite corpore habent
gustare per bonum / gustate et vide-
te quam suavis est deus / in secundo
autem quando sunt exute a corpore
habent bibere luce 22 edatis et bibatis
super mensam meam / eccli 24°
qui in beatitudine adhuc sitient
in tertio in quo erunt resumpto cor-
pore habebunt saciari et inebriari
ebrietas cum satietate ex haustu
causatur / bonum quando quis bibit et
rebibit et frequenter bibit / modo
anime sanctorum tunc habent tamen vinum hau-
stum scilicet delectationem in visione
deitatis tunc autem bibitur in con-
templatione et rebibent in visione
humanitatis et sic ebrii erunt psalmus
inebriabuntur ab ubertate domus
tue et ieremie 13 ecce ego imple-
bo omnes habitatores istius ebrietate
quartum priuilegium est quia nobis
fructuose subvenit per miracula

et beneficia que nobis impendit
Sicut beatus Augustinus dicit beneficia
triplicia consideratur scilicet prout est in vita
prout est in morte et prout est post
mortem scilicet viventibus morientibus
et mortuis In hoc triplici statu
beatus Jacobus nobis subvenit scilicet
in vita quia dat peccatoribus remis-
sionem Sicut refert Beda de
illo qui peccatum in cedula scripsit
et deletum invenit desolatis
et afflictis consolationem Sicut refert
Calixtus papa de illo qui ad sanctum
Jacobum vadens uxore in via
mortua et rebus omnibus expo-
liatus asinum a beato Jacobo re-
cepit quo parvuli veherentur
Oppressis relevationem sicut patet
in illo mercatore qui iniuste
in carcere positus in columna [?] tur-
rem [?] in oculis se liberavit Neces-
sariam patientibus subministrat
Sicut refert Calixtus papa de quo-
dam ad beatum Jacobum pergentem
Cui cum necessaria defecissent
beatus Jacobus panem sibi prebuit
de quo quindecim diebus vixit
In devotis dat primam et cer-
tam [?] sicut refert idem Calixtus
papa de quodam qui cum sanctum
Jacobum visitasset non salutem
anime petiit sed ne a suis ca-
peretur inimicis potius postulavit
qui rediens ab inimicis capitur
et tandem per beatum Jacobum cer-
tum liberatur Juvat etiam in mor-
te ne scilicet superetur a morte
vel decipiatur a demone
Primum patet in illo qui iniuste
suspensus fuit ibidem a beato Ja-
cobo in vita conservatus Secundum
quod patet in illo cui laboranti
in extremis apparuit beatus Ja-
cobus burdone utens pro lancea
et sacculo muliebre quem

ille ex compassione nimia
portaverat utens pro scuto de-
monem fugavit Juvat etiam post
mortem et quantum ad corpus hono-
rabili sepulture tradendo sicut
ait Hubertus visontinus episcopus
de quodam in via mortuo Cum
corpus beatus Jacobus in specie equitis
apponens ad sanctum Jacobum detulit
et ibi sepeliri fecit et quantum ad
animam a penis liberando Sicut
refert Hugo de sancto
victore Cum quidam ad sanctum
Jacobum pergeret et ad suasionem
demonis se occidisset et ad vi-
tam duceretur beatus Jacobus ut
pristine restitueretur obtinuit

Sermo tercius de eo[dem]

Accessit ad Jesum mater filiorum
zebedei etc Math. 20 In
serie huius evangelii de tri-
bus personis fit mentio scilicet de matre
de filiis et de Christo In ma-
tre tria fuisse fuisse videntur con-
fidentia et reverentia et ignoran-
tia Unde dicit Rabanus su-
per hunc locum Accessit ad Jesum mater
filiorum zebedei etc In accessu
confidentia in adoratione reveren-
tia in petitione ignorantia
Fiducia vero per quam accessit cau-
sabatur ex eo quod Christus nepos suus
erat Unde dicit Crisostomus Mater
hec est salomee vere pacifica que
filios pacis genuit in temporibus
vocationis discipulos et temporibus pas-
sionis domini martires est Zebe-
deus et fit illa secuta est Christum
Accessit autem a filiis submoni-
ta [?] provocata cum ipse peteret
sed immo ad impetrandum suam
petendo voluit submittere Et
hoc triplici de causa Primo ne
ceteros discipulos scandalizaret

Secundo ut ipsa a Christo citius impe-
traret. Tertio ut si non discrete peteret
Christus sibi facilius indulgeret. Istas
tres causas ponit Crisostomus in persona
filiorum dicens: Qui scimus Dominum
omnibus quos regni sui societate
non donabit petentibus negligentia
reprehenditur ubi de donantis voluntate
non dubitatur. Si nos rogamus ingi-
stra forsitan ceterorum fratrum corda con-
cutimus. Et si cum vivis dicere ne
non putet quasi iam spirituales tunc
petiti putet quasi adhuc carnales.
Ergo submittamus matrem nostram
ut suo nomine deprecetur pro nobis.
Si cum reprehensibilis inventa fuit
facile merebitur veniam. Ipse enim
sexus excusat errorem. Si autem
non fuit importuna facilius im-
petrabit mater quam filii suis rogatis.
Ipse cum Deus qui matres nostras alios
misericordie filiorum implevit facilius
exaudiet maternum affectum. Certa
est rata ne ipsi notam ambitionis
incurrerent petere cum per matrem pro
aliquo ignorante tollerabile
est quod faciente et sentiente rep-
rehensibile pro se autem petere vel-
le est ambitiosum et vitu-
perabile. Secundo fuit in matre
reverencia magne reverentie
ac devotionis licet mater erga
erga Christum fuit. Quod Crisostomus
ex tribus ostendit. Primo quia
propter Christum reliquerat virum
suum adhuc vivum. Unde dicit
Crisostomus. Non eam vincit mari-
talis affectus quia ille temporalis
erat maritus iste autem perpetuus
sponsus. Idem cognovit quod
amplius posset meritis suis
si propter Deum relinqueret virum
quam si propter virum relinqueret
Deum scilicet. Crisostomus sentire
videtur quod tunc temporis vir suus
mortuus erat. Secundo apparet

cuius devotio ex eo quod secutus
sexus fragilis et etate defecta Christum
sequebatur. Tertio quia non terrena
sed celestia filiis suis optabat
sicut postulabat. Crisostomus: Dominum
quod licet recte peteret scilicet mater sed ex
dicimus quia non terrena sed cele-
stia filiis suis optabat. Vera enim
sentit sicut cetere matres que cor-
pora natorum suorum amant animas
autem contempnunt. Desiderant
eos valere in seculo isto et non
curant quid sunt passuri in illo
ut ostendant quod corporum sunt
parentes non animarum. Tertio in ipsa
fuit ignorantia. Unde Christus
reprehendit filios qui eam sub-
miserunt ad petendum. Nescitis
quid petatis. Ista autem petitio
precipue causabatur ex ignorantia.
Unde dicit Jeronimus: Unde opinionem
regni mater habuit zebedei
respondeo ac ut reor ex causa
quod dixerat Dominus tertia die resur-
gam. Putavit enim mulier post
resurrectionem illud regnaturum
et quod in secundo adventu promittitur
in primo esse complendum et aviditate
feminea presencia cupit immemor
futurorum. Precipue ab invidia filios
timuerat omnes ne Petrus reciperet
principatum. Crisostomus: Audierat quod super
duodecim thronis sederent.
Unde primatum Christus cathedre
petebant accipere. Timebant enim
Petrum precipue sibi preferri scilicet a qua-
dam ambitione humana audierunt
omnes superbi erant et primatum
desiderabant. Crisostomus: Primatus
fugientem se desiderat deside-
rantem se horret. Conversatio
igitur melior desideranda est
non dignior gradus. Unde Pro-
cerius igitur dum duos fratres
et alios indignatos respiciens

c

introduxit duam int' princi-
pes mundales et ecclesiasticos con-
tendentes quia prelatus in corpo-
re ab aliquo appetendus est non
tamen uel ab aliquo invidendus
est habente petit aut hec mi-
tria que mater filiis suis de-
sideravit scilicet quietem unde di-
cit ut sedeant honorem unde
subdit unus a dextris et unus
a sinistris et dignitatis unde
ait in regno tuo // Secundo
fit mentio de filiis in quibus
tria fuisse videntur scilicet magna-
nimitatis in respondendo cum
dicunt possumus / Temeritatis in
postulando cum per matrem
petunt sessionem a dextris
et a sinistris et similitatis in
patiendo cum Christus dixit
Calicem quidem meum bibetis / Ma-
gnanimitatis aut in sanctis
qua prius ipsi deum sustinent adversa
causatur maxime ex tribus
primo ex amore dulcorante
Gen 29 videbantur Jacob dies
pauci pre amoris scilicet magnitudine
Augustinus Omnia seva et im-ma-
nia facilia et prope nulla facit amor
In libro de spiritu et anima dicitur
quod amor est per desiderium
currens et per gaudium conquiescens
per desiderium in appetendo
per gaudium in fruendo / Secundo
causatur ex fiducia de deo
presumente Ysa 40 Qui sperant
in deo mutabunt fortitudinem Judith 6
Non derelinquis presumentes de
te nil / omnipotentiam verbi
clariorem reddit quia quod omnes
facit omnes qui in se sperant
Unde dicebat Vincentius Da-
ciano prefecto videbis me dei
virtute plus posse dum torqueor
quam possis ipse qui torques

Tertio causatur ex consideratione pre-
mii minuit vim flagelli Augustinus labor
te terret unde illud qui agnoscit
premium libenter implent preceptum
Gen 49 vidit Jacob requiem quod
esset bona et terram quod esset optima
et supposuit humerum suum ad
portandum // Secundo in eis fuit teme-
ritatis in postulando que teme-
ritas reprimitur cum dicitur Nescitis
quid petatis / aut cum petebant
prelatum terrenum aut celestem / ter-
renum temeritatis erat quia vo-
lebant nominari in mundo [illegible]
nomine Apostolus dicit 1 Thymo 3
Si quis episcopatum desiderat bonum
opus desiderat / Glossa respondet
Glossa quod aliud est desiderare opus
bonum aliud prelatum terrenum
aliud ecclesiasticum prelatum / opus
quidem bonum desiderat bonum est
ut ait Desiderium bonum opus
bonum est quia ibi voluntas
et est ibi meritum / prelatum
honoris concupiscere vanitas est
hoc enim contra iudicium dei est
quod de prelatu honore nescio
mercedem iustitie meam tres
enim apostolus laudem habebat apud
deum quia apostolus fuit sed si esset
sine apostolatu unde adimplevit / pre-
latum aut ecclesiasticum desiderare
non solum est vanitas sed etiam
fatuitas unde subdit principes
regum mundi sunt qui dominantur
minoribus suis et eos sibi
subiciunt et eis utuntur ad suam
voluntatem et talium principes
aut ecclesie sunt ut serviant
minoribus suis et consulant eis
et suas utilitates negligunt
et illorum procurent et mori
non recusent pro salute minorum
prelatum igitur ecclesie concupiscere

necesse iustum est necesse utile omnibus
cum sapiens vult se ultro subicere
servituti Si autem petebant primatum
celestem hoc erat simplicitatis te-
meritas quia volebant illud asse-
qui sine merito et labore Cum
dixit nescitis quid petatis Eius
Ego vos vocavi ad potestatem dex-
tram de sinistra et vos vero
consilio cupiditatis ad sinistram vero
erat igitur christi dare cui regnum
sine causa cupitis illud a se non
habet sed a patre Eius omnibus enim quod
est potestatem ab alio illius vero est
qui dedit unigenito habebat filius
suum tamen esset ipse non simul ab
patribus Sinite non est meum dare
sine vero merito et labore Eius
non solum debemus cogitare
qualem gloriam consequamur sed
quo evademus ruina pericula quam
seculari bello qui semper de prede
victoria cogitat difficile vincet
Fabianus respiciebat quid pe-
terent quia sedem regni quam
non dum meruerunt a domino
acquirunt delectabat eos cul-
men honoris sed prius certare
habebant viam laboris Sine
non est meum dare vobis sed superbis
Remigius Non est meum dare
vobis .i. superbis talibus quales
vos estis sed humilibus corde
quibus paratum est a patre meo
Sine non est meum dare vobis
ratione cognationis carnalis Je-
ronimus Regnum celorum non est dantis
sed accipientis Non enim est per-
sonarum acceptio apud deum sed
quicumque se talem prebuerit ut
dignus fiat hoc accipiat quod
non est personae sed vite paratum
est Tertio in eis fuit humilitas
in patiendo cum dicitur Calicem
quidem meum bibetis Bibit Johan-
nes in ferventis olei dolium
missus Bibit Jacobus capite
truncatus Bibit Johannes per mor-
tificationem quod est omnium christianorum
Hugo Tota vita hominis chri-
stiani est atque martirium Bibit Jaco-
bus per desiderium martirii et
affectionem quod est omnium perfectorum et con-
fessorum Bibit Johannes quia ha-
buit sufficientem causam et si
non habuit effectum passionis quia
et venenum bibit et in ferventis
olei dolio positus fuit Bibit
autem Jacobus et quantum ad morti-
ficationem carnis et quantum ad de-
siderium voluntatis et quantum ad effectum
passionis Dicitur autem passio calix
tum quia ad mensuram bibitur eo
quod deus non permittit hominem
temptari supra illud quod potest ut habetur
.1. Cor. 10 potestis potius dabo vobis
in lacrimis in mensura tum quia
etiam tulit instar potus .2. Cor.
id est cum quod in principio est molestum
tum quia sitis delectat .2.
Cor. 12 libenter gloriabor in infirmi-
tatibus meis potius Calicem tuum
inebrians quam preclarus est
Tertio fit mentio de christo in quo
similiter tria fuisse videntur scilicet
magna benignitatis in respondendo
~~Eius Bonum erat eos desiderium~~
~~sed inconsiderata petitio ideo et~~
~~si impetrare non debeat~~ / rectitudo
zeli in reprehendendo et simplicitatis
in defendendo / Fuit quidem in eo magna
benignitas in respondendo Eius
Bonum erat eorum desiderium sed
inconsiderata petitio ideo et si im-
petrare non debeat simplicitatis eius
petitionibus ergo consimili non movebatur
quia de amore domini talis peti-
tio nascebatur Contra solum in eis deo
ignorantiam reprehendit nec con-
tra reprehensione eos consimiliter
et alios irritaret Eius Ideo non
dixit non sedebitis nec tetas irri-
taret noluit eos domino [illegible] duc

f

ardere mulieri petentis eius conpa-
rationi propter suam simplicitatem antiqui-
tatem et nimium amorem. Secundo
in cristo fuit rectitudo zeli in
reprehendendo cum dixit Ne-
scitis quid petatis. Rogabant
enim quod peterent volebant
quidem cum cristo regnare sed no-
lebant cum cristo bibere. Ideo
dixit eis potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum. Dicitur
autem passio cristi calix quia ca-
lix dicitur a calore vel secundum ysidorum
dicitur a calon quod est lignum. Erat
enim vas ligneum in quo potores
medicinales calices et amore
6 comparationem comminabant. Signat
autem diuinam passionem, tum quia
fuit in ligno consummata. Iheremie 11
Mittamus lignum in panem eius.
tum quia fuit sanatiua. Ysaie 53
Cuius liuore sanati sumus. tum
quia fuit ex calore amoris
facta. Iohannis 15 Maiorem hac
dilectionem nemo habet quam ut animam
suam ponat quis pro amicis suis.
tum quia fuit valde amara.
Tercio in cristo concordie paupertatis
amore absinthii et fellis. Tum quia
erat mensurante et bibenda
vel tradenda et mutanda secundum
possibilitatem nostram. Tercio fuit
in cristo fidelitatis in defendendo
quia pater detulit dicens Non
est meum dare vobis sed quibus
paratum est a patre meo. Paratum
est a deo regnum celorum ipsum dili-
gentibus sicut conuiuium paratur. Ysaie
64 Oculus non vidit deus
absque te que preparasti expectanti-
bus mundum expectantibus te
sicut domus dei vel hospitale
paratur pauperibus qui alias domos
vel palacia non habent. Prouerbiorum paupe-
ri in dulcedine pauperi tua deus.
verum et quibus. sicut paruulis
paratur cibus et vestitus. Iohannis

sit ablatus et paratus vobis locus
misericordiam egentibus imperfectis
sicut paratur honor pro honore bo-
norum. Mathei 25 Venite benedic-
ti patris mei possidete paratum vobis
regnum. Iustificalis perseuerantibus.
1 Petri 1 hereditas conseruata vobis
in celis qui in virtute dei custo-
dimini per fidem et salutem paratam
reuelari in nouissimo. Sequitur

Sermo quartus de eodem

Calicem quidem meum bibetis.
Mathei 20. Dicitur quod tres ca-
lices in presenti et tres in futuro.
In presenti quidem sunt tres quorum
primus est plenus balsamo, secundus
est plenus absinthio, tercius est
plenus sanguine rubicundo,
igitur est calix innocencie, secundus
penitencie, tercius passionis.
In primo calice qui est
plenus balsamo spiritus sancti
et est calix innocencie bibit
cristus qui et innocencia fuit
et spiritu sancto plenus immo
super plenus fuit. Bibit beata
virgo que habuit candorem innocencie
et plenitudinem gracie. Bibunt
omnes apostoli in penthecoste qui
spiritu sancto baptisati plena in-
nocencia consecuti sunt et
plenitudinem spiritus sancti ha-
buerunt. Inter quos precipui fue-
runt isti duo apostoli scilicet Iacobus et Iohannes
qui in illo calice biberunt. In hoc
calice bibit dominus omnis qui ple-
nitudinem gracie habuit et virgi-
nem pudicitiam custodiunt.
Bibunt omnes rebaptisati qui
virtute baptismi spiritum sanctum
receperunt et innocenciam assecuti
sunt. Sunt autem tria signa per que
cognoscitur quis in hoc calice
bibisse. Primum est in calicis vinum
Iohannis 4 Qui biberit aquam
quam ego dabo fiat in eo fons

aque salientis in vitam eternam. Istud signum habebat apostolus qui dicebat Nostra conversatio in celis est ut dicitur philippensium iii^o. Conversatio autem totam vitam hominis comprehendit. Sunt enim qui videntur esse in celo corde tantum qui scilicet habent bona proposita et desideria sicut sunt procrastinantes. Quidam sunt in celis solum ore qui loquuntur verba devota et salubria verba sicut sunt verbosi predicatores. Quidam sunt in celo solum opere qui scilicet videntur habere bona opera ~~sicut y~~ ~~patte~~ exteriora sicut ypocrite simulatores. Illius autem conversatio est in celo qui ibi est et corde per recta desideria et ore per salubria verba et opere per edificationis exempla. Signum huius signum est mundane sitis extinctio. Iohannis iiii^o. Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum. Augustinus. Qui biberit de fluvio paradisi cuius una gutta maior est oceano restat ut in eo sitis mundi penitus extincta sit. Et vocat Augustinus flumen paradisi amorem spiritus sancti. Oceanum autem vocat collectionem omnium amorum mundialium. Quando ergo una gutta amoris spiritus sancti in cor hominis venit totam collectionem mundialium amorum extinguit. Tertium est spiritualis spiritus sancti exultatio. Spiritus sanctus conscientiam facit serenam et in ore letam. Proverbiorum xv. Secura mentis quasi iuge convivium. Vinum enim spiritus sanctus est letificare. Psalmus. Vinum letificat cor hominis. Sicut autem cor iusti est sicut serenum tranquillum et securum sic cor peccatoris est sicut in nubibus in tempestate et timore. Sicut enim videmus quod ex turbatione

nubium sequitur infirmitas et turbatio elementorum in orbe turbatio humorum in corpore turbatio virium in mente. Ante quidem peccatum ~~habe~~ Ade non erat aliqua nubes nec turbatio elementorum sed conturbatio suorum morum secuta est turbatio elementorum. Sequitur etiam turbatio humorum in corpore quia peccatum aliquando est causa infirmitatis corporalis iuxta illud Iohannis v^o. Ecce sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Aliquando est et causa mortis et spiritualis et corporalis. Romanos v^o. Per peccatum mors. Sequitur etiam turbatio virium in mente. Turbatur enim vis concupiscibilis dolore irascibilis timore rationalis errore. Psalmus. Cor meum conturbatum est in me et me dolor dereliquit me virtus mea et inde timor et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum et inde error. Secundus calix est plenus absinthio et iste est calix penitentie. Si enim ille qui bibit de calice balsami divine gratie perdidit gratiam et innocentiam accedat ad secundum calicem et bibat de absinthio amare penitentie. Istud autem absinthium debet dulcorari propter celeste premium. Matthei iii^o. Agite penitentiam. Ecce absinthium. Appropinquabit enim regnum celorum. Ecce premium. Et dicit agite non cogitate contra illos qui habent voluntatem bonam et nullam bonam operationem. Et dicit agite non dicite contra illos qui alios docent et se non docent. Item dicit agitis in futuro sed agite in presenti contra illos qui de die in diem differunt penitere. Et dicit appropinquabit regnum celorum magna liberalitas dei quia non expectat ut nos appropinquemus sed ipsum regnum nobis appropinquare facit. Maior quia ipsum regnum

nobis tribuit lucem et veritatem
timeo pusillus grex quia complacuit
patri meo dare vobis regnum
Contrarium regnum libertas dei est qui
regnum ipsum intra nos ponit
Math. xi. Ecce enim regnum dei
intra vos est In hac autem
taliter numquam bibit christus nec
beata virgo quia peccatum non indigerunt
Biberunt autem apostoli quia
tempore passionis christi recederunt
per penitentiam resurrexerunt Biberunt
omnes sancti Ro. iii. Omnes
peccaverunt et egent gloria dei. i.
Johannis i°. Si dixerimus quia peccatum
non habemus ipsi nos seducimus
Tercius talis est plenus
sanguine rubicundo In isto taliter
bibit christus Johannis xviii.
Calicem quem dedit mihi pater
non vis ut bibam illud Biberunt
omnes sancti martires Apocalipsis vii°
laverunt stolas suas et dealbaverunt
ipsas in sanguine agni
Qui igitur cupit balsamum divine
gratie et abicere absinthium
proprie vini adhuc habet recurrendum
ut scilicet accedat ad istum calicem
plenum sanguine .i. recurrat
ad vinum passionis domini
ihesu ipsam passionem et
in affectu et in meditatione
ut si non effundit sanguinem
suum corporaliter saltem se crucifigat
cum christo spiritualiter / Duo autem
sunt quos debet crucifigere scilicet
caro et mundus Caro tamquam
latro dexter crucifigenda est cum
cruce est rigor discipline Cuius
quidem rigor quatuor habet brachia
scilicet vigiliam abstinenciam asperitatem
vestium et disciplinam verberum
Mundus tamquam latro sinister
crucifigendus est cum cruce est
paupertas spiritus que quidem paupertas
quatuor habet brachia

scilicet contemptum glorie proprie peccuniarum
et pulchre In medio autem horum
duplicatis cruciatis spiritus eo christo confixus
agitur ut dicat cum paulo Galathis
Christo confixus sum cruci
vivo ego iam non ego sed vivit
in me christus Crux autem spiritualis
spiritus est fervor devotionis quae
quidem devotio quatuor habet brachia
scilicet amorem et spem et timorem
et dolorem Spes trahit sursum
dolor deorsum amor a dextris
timor a sinistris De hiis quatuor
brachiis nobis dicitur Ephes. iii° In caritate
radicati et fundati ut possitis comprehendere
cum omnibus sanctis que
sit longitudo et latitudo sublimitas
et profundum habet et de
alios tres calices post haurit contra
quorum unus plenus est vino non
sed vino mixto Quartus fere p[...]
Calix domini vini meri plenus
mixto et infra / vinum enim fere ci[...]
non est exinanita .i. evacuata /
bibent omnes peccatores terre Quedam
enim anime sunt que statim evolant
iste biberunt in talice vini
meri Quedam sunt que pius
patiuntur penam purgatoriam et post
ea tendunt ad gloriam Iste bibunt
in talice vini mixti Quedam
sunt que ad inferna descendunt
Iste bibunt in talice pleno fecibus
iniquitatis que statim evolat
demus dat bibere in talice vini
meri / de isto potu peccatores dicitur
Apocalipsis ultimo Ostendit michi flumen
aque vive splendidum tamquam
cristallum procedentem de sede dei
et agni in medio platee civitatis
scilicet ierusalem Iste potus est amor
spiritus sancti qui quidem est satisfaciens
refitientem quia non datur ad mensuram
sed instar habundancie
fluminalis Ideo dicit ostendit
michi flumen Johannis iiii° Omnis
qui biberit ex aqua hac sitiet

i.e. qui aut biberit de aqua quam
ego dabo ei non siciet in eternum
sed quia multi fluvij deficiunt
ideo est emanationem indeficientem
ideo subdit aque vive perennis
quoniam apud te est fons vite. i.
Cor. ix Caritas numquam excidit
Sapie. vij Clara est que numquam
marcescit sapientia quia non sunt
aliqui fluvij qui habent turbidam
aquam ideo habet claritatem re-
fulgentem. ideo subdit splende-
ntem tamquam cristallum amor enim
dei facit animam fulgidam amor mun-
di facit turbulentam Jeremie ij°
quid tibi vis in via egypti ut bi-
bas aquam turbidam Tercia quia non
sunt aliqui fluvij qui habent aquas
amaras ideo habet suavitatem
afficientem. ideo subdit proceden-
tem de sede dei et agni i. de vi-
sione deitatis et humanitatis a-
mor mundi infundit amaritudinem
ysaie xxiiij° amara erit potio
bibentibus illam timor dei facit
delectacionem Eccli. xxiiij° Qui
bibunt me adhuc sicient Quia
non sunt aliqui fluvij qui sunt
nimis remoti ideo habet puritatem
assistentem. ideo subdit in me-
dio platee eius qui bibet enim
stans iuxta portam suam istum
fluvium habebit et numquam vo-
luit haurire potest de potu istius
talis dicit Cant. v° Bibi-
te amici et inebriamini karissimi
Angeli sunt amici qui sibi sunt
intimo amore iuncti Sancti non
et sunt dicti cari quia sibi sunt
per amorem iuncti et sunt
cariores quia sunt eius in
conformitate et propinquitate et
sunt karissimi quia precio carissimo
sunt redempti Angeli igitur
qui amici bibunt quia de visione

divinitatis sument delectationes
hauriunt homines non bibunt quia
delectacionem suavem habent de visione
divinitatis et rebibunt quia delec-
tationes suaves habent de visione
humanitatis Ebrietatis enim non
causatur de uno haustu sed de
frequenti actu vivendi quia igitur
sancti bibunt et rebibunt ideo
ebrij erunt Tercia non que a-
liqua remansa seu portat
aut bibere vinum mixtum sicut
quidam [illegible] sed non habent car(itatem) pu-
ram quia quousque habent vinum
istic haurire eos oportet aquam
purgatorie ysa. primo vinum
tuum mixtum est aqua i Cor. iij
ipse enim salvus erit sic tamen
quasi per ignem vel ipsum purga-
torium potest dici talium vinum mixti
quia ibi multiplex mixtio reperitur
Est enim ibi mixta pena cum gloria
securitas cum timore Securi quidem
sunt de gloria habenda sed tamen
semper timent ne nimis differ-
antur a gloria Est ibi consolacio
cum desolatione sunt enim consola-
tionem de tali securitate et de
angelorum visione Sed tamen deso-
lationem habent de pene acerbitate
et demonum vicinitate Tercia
non que in mortali peccato decedunt
aut debent bibere in calice pleno
fecis In inferno quidem sunt feces
omnium elementorum et omnium rerum
Siquidem elementa omnia purga-
buntur et renovabuntur Reno-
vabitur terra et novam formam
assumet Renovabitur aer et perpe-
tuam claritatem induet Apoc.
xxj° vidi celum novum quo ad
renovationem aeris et terram novam
quo ad renovationem terre Reno-
vabitur aqua Apoc. xv° vidi
tamquam mare vitreum et omnes
aut feces istorum precipientur in
laternum inferni ipse tria

ignibus renouabitur quia pressura
a calore diuidentur et tota lux
transibit in regionem beatorum totus
vero calor in regionem dampnatorum
In presenti enim vita non sunt bona
pura sed sunt tamen fece mixta
[illegible] fece vite est mors fece
sanitatis est infirmitas fece gau-
dii est dolor atque tristicia fece
lucis est tenebra et sic de aliis
deus autem tunc eleuabit vinum
de fece et totum vinum purum
scilicet vitam sanitatem gaudium
et lucem ponet in celario beatorum
feces autem scilicet mortem infirmi-
tatem dolorem et tenebras in
cloacam infernalem et has feces
dampnati semper bibent ysaie
li° vsque ad fundum calicis su-
poris bibisti et epotasti vsque
ad feces

Sequitur sermo primus de vinculis sancti petri

Disrupisti duo vincula
mea et tibi sacrificabo
hostiam laudis et nomen
domini inuocabo vota mea domino
reddam in conspectu omnis popli
eius in atriis domus domini
in medio tui ierusalem psalmo C° Sancta
mater ecclesia representat hodie
quadruplex beneficium siue opus
quod ad honorem sancti petri apostoli
fecisse videtur / Primum est opus gracie
quod fecit in custodia petri de carcere
liberacione / Ob quam causam
ecclesia in persona petri deo re-
gratiatur dicens Disrupisti duo
vincula mea Et istud continetur
in epistola hodierna Secundum est opus mire
pietatis et nobile quod fecit in ipsa
alexandri ipse de carcere eduxit
et filia principis sanacione / ob
quod ecclesia deum laudat dicens
Tibi sacrificabo hostiam laudis
Tercium est opus mire sapien-
cie quod fuit in festiuitate sapienti-
ssima comutacione quia prius

inuocabatur nomen principis dampni
inuocatum est per medium nomen
dei et apostoli sancti petri Et ideo sub-
ditur Et nomen domini inuocabo
Quartum est opus mire potencie
quod fuit in clauium collacione per
quam petrus collacionem accepit
in mundo super laicatus Et ideo sub-
ditur / vota mea domino reddam in
conspectu omnis populi eius Super-
eminentes ideo subditur In atriis
domus domini / per quam eciam habet
potestatem in celo et ideo subditur
in medio tui ierusalem Circa primum
notandum quod magnam graciam deus
mundo fecit quando beatum petrum a
vinculis liberauit / liberauit autem
ipsum per duo scilicet per suffragia o-
racionis et per angelicum ministe-
rium De suffragiis quidem actuum 12° ora-
cio autem fiebat sine intermissione ab
ecclesia ad deum pro eo Sed tunc quia
oracio meruit exaudiri et quia
fiebat ~~ab indignis~~ a dignis et a
multis et quia fiebat pro digno
et quia fiebat cum instancia
et quia fiebat de re vtili et ne-
cessaria fiebat quia a dignis Ideo dicit
ab ecclesia id est ab illis qui erant
de ecclesia viua et vnita / Oracio
enim peccatorum non meretur exaudiri
a deo ysaie primo Cum extende-
ritis manus vestras ad precem
auertam oculos meos a vobis
Et cum multiplicaueritis oraciones
vestras non exaudiam manus
enim vestre sanguine plene sunt
fiebat a multis quod notatur cum
dicitur ab ecclesia Impossibile est
oraciones multorum non exaudiri Mathei
18 Si duo ex vobis etc. / Fiebat
pro digno id est pro beato petro Ideo
dicitur pro eo Sepe enim deus oracionem
exaudit quia pro indignis effundit
Vnde dicitur Ieremie 11 Noli

orare pro populo isto etc. Iudicum Sic
stetit moyses etc. / Fiebat ad instan-
ciam Jacobi v. Multum enim valet
oracio iusti assidua. Secundo dicitur Sine
intermissione orate Luce xi. Peti-
te et dabitur vobis quecumque
deprecatis invenietis querite et
invenietis quodcumque clausum
vobis in deus pulsate et aperietur
vobis et sufficit Sicut enim qui
esurit tamen diu cibum petit donec
impleat necessitatem corporis
sui nec potest cessare Ita necessitas
cum urget quia sine cibo vivere
non potest Ita qui vere deprecatur
graciam dei cessare non potest appeten-
do sciens quia sine gracia dei sal-
vus fieri non potest / Fiebat etiam de
re utili et honesta scilicet de liberaci-
one petri Sepe enim homo non
meretur accipere quia inutilia et
non decentia petit Crisostomus super Matheum
Illa pete que tibi expediat acci-
pere et illud dabit postea Si autem
semper cum petis accipe carna-
lia aut non accipis aut difficile
impetrabis quod cum illa libenter
prestet non habenti que si habeas
utique amovet a te ut contempnas /
Secundo liberacio petri facta est per
angelicum ministerium Angelus enim
domum in carcerem descendens circa
petro fecit quia lucem sibi dedit
ipsum velociter surgere fecit et cathe-
nas de manibus solvit / per que
signatur spiritualiter quod ille qui est
in carcere herodis i. dyaboli id est
intellectiva obtenebrata / affecti-
vam ad terram inclinatam / et opera-
tivam ligatam / Secundus dicit mini-
sterio angelorum illuminat nostram
intellectivam per fidem quod signatur
per hoc quod dicitur quia lumen
refulsit in habitaculo carceris

Elevat nostram affectivam ad di-
vinorum amorem unde dicit cito sur-
ge velociter et solvit nostram liga-
tam operativam quod signatur per hoc
quod dicitur et ceciderunt cathene de
manibus eius // Secundo audit deus
hodie opus suum nunc per hoc quod
alexandrum papam a vinculis
extraxit et filiam principis libe-
ravit Cum enim ipsa puella turgida
cathenam beati petri osculata fuis-
set mox sanitatem recepit
et alexander papa libere dimissus
fuit Ecce quanta dei via que cete-
rorum supplicia reddit mirabilia
et gloriosa Sanavit petrus per verba
sua ~~actuum 9 afferebant semi-
cinctia apostoli~~ Enea sanet te dominus
ihesus christus Sanavit per vestimenta
sua actuum 9 Afferebant semi-
cinctia apostoli Sanavit per umbram
suam actuum v. In plateis pone-
bant infirmos in lectulis ut ve-
niente petro saltem umbra
illius etc. Sanavit per baculum
suum sicut legitur de beato Mar-
ciliano seu marciali cui ba-
culum suum dedit et socium suum
mortuum suscitavit Sanavit per
supplicia sua sicut istam puel-
lam que osculata fuit cathenam
Sanavit cathedie per ossa sua
Si igitur tante virtutis fuerunt
verba sua quante virtutis nunc est
apud deum eius oracio gloriosa /
Si tante virtutis erant vesti-
ta sua quante virtutis nunc sunt eius
devota suffragia Si tante vir-
tutis est eius umbra quante est
nunc anima eius gloriosa Si tantum
valuit eius baculus quantum
nunc valet eius pius affectus
Si tantum possunt eius ossa //
quantum nunc possunt eius merita

Si tantum honorem deus prestat sanctorum supplicijs quantum prestat eorum cathenis et vinculis // Et tunc est apud nunc sapientie quinta causa dei hoc apparuit que de malis bona elicere scivit // dyabolus quidem multis modis nititur sanctos decipere aliquando per vani cultus superstitionem sicut decepit paganos quos adorare ydola fecit aliquando per simulatam religionem sicut decipere voluit beatum martinum cui in forma christi apparuit Transfigurat enim se sepe in angelum lucis sicut legitur 2 Corinth. aliquando per terribilis monstri apparitionem sicut decipere voluit beatam margaretam aliquando per corporalem obsessionem sicut illum de quo dicitur Luce xi. Erat ihesus eiciens demonium et illud erat mutum / istis quatuor modis ut in hodierna legenda habetur dyabolus decipere voluit sed deus de istis bona sapienter elicere scivit // voluit namque decipere per vani cultus supersticionem primo sicut refert Beda Romani imperatorem Augustum pro deo colebant ut prius quam autem Roma fidem recepit sed quia festum tale celebratur Sed illud festum supersticionis deus convertit in festum devocionis et vere religionis cum scilicet producta petri cathena festum quod remansit sed ad honorem petri fuit institutum et ad vincula nominatum // Secundo dyabolus decipere voluit per simulatam religionem primo sicut legitur in hystoria tripartita dyabolus indignatus quod occasione cathene quam iudei regine dederant festum octaviani cessavit in specie moysi iudeis in creta apparuit quos in monte magno super mare congregavit sicut pedes ad terram promissionis eos ducere pollicetur et sic in multos enecavit Istud autem deus in bonum convertit quia qui remanserant ad fidem conversi sunt Tercio decipere voluit per terribilis monstri apparicionem sicut legitur in eadem hystoria tripartita / his diebus apud Epirum draco immanissimus apparuit qui omnes in timorem nimium convertebat cuius cadaver vix octo iuga boum trahere poterunt // sed et isto deus bonum elicere scivit quia beatus donatus Episcopus crucem digitis depingens et eam sibi ostendens in os eius proiecit et mox ille crepuit Ex quo debilis fit virtus dyaboli cum tam terribile monstrum sputum sancti annichilavit // Quarto decipere voluit per obsessionem Prima sicut legitur in ipsa hystoria dyabolus quendam invasit et coram omnibus vexare cepit sed istud cristus in bonum convertit quia mox ut cathena sancti petri collo furentis imposita fuit Ille tam pondus ferre non valens abscessit Sapientie etiam est non solum de malis bona elicere sed etiam dampna venire Istud etiam apud sapientes christus hodie ostendit quia cathena petri qua sub herode fuit vinculatus et illa qua sub Nerone fuit vinctus in simul sociate una cathena miraculose facte sunt acsi ab una eadem extitissent // Sexto

ostendit opus potentie quod scilicet [petro]
potestatem ligandi atque solvendi concessit
sicut in evangelio legitur. Summus
pontifex qui plenitudinem potesta-
tis aliis pontificibus partem sue
sollicitudinis tribuit. Christus dicitur
pontifex quantum ad ritum et quantum
ad officium. Quantum ad ritum quia
habuit amictum quando a iudeis fuit
velatus. Habuit albam quando ab
herode ~~veste~~ fuit indutus veste
alba. Habuit casulam quando clami-
de purpurea fuit induatus. Habuit
manipulum stolam et cingulum
quando manibus et corpore ad co-
lumpnam fuit ligatus. Habuit mitram
quando spinis fuit coronatus. Habuit
baculum pastoralem quando arundinem
sibi in manum dederunt. Habuit ci-
rothecas in manibus et zandalia in
pedibus quando manus et pedes
clavis confixerunt. Fuit etiam pon-
tifex quantum ad officium quia apostolos
in presentibus consecravit cum potestatem
conficiendi eis dedit et panem
in corpus suum transsubstantiavit. Apostolos
benedixit. Iste igitur summus pontifex
qui plenitudinem potestatis beato
petro quem pontificem ordinavit
partem sue potestatis concessit dando
ei potestatem in celo ut ianuas
celi claudat et aperiat. Et ideo
dixit tibi dabo claves regni
celorum. Potestatem in medio ~~qui~~ ut
liget et solvat. Et ideo dixit
quodcumque ligaveris super terram
et quodcumque solveris super terram.
Potestatem in inferno ut dyaboli contra
eam non prevaleat. Et ideo dixit et
porte inferi non prevalebunt ad-
versus eam. Potestatem in purgato-
rio ut suffragia ecclesie eis
valeant. Et ideo dicit similiter
quodcumque solveris super terram etc.

Illi enim qui purgatorium tra-
ctant quod est vita secundum quos-
dam quando sufficienter pro eis ecclesia
satisfacit a penis solvuntur quando
non sufficienter adhuc ibidem
detinentur. Sermo secundus
de eodem sequitur etc.

Erat petrus dormiens inter
duos milites vinctus ca-
thenis duabus actuum 12 capitulo. Quia
ad litteram verum fuit quod petrus
ab herode fuit vinculatus et mi-
raculose liberatus ab ipsis vin-
culis possumus tamen dicere quod multa
sunt alia vincula quibus homo
sepe ligatur et vinculatur. Sunt
enim vincula culpe pene et gratie.
Vincula autem pene sunt tria quia
sunt pene contracte assumpte
et inflicte. Pene contracte sunt
penalitates que remanserunt
ad vindictam culpabilitatem unde dicitur
michee 6o culpabilitas tua in me-
dio tui et cibum aut supponit u-
trumque contrarium. Sunt enim
penalitates contracte in principio
sicut ignorantia et impotentia.
Sunt pene contracte in medio
sicut fames sitis calor frigus
dolor difficultas ad bonum
et pronitas ad malum. Sunt pene
contracte circa finem sicut infirmi-
tates. In fine sicut mors. Post
mortem sicut putrefactio et
incineratio. Iste autem omnes pene
contracte sunt cause culpabilitatis
nostre unde dicitur Job 14o
homo natus de muliere quantum
ad penas contractas in principio
brevi vivens tempore quantum
ad penas contractas circa finem
qui quasi flos egreditur et
repletur multis miseriis quantum
ad penas contractas in fine
et conteritur quantum ad contractas.

pq finem/ replet multis miseriis
quibus ad contractus in medio posito
propheta admirando loquitur. Et quid
est homo quod memor es eius aut
despectum commutandum et quia quam
uilis quam miser ad istam questionem
quid est homo olim aute potius
poterat responderi/ Homo est racio-
nale et mortale quia in natura
sua habuit posse non mori per peccatum
aut amisit ipsam eternam infirmitatem
et incurrit mortalitatem et ideo
respondetur quod homo est animal
rationale mortale Sed multi
sunt qui per peccatum mortale ami-
tunt rationalitatem iuxta
illud psalmi homo cum in honore
esset non intellexit comparatus est
iumentis insipientibus et similis
factus est illis Iram sicut dicit
ysidorus/ Anima dum uiuificat cor-
pus est/ anima dum uult est animus
dum sapit est mens/ dum ratio
iudicat est racio/ Tales autem
non recte iudicant quia uolunt
sua dare deo et scripturis dyabolo
et ideo non habent rationem de talibus
non potest fieri talis descriptio homo
est animal rationale et mortale/ per
usum enim et consuetudinem pec-
candi perdit homo rationalitatem
ut iam non possit dici animal ra-
tionale additione sed putridum iuxta
illud Johelis primo computru-
erunt iumenta in stercore suo
de talibus autem potest fieri talis de-
scriptio homo est animal putridum
rationale et mortale Talibus
potest conuenire illa descriptio que
habetur Job xxv/ Homo putredo
et filius hominis uermis Sunt
etiam pene assumpte siue imposi-
te que assumuntur et imponuntur
ad satisfactionem/ Cauendum est autem
ne iste pene sint nimis graues

Pene assumpte

C

et importabiles unde dominus
reprehendit phariseos dicens
alligant honera grauia et impor-
tabilia cum debent nimis graues
et importabiles penitencie imponi sic
attendit Christus super Mathei expla-
nacione/ De primo sic dicit Si
fascem super humeros adolescentis
quem non potest baiulare posueris
necesse habet ut aut fascem re-
iciat aut sub pondere confringatur
Sic et homini cui graue pondus
penitencie ponis necesse est ut aut pe-
nitentiam tuam reiciat aut sub
pondere refugiatur aut suscipiens
non ferre non potest scandalizatur
et amplius peccat et sic dum
penitencia prius frangitur conterminatur
pena peccati futuri// De secunda sic
subdit deinde et si erramus
modicam penitenciam ponere melius
est propter misericordiam rationem dare
quam propter crudelitatem/ de tercia
sic subdit ubi paterfamilias lar-
gus est dyspensator non debet
esse tenax Si deus benignus
ut quid sacerdos eius austerus
post ea concludit omnibus apparere se-
cundum uitam tuam est austerus
circa alienam autem benignus
Audiant te homines parua man-
dantem et grauia uideant
facientem Talis autem sacerdos
qui sibi indulget et aliis exi-
git quam admodum malus descriptus
ebuti in ciuitate que se reue-
lat seu reuelat et onerat im-
potentibus/ Sunt etiam pene inflicte
et hec uel a deo uel a dyabolo
uel a tyranno a deo infliguntur
ad humilitatis conseruationem sicut
inflicte fuerunt paulo 2 Cor 12
Ne magnitudo reuelationum
extollat me datus est mihi stimulus carnis

Inflicte

Tales enim pene licet videantur esse moleste tamen sunt salutifere sicut ostendit augustinus triplici exemplo de duobus sic dicit molestus est et medicus furenti frenetico et pater indisciplinato filio ille ligando iste cedendo sed ambo diligendo. Si autem illos negligat et perire permittat ista potius mansuetudo crudelitas est. Secundo exemplo dicit. Non omnis qui parcit amicus est nec omnis qui verberat inimicus melius est diligere cum severitate quam decipere cum lenitate. Et qui freneticum ligat et qui letargicum excitat ambobus molestus ambos amittit. Ex hiis verbis habetur quod deus est medicus providus pater benignus excitator sollicitus. Peccator vero est freneticus, indisciplinatus filius et letargicus. Est enim freneticus quia seipsum vulnerat per peccatum Ecclesiastici xxvi. Cadit homo per maliciam animam suam et alios corrumpit et percutit per malum exemplum. I Cor. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia prava et ideo ligari debet vinculis tribulacionum tunc quando ligatura est sibi salutaris. Ecclesiastici vi. Vincula illius alligatura est et est indisciplinatus filius deus autem est pater benignus et ideo debet ipsum virga corrigere et cohercere Proverbiorum 13 Qui parcit virge odit filium suum. Est etiam letargicus quia dormit in peccatis. I Thessa. v. Qui dormiunt nocte dormiunt etc. Ro. 13 Hora iam nos est de sompno surgere. Deus autem est excitator sollicitus Luce 11. Vigilate etc. Item Ephe. 5 Surge qui dormis. Sunt etiam pene inflicte a dyabolo. Augustinus in libro de civitate dei. Sathanas formas subintrat omnes et se hospitaliter insequens fallacie subveniens utrimque nocens. Ex quo habetur quod sathanas aliquando vult illudere per variam formam aliquando opponere per violenciam. Aliquando decipere per fallaciam. Aliquando nocere per maliciam. Sed sancti vicerunt suas illusiones et persuasiones sicut cognoscendo I Joh. 4 Probate spiritus si ex deo sunt. Hebr. v. perfectorum autem solidus cibus etc. Sue violencie sicut resistendo I Petr. v. Adversarius vester dyabolus tanquam leo rugiens etc. Eius fallaciam vicerunt deprehendendo II Cor. 2o. Non enim ignoramus cogitationes eius. Eius maliciam sicut portando Ephe. 6 In omnibus sumentes scutum fidei etc. Sunt etiam pene inflicte a tyrannis et ille sunt ad multorum cumulacionem unde ipsi persecutores cippi ta vocantur apud ps. Virtutem decrevit nec apud tyrannos enim licet pugnat tamen nullo tempore minuit. Sicut enim licet persecutoribus certo crucientur tamen mentis dulcedine saginantur. Psalmus In multitudinem dolorum meorum in corde meo etc. Vocantur etiam ipsi ab augustino mole et torcularia unde ait in libro quinquaginta omeliarum. Omnes enim mali et amatores mundi quasi torcularia sunt. Sicut enim in torcularibus et uva premitur et oliva et vinum et oleum ponitur in cellarium ita per nequiciam malorum qui boni et iusti sunt multis tribulacionibus corporalibus fatigantur seu corporaliter ut aic eorum tanquam vinum et oleum.

secundi in cena thabernacula
mutantur / Noli ergo de dei mia
vel iusticia desperare quia te vides
ab iniquis hominibus fatigari sed
considera quod illi qui te persequuntur
aput deum velud mole et carni-
ficia deputantur tu vero quasi olli-
na et quasi vera legittima paruo
tempore persuram malorum sustinendo
cogitaris sed postea illis sine fine
manebit ad gaudium / In feliti
consumacione turpibus ad regnum
sit (Aug) // Secundo sunt vincula
culpe / et horum quedam sunt
quibus vinculatur corpus sicut peccata
carnalia / quedam quibus vinculatur
anima sicut peccata spiritualia peccata
aut carnalia sunt tria ut dicit
Greg super Ezech. s. luxuria gula
et sompnolencia spiritualia aut
superbia invidia vana gloria
et cetera / peccata aut carnalia sit
ibidem ostendit ad vincendum
congitur maior labor instancia
si vincitur maior provenit gloria
si vincitur maior causa infamia
De primo sic dicit Omnes alias
passiones perdere possumus per
colluctacionem cordis sed oportet ca-
sumere et contundere et mortificare ipsam
eam carnalem / De secundo sic dicit
Si ergo hec tres passiones sunt
intime et propie nature carnalis
in illis passionibus abstinencia
sit sanctificat corpus quia abstinencia
vaga ut sit castus ut sit ieiunus
ut sit vigiliis perseverans / De
tercio sic subdit nulla aliarum
passionum sic coinquinat corpus
quam passiones iste ut sit homo
fornicarius aut epulator aut
sompno deditus / Ideo dicit apostolus
1 Cor 6 Omne peccatum quodcumque
fecit homo extra corpus est / qui
aut fornicatur in corpus suum peccat

Istis vinculis peccatorum dyabolus
peccatorem ligat ne se defendat ne
se ab alia fugiat et ut ipsum
in patibulo infernali suspendat Math
22 / ligatis manibus et pedibus
mittite eum in tenebras exteriores
Ista non nisi virtute dei soluuntur
Psalmus Dominus soluit compeditos et
peccator ista vincula sibi facit quando
cum primam suggestionem recepit
primum filum ponit ad mala cogita-
cionem concepit filum filio iungit ad
cogitacionem delectacionem addit filum
tercium quando consentit addit et tunc
fit quod dicitur Eccl iiii Funiculus
triplex difficile rumpitur // Tercio
vincula gracie quibus sancti vel sancte
ligant post continenciam et custo-
diam cordis et sensuum / ligandum
est enim et vinculandum sicut in-
gens ligandum est capitalis inimicus
ligandus est stultus et insanus
ligandus est equus peruersus et in-
domitus / Homo fugitivus et cetera
quod sepe fuit a deo nullo dyabolo
insequente / ligandum est igitur dili-
ti custodia et cautela Prov 4
Omni custodia serua cor tuum sed
quia homo non sufficit illud custo-
dire debet ipsum deo recommendare
Prov xxiii Prebe fili cor tuum
michi / inimicus nequam est visus
Eccl 31 Nequius oculo quid cre-
atum iste est a deo nequam inimicus
quod eam deprauatur Tren 3 Oculus
meus depredatus est animam meam
Iste inimicus est ligandus per pactum
mutuum ut scilicet cor facias pactum
cum oculo quod numquam vanum sibi nuntia-
bit Job 31 Dicit Pepigi fedus cum
oculis meis et cetera et oculus facit
pactum cum corde quod ad nulla vana
vel illicita oculos diriget Job 31 Si
secutus est oculus meus cor meum

[Q]uanto autem hospes iste est famili-
arior tanto est periculosior nulla
enim pestis efficacior est ad nocendum
quam familiaris inimicus. Stultus enim
est insanus est auditu eius scilicet stul-
ticia apparet in hoc quod omni verbo
credit quod audit. Unde sic dicitur
Eccli 13 Attende diligenter auditui
tuo. Et in eo quod libencius audit va-
na quam utilia 2 Thim 4 A veri-
tate quidem auditum avertent ad fa-
bulas autem convertentur. Et in eo quod
vult omnia reprehendere super ea que
audit. Unde sic dicitur Eccli 11 Prius-
quam auditum amicum arguet. Stultus
est autem quando iste stultus divicijs
rebus repletur quia tunc omnes conve-
nit ad conturbationem Proverbiorum 30 Per
tria movetur terra per stultum cum
saturatus fuerit cibo. Cum enim stultus
est ieiunus id est rebus vacuus quasi
insanus est saturatus id est rebus reple-
tus. Tercius malivolus est tactus
qui semper vult esse ociosus et
ideo solet vinculari id est diversis opi-
bus occupari Eccli 23 Servo mali-
volo tortura et compedes mitte
eum in operatione ne vacet. Iste
enim semper vult esse ociosus
Proverbiorum 19 Abscondit piger ma-
num suam sub ascella etc. Ex ista
autem pigricia et meruit egestatem
mittitur Proverbiorum 10 Egestatem opera-
ta est manus remissa et suppli-
cia tormentorum Proverbiorum 11 Manus
in manu non erit innocens. Ma-
lignus est compositus et indomitus est
iustus est ipsa lingua compositus et
indomita est compositus quia cito la-
bitur Eccli 27 Beatus qui non est lap-
sus in ~~vita~~ ~~sua~~ lingua sua Eccli
Noli esse citus in lingua tua. Est
indomita quia vix domatur Iacobi 3
Omnis natura bestiarum etc.

Sequitur sermo secundus
de vinculis sancti Petri

Beatus es Symon Bariona
quia caro et sanguis non
revelavit tibi etc. Mathei 16. In quo
vero prelato quatuor requiruntur
scilicet vita sapiencia constancia et aucto-
ritatis rite collata. Ab hijs qua-
tuor beatus Petrus commendabilis red-
ditur. Primo videlicet a perfectione vite.
Unde dicitur Beatus es Symon Bariona.
Secundo a revelatione divine sapiencie.
Unde dicitur quia caro et sangu-
is non revelavit tibi. Tercio
a magnanimitate constancie. Unde dicitur
Et ego tibi ~~dabo~~ dico quia tu es
Petrus et super hanc petram
edificabo etc. Quarto a potestatis et
auctoritatis collatione. Unde dicitur
Et tibi dabo claves regni celorum.
Ad perfectionem autem vite prelati tria
requiruntur. Primum est magna sanctitas
quo ad se ipsum. Unde dicitur Beatus. Secundum
est obediencie velocitas quo ad
deum. Unde dicitur Symon. Tercium
est innocencia et pietas quo
ad subditos. Unde dicitur Bariona.
Sanctitas autem vite beati Petri notatur
in hoc quod vocatur beatus. Licet enim plena
beatitudo sanctorum in ~~[illegible]~~ via compleri
nequeat, tamen beatitudinem, ut Augustinus
in libro de vita qua orat
requirunt scilicet completa voluntas
voluntatis satietas desideriorum
sanctitas. Et in hijs omnibus plena
sanctitas. Et ista quamvis aliquo modo
reperiri possunt in beatitudine quam
habent sancti in via. Primum namque
quod facit beatum est completa vo-
luntas. Unde dicit idem Augustinus
in libro de civitate dei: Continuo
miseri sunt qui non habent quod vo-
lunt. Istam voluntatem completam
quodammodo habent sancti in via. Sic
enim sancti faciunt voluntatem dei
sic et deus facit voluntatem
ipsorum voluntate timencium se faciet etc.

ph[ilipp]os xi voluntas omnibus in
hiis qui simpliciter ambulant Quintum
est quod facit beatum est sanctitas
voluntatis Unde Augustinus Beatus
est qui habet quod vult Exire impleci-
o voluntatis Istud etiam habent sancti
in via quia voluntas ipsorum est
tantum in bonis et de bonis sicut
in lege dei et de mandatis dei
psalmus In lege domini voluntas
eius Item In mandatis eius
volet nimis Sextum in quo consistit
beatitudo est desideriorum sacie-
tas Augustinus de vita beata
plena sacietas dicitur hec est beata
vita psalmus Saciabor cum apparu-
erit gloria tua Istud etiam habent
sancti in via quia quodam modo
habent sacietatem desideriorum
Johannis xiiii Dixit phillippus domine
ostende nobis patrem et suffi-
cit nobis Secundo quanto plus cogno-
verint deum tanto plus saciantur
de deo psalmus Anima esurientem
saciavit bonis Unde quibus sit
saciatus dicit per illud psalmus Quid
enim michi est in celo et a te quid
volui super terram q. d. nichil nisi
te solum Unde avarus est cui non
sufficit deus Septimum in quo con-
sistit beatitudo est plena securitas
Augustinus super Genesim ad litteram Quo-
niam modo beatissime possunt
non videre quibus iuncta est ipsa
beatitudo Istam securitatem habe-
bat Apostolus qui dicebat Ro. viii
Certus sum enim quia neque mors
neque vita potuerunt nos se-
parare a caritate dei Istam se-
curitatem habebant apostoli quibus
dominus dixit Johannis xvi Iterum
autem videbo vos et gaudebit cor
vestrum et gaudium vestrum nemo
tollat a vobis Tertium in quo consistit
perfectio vite prelati est obedien-
tie voluntatis quo ad deum Deus
posuit in homine racionem ut ha-
beat super se deum quod notatur

cum dicitur Symon quod interpretatur
obediens Deus posuit in ho-
mine racionem ut habeat super se
deum et infra se sensualitatem
Quamdiu autem primus homo obedivit
suo superiori tamdiu inferiores pote-
stas obedierunt racioni Quando
recessit ab obediencia superioris ra-
cio sensualitas recessit ab obe-
diencia racionis Unde mox in carne
sua contrarios motus sensit et pu-
denda sibi fecit Sic est in
prelato qui positus est in medio
et ipsi Quando enim ipse obedit pre-
ceptis dei subditi obediunt preceptis
eius Quando vero ab obediencia dei
recedit sepe subditi ab obediencia
sua recedunt Licet autem similiter
ea precepta dei facta prelatis unum
tamen est preceptum scilicet de vigilancia
et cura sollicita ... cura gregum
gregum de quo dicitur Math. 24
Quia cantor precepit ut vigilet
Janitores sunt prelati qui claves
a domino receperunt qui debent solli-
cite vigilare Ideo vocantur vigi-
les Cant. 3 Invenerunt me vi-
giles qui custodiunt civitatem
vocantur et speculatores Ezech. 3
Fili hominis speculatorem dedi te
domui israel Ideo speculatorem con-
spectat in altum ascendere videre
vociferare et vigilare In altum
ascendere per altitudinem vite Gregorius
Cui aliena committitur speculator
vocatur ut in montibus altitudine
sedeat et vocabulo nominis con-
stitute actionibus trahat Unde per
lumine sapiencie Unde ipsi prelati vo-
cantur videntes i Reg. 9 Indica
michi ubi est domus videntis Ju-
stitiam et clamorem docere
Ysa. 58 Clama ne cesses Quasi
gallus Pro dovata dicam Math. 26
Vigilate et orate Ideo de istis
speculatoribus dominus conqueritur Ysa. 56
Speculatores eius ceci omnes

nescierunt vniuersi Canes quia sunt
videntes canes muti non valentes
latrare Canes quia non vociferantes
videntes vana dormientes et
amantes sompnia Canes quia non
sunt vigilantes / omnes in viam
suam declinauerunt vnusquisque ad
auariciam suam a summo vsque ad
nouissimum Canes quia non sunt in
altitudine vite stantes / Secundum in
quo consistit vite perfectio est inno-
cencia et pietas vnde dicitur Secundo
quod intelligitur filius columbe Colum-
ba enim est ad simplices carens felle
ideo dixit dominus Math 10 Estote sim-
plices sicut columbe hodie autem
ad custodiam columbe .i. ecclesie po-
tius eliguntur homines corui quam
columbini Sepe illi in quibus est ger-
mina ferocitas magis quam illi
in quibus est columbina simplicitas
Magis illi in quibus habundat vi-
ni seueritas quam illi qui habundant
oleo pietatis Et tamen pietas et man-
suetudo multum requiritur in prelato
sicut ostendit Gregorius in moralibus tri-
plici exemplo dicens Emolliri
prius debet animus ut afflicto con-
gruat congruens inhereat inherens
trahat neque enim ferrum ferro con-
iungitur si non vtrumque decoctionis
igne liquescat nec durum molli ad-
heret nisi prius duricies eius temperata
molliscat sed nec iacentes erigimus
nisi a rigore nostri status inclinemur
quia dum rectitudo stantis a ia-
cente differt discrepat eum cui conde-
scendere neglexit nequaquam le-
uat / Duo igitur ferra sunt subdi-
tus et prelatus que oportet ergo ut
vtrumque sit igne inflamatus ut scilicet
liquescat tam prelati per amorem et
tam subditi per deuocionem tunc
de facili possunt vniri et prelatus cum
subdito et subditus cum prelato cum
vero neuter liquescat quia et prelatus

non est affectuosus et subditus
indeuotus tunc mulfactionem vni-
untur Secundo vero tantum tam liqua-
tum est siue prelati per amorem
siue subditi per deuocionem non pos-
sunt ad inuicem coniungi nec vni-
ri In exemplo est de molli et
duro quia durum molli non adheret
nisi eius duricies temperata molle-
scat / duo dura sunt prelatus auste-
rus et subditus proteruus / vnum
durum et vnum molle est prelatus
austerus et subditus mansuetus
vel prelatus benignus et subditus
proteruus / tunc de facili possunt vniri /
Duo vero mollia sunt prelatus beni-
gnus et subditus mansuetus
et tunc de facili vniuntur / Tercium exem-
plum ponit de iacente et erigente quia
oportet ut a statu sue rectitudinis inclinetur
stare quidem propter in suo rigore est
duricie et seueritatis proteruire
se omnino a suo rigore est stulticie
et fatuitatis Inclinare medium a
suo rigore est iusticie et pietatis Tercium
quod necessarium est prelato est sapiencia
diuina quod notatur vnde dicitur Caro et
sanguis non reuelauit tibi etc
Est enim quedam sapiencia carnis
quedam sanguinis quedam pre-
celestis sapiencia carnis est aspectus
sensualitatis cuius oraculo vel
magisterio non est credendum
quia falsus propheta est non est stan-
dum iudicio eius quia falsus iudex
est Iohannis viii vos secundum carnem
iudicatis ego non iudico quemquam
nec suauanda dicta eius quia
imperiosus medicus est Ro viii
Si secundum carnem vixeritis morie-
mini / nec habenda comitatus eius
quia deceptoris dux est Ro viii
Ezechiel dampnacionis est Ro 8
qui non secundum carnem ambulat
nec querende diuicie eius quia
nullius negociator est I Cor ix

Caro et sanguis regnum dei
non possidebunt. Capio sanguis
est affectus propinquitatis et consan-
guinitatis et iste similiter non est
sequendus maxime in bonorum
spiritualium distributione ubi servanda
est regula ubi dicitur Luce c. xi.
Quod superest date elemosinam.
Non edificate propinquorum castra
edificia vel pallacia. In benefi-
ciorum ecclesiasticorum collatione ubi
servanda est regula que habetur
Eccli 12. Benefac iusto scilicet clerico
et ne dederis impio scilicet malo
propinquo sed bono et ne receperis
peccatorem. In sacramentorum
dispensatione ubi servanda est
regula que habetur Matth 10.
Gratis accepistis gratis date.
Istam duplicem sapientiam scilicet car-
nis et sanguinis non habuit
Petrus sed sapientiam patris celestis
qua quidem sciuit de Cristi divinitate
et humanitate que quidem beatificat
ex eo quod transcendit omnem sen-
sum corporeum. Heb. 11. Fides est
sperandarum substantia rerum argumen-
tum non apparentium. Transcendit
intellectum humanum 2 Cor 10.
In captiuitatem redigentes
omnem intellectum in obsequium
Cristi. Transcendit intellectum
angelicum Dionysius. Ipsius sum vobis
divina comparatio et ineffabilis eius
verbis et incognita omni menti
et ipsi primo dignissimorum ange-
lorum transcendit nec cuiusmodi [?]
operative est in actu [?] ...
vel spirituum angelorum est opus ar-
duum et insolitum. Transcendit o-
mnem virtutem principatum et potestatem
quia sicut dicitur Heb. 11. Sancti
per fidem vicerunt regna etc.
Tertio necessaria est prelato constantia.
Habet autem constancia attenditur quantum
ad tria. Primo quantum ad delinque-
ntes ut constanter eos arguat

et reprehendat. Et ideo dicitur
Tu es Petrus tamquam petra firma.
Habet autem constantia dicitur habere
discretionem maturitatem et
fortitudinem sicut ostendit
Gregorius super illud Ezech. 1. Plan-
ta pedis eorum planta pedis vituli
id est scilicet mature incedentes fortis
et divisa quia unusquisque predi-
cator et venerationem [?] cum matu-
ritate et fortitudinem operetur
et divisionem ungule in discre-
tione. Debet igitur prelatus esse di-
scretus in discretione culparum exa-
minatione maturus in examinatio-
num ponderatione fortis et
firmus in examinatarum et ponde-
ratarum potenti punitione. Secundo
attenditur quantum ad deum ut fidei
eius constanter teneat quod notatur cum
dicitur Et super hanc petram edifi-
cabo ecclesiam meam. Et istam
constantiam habuit Petrus cuius
constantia fidei apparuit de dictis
eius cum dixit Tu es Cristus filius
dei vivi. Et de factis eius unde
de feruore fidei super mare ad
Cristum ambulauit de miraculis
eius in quibus quodammodo ma-
gistrum precessit quia ad umbram
eius sanabantur infirmi ut habe-
tur Act. 5. Quod videtur magis
fuisse quam quod infirma sanaret
ad tactum fimbrie vestimenti
Cristi. Apparuit de suppliciis eius
quia in suppliciis et in cruce
Cristum semper confessus est Act. 5.
Ibant apostoli gaudentes a conspectu
concilii etc. Tertio attenditur prelati con-
stantia quantum ad demones ut
ab eorum temptationibus se superari
non permittant quod notatur cum dicitur
Et porte inferi non preualebunt
adversus eam. De quibus portis
inferi dicit Gregorius. Quod per has
possunt intelligi contrarie potestates

Et subdit Sicut porte singule ci-
vitatum nomina erunt apostolorum sic una
queque porta inferorum secundum peccatorum
varia genera cuiusque proprium nomen est
ut puta una porta dicitur fornicatio
per quam omnes fornicatores ingre-
diuntur in tartarum Tercio notandum
est prelatis auctoritas iste collata
quod notatur cum dicitur tibi dabo
claves regni celorum Circa quod tria
videnda sunt primo a quo iste
claves dentur quia a cristo quod no-
tatur cum dicitur dabo claves regni celorum
Cristus enim habet claves infernales
iusticie et istas nulli dat sed sibi
retinet Apocalypsis primo habeo cla-
ves mortis et inferni Habet claves ce-
lestis curie et istas aliquibus dat
scilicet sacerdotibus et prelatis que cla-
ves secundum Ieronimum sunt sciencia et pote-
stas discernendi quia sacerdotes
dignos debent recipere et indi-
gnos a regno debent excludere
Sed sicut dicit Ieronimus istum locum
episcopi et presbiteri non intelligen-
tes aliquid sibi assumunt de super-
cilio phariseorum ut vel dampnent
innocentes vel solvere se
noxios arbitrantur cum apud deum
non sententia sacerdotum sed reorum
vita queratur Et claves fidei ca-
tholice et istam tenuerat omnibus
de qua sic dicit Ambrosius Clavem
petri fidem dixerim per quam celos
aperuit inferna penetravit ma-
ria calcavit intrepidus Arbitror
illam clavem duodecim artificum
opere conflatam Duodecim enim
apostolorum simbolo fides ista compacta
est Secundo videndum est cui dantur
quia petro quod notatur cum dicitur tibi
et ceteris aliis in te Habent enim claves
erunt soli sacerdotes boni imitatores
petri digne erunt soli sacerdotes
vel erunt soli habentes iurisdictionem

libere et complete Tercio videndum
est ad quod iste claves dantur
quod notatur cum dicitur quodcumque liga-
veris super terram erit ligatum et in
celis Sed non videtur quod sacerdotes
possint ligare et solvere a peccatis
Unde dicitur Mathei 9 Quis potest
dimittere peccata nisi solus deus Sed
dicendum quod est vinculum culpe
Proverbiorum vii° ignorat quod ad vincula
trahatur stultus Est vinculum pene
eterne Mathei xxii ligatis manibus
et pedibus etc. Est vinculum pene
Eccli vi° vincula illius alligatura
salutaris Luce x alligavit vulnera
eius etc. Sacerdos igitur potest ligare
et solvere virtute clavium vincula
pene vincula autem culpe et pene
eterne non potest nisi deus nisi per
modum ostensionis ut patet secundum
Quodcumque ligaveris et solveris id est quos-
cumque ligatos vel solutos ostende-
ris clave scilicet non errante Claves
aut non errant in se sed ratione
utentis vel potius abutentis

Sequitur sermo primus de inventione sancti Stephani etc.

Statuisti verba tua que locutus
es in manibus puerorum tuorum
prophetarum ut transferrentur ossa regum
nostrorum et ossa patrum nostrorum
de loco suo Baruch 2 Inventio
sive translatio beati corporis Stephani
prothomartiris commendabilis est
ex parte illius a quo facta est
scilicet a cristo quod notatur cum dicitur
Statuisti verba tua Secundo ex parte
illorum per quos facta est quod cum
dicitur notatur que locutus es in
manibus puerorum tuorum prophetarum
Tercio ex parte illorum propter quos
facta est quod notatur cum dicitur ut trans-
ferrentur ossa regum nostrorum et patrum
nostrorum Quarto propter causam aliquam

facta est quia scilicet in loco desperato
eius ossa latebant quod notatur cum
dicitur de loco suo // Commendabilis
igitur primo est de parte christi a quo
facta est ad dicitur statui si verba
tua ipse enim verba que locutus est
de revelatione stephani et sociorum
eius statuit i. certa et firma fecit
quod patet quia ipsa revelatio non
fuit vana sed triplicata apparitione
confirmata voluit enim lucianus ut
sibi illa visio ter appareret ut sic
certus et securus fieret Sicut enim
in ore duorum vel trium testium
stat omne testimonium Et sicut
in tribus diebus recipitur omne verbum
sic et in tribus revelationibus
comprobatur omne verbum // Non fuit
etiam dubia sed multis miraculis
comprobata quia multi ibi a diversis
languoribus fuerunt curati Hebr. 2.
Contestante deo signis et por-
tentis et variis virtutibus distri-
butionibus Non fuit etiam vacua
sed opere completa unde poterat
dicere lucianus quod legitur Genes. 41.
Audivimus quicquid postea rei com-
probavit eventus Non fuit etiam
fantastica sed congruis similitudinibus
denudata Ostendit enim Gamaliel
luciano tres calathos aureum
unum plenum rosis rubentibus
qui signat reliquias sancti Ste-
phani qui fuit aureus per cari-
tatem et carnis incorruptibilitatem
et roseus per sanguinis effu-
sionem Alij autem duo erant
pleni rosis albis et signant
reliquias gamalielis et nico-
demi qui fuerunt aurei per cari-
tatem et albi per intentionis
sinceritatem / Ostendit etiam
quartum calathum argenteum plenum
croco qui signabat reliquias
filij ipsius gamalielis qui fuit
argenteus munditia per virginitatem
Croceus color autem dicitur esse

medius inter album et rubeum
quia ipse cum candore virginitatis
habuit albedinem puritatis interioris
et rubedinem caritatis Secundo
ista inventio commendabilis est
de parte illorum per quos facta
est tunc dicitur que locutus est in
manibus puerorum tuorum prophetarum
scilicet gamalielis luciani et johannis
episcopi // Scriptum enim revelavit gama-
lieli gamaliel luciano lucianus
johanni episcopo Isti autem fuerunt digni
mediatores Et quia puri et quia
simplices Puri autem fuit propter puritatem
simplicitatem et humilitatem / Hec
enim tria maxime disponunt homi-
nem ad divinas revelationes sus-
cipiendas disponit puritas //
prov. 22. Qui diligit cordis mun-
ditiam propter gratiam labiorum habebit
amicum regem Disponit sim-
plicitas proverb. 3. Cum sim-
plicibus sermocinatio // disponit hu-
militas per hunc doctrina spiritus
tuorum illuminat et intellectum dat par-
vulis // Fuerunt et prophete sicut patet
in gamaliele qui manifestavit
multa futura scilicet stephani passionem
nicodemi et sua morte manife-
stavit ~~futura sicut ubertate ha-~~
~~bundantia~~ // preterita occulta sicut
ossa in terre visceribus occultata
Manifestavit futurum sicut ubertate
habundantia et reconciliationem
divinam Tertio ista inventio comme-
dabilis est de parte illorum propter quos
fiebat scilicet stephanum et filios ejus
qui digni erant translatione et ma-
ioris honoris Et quia erant reges
et quia erant prophete sicut notatur
in auctoritate proposita cum dicitur
ut transferentur ossa regum Sancti
enim vel non fuerunt tyranni sed reges
sunt appellati Tria enim sunt que
tyrannum faciunt scilicet ambitio domi-

narandi quod non fuit in Christo qui
fugit cum scirent eum esse ven-
turi ut facerent eum regem. Secunda
est cupiditas lucrandi. Basilius
In hoc differt rex a tiranno
quia ille quod omnibus utile est con-
sulit iste quod sibi. Ideo Christus non
fuit tirannus sed rex quia sic
dicitur Ro. 15. Christus non sibi pla-
cuit sed sicut scriptum est obp-
probria improperancium tibi ceciderunt
super me. Tercia est crudelitas
seviendi. Istud non fuit in Christo
de quo dicitur Zach. 9 Dicite filie
Syon ecce rex tuus venit tibi
mansuetus Math. 21. Tria multum
est ad cognoscendum. Per ista
tria signa cognoscimus qui sunt
tiranni et qui sunt reges veri.
Reges enim sunt et non tiranni
qui non sunt ambiciosi qui non
sunt cupidi et avari qui non sunt
crudeles sed pii. Talis erat apostolus
qui dicebat 1 Thessa. 2 Neque que-
rentes ab hominibus gloriam neque a
vobis etc. Gala. primo Si adhuc
hominibus placerem Christi servus non
essem. Non erat cupidus et ava-
rus qui dicebat Non quero vestra
sed vos. Non erat crudelis sed
pius qui dicebat Quis infirmatur
et ego non infirmor. Fuerunt et
patres quia genuerunt nos per
evangelicam erudicionem. Pa-
Cor. 4 nam in Christo Jhesu per
evangelium ego vos genui per
exempli exhibicionem unde ait
Ephe. 5 Imitatores mei estote
sicut filii carissimi etc. Per ora-
cionem sicut Stephanus Paulum
genuit quem oracione convertit.
Certo commendabilis est propter tres
obsequia sicut quia scilicet in loco
vili et despecto iacebant et
ideo de loco vili ad locum

honorabiliorem eius reliquie
sunt translate. Circa quod notandum
quod triplex translacio invenitur
facta fuisse de corpore sancti Stephani.
Prima fuit de loco despecto ad
montem Syon. Secunda de monte
Syon in Constantinopolim. Tercia
de Constantinopoli Romam. Prima
translacio magnifice hodie celebratur.

F

In qua ostenditur quante fuit potencie
quo ad deum quante puritatis et
mundicie quo ad se ipsum quante de-
beat esse dignitatis et reverencie
quo ad mundum. Magne quidem

G

potencie apud deum hodie fuisse
apparuit qui suis meritis impetrat
nobis bona temporalia bona corporalia
et bona spiritualia. Bona temporalia quia
cum tunc in mundo esset magna
sterilitas meritis eius in die
qua reliquie eius sunt levate
pluvia magna descendit et
terram fecundavit et habundancia
magna fuit. Iacobi quinto. Helias
homo erat similis nobis passi-
bilis et iustus. Et rursum oravit
in celum dedit pluviam et terra
dedit fructum suum. Impetravit
eciam bona corporalia quia sep-
tuaginta tres homines a diversis
languoribus in corporibus suis in in-
vencione eius meritis sunt
curati. Impetravit et bona spiritu-
alia scilicet dei indulgenciam et
graciam quia cum tunc deus
mundo esset iratus eius meritis
esset reconciliatus. Unde dicit
Gamaliel Luciano aperi nobis
festinanter monumentum nostrum ubi
ex negligencia posite sunt
nostre reliquie ut per nos ap-
periat deus et Christus eius et
pater sanctus hostium clemencie
sue in hoc mundo. Secundo ostenditur

conte fuit puritatis et mundicie
quo ad scriptum ex eo quod de suo
corpore magni odoris fragrancia
emanauit per quod ostendit
quod ipse habuit magnum odorem in cor-
pore per virginalem pudicitiam
Eccli xx Ego quasi vitis fructi-
ficaui suauitatem odoris sic
enim odor vinee repellit serpe-
ntes sic de carne sua repellebat
omnes carnales passiones. Habuit
odorem in mente per puram
conscientiam Prouerbiorum xxvii Vnguento
et variis odoribus delectatur cor
et boni amici consiliis scilicet Christi anima
delectatur. Habuit odorem in con-
uersatione per bonam famam
ii Cor ii Christi bonus odor
sumus in omni loco etc. Tercio oste-
ditur quante debeat esse dignitatis
et reuerencie quo ad mundum in ipsa
enim inuencione habuit corpus suum
in reuerentia deus qui non est
passus ut in vili loco iaceret
sed in loco honorabili conditum
~~habet~~ manet Sapie xii Cum
magna reuerentia disponis nos
Ipsum in reuerentia habuit scilicet
sicut sanctus Gamaliel qui tam
tanta reuerentia corpus illius
manifestauit. Ipse enim specialiter
Stephanum diligebat quia dis-
cipulus suus scilicet Paulus ad fidem
Christi conuertebatur. Ipsum eciam re-
uerentia habuerunt insensibilia ele-
menta sicut terra que fuit mul-
ta commocione commota ex ipso
enim suo motu terra clamare
videbatur quod non erat digna tam
thezaurum intra sua viscera reti-
nere Job xii Loquere terre et respondebit
tibi. Secunda translacio sua fuit de
monte Syon in Constantinopo-
lim In qua quidem illi qui eius
corpus transferebant in via

obuiam habuerunt demones et
angelos et Stephanum demones
deflebant sua incendia et scilicet
Stephanum ad compassionem prouo-
carent dicentes Ve nobis quia
prothomartir Stephanus transit cre-
nos vrebat igne similem
commocionem fecerunt ipso dicentes
Luce viii Quid nobis et tibi Ihesu
nazarene venisti perdere nos
Sed quia ipsi non erant suscep-
tibiles vite nec digni compassione
ideo crudelitati et prauitati plurimum
impedimenta. Tamen cum audite
sunt voces dicencium principes de-
monum Impiie principes naue-
incendie quia aduersarius noster
Stephanus est in ea Sepe cum
omnes sanctos a suo proposito
impedire conatur i Thessal ii Impe-
diuit nos sathanas Sed quia
impedire non potuerunt coacti sunt
per medium eius afferre precana
dicentes Omnis dei venit qui
lapidatus est ab iniquis incre-
dulis et de arcto similiter dicunt
Virtute coacti sunt eius preterire
promiscue vacantes ipsum sancto
Luce iiii Secundo etc quod ipse sanctus
dei Secundo habuit obuiam ange-
los qui triplex sibi ministerium
exhibuerunt. Unum fuit in melodia
et celesti iubilatione quia tunc
corpus deferebatur angeli super ipsum
celestes laudes decantabant
unde illis qui circa Stephanum
non laudauit patit tempus dicat
illud quod habetur Job Vbi eras cum
me laudarent astra matutina
et iubilarent omnes filii dei de
cuius laudibus quales sanctus fuerit
sibi fieri representat Secundum
ministerium angelorum fuit in odore

diffusione quia cum corpus
diffunderetur maximus odor sentie-
batur Cant. 1 Nardus mea
dedit odorem suum nardus
quo est herba pusilla calida et
virtuosa beatum Stephanum demonstrat
qui fuit per humilitatem calidus
per caritatem in odori-
ferus per miraculorum operationem. Secundum
misterium fuit in demonum di-
mersione sanguisugis cum demo-
nes qui navem conabantur in-
tendere in profundum maris dimi-
sit Neemie 9 persecutores autem
eorum piati seu pictisti quasi
lapidem in aquas validas. Tercium
remedium habuit Stephanus. Cum
cum demones tempestatem su-
scitassent et naute periclitari ti-
merent Stephanus eis apparuit
dicens Ego sum. apparens con-
fortavit dicens Nolite timere.
Confortans asseruavit quia tran-
quillitatem magnam fecit. Similiter
habetur de Christo Mat. 14 qui
dixit discipulis naufragium
timentibus Ego sum nolite timere.
Tercia translatio fuit de Constanti-
nopolim Romam quam quidem
translationem commendabilem reddit
plus scilicet tractus demonis miste-
rium collatum beneficium stupendum
prodigium gratum consorcium et celeste
oraculum. Coactio quia miste-
rium demonis quia demones
velint coacti sunt corpi beati
Stephani obsequium exhibere
nam cum filia Theodosii impera-
toris a demone esset obsessa de-
mon in ea clamabat nisi Stephanus
Romam veniat non exibo quia
sic erat voluntas apostolorum. Cumque
tum corpus iam Romam delatum
alibi poni vellet demon in pu-
ella clamabat frustra laboratis
quia non hic sed apud Laurencium

sedem sibi elegit. demones cum
corporibus martirum sunt subiecti
et eis prestant obsequium eciam
in vite et tracti Luce 10 Domine
eciam demonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. Secundum est collatum
beneficium puella cum nutibus sancti
Stephani est a demone liberata
pater igitur dicit pater suus Theodo-
sius beato Stephano quod dicitur Mat. 10
filia mea a demone male vexatur
pater sibi Stephanus respondere
quod habetur Mat. 8 Ego veniam
scilicet Romam et curabo eam. Tercium
est stupendum prodigium plus enim
tunc stupendum prodigium acciderunt
unum quia cum ad quendam locum
portaretur vectores sui prostrati sunt
nec ultra procedi potuit. Aliud
quia cum Greci corpus Laurencii
loco corporis Stephani vellent
accipere in terram velud amentes
corruerunt et tandem infra decem
dies mortui sunt. Imponendum
autem est quod eis melius Laure-
ncius dispensavit quia mors
illa corporis facta est sibi causa
eterne salutis sicut legitur 1 Reg. 6
de Bethsamitibus qui cum indigni
essent archam dei videre presum-
serunt tangere et ideo multi mor-
tui sunt. Quartum est gratum
consorcium nam cum sepulcrum
beati Laurencii aperuissent et
corpus ibi beati Stephani collo-
carent Laurencius in latus se
dedit et medium sepulcri dedit
et sic corpus Stephani ibi col-
locatum fuit. Ideo potest eis congrue
quod dicitur Ps. [illegible] eius est
duos simul esse quod uniuntur
ps Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in
unum. Quintum est celeste oraculum

clausa cum sepulcro audite sunt
voces angelorum dicencium O fe-
lix roma que corpus beati lau-
rencii hyspani et stephani et
Sed solummodo tam gloriosa pignora
una claudis mausoleo An-
geli cum libenter stephano minister-
ium exhibebant. Tum quia ipse
legem in disposicione angelorum
traditam esse dixit cum ut actus
actus vii. Tum quia vitam angelicam
l. virginitatem servaverat tamen
quia in vultu angelico demon-
stratus fuerat etc. Sequitur

Sermo secundus de eodem

Cum esset stephanus plenus
spiritu sancto intendens in
celum vidit gloriam dei et ihesum
stantem a dextris virtutis dei
actus vii. Olim in terra erat vani-
tas vacuitas et tenebrositas
Genesis primo Terra erat inanis etc.
Ecce quia vacuitas seu vanitas
et vacua etc. quia vacuitas Et
tenebre erant super faciem abyssi
Ecce quia tenebrositas Sed sicut
dicitur Ecclesiastici 16. post hec deus in
terram respexit etc. et implevit
eam bonis suis. Hec autem
respectio et impletio apparuit
in beato stephano quem bonis
implevit. Nam cum fuit va-
cuitatem sed spiritus sancti pleni-
tudinem. Nec dilexit terrenas
vanitates sed amavit celestes
amenitates. Nec sensit tenebro-
sitatem sed divinam claritatem.
Ideo ab ipsis tribus commendatur
in predictis verbis cum dicitur Cum
esset stephanus plenus spiritu
sancto etc. Primo enim commendatur
a gratie plenitudine que est contra
vacuitatem cum dicitur Cum
esset Stephanus plenus spiritu
sancto etc. Primo enim commendatur
a gratie plenitudine que est contra
vacuitatem cum dicitur Cum esset
Stephanus plenus spiritu sancto etc.
Secundo a celesti inquisicione que est
contra vanitatem ad dicitur Intendens
in celum. Tercio a divina contemplacione
que est contra tenebrositatem cum
dicitur vidit gloriam dei. Commendatur
igitur primo a gratie plenitudine
Sed notandum quod fuit maxime tri-
plicem plenitudinem scilicet fidei
actus vi. Elegerunt Stephanum
plenum fide gratia et fortitudine.
In eodem Stephanus plenus gratia
et fortitudine. Primum pertinet ad
credenda. Secundum ad diligenda. Tercium
ad tolleranda. Circa primum notandum
quod ipse fuit plenus fide non qua-
licumque fide sed habuit fidem ma-
gnam vivam et integram fidem.
Quidem magna fuit per quam
magna supplicia toleravit Sed
fuit qui fidem sentit a deo mo-
dicam quod modo a vento tempta-
cionis dyabolice superantur. In
quorum persona dicitur petro Mathei xiiii.
videns autem ventum validum
timuit etc. Ideo christus ipsum re-
prehendit dicens modice fidei quare
dubitasti. Sed beatus Stephanus
per fidem magnam quam habuit
nec timuit ventum temptacionis
immisse a dyabolo nec dyabo-
lum probacionis immisse a deo nec flu-
men persecucionis illate a ti-
ranno Mathei vii. Descendit
pluvia et venerunt flumina
et flaverunt venti et irruerunt
super domum illam et non cecidit.

Erat enim fundata supra firmam
petram // Habuit etiam fidem vivam
quia ea que credebat operibus con-
firmabat. Non sicut multi qui habent
fidem mortuam de qua fide dicitur
Jacobi ii° fides sine operibus mor-
tua est in semetipsa / fides illorum
qui deum non timent videtur esse
inferior fide demonum Jacobi ii°
Tu credis quod unus est deus et
bene facis et demones credunt
et contremiscunt. Augustinus Stupenda
quod demones iudicem sicut homines
agnoscunt salvatorem. Ecce de-
mones viderunt et tremuerunt
homines viderunt et occiderunt.
Quod autem fides sine operibus non
sufficiat ostendit Crisostomus super actus
Sicut qui audit quia mel dulce
est nec gustat de illo nomen
eius melius cognoscit quam [illegible] aut
ne cuius ignorat. Ideo non dixit
christus audite et videte quoniam sua-
vis est dominus // sed dixit gustate
et videte // Habuit etiam fidem
integram que est quando omnes
articuli creduntur vel implicite
vel explicite. Istam fidei inte-
gritatem Stephanus [?] habuit qui
christum verum deum et verum hominem
esse cognovit / verum hominem
eum dixit Et filium hominis Et verum
deum Ecce subiunxit stantem
a dextris dei. Tunc est fides
integra quando nec deo subtra-
hitur quod sibi convenit verum sicut
dicit Augustinus in libro de trinitate
triplicatur circa deum erratur vel
quando deo attribuitur quod est corporeum
ut candidus vel rubeus // vel
quando attribuitur ei quod est spiritus creati
ut ira et huiusmodi vel cum in esse

deo credimus quod nulli rei in
esse potest quod aliquis contulit seipsum
Secundo fuit plenus gratia sine spiritu
sancto. Ista autem gratia fuit caritas
que est caput virtutum et gratia gra-
tum faciens. Caritas eius maxima
fuit quia sicut ait Fulgentius
commendabat deo inimicos ad
alius absolvi posset etiam
suos carissimos invitat in eo
ut ait Bernardus Non sic [?] turpe
passionibus affectus interne compassi-
onibus superavit ut illorum magis
scelera quam sua plangeret vulnera
Ista igitur est maxima caritas pro
inimicis orare et eis affectum compassio-
nis impendere. Quarto [?] agitur cum nocet
sub ipsis quam illis quos persequitur
verum secundum Augustinum crudelior aliud per-
sequitur intulit maius dampnum
maius malum maius periculum et ma-
ius dispendium quam aliis dampnum
quia quando ille perdit vestem iste
fidem ille pecuniam iste iustitiam
unde ait in quadam sermone
omnis qui aliud in corpore persequitur
persecutorem sustinere dimostratur
verum si enim illi quem persequitur
aliquid de substantia sua tulerit maius
sibi ipsi maius dispendium facit /
quia nemo est iniustum lucrum
sine iusto dampno / ubi lucrum
ibi et dampnum lucrum in archa
dampnum in conscientia tollit vestem
et perdit fidem acquirit pecuniam
et perdit iustitiam invenit maius
malum quia ille pati malum
iste est ipsum malum unde ait
Ideo male est quia pateris
malum et bene est illi qui est
ipsum malum, nullum nec est inter
malum pati et malum esse /

non potest fieri ut tibi male sit qui
pertulerit malum et illi bene qui
est malus Tu cum est malus
quo potest esse quia non patitur
malum quia patitur se ipsum Incur-
rit etiam maius periculum quia illius
malum est in corpore ipsius est in
corde Vnde ait ille malum est quia
malum alienum patitur in corpore
suo et illi bene est qui se ipsum
patitur in corde suo Incurrit etiam
maius dispendium quia ille qui
penalem vitam ipse malam a-
nimam Vnde ait tibi male est
quia malam habes vitam et illi
bene est quia habet vz mala autem
Tercio fuit plenus fortitudine cuius
fortitudo maxime apparet in
passione quia inter tot supplicia
fortis stetit et vinci non potuit
Ipsam autem tantam fortitudinem
non habuit a se ipso sed a deo qui
pugnabat et vincebat in ipso
Job 17 pone me iuxta te et
cuiusvis manus pugnet contra
me Psalmus Cum ipso sum in tri-
bulatione eripiam eum et glo-
rificabo eum Quod cum cristo
pugnavit patet in cristo ex
pluribus signis Ex beato simone
cum dixit dura cervice et in-
circumcisi corde et auribus
vos spiritui sancto semper resistitis
Tantam cum audaciam in re-
prehendendo a se non habuit sed
a deo Math 13 Non enim vos
estis loquentes sed spiritus sanctus
Jeremie 1 Omnia quecumque mandavero
tibi loqueris ne timeas a fa-
cie eorum quia ego tecum sum patet
ex importabili passione Tantam
enim et tam acerbam passionem
a se ipso portare non potuisset

nisi deus in ipso et cum ipso
portasset Iram sicut dicitur
Job 6 Nec est fortitudo mea
ut sustineam aut quis finis meus
ut patienter agam nec fortitudo
lapidum fortitudo mea nec caro
mea enea est Et tamen caro
Stephani fortior fuit lapide
et ere Lapis enim percussus
frangitur et es percussum sonat
et murmurat Stephanus autem
percussus nec frangi potuit
ut succumberet nec impaciens
fuit ut murmuraret Patet quia mi-
raculosa operatione faciebat enim
prodigia et signa magna in populo
que facere non potuisset nisi deus
cum eo fuisset Johannis 3 Nemo
enim potest hec signa facere que tu facis
nisi fuerit deus cum eo Patet
ex tam difficili inimicorum dilectione
quod ipsi carni et sensualitati est
impossibile Crisostomus super Math Igno-
rantibus nescio utrum quando impossibile
videtur diligere inimicum et vere impossibile
est quantum ad carnis naturam Quantum
autem ad animam possibile est quia spiritu-
alior et ideo regit et retinet se-
curitatem a passionibus In beato
ergo quod inimicos dilexit et pro
ipsis oravit manifestum est quod
deus cum eo fuit qui sibi tantam
patientiam dedit per quam etiam
se ipsum superavit Proverbiorum 16 Melior
est patiens viro forti et qui do-
minatur animo suo expugnatore
urbium Patet ex tanta divine sa-
pientie illustratione de qua dicitur
non poterant resistere sapientie et
spiritui qui loquebatur Luce 21 Ego
dabo vobis os et sapientiam

cui non potuerunt resistere et contradicere
omnes adversarii vestri // Secundo
commendatur a celesti conversatione
cum dicitur intendens in celum.
Sicut enim beatus Stephanus corde
et amore habitabat in celo et
non in mundo sciens quod mundus transit
quantum ad omne quod habet in se
appetibile scilicet divitias delicias et
honores. Transit enim quantum ad super-
biam. Sapientie 5. Quid nobis profuit
superbia. Transit quantum ad avariciam
Jacobi 1. Glorietur frater humilis in
exaltatione sua // dives autem
in humilitate sua quoniam sicut flos
feni transibit. Transit etiam quantum ad
carnis concupiscentiam quia transit
delectatio et remanet amaritudo.
Proverbiorum 5. Favus distillans
labia meretricis et nitidius oleo
guttur eius novissima autem
illius amara quasi absinthium et
acuta quasi gladius biceps. Et
propter istum triplicem transitum dicit
1 Johannis 2. Omne quod est in mundo
concupiscentia carnis est et con-
cupiscentia oculorum et superbia
vite et mundus transit et concupiscentia
eius. Causa autem istorum transituum
adhuc triplicem transitum facit. Tran-
sit enim a culpa in culpam. Sapientie
2°. Vino precioso nos impleamus
... coronemus nos rosis antequam
marcescant. Nullum pratum sit quod
non transeat luxuria nostra. Nemo
nostrum sit exors luxurie nostre.
Item sicut dicit Gregorius peccatum
quod per penitentiam non deletur mox
suo pondere ad aliud trahit. Tran-
sit a culpa in penam et hoc
dupliciter vel in penam presentem

de qua dicitur ad Romanos 1. Tradidit
illos deus id est tradi permisit
in passiones ignominie. Ecce culpa
et mercedem suam quam opor-
tuit erroris sui in semetipsis
recipientes. Ecce pena. Et sicut
non probaverunt deum habere
in notitiam. Ecce culpa. Tradi-
dit illos deus in reprobum sen-
sum. Ecce pena. Vel quantum
ad penam futuram. Job 21. Tenent
tympanum et cytharam ducunt
in bonis dies suos et in punc-
to ad inferna descendunt. Ecce
pena eterna. Job 24. Dulcedo
illius. Ecce culpa. Vermis. Ecce
remorsio conscientie eterna. Transit
tertio de pena in penam. Job [illegible]
Transeat ab aquis nivium
ad calorem nimium. Ista autem
terrena scilicet divitie delicie et ho-
nores sunt in celo non transeun-
tia sed permanentia pro eo quod sunt
a deo et in deo qui non transit
sed semper manens consistit. Proverbiorum 8.
Mecum sunt divitie et gloria
id est gloriose delicie opes superbe
id est sublimes honores. Beatus
igitur Stephanus non posuit
amorem suum in hiis que sunt
in mundo quia labilia sunt
sed in hiis que sunt in celo quia
permanentia et eterna sunt.
Ideo monet dominus Matthei sexto.
Nolite thesaurizare vobis the-
sauros in terra ubi erugo et
tinea demolitur et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Cuius
verba sic exponit Rabanus. In
terra ponit simul voluptates ter-
renas. Metalla eruginem

vestes tineam demolliunt. Sunt
alia que nec eruginem nec tineam
timent sicut lapides preciosi.
Et ideo ponit generale detrimentum
scilicet fures qui omnes divicias rapto-
callidius componit. Crisostomus super Matheum:
Omnia cum bona mundi explicatur
tollit nitidus aut cum a semet-
ipsis veterescunt et tineant sicut
vestimenta aut ab ipsis dominis lu-
xuriose viventibus comeduntur
aut ab extraneis vel dolo vel
calumpniis vel aliquo alio nequo-
modo diripiuntur qui omnes fures
dicuntur qui per iniquitatem festinant
aliena facere sua sed iniquius dominus
qui hec servat perdidit. Cum multi
perdunt vere aut et male servatas
divicias et si non corporaliter tamen
spiritualiter perdidisti quia non pro-
ficiunt tibi ad usum salutis. Alle-
gorice autem Rabanus dicit. Eru-
go significat superbiam que deco-
rem virtutum obfuscat. Tinea que
vestem latenter rodit invidia
est que bonum studium lacerat et
compaginem unitatis dissipat.
Fures ut sunt heretici et demones
qui ipsi ad hoc sunt intenti ut
spiritualibus spolient. Tercio comedatur
a diversis revelatione vidit gloriam
dei et ihesum stantem. Tercia cum
vidit scilicet gloriam dei ihesum stantem
et celum apertum. In quibus bea-
titudo sanctis debetur notatur.
Sancti cum beatificantur quantum ad
corpus quantum ad animam et quan-
tum ad situm. Beatitudo corpus
corporis in ipsius clarificatione de
philippenses 3: Salvatorem expectamus
dominum nostrum ihesum cristum qui re-
formabit corpus humilitatis nostre

configuratum corpori claritatis sue.
Corpus enim nostrum est deforma-
tum ex eo quod est mortalitati sub-
iectum. Et ideo dicit reformabit.
Est corpulentum et ideo grossum
et ponderosum et ideo corpus et
humilitatis ex eo quod obscurum et te-
nebrosum. Et ideo dicit humilitatis
nostre. Sed cristus corpus deformatum
per mortem configurabit per immor-
talitatem. Et ideo dicit configura-
bit grossiciem et ponderositatem
eius faciet in subtilitatem et agi-
litatem nostri corporis sui et do-
nabit claritatis sue. Comple-
cio beatitudo secunda quantum ad
animam que erit in dei visione
et ideo vidit ihesum visio enim dei
summum premium est tota merces nostra.
Iohannes 17: Hec est vita eterna ut cogno-
scant te solum deum verum et quem
misisti ihesum cristum. Sicut enim dicit
Augustinus in libro de civitate dei bonis
fuit est divina pariter affecta
ta hylaritate collocata. Tunc terra
est facies cristi. Et ideo valde
desiderabilis et amena. Est enim
cristus dimensus quia in eo est
triplex dimensio de qua sic dicit
ysidorus de summo bono. Cum de
deo sive situ nec sive qualitate
nec sive habitu aut motu ali-
quid digne dicatur inest tamen
ei quodammodo latitudo caritatis
qua nos et colligit ab errore et
retinet in veritate. Inest ei et
longitudo qua nos longanimiter
malos portat donec emendatos
vite future restituat. Inest ei et
latitudo per quam omnem sensum
sue sanctitatis immensitate excedit.

Ingressi et et profundum quod dampnandos iniustus meus equitatem disponens proordinat. Est et hylaris effectus. Sapie. vi. Dignos se ipsa circuit querens et in viis suis ostendit se hylariter illis. Ysaie xlii°. Non clamabit scilicet murmurando nec audietur vox eius foris scilicet maledicendo. Nec erit tristis scilicet in corde nec turbulentus scilicet in facie. Est etiam luculenter coloratus et rubicundus de primo. Sapie. vii. Candor est enim lucis eterne. De duobus sequitur Cant. v. Dilectus meus candidus et rubicundus. Lucidus propter divinitatem splendidam. Candidus propter carnem immaculatam. Rubicundus propter animam caritatiuam succensam. Tercio spectat beatitudo sanctorum quantum ad situm sive locum. Et ideo vidit celos apertos. Cum quidem locus est valde gratus et propter introitus facilitatem, et propter loci securitatem et propter ipsius amenitatem. Olim erat celum clausum et ideo erat impossibilis introitus quia omnes servi dei in regione tenebrarum descendebant et claritatem celi quam non poterant. Sed modo apertum est celum et omnes intrare possunt in ipsum. Aperite michi portas iusticie ingressus in eas confitebor domino etc. Est etiam locus ille gratus propter securitatem. Mundus non est tutus locus securus propter pravitatem hominum nec aer propter habitationem malignorum spirituum, nec paradisus terrestris propter ignem et gladium. Celum autem est locus securus quia ibi non timetur nec malignorum violentia propter loci altitudinem. Ps. Altissimum posuisti refugium tuum nec famis inopia propter loci ubertatem. Ps. Fiat pax in virtute tua et habundancia in turribus tuis nec predicionis malicia propter civium fidelitatem. Sapie. 3. Fideles in dilectione acquiescent illi nec hostium violencia propter loci inaccessibilitatem. Glossa interlinearis. Civitatem inaccessibilem. Luce 16. Inter vos et nos chaos magnum firmatum est ut hii qui volunt hinc transire ad vos non possint neque inde huc transmeare. Est etiam locus ille gratus propter amenitatem. Tria enim sunt que domum faciunt pulchram et amenam de quibus sicut dicit Augustinus in libro de Trinitate. Bona domus est paribus membris disposita, ampla et lucida. Sic in domo dei multa sunt loca id est multa. Joh. 14. In domo patris mei multe sunt mansiones. Omnes tamen sunt pares omnia secundum Augustinum sub dispari qualitate erit par gaudium. Et etiam ampla. Baruch 3. O Israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius, magnus et non habens consummationem, excelsus et immensus. Est etiam lucida. Apoc. 21. Civitas non eget sole neque luna ut luceat in ea. Nam claritas dei illuminabit illam et lucerna eius est agnus etc.

Sermo tercius de eodem

Quociens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti et relinquetur domus vestra deserta. Math. xxiii°. Benigna clementia salvatoris quia licet mortem sanctorum omnibus imprecasset non tamen dixit quod eos vellet punire sed potius ad se reducere et congregare

Tangit aut dauid tria scz suā
benignā cpassionē iudeorum
obstinacōm et ipōs a deo de-
lictionem Compassio aut et mi-
sericordia cristi tangit in duobus
et in eo q nō vult congregare
et in eo q nō vult punire deus
cū invite ~~petitur~~ punit, tunc
vna est causa et duo signa,
Causa ē quia ~~[illegible]~~ punire est
sibi innale sed parte natuale
Vnde dicit Cris sup Mat sic
in nobis est contra naturā ita
in deo est contra nām malefacere
l. punire ꝓprium eū cuius est misereri
et parcere Signa aut quibꝰ scz q
invite punit duo pnt poni seu
duo ponit Cris sup Mat Primū
est quia plangit quos punit
Vnde dicit sicut ego benignus
adusus pcōnas cūmosas lege
cplente sniam mortis dictat
et mia cplendi fundit lacrimas
sup eos Sic deus sup mortes
smam mortis dictauit dicens
Ecce ego mitto ad vos ꝛc Et
tū eos misericordia lamentacōe
plangebat dicēs Ierlm ierlm ꝛc
Scdm signū est q tardus punit
iram sicut dicit Crisꝰ Illud q
homo contra nām facit pigre
facit Illud uō q rm suam
nām facit cito facit quia igitur
contra nām dei est punire Ideo est
tardus ad puniendū quia uō
scdm nām suam est parcere ideo
est velox ad misericordiā Scd
quia posset fi questio si deus
sit invite punit quare ergo
punit Rndet crisꝰ Prima scz
cpellitur. d. deus invitꝰ punit
et cū magno dolore cpellitur
peccatores dampnare Scd cū sit
dolet q ipse ab eis cogitur ali-
quem dampnare qui omnes
vult saluare Tunc facit Cris

aliam questionē dicēs Scd
cum cpellit si nō vult et vi-
det Tu qui nō desperatus uide-
des iram sicut qui desperanti
miam denegat crudelis e-
sit qui nō desperanti miam
pstat iniustus est Tercio queritur
cuius est homo qui nō desperat
miam dei, et respondet tu mi
remaneas in peius desperare
cū miam dei qui timet ui-
cius, qui aut nō timet est ira
dei nō desperat miam dei sed
contempnit Scdo ostendit cristi
misericordiā in hoc q cristus est
se congregat et reduxit quoni-
am dicit Quociens volui con-
gregare filios tuos quemadmo-
dum gallina ꝛc ~~Et tamē eos misericordia lamentacione plangebat~~
Assimulat aut cristus se galline
pulli pullos quadruplici de cā
quarū duas ponit Augꝰ de
questionibus euangeliorum Alias
duas ponit Crisꝰ sup Mat
Prima est quia infirma se facit
Vnde Augꝰ hoc genus auiū
magnū affectum in filios habet
ita ut eorū infirmitate affecta
infirmet et ipsa et pullos suos
(?) ... uenit uīa dei sapia p carnis
susceptionē quodammodo est
infirmata rm illud Apli Quod
infirmus deo fortius est hominibus
Infirmata quidem uidetur fuisse
sua maiestas in uiri naturae
serenitatis in circumcisione sua potestas
in passione sua pbus infirmata
est in paupertate .l. in incarna-
cione ubi pauper fuit utique mea
.i. maiestas mea, et ossa mea
.i. virtutes mee in quibus cpsi-
stitutis mea conturbata sunt
in circumcisione sup omnes inimicos
meos factus sum opprobrium

vectiuus pucis valde et supasse
Secunda causa est secundum Augustinum
quia pullos sub alis protegens a
miluo protegit et defendit. Sic
inquid ne diaboli nos rapiat
cristus sibi resistit. Habet enim
cristus duas alas scilicet alam patie
et mie. Dyabolus autem vult
rapere malos per eternam damp-
nationem, vult rapere bonos per
temptationem. Sed cristus protegit
bonos ala patie et malos ala
mie. psalmus: Sub umbra alarum
tuarum protege me a facie im-
piorum qui me afflixerunt. Quali-
ter est rapere. Unde nota illud Iohannis
lupus rapit et dispergit oves,
sed cristus tamen lupum fugavit.
Augustinus: Fractus est agnus et
fugatus est lupus. Tertia ratio secundum
Crisostomum: quia filios alienos
proprios nutrit non pullos quos ali-
enis ovis natos nutrit ut
proprios. Sicut cristus alienos in-
fra se venientes nutrit
et fovet. Sive sint alieni qui
promissionem fecerunt in [illegible] bap-
tismi, sive sint alieni id est in
peccatis inveterati, sive sint a-
lieni id est claudi pede fidei [illegible]
sequentes sed pede operis dya-
boli imitantes de quibus
dicit psalmista: filii alieni inve-
terati sunt et claudicaverunt
a semitis suis. Quarta ratio
secundum Crisostomum: quia pullos
ad tectum [illegible] congregat et redu-
cit. Sic cristus nos ad se con-
tinuo congregat dicens: Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos Mathei xi.
Ubicumque fuit corpus id est filius
dei incarnatus congregabuntur
et aquile id est anime cognosce-
re deum cupientes ut in ipso
refectivi et satiati. Potest michi
bonus assignari quinta causa quia
scilicet pullos suos super dorsum
suum portat et gerit. Sic cristus
nos portavit. Unde illud Deutero.
32: Expandit alas suas et assump-
sit atque portavit. Te dominus deus
tuus ut solet homo gestare filium
suum. Ysaie liii: Vere languores no-
stros ipse tulit et dolores nostros
ipse portavit. Ergo ostendit ingra-
tam duritiam et obstinationem cum
dicit: Et noluisti. Omne autem peccatum
est cum aliquibus obstinatis [illegible] Talis
enim non potest recipere lumen gratie
nec vocem inspirationis divine
nec vocem predicationis nec doct.
celestis sapientie. De quibus [illegible] sic
dicit Cyprianus in epistola ad [illegible]
Demetrium [illegible]: Certe labor
[illegible] et effectus ubique offerre
lumen ceco, sermonem surdo et sa-
pientiam bruto, cum nec sentire
brutus possit nec cecus lumen
admittere nec surdus audire. Ita-
lis est induratus nec freno potest
arceri a malo nec flagello potest
revocari ad bonum. psalmus: In camo
et freno etc. Multa flagella
peccatoris etc. Ubi dicit glossa: Peccator
domatur flagello et freno atque
nunc quasi domatur. Tertio ponit ex-
[illegible] [illegible] cum dicit: Ecce
relinquetur domus vestra deserta
potest hoc intelligi vel de domo terre
id est civitate ipsa que deserta est
dei auxilio angelorum presidio
et habitatoribus unde tollentibus Roma-
nis locum et gentem. Vel potest
intelligi de domo spirituali que
est duplex scilicet anima et religio
sacra. Sicut enim corpus est domus
anime sic anima est domus dei. Potest
autem Crisostomus super dictum locum quia
cum anima deserit locum suum

i. corpus primo quidem corpus ipsum
frigescit deinde fetet ultimo
resolvitur. Sic quando deus deserit
animam suam ipsa anima remanet frigi-
da. Ieremie 6 Sicut frigidam facit
cisterna aquam suam sic frigidam
facit malicia animam suam. Et quia
frigida est ideo est tepida. Proverbiorum 20
Propter frigus piger arare noluit. Et
non mirum si est frigida quia caret
igne divini amoris vacua de quo
dicitur Luce 12 Ignem veni mittere
in terram. Secundo efficitur fetida. Iohelis 1
Computruerunt iumenta in ster-
core suo. Ysaie 34 De cadaveribus
eorum ascendet fetor. Et dicit ascen-
det quia fetor peccatorum non tantum
spargitur in longum et in altum
et in ymum sed etiam ascendet in
summum. Et quia non tantum sentitur
a bonis per detractionem nec
tantum a malis per imitationem
nec tantum a demonibus per congratu-
lationem sed etiam ascendit in ce-
lum quia sentitur ab angelis
per abhominationem et sentitur
a deo per clamorem et puni-
tionem sicut dicit dominus de
sodomitis Gen 18 Clamor sodo-
morum et gomorreorum multiplicatus est.
Et ideo igne et sulfure eos pu-
nivit ultimo divina. Tertio efficitur
resoluta quia anima resolvitur
et tota confringitur et dissipatur.
Psalmus Reges eos in virga ferrea
et tamquam vas figuli confringes
eos. Si puer parvulus cum festuca
vel palea aliquod vas frangere
vellet nichil proficeret. Sed quando
ille qui frangit robustus est et
instrumentum quo frangit fer-
reum est tunc in minutas fra-
git quod non potest ultimo reparari. Ista
[illegible] tangit apostolus. Cum dicit

Reges eos in virga ferrea.
Animam enim frigidam per peccatum
et frigidam per consuetudinem
peccati deus confringit qui est fortis
et robustus et ideo dicitur confrin-
ges eos. De cuius fortitudine dicitur
Job 9 Si fortitudo queritur robustissimus
est. Frangit autem non cum palea sed
cum virga ferrea. Frangit vero
non vas ferreum sed fictile et
terrenum. Ideo dicit tamquam vas fi-
guli. Cor enim amando terrena effi-
citur terreum et ideo minutatim fran-
gitur et sic in pulverem redigitur
ut nec modicum fragmentum
i. modicum desiderium vel modica
voluntas in eo relinquatur in qua
sit et modicus igniculus amoris
aut modicum aque compassionis. Ysa-
ie 30 Comminuitur sicut con-
teritur lagena figuli contritione
pervalida et non invenitur de
fragmentis eius testa in qua
portetur igniculus de incendio vel hau-
riatur parum aque de fovea.
Secundo potest hic domus intelligi
religio que interdum a deo dese-
ritur et hoc fit aliquando vitio
prelatorum aliquando vitio subditorum
aliquando vitio utrorumque. Prelatus
enim religiosus religionem dis-
sipat aut quando est nimis remis-
sus aut nimis severus aut
parum discretus. Dissipatur enim
religio quando prelatus est nimis
remissus ad corrigendum. Proverbiorum 24
Per agrum hominis pigri transivi
i. per religionem pigri et per
vineam viri stulti et ecce totum
repleverant urtice operuerant
superficiem eius spine quia ibi
debent nasci flores virtutum
pullulant punctiones [illegible]
et ardores carnalium affectionum

et materia lapidum destructa
erat per materiam intelligitur
regula quia sicut materia constat
ex diversis lapidibus / sic regula
ex diversis regulis sanctorum patrum
tradicionibus et sicut materia
vineam defendit ab ingressu
bestiarum sic regula protegit ab
infestacionibus demonum. Tunc
autem materia destruitur quando
ex negligencia prelati regula
non servatur / Debet igitur prelatus
subditos corrigere non tantum ab
equaliter sed eciam contemnenciam
culpe. Quod ostendit Eccl. 12
ubi dicitur verba sapientum sicut
sicut stimuli et quasi clavi in
altum defixi / stimulus superficialiter
pungit / clavus autem in altum
defixus profunde penetrat
sapientes cum prelati aliquando
debent adhibere superficiales re-
prehensiones / aliquando duras
et profundas obiurgaciones. Dissi-
patur eciam religio quando prelatus
est nimis severus ad miserandum
et compaciendum Eccl. 26
ubi non est mulier ingemiscit
eger quia ubi prelati compacientes
desunt subditi ingemiscunt
Proverbiorum 30 qui nimis emungit
elicit sanguinem ideo dicitur
Baltazar 23 quod qui spirituales
estis instruite in spiritu
lenitatis non dicit in virga
quia aliquando oportet duram adhi-
bere virgam / nec dicit in manu
lenitatis quia aliquando duram
oportet adhibere verba sed dicit
in spiritu lenitatis quia semper
oportet habere compassibilia corda
ut quantumcumque ponet in ore aspri-
tas reprehensionis / quantumcumque
sit in manu correctionis severi-
tas / semper tamen servetur
in corde lenitas compassionis

de dat severitate correctionis
et lenitate compassionis dicit Augustinus
parum est malos non sentire si
sequatur negligencia fratris tribulacio
perpetue increpacio nisi lenitatis
tenacitate dilatio neque est eciam consen-
cientes sceleris malis et assencientes
neque negligentes ut arguatis.
Dissipatur eciam religio quando prelatus
est indiscretus ad dispensandum
dispensatio ubi urget necessitas
est excusabilis ubi suadet communis
utilitas et laudabilis / ubi autem
non adest auctoritas est temeraria
et dampnabilis ubi autem non est
utilitas neque necessitas quantumcumque
assit auctoritas non est dispensatio
sed dissipatio ideo non debent
claustrales tales dispensaciones
de facili petere quia quando de pruden-
cia remittitur tantum de premio de-
minuitur Bernardus si prudencia vestra
virtuti misericordie minuitur
paulatim committimus bona vestra
privatur. Archa istam terram aut singula
in archa testamenti erant terra
ut dicitur Hebreorum 9 scilicet virga Aaron
manna et tabule testamenti
Archa enim est prelatus in quo
debet esse virga correctionis ma-
nna compassionis et tabule discre-
cionis. Secundo religio a deo
desertur racione subditorum et hoc
quando subditus aut est indevo-
tus in choro aut inpaciens in
capitulo aut dissolutus in omni
loco aut presumptuosus in se-
inceps ipso. Illi enim qui sunt indevoti
et irreverentes in choro multum
religionem privam dissipant et
enervant quia in choro debet
omnis devocio exhiberi / ibi
semper dei presencia / ibi propter dei
presenciam tum propter angelorum

desistencia tunc propter scelus instituit
conveniam. Ea enim que aguntur
in celis aguntur in terra scilicet deum
laudare et panem angelorum
recipere. Ista tria tanguntur Gen. 28
ubi dicitur Quod Jacob vidit scalam
id est scalam celestem cui innixus erat
dominus. Ecce domini presencia. Unde
et dixit vere deus est in loco isto.
Erant eciam angeli descendentes
et ascendentes. Ecce angelorum
assistencia. Et dixit Jacob. Non
est hic aliud nisi domus dei et
porta celi. Ecce in futura habita-
cionis conventua. Secundum est quod
subditus est impaciens in capi-
tulo. Valde enim est inconveniens
ut ubi culpe delentur quod ibi augeantur
quod fit quando ille qui corrigitur ad
impacienciam commovetur. Eum
tamen dicitur Ecc. 10 Vir sapiens
et disciplinatus non murmurabit
correctus. Nullus enim qui cor vi-
rile habet de correctione murmurabit
Ideo dicit sapiens. Nullus eciam
maceratus qui honestatem et
mores composicionem diligit [illegible]
Ideo dicitur disciplinatus. Ille ergo
qui de correctione murmurat
signum est quod aut sunt effeminati
aut stulti aut incompositi. Secundum
est quorum dissolutus in omni loco
que dissolucio attenditur aut vana
et ociosa sepe loquendo aut lascive
vivendo aut alios gestus secu-
lares habendo. Sicut quidam qui
verba dissolucionis sepe locuntur
et aut edificacionis numquam
quod magnum periculum est. Moyses con-
vertit aquas eorum in sanguinem
et occidit pisces eorum. Aqua est
sermo dei qui mundat. Sanguis
est sermo secularis qui inquinat.
Ille igitur aquam in sanguinem convertit
qui dei sermonem pretermittit

et verba secularia se immi-
scet cum hic dicat sapiens Eccle.
Omnis sermo malus ex ore vestro
non procedat etc. Sunt eciam quidam
in quibus est risus multus
et fletus rarus vel nullus.
Ecc. 21 Fatuus in risu exal-
tat vocem suam. Vir autem
sapiens vix tacite ridebit.
Augustinus Malui sapientes se
habere sanos lugentes quam
freneticos ridentes. Ieronimus
super Epistolam Hebr. Amicus tristis
et [illegible] faciem tuam quia
te monachum profiteris sed scis
et qui tristis [illegible] ridere
et numquam ridentem sed semper
christianum legisti. Sunt
eciam quidam qui gestu
nimis seculares. Contra quos
dicit Jeronimus ad Nepocianum
Omnes delicias et lepores et
risu dignos urbanitates et
cetera inepcias amatorum
incomodis detestamur. Que
magis in monachis et in cle-
ricis. Quartum est quando est presump-
tuosus in seipso. Sunt enim quidam
subditi qui de seipsis nimis
presumentes non mutari volunt
et prelatos ad suam voluntatem
inclinare nituntur. Contra quos
dicitur Proverbiorum 30 Per tria
movetur terra id est religio que in
bono opere debet esse firma
et quartum nemo potest sustinere
per servum cum regnaverit per
stultum cum saturatus fuerit cibo
per odiosam mulierem cum in
matrimonio fuerit assumpta et
per ancillam cum heres fuerit
domine sue. Arrogans subditus
est prelatus anguis qui est super
pecunie ipsa avaricia

-ratur in dolorem. Similiter talis
prelatus religionem sepe consumit
et conterit. Sicut tinea vestes. Sic paulatim
est prelatus gulosus qui splen-
dide comedit et subditos fa-
me affligit. Iste etiam religionem
conterit. Similiter odiosa in ma-
trimonio est prelatus incompa-
tibilis et durus qui amicabilis
subditis suis esse odiosus suis cum
nobis sit per electionem ipsius ma-
trimonio spirituali coniunctus. Iste
etiam religionem conturbat.
Ancilla que vult heres esse domine
sue est subditus presumptuosus
qui vult dominari prelato suo. Iste
non tantum religionem conturbat
sed etiam non potest aliquatenus
sustineri. Secundo religio a deo
deserit vitio utrorumque scilicet prela-
torum et subditorum et hoc accidit
quando in eis est aut neglectus
fame aut superfluitas habun-
dancie aut inordinatus amor
parentum aut frequens vagatio
extra claustrum. Sunt enim quidam
tam subditi quam prelati qui de
fama sua non curant et ideo
multos scandalizant. Seneca.
Crudelis est qui negligit quid de se alius
dicat vel sentiat aut flagitio-
sus est aut dissolutus religio-
sus est tribus debitor scilicet
deo sibi et proximo. Deo autem
debet puritatem conscientie sibi sancti-
tatem proximo bonam famam.
Secundo aliquid contrarium sibi desit
ius suum illa tollit. Secundum est su-
perfluitas habundancie que quidem
sepe est causa lascivie. Ezechiel
perdidit quasi ex adipe iniquitatis
eorum. Sicut enim ex nimia o-
lei habundantia lucerna ex-
tinguitur et homo ex nimia
pinguedine suffocatur et terra
nimiis impinguata ad producendum
herbas nocivas laxatur. Ita efficitur
sic in homine religioso ex nimia
deliciarum habundancia extinguitur
lumen divine sapientie suffocatur
et moritur per puritatem vite gratie
et generat malas radices carnalis
concupiscentie et in istam habun-
danciam monachi sepe querunt.
Unde dicit Cirillus de quodam cena-
bitarum monachi de monasterio re-
quirunt si requiescat in loco si
habundant omnia si aquarum
copia fluat si nichil eorum desit
que lata via et spaciosa desiderat.
Tertium est negligentia spiritualium et
ardens appetitus temporalium quod scilicet
tam prelati quam subditi temporalia
spiritualibus preponunt quod magnum
monstrum esse videtur acsi terra esset
sursum et celum deorsum. Vel
si facies retro esset et tergum
in facie. Similiter velud si dex-
tram in levam et levam in dex-
tram verterent. Deus enim voluit
ut celestia in homine essent sur-
sum per appetitum et terra esset
deorsum per contemptum. Psalmus
Per celum id est celestia sursum
et terra id est terrena deorsum. Secundo
autem contrarium fit tunc magnum
monstrum sequitur quia terra est
sursum et celum deorsum. Vo-
luit etiam deus quod spiritualia essent
ante faciem per continuam
recordationem temporalia autem post tergum
per oblivionem. Secundo autem contrarium
fit tunc magnum monstrum sequitur
quia facies est terra et tergum videt.
Istud monstrum tangit dominus Ier.
2 dicens verterunt ad me tergum

et non faciem. Voluit etiam deus
ut spiritualia habeamus a dextris quantum
ad principalem intentionem, temporalia
autem a sinistris quantum ad acciden-
talem superadditionem, quod ostendit
dominus Math. vi dicens: Querite primum
regnum dei et iustitiam eius et hec
omnia adicientur vobis. Quando igitur
contrarium fit tunc magnum mon-
strum sequitur quia dextra in levam
et leva mutatur in dexteram.
Quarta est vagatio frequens extra
claustrum. Unde dicit Gregorius ad
Eugenium in decreto: Sicut piscis
sine aqua caret vita, sic monachus
sine monasterio. Sedeat igitur
in monasterio et taceat quia
mundo mortuus est, deo autem
vivit. Agnoscat nomen suum, monos
enim grece latine unus dicitur,
achos grece latine tristis dicitur,
unde dicitur monachus i. unus tristis.
Sedeat igitur tristis et officio suo
vacet. Item Ieronimus ad rusticum
monachum: Unusquisque suo
sensu ducitur. Michi oppidum carcer,
solitudo paradisus est. Contra ta-
les religiosos sic girovagos et
curiosos tam prelatos quam sub-
ditos sic dicit Hugo de sancto
Victore: Gaudent multi claustra-
les dum de regalibus rebus et
regibus fabulantur, dum causas
militum narrant, dum pro illis
loquuntur ~~et ab illis~~ a quibus non
agnoscuntur, multorum partes defendunt,
per multas irascuntur, pro multis liti-
gant, ignorant tamen quando negent
aut affirment etc.

**Sermo primus de sancto
Dominico sequitur etc.**

Quasi stella matutina
in medio nebule et quasi
luna plena in diebus su-
is lucet et quasi sol reful-
gens sic ille refulsit in templo
dei. Ecclesiastici l°. Celum spirituale
sunt viri iusti et fideles in
quibus deus habitat per gratiam
et quiescit sicut ex ipso patet.
Sunt terra quos deus pedibus
suis conculcat, dum eos iuste
punit, iustitia comprimit et con-
temnit. Unde dicitur Ys. lxvi:
Celum michi sedes, terra autem
scabellum pedum meorum. Sicut
autem in celo sunt stelle et pla-
nete minores, mediocres et
maiores, sic inter fideles quidam
sunt minores scilicet incipientes
et quidam mediocres scilicet proficientes
et quidam maiores scilicet perfecti.
Et quia beatus Dominicus fuit de
numero perfectorum ideo assimilatur
in auctoritatibus premissis maio-
ribus planetis qui sunt in
celo scilicet stelle matutine, lune
et soli. Assimilatur igitur stelle ma-
tutine in medio nebule conspe-
cti et hoc propter innocentiam
vite. Ante adventum enim quasi
stelle matutine totus mundus
erat plenus nebula superbie
luxurie et avaritie. Sed in me-
dio istius triplicis nebule tanquam
stella matutina effulsit. Tamen
inter superbos effulsit per humili-
tatem, luxuriosos per virginitatem,
avaros per liberalitatem
et paupertatem. Hec autem stella

matutina dicitur lucifer qui quidem
est calidus splendidus rotundus et
alios inter sic beatus dominicus
fuit calidus per zelum atque fervore
unde dicitur de eo / vultus eius ar-
debant quasi facula quia in-
pii veneraat et virtute elie Ecclesiastici
xlviii Surrexit elias quasi ignis
et verbum illius quasi facula ardebat
Dicitur autem verbum sacrum ignitum si-
ve ignita triplici de causa /
Sicut ostendit Ambrosius super Beati
immaculati dicens / Triplex est
descensus eloquium dei ignitum
vel quod mundat vel quod acce-
dit vel quod illuminat audientes quan-
dam quidem spectus culpe Johannis
xv Iam vos mundi estis propter
sermonem quem locutus sum vobis
accendit torporem negligencie
Psalmus Ignitum eloquium tuum
vehementer etc. Et illuminat tene-
bras ignorancie Psalmus Lucerna
pedibus meis verbum tuum etc
Istum triplicem affectum habebant
verba beati dominici scilicet mundandi
inflammandi et illuminandi
Et ideo apparuit de ipso visio sub
specie catuli facule et stelle
Nam instar catuli habuit linguam
medicinalem per quam mundabat
saniem culpe instar facule in-
flammabat torporem neglige-
cie instar stelle illuminabat tene-
bras ignorancie // Secundo fuit
splendidus per lacrimarum infusio-
nem sicut dicitur in legenda sua
de suis oculis quasi quendam
fontem effecit lacrimarum De isto
autem fonte exibant aliquando amare
aliquando dulces aliquando calide
aliquando frigide Aque amare
sunt lacrime compunctionis que
funduntur pro peccatis propriis de quibus
dicitur Judith viii Indulgenciam
eius fusis lacrimis postulemus
Psalmus Lavabo per singulas noc-
tes lectum meum lacrimis meis etc
Cum ipsius autem beatus dominicus peccata
talia non habebat a deo tamen per
lamenta pure se macerabat ac si
haberet nam sicut dicitur Exodi xxvi
Cortinis tabernaculi miro colore
varietate depictis saga cilicina
supponebantur quia quamvis deo
sit templum permaculatum et de-
pictus per varietatem virtutum et
et graciarum nichilominus tamen
debet asperitate pure asperam
dicitur Jacob scilicet fuit pellibus
agnorum in manibus tectus ut
benedictionem patris acciperet seu
acquireret Aque dulces sunt la-
crime devocionis que effunduntur
pro celestibus desideriis Unde
dicebat propheta Sitivit anima mea
ad deum fontem vivum etc Istas
lacrimas devocionis beatus dominicus
habuit qui in oracionibus suis
flere plurimum consuevit / legitur Luce
xxii Cum dominus oraret
factus est sudor eius quasi gutte
sanguinis quia quando quis fre-
quenter orat liquefit cum sua
in sudorem devocionis qui su-
dor convertitur in sanguinem in
sanguine lacrimacionis / lacrime
enim sunt quasi sanguis anime
Aque calide sunt lacrime compassi-
onis que funduntur pro alienis
miseriis de quibus dicitur Jeremie xiii
Plorans plorabit et deducet
oculus meus lacrimas quia captus
est grex domini Istas lacrimas
compassionis habuit beatus dominicus

et quo legitur qui specialem sibi do-
minus graciam concedat scilicet pro peccatoribus
miseris et afflictis. Et dicitur iste
lacrime calide quia non decurrunt
nisi a corde caritate inflamato
sicut inflamatum cor habebat apostolus
qui dicebat ii Cor. xi. Quis sca-
dalizatur et ego non uror. Istas
lacrimas compassiones habuit Job qui
dicebat Job xxx° Flebam quondam
super eo qui afflictus erat et compa-
ciebatur anima mea pauperi. Sancti
enim viri habuit cor molle ad mise-
randum Job xxiii° Deus e-
mollivit cor meum. Habent
cor compassibile ad compaciendum
iuxta illud i Cor. xii. Et si quid
patitur unum membrum compatiuntur
omnia membra. Habent cor ple-
num medulla devocionis et
misericordie ad diligendum proverbiorum 3°
Sanitas quippe erit in umbilico
tuo et irrigatio ossium tuorum. Ex illo
sunt quidam a deo duri qui habent
cor adamantinum Zach. vii. posu-
erunt cor suum ut adamantem.
Habent cor suum a corpore Christi
separatum. Si enim compaterentur sibi in-
vicem membra non est de corpore
qui non compatitur fratri misero. Habent
cor tanquam os [illegible] quod caret
medulla. Tercio instar luciferi
fuit iocundus et hoc in mente
per consciencie serenitatem proverbiorum
xv Secura mens quasi iuge
convivium. In facie per vultus hy-
laritatem Eccl. 35 In omni dato
fac hylarem vultum tuum. Et
ista iocunditas causatur a primo
quia sicut dicitur proverbiorum 15 Cor
gaudens exhylarat faciem. Ista
duplicem iocunditatem habuit
sanctus dominicus de quo fuit dictum

in legenda. Et quia cor gau-
dens exhylarat faciem placide
mitioris hominis composicionem mani-
festare de foris benignitate pro-
dibat. Et tamen in eius facie de
bone consciencie testimonio pro-
cedens pro luce hylaritatis lu-
men vultus eius non cadebat
in terram. Denique prohibuit omni-
bus facile vendicabat amore
omni sine difficultate. Quoniam ut
enim aspiciunt illabebatur affecti-
bus. Fuit iocundus in sermone
per exhortacionibus alacritate.
Et ista iocunditas causatur a
duplici iocunditate precedenti et
a iocundo corde et a iocunda
facie. Non potest procedere verbum tristi-
cie. Habuit verba leta que
sepe inducunt ad dissolucionem.
Jeronimus. Malus sermo cito pervertit
mentem et facile agitur quod li-
benter auditur. Alii habent ve-
nenosis aspera que sepe inducunt
ad desperacionem. Sed habuit verba
spiritualia iocunditate plena que
inducebant homines ad devocionem.
Jeronimus. Ille est doctor eloqu-
encius et qui lacrimas non
risum movet qui corripit pec-
catores qui nullum bonum nullum
felicem esse dicit simplex modo
adulandi. Fuit etiam iocundus
in conversacione per spiritus amabi-
litatem. Proverbiorum xviii
Vir amabilis ad societatem magis
amicus erit quam frater. Et ista
iocunditas causatur a triplici pre-
cedenti. Cui enim iocundus est cor-
de facie et sermone iocundus

erit et gustatione. De hac iocun-
ditate et amabili gustatione sua
dicitur in legenda quod diurno siue
in via cum sociis siue in domo
nemo iocundior potuit habere quadru-
plicem iocunditatem preter de eo
dicitur quod dicitur Ysaie 42 Non cla-
mabit neque audietur foris vox e-
ius scilicet impatientie vel indignationis
quia habuit alacritatem conuersa-
tionis. Calamum quassatum non
conteret et linum fumigans non ex-
tinguet quia habuit consolationis
comitatem. Non erit tristis quia
habuit conscientie serenitatem neque tur-
bulentus quia habuit vultus hyla-
ritatem. Quarto iste Lucifer
fuit solis nuncius sicut enim Iohannes
baptista qui solis primum prenunci-
auit aduentum et iste ultimum
creditur prenunciasse iudicium. Luce 1
Misit spiritum suum i. sanctum ordinem or-
dinem predicatorum Glosa tunc dicitur
i. in fine seculi. Missus est igitur
sanctus iste in extrema parte terre
sicut dicitur 1 Cor 10 Nos sumus
in quos fines seculorum peruenerunt.
Sicut est quod sicut legitur Exodi 39
in extrema parte tunice summi sa-
cerdotis tintinnabula aurea po-
nebantur. Per extremam partem
tunice sacerdotis intelligitur ultima
etas, per tintinnabula aurea in-
telliguntur predicatores qui et de-
bent esse sonori per predicationem
et aurei per caritatem incorruptam.
Sacerdos igitur summus gustabat tin-
tinnabula aurea in extremitate
tunice quia predicatores fratres
missi sunt in ultima etate. Et de-
missus est ab extremis terre i.
de finibus Hyspanie. Ysaie 41
Tu quem de extremis terre i. a lon-
ginquis eius vocaui te et dixi
tibi seruus meus es tu elegi te. Missus
est usque ad extremum terre. Psalmus
In omnem terram exiuit sonus eorum
et in fines orbis terre verba eorum.
Ysaie 49 Dedi te in lucem gen-
tium ut sis salus mea usque ad
extremum terre. Missus ad extremum
finem i. passi consequendo extremum
finem i. ipsum deum qui sicut
dicit Augustinus in libro de ciuitate
dei finis desideriorum nostrorum
quia sine fine videbitur sine
fastidio amabitur sine fatigatione
laudabitur. Quinto assimilatur lune
plene lucenti et hoc propter pleni-
tudinem gratie cum dicitur et quasi
luna plena in diebus suis lucet.
Quando autem luna est plena habet
quadruplicem plenitudinem scilicet
plenitudinem lucis in corpore
que augetur et diminuitur sed
in plenilunio perfecta inuenitur.
Habet plenitudinem virtutis in
operatione iam enim augmentato
lumine crescunt et decrescunt
equores et vigores in terre nas-
centibus medulle in ossibus cerebrum
in cerebro in quibusdam animalibus
et leticia in corde et in quibus-
dam aliis animalibus sicut in sy-
mea sicut perhibetur. Habet
plenitudinem figure sperice
licet enim aliquando sicut figure
semicircularis tamen quando est
plena est tota sperica et rotun-
da. Habet plenitudinem ymaginis
in se. In luna enim impressa videtur
quedam ymago hominis que
tunc est perfecta quando luna
est plena. Iste igitur beatus
Dominicus lune plene assimilatur.

Quia in ipso quadruplex ple-
nitudo invenitur scilicet plenitudo
lucis in corpore i. divine sapie-
in eius mente. Est autem triplex
sapientia sicut dicit Augustinus in libro
de quantitate anime nociva superflua
et necessaria. Sapiencia nociva
est sapiencia humana vel munda-
na. Sapiencia superflua est philo-
sophica. Sapientia necessaria est divi-
na. Igitur in anima sapientiam no-
civam est esse lunam a suo lumine
omnino vacuam. Habere sapientiam
superfluam est esse lunam semi-
plenam. Habere sapientiam necessa-
riam et divinam est esse lunam
i. animam plenam et totaliter
illuminatam. Christus igitur dominus
non assimilatur vacue lune quia
sapientiam humanam et mun-
danam abhorruit. Similiter nec assimilatur
lune semiplene quia sapientiam
superfluam et philosophicam contemp-
sit sed assimilatur lune plene
quia sapientiam necessariam
et divinam dilexit. Secundo dicitur
luna plena quia habuit plenitu-
dinem virtutis in operatione.
Opera enim sua que inter nos ex-
ercuit non fuerunt nec sunt va-
cua nec semiplena sed plena.
In homine quidem tria considerantur
scilicet intellectus affectus et effectus
sive potentia intellectiva affectiva
et operativa. Illi igitur sunt luna
vacua qui habent intellectum va-
cuum divina cognitione affectum dei
amore et effectum bona operatione.
Illi vero sunt semiplena qui
habent fidem sed non habent
amorem nec operationem. Opera
beati Dominici fuerunt plena

quia fuit informata per
fidem et inflammata per amorem.
Unde quidam reprehendit eum qui
non habebat opera plena Apoca-
lipsis. Non enim invenio tua opera
plena coram deo meo. Tertio
dicitur luna plena quia habuit
plenitudinem forme speciei
i. perseverantie. Sunt enim qui
nullam habent perseverantiam
quia nec bene incipiunt nec
bene proficiunt nec bene finiunt.
In talibus est luna vacua for-
ma speciei i. perseverantie.
Sunt qui male incipiunt sed
bene finiunt. Tales habent
semiplenitudinem figuram i. semi-
plenam perseverantiam. Beatus
autem Dominicus deo servivit initio
et in pueritia sua quia adhuc
sub nutricis custodia positus
deprehensus est sepe lectum di-
mittere et super terram decumbere
et in iuventute sua quia li-
bros suos in scolis permanens
vendidit et pauperibus erogavit
et in reliqua etate sua quia
mundum deseruit et soli deo ser-
vivit. Quarto dicitur luna plena
quia habuit plenitudinem ymagi-
nis impresse. Anima quidem facta
est ad ymaginem dei quantum ad
intellectivam memoriam et volun-
tatem. Tunc quidem ymago tunc
est plena quando intelligentia
est deus per fidem in intellectu
per memoriam in memoria
per continuam retentionem. Unde
dicit Augustinus in libro de ymagi-
ne: non sufficit solus intellectus
nisi sit voluntatis in amore dei

hec duo sufficiunt nisi memoria addatur
qua semper in mente intelligentis
et diligentis maneat deus. Quidam
in quibus habet deum in intellectu
per fidem sed non sed non habet
in voluntate per amorem tamen
est imago semiplena quedam
quando autem quis nec deum recte
cognoscit nec vere diligit nec
cuius amor consistit tunc est
vacua sicut et videmus quod pic-
tor primo cum atramento vel plum-
bo designat et describit yma-
ginem in tabula post ea colores
supponit et faciem illuminat. Sic
deus ymaginem suam impressit in
anima quasi in tabula. Deinde
apponit diversos colores virtutum
et graciarum et illuminat faciem
faciem anime. Unde sicut quidam
illuminacionem petebat propheta dicens
illustra faciem tuam super servum
tuum. Ille igitur prelatus qui habet
ymaginem dei impressam per naturam
et coloratam per virtutem et
graciam sed tamen non illuminata
per scienciam habet quodammodo
ymaginem semiplenam et
perfectam. Peccatores autem qui habent
ymaginem deformant sunt
tamen vacua. Licet enim ymago
dei remaneat cum similitudo
tollitur sicut color ymaginis
tolli potest remanente figura.
De talibus conqueritur per prophetam
dominus dicens: ut quid facies
peccatorum sumitis. Quod enim peccator
habet peccata tot habet facies
animam deformantes. Per super-
biam enim induit faciem leonis
per luxuriam faciem porci, per
fraudulenciam faciem vulpis
et sic de aliis. Tercio assimulatur

soli refulgenti et hoc propter
splendorem divine sapiencie.
Eccli. dicitur et quasi sol refulgens
sic iste refulsit in templo dei.
Hec sicut sol refulsit. Tamen sicut
dicit Augustinus in sole tria considerantur
scilicet quod est, quod lucet et quod calet. Sic in
beato namque Dominico instar solis
fuit essencia pura id est vita sancta,
doctrina lucida et caritatis infla-
mata. Secundo autem quod sol amittit
lucem suam quantum ad nos qua-
druplici de causa aut
propter nubis tectionem aut propter
obiectionem aut propter fumi sive
corporis obumbracionem aut propter
terre interposicionem. Propter eum contingit
quod prelatus qui debet esse sol per
radiosam doctrinam et lucidam
vitam obscuratur aut aut per
nubem elacionis et superbie aut
per lunam levitatis et ignorancie
aut per fumum [?] con-
cupiscencie aut per terram cupi-
ditatis et avaricie. Obscuratur
enim quidam prelati a nube elacionis
et superbie ambulantes in ma-
gnis et in mirabilibus supra se de
quibus dicitur Ezech. 32. Solem nube
tegam id est tegi permittam. Et dicitur
superbia nubes quia sursum as-
cendit et cito evanescit. Sed
beatus Dominicus qui fuit verus
sol refulgens obscurari non po-
tuit a nube superbie. Non enim am-
bulavit in magnis neque in mi-
rabilibus super se sed quanto erat sanc-
tior eo inveniebatur humilior. Ec-
clesiastici 32 [illegible] pulchrior
est id est sanctior et mundior descen-
dens scilicet per humilitatem et dormi-

tum meretricibus · i · reputata te demum peccatorum propter hanc humilitatem libere morabatur carcassone ubi omnes eum despiciebant quam tolose ubi eum omnes honorabant Ergo aut prelati volunt honorari et non despici Gregorius Nazarenus in apologetico eos qui primum non virtute et laborum sed ex morum nobilitate immo tesse debemus in verbum claritate clari effici quam fidei puritate Sed quod est infelicius diligenter notamus quis ad dexteram sedeat quis ad sinistram quis in medium et quis excellentior seu excelsior quis recedat humilior vel quis precedat aut quis simul incedat quorum enim absurditas quam plurimam ecclesiarum dei ecclesiis cinavit et multos in initio perpetravit atque mediorum partem sinistram detexit non solum de plebis vocibus de doctoribus et magistris

12

Secundo obscurantur quidam per obiectionem lune i. levitatis et inconstantie Multi enim prelati sunt qui induunt habere vultus graves sed tamen habent actus multum leves qui habent ingentem auctoritatem sed animi levitatem Contra quod sic dicit Bernardus ad Eugenium Monstruosa res est gradus summus et animus infimus sedes prima et vita yma lingua magniloqua et manus ociosa sermo multus et fructus nullus vultus gravis et actus levis ingens auctoritas et levitas nutans stabilitas Ergo aut dimittas non gerit istam instabilitatem sed gerit magnam animi firmitatem Unde dicitur

in legenda Cantamus discubat in hiis que rationabiliter acceperisset constancia et vix aut numquam semel emissam suam dignam deliberatione sententiam mutare Unde potest dici de eo illud Ecclesiastici 27 Homo sanctus manet in sapientia sicut sol nam stultus ut luna mutatur Tercio obscurantur quidam propter fumositatem i. carnalis concupiscencie et obtenebrationem unde dicitur Apocalypsis 9 ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magne et obscuratus est sol et aer de fumo putei et de fumo putei exierunt locuste et data est illis ne occiderent eos sed ut cruciarent et cruciatus eorum sicut cruciatus scorpionis cum percutit Multi sunt quorum cor est sicut fornax accensa ad inflammandum est carnali concupiscencia de quo statuit caligo libidinis obscurans solem i. rationem ut non possit intelligere nisi terrena obscurans aerem id est affectionem ut non possit diligere nisi carnalia et dicitur affectio innuere aer anime quia sicut pulmo trahit aerem ad respirandum sic anima trahit spiritum ad despirandum primo Sed meditari et attrahi spiritum Ex ista autem concupiscentia sepe nascuntur locuste i. cogitationes male que sunt sicut scorpiones qui primo blandiuntur per delectationis suavitatem postea pungunt per consciencie amaritudinem

sibi torqua 38. Ingredietur blande
et in novissimo mordebit ut
coluber. Isto autem furno concupis-
centie divites observare non possunt
suam castitatem integram custo-
diunt quam quidam servant in corpore
et in mente. Ista duplex contine-
ntia dicitur byssus retorta que in
tabernaculo dei offerebatur quia qui
vult perfecte se deo offerre debet
statum duplicem continentie conservare.
Tertio obscurant quidam prelati
per interpositionem terre id est terrene ava-
ritie de quibus dicitur Ieremie 6.
a maiore usque ad minorem omnes
avaritie student. Claustrales autem do-
minus non sunt terrena avaritia
obscurati quia omnia terrena con-
tempsit et paupertatem elegit
unde potest dicere cum apostolo ad Gala-
tas ultimo michi mundus crucifixus est
et ego mundo. Ingenuite pendere
erat tormentum. erat maledic-
tum erat esse cadaver ~~maledictum~~
putridum. Sic autem domino mun-
dus erat crucifixus quia scelus
conversatio secularis erat sibi tor-
mentum. unde dicit Ieronimus
oppidum michi carcer est soli-
tudo paradisus. Seculares autem
reputant illos qui sunt in
claustro esse in patibulo et tor-
mento. Esse etiam in cruce est
maledictio. Sanctus igitur viris mun-
dus est crucifixus quia mun-
danam conversationem reputat ma-
ledictionis speciem iuxta illud Luce
6. Ve vobis divitibus qui in-
habetis consolationem vestram.
Econtra viri autem sancti sunt mun-
do crucifixi quia seculares qua-
dam maledictionis speciem reputat

mundi despitie et claustra mun-
de iuxta illud Deuteronomii 21. Male-
dictus a deo est qui pendet in
ligno. Illud etiam quod in ligno
pendet efficitur cadaver putridum
similiter igitur sanctis viris est cru-
cifixum quia eis tanquam cadaver
putridum fetet. Ysaie 38. De ca-
daveribus eorum ascendet fetor.
Ipsi etiam sunt crucifixi mundo
quia carnalibus fetent sicut odor
unccatus bufonibus et serpentibus
facere consuevit. Dicat ergo quilibet
mundus crucifixus est et ego mundo.
Secundum dicat. Vivere mundane est
michi tormentum. Vivere religio-
se mundanus videtur tormentum.
Maledictionem reputo florere in
mundo. Maledictionem mundus repu-
tat macerari in claustro. Mundus
fetet in sua voluptate ego mundo
fetes de mea et humilitate etc.

Sermo secundus de eodem

Spiritus meus qui est in te
et verba mea que posui
in ore tuo non deficient de ore
tuo et de ore seminis tui dicit
dominus amodo et usque in sem-
piternum Ysaie 59. Vero et fruc-
tuosum predicatore tria conve-
niunt scilicet vita sancta doctrina assi-
dua plebs sapiens et fecunda.
Ista tria specialiter beatum dominicum
commendabilem reddunt. Primum
est vita sancta cum dicitur spiritus
meus qui est in te. Secundum est doc-
trina assidua cum dicitur verba mea
que posui in ore tuo non defi-
ciant de ore tuo. Tertium est plebs
sancta et fecunda cum dicitur
et de ore seminis tui etc. Dicitur

modo et usque in sempiternum vitam videtur sanctam. Istius domus fuit quia sancto spiritu plenus fuit. Ideo dicitur: Spiritus meus qui est in te. Debet namque prelatus habere spiritum dei non spiritum mundi quem habent avari, non spiritum sui quem habent superbi, sed spiritum dei quem habent humiles et devoti. Prelatus namque et predicator debet habere spiritum dei et non tantum predicare verbo sed etiam exemplo. Ille enim qui habet bonam doctrinam et pravam vitam non est plenus spiritu divino sed spiritu maligno. Quare autem debeat habere spiritum per bonam vitam ostendit Gregorius triplici exemplo. Primo quia est pastor ovium gregis in pastorali. Cum pastor per abrupta graditur necesse est ut in precipicium grex sequatur. Nemo quippe amplius in ecclesia nocet quam qui perverse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque redarguere nullus presumit et in exemplum culpa vehementer extenditur quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Secundo quia est medicus. Unde idem: Considerandum est quia cum curam ipse periculi suscipit quasi ad egrum medicus accedit. Qua ergo presumptione percussum mederi properat qui in facie vulnus portat. Secundo quia est intercessor et mediator ad deum. Idem: Qua mente apud deum intercessionis locum pro populo arripit qui familiarem esse se gratie nescit. Item cum is qui displicet ad intercedendum mittitur ira animi ad deteriora provocatur. Tales debent dicere illud Ysa. iii°: Nolite me constituere principem ipsi non sum medicus et in domo mea non est panis

neque vestimentum. Ille profecto non est verus medicus qui vult curare aliena vulnera et nescit sanare sua. Ille non est verus pastor ovium qui in domo sua non habet panem vel pabulum quo oves nutriat sed proprii exempli veneno quo eas occidit. Ille non habet vestimentum qui eum possit mediator ipsum ab ira dei quia non protegit sed nudum divine severitati exponit. Predicator autem qui habet bonam doctrinam sed malam vitam assimilatur ab apostolo cymbalo sonanti. I Cor. xiii°: Si linguis hominum loquar et angelorum caritatem autem non habuero factus sum velud es sonans aut cymbalum tinniens. Sicut enim cymbalum aliis prodest et se consumit, sic talis aliis proficit per doctrinam et sibi nocet per vitam malam. Ieronimus: aut assimilatur cineri. Nam sicut cinis testa lavat se non lavat ymmo seipsum magis inquinat per mala opera, sic talis lavat alios per bona verba se autem inquinat per mala opera. Augustinus: aut assimilatur lapideo canali per quod aqua transit ad areolas et fructum facit; in canali autem nullum fructum gignit ymmo quasi aliquem immunditiam ibi relinquit. Sic per tales transeunt aque doctrine in se in nullus fructus remanet bone operationis sed potius immunditia culpe. Nicolao autem papa: assimilatur face ardenti quia lucet aliis per doctrine irradiationem, se autem consumit pe

vite conversacionem sicut quam electa
maxime commendabilem reddit
et doctrina assidua. Unde dicitur
Et verba mea que posui in ore
tuo. Circa quod notandum quod sunt
quidam predicatores ambitiosi, quidam
presumptuosi, quidam desidiosi
et quidam fraudulosi. Non
talis fuit beatus Dominicus. Non
enim fuit predicator ambitiosus,
ideo dicitur Et verba mea. Predica-
tor enim ambitiosus non predicat
verba dei sed verba sua; non predicat
Christum sed se ipsum. Beatus autem Do-
minicus predicabat Christum sicut aut
Christi servum. ii Cor. iiii. Non enim
nos metipsos predicamus sed Jesum
dominum nostrum, nos autem servos ve-
stros per Jesum. Galat. Aut servus
non fuisset si placeret hominibus
affectasset. Gal. i. Si adhuc
hominibus placerem servus Christi non
essem. Quod enim hominibus placere
vellet patet ex eo quod potius
affectabat vilipendi quam ho-
norari. Unde interrogatus cur
libentius moram traheret Car-
chassone quam Tholose respondit
quia Tholose omnes me honorant,
Carchassone me non sed me omnes
impugnant. Patet ex eo quod vole-
bat potius humiliari quam ex-
altari. Cum electus in episcopum omnino
renuit assensum se potius tiaram
deferre quam electionem de se factam
aliquatenus consentire. Patet ex eo
quod non contempnebat contempni
et non despiciebat despici. Irri-
debant enim ipsi falsarii vilita-
tibus lutum et sputa in ipsum proji-
cientes et pro derisu a tergo
paleas alligantes. Secundo non fuit
predicator presumptuosus, quod
notatur cum dicitur que posui
in ore tuo. Presumptuosi enim

predicatores ponunt verba dei in ore
suo quia non expectant quod ab alio
suo mittantur sed ipsi se mittunt.
Jeremie xxiii. Non mittebam
prophetas et ipsi currebant; non loque-
bar ad eos et ipsi prophetabant. Beatum
autem Dominicum misit pater et filius
et spiritus sanctus: pater dando
sibi potenciam miraculorum, filius
dando sibi sapientiam doctrine,
spiritus sanctus dando sibi dona co-
munia virtutum et graciarum. Et sic
missus est tum miraculis ut duros
converteret, tum doctrinis ut ignaros
doceret, cum graciis et exemplis ut
indevotos attraheret et informaret.
i. Johannis v. Tres sunt qui te-
stimonium dant in celo, vel in beato
Dominico spirituali et celesti: pater
qui sibi dedit miraculorum potenciam,
filius qui sibi dedit predicationis
sapientiam, spiritus sanctus qui dedit
virtutem et graciam. Et sic mi-
ssus est tum miraculis ut duros
converteret. Quidam erant inscii
et ignari et ideo missus est
tum doctrinis ut ignaros do-
ceret. Quidam erant insipidi
et indevoti et ideo missus est
tum graciis et ~~doctrinis~~ exem-
plis ut indevotos attraheret
et informaret. De istis tribus
dicitur Math. ultimo que habuerunt
apostoli et simplices viri. Illi autem
profecti predicaverunt ubique. Ecce
doctrina fructuosa, domino coo-
perante et sermonem confirmante.
Ecce vita graciosa. Tercio non fuit
predicator piger vel desidiosus,
sicut sunt multi qui verba dei
non habent in ore per doctri-
nam sed abscondita tenent in
corde per desidiam. Ideo dicitur
Verba mea in ore tuo. Circa

F cum sunt que abscondi non debet
quando necessitas fuit scilicet sapientia et
thezaurus. De quibus duobus dicitur
Eccl. 41 Sapientia abscondita et
thezaurus invisus que utilitas
in utrisque. Tercium est talentum unde
servus qui unum talentum acceperat
reprehenditur de eo quod in terra ipsum
abscondit ut habetur Matth. 25. Quartum
est frumentum Prov. 11 qui abscon-
dit frumenta maledicetur in populis.
Verba dei non debent a predicatore
abscondi quia sunt sapientia dei
qua indocti instruerent Prov. 9 Testimo-
nium domini fidele sapientiam prestans
parvulis. Sunt thezaurus dei quo
regnum celorum emitur sicut daturum sciebat
se daturum Psalmista dicens Bonum
michi lex oris tui super milia auri
et argenti. Sunt talenta dei que
predicta deo reddimus. Ista sunt ta-
lenta aurea que a Christo sunt emen-
da iuxta illud Apoc. 3 Suadeo tibi
emere a me aurum ignitum probatum
ut locuples fias. Ista sunt eloquia
dei casta que sunt argentum igne
examinatum etc. Sunt frumentum dei
quo fideles dei reficiuntur Matth. 4
Non in solo pane vivit homo
G sed in omni verbo dei. Quintum non
fuit formidolosus sicut sunt multi
predicatores qui timore mundano vel
humano a predicatione desistunt. Ideo
dicitur Non deficient de ore tuo verbo
cum a predicatione desistit nec propter
dampna rerum quia omnia temporalia
contempnebat nec propter comminationes
verborum quia ea parvipendit nec
propter inimicias verborum sive tor-
mentorum quia ea despiciebat.
Unde cum quadam die in porta
H [illegible] patris insidias securus ince-
deret illi nimium stupefacti dixe-
runt ei Utinam non timores hor-
rorem conturbat quid acturus es seu

esses si apprehenderemus te et
ille rogarem vos ne michi
gravi compendio mortem inferretis
inflictis sed successive membra
singula mutilantes demum
sub aspectu oculis meis de-
truncatis membrorum particulis
ipsos eciam oculos eruentes ad
ultimum semivivum laceratum
corpus dimitteretis sic trunca-
tum in suo sanguine volutari. Sexto
quod utique dominicum commendabilem
reddit est proles sapientis et
timida cum dicitur Et de ore se-
minis tui. Semen cum libri domini
ordo predicatorum quem ipse in terra
[illegible] per evangelium fundavit. Tamen
cum ipse ordo fuit casu et fortuitu
inventus vel humana prudencia
institutus sed potius fuit a deo
predestinatus / a prophetis dei prefiguratus /
a viris dei impetratus ab ipsis
viris dei habitu insignitus / a
apostolis dei scientia et constancia
decoratus / a matre dei confirmatus
et decoratus / a beato dominico in-
stitutus / a sanctis dei in celestibus
illustratus. Primo namque a deo
fuit destinatus. Iste enim est ille
servus quem deus misit de quo
dicitur Luce 14 Misit servum suum hora
cene dicere invitatis ut venirent.
Super quem locum dicit Gregorius Hora
cene finis seculi unde dicit
Apostolus nos sumus in quos fines
seculorum devenerunt. In hoc fine
mittitur servus id est ordo pre-
dicatorum ad invitatos per legem
et prophetas et tempus [illegible]
ad gustandum cenam se preparent
Misit autem deus ordinem predica-
torum in mundum et eo quod multis
erat famelicus cibus et pa-
[illegible] vel [illegible] erat famelicus

incipit cum in familiaritatibus sacratis
unde super illud 3 Regum 4 Regis
perfecti necessaria mense regis Sa-
lomonis cum ingenti cura prebebat
in tempore suo sic dicit Glosa: Re-
rum deesset in domo regis ordo
predicatorum discurrendo et loquendo
laborat in mense domini habundet
unde mittant fideles quia mundus
erat aridus nisi Deus ordinem
predicatorum ut aridos irrigaret. Vnde
dicit Cisterciensis in sermone de sancto
Dominico: Fluvius est ordo predica-
torum non permanens in eodem
loco sed extendens se et currens
ut diversas irrigaret terras quia
erat sterilis mundus nisi Deus ordine
predicatorum ut fecundaret inebriaret.
Unde super illud 7 Cant. 7:
Umbilicus tuus crater tornatilis
dicit Januensis quia per craterem
nisi predicatorum ordinem intelligitur
qui nimium mentibus auditorum
celestibus doctrinis vinum propinant
et eos inebriant. Secundo iste ordo
fuit a prophetis prefiguratus et maxime
Zacharias 6 ubi dicitur: in prima quadri-
ga equi rufi in secunda equi nigri
in tercia equi albi in quarta equi
varii et fortes. Per equos rufos
intelligitur ordo fratrum minorum qui
Dei amore rubicundi et caritate
nimia inflammati terrena despici-
unt. Cant. 8 dicentes: Si dede-
rit homo omnem substantiam domus
sue pro dilectione quasi nichil
despiciet eam. Per equos nigros
intelligitur ordo monachorum
nigrorum, per albos vero mona-
chorum alborum. Unde dicit sponsa
Cant. 1: Nigra sum quantum ad
monachos nigros sed formosa
quantum ad monachos albos. Per
equos varios et fortes intelligitur
ordo predicatorum qui tanto tempore

latuit sed ipse varietate virtutum
Unde dicitur de sponsa in psalmo:
Astitit regina a dextris tuis in
vestitu deaurato circumdata varietate.
Tercio iste ordo fuit a matre domini
impetratus. Unde legitur quod quidam
monachus qui ante tempus ordinis insti-
tucionem vidit beatam virginem in
genibus flexis pro humano genere
Christum orantem. Cui ait Christus:
Quid possum amplius facere? Misi
patriarchas et prophetas et parum se
emendaverunt. Veni ergo ad eos
ego deinde misi apostolos et me
et illos occiderunt. Misi martires
confessores et doctores et nec illis
acquieverunt. Sed quia non est fas
ut tibi aliquid denegem dabo
eis predicatores meos per quos
illuminari valeant et mundari.
Per idem eciam tempus quidam vir
sanctus vidit Christum in aere tres
lanceas in manu tenentem et
eas contra mundum iacere volentem.
Ad quem virgo beata Dominicum et
Franciscum adduxit dicens quod
illi contra mundum certabunt et
mundum suo domino subiugabunt.
Unde super illud Psalmi 20: Con-
gregavit Joab exercitum et vasta-
vit terram filiorum Ammon etc. dicit Glosa:
Joab bellum inchoavit, David vero
perfecit. Christus enim bellum agit:
tum predicatorum ordo contra mundi
potentes scutum fidei opponit
sed finis certaminis et triumphus
ad Christum refertur qui operatur in
nobis et velle et perficere. Item super
illud Psalmi: Rex magnus super
omnes deos dicit Glosa: Cui ordo
predicatorum fuit per sermonem
evangelii efficax associando fideli

Quarto fuit iste ordo ab ipsa matre
dei habitu insignitus qui ad in-
principio aliud habitum quem modo
deferunt ergo beata habitum quem
modo deferunt beato dominico et
magistro Reginaldo ostendit et ut
induerent precepit ad innuendum quod
deberent esse induti et nigredine
humilitatis et albedine puritatis
et varietate multiplicis virtutis decoris.
Glo. Ordo predicatorum accipiendo
scalam glorie et respiciendo se consu-
matione virtutum indicavit dignitatis
sue et ornamentum fidei et veritatis
bone operationis demonstrat. Quinto fuit
ab apostolis dei sciencia et constancia de-
coratus et confirmatus. Tam et
petrus et paulus sibi apparuerunt.
Cui petrus baculum paulus vero
librum tradidit dicens vade predica
quoniam a deo ad ministerium es electus.
Per lignum signabatur donum sciencie,
per baculum fortitudo constancie.
Ista s. scientiam et constanciam ordo
predicatorum accepit. Scientiam quidem
accepit unde super illud Ezech. 2.
Ecce manus missa est ad me
in qua erat involutus liber et
pandit illud coram me sic dicit
Greg. Sicut per prophetam predicatorum
ordo sic per librum que accepit
scripture sacre pagine designatur.
Liber autem involutus est quia scrip-
ture sacre eloquium est obscurum
quia profunditate sensus involvitur
ut non facile sensus omnium pene-
tretur. Accepit etiam constanciam
quia instar leonis nullum metuunt
sed peccantes fiducialiter reprehendit.
Prov. 30. Leo fortissimus bestiarum
ad nullius pavebit occursum unde
super illud Eccl. Beniamin stantes
super sex gradus habent atque inde
stant quia honoris apicem conse-
quuntur et inde doctrinis tegu-
plus nimirum etant. Sexto fuit
iste ordo a vicario dei confirma-
tus cum summus pontifex beato
dominico petenti confirmacionem or-
dinis se difficilem exhiberet
sequenti nocte ecclesiam lateranen-
sem ruine apparuit. Sed beatus domini-
cus humeris eam sustentare
apparebat. Sue peticioni consensit.
Heretici enim et scismatici ecclesiam
dei plurimum infestarent nisi ordo
predicatorum eis resisteret unde super
illud Hest. 2. Duo eunuchi regis
qui ianitores erant voluerunt regem
interficere quod mardocheum non latuit
dicit interlinearis i. ordinem predicatorum
et glossa marginalis sic dicit mani-
pulum in duobus eunuchis scis-
maticos qui fraudibus et mali-
venenum tamen conspirantes contra
veritatem complicant et eam cre-
dentibus auferant et regem i. chri-
stum in ipsis fidelibus interficiant.
Sed eorum iniquitatem sancti doc-
tores manifestant ut innocentes
salvent et illi insidie ipsorum
puniantur. Quia igitur ecclesia ab in-
fidelibus opprimebatur ideo deus su-
scitavit scilicet predicatorum ordinem qui
oppressurus est unde sic illud
Utilem rationem in tempore suscitabit
dicit Glo. interlinearis i. ordinem
predicatorum. Septimo fuit a beato
dominico institutus. Mundus quidem tunc
oppressus erat quia multis erat in val-
tantum multis tunc mutatus erat ar-
mis spiritualibus spoliatus erat in
amore dei et proximi tepidus.
Quia igitur erat oppressus institutus
beatus dominicus ordinem predicatorum
qui oppressos erueret unde super illud

Genie 27 Audiuit abimalech
archisops vir omnium eius quia
maritus germanus in lacu etc.
ut dicit Glo. iste archisops omni-
bus qui timore et amore dei
spiritus eripuit signat predica-
tores degeneraliter qui se ipsos castra-
uerunt propter regnum celorum qui
uere caritatis instinctu nunquam
ipsos student verbo et exemplo
de fonte predicationis eruere. Quia
mundus erat multis institutor or-
dinem predicatorum ut spiritualem
culturam perficit ut scilicet esset ara-
tor et seminator messor et calca-
tor. Unde super illud Amos 9
comprehendet arator messorem
et calcator uve mittentem semen
dicit Glo. id est quos omnibus singularitate
ordo predicatorum. Quia erat in vasis
contumelie diu mutatus instituit
ordinem predicatorum qui vasa
contumelie in vasa glorie diu mu-
taret. Unde super illud Eccl 38
Sicut figulus sedens ad opus suum etc.
dicit glo. id est ordo predicatorum
qui per diuersa officia ministerium
suum agunt doctrinam secundum au-
ditorum tractant qui fragiles et
infirmos verbis et exemplis formant
ut vasa in honorem faciant.
Quia mundus erat spiritualibus ar-
mis spoliatus instituit ipsum or-
dinem ut arma spiritualia fa-
bricaret. Unde super illud Eccl 38
Sicut faber ferrarius sedens iuxta
incudem etc. glo. id est ordo predica-
torum iuxta durum pectus uitio la-
borem qui spiritualia arma fa-
bricat. Quia mundus erat in amore
dei et proximi tepidus insti-
tuit ipsum ordinem qui isto du-
plici amore flueret et alios
inflammaret. Unde super illud Cant

quarto videt duos fratres etc. Glo. de
unitate fraterne dilectionis appro-
bauit sine qua nullus in ordine
predicatorum admittitur. Unde etiam or-
dinauit beatus dominicus ut bini
et bini incederent et propter honestate
et propter testimonium et propter communem
caritatis exemplum. Octauo est
a sanctis gloria illustratus tam tu
in gloria sunt tres ordines scilicet mar-
tires confessores et virgines. Martires
ipsum illustrant quia unum de ipsis
collegio scilicet beatum petrum in suo ca-
thalogo recepit. Confessores
ipsum illustrant quia unum scilicet do-
minicum in suo consortio admiscuit.
Virgines ipsum illustrant quia duos
sanctos scilicet petrum et dominicum in suo
choro recepit. Primum aureolus utriusque vir-
ginitatis gloria dotatus fuit. Quod ipsis
cum sanctis est ordo ipse multipli-
citer coram fidelibus et infidelibus
exaltatus. Unde super illud Hester 10
Exaltauit scilicet rex assuerus mar-
dochium dicit Glosa id est ordinem
predicatorum coram fidelibus et in-
fidelibus etc. / Sequitur sermo
tercius de beato dominico /

Lex veritatis est in ore
eius et iniquitas non est
inuenta in labiis eius In
pace et equitate ambulauit
mecum et multos auertit ab ini-
quitate Malach. 2 Recte perfec-
tionis est quando quis habet ea
que requiruntur ad se ipsum ad
deum et ad proximum. Talis
fuit beatus dominicus qui fuit
perfectus quantum ad se ipsum quia non
tum dicit / Lex veritatis fuit
in ore eius et iniquitas non
est inuenta in labiis eius

Fuit perfectus quantum ad deum quia natura
tum dicitur In pace et equitate
ambulavit mecum // Fuit perfectus
quantum ad proximum quia natura cum dicitur
et multos avertit ab iniquitate. Pa-
rum perfectio quantum ad se ipsum consistit
in duobus scilicet in veritate scientie
et doctrine cum dicitur / lex veritatis
fuit in ore eius. Secundo in sanctitate
vite cum dicitur / et iniquitas non
est inventa in labiis eius. Circa
primum notandum quod est quadruplex
lex scilicet cupiditatis vanitatis iniquitatis
et veritatis. Et ista quadruplex
lex tangitur Jacobi 3 Non est ista
sapientia desursum descendens
sed terrena animalis dyabolica. Circa
desursum est sapientia primum quidem
pudica est et prima ista lex est
cupiditatis que est lex advocatorum
quam tangit Jacobus cum dicit
terrena cum lingua eorum venalis
est dum veritatem vendunt
aut ipsam impugnando. Michee 3
Si quis non dederit in ore eorum
quippiam sanctificant super eum pre-
lium. Ysaie 5 Ve qui iustificatis
impium pro muneribus [illegible]
et iustitiam iusti aufertis ab
eo aut ip[illegible] veritatem tace-
re / aut ipsam veritatem taceo
Ecci 20 Xenia et dona ex-
cecant oculos iudicum et quasi
mutus ab ore avertit correptiones
Unde refert Helinandus quod cum
Demostenes contra Philippum
regem Macedonum a senatu
Atheniensium in patrocinium peteretur
simulata supra infirmitate lecto de-
cubuit et inutiliter respondit /
Sopati morbum simulantem
qui a quodam de mutis mer-
cennariis ... est responsum ...

non synanchen patitur sed argentan-
chen. Idem etiam Helinandus dicit ange-
lum predicatores dampnificati c...
ut dici solet simul argen-tum
victa lingua apud ipsos ipsum
silentium venale est / Secunda est
philosophorum que est lex vanitatis
quam tangit Jacobus cum dicit
animalis. Circa quod dicitur 1 Cor 2
Animalis homo non percipit ea
que sunt spiritus dei stultitia
enim est illi / De talibus etiam dicitur
Ro 1 dicentes enim se esse sapi-
entes stulti facti sunt. Et va-
nitatis. Circa quod sicut dicitur Sap
13 Vani sunt omnes homines in
quibus non subest sapientia dei
De tali vana scientia sic dicit
Ysidorus in libro de summo bono
Multum mundi philosophi predicantur
in inventione temporum cursusque
siderum atque discussione ele-
mentorum et tamen hoc non ad
habuerunt volantes enim superi-
us aves ad celum et demergentes
in profundum ut pisces maris
gradientes ut pecora terram
multum scripserunt volunt tamen
mente auctorem intelligere non
valuerunt // Tertia est lex in-
iquitatis que est malorum quam
tangit Jacobus cum dicit dyabo-
lica. De qua dicitur Sapie 2o Sit autem
fortitudo nostra lex iniustitie
De qua dicitur Jeremie 4 Sapientes
sunt ut faciant mala bene
autem facere nescierunt. Ista est
sapientia carnis et mundi et
dyaboli que aliquando in aliquibus
clericis invenitur et ideo a pre-
dictis sepe trahitur in complici-
tatem ... Rome post summum hoc
factum cum sacerdotibus ... hoc

cit dicitur Genesis 2 [?] Quod
filiis respondebunt remquid [?]
nunc vivit virtus secundum ei sed
regnum celi placitatis ad colen-
dum eam per mulieres simplici-
bus et infirmi / per viros vero cle-
ricos et prelatos intelliguntur terrena
scilicet prudencia mundi que sepe
regnat in celo i. in multis
qui sunt de ecclesia militanti
Regnum vero celi placentibus facit
mundo quod que placent mundo
fugit Sed si aliquando subditi de
hoc reprehenderint se excusant
quia hoc habent ab eis i. clericis
et prelatis / Tercia est lex vani-
tatis et claritatis qua tangit
Jacobus cum dicat Que autem de
sursum est sapientia etc. que est
hec scientia de qua Sapientie dicitur 10
dedit illi scientiam sanctorum et hec
dicitur Johannis 17 Hec est vita
eterna ut cognoscant te solum
verum deum etc. Christus igitur dominus
habuit legem cupiditatis quia
omnia terrena contempsit Unde
poterat dicere cum apostolo Philippenses 3
Que michi fuerunt lucra hec
arbitratus sum propter Christum detrimen-
ta nec habuit legem vanitatis
quia philosophica dogmata vilipen-
debat et vilipendit dicens cum
apostolo 1 Cor 2 Nos autem non
spiritum huius mundi accepimus sed
spiritum qui ex deo est que et lo-
quimur non in doctis sapientie
humane verbis sed in doctrina spiritus
sancti Item nil iudicavi me
scire inter vos nisi Jesum Christum
et hunc crucifixum / Nec habuit
legem iniquitatis quia innocen-
tiam custodivit prius Custodi

innocentiam Sed habuit legem
veritatis quia in ea studuit et
eam amplexatus fuit Proverbiorum 4
Arripe eam et exaltabit te et
glorificaberis ab ea cum eam fueris
amplexatus Unde interrogatus in
quo libro amplius studuisset Respondit
in libro caritatis / Secundo comparat eum
perfecto quantum ad se in sanctitate
vite cum dicitur Et iniquitas non
est inventa in labiis eius Amen
dicit et plus signat Nec tamen po-
suit in eo aliqua iniquitas sed
pocius in eo fuit omnimoda sancti-
tas perfectio Aut sanctitatis sex
sunt signa. primum est uberior
fletus Augustinus Quanto enim quisque
est sanctior et sancti desiderii
plenior tanto fit eius fletus
in oratione uberior Istud signum
habuit beatus Dominicus Unde de
eo dicitur Specialem sibi deus graciam
contulerat flendi pro peccatoribus
miseris et afflictis // Secundum signum
est mundi despectus Nam sanctus
in greco dicitur agyos i. sine
terra quia ille vere est sanctus qui
est sine terra audiente [?] ut dicit
Dionisius de divinis nominibus
Istud signum habuit beatus Dominicus
quia mundum despexit et quantum
ad divitias quia paupertatem e-
legit / et quantum ad delicias quia
dignitatem [?] spernavit / et quantum
ad honores quia episcopatum fugit
et sic omnia mundana despici-
ens in celo semper conversatus fuit
Legitur Apocalypsis 12 Quod signum
magnum apparuit in celo scilicet mulier
amicta sole et luna sub pedibus

6

cuius et in capite eius corona xii
stellarum / Sancti enim viri in bono
opere tamquam mulier fecundi ha-
bent solem tamquam vestem quia
in celo sunt per conversationem
lunam vero i. temporalia mutabilia sub
pedibus habent quia ea despiciunt
et contempnunt et in capite xii
stellarum id est exemplum xii
apostolorum qui omnia contempserunt
~~et in capite xii stellarum~~ Tertium
est mentis excessus qui atte-
statur maxime sanctitati et pro-
venit ex immenso amore Dyonisius
est autem extasim faciens divinus
amor non dimittens sui ipsos
esse amatores sed amandorum
Istud signum habebat apostolus qui
dicebat 2a cor. 5o Sive mente
excedimus deo sive sobrii sumus
vobis / Istud etiam signum habe-
bat propheta qui dicebat Ego di-
xi in excessu meo omnis homo
mendax. Quartum sicut habuit b.
dominicus de quo legitur Quod
frequenter et maxime quando christi
corpus tractabat in missa in tan-
tum mentis levabatur excessum ut
vix putarent eum videre / Quintum
signum est moriendi desiderium
Istud autem desiderium non est
omnium sed sanctorum / Augustinus in
libro de doctrina christiana Caritas
inchoata incipientia est caritas
provecta / iusticia est caritas ma-
gna / magna iusticia est caritas
perfecta / perfecta iusticia est que
tanta maior nulla est in hac vita
quando pro illa ipsa contempnitur
vita / Donum caritatis nascitur na-
ta nutritur nutrita roboratur

roborata perficitur et cum
perfecta fuerit dicit cupio dissolvi
et esse cum christo / Istud signum
habuit beatus dominicus de quo
dicitur Dicebat fratribus dominus
mortuum sicut sitit cervus ad fontes
aque fluvia // Sextum signum
est appetitus celestium / Sancti
enim viri semper sunt in celo
per amorem et conversationem et
numquam conversantur in terra sicut
avari propheta unus oculos suos sta-
tuerunt declinare in terram
Quidam in aere sicut superbi
Osee xii Effraim pascit
ventum et sequitur estum i.
sequuntur aves volantes Quidam
in aqua sicut luxuriosi Gen. 49
Effusus es sicut aqua non
crescas quia ascendisti cubile
patris tui et maculasti stratum
eius Quidam in igne sicut
iracundi propheta unus / Supercecidit
ignis scilicet iracundie et non
viderunt solem i. lumen veritatis
Quidam in celo sicut viri
contemplativi de quibus ait
apostolus qui dicebat philippenses 3
nostra conversatio in celis est Ex
super natura nil debet habe-
re mens qui vult esse celestis
hec est proprietas ignis naturalis
ut semper sursum tendat Sic
et homo qui spiritum in se habet
igneum semper ad superiora festinat
Signum istud de celestibus beatus
dominicus habebat qui per amorem
semper in celo erat unde dicitur
de eo Noctes celo perlustravit
luna die cum ... semper

consortium est facilis in impetrando
gratias. Sancti in gratia quales
a deo postulant facile impetrant.
Psalmus: Clamavit ad me et ego
exaudiam eum. Ysa. 65. Ad-
huc illis loquentibus ego audiam.
Istud signum habuit beatus Dominicus
qui legitur dixisse numquam a deo
aliquid petii quod non assequerer
iuxta votum. Secundo beatus Do-
minicus fuit perfectus quantum ad
deum cum dicatur: In pace et equitate
ambulavit mecum. Malachie. Perfectio
in duobus fuit. Et quia numquam
a dei voluntate discordavit
et quia se deo totaliter
mancipavit. Sed a dei quidem voluntate
numquam discordavit et ideo cum
ipso in pace ambulavit. Item
sicut dicitur Iob 9: Quis restitit
ei et pacem habuit? Concordat autem
illam voluntatem dei de qua dicitur
Ro. 12: probetis que sit volun-
tas dei bona beneplacens et perfecta.
De quibus verbis habetur quod
est voluntas dei placens et bene-
placens et perfecta. Bona respi-
cit prohibita, placens respicit pre-
cepta, beneplacens respicit con-
silia et perfecta respicit super-
erogata. Beatus igitur Dominicus
fecit voluntatem dei bonam
quantum ad prohibita que vitavit. Iob
27: Neque enim reprehendit me cor
meum in omni vita mea, quia
nec in pueritia quia lectum dimi-
ttebat et super terram nudam
iacebat quasi iam carnis de-
licias abhorreret, nec in adole-
scentia quia tunc liberales sc-

ientias apicibus nunc vacabat,
nec in iuventute quia tunc
regularem ordinem intravit,
nec in virili etate quia tunc
ordinem predicatorum instituit pau-
pertatem elegit verbum dei ubique
predicavit. Implevit secundo volun-
tatem dei placentem quantum
ad precepta que servavit unde
poterat dicere illud Math. 19: Hec
omnia scilicet precepta dei servavi
a iuventute mea. Multi tamen
sunt qui studiosius servant
traditiones quam iussiones
divinas. Augustinus in libro con-
fessionum: Vide domine quam
diligenter observant filii hominum
pacta litterarum et sillabarum accepta
a prioribus locutoribus et a te
accepta eterna pacta perpetue sa-
lutis negligunt, ut qui contra
disciplinam gramaticam sine
aspiratione prime sillabe hominem
dixerit. Et omnibus implevit
etiam dei voluntatem benepla-
centem quantum ad consilia que
super precepta addidit servans
illud Math. 16: Si quis vult ve-
nire post me abneget semet-
ipsum et tollat crucem suam et
sequatur me. Ipse enim abnegavit
semetipsum voluntati proprie ab-
renuntiando, crucem suam per
continentiam macerando et
secutus est Christum pauperem rebus
abrenuntiando. Implevit etiam
voluntatem dei perfectam quantum
ad supererogata que consiliis
addidit que sunt tria opera
privilegiata scilicet predicare quod est

opus domini in Luce 3 et aliis civita-
tibus oportet me evangelizare
regnum dei quia ad hoc missus
sum, et beato domino principes
apostolorum apparentes dixerunt quia
ad hoc missus a deo est ut electis
virginitatem suadere quod est opus
angelicum Luce 3 In resurrectione
neque nubent neque nubentur sed
erunt sicut angeli dei in celo
Jeronimus In carne et preter carnem
vivere non est humanum sed angeli-
cum et ideo de beato domino dicitur
florem pudicitie suavis illiba-
tum etc. Martirem se deo
optavit quod est ultimus tribulationis
modus Cum inimica patris sibi
insidias tenderet non solum non time-
bat sed eciam alacer invadebat
paratus cum aliquo talem passionem
pro Christo retribuere [illegible] Quid re-
tribuam domino pro omnibus que retri-
buit mihi calicem salutaris
accipiam. Tercio beatus ambulavit cum
deo in caritate eo quod totam
vitam suam deo mancipavit
Multi autem sunt qui cum deo inequaliter
dividunt quia peiorem partem
dant deo meliorem mundo et
dyabolo scilicet de corpore suo de
tempore suo et de opere suo et de
re sua. Nam de corpore suo
dant dyabolo iuventutem deo
autem senectutem Osee 7 Comme-
derunt alieni id est demones qui
sunt alieni a gloria celesti robur
eius id est iuventutem et ipse nesci-
vit id est se nescire ostendit sed
et cani effusi sunt et ipse ignora-
vit id est ignorare se ostendit
De corde suo dant deo intellectum
per fidem et mundo affectum per
amorem Ad Tytum 1 Confitentur
se nosse deum factis autem negant.

De tempore suo dant dyabolo tempus
presens et prius quia et corpus presens
consumpserunt et prius in vani-
tatibus expenderunt. Deo autem volunt
dare tempus futurum dicentes ad
penitentiam agam cum senex illud fu-
erit in tantum Ecc 9 nescit homo
utrum odio vel amore dignus
sit sed in futurum servantur
incerta. De opere suo dant deo par-
tem exteriorem scilicet operis apparentis
apparenciam sibi autem retinent me-
liorem interiorem scilicet vanam gloriam
et intencionem obliquam. Mat.
23 Omnia opera sua faciunt ut vi-
deantur ab hominibus. De sua re dant
deo vilia sibi retinent preciosa sicut
fecit Cayn qui spicas corrosas deo
obtulit et sibi pulcras retinuit et
licet dicat Gregorius de rebus domini
in libris divitibus vocantur superflua
debent pauperibus necessaria vero
proprie dant pauperibus vilia dicit
enim Jeronimus super Malachiam tanto maius
est deo dare quod dedignatur
homo minister [illegible]
illius cui ministrant delicata et
sumptuosa dare putant ideo dicit
Ecc 18 Dignabis deo oblacione
offer. 18 Tunc offerebat de
decimis tuis et in dominica de
primitiis optima et electa erunt
Sextus autem dominus non sic cum
deo inequaliter ambulavit qui toto
corpore suo toto tempore suo totum
opus suum et totam rem suam
deo obtulit. Tercio fuit perfectus
quantum ad proximum ut dicitur et inde
auctus ab iniquitate [illegible] quia
verba doctrine et exemplo vite
verba quidem doctrine quia assidue

corrigebat et vitia compescebat. Iere. primo: posui verba mea in ore tuo ut evellas et destruas. Unde in spiritu in pectore ad modum canis ex morsu dicitur in Ecclesiastico. ... cum habitaverit ... Unde in ipso tabernaculo mansuetudinis per totum ... sic in ipso cum obiurgabat et demulcebat et nutriebat. Obiurgabat malos latratu increpationis, demulcebat bonos lingua lenitatis exhortationis, et inflammabat omnes ad regulam amoris. 2 Thimo. 4o: argue bonos scilicet exhortando, obsecra omnes scilicet ad viam bonam inducendo, increpa malos scilicet obiurgando. Et ideo in archa Moysi erant manna virga et tabule. Ita in beato Dominico qui fuit archa dei fuit manna dulcis exhortationis quo ad bonos, fuit virga correctionis quo ad malos, fuit lex amoris quo ad omnes. Item illa exhortatio et increpatio de fonte amoris procedebat. Unde videre tamen dei latrantem in demulcentem et mordentem. Ita enim Galathas quosdam erant mali, quosdam boni. Unde malos dure obiurgabat dicens Galathis 3o: o insensati Galathe quis vos fascinavit veritati non obedire? sic stulti estis ut cum spiritu ceperitis nunc carne consummamini. Bonos dulciter ammonebat dicens Galathis 4o: filioli mei quos iterum parturio donec formetur in vobis Christus. Omnes autem ad dei amorem suo exemplo inflammabat dicens Galathis 2o: Christo confixus sum cruci; vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus. Tullius in libro De amicitia: monendi sunt sepe amici et obiurgandi sic tamen sit

tamen ut ammonitio acerbitate et obiurgatio contumelia careat. Sed verum est quod familiaris meus Terentius ait: obsequium amicos, veritas odium parit. Molesta est veritas quia ex ea nascitur odium quod est amicitie venenum. Sed obsequium multo molestius quia peccatis indulgens precipitem amicum ferri sinit. Cum autem auris veritati clausa sit ut ab amico verum audire nequeat huius salus desperanda est. Et amore igitur et moventur amplius est vere amicitie in alterum liberum facere ... ipse alterum patitur suscipere. Secundo autem vitia ab iniquitate exemplo sue vite. Eius enim cum vita omnibus erat sanctitatis forma. Distinguit autem Augustinus in libro De civitate dei triplex genus vite scilicet ociosum actuosum et ex utroque compositum. Primum consistit in ocio contemplationis, secundum in labore actionis, tertium in excellencia perfectionis. De duobus primis dicitur de eo vite celi perlustrans: hinc ecce genus vite quod consistit in ocio contemplationis. De tribus autem verbi semita ecce genus vite quod consistit in labore actionis. Quintum est quod legitur Levitici 3: pectusculum elevationis et armum separationis dedit filiis Aaron. Et Gregorius pastoralis: in pectore intelligitur sublimitas contemplationis, in armo labor operationis, quia prelatus quanto est maior ordine tanto debet esse laboriosior in operatione et devotior in contemplatione. Unde dicitur de Paulo primi ... amor ad ... ab ... [illegible]

et supereminebat super omnem
hominem. Tertium genus vite quod consi-
stit ~~in perfectione~~ in excellentia per-
fectionis sicut similiter b. dominicus.
Est autem perfectio excellens que con-
sistit in preceptorum observatione est
excellentior que consistit in consi-
liorum additione est excellentissima
que consistit in supererogatione.
Primam perfectionem beatus dominicus
habuit dum adhuc esset laycus.
Secundam dum factus est regularis
canonicus. Tertiam dum factus
est vir apostolicus. In hoc autem tercio
statu multa ipsis consiliis superero-
gavit. Nam consilio paupertatis super-
erogavit nec habere proprium non tantum
in speciali sed etiam in communi. Consilio
obedientie addidit similiter obedi-
enciam non solum usque ad contume-
lias verborum nec usque ad iniurias
verberum sed etiam usque ad mortem.
Consilio castitatis addidit quia non
solum fuit contentus similiter casti-
tatem continere sed etiam servavit
virginitatem castitatis munditie etc.

Sermo quartus de eodem

Misit servum suum dicere hora cene
invitatis ut venirent quia
parata sunt omnia. Luce 14. Ista fuit
maxima ambasiata quam per
servum suum beatum dominicum pater-
familias fecit. Quamvis habuit
mane meridiem et vespere et in
quolibet statu mundi deus semper
suos servos misit. Nam fuit
prima etas que fuit ante legem in
qua misit patriarchas. Secunda
fuit media etas in qua data est
lex que est quasi etas media
inter primam et ultimam et tunc
misit prophetas. Tercia est ultima
etas in qua nos sumus in qua

misit apostolos et doctores et
predicatores. Et quia beatus dominicus
fuit unus de magnis servis dei
per quem ad quandam genus humanum
ambasiatam valde magnam mi-
sit. Ideo bene dicitur Misit servum
suum etc. Ambasiata autem potest dici
magna quatuor modis aut quia
est magnus ille qui mittit
aut quia est magnus nuncius qui mittitur
aut quia sunt magni illi ad quos
mittit aut quia est magna causa
propter quam mittit. Si enim papa mittit
cardinalem ad imperatorem pro
reformatione imperii et exaltatione
fidei christiane propter talis ambasiata propter
ista quatuor magna esset. Verum
igitur ambasiata de qua hic agitur
magna est. Primo ratione illius
qui mittit unde notandum quod dicitur
Homo quidam fecit cenam magnam.
Iste homo est deus qui dicitur
paterfamilias eo quod tres mag-
nas familias possidet. Unam
in celo que est familia triumphan-
tium. Johannis. Secunda est mi-
litantium alia in mundo que
est familia militancium. Job 7.
Militia est vita hominis super terram
et sicut ~~dies~~ dies mercenarii
dies eius. Tertiam habet in in-
ferno que est familia incarce-
ratorum. Ysaie 24. Congregabuntur
congregatione unius fascis in la-
cum et claudentur ibi in carcere. Secundo
ex parte illorum ad quos mittit
unde notandum cum dicitur dixit invitatis.
Invitatus est enim ad omnes electos et
predestinatos qui quidem sunt ami-
ci dei quia amici dei. Johannis 15.
Vos amici mei estis si feceritis
ea que ego precipio vobis et

quia hebrei et filii dei dicuntur
aut filii et hebrei quia redempti
magno precio dei Esaie Empti estis
precio magno Tercio fuit magna
mutacione cause propter quam misit quod
notatur cum dicitur duce mutatis
et venerunt scilicet ad terram ista
terra est terra refectionis in qua fi-
nalis erit panis de quo dicitur
Luce 14 Beatus qui manducabit
panem in regno dei de quo pa-
ne dicitur Johannis 6 Ego sum panis
vivus qui de celo descendi et
potus sacius erit vino letificati vel
et inebriamus proverbiorum vinum leti-
ficat cor hominis Canticorum v comedite
amici et inebriamini karissimi
ex racione aut patria compescabuntur
alia omnia fercula que sufficient
replebimur Johannis 14 Domine
ostende nobis patrem et sufficit
nobis Quarto fuit magna racione
munerum quem misit quod notatur cum
dicitur primo sunt terra ante
commendabilia in primo commendabilis
est fidelitas tali cum mireris
bene fideles ideo dicitur Mathei
24 Quis putas est fidelis ser-
vus et prudens etc. q. d. rarus
ideo dicitur Ecclesiastici 33 Servus si
est tibi fidelis sit tibi sicut
anima tua Beatus autem dominicus
habuit ad deum veram fidelitatem
Tercia cum scilicet corporis animam et res
temporales a deo accepit de quibus
sibi fidelitatem instituit magorum tributa
persolvit Primam de carne persolvit
mirram mortificacionis de
mente thus devote oracionis
de rebus temporalibus aurum liberali-
tatis largicionis Solvit quidem
de carne sua mirram morti-
ficacionis et sicut magi cristo
puero mirram obtulerunt

Sic et ipse ad quem puer carnem
mortificabat dum lectum dimi-
ttens in terra iacebat Secunda sicut
dicitur proverbiorum 22 Adolescens iuxta
viam suam gradietur et cum senue-
rit non recedet ab ea Et quia
triplex est racio prima est propter
profundam impressionem et ista
locum habet in bono et in malo
in bono sicut vas recens fictile
profunde imbibit profundam et
divinam inspiracionem quam semper
retinet per spiritus sancti calefactionem
proverbiorum factum est cor meum tamquam
cera liquescens i. molle ad
facile recipiendum divinas inspira-
ciones sed per quem modum cera est
molle i. firmum factum est et facile
ad eam impressionem retinendum Secunda
causa locum in malo Secunda sicut
dicitur proverbiorum 20 qui delicate a
pueritia nutrit filium suum postea
senciet eum contumacem Secunda
propter crebram assuefactionem Con-
suetudo enim est altera natura et ea
que in naturam vertuntur difficile re-
linquuntur et habet hoc locum in bo-
no et in malo In bono quia
sicut dicitur hebreorum 5 perfectorum est
solidus cibus eorum qui pro consuetu-
dine exercitatos habent sensus
habet locum in malo unde
dicitur de illis qui sunt in malo
assueti Sapientie 12 Non ignorans
quoniam iniqua est nacio eorum et
naturalis malicia ipsorum Jeremie
13 Si mutat ethiops pellem
suam aut pardus varietatem
suam et vos poteritis benefa-
cere cum didiceritis malum Tercia est
propter iustificacionem et mancipacionem
Dani cum aliquem abstraxisset

se mancipetur per usum longi
temporis in cuius domum transferuntur
et ipsum locum est in bono et in ma-
lo. In bono quia fruentes deo
sufferunt in eum a deo quia ca-
dere non possunt ab eo. 1 Joh. 3
Omnis qui in eo manet non peccat
et infra Omnis qui natus est ex deo
peccatum non facit quoniam semen ipsius
in eo manet. i. gratia quam deus
serit in corde suo. Item habet
locum in malo. Unde dicit Crisostomus
super Matheum Fuge de mundo et de
voluptatibus mundi ne forte diu
vivens in possessione eorum eius
fias contra ius suus ipsius. Sicut enim
in communibus homo si diu manet in pos-
sessione vel domo potestatis sue po-
tentis alicuius et prudenti sunt com-
moratus per possessionem longi temporis
usurpat eum in servitute. Sic et
homo si diu sit in possessione
dyaboli per possessionem longi
temporis vendicat sibi dominium super eum
ita ut nemo possit eum de ditione
dyaboli liberare. Secundus igitur dominus
in sua puericia voluit deo servire
et tenor etatis sibi presumendus
impiriter ut sibi quodam modo
in naturam vertitur ut in die dum
totaliter transiret. Unde dicitur de eo
quod postquam aliquid seculare eius
illabitur animo traditus est eccle-
siastico imbuendus officio ut sic
addiscens velud testa imbibit quod
post modum antiquata servatur timore
pudoret. Tercia igitur beatus dominicus
mirram mortificationis deo ob-
tulit. Potest sibi convenire illud quod dicitur
Cant. 1o Manus mee distilla-
verunt mirram et digiti mei
pleni mirra probatissima.
Secundo enim non habent mirram
amaritudinis mirram distillantem

et probatissimam mirram. Se-
cundo beatus dominicus habuit mirram
i. mortificationem carnis amaritudinem
suavem illud quod dicitur Galla.
Qui autem sunt Cristi carnem suam
crucifixerunt cum viciis et con-
cupiscentiis. Cristus voluit ter
offerri mirram sed numquam rece-
pit tamen post resurrectionem ubi ob-
tulerunt ei favum mellis se-
cum pisce asso ut habetur Luc. ultimo
acceptat enim deus mirram mor-
tificationis sed detestatur mel de-
lectationis in futuro autem dabit
favum i. delectationem. Sed in utroque
dignitatis et quantitatis. Sicut hic
sumus fuimus assi sed non ad usum
igne adustati. Sicut erant multi
Pharisei quia sibi mirre fa-
sciculos faciebant. Contra dicitur
de illis Matth. 23. Alligant
onera gravia et importabilia et
imponunt in humeros hominum
digito autem suo nolunt movere
ea. Cris. Nullus apparet seculis ira-
cundiam tuam esto austerus circa
aliena aut benignus. Audiant
te homines prius mandantem
et gaudia videant facientem.
Habuit ergo mirram probatissimam
Veram mirram probata est carnis
mortificatio per continenciam
virginalem in predicatore est morti-
ficatio per continenciam vidualem
probatissima est per continentiam
virginalem. Istam autem mirram
non habuit in vase i. solum in
voluntate sed in manu et di-
gitis i. in operatione et discretione.
Tercia non beatus dominicus carnem
mortificavit ideo omnia officia
vicia superavit. Legitur enim judicium
in eo quod conditionem magistra vitalis
superavit constringendo languentes

carne et voluptatibus corporalibus
unde dicitur ysaie Iugum enim oneris
eius i. superbiam que tantam
ascendit quod ipsum celum sustinere
non potuit et virgam humeri eius
i. avariciam per quam dyabolus stimulat
homines sicut rusticus stimulat
boves / Virga et sceptrum exactoris
eius i. ventrem qui sceptrum
et principatum tenet in homine
guloso qui omnia facit pro ventre
suo hec omnia superasti ut dicitur alibi
qui carnem suam mortificaverunt
cum viciis et concupiscenciis et hec
sicut in die madian quando scilicet
gedeon superavit madianitas
confringendo lagenas Secundo de
omnia sua obtulit thuris devote
orationis per quem dirigatur oratio mea
sicut incensum in conspectu tuo as-
similatur autem oratio thuri quia
fumus thuris est odoriferus et
calidus est confortativus Est co-
rectivus oratio aut sicut dicit
augustinus est deo gratum sacrificium
dyabolo incendium angelo sola-
cium orantis auxilium Est igitur
oratio instar fumi odoriferi
quia est deo gratum sacrificium
apocalipsis viii ascendit fumus in-
censorum de oracionibus sanctorum
de manu angeli coram deo Est
calida et ignita quia est dyabolo
incendium unde dixit dyabolus
sancto bartholomeo incendunt
me orationes tue ystorie vel le-
dis cuius potestatem si super carbo-
nes poneres cremaret omnes ignibus
et amoris est confortativa quia
est deo solacium angelo quia deo
quia angelum letificat et confortat
quia orantes iungit deo cum
magno gaudio nunciat Tobie 12
quando orabas cum lacrimis
et sepeliebas mortuos ego
obtuli orationem tuam domino est constric-
tiva quia est orantis auxilium
homo enim sepe de vicio in vicium
flueret et temptationibus assentiret
nisi ipsum oratio restringeret unde
monet dominus luce 22 vigilate et
orate ne intretis in temptationem
Secundo attulit de sua temporali auro
liberalissime largitionis Est autem
quadruplex species largitionis una
est dare partem superfluorum et partem
retinere de qua dicitur luce 11 Verumtamen
quod superest date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis Alia est dare
omnia superflua et retinere omnia
necessaria de qua dicitur luce 3 Qui
habet duas tunicas det unam
non habenti una tunica est tunica
necessitatis ista est retinenda
alia est superfluitatis ista est danda
Tercia est dare partem necessariorum
et partem retinere qua usus fuit beatus
martinus quando clamidem per medium ne-
cessarium pauperi divisit Quarta
est dare omnia necessaria et nichil
sibi retinere qua habent vel professi
et religiosi sicut predicatores et
minores qui nichil possident nec
in speciali nec in communi de qua dicitur
marci 12 Omnes ex eo quod habun-
dabat illis miserunt hec vero
scilicet vidua de penuria sua omnia
que habuit misit totum victum
suum Quinta est non solum dare omnia
sua sed etiam se dare totum deo
et nichil sibi de se ipso retinere de qua
dicitur proverbiorum 23 Prebe michi cor
tuum fili mi istas duas ultimas
species liberalitatis habuit beatus
dominicus quia et omnia sua propter deum
deseruit et nichil sibi de se ipso

retinuit sed totum corpus
suum et cor dedit etc. Sequitur

Sermo quintus de eodem

Misit princeps suum hora cene dicere
invitatis. Luce 14. Cristus deus desiderat
salutem hominum patet ex multitudine
missorum verum primo misit
prophetas. Mat. 23. Ecce ego mitto
ad vos prophetas etc. Deinde filium
proprium. Gal. 4. Ubi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum etc. Deinde
misit spiritum sanctum. Gal. 4. Misit
deus spiritum filii sui. Deinde misit
apostolos et discipulos suos. Mat. 10.
Ecce ego mitto vos sicut oves
etc. Deinde deus misit sanctos
doctores. Prov. 9. Misit ancillas
suas etc. fuerunt enim ancille dei
quia semper fuit in oculis dei sicut
sicut oculi ancille in manibus
domine sue etc. In fine autem seculi
misit ordinem predicatorum, quorum
autem ordinibus dux et princeps inclitus
fuit beatus dominicus qui fuit
iste servus quem pater familias hora
cene i. in ultima mundi etate
in mundum misit. Iste habuit tamen
autem fuit tria ... per mittere
scilicet prudentiam. Mat. 24. Quis
putas est fidelis dispensator et
prudens. Ideo dicitur Prov. 18. Servus
sapiens dominabitur filiis stultis.
Vigilanciam. Luce 12. Beati servi
illi quos cum venerit dominus
invenerit vigilantes. Munditiam.
Ps. Ambulans in via immaculata
hic michi ministrabat. Qui diligit
munditiam habebit amicum
regem. Beatus ergo dominicus habuit
prudentiam in eligendo,
vigilantiam in orando et munditiam
in continendo. Prudens igitur
fuit quia sapienter elegit. Sicut

sicut enim eligere bonum a malo
quia vitavit culpam et servavit
innocentiam. Ideo fuit et ideo fuit
humilis et secretarius. Leviticus
xx. Separavi vos a ceteris populis. A culpa
innocentia ab ipso mortali peccato
quasi ab inimico. Et quia
ideo fuit valde purus. Prov.
25. Aufer rubiginem de argento
et egredietur vas purissimum. Secundo
elegit minus malum a maiori malo.
Maius malum est pena temporalis.
Maius malum est pena purgatorii.
Istud minus malum elegit dominicus
ut habetur 2 Reg. 24. Cui potius
voluit eligere mori in manibus
dei quam in futuro in manibus
hominum i. demonum. Sic elegit
sanctus dominicus qui in presenti
magis elegit sustinere durum
vitam presentem quam in futuro
penas purgatorii. Unde dicitur Job
6. Qui timent pruinam irruet
super eos nix. Tertio elegit maius
bonum a minori bono. Maius bonum
scilicet eligendo. Magis enim bonum
est virtus divitiis. Magis bonum est
immaculatum quam coniugium. Maius
bonum est quam nullus conjugium
prima Cor. 7. Qui matrimonio
iungit virginem suam bene facit
et qui non iungit melius facit.
Maius bonum est propriam voluntatem
suam bene regere. Maius bonum
est propriam vincere et suppeditare.
Prov. 16. Melior est qui dominatur
animo suo expugnatore urbium.
Quarto elegit certa a dubiis. Certa
dubia est in futuro et in inferno
penitentiam. Cum cui promisit veniam
penitenti non
promisit diem crastinum divinitatis

fuit est in penitentia et in sanitate /
bonitate ideo invenietur Eccl. xliiij
sanus confitebitur Secundo primum
est eo tempore quo peccare potest et
corpus eo Si autem vis penitenciam a-
gere eo tempore quo peccare non potes
peccata te dimiserunt non tu illa
beatus autem dominicus conversionem suam
in futurum non distulit sed etiam in sua
iuventute penitenciam egit Secundo at-
tamen est dubium nil est eligendum
sed totum divine providencie commi-
tendum Sic faciebat apostolus qui
dicebat ~~pelle~~ phylippi primo Quid
eligam ignoro coartor autem a duo-
bus desiderium habens dissolvi et
esse cum Christo multo magis me-
lius etc Sic fecit beatus dominicus
qui egit dicens si adhuc populo tuo
sum necessarius non recuso labo-
rem fiat voluntas tua / Secundo
beatus dominicus habuit vigilanciam
que assidue in orationibus vigilabat
secundo autem quod ipse habuit orationes
fervidas veloces continuas devotas
atque sinceras / Fervidas quidem ora-
tiones habuit quia sicut de eo
legitur Cum semel de nocte pluvia re-
perfusus rediret et socii tota noc-
te vestes iuxta ignem dimic-
terent ipse cum vestibus made-
factis tota nocte in ecclesia per-
noctabat Mane autem facto eius
vestimenta a deo sicca invenie-
bantur acsi tota nocte fuissent
posita ad fornacem De quo in-
venitur quod tam vehemens ardor a-
moris eius pectus inflammave-
rat quod totum eius corpus fer-
vere faciebat et corpus sic
fervens siccavit in vestimenta
madida reddebat Unde de isto

legitur Luce Quod cum patre
ardeat ut ab eo sufficit talem
passionibus eius anima sic fuit
succensa igne amoris quod totum cor-
pus inflammatur ardore sudoris
Secundo habuit orationes efficaces quia
cuidam familiari suo tale verbum
dixisse legitur Nunquam aliquid
a deo ~~petii~~ petii quod non assequerer
iuxta votum Ipse enim a deo me-
ruit exaudiri quia ipse intensum
amorem cordis per eum Clamavit
ad me et ego exaudiam eum
Et ipse ad impletionem divine bene-
placitis voluntatem timencium
se faciat et deprecationem eorum exau-
diet Et ipse ad impletionem divine
credulitatis Mathei xxi Quecunque
petieritis in oratione credentes
accipietis Tercio habuit orationes
veloces Sed hoc autem quod oratio
sit velox debet esse sine pondere
peccati et cuiuslibet carnalitatis sine
sensualitatis oratio enim cum pondere
peccati in celum non ascendit Isaie i
Cum multiplicaveritis orationes ve-
stras non exaudiam etc Qui enim
orant et a peccato non cessant similes
sunt militibus qui coram Christo genua
flectebant et tamen alapas ei
dabant Ideo dicitur Trenorum iii peccata
ante faciem dei nimis affuncta
debet ergo esse sine pondere carna-
litatis per maceracionem carnis
Unde in veteri lege iij de altari
holocaustorum erat via ad altare
incensi quia de mortificatione
carnis transitur ad suavitatem
orationis Unde sponsus sponsam
admiratur dicens Cantic iii Que
est ista que ascendit per desertum

sicut virgula fumi ex aromati-
bus mirre et thuris etc. Thus
enim ardentibus resolutum in fumum
tenuissimum et sursum ascendit
et fumus per rarefactionem in aerem
transit. Sic oratio ex igne fervoris
quasi resolutam animam a se deficere
facit et grossitiem suam in spiritua-
litatem transire facit. Et sponit
mirram thuri quia devotionem
orationis precedere debet mactatio car-
nis. Istud duplex pondus beatus
Dominicus non habuit et quia sine
peccato extitit et quia carnem suam
per mactationem attenuavit et
ideo oratio eius levis et agilis
fuit cito in celum ascendere potuit.
Certe habuit orationes continuas quia
continue in oratione pernoctabat a deo
ut ad quiescendum lectum proprium
non haberet. Dicebat: Quadam nocte
surgebam ad confitendum tibi. Iste
non dicere poterat: tota nocte per-
noctabam. Luce xviii. Oportet
semper orare et non deficere etc. Iste
non deficiebat quia in die predica-
bat et ad proximum sermones tracta-
bat. Et Ieronimus non cessat o-
rare qui non cessat benefacere. Et cum
in nocte orationibus insistebat etc.
non deficiebat quia orare cepit
in sua pueritia quando lectum di-
mittebat et super nudam terram
accumbens orabat. Et perseveravit
est in etate reliqua. Unde dicitur
de eo: nunquam cum christo proprium
possidebat lectulum etc. Et con-
summavit in morte quia cum
pastori eterno suos filios recomen-
davit. Et pollicitus est se oraturus
post mortem quando fratres de
suo recessu dolentes consolabatur

dicens: et se eis utiliorem fore
post mortem quam fuisset in vita.
Certe habuit orationes devotas
tanta quidem devotione plenus erat
quod a se ipso continua amoris dul-
cedine deficiebat et deo totaliter
adherebat. Unde dicitur de eo quod
corpus christi in missa elevabat
instantium nunc elevabatur quasi
acsi ibidem christum in propria
videret. Non potuit dici aliud pre-
tiosior fui dei per continuam
meditationem et delectatus sum
per dulcem devotionem et contemplationem
suam renovando et inflammando
mentis recessum. Beatus habuit
orationes fructuosas quia in suis
non petebat aliquod temporale comodum
sed salutem et comodum animarum.
Unde dicitur de ipso: crebro sepe deum
rogavit ut sibi aliquam talem gratiam
infundere dignaretur ut se totum
posset impendere utilitatibus pro-
ximorum. Servavit enim illud quod
dicit dominus Iohannis 16: petite
et accipietis ut gaudium vestrum
plenum sit i. petite ea unde
plenum gaudium habeatis. Bona
enim carnalia faciunt gaudium
instantaneum Iob xx: gaudium
ypocrite ad instar puncti. Bona tem-
poralia faciunt gaudium fallax et
vanum Proverbiorum ultimo: fallax est
gratia et vana est pulchritudo.
Bona gratuita gratis data faciunt
gaudium imperfectum et sonum plenum
prima Cor 13: nunc cognosco
ex parte tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum. Bona
gratuita gratum facientia faciunt
gaudium plenum Mat xxv: serve

christi sicut discipuli gaudio magno
valde. Bona autem celestia faciunt
gaudium plenum et sempiternum
unde dicit dominus servo fideli Mathei
xxv Intra in gaudium domini
tui. Ubi dicit glossa plena corde
plena mente plena anima pleno
toto homine gaudio illo ad quod
nullum maximum superat gaudium. Non
ergo totum gaudium intrabit in gau-
dentes sed gaudentes intrabunt
in gaudium. Tercio beatus dominicus
habuit mundiciam non qualemcumque mundicia-
m sed mundiciam virginalem cum
qua virginitas virginitati beate vir-
ginis inventa sunt persimilis
fuisse videtur. Habuit enim virginita-
tem integram quia fuit virgo carne
et mente sicut et beatus dominicus
et integritatem carnis habuit
et puritatem mentis servavit
una enim sine alia non sufficit
est enim bissus retorta que in do-
mo dei offertur. Unde sponsa in
canticis hortus, ortus conclusus
appellatur. Similiter est et quod angelus
qui Iohanni apparuit ut habetur Apocalypsis i
in pectore supra zona cinctus adocit
fuit et talis ~~debet esse in pectore~~
angelicus per puritatem corporis
et debet esse in corpore cinctus per
mundiciam cogitacionum et zona
aurea quia hoc significare debet hoc
innoce caritatis statum duplicem
continentia animalis auferre tenetur
Unde dicitur Genesis iii Super pectus
tuum gradieris ubi dicit Gregorius
serpens antiquus ventre repit
fides quod quamvis membra usque
ad completam operis deducit tunc
non repit pectore quando eos quos
opere non valet polluit in cogita-

cione sed quod quia per cogitacionem
ad opera complenda pervenitur ideo
serpens prius pectore postmodum
ventre repere perhibetur. Secundo beata
virgo genuit virginitate dedicata quia
ipsa prima virginitate suam deo vo-
vit quam postmodum multe alie secu-
te sunt. Sic beatus dominicus virginitatem
suam deo vovit quod ordinem in-
travit continentiam promisit unde
potest dici de eo illud Proverbiorum ult.
Sindonem fecit et vendidit et
cingulum tradidit cananeo. Per
sindonem que multis temporibus
ad candorem deducitur significatur
virginitas que multis maceracionibus
habetur. Ista virginitas debet vendi
deo in qua vendicione homo
tamen deo multum lucratur quia dat
deo corporis et anime puritatem
et recipit ab eo eiusdem corporis
et anime felicitatem. Illi autem qui
virginitatem suam mundo vendunt
multum illi perdunt quia dant
aurum virginitatis et recipiant fe-
ces corrupcionis. Cingulum est
castitatis sive virginitas flexibilium cogi-
tacionum restringitur. Cananeo tra-
ditur quando cristo qui sponsus sue
est zelator ipsa virginitate dona-
tur. Tercio beata virgo habuit virgini-
tatem insuspectam quia licet pulcher-
rima fuit a nullo tamen concupisci po-
tuit. Ex eo quod deus puritatis in eo
resplendebat et omnes motus
illicitos extinguebat. Et quidem
ad hoc virginitatis beati dominici
aliquid simile fuit. In hoc quod
cum quidam scolaris carnis li-
bidine paciens manum eius missam
celebrantis osculatus fuisset tamen
carnis manu virginea comperit
sensit de odorem quod odor

ille cor eius medullitus penetrat et omnem estum libidinis in eo extinxit. Quanta puritate et mundicia cetero eius pollebat tunc ador tymiamatis pectus mentis sanabat. Talis medicus est valde honorandus qui sic mentis infirma sanabat et unguenta exhortationis et fragrancia virginalis pudoris Eccli. 38 Honora medicum propter necessitatem et enim illum creavit altissimus

Sequitur sermo sextus de sancto dominico etc.

Opus fac evangeliste ministerium tuum imple sobrius esto 2 Thim. 4o. Evangelista idem est quod bonus annunciator ut sit bonus operatus et ideo premisit opus fac etc. q. d. sis bonus annunciator et bonus operator ut predices verbo et informes exemplo unde dicit glossa ibidem quod ore predicamus hoc opere testare debemus et non tantum ad proximum qui etiam attendas ad deum cuius ministerium habes et ideo subdit ministerium tuum imple 1 Cor. 4o Sic nos existimet homo ut ministros cristi In hiis autem omnibus non negligatis tempus et ideo subdit sobrius esto possumus igitur dicere quod in verbis premissis ostenditur quam laudabiliter se beatus dominicus habuit quantum ad proximum quia ipse verbo et exemplo predicavit quo ad deum quia eius ministerium adimplevit quo ad seipsum quia sobrie vixit. Circa primum namque quod viri caritativi tria faciunt scilicet sciencia doctrina et vita doctrina sine sciencia nullius est utilitatis sciencia sine doctrina est magne fatuitatis doctrina et sciencia sine vita est magne vanitatis vita

sciencia et doctrina parue utilitatis vita cum sciencia et doctrina est magne sanctitatis. Sciencia cum sine doctrina nullius est utilitatis Eccli. 20 Sapiencia absondita et thezaurus invisus que utilitas in utrisque. Tria enim sunt que abscondi non debent scilicet iusticia dei veritas et misericordia dei de quibus dicitur in psalmo Iusticiam tuam non abscondi in corde meo veritatem tuam et salutare tuum dixi i. viam tuam per quam salvas peccatores unde alibi dicit non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam sic prelatus enim debet manifestare iusticiam dei per quam movetur in credendis et misericordiam tuam per quam animetur in diligendis In hoc debet consistere tota doctrina prelati ut inducat ad operandum ad credendum et ad diligendum. Doctrina sine sciencia est magne fatuitatis quia sicut dicit Gregorius recte est ut qui stulte sapiunt stulte et predicent 1 Thim. 1o Non intelligentes neque que loquuntur neque de quibus affirmant tales sunt sicut filii imperatoris qui ante tempus rumpunt uiscera matris ut cicius possint ad ortum Sic et multi ante tempus interrumpunt studium ut cicius possint ad predicandum. Tercio sciencia et doctrina sine vita est magne vanitatis Magna enim vanitas est instar candele alios illuminare et seipsum consumere de talibus potest dici illud Gen. 27 vox quidem vox Iacob sed manus sunt Esau habet enim vocem Iacob i. doctrinam bonam sed manus Esau i. operacionem malam. De talibus dicitur Iob 2o ossa eius sequuntur

behemoth velud fistule eris
sunt cum ossa dyaboli in quantum
careant sensu bone vivendi
quod videntur esse fistule dei in quan-
tum habent habent sonum bone
vivendi isti possunt dicere illud
Job 18 Delicta sunt labia tua sed
mentes tales etiam sunt similes
illi egipcio de quo dicitur Levitici 24
qui natus erat ex patre egipcio
dyabolo per malam vitam sed
videntur esse filii Israhelite id est ecclesie
per doctrinam isti videntur domum
benedicere ratione doctrine sed tamen
maledicunt ratione vite. Secundo
vita sine scientia et doctrina est
parve caritatis tamen vita sancta sacer-
dotali non sufficiebat esse in aliqua(?)
[illegible] sine tympanis habilibus(?) quia
in sacerdote non sufficit vita sancta
diversis virtutibus plena nisi assit
et predicatio sonora. Tercia(?) carta(?)
debet ingredi(?) [illegible] ut habetur
Exodo 36 et qui audit dicat
veni ut habetur Apocalypsis 22. De ta-
libus dicit Jeronimus in prologo
super Babilon Sancta quidem ru-
sticitas solum modo sibi prodest
et quantum edificat ex vite merito
ecclesiam Christi tantum nocet si
destruentibus non resistit. Tertio
vita cum scientia et doctrina est ma-
gne sanctitatis. [illegible] [illegible] petras(?)
et lucet ipsa vanum est lucere et
ardere perfectum est isti qui hec tria
habent scilicet vitam scientiam et doc-
trinam et aureolam penam evadunt
et gloriam magnam acquirunt
Quod cum penam evadunt signa-
tum est [illegible] primo ubi ha-
betur quod ad preces Helie primus qui-
nquagenarius igne consumptus
est similiter et secundus tercius vero
evasit primus(?) quinquagenarius

est missus(?) remissionibus et pertinet
ad sacerdotes quibus data est potestas
remittendi peccata primus quinquage-
narius signat illos qui scientiam sine
doctrina et vita habent Secundus illos
qui habent scientiam et doctrinam et
non vitam Tercius illos qui habent
hec tria Isti enim qui habent
hec tria magnam remuneracionem
a deo accipiunt quia in numero sera-
phin quodammodo connumerati videntur
Seraphin interpretatur ardens sive
incendens vel incendium oris Tales
igitur seraphin possunt quia ar-
dent per bonam vitam incendunt
alios per bonam doctrinam et habent
divinam scientiam que est incendium
oris quia faciunt homines sapi-
ent inchoare perfectum(?) et consumare
sermones Talis igitur Dominicus
ipse fuit evangelista quia habuit
ea que requiruntur ad perfectam
evangelistam scilicet vitam scientiam
et doctrinam Habuit quidem perfectionem
vite unde legitur in libro colla-
cionum patrum quod a primordio sue
conversionis legentibus magnum per-
fectionis apicem apprehendit Secundo(?)
perfectionem scientie unde tamen doctus(?)
arcium eruditus satis fuisset ad
studium summe veritatis Habuit
perfectionem doctrine unde cantatur
Preco celi perlustrans lumina dic(?)
verbis dat ubi sonum Dominicus
Beatus Dominicus laudabilem se
habuit quoad deum cum mi-
nisterium adimplevit quod notatur
cum dicitur ministerium tuum
imple Seneca in libro de be-
neficiis distinguit inter bene-
ficium officium et ministerium.
Quod beneficium est quod alicuius

dat Aliemus aut est qui potuit sine reprehensione cessare. Officium est filii uxoris et cetero rum prouisorum quas necessitudo suscitat et ad opera ferre inducit. Ministerium est Christi que sua conditio eo loco posuit ut nil corde que prestat imputet superiore. Ca. usque scitus dominus fuit seruus Christi non dicitur beneficium tuum uel officium tuum sed ministerium tuum imple. Quod primat istud ministerium implendum determinatur 2 pet 1o. Petrus ministrate in fide vestra virtutem. In virtute autem scientiam. In scientia autem abstinentiam. In abstinentia patientiam. In patientia pietatem, in pietate fraternitatis amorem. In amore fraternitatis caritatem. Ubi dicit Glo. quod Ezechiel propheta loquens de templo in monte constituto ait et in octo gradibus ascensus eius. Et sic petrus octo virtutum gradibus enumerat scilicet fidem virtutem scientiam abstinentiam patientiam pietatem fraternitatem amorem et caritatem quibus ad habitationem regni celorum ascendere debemus de quibus primus ascensus in corde suo disposuit etc. Et infert ibunt de virtute in virtutem videbitur deus deorum in syon. Istos octo gradus beatus dominicus exercuit et eos ministrauit primo videlicet fidem et non qualemcumque fidem sed fidem firmam contra illos de quibus dicitur luc. 8. Qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. Fidem etiam de qua reprehenditur petrus Mat. 14. Modice fidei quare dubitasti. Fidem dilectioni coniunctam de qua dicitur fides que per dilectionem operatur. De ista triplici statu fidei dicitur 2 Thymo. 4. Bonum certamen certaui cursum

consummaui fidem seruaui. Ecce quomodo ideo in resurrectione reposita est michi corona iusticie quam reddet michi dominus in illa die iustus iudex. Ecce quam certa non solum autem michi sed et hiis qui diligunt aduentum eius. Ecce quam dilectioni adiuncta quam fides sine operibus mortua est. Ideo sequitur in secunda virtutem i. virtuosam operationem istius dominus virtute habuit qui operibus bonis vacauit et in pueritia sua et in iuuentute sua et in reliqua tota sua etate. Unde in pueritia dum adhuc esset sub matris custodia positus lectulum declinabat et super nudam terram accubat. In sua iuuentute dum in scolis esset et fames magna inuenisset libros suos vendidit et precium pauperibus erogauit. In reliqua tota sua etate dei seruicio se totaliter mancipauit totam vitam suam exponendo ad dei seruicium et conuersionem animarum. Sed quia sunt multi qui multa et grandia bonorum faciunt tamen ea faciunt propter temporalia. Ideo sequitur in virtute autem scientiam ubi dicitur luc. In bona spe discite bene facere propter terrena non temporalia. Ideo debemus terrena querere sed celestia et spiritualia desiderare. Qui terrena habent laborem. Ecce quomodo est homo qui diebus ac noctibus sompnum non capit oculis. In morte habent dolorem. Ecce Quia conuersatione in malis dum sunt penitentiam in afflictione pessima post mortem patiunt vanitatem et famem Job 24. Quia cum dormierit nichil secum affert aperiet oculos suos et nichil

-recipit. Bona autem spiritualia
in vita habent delectacionem perpetuam
[...]mitabiles michi erant iustifica-
tiones tue in loco peregrinacionis
mee. In morte habent securitatem
Proverb. 3. Si dormieris non timebis
[...] quiesces et suavis erit sompnus tuus
[...]t istam securitatem sancti viri
[no]n dolent sed gaudent in morte
[...]nia sicut dicitur Proverb. 17.
[Secu]ra mens quasi iuge convivium
[ante] mortem aut habent securitatem
[...] Satiabor cum apparuerit
[glo]ria tua. Sanctus autem dominicus a[...]
[...]a faciebat spe celestia non
[...]erenos et ideo in vita sua di[...]
[...]o delectabatur tanta spe dilatare
[...]cetera se rapiebatur in morte
[...]tum recreabatur non tam de sua
[s]alute sed eciam filiorum. Unde
[fra]tribus de eius morte dolentibus
[...]it ait fratres vobis fili discessio
[...]nea contristet quia utilior ero
[vo]bis post mortem cum Cristo
[...]m vivens in mundo post mortem
[...] satiatur. Unde de ipso cantatur
[L]iber carnis vinculo celum in-
[g]ressus ubi pleno poculo gu-
[st]at quod sitivit. Sed quia parum
[pro]desset si quis haberet graciam qua
[...]e vite bona faciens et se ab
[i]llecebris abstineret ideo subditur
[...]n scientia autem abstinentiam ubi
[d]icit glosa. Omnia bona dicuntur
[...]ut spe eterne vite nisi a ma-
[li]s abstineret nec in racione sed
[...]elestia cadat si se ab illecebris
[se]culi aliquis non cohercecat. Istam
[a]bstinenciam beatus dominicus habuit
[q]ui non tam ab illicitis sed etiam
[a] licitis abstinebat. Circa quidem
[a]bstinenciam ostendebat in vi-
[gi]liis quia tota nocte in ecclesia
[v]igilabat et si aliquando eum sompnus

opprimeret incitare iacebat super lapidem
caput inclinatum reclinabat et mox
ad oracionem vigilancius assurgebat
In ieiuniis quia longa ieiunia
fecit et in ordine posuit. In disci-
plinis quia singulis diebus tres
disciplinas de quadam cathena
ferrea sibi dabat. In asperitate lecti
quia ante altare super lapidem dor-
miebat. In asperitate ~~cibi~~ cibi quia
pluries in pane et aqua tota qua-
dragesima ieiunavit. In asperitate
vestimenti quia sepe cilicium defe-
rebat. Sed quia illi qui a volupta-
tibus seculi abstinent multa adversa
patiuntur in quibus casibus pacienciam habere
oportet ideo subditur In abstinencia
autem pacienciam ubi dicit glosa
Abstinencia paciencia sequitur
ut qui a voluptatibus mundi se
abstinet adversa eius sustine-
at. Istam pacienciam in adversis habuit
beatus dominicus. Voluit quidem cum
Francisco in multorum fratrum suis
graves temptaciones a deo quod eos
adeo quod essent pauci omnes tam
preter duos eum dereliquerunt
Sed tamen ipse omnes suis oracionibus
revocavit. ~~habuit~~ Voluit ipsum
deus probare per gravem tribula-
cionem quendam magistrum Reginaldum
quem ad ordinem receperat et quem
ordini multum proficere credebat
ad ianuas mortis deduxit. Sed
tamen flagellum dei suis oracionibus
in misericordiam convertit quia ipsum
pristine sanitati restituit. Voluit
ipsum insuper Francisco per multas
persecuciones, modo per irrisiones
hereticorum, modo per contumelias in-
iuriarum, modo per invasiones
hereticorum, modo per metum ipsorum

modo per minas mortis / sed ipse
ad omnia hec constans et patiens
fuit Unde dicitur in legenda Irri-
debant enim heretici aduersarij veri-
tatis Ecce irrisiones Nonnulli spu-
ta luti et quisque vilia proiciebant
in eum Ecce contumelia Quidam
et a tergo pro derisu paleas
sibi allegantes Ecce irrisiones
facturos Enim aut sibi paratas in-
sidias esse cognosceret cantans
et alacriter intendebat Ecce consta-
ntia Contra metum insidiarum Cum
sibi interitum minarentur impetitus
respondebat non ergo martirij
dignus sum gratia non dum merui
mortem istam Ecce constantia
Contra minas mortis Sed quia
sunt multi qui in suis iniurijs
et persecutionibus sunt patientes
Sed in suis persecutoribus impa-
tientes Ideo subditur In patientia
aut pietatem ubi dicit ubi
dicat sublimiarum Ergo illos quos
tollerabis pie sollicitudine caritate
sitis Beatus igitur dominicus compassus
est suis persecutoribus pabulum
ubi dei eis assidue ministrando
Compassus est peccatoribus per corporis
afflictione se affligendo Iram
singulis diebus recipiebat manu
propria et quadam catena ferrea
tres disciplinas unam pro se al-
iam pro peccatoribus qui consistunt
in mundo Tertiam pro eis qui cru-
ciantur in purgatorio Compa-
ssus est pauperibus libros suos
quos [illegible] in scolis et totam
suam suppellectilem vendendo
et pauperibus pretium distribuendo
Compassus est miseris et afflic-
tis pro eis lacrimas fundendo

Unde dicitur de eo Specialem
gratiam deus sibi contulit scilicet
scilicet pro peccatoribus miseris et afflictis
Sed quia parum prodesset pieta-
tem habere in corde nisi haberet
in opere exhibitione Ideo sub-
Impietate aut sterilitate
istam assensionem pietatis beatus
dominicus quam Iram cum a [illegible]
tra recepit scilicet corpus [illegible]
et ieis specialis ipse [illegible]
dedit ad vendendum sicut patet
in legenda / ~~in legitur de eo~~
dedit animam ad compatiendum
Unde legitur de eo quod de suis
oculis quasi quodam fonte
fluebat lacrimas / dedit res [illegible]
les ad subveniendum sicut supra
dictum est Sed quia nil vale-
amor proximi nisi assit amo-
dei Ideo subditur in amore fra-
ternitatis caritatem ubi dicit
glosa Caritatis nomine amor fra-
ternitatis ad iungitur quia nec deus
sine proximo nec proximus sine
deo perfecte diligitur Istam caritatem
dei beatus dominicus se habuisse
ostendit tum quia [illegible] cum omni
contempsit Cantus Iam Sed dedit
[illegible] amicam suam dominus
sue pro dilectione quasi [illegible]
despiciat eam tum quia mori
[illegible] in partibus suis [illegible]
fortis est ut mors dilectio
tum quia ipsum per viam [illegible]
litatis sequi voluit quod signum
sue caritatis fuit [illegible]
Dixit a me quia mitis sum
et humilis corde Ista [illegible]

divitias in vita sua possedit
et ideo in morte filiis suis ca-
ravit. Sic et sunt qui velut
veri filii hereditatis me pos-
sessiona relinquis caritatem spe
humilitatem simul paupertatem
voluntaria possidet. Ipse enim
patria possedit s. paupertatem
quia omnia deseruit humilitatem
quam Christum secutus fuit et
caritatem per quam propter mori
homines voluit. Tercia sicut dicit
Augustinus. Tunc est perfecta cari-
tas in hac vita quando propter Christum
contempnitur vita. Tercio beatus
... laudabiliter se habuit
... ad scripturam ... dicitur Proverbiorum
... Circa quod sciendum
quadruplex est homo s. ho-
mo brutalis homo racionalis homo
angelicus et homo divinus. Homo
brutalis est qui sequitur appetitum
sensualitatis et velud brutum
peccatis se in immundiciis involvit.
Comparatus est iumentis
insipientibus et similis factus
est illis Psalmus 48. Sicut canis
qui revertitur ad vomitum suum
sic qui iterat stulticiam suam.
Homo racionalis est qui vivit
sub imperio racionis qui licet
mundum et carnale coniugium
omnino non relinquat tamen hiis
racionabiliter et modeste utitur.
De talibus dicitur I Cor. 7. Qui
habent uxores sint tamquam
non habentes et qui utuntur
hoc mundo tamquam non utantur.
Homo angelicus est qui mundum
et amorem actum carnalem penitus
deserit et in terra degens an-
gelicam vitam vivit. De talibus
dicitur Luc. 20. Filii seculi huius
nubunt et traduntur ad nupcias
illi qui digni habebuntur illo
seculo neque nubent neque ducent
uxores equales enim sunt an-
gelis. Homo divinus est qui totus
per amorem tendit in deum et
deiformis effectus de seipso iam
nil sibi reliquit. Talis erat
Apostolus qui dicebat Galatas 2.
Vivo ego iam non ego vivit vero
in me Christus. Sicut enim ferrum
missum in igne totum efficitur
ignis sic talis caritate succensus
totus efficitur caritas. De talibus
dicitur I Cor. 6. Qui adheret deo unus spiritus est
per amorem unus efficitur cum eo spiritus.
Homo igitur brutalis non est so-
brius sed ebrius ebrietate car-
nalis lascivie de quo dicitur Proverbiorum 7.
Veni inebriemur uberibus et
fruamur cupitis amplexibus. Homo
racionalis est sobrius sobrietate
temperancie unde Eccli. 31 dicitur
Et vinum mundane iocunditatis
si bibis illud temperate eris sobrius.
Item ibidem sanitas anime et cor-
poris sobrius potus. De ista so-
brietate temperancie quam debent
habere hii qui mundo et coniugio
utuntur dicitur Tit. 2. Adolescen-
tulas ut viros suos ament
filios diligant prudentes cas-
tas domus ~~...~~ curam habentes.
Homo angelicus est sobrius
sobrietate abstinencie quia
abstinet se a mundo et ab omnibus
delectacionibus mundi. De qua
abstinencia angelica dixit
Raphael angelus Thobie 12.

Et cum tamen essem vobiscum per
voluntatem dei videbar quidem
manducare vobiscum et bibere
sed ego cibo invisibili et potu qui
ab hominibus non potest videri utor
Talem sobrietatem habent viri
angelici qui abstinent ab omni
delectacione mundana et carnali
et fruuntur delectacione superna et
celesti Ad istam sobrietatem nos
monet apostolus i ad Thessalonicenses v Nos autem
qui diei sumus sobrii simus etc Homo
divinus est sobrie vivens modo per
venturus ad ebrietatem patrie
Deus quidem quasi cellam vinariam
i. amoris divini fontalem habundan-
ciam de quo sumere appropinquat fidelis
in via ad aliquam sobrietatem sed
fidelis in patria appropinquat ad plenam
sacietatem Canticorum v Comedite a-
mici et inebriamini carissimi Dic
ergo bibite amici ecce sobrietas
vie inebriamini karissimi ecce sacie-
tas patrie Beatus igitur dominicus
fuit sobrius de quo dictum est
Sobrius quidem non tamen fuit homo
brutalis aliquid quia semper esset sobrius
ebrius ebrietate carnalis la-
scivie quia carne sua non sub-
didit delectacioni sed multiplici
maceracioni servatus quod dicit Apostolus
i Corinthiis ix Castigo corpus meum
et in servitutem redigo etc Nec
fuit contentus esse solum Homo
racionalis quia scilicet esse sobrius
sobrietate temperancie quia scilicet temperate
uteretur mundo sed pocius omnino
despexit mundum Et quantum ad
divicias quia paupertatem elegit
et quantum ad delicias quia castita-
tem servavit Et quantum ad
honores quia episcopatum respuit
Sed fuit homo angelicus quia
fuit sobrius sobrietate abstinencie
quia omnino abstinuit ab
omni delectacione carnali et
flore viguit virginali servavit
in se per graciam quod angelicus pos-
sidet seu possidet per naturam
propterea habuit virginalem pudorem
corpus cuius nunc redolet
ut sicut de carne cuius virgini-
tatis numquam prodiit fetor libidinis ita
de cuius carne sed de cuius car-
ne iam mortua fragrancia prodiit
odoris Homo eciam fuit divinus
beatus dominicus quia totus fuit
deificatus et per amorem divinum
mirabilis effectus unde frequenter et
maxime quando corpus domini
elevabatur in missa rapiebatur
mentis excessu ac si ibi christum
deificata visione videret Fuit
autem sobrius vie sobrietate
qua tandem pervenit ad plenam
sacietatem sed feliciter sobrieta-
tem quia sobrietas tamen in via
conceditur sed plena sacietas
in patria conservatur Sed illam
sacietatem suspirabat et quasi sitiens
sitivit anima mea ad deum fon-
tem vivum etc Istud vinum beatus
dominicus a deo recepit in pri-
mo poculo semipleno Sed postmodum
modo plenos gustat merito
illo liber carnis vinculo ce-
lum introivit ubi pleno po-
culo gustat quod sitivit etc

Sequitur Sermo septimus de sancto dominico etc

Venite etiam etiam estimum consimiliam fidem servavi
in reliquo reposita est mihi
corona iusticie quam reddet

michi dominus in illud diem iu-
stus iudex. 2 Thy 4. Verba ista
sunt fortissimi ~~principis~~ militis
Christi scilicet beati pauli et leguntur
in honorem beati dominici qui
fuit unus de fortissimis mili-
tibus dei qui quidem certavit fortiter
ideo dicitur bonum certamen certavi
perseveravit et ideo dicitur cursum
consummavi fideliter et ideo dicitur
in reliquo reposita est michi
corona iusticie. Circa primum
notandum quod beatus dominicus
certavit fortiter quia triplex certa-
men habuit contra quod fortiter
dimicavit de quo dicit Augustinus
in libro de civitate dei contra
et cum omnibus erroribus et
moribus iniquitatis [illegible] mundus
[illegible] mortua docuit. Certavit
ergo contra falsos errores per
sapientiam contra immundos
amores per virginitatem et
continentiam contra mundanos
~~errores amores~~ timores per
constantiam. Certavit quidem contra
hereticos et falsos errores per
divinam sapientiam vincens omnem
hereticam que faciebat illud appel-
labat et eos convincebat. Job 38.
Numquid prebebis equo fortitudinem
contempnit pavorem nec cedit
gladio ubi audierit buccinam
dicit vah. Per equum ad litteram bello
ipse ~~[illegible]~~ quidem fuit equus dei
qui pavorem et minas heretic-
orum contempsit nec gladio ipsorum
mortem minantium cessit ymo
libenter audiebat buccinam id est
eorum pestiferam doctrinam

illud ibat et per eum eorum maliti-
as et fraudulentias appellabat
ipse et filii sui sunt illi equi quos
vidit zacharias Zacharie 6 de
quibus dicitur quod erant varii quod erant
fortes quod erant in quadriga
quarta quod egrediebantur de me-
dio ~~[illegible]~~ duorum montium ereorum
et quod egrediebantur de medio
duorum montium ereorum et quod
egrediebantur et discurrebant
ad terram australem. Isti equi
dicuntur varii non tantum propter
colorem sed eciam propter virtutum varietatem
dicuntur et fortes quia for-
titer sciunt pugnare et fortiter
se defendere. Ecclesiastici 11. Fortes facti
sunt in bello. Sunt eciam in qua-
driga quarta. Nam in prima qua-
driga sunt equi ruffi id est ordo
martirum. In secunda quadriga
sunt equi nigri id est ordo confessorum
qui se denigraverunt per humili-
tatem et carnis maceracionem.
In tercia quadriga sunt equi
albi id est ordo virginum. In quarta
quadriga sunt equi varii id est
ordo doctorum et predicatorum. Potest
tamen dici quod beatus dominicus
fuit equus ruffus in quantum habuit
ferventem caritatem quia fuit
de uno illorum de quibus dicitur
Trenorum 4. Rubicundiores ebore
antiquo. Fuit equus niger
in quantum habuit humilitatem et car-
nis maceracionem. Fuit equus albus
in quantum habuit perfectam puritatem
unde cum anima peccat dicit illud
Canticorum 1. Nigra sum sed formosa

per sanctitatem sed formosa per
pulcritudinem. Filie Iherusalem fuit et eius
varius ipse scilicet varietatem
vestium de quibus dicit potest dici illud Psalmi
Astitit regina a dextris tuis in
vestitu deaurato circumdata varietate.
Isti equi constringebant et medio [illegible]
duorum montium erant. Duo montes
enei sunt novum et vetus testamen-
tum qui dicuntur montes propter intelli-
gencie sublimitatem et profundita-
tem et dicuntur enei propter firmitatem
eius sicut dicitur Mat 24 Celum
et terra transibunt verba autem mea
non transibunt. De istis duobus
montibus isti equi egrediuntur
varii quia auctoritatibus novi
et veteris testamenti docti suffi-
cienter muniuntur Mat 13 Omnis scriba
doctus in regno celorum similis est
homini patri familias qui profert
de thesauro suo nova et vetera. Isti
equi varii ad terram austri egre-
diuntur. Australis regio calida est
et significat mundum qui inflamatus
est calore concupiscentie avaritie
et ambitionis infinite. Iohannis 5
Mundus totus in maligno po-
situs est id est in malo igne concupiscentie.
Ad istam terram australem isti equi
mittuntur qui istum ignem ~~temporalem~~
in mundo contingentem molliuntur
et ignem divinum accendere labo-
rant. De quo dicitur Luce 12 Ignem
veni mittere in terram. Item Secundo
clamant contra mundanos amores per
virginitatem et continenciam
de quo clamitat dicitur Sapiencie 4
O quam pulchra est casta ge-
neratio cum claritate.
Et subditur incoinquinatorum
certaminum vincens. De isto etiam
clamitat dicit Augustinus Inter cetera
christianorum certamina maiora sunt
castitatis prelia ubi frequens
pugna et rara victoria.
Hoc clamavit beatus dominicus in
suam vixit et se pulchritudine angelica
separavit quia virginitate servata
non est vir humanus sed angelicus.
Ideo ipsi virgines angelis equi-
parantur Mat 22 In resurrectione
neque nubent neque nubentur sed
erunt sicut angeli dei in celo.
Ipsius racionem assignat Crisostomus super Mat.
Distinguentes tres gradus [illegible]
inquit: Et nascitur aliud ut non
sunt unius masculi et unius fe-
mine lege contenti sed mediam
tenent condicionem et est homo
neque angelus neque homo. Ex
constat quod ille qui animo in nullo
se subdit non est angelus qui
est ab omni usu libidinis separatus
non est homo quia non est in
lege contentus et ideo brutum di-
cendum est. Cui non unius lege
contentus est ille non est brutum
quia se immundicie non subiecit
nec est angelus quia se ab omni
usu libidinis animo non abstraxit
et ideo homo erit. Cui vero
animo se abstraxit ille non est
brutum quia libidini non est
subiectus. Immo est simpliciter homo
quia carni non vult esse coniunctus
et homo angelicus est dicendus
quia ab omni est concupiscentia se-
paratus. Talis fuit beatus dominicus
qui omnem concupiscentiam a se ab-
dicavit et virginitatem perpetuam
conservavit. Tercio pugnavit contra
mundanos timidos per
constanciam. Tria autem sunt que
homines secundum Crisostomum super Mat
qui in suis operationibus [illegible]

t dicit apostolus preclarum tunc
quid victoria fructus agricola
laborantes fugiet nunquam fructum
colligeret negociator si re
maris pericula formidaret lu-
cri comercia non aggregaret Sic
sunt dni si pecca temptacionibus
mentes accepi recipiant nunquam
dnam operacionibus invenient
de quibus iste habet qd tres sco-
ing et alij scdm diversa munde
nunc non debent quia videlicet
sunt milites cristi agricole ne-
gociatores regni De primo ij
thi 2 labora sicut bonus mi-
les cristi ihu de scdo eciam
laborantem agricolam oportet
primum de fructibus de tercio
luce 19 negociamini dum venio
Scdo [illegible] do nunquam ita ut per-
severant cum dicit cursum consu-
mavi Et ea quod [illegible]
[illegible] sunt que cursum im-
pediunt scilicet asperitas hiemis et prohibi-
cio legis ponderositas corporis
et cura [illegible] ista quatuor
ponit mathei 24 orate ut non
fiat fuga vestra hyeme vel sab-
bato ve autem pugnantibus et
nutrientibus in illis diebus primum
est asperitas cum dicit nec fuga
vestra fiat in hyeme fuga cum
[illegible] et lutum condensum et
malicia viarum que sunt que
sunt in hyeme impediunt cursum
Crisostomus super mathm exponens
istud predictum in hyeme quid
faciet fugiens necesse est ut aut
[illegible] pereat aut remanens ca-
ptivus moriatur Scdm est prohibicio
legis quod notatur cum dicit sabbato
iudeis namque sed legem ultra

mille passus in sabbato ire
non licebat unde dicit Crisostomus ibidem
in sabbato non licebat ambulare
nisi certum spacium unde dicitur
est in actibus sabbati quod iter
quid ergo faciet fugiens necesse
in sabbato necesse est ut aut legem
preteriat fugiens et aut mortem
suscipiat manens Tercium est pon-
derositas corporis homo cum corpore
ponderosus ad fugiendum non est
ydoneus sicut patet in muliere
pregnante quod notatur cum dicitur ve autem
pregnantibus Quartum est cura
oneris sicut patet in muliere filios
nutriente et in ulnis baiulante
cum dicitur Et nutrientibus in illis
diebus Crisostomus ibidem ventres
aut gravi pondere pregnantes
non possunt expedite esse ad fu-
gam Si cum dimiserunt infantes
suos viscerum suorum paciuntur
separacionem Si autem baiulaverint su-
scipiunt vite periculum Ista quatuor
spiritualiter intellecta impediunt ne
fugam nostram possimus facere
et cursum nostrum consummare Fuga
nostra est [illegible] una quidem
[illegible] fuga a deo ut sibi racionem
reddat fuga ab angelo ut ei
ipsum testimonium reddat fuga
a dyabolo ut ipsum ad tartharea
recipiat seu rapiat fugatur
a mundo seculo ut ipsum terrenum [illegible]
accuset Eius autem corpus fugatur
a vermibus ut ipsum comedunt Eius
[illegible] fuga a parentibus ut ipsum divi-
dant Istam fugam impedit aspe-
ritas hiemis i. carencia divini
amoris Crisostomus ibidem Qui non at
in corde suo illum ignem de quo
dominus dixit Ignem veni mitte-

in terram. In iuvene est etiam si fuit
in media etate. Istum autem ignem
habuit beatus Dominicus. Habuit enim
illud per quod quis ad istum ignem
disponitur, quod est desiccatio omnis
carnalis voluptatis appetitus. Lingua
enim ad honorem sanctam ad
susceptionem ignis efficitur ab illa.
Istud dispositionem habuit quia purissimus
virgo fuit. Habuit illud per
quod conservatur, quod est omnis humilitas.
Eccl. 10: Eruit superbis terra et omnis
humilitatem, cum qua in vita passus
in morte legavit sicut patet
in ipso testamento. Habuit illud
per quod manifestatur, quod est fumus
sanctorum desideriorum et orationis, de quo
dicitur Apoc. 8: Ascendit fumus
incensorum de manu angeli coram
domino. Istum fumum ipse habuit
quia sancta desideria et orationes
semper ad deum transmisit. Unde
cantatur de eo: Ratem celi per lustrabas
laudando. Habuit illud per quod iste
ignis augmentatur, scilicet lingua bonorum
operum. Eccl. 18: Ut lingua
in lignis silvarum ignis exardescet. Istud augmentum ipse habuit
quia in bonis operibus semper
vacavit. Ipse enim cursum suum
non consumavit in frigore sed in
igne divine dilectionis, quia si
ipsa habuit verba. Habuit ignita
apud Job 38: Nonne vestimenta
tua calida sunt cum perflata fuerit
terra austro. Habuit ignita desideria.
Ezech. 1: Scintille quasi aspectus
eris candentis. Habuit
ignita exempla quia non tantum
informabat verbis sed etiam ~~operibus~~
exemplis. 2m quod impedit cursum
est pigricia vel ocium. Ut dicitur vel
sabbato i. qui manet in ocio.
Tren. 1: Viderunt eam hostes, pondere sabbatum

que tristiciam abstinet non ab
opere carnali sed ab operibus malis.
Qui ergo vacat ab operibus sancti
operibus malis faciendis bona operans
salubriter sabbatizat et sancte.
Qui autem recedit ab opere bono
faciendo opera mala culpabiliter
et nupiter. De isto sabbato dicitur
Tren. 1: Viderunt eam hostes
et deriserunt sabbata eius. Et
dicit sabbata in plurali quia quidam
sabbatizant quando ad deum vacantes
scilicet ab omnibus oratione vel
talis est iste qui in oratione pernoctabat.
Quidam tamen ad predicandum
vacantes bono opere vel
iste est qui totum se a terminis
obsequiis impendebat. Quidam
ad scripturas s. vacantes a sue carnis
maceratione. Non talis fuit
iste qui carnem suam ieiuniis
disciplinis et in vigiliis maceriabat.
2m quod impedit cursum
est pondus corporis, quod intendi dicitur
Mat. 12: Ve autem pugnantibus.
2m Cursum super Mat. predicatores
designaverunt quando aliqui
in fide conversant et tunc oportet
quod doceant eos decem precepta
quasi decem menses per que
a malis abstineant. Et sicut
multi parientes non completos
novem menses et decimo non
attingentes abortivum vel immaturum
fetum producunt. Sic ne quis
de novo conversus prius a malis abstineat
ad perfectionem iusticie pervenire
non potest. Postquam autem sic
fuerint concepti et formati eos
oportet tunc quod ad perfectionem
bonorum operum eos producat. Postquam
pepererint eos nutriant eos quia
duobus eos quia duobus testamentis

quasi dulcibus in mamillis caro
nutriuit. hec Crisostomus vel pt dici
concupiscentibus sunt qui multa
via comedunt sed nunquam ad pleni-
tudinem veniunt. de quibus dicitur Jere 31
comederunt filii uvas ad partum
[illegible] dentes non erat pauendi. dicitur
[illegible] pecus liberi portat seu offert
[illegible]enti. // Ferunt est quod eterna aspi-
[illegible] ante tempore prius quasdam herbas
medicinales manducat ut facilius
[illegible]atriat. Sed ut dicitur plinius eius quod
[illegible]upula debet parere quosdam la-
pides preciosos in nido suo re-
ponit. Tertius lapis est sanguis
Christi. Et cui ait Canticorum 2 Ego
flos campi et lilium conuallium.
Herba est caro nostra mortalitati
subiecta de qua dicitur Ysaie
[illegible] Omnis caro fenum. Et ista
herba est medicinalis quia
memoria mortis preseruat a
[illegible]su. Ecclesiastici 7. In omnibus operibus
tuis memorare nouissima tua
et in eternum non peccabis. Lapis
preciosus est gloria celestis de qua
Psalmus. Posuisti in capite eius co-
ronam de lapide precioso. Ista
[illegible]ria homines generatores per
[illegible]onum propositum parere faciunt
bona opera scilicet memoria pas-
sionis dominice, memoria mor-
tis et considerario celestis
[illegible]lic. // Contrarium quod impedit Christum
est grauitas oneris quod notatur
cum dicitur et nuncientibus. Con-
tra qui oneratur sed diuicijs quidam
[illegible]tas et ista talia mittit et
in [illegible] et longam vitam
[illegible] promittit. Sed stultus esset
qui oneraret eum ad pirum sua
[illegible] vellet [illegible] stultior

quod cursorem velocem sequi
deberet. Stultissimus quod cum hoste
expedito pugnam sibi incumberet.
Stultus igitur diues quia noluit se diui-
tijs sarcinis onerare. Cum quod
ad pirum festinabat. Hebre 12. Fe-
stinemus ingredi in illam requiem.
Augustinus. Quid est quod dicis Ego
diues ille pauper nisi ego
diues ille pauper. Cum quia Christum
precursorem sequi volebat qui
pauper fuit et nil habuit Mathei 19
Ecce nos relinquimus omnia et
secuti sumus te. Dicit Bernardus Be-
ne fecisti petre et non adinsipi-
enciam tibi. Vero cum aliter sequi
poteras illum qui exultauit
ut gigas ad currendam viam
suam. Hebre 12. Deponentes
omne pondus et circumstans nos
peccatum per paciam curramus
ad propositum nobis certamen as-
picientes in auctorem fidei et
consumatorem Christum. Cum quia cum
hoste expedito pugnam erat
periculum est cum nudo nequibus
sarcinatus vult cum nudo pugnare
quia de facili prosternetur ad
terram dicitur 1 Thy 6 Qui volunt
diuites fieri incidunt in tempta-
cionem et in laqueum dyaboli //
Tertio pugnauit fideliter quod notatur
cum dicitur fidem seruaui. Ille enim
fideliter pugnat qui in sua pugna
non suam sed domini sui gloriam affectat.
Contrario non vane gulosi infideliter
pugnant quia gloriam sibi usur-
pant que tamen vana dicitur quia
pulueri umbre vento et palee
assimilatur. // pulueri quidem assimilatur

quia toto pedum affectibus adhere-
ideo dixit apostolus Luce 10 Etiam
pulverem pedum vestrorum excutite
Sunt autem pulverem sancti excutiat
sed mali cum desiderio lingunt
ysaie 48 pulverem pedum tuorum
lingent Assimilatur umbre quia
insequitur fugientes et fugit ap-
petentes quasi qui apprehendit
umbram et sequitur ventum
sic et qui attendit ad ipsa mendaci-
a Ecc 34 Eciam 19 Item effu-
gitas et precursor assimilatur vento
quia non satiat sed flat Osee 12
Effraym pascit ventum Assimilatur
palee quia nullam habet soliditatem
tatem sed vanitatem Granum
cum palea est opus bonum cum
vana gloria Sed granum cum palea
in horreo non ponitur quia opus
bonum cum vana gloria non remune-
ratur Sed nondum quod vana gloria
opus bonum aliquando perdit aliquando
comitatur aliquando sequitur Cum
perdit tunc illud opus est intermi-
ttendum quia vana gloria non debet
aliquem movere ad faciendum
aliquod bonum opus / Eciam 9
Melius est non facere quam propter
honorem facere quia quidem non
facit et in celo nil invenit Qui
autem propter honorem facit et in
terra perdit et in celo non invenit
Quando vero comitatur non est illud
opus intermittendum Eciam 9
Ecce proposuisti facere elemosinam
sed ascendit super cor tuum velle
hominibus apparere numquid debes sub-
trahere a manu abstinere sed perfice
opus tuum nec dum vis cogitacioni
vane resistere perdes opus tuum
bonum Aliquando eam sequitur
tamen scilicet quod opus bonum perpetratum
in ipso bono opere vane delectatur
Hoc signatum est ysaie 2 ubi

dicitur quod postquam quidam predicavit
civitati egressus est et ~~fecit~~ contra
umbraculum et subivit sibi ederam
sub qua quiescebat quia quidam
quibus predicavit vel aliqua fecit
bona semper sub edera id est sub
vana gloria requiescit quia deus
ad suam probacionem sibi venire
permisit sed vermis radicem corro-
dit quando aliquis dolorem suum
sibi aliquibus propalat vel ad me-
moriam reducit et tunc ...
et turbatur ipsa cum vana gloria
difficile vincitur/ tum quia de bono
nascitur, tum quia non habet quo
per quod vincatur Tum quia quanto
plus impugnatur tanto plus augetur
Quod cum de bono nascitur dicit
Eciam super mattheum Sicut enim re-
ipsa re nascitur quod devora-
rem ut puta in ligno nascitur
vermis qui destruit lignum et
vestimento nascitur tinea que
consumit vestimentum De gloria
nascitur eruca que universa
corrumpit Et in spiritualibus e con-
trario accipit incendium accepisse
unde eos curat quia a se ipso
nil agere potest nisi occasione
de nobis acceperit Ideo inimicus
hominem ... et statim
que invenit terra cum sit age-
ndum ~~...~~ contra cum et
puta milites bellatores nascitur de
virtute contencio indignacio ...
de ambicione Surgit inundu-
... divitiis de acquisitione ...
Quod autem non habeat contrarium
per quod vincatur dicit Eciam
super mattheum Sicut omnia vicia
que sunt in mundo habent contra-
rium per que superantur ut puta for-
nicacio castitatem, superbia humi-
litatem, iracundia mansuetudinem

t nullum est malum quod non creat
vicium bonum solum vane glorie malum
non est contrarium bonum per quod superetur
immo autem quanto plus compescitur tanto
magis augetur audit Ecclesiastici [illegible]
quanto plura bona facias volens te
esse vanam gloriam tanto magis cre-
tabis eam et causa est ista quia
hoc malum de malo nascitur sola
autem vana gloria de procedit de bono
ideo non extinguitur per bonum sed
magis nutritur deinde nec omnibus
[illegible] temptatio vane glorie non
habet locum / fornicarius enim
aut raptor quod temptatur de va-
na gloria qui non habet unde glorietur
illi autem temptatione vane glorie
patiuntur qui tale aliquid faciunt
unde glorientur ergo nullum remedium
potest esse contra vanam gloriam nisi oratio
sola et licet ipsa vanam gloriam
generat nisi caute proponatur sed forte
eam ornaverit licet Crisostomus coronatus
stabit triumphaliter quod notatur cum
dicit In resurrectione reposita est
michi corona iusticie etc. / In quo
notatur securitatis sue glorie et corona
que est reposita et recondita apud
deum Gloria enim sanctorum secura est
ratione illius a quo custoditur
scilicet dei a quo rapi non potest nec tolli
Johannis 11 Ego vitam eternam do
eis et non peribunt in eternum nec
rapiet eas quisquam de manu
mea 2 Thimothei 1 Scio cui credidi
et certus sum quia potens est de-
positum meum servare in illum diem /
ratione loci in quo custoditur
quia ille locus et est altissimus
ad quem nullus hostis potest attingere
Ecclesiastici 1 altitudinem celi et lati-
tudinem terre etc. / et est fortissimus
ut nullus hostis possit frangere
Job 37 Tu forsitan cum illo fa-
bricatus es celos qui solidissimi
quasi ere effusi sunt Et quia

locus sit securus idem dicitur Mathei
6 Thezaurizate vobis thezauros in
celo ubi nec tynea nec erugo de-
molitur et ubi fures non effodiunt
nec furantur ratione rei que cu-
stoditur quia illa corona in se est
incorruptibilis 1 petri 1 In he-
reditatem incorruptibilem Cum
apparuerit princeps pastorum accipietis
immarcessibilem glorie coronam
1 petri 5 In hereditatem incor-
ruptibilem etc. / ratione eius pro
quo custoditur scilicet hominis qui nec
volens dimittet nec nolens
amittet / sicut ostendit Augustinus
in libro de trinitate Quia beata
vita hominem deserit aut nolentem
procul dubio deserit aut volentem
aut neutrum Si nolentem
quomodo est beata vita que est in voluntate
ut non sit in potestate tunc beatus nemo
sit nolendo nec habendo / quia
nunquam beatus est qui non honore non
possessione non qualibet alia re sed
ipsa beata vita nolens deserit Si
aut volentem deserit certe si beata
vita quod erit quod finit volebat
voluit qui habebat restat ut
dicatur neutrum esse in animo beato
scilicet nec nolle nec velle nec ista
beata vita est que talis est que beatum
facit amore indignum sit Cum
enim est beata vita quam non amat
non est beatus aut quod amatur quod utrum
vigeat aut pereat indifferenter acci-
piatur seu accipitur Ex quibus verbis
beati Augustini habetur quod vita
beata deserere non potest hominem
nec nolentem nec volentem
nec nolentem Et ideo est certa

Sequitur sermo alter de sancto Dominico

Tolis quis sal terre quod si sal e-
vanuerit in quo salietur ad
nichil r[illegible] ultra in puta [illegible]

apostolus assimilat sali condienti luci refulgenti ciuitati eminenti et lucerne in candelabro radianti

a

Apostoli enim Christi habuerunt diuinam sapientiam et ideo assimilantur sali condienti cum dicitur vos estis sal terre / habuerunt lucidam doctrinam ideo assimilantur luci refulgenti cum dicitur vos estis lux mundi / habuerunt eminentem et ideo assimilantur ciuitati eminenti cum dicitur non potest ciuitas abscondi supra montem posita / habuerunt luciditatem et preclaram famam et ideo assimilantur lucerne super candelabrum radianti cum dicitur neque accendunt lucernam et ponunt sub modio etc. Et quia beatus dominicus ordinis nostri institutor ista quatuor in se habuit et in ordine suo similiter voluit esse / ideo iste cum ad honorem suum legitur et recitatur / primo namque habuit et in ordine suo voluit diuinam sapientiam et ideo appellatur sal quia totum mundum sale sapientie condiuit / Dicitur autem beatus dominicus sal ratione originis nominis et dictus dominicus quia

b

quia sicut dicit Ecclesiasticus super agat[?] creatura salis generatur per aquam / per calorem solis et per flatum venti et hec ea que sunt in aliam speciem commutatur / Sic beatus dominicus generatus est in vitam spiritualem et in vitam alteram commutatus per aquam id est lacrimarum effusionem unde continetur de eo Ecclesia attingens singulis fletibus orationibus unde potuit dicere cum propheta / lauabis me scilicet per lacrimarum effusionem et super niuem dealbabor quia inde acquiram mentis innouationem / per calorem solis id est per feruentem amorem unde

cum legatus in quo libro inue[illegible] studeret respondit in libro caritatis / vnde poterat dicere cum propheta[illegible] Inflammatum est cor meum scilicet per feruentem amorem et renes mei commutati sunt scilicet per puritatem et ego ad nichilum redactus sum scilicet per humilitatem / Quanto enim erat in amore feruentior tanto erat purior et humilior / per ventum id est spiritum sanctum affectionem Cui spiritus sanctus [illegible] cor eius afflabat et tanta dulcedine eum replebat ut mentis pateretur ita quod cum deo loquens in orationibus pateretur amaritudinem ebrietate cum proximo loquens exhortationibus contemplabat scilicet per caritatem ut posset dicere illud Canticorum v Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est / Et dominus sal ratione nominis Quoniam enim nomen sal triplicem dicitur vel a salo id est amari salso vel a sole quia sicut sal omnibus est [illegible] et necessarium id est et sal / vel a saliendo quia salit ab igne [illegible] namque dominicus per suam sapientiam et doctrinam modo inducebat homines ad peccatorum contritionem et tunc poterat dici sal a salo ut possit dicere illis qui per culpam amari Trenorum ii Magna est velud mare contritio tua / Modo ducebat homines ad lucidam dei cognitionem et poterat tunc dici sal a sole Ecclesiastici xlii Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol [illegible] Quandoque trahebat homines ad mundi contemptum et desperationem et tunc poterat dici sal a saliendo /

mi[n]i bonitatis ab appetitu mu[n]di
alie et replie facieba[n]t / dem[en]t
m animus ab appetitu avaricie
replie m[odo] illud Ieremie m[odo] dixit
m vidit te replicet a te et lique
fieri p[ro] in aqua p[ro] compassionem
licene misie sicut liquefiebat
ille qui dicebat ii Cor[inthios] xi q[ui]s
infirmat[ur] et ego non infirmor
et quidam sunt sicut sal argenti
aliquid sicut augmentum in igne flu-
it et in aqua resolvit quia li-
quefiunt per ignem avaricie et
replent ab omni pietate et com-
passione Tales dicu[n]tur sal ratione
virtutis Origenes super Mat[theum] Sal
mi[ra]culis virtutis alit tres quia
in carne fetorem aufert pu-
tredinem expurgat et vermes non sinit
generari Sic beatus Dominicus per
divinam sapientiam et doctrinam aufe-
rebat fetorem male fame expur-
gabat sordes concupiscentie et non
sinebat in eis ad generari vermem
remordentis culpe Mat[theus] ii dicit
omnis igne salietur et omnis vic-
tima sale salietur / habete in vobis
sal et pacem habete inter vos
Tunc cum beatus Dominicus igne fa-
ciebat eum consumebat et dolorem
rubiginem male fame tunc vic-
timam saliebat doctrinam quos
a carne mortificata auferebat
fetorem carnalis concupiscentie
Tunc dabat sal sicut et pacem
quos removebat vermem mor-
dacem conscientie qui est in dampna-
tis non moritur Et sicut dicit
ut Origenes liberatur a putredine
peccatorum respectu virtutis est ut sit ut
dicit ad illud non recedunt apostoli
quia est et labore crudos autem
sal nullam habet de virtutibus predictis

et infatuari dicitur et tunc nil
valet ultra nisi ut mittatur foras
a conscientia s[cilicet] apostolorum et beatorum
et conculcetur ab hominibus unde dicit
et plus signat / non tantum cum con-
culcabitur ab hominibus sed etiam
a deo angelis et demonibus
ab hominibus quidem a sanctis per
contemptum nationem quia sancti
in iudicio eos conculcabunt
i[d est] condempnabunt Malachie ult[imo]
calcabitis impios cum fuerint
quasi cinis sub planta pedum
vestrorum seu vestrorum in die qua
ego facio dicit dominus exercituum
a deo per dure furoris et ire
effusionem Ysaie lxiii Cal-
cavi eos in furore meo et sub
angelis per separationem Apocalypsis
Calcet super eum quasi recimus /
Sic habuit lucidam doctrinam
ideo assimulatur luci refulgenti
cum dicitur vos estis lux mundi
Dicitur aut lux triplici de ca
primo propter lucis puritatem Cum
enim triplex est species ignis s[cilicet]
carbo flamma et lux secundo. dicit
cristus nobis estis carbo mundi
vel flamma mundi sed lux mundi
Carbo cum est ignis in materia
terrestri / flamma est in materia
aeris / lux vero est pura sine
et est ignis in propria essentia
illi ergo predicatores sunt carbo-
nes mundi quorum doctrina est ad-
mixta est materie terrestri i[d est]
cupiditati / Illi sunt flamma
mundi quorum doctrina est admix-
ta aeri i[d est] inani ambitioni
Illi sunt lux mundi quorum doc-
trina nil habet ad mixtionem
terrene cupiditatis vel inani

famorum sed prius fuit propter decorem et tamen huiusmodi animarum animarum. Ista tria tangit apostolus cum dicit I Thess. ii. Neque aliquando fuimus in occasione avaritie deus testis est. Ecce quia non fuit carbo mundi. Neque querentes ab hominibus gloriam neque a vobis neque ab aliis. Ecce quia non fuit flamma mundi. Sed facti sumus parvuli in medio vestrum tanquam si nutrix foveat filios suos / volebamus vobis tradere non solum evangelium dei sed etiam animas nostras quoniam karissimi facti estis nobis. Ecce quomodo fuit lux mundi quia predicatio sua fuit propter spiritualem fructum et utilitatem et tamen animarum. // Doctrina igitur beati dominici non fuit carbo id est admixtione cupiditatis quia divitias spernebat et paupertatem amabat. Nec fuit flamma id est admixta humane laudi et ambitioni quia honorem fugiebat nam libentius morabatur carcassone ubi ab omnibus despiciebatur quam tholose ubi ab omnibus honorabatur. Sed fuit lux purissima propter salutem scilicet animarum. Unde sepe deum orabat ut ei gratiam sibi infundere dignaretur quod aliquando posset se totum impendere utilitatibus proximorum. Talem doctrinam esse voluit sequentium filiorum. Unde in morte testamentum condidit in quo sic ait: Hec sunt que vobis tanquam filiis hereditario iure possidenda relinquo: caritatem habete, humilitatem servate, paupertatem voluntariam possidete. In hoc quod paupertatem eis legavit no-

luit quod predicarent propter temporalem cupiditatem. In eo quod humilitatem eis dimisit noluit quod predicarent propter humanam laudem. In eo quod caritatem eis legavit voluit ut predicarent nisi solum propter animarum salutem. Secundo dicitur apostolus lux mundi propter lucis effectum sive operationem. Lux enim excitat dormientes delectat aspicientes et dirigit ambulantes. Sic et apostoli excitabant illos a somno peccati eos angelos faciendo Ro. 13. Hora est iam nos de somno surgere. Delectabant bonos eos ad celestia sublevando Eccl. 11. Dulce lumen et delectabile est oculis videre solem et celestem claritatem. Dirigebant omnes eos in iustitia informando Luce 1. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. Etiam propter ista tria beatus dominicus figuratus est in specie catuli latrantis facule ardentis et stelle micantis. // Fuit enim catulus dei magnum peccatores latratu sue predicationis a somno peccati excitabat. // Fuit facula dei inquantum bonos ad celestia inflammabat. // Fuit stella dei inquantum omnes in viam iustitie dirigebat. // Tertio apostoli dicuntur lux mundi propter maiorem lucis participationem. Lux enim mundi sunt ipsa luminaria mundi de quibus dicitur Gen. 1. Fecit deus duo luminaria magna. Lux autem primo et principaliter in luminaribus continetur, deinde a nubibus postea a metallis percipitur. Ultima autem infinita habet lux. Que igitur fontalis et essentialis est Christo cum radiis divine glorie et sapientie participatur et est in apostolis

in luminaribus primi libri. Fuit quasi lu-
nus sicut luminaria in mundo / Fuit
in antiquis et primis doctoribus
sicut in nubibus qui per apostolos i.
maiorem lucem sapientie perceperunt
nam fuerunt nubes quia ex terrenis
elevati et in celo [illegible] est igitur
[illegible] in doctoribus inferioribus et
prelatis sicut in montibus. Ma-
chabeorum 6. refulsit sol in clype-
os aureos et resplenduit mon-
tes i. moderni doctores et prelati
[illegible] est etiam in ceteris clericis
sicut in [illegible] inferioribus quorum
[illegible] habet lucem bone
vite / de quibus dicitur Ephesiorum 5
eratis aliquando tenebre nunc autem
lux in domino. Mathei 5 Sic luceat lu-
x vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona etc. Per hunc modum istud
quadrupliciter modo beatus [illegible]
[illegible] lucem divine sapientie
recepisse videtur / Fuit enim humilis
et devotus laycus / Fuit regularis
canonicus / Fuit vir angelicus [illegible]
tum fuit fuit virgo incorruptus
tandem factus est vir apostolicus
[illegible] sibi fuit humilis et devo-
tus laycus erat humilis terra dei
et ideo sol iusticie lucem sue sa-
pientie sibi infudit / [illegible]
erat regularis canonicus erat
mons dei et ideo ipsum magis
illustravit / [illegible] fuit vir an-
gelicus erat sicut nubes dei quia
celestem vitam ducebat et ideo
ipsum amplius illuminavit [illegible]
factus est vir apostolicus erat luminare
dei / et ideo lucem divine sapientie
sibi maiorem se infudit / Iste quasi
duplicem gradum tangit Proverbiorum
Semita iusti i. beati dominici quasi
lux splendens / quando fuit devo-
tus laycus procedit cum factus est
regularis canonicus et crescit

usque ad perfectum diem / cum factus
est vir apostolicus. Et hic beatus do-
minicus habuit et in ordine suo
posuit eminentem vitam et
ideo assimilatur civitati eminenti
cum dicitur Mathei 5 Non potest civitas ab-
scondi supra montem posita
Ista civitas est congregatio nostra
in qua est unio i. fratrum unitas
iuxta illud psalmi Ecce quam
bonum et quam iocundum habitare
fratres in unum que super montem
est edificata i. supra altitu-
dinem perfectionis et vite sancti-
ta. Civitas autem super montem
posita est sana et habet plurimum
aeris quam habet est munda quia
immundicie in montibus stare non
possunt sed ad inferiora descendunt
Est secura quia hostes [illegible] ma-
[illegible] nequeunt Est clara quia a
remotis videri potest Civitas igitur
ista religio nostra [illegible] que est super
montem posita i. super altitudinem
perfectionis et vite fundata est
et sana munda secura et clara
Sana quidem est propter votum paupertatis
voluntarie nimia enim habun-
dancia est causa infirmitatis
corporalis Ecclesiastici 3[?] propter crapulam
multi obierunt / et infirmitatis
spiritualis [illegible] prodiit quasi ex
adipe iniquitas eorum [illegible]
[illegible] et paupertatis / Item est munda
cum et paupertas est [illegible] sa-
nitatis corporis et anime Ecclesiastici 3[?]
Sanitas corporis et anime [illegible]
[illegible] et [illegible]
Secundo est munda propter votum castitatis
et continentie. Carne quando conti-
nentia reddit mundum corpus
et spiritum iuxta illud 1 Corinthiorum
[illegible] animus ab omni in-
quinamento iniquitate carnis
et spiritus. Tertio autem sit est munda

de facili etiam modicam impuritatem
in se reprehendit et recognoscit
cui autem non sic est nimis etiam
magnas impuritates non sentit
Et ponit super hoc Crisostomus duplex
exemplum super Matheum Unum est quia
in loco nudo et spacioso modi-
ca sorditas statim apparet in loco
sordido etiam magna sordes non apparet
Aliud est quia in veste candida ma-
cula statim videtur in nigra autem
non videtur Aliud etiam exemplum
potest poni quia in aere a radio solis
per fenestram venientem illu-
strato minimi pulveres videntur in
alio autem aere qui non illustratur
minime conspiciuntur Tercio est secunda
contra votum obediencie periculum
est enim cum quis a propria voluntate
ducitur quia in manibus inimicorum traditur
Eccli 18 Si prestes anime tue con-
cupiscencias suas faciet te in
gaudium inimicis tuis Quando autem
aliquis voluntatem suam tradit
in manu dei vel vicarii sui
securus esse potest unde potest
dicere illud psalmi tenuisti manum
dexteram meam scilicet adversa me
scilicet sustentando ne frangar scilicet
per impaciencia et in voluntate
tua deduxisti me scilicet prospera
scilicet dirigendo me ne allidar
per intemperanciam et cum gloria su-
scepisti me dando scilicet in diebus
finalem perseveranciam Tercio
est clara propter lucem sapiencie de qua
dicitur Sapiencie 6 Clara est et que
nunquam marcescit sapiencia oportet
enim ut tunc huius civitatis ha-
beant sapiencie claritatem quia
ipsi sunt luminaria mundi lucerne
dei speculatores ipsi et canes
greges domini Obtenebratis
autem luminaribus egrediuntur de ca-

vernis fere silvestres scilicet ini[?]-
ludentibus spoliant fures dor[mi]en-
tibus speculatoribus vivunt do[r]-
mientibus canibus rapiunt lupi
pastores Sic est quando prelatus et
predicatores qui sunt luminaria ob-
scurantur per ignoranciam vel
malam vitam adveniunt fere
silvestres id est heretici et recedentes
multos decipiunt Psalmus Gal[?].
Prelatus qui debet lucere sicut sol
cognovit occasum suum et ideo
sequitur posuisti tenebras et fa[cta]
est nox in ipsa pertransibunt om-
nes bestie silve Quando etiam ipsi qui
sunt lucerne dei [illegible] extinguuntur
adveniunt fures id est demones et
animas nimis auferunt Crisostomus
super Matheum Vos estis luminaria mundi
vite contemnentes et lucerne super can-
delabrum posite facile per hoc
ubi prelatus extinctus ecclesia a la-
tronibus predam in tenebris patitur
Quando iterum ipsi qui sunt specula-
tores ipsi dormiunt irruunt leones
id est tyranni crudeles et subditos
opprimunt Ezech 3 Speculatorem
te dedi domui Israel Quando in-
super ipsi qui sunt canes gregis
domini dormiunt tunc rapiunt oves
lupi rapaces id est heretici tyranni
et demones Ysaie 56 Canes
muti non valentes latrare Tercio
beatus dominicus in se habuit
lucidam famam ideo appellatur
lucerne super candelabrum radian-
tem dicitur neque accendunt lu-
cernam ubi quatuor implicantur
Quando enim sunt lucerna sunt
accensa non super candelabrum
posita quod notatur cum dicitur neque
accendunt lucernam Secunda

[ce]les cum qui habent lucem scie sed
[no]n habent eminenciam vite non
[vo]lant ut aquila in summis sed
[re]ptant ut testudo in infimis et
[ide]o secundum legem sunt immundi
Leuit. 11 Omne quod reptat super terram
immundum erit. Tales tamen habere le-
[gi]de videntur cristo in veste alba
[in]duunt cum induerunt eum veste
[al]ba dum fulgere videntur divina
[sa]piencia sed cristo illudunt dum
[non pro]ficiunt in vita. Alii sunt lucerna
[ab]scondita quod notatur cum dicitur
[nemo] in abscondito ponit. Isti sunt
[pre]lati formidolosi timore persecu-
[ti]onis se abscondunt et fugiunt. Joh. 10
Mercenarius et qui non est pa-
stor cuius non sunt oves proprie videt
lupum venientem et fugit. Alii
sunt lucerna sub modio occultata
quod notatur cum dicitur neque sub mo-
dio. Isti sunt prelati cupidi et avari
unde dicit Glossa ibidem Modii sunt
temporalia que certam mensuram dierum
inchoantur. Eterna autem et spiritualia
bona nullo fine debent terminari
[quo]rum cum dat deus spiritum ad men-
suram. Sub modio ergo ponit
lucernam qui lucem doctrine temporali-
bus commodis supponit. Tales
[igitu]r prelati plus curant de temporalibus
commodis quam de spiritualibus. Unde
Crisostomus super Math. Si populus
decimam non obtulerit murmu-
rabunt omnes et si ipsum peccan-
tem viderint nemo murmurat.
Contra eos vero tales fuit Job de
quo legitur Job 1 quod audita
amissione omnium et bonorum et asi-
narum nullum inde dolorem ostendit
audita autem morte filiorum vestimenta
scidit quod signum magni doloris

fuit ad innuendum quod prelati
de amissione temporalium non multum
debent curare. De morte autem
filiorum suorum multum debent dole-
re. Dicitur etiam 2 Mach. 15 Erant enim
pro uxore et filiis pro fratribus et
cognatis minor sollicitudo ma-
ximus vero et primus pro sanctitate
timor erat templi. Alii sunt lu-
cerna super candelabrum posita que
scilicet habent lucem scientie fer-
vorem scilicet vite et eminenciam
fame quod signatum 1 Reg. 10 ubi
dicitur quod Saul ab humero et
sursum super omnem populum eminebat
In humero pondus laboris intelligitur
Super humerum autem est caput in quo
sunt oculi per quos intelligitur
sciencia et est odoratus per quem
significatur bona fama. Prelatus igitur
debet eminere super omnem populum
ab humero et sursum quia debet eos
precedere et in labore actionis et
in fervore scientie et cognicionibus et
in eminencia opinionis sed
de multis potest dici illud Ysa. 24
Sicut populus sic et sacerdos. Ta-
les dicere debent illud Ysa. 3
Non sum medicus et in domo
mea non est panis neque vesti-
mentum nolite me constituere princi-
pem populi. Non enim curare possunt
aliena vulnera exemplo vite
nec habent potestatem facere doctrine
nec commendacio bone operacionis
nec fame. Christus autem dominus
ista tria habuit. Unde dicitur in
Canone quod cantatur ad sui honorem
Math. 5 Qui autem fecerit et docuerit
et docuerit ecce doctrina prelata
hic magnus vocabitur in regno
celorum ecce eminens fama

fuit et est valde famosus in
regno celorum i. in ecclesia militanti
sed nunc magis famosus in regno
celorum i. in ecclesia triumphanti

Sermo primus de sancto laurencio sequitur

Probauit me quasi aurum
quod per ignem transit Job
xxiii. Beatus laurencius
et fuit aurum propter perfectionem
vite et fuit probatus per grauita-
tem pene. In verbis istis premiss[is]
duo videnda sunt / primo quid de-
signatur per aurum / secundo qualiter
fuit probatus. Circa primum notandum
est quod beatus laurencius fuit
prelatus aurum et martir preciosus
et predicator graciosus et quantum
ad istos tres status significatur per
aurum / primo vero in quantum fuit
prelatus ... aurum enim est temperatum
solidum et purum. Sic prelatus debet
esse temperatus in iusticia solidus
in vita et purus in consciencia.
Habet autem aurum ex temperantia
quod sit calidum et humidum et istud
temperamentum debet habere prelatus
quod scilicet sit calidus per feruore
et humidus per compassionem
feruor enim zeli sedet super
feruorem vini ira sabbem
et ideo ex eo ita ... emittit
scintille indignacionis nisi
aspergatur aqua compassionis sicut
patet in fabro ferrario qui quando
ignis nimius inualescit ipsum
aque aspersione restringit. De
isto temperamento dicit Gregorius in
pastorali / faciendum est ex utroque
temperamentum quoddam ut neque
multa asperitate exulcerentur / subditi
neque nimia benignitate solvantur.
Istud autem temperamentum beatus Gregorius
in pastorali ostendit esse contemptu...
Unum est quod unum severitatis
aliud pietatis unde sicut dicit G...
Samaritani studium semivivi ...
stabulum ducitur et vinum atque o...
eius vulneribus adhibetur ut per
vinum mordeantur vulnera et per o...
foueantur / Alium est quod virga cor-
reccionis temperatur manna dulcedinis
unde subdit / In archa tabernaculi
tabule virga simul et manna cum
cum scripture sacre sed in bonis
rectoris pectore sit et virga distric-
cionis sit et manna dulcedinis.
Tercium est quod virga fervoris di-
sciplinae temperatur baculo sustenta-
cionis. Unde ait psalmista / virga tua
et baculus tuus ipsa me consolata
sunt virga cum percutimus / baculo
sustentamur. Ideo est distinctio
virge que feriat sic et sustenta-
cio baculi que sustentet. Quartum
est quod rigor rectitudinis tem-
peratur lenitate mansuetudinis compassionis / De
isto temperamento dicit sic in libro
morum. Illi viri doctores sunt
qui cum per rigorem disciplinae
pii esse sunt per pietatem iusti
matres esse noverunt / Quintum
est quod vultus severitatis interius
temperatur leticia placida unde ait
idem ibidem. Talis dispensacio ...
esse regiminis ut hiis qui post ca...
cta subditos mensura moderacionis
questus et austeritas timeri debeat
et rectitudinis amari ut cum neque ni-
mia leticia vilem reddat neque
nimia severitas odiosum /
Secundo aurum est solidum ex qu...

liditate habet quod non tangit ter-
ra sicut alia animalia. Ex quo
datur intelligi quod prelati debent habere
tamquam soliditatem quod subditos non
tangat, id est per malum exemplum non
fetant [illegible] cum exemplum
prelatorum cito inficit vitam subdi-
torum. Sicut ostendit Gregorius decem-
bro capitulo dicens oculi et pastor
vita subditorum. De duobus ex-
emplis sic dicitur in pastorali. Vita
subditorum cum preest spiritualiter
preest non inquam in exemplo
cui se prelatus est quasi obstaculo
[illegible] ondit languescente capite
membra [illegible] ondit
[illegible] est exemplo oculi. Subditi
enim sunt pedes, ~~prelatorum~~ prelati
sunt oculi viam subditis
ostendentes. Cum oculi aut
prelati pulvere terrene cupiditatis
inficiuntur cito a pedibus, id est a sub-
ditis, in via morum erratur. Sicut
dicit ibidem. A subiectis enim foris
terrena sunt rectoribus [illegible]
agitanda ut scilicet oculi qui
eminentibus processibus primum
ad pulveris non absconditur. De
tertio exemplo sic dicit ibidem.
Sunt nonnulli qui solerti cura
spiritualia perscrutantur sed que
intelligendo penetrant moribus
conculcant repente docent que
non opere sed meditatione didi-
cerunt et quod verbis predicant
moribus impugnant. Unde fit
ut cum pastor per abrupta graditur
ad precipicium grex sequatur. Tertio
aurum est purum ex cuius puritate
accidit quod rarissime invenitur
alteri corpori in mixtio alterius puri-
tatem tantam non retineat

sed in omnibus degeneratur. Ex quo
datur intelligi quod prelatus debet
esse mundus in constancia. Gregorius
in pastorali. [illegible] in-
mundicia polluat qui hoc suscepit
officium ut in alienis quoque
cordibus pollutionis maculas ter-
gat quia necesse est munda esse
studeat manus que diluere sordes
curat ne tacta deterius inquinet
si ~~sordidibus~~ sordida insequitur
lutum tenet. Gregorius. [illegible]
[illegible] prius aptet et sic alios
mundare sapientem fieri et sic
alios facere sapientes, lumen
efficiat et sic alios illuminare, acce-
dere ad deum et sic alios adducere
ad deum, sanctificari et ita sanctifi-
care, manus habere rectas et
sic esse recti consilii et rectum duc[ere]
consilio. [illegible] Laurentius
in quantum fuit prelatus, id est sacre ro-
mane ecclesie archidiaconus,
signatur per aurum ex eo quod fuit
[illegible] quia et habuit severitatem
~~[illegible]~~ tyrannos in arguendo
et dulcedinem et compassionem
pro omnibus orando. Fuit et solidus
exemplum sanctitatis prebendo. Fuit
et purus mundiciam cordis et
corporis servando. Secundo beatus
Laurentius fuit martyr invictus
in quantum ad hoc assimilatur auro.
Aurum vero sub malleo non re-
sistit ut ferrum, non frangitur
ut vas terreum, non resonat ut
[illegible] sonos sed in subtilissimas
laminas dilatatur. Martires sunt
qui sub malleo tribulationum instar
[illegible] duri sunt nec [illegible]
nec corriguntur. De quibus dicitur
Johannis 21 [illegible] indurabitur
quasi lapis. Alii sunt instar

vasis luti qui sub malleo tri-
bulacionis franguntur qui signatur
per statuam quam vidit Nabucho-
donozor de qua legitur Dan. 2
que habebat pedes fictiles
lapis percussit et comminuta fuit
Alii non sunt sicut [illegible] murmu-
rantes et impacientes contra
Dei. dicitur in prov. 3 vir sapiens
et disciplinatus non murmurabit
correctus flagellis cum magnis
vel vilibus sed effeminatus mur-
murabit et contradiccione et ideo
dicit vir flagellis et sapiens
sed insipiens murmurat et
ideo dicit sapiens flagella cum
bone moralitatis sed levis et
indisciplinatus murmurat
et ideo dicit et disciplinatus
Quidam non sunt sicut aurum
qui sub malleo tribulacionis
non resistunt divine correccioni
per impacienciam non franguntur
per desperacionem non murmurant
per impacienciam sed ducuntur et
subtiliantur per obedienciam
sicut fuit laurencius qui inter
flagella velud aurum fuit sub-
tiliatus et vas domini fabricatus
De hoc autem quod deus sanctos
suos in hac vita per malleum
permittit eos non odit sed pocius
diligit Ambrosius cum equum odio non
habet qui calcaribus urget
nec faber aurum quod in igne
ponit nec vinitor uvam quam
in torcular premit nec fullo
pannum quem pedibus calcat
nec pigmentarius aromata
que pilo terit Quia sancti
viri dei sunt equi dei cum sepe
calcaribus urgentur ut velocius

perveniant multiplicate sunt infirmi-
tates eorum postea acceleraverunt
Quia sunt aurum dei ideo igne tri-
bulacionis uruntur ut probati in-
veniuntur Eccl. 27 Vasa figuli probat
fornax et homines iustos tempta-
cio tribulacionis Quia sunt vasa
dei tribulacionibus consolidantur
sicut vinum de vocacionibus confirma-
vit laurencius quanto plus tri-
bulacionibus conculcabatur tanto
devocione replebatur et tanto
amplius deum laudabat et gratias
referebat dicens Gracias tibi ago
domine quia ianuas tuas ingredi
merui Quia sunt panni et ve-
stes dei tribulacionibus conculcantur
ut amplius dealbentur Apoc.
7 laverunt stolas suas et de-
albaverunt eas in sanguine agni
Quia sunt pelles varia dei
varietate virtutum decorantur
tribulacionibus ut decorentur omni-
bus tenere affectionibus et
depinguntur aliis in exemplum
sanctificacionibus Proverbiis extendens
i. exponens ad imitacionem celos
i. viros celestes sicut pellem
i. purgatam et virtutum varietate
depictam Quia sunt aromata dei
pilo tribulacionis teruntur ut am-
pliorem odorem emittant unde
sponsus amicitatis sponsam com-
mendat Cant. 3 sicut
virgula fumi ex aromatibus mirre
et thuris et universi pulveris
pigmentarii Sic beatus lauren-
cius per passionem magni-
ficabat odorem unde dice-
bat Ego me obtuli deo sacri-
ficium laudis Ambrosius Granum
sinapis cum atteritur tunc

laurencius cum pater inflammat
ideo beatus laurencius fuit pre-
dicator graciosus et quasi ad
hoc non tantum fuit aurum per caritatem
accensum sed eciam argentum
per predicacionem sonoram. Quando
aut lamina aurea aut argentea for-
mata debent malleando conseruari
hec est a tribus maxime preseruari
a puluere vento et quorum cetera
aliquod corpus se immiscuerit
cum alio se non tenebit oportet
ergo quod si sacra et doctrina predicatoris
durare debet eam ab hiis tribus se
custodiat ut predicator sibi caueat
a puluere terrene cupiditatis a vento
humani fauoris et laudis et ab
amore carnali amoris cuius cum
corporalis commixcio est perditus
amor ab hiis tribus sibi caueat
ille predicator egregius scilicet paulus
qui dicebat i Thessa 2 neque
enim aliquando fuimus in sermone adulac-
cionis sicut scitis. Ecce quia non fuit
in puluere terrene cupiditatis neque
querentes gloriam ab hominibus
neque a vobis neque ab aliis. Ecce
quia vitauit ventum humane laudis
sed facti sumus paruuli in medio
vestrum et volebamus vobis tradere
non solum euangelium dei sed eciam
animas vestras. Ecce quia non habuit
zelosum i. carnalem amorem quin
eciam se pro salute fratrum in mortem
paratus erat tradere. Manifestum
est quia se carnaliter non amabat.
Ista eciam tria beatus laurencius
predicator egregius vitauit scilicet
puluerem terrene cupiditatis in eo
quod thesauros auare sibi non re-
tinuit sed pauperibus erogauit.
ventum humane ambicionis quia
archidiaconus tocius ecclesie erat
et tante humilitatis fuit quod pedes
pauperum lauabat et quorum no-
xium carnis amoris quia vitam suam
contempsit et passus in mortem
se tradidit. Secundo beatus laurencius
non tantum fuit aurum sed eciam aurum
in igne comprobatum. Aurum autem vero
in igne positum retinet suam
integritatem maiorem acquirit
puritatem et ampliorem induit
claritatem. De hiis tribus beatus
laurencius aurum verum fuisse
in igne passionis comprobatus est.
Sicut enim aurum in igne non con-
sumitur sed suam seruat integritatem
fidei conseruauit. Est autem fides
integra quando est omnibus arti-
culis premunita quod est contra fi-
hereticos qui aliquos articulos
credunt aliquos recipere nolunt
de quibus dicitur i Thimo 4
Spiritus manifeste dicit quia in
nouissimis temporibus discedent
quidam a fide. Et infra prohibencium
nubere abstinere a cibis quos
deus creauit. Est eciam fides
integra quando os concordat ad
corde et cor ad ore quam scilicet ab
quod credit corde confitetur ore quod est
contra fidem timidorum qui timore
martirii fidem confiteri non audent.
Ro 10 corde creditur ad iu-
sticiam ore autem fit confessio ad
salutem. Est eciam fides integra
quando est iuncta cum caritate
quod est contra fidem demonum de
qua dicitur Jaco 2 Tu credis
quoniam est unus deus. Benefacis
et demones credunt et contremiscunt

Est etiam fidei integritas quod est coniuncta operibus quae est contra fidem malorum christianorum. Titus i. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Istam integritatem fidei habuit beatus laurencius. Ipse enim omnes articulos perfecte credidit. Unde quando lucillum baptisavit de omnibus articulis diligenter ipsum interrogavit. Ipse in tormentis positus christum in corde credidit et ore confessus fuit. Unde dixit: Domine ihesu christe, non negavi nomen sanctum tuum; interrogatus te christe confessus sum. Ipse fidem cum caritate habuit, pro qua caritate morti se tradidit. Canticorum: Fortis est ut mors dilectio. Ipse fidem ad bonis operibus coniunxit, unde dicitur de eo: Laurencius bonum opus operatus est [illegible]. Laurencius in igne tribulationis maiorem acquisivit claritatem. Qui cum prius esset ignotus, per totum mundum factus est clarus. Beatus laurencius grano sinapis meritoque comparatur, qui diversis atrocibus passionibus per totum mundum gratia sui meruit fragrare. [illegible] qui prius ea contemptus erat humilis ignotus et vilis prius ea, ubi qui est [illegible] laceratus et ustus universis per totum mundum effectibus odorem suae nobilitatis infudit. Et hic acquisivit maiorem puritatem quam dum in hac vita fuit; namque triplicem impuritatem in corpore et in anima habemus. In anima quidem est triplex impuritas, quia patitur multiplicem dolorem, timorem et errorem. ps. [illegible]

Cor meum conturbatum est in me, ecce dolor. Dereliquit me virtus mea, ecce timor. Et lumen oculorum meorum non est mecum, ecce error. Sed ista triplex impuritas in anima sanctorum auferetur. Nam cum [illegible] sentiunt dolorem quia recipiunt miram suavitatem, nullum timorem quia possident plenam securitatem, nullum errorem quia consequuntur divinam claritatem. [illegible] Quare tristis es anima mea et quare conturbas me? Spera in domino quoniam adhuc confitebor illi. Quia scilicet a voluntate dolor, a memoria timor, a ratione error omnis recessit et successit illa quam speramus in die celesti plena suavitas eterna secura. Habebunt etiam viri sancti in corpore plenam puritatem, quia ipsum corpus et est obscurum et est grossum et est tardum et est mortalitati subiectum. Sed ista quadruplex impuritas in resurrectione a sanctorum corporibus expelletur. Ideo dixit propheta: Renovabitur ut aquile iuventus tua. Cum aquila pre nimia vetustate habet obscuratum visum, tardum volatum, corpus onerosum (?), quae [illegible] pennas vetustate coram solaribus radiis excussa in fontem se proicit et recipit in visu claritatem, in volatu agilitatem, in corpore subtilitatem et in pennis novitatem. Et iste sunt quatuor dotes quibus induentur sanctorum corpora in resurrectione beata, per quas [illegible] quadruplex supradicta impuritas ab ipsis corporibus

ponitur. Et quibus dotibus dicitur
Sap. 3 Fulgebunt etc. claritas iusti-
cie immortalitatis etiam sicut di-
Sap. 1 citur Iusticia perpetua est et immor-
talis. Et tanquam scintille etc.
subtilitatis in arundineto discurrent
etc. agilitatis. Notandum quod in [illegible]
examinatione tria continentur scilicet ignis
sulphur et pulvis antiqui latronis
per ista tria beatus Laurencius
est examinatus et tercio aurum inven-
tus scilicet per ignem materialem. Quia
corpus eius combustum per incendium
materiale ipsum tamen non perdidit
et cum sulphur contra cor [illegible]
et invidia contra eius beneficia
venit per avariciam decii cupidus
thezauros faciendi. Alter cum
victus est avaricie ab omni quaere
[pro]positionibus vacuus. Sed nec ignis
eius meritum consumpsit nec dyaboli
invidia ipsum superavit nec tyranni
avaricia thezauros auferre potuit.

Sequitur sermo secundus de sancto Laurencio etc.

Vapor ignis urit carnes eius
in calore fornacis concertatur
Eccl. 38. Verba ista possunt ex-
poni de beato Laurencio cuius
passio de duobus commendabilis
redditur. Primo videlicet de vehementia
doloris cum dicitur vapor ignis
urit carnes eius. Secundo ex
constancia paciencie cum dicitur
et in calore fornacis concertatur.
Circa primum notandum quod quadru-
plex ignis est scilicet interior sive spiritualis
exterior sive materialis. Primus ignis
inflamat corda, secundus comburit corpora.
Primus consumit crimina et illuminat ra-
cionem. Secundus urit carnem et
affligit mentem. Primo igne
beatus Laurencius fuit infla-
matus per amorem. Secundo fuit
combustus. Tercio fuit plenus. Sed quia
fuit positus alienus est. Primus
ignis interior et spiritualis qui est
devocio et fervor divini amoris
quo beatus Laurencius fuit totaliter
inflamatus unde poterat dicere
cum propheta inflamatum est cor
meum et renes mei commutati sunt
et ego ad nichilum redactus sum
et nescivi ut iumentum factus sum
apud te et ego semper tecum. Iste ignis
vim habet quod ignis iste spiritualis
quando cor inflamat extinguit
in nobis quadruplicem amorem
inordinatum et accendit quartum
scilicet amorem divinum. Extinguit
enim amorem carnis unde propheta quando
dixit inflamatum est cor meum
statim subiungit et renes mei
commutati sunt. Sicut cum ignis iste
invenit renes in multis statim
eos facit castos et puros. [illegible]
[illegible] Gustato spiritu desipit
omnis caro. [illegible] [illegible] erat
[illegible] cuius amore fervebat
[illegible] igne renes suos [illegible] petere-
bat propheta [illegible] renes meos
et cor meum. Extinguit amorem
terrenum unde subdit et ego ad
nichilum redactus sum. Tunc enim
mundum despiciunt [illegible] a mundanis
[illegible] reputantur. Unde dicebat [illegible]
[illegible] tamquam purgamenta
huius mundi facti sumus omni-
um peripsima usque adhuc. Tercio amo-
rem terrenum iste ignis extinguit
etiam sicut dicit Gregorius vere
nil habet super terram quod amet

Qui donum celeste in veritate gusta-
uerit, extinxerit. Quia sicut
dicit Crisostomus non habet sup-
erbiam qui amat qui donum celeste
in veritate gustavit. Extinxerit
amorem domesticorum et parentum
unde subditur: Et ne sciam. De qua
nescientia dicitur Deut. 33.
Qui dixerit patri suo et matri
sue nescio vos et fratribus suis
ignoro illos et nescierunt fili-
os suos hii custodierunt eloquium
domini. Ieronimus: Non agnosco matrem
meam domino displicentem. Ex-
tinxerit amorem proprium et
proprie vite unde subditur: ut iumentum
factus sum apud te. Homines
enim se ipsos amantes sunt iu-
menta dyaboli quos cursu pre-
cipiti in omnia flagicia seducit.
2 Thym. 3: In novissimis diebus
instabunt tempora periculosa et erunt
homines se ipsos amantes cupidi
superbi elati etc. Qui vero se ipsos
contempserunt sunt iumenta Christi
quos usque ad visionem sue claritatis
seducit. Quod signatum est Math. 21
ubi Christus insidens asino intra-
vit quia mentes simplices et
contemptibiles se ad divinam vi-
sionem perducit. Generat autem istis
amorem divinum quo Christo ad-
heremus et unum cum eo efficimur
unde subditur: Et ego semper
tecum. Quia sicut dicit apostolus
1 Cor. 6: Qui adheret deo unus
spiritus est cum eo. Ideo Christus vo-
cat ipsam caritatem unitivam
eo quod unit amantem amato. De
Collo 3o: Super omnia autem habete ca-

ritatem in lecto que est vinculum per-
fectionis. Iste igitur ignis vehemens
devocionis extinxit in beato
Laurencio carnalem amorem
quia creditur quod virgo fuit, amorem
divitiarum quia thezauros sibi non re-
tinuit sed pauperibus dispersit,
amorem domesticorum quia parentes
suos qui erant in Hyspania dese-
ruit et ob amorem principis predica-
toris peregrinari voluit, amorem
proprium sive carnalem quia vitam suam
et carnem despexit et pro Christo se
morti se tradidit. Habuit autem
amorem spiritualem et divinum
quia Christum super omnia dilexit.
Secundo est ignis exterior sive materialis
quo Laurencius fuit combustus de
quo dicitur in persona eius: Igne me exa-
minasti etc. Ex quo respondit quod
acerba fuit eius pena cum acerbi-
tas ex quatuor colligitur scilicet ex do-
loris immensitate quia ignis est
maxime afflictivus. Ysaie 33:
Quis poterit habitare de vobis
cum igne devorante. Ex torti-
ficis inhumanitate quia [illegible]
eius [illegible] [illegible] laceratum
et concissa ad vivum faciebat. [illegible]
laceratus artus Laurencij et [illegible]
laceratione [illegible] [illegible] re-
cepit igne torreri ut per craticulam
ferream que iam de ferro
continuo vivit in se habet [illegible]
[illegible] alterna mutacione [illegible]
fuit cruciatus vehementior et
pena [illegible] Ioh. 16 [illegible]
[illegible] et effudit in terram [illegible]
mea concidit me velud [illegible]

solvitur ex capite diuturnitate Aug.
tamen cum sanctus beatus laurencius
breui et simplici passione punitur
tamen qui gladio percutitur semel
moritur cui in flammis eternis
incipit vnus in ictu liberatur sed
iste longa et multiplici pena tenu-
atur ut mors non desit ei ad sup-
plicium et desit ad finem ex penarum
immanitate eterna omnia penarum
genera in cuius corpus fuerunt ex-
pensa vt possit dici ad christum
omnes fluctus tuos induxisti
super me. Per istum ignem autem
tribulacionis exprimitur dupliciter in aliud
scilicet purgatorium et eternum. Illi autem
tres ignes sunt ad inuicem differunt
quod ignis presentis tribulacionis est
quatuor condicionibus. Est enim leuis
et modicus 2 Cor. 4 id enim quod
in presenti est leue et momenta-
neum tribulacionis nostre. Et est
purgatorius Gregorius. Quod fornax
auro lima ferro flagellum gra-
no hoc facit tribulacio iusto. Et
est meritorius Jaco. 1. Beatus
vir qui suffert temptacionem
quia cum probatus fuerit accipiet
coronam vite. Est eciam transitorius
quia cito finitur et transit. Psalmus Trans-
iuimus per ignem et aquam etc.
Ignis autem infernalis ultra istas
condiciones habet. Tamen enim est leuis sed
grauis Job 31 Ignis est usque ad
consumpcionem deuorans et omnia
eradicans genimina. Tamen est purga-
torius sed afflictiuus. Unde tunc
ibi venialia non purgantur sed alia
eternaliter puniuntur et hac racione
ad inicia scilicet peccata mortalia. Non est
meritorius ex eo quod dampnati
sunt extra statum merendi. Eccl. 9
Nec opus nec racio nec sapiencia

nec sciencia erunt apud inferos
quos tu properas. Tamen est transitorius
sed eternus Math. 25 Discedite a
me maledicti in ignem eternum.
Ignis autem purgatorii medium
tenet locum in duobus conueniens
cum igne temporali eterna scilicet est pur-
gatorius et transitorius. Et in duobus
cum igne infernali quia scilicet non
est leuis sed grauis nec est me-
ritorius sed puniens quia ibi
non est locus merendi sed pu-
niendi. Quartus ex est ignis su-
perior et celestis scilicet spiritus sanctus
quo beatus laurencius fuit reple-
tus de quo dicitur Tren. primo
De celo misit ignem in ossibus
meis et erudiuit me. Quod iste
ignis mittitur in ossibus manife-
stum est quia nisi est in
pellem carnem et medullas
per pellem intelligimus exterio-
rem conuersacionem per carnem sensuali-
tatem per os racionem per medul-
lam intencionem. Iste igitur ignis
incendit pellem quando facit
nouam conuersacionem consumens scilicet
omnem scoriam vetustate con-
uersacionis Ysaie 1 Excoquam
ad purum scoriam tuam. Ephes. 4
Deponite vos secundum pristinam
conuersacionem veterem hominem etc.
Incendit carnem id est carnalem
sensualitatem ut iam homo
secundum carnis voluptatem non
viuat. Talis incensus fuit in
carne sua apostolus qui dicebat
2 Cor. 10 In carne enim am-
bulantes non secundum carnem mi-
litamus. Iste qui ambulabat
quando ponit unum pedem in terra
aliud leuat a terra pes autem
est affectus anime terra est corpus terrenum.

E

Quando ipse aliquis cogitur infir-
mitati carnis in uno condescen-
dere ipsam ab alio facit abstinere.
Intendit ossa .i. racionem ut numquam
ipsa racio declinat ad sensuali-
tatem. Rebecca in genesi .i. homo
interior non solum contemnit ysaac
.i. secreta desideria que anima in
gaudium convertuntur / sed eciam de
ancilla .i. sensualitate generat ys-
mahelem cuius manus contra omnes
et omnium manus contra eum quia
sensualitas est contra racionem
et racio contra sensualitatem.
Sed ancilla et filius eius debent
eici quia sensualitas et desideri-
a carnalia debent postponi.
Aliquando racioni dominantur et tunc
magna commocio et conturbacio
in anima generatur. Proverbiorum 3 per tria
movetur terra .i. anima et quartum
quod non potest sustinere per servum
cum regnaverit per stultum cum
saturatus fuerit cibo per odiosam
mulierem cum in matrimonio fuerit
assumpta / et per ancillam cum
heres fuerit domine sue. Sensua-
litas est serva et ideo non debet
regnare est stulta et ideo non
debet saturari sed fame affligi
est odiosa mulier et ideo non debet
cum racione in matrimonio copula-
ri est ancilla et ideo non debet
domine sue .i. heres racioni fieri.
Intendit eciam iste ignis me-
dullam .i. intencionem ut quicquid
facit amore celestium faciat.
Sed dicitur Osee 9 percussus est
effraim radix eius exsiccata
est fructum nequaquam faciet.
Radix exsiccata est .i. intencio
corrupta et non facit fructum
quia non pervenit ad finem

bonum opus ex mala intencione
inchoatum. Quartus est ignis
.i. infernalis qui animas et corpora
exurit sed non consumit sicut ait
Augustinus libro 21 de civitate dei
multiplici exemplo scilicet exemplo
vermium exemplo moncium exemplo
carbonum exemplo pavonum exemplo
salamandre et exemplo adamantis.
Quod enim corpora dampnatorum
non consumantur sed conservantur ostendit
primo exemplo vermium dicens:
Non nullum genus vermium in aqua-
rum calidarum scaturigine reperitur quarum
fervorem nemo in ~~primo~~
impune contrectat / illi autem non
solum sine ulla sui lesione ibi
sunt sed extra eas non posse esse. Mira-
bile est dolere in ignibus et tamen
vivere sed mirabilius vivere in ignibus
nec dolere. Secundo hoc ostendit
exemplo moncium Sicilie quicquid an-
tiquissimi Sicilie montes qui
tanta temporis diuturnitate ac vetu-
state usque nunc atque deinceps flammis
ecuant atque integros perseverant
satis idonei testes sunt non om-
ne quod ardet absumi. Tercio hoc
ostendit exemplo carbonum. Li-
gnum cum sub terra positum defodi-
tur putrescit / sed cum ignis in car-
bonem redactum putrescere non
potest. Unde ait: quid in carbo-
nibus nonne mirandum est et
tanta infirmitas ut ictu levissimo
frangantur pressu facillimo conterantur
et tanta firmitas ut nullo humore
corrumpantur nulla etate vincantur
usque adeo ut eos substernere soleant
qui limites figunt quod eos ...
tra quidam infossos ubi ligna
putrescerent tam diu incorrupti ...

posse manere nisi renovaretur ignis
corruptor efficitur. Augustinus hoc ostendit
exemplo pavonis De civitate Dei 21 quis nisi
deus dedit carni pavonis mor-
tui ne putresceret quod cum auditum in-
credibile videretur, accidit ut apud
Carthaginem nobis cocta apponeretur
de qua carnis de eius pectore quantum
visum est sumi iussimus. Transactis
tot diebus tanto spatio quantum
alia caro quecumque cocta putresceret
prolata atque oblata nichil nostrum
offendit olfactum. Idem que reposi-
ta per dies amplius quam tri-
ginta. Idem quod erat inventa
est. Idem que post annum nisi quod
aliquantulo corpulentia siccioris
et contractionis fuit. Item hoc
ostendit exemplo salamandre
unde ait Augustinus dicimus esse animalia
in flammis corruptibilia quia mor-
talia que tamen in mediis ignibus
vivunt. Sicut enim scripserunt curio-
sius naturas animalium indagan-
tes salamandra in ignibus
vivit. Tertio hoc exemplo ani-
me unde ait Quod ullus inquit corpus
quod dolere possit et non mori ipse
anima cuius presentia vivificatur corpus
et regit et dolorem pati potest et
mori non potest. Hoc erit ergo tunc
in corporibus dampnatorum quod esse
scimus in animis omnium ut dolor non
possit occidere quia et dolor magis
non nunc perimit mori sed quamquam
magis perimit et dolere sit.

Sermo tercius de Sancto Laurencio sequitur sit

Vapor ignis vicit carnes eius
et in calore fornacis cauit(?)
Ecclesiastici 38 In principio sermone a-
scensum de vehementia passionis

Laurentii quod hoc quod dicitur vapor
ignis vicit carnes eius nunc
videndum est de constantia patientie
quod hic quod dicitur et in calore fornacis
cantavit. Circa quod notandum est quod
beatus Laurentius in sua passione
quadruplicem conflictum habuit scilicet contra
sensualitatem, contra carnificem,
contra dyabolum et contra incendium
sed a deo constans fuit quod ista eta-
nima superavit et vicit. Primo enim
certavit contra sensualitatem. Si quidem
sensualitas penas et vulnera re-
fugiebat ratio non appetebat et sic
inter sensualitatem refugientem
et rationem appetentem magnum certa-
men erat sed ratio sensualitatem
vicit et penas patienter sustinuit
et non tamen patienter sed gratanter
sed gaudenter sed desideranter.
Sustinere patienter est necessitatis
Sustinere gratanter est devotionis
Sustinere gratanter est perfectionis
Sustinere desideranter est perfectissimus di-
vine virtutis. Secundo quadruplicem
gradum habuit beatus Laurentius
Primus enim qui sustinuit patienter
et est gradus necessitatis Hebr. 10
patientia nobis necessaria est Ambrosius
dicit de martiribus Primum murmur
respondeat non querimonia sed caritate
tacito nemus hic confessa sumat patientie
Secundum gradum habuit beatus Lau-
rentius qui gratia dei non mur-
muravit nec persecutoribus odivit
sed pro eis oravit patienter quid
sustinuit ut pugnet ...ida sumamus
i. corpus mortale ut a rege sibi
detur destruimus i. corpus impas-
sibile ut habitet. Sanctus i. corpus
miserum ut induat vestem au-
ream i. corpus gloriosum ut de-
struat domus lutea et terre mor-
talitati subiecta ut habeat domum

eterna, i. caro gloria immortalitatis ornata. Secundus gradus est sustinere gratanter, quando scilicet non tantum in tribulacionibus pacienciam ostendit sed eciam gratias deo reddit, et istud est signum magne devotionis. Istum gradum habuit beatus Laurencius qui dixit: Assatus gratias ago tibi. Sunt qui agunt gratias deo in deliciis et divitiis immersi; pauci qui agunt gratias deo igne tribulacionis assati. Et tamen caro assata est graciosioris saporis quam elixa, et magis placet graciarum actio in adversis quam in prosperis. Tercius gradus est sustinere gaudenter, et istud est signum magne perfectionis. Istum gradum habebant apostoli de quibus dicitur Act. v: Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii etc. Istum gradum habuit beatus Laurencius qui dixit gaudendo plane quia hostia Christi effici merui. Quartus gradus est sustinere desideranter, i. desiderare et appetere ut adhuc maiora supplicia apponantur, et hoc non est humane sed divine virtutis. Istum gradum habuit beatus Job qui dicebat Job vi: Qui cepit me ipse conterat, solvat manum suam et succidat me. Istum gradum habuit beatus Laurencius quando Decius omne genus tormentorum ante ipsum statuisset afferri. Ipse respondit: Istas epulas ego semper optavi. Certe cum viri desiderant pro Christo pati, sciendum quod ipsi persecutores sunt instar apium, fabrorum, fullonum et conflatorum. Sunt enim tanquam apes quia licet pungant per penam, tamen mellificant prestando dulcedinem eternam premii. Circumdederunt me sicut apes. Sunt sicut fabri quia licet [illegible] aurum fricant tamen

coronam et eam fabricant premii. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores super coronam. Item sunt sicut fullones qui ut argentum ponunt in flamma, tamen purgant ab omni scoria. Malach. iii: Ipse enim quasi ignis conflatus et quasi herba fullonum et sedebit conflans et emundans argentum, purgabit filios Levi. Deus enim per persecutores et lavat sanctos instar fullonis et purgat eos instar conflatoris. Secundo beatus Laurencius certavit contra carnificem. Sicut carnifex certavit contra ipsum infligendo penam, Laurencius certavit contra carnificem afferendo constanciam et pacienciam. Et sicut erat carnificem torquentem et Laurencium constanciam et pacienciam offerentem, grave erat certamen. In istis duobus armis scilicet constancia et paciencia beatus Laurencius [illegible] se armavit. De cuius constancia dicit Augustinus: Beatus Laurencius sic mansit in Christo usque ad temptationem, usque ad tyrannicam interrogationem, usque ad acerrimam comminationem, usque ad peremptionem, in qua longa morte quia bene manducaverat et bene biberat tanquam illa esca saginatus et illo calice ebrius tormenta non sensit, non cessit et in regnum successit. Erat enim ita fortis et robustus quod ex eo quod erat divina caritate ebrius et saginatus. Item sicut dicitur Cant.: Fortis est ut mors dilectio. Sicut enim mors tria separat ab homine scilicet animam, sensum et motum, sic caritas dei in homine spirituali separat animam ab amore mundi, separat sensum carnis, separat motum pec

t iam Adamo sit mortuus sibi per peccatum aie ab ipso separationem / sit mortuus sibi separationem spiritus sensus / sit mortuus diabolo per separationem motus peccati sicut sit Christus sit loco aie loco sensus et loco motus vivificando ipsum per amorem / infundendo sensum per fidem conducendo ipsum ad bona operationem sic quod apostolus dicit Gal. 2 Vivo ego iam non ego vivit vero in me Christus Non tantum fuit arden- tius constantia sed etiam patientia per quam tyrannum vicit et seipsum in eo superavit Prov. 16 Melior est patiens viro forti hoc quo ad victoriam tyranni et qui dominatur animo suo expugnatore urbium hoc quo ad victoriam sui animi Sed de impatientibus dicitur Prov. 17 Os fatuorum ebullit stultitiam olla bulliens aquam contra recipit ignem extinguit et sepe comprimitur quia impaciens igne furoris succensus sepe proicit aquam frigidam i. iniuriam et contumeliam Eccli. 8 Ne contendas cum homini indocto ne male de progenie tua loquatur Et si ita forte habeat aliquam progeniem contra per impatientie evacuatur Eccli. 20 Gratie fatuorum evacuantur Et si aliquis igne zeli succensus ipsum reprehendit magis per verba contumeliosa illius ignem extinguit Eccli. 3 Ignem ardentem i. zelum fervorem extinguit aqua i. irrogata iniuria et contumelia ipsius sepe totus a bono proposito frangitur et omnis sapientia evacuatur Eccli. 21 Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit / Tercio erat contra dyabolum ipsum feriendo et se protegendo / habuit quidem arma ad feriendum que fuit gladius divini sermonis et prudentia voluntatis De primo dicitur Ephes. 6 Gladium

ff

Gladium spiritus sancti scilicet assumite quod est verbum dei de hoc etiam dicitur Hebr. 4 Vivus est sermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti Sermo predicatoris autem vivus per rectitudinem intencionis est acutus per vehementiam sue et contrarie partis incisivus per doctrinam verbi et operis ut predicet verbo et opere et exemplo / Fecit etiam ipsum dyabolum fortiter resistendo de qua resistentia dicitur Jacobi 4 Resistite dyabolo et fugiet a vobis non dicit cedit vel recedet sed fugiet Ab aliquibus enim dyabolus non cedit ab aliquibus non cedit sed non recedit ab aliquibus non cedit et recedit sed non fugit ab aliquibus non cedit fugit et recedit Sunt enim quidam necessitati peccati adicti quidam in malo inveterati quidam tepidi quidam ferventes et devoti Ab illis ergo qui sunt adicti peccati necti non cedit quia eos cathena ferrea vinculavit de qua sic dicit Augustinus in libro confessionum Suspirabam ad te ligatus non ferro alieno sed mea ferrea voluntate velle meum tenebat inimicus et inde michi cathenam fecerat et constrinxerat me quippe ex voluntate perversa facta est libido ~~et facta~~ et dum servitur libidini facta est consuetudo et dum consuetudini non resistitur facta est necessitas quibus quasi clausulis sibi met innexis unde catenam appellavi Sed non illi qui sunt in malo inveterati aliquando penitent dyabolus ab eis cedit sed non recedit sed ibi prope expectat quia scit quod p[illegible] modicum est recasurus et ideo dicit Luc. 11 Revertar in domum meam unde exivit

A tepidis autem cedit et recedit sed
non recurrendo fugit sed lento gres-
su vel passu recedit. Sicut enim
ipsi lente et tepide deo serviunt sic
lente et tepide deus repellit. Unde
de talibus dicit Apoc. 3 Utinam
calidus esses aut frigidus sed quia
tepidus es incipiam te evome-
re ore meo. A facie autem fortes
qui fervent deo serviunt dyabolus
cito recedit et territus fugit quia
sancti viri fortiter valide resistunt et
ipsum fortiter insequentes in fugam
convertunt. Habuit etiam arma ad
se defendendum. Et ista sunt tria
de quibus dicit apostolus Ephe. 6 In-
duti loricam iusticie in omnibus
sumentes scutum fidei et galeam
salutis assumite. Dyabolus enim
habet multa tela et venenata et
ignita ibidem ut possitis omnia tela
Ecce quia multa nequissimi ecce
quia venenata ignea extinguere
ecce quia ignita. Quia enim sunt
multa debemus induere loricam
iusticie i. caritatem que dicitur
lorica et quia ex omni parte in-
duit et iusticie quia unicuique ius
suum reddere facit. Si igitur dyabolus
qui habet multa tela ea per diversas
partes iecerit nil nocebit quia
undique armatum inveniet.
Quia sunt ignita debemus assu-
mere scutum fidei in quo omnia ig-
nita tela dyaboli extinguuntur. Totum
enim mundum dyabolus implevit igne
cupiditatis voluptatis et ambicionis
de quo igne dicit Iohannes 1 Totus
mundus in maligno i. in malo
igne positus est. Sed istum triplicem
ignem fides extinguit. Hebr. 11
Fide moyses grandis effectus
negavit se filium filie pharaonis

Ecce quia ignem extinxit su-
perbie ambicionis magis eligens
affligi cum populo dei etc. Ecce quia
extinxit ignem voluptatis ma-
iores estimans divicias thesauro
egypciorum improperium. Ecce quia
extinxit ignem cupiditatis. Tercia
tela dyaboli sunt venenata. Debet
armari galea salutis i. spe. Aliquando
enim ira sepe est inimica e-
sicut accipit cor avis quia capit
statim inficit et cor statim perit.
Sic dyabolus venenum sue malicie
in mentem mittit ut spem ipsius
extinguerat. Quia si potest auferre
spem per consequens aufert omnes
virtutes et omnia opera que bona
facit vel facturus est. Seu ca-
Quarto tamen contra incendium
Ignis enim materialis foris urebat car-
nem ignis vero spiritualis qui est
divinus intus inflammabat mentem
et sic intus igne spiritualem intus
inflammatam et maiorem exterius
tem magnum erat tamen quod Se-
ignis interior ignem exteriorem su-
Ambrosius Corporali Laurencius
laborabat incendio sed divinus
amor maiorem restringebat ardorem
Extinctus autem fuit ignis exterior
in Laurencio per quatuor remedia
Primo ut dictum est per amorem
igne inflammantem habuit enim
triplicem ignem intus qui exterius
extinguebat. Primus est caritas
ignita. Augustinus Superavit caritas
Christi in Laurencio flammam non
potuit quia segnior erat fuit ignis
qui foris ussit quam qui intus ac-
cendit. Secundus est fidei fervens a-
Ambrosius Ignitus in Laurencio
fidei ardor ferbuit in tantum

supplicii flamma suggessit. Iste est
...latus igneum .i. fidei fervorem
... in evangelio Luce 12 Ignem
veni mittere in terram. Hoc igitur
igne beatus Laurencius accensus
flammas non sensit incendium. Etiam
et vitalis lucida. Ambrosius: Fortissimum
martirem Laurencium sevissima per-
secutoris flamma superare non potuit
quia longe ardencius veritatis
radiis mens eius accensa fuerat
eo extinctus est per rorem refrige-
rantem. Habuit enim triplex refri-
gerium. Primum est celeste. Unde Ambrosius
[illegible] cum beatus Laurencius ignitas
exterioribus tormentum sentire poterat
in sensibus refrigerium paradisi pas-
cebat. Secundum est meditacio legis
divine. Ieronimus: Dum Christi precepta
cogitat frigidus est ille animo quo
[illegible]. Tercium est pietatis compassio. Idem
ardet affectu totis visceribus forti-
ssimus martir et vincitur sed regnum
celi per tractatus refrigerio compac-
[illegible] exultat. Tercio extinguebatur
ignis exterior per aquam elemo-
sinarum refrigerantem. Elemosina enim
est aqua dei unde dicitur Abel quasi
[illegible] deus et moyses aqua. Et quia
ista aqua in laurencio fuerat qui
thesauros pauperibus distribuit ideo
exteriori igni resistebat. Eccli. 3 Ignem
ardentem extinguit aqua et ita
ista aqua elemosina resistit
[illegible]. Quarto extinguebatur per
ventum spiritus sancti inflammantem.
Ventus enim magnus quem ignem
extinguit magnum vero magis acce[ndit].
[illegible] Spiritus enim sanctus dicitur ventus
[illegible] illud Iohannis 3 Spiritus ubi vult
spirat. Iste ventus spiritus sancti in cor-
de laurencii vehementer flabat et eo
quem ignem exteriorem extinguebat
magnum vero interiorem amplius in-
flammabat. Canticorum 4 Surge aquilo
et veni auster et perfla ortum meum
et fluent aromata illius. Auster
qui est fervidus et calidus significat
spiritum sanctum qui et fervidat in bono
opere et inflamat in dei amore.
Ortus dei est laurencius plenus
floribus et herbis virentibus
diversarum virtutum. Iste auster huius or-
tum perflavit quia laurencius
spiritu sancto totus repletus fuit. Per-
flavit intus igne amoris amplius
inflammando. Ambrosius: Ardebat fo-
ris [illegible] martir laurencius sed
maior illum intus [illegible] christi amoris
flamma ardebat. Perflavit exterius
ignem exteriorem superando. Ambrosius:
Odio mundi et amore veritatis
accensus opposita sibi exterius
flamma aut non sensit aut non vicit.
Sic igitur isto orto perflato aroma-
ta fluxerunt et [illegible] quam sancta
desideria. Ambrosius: Licet iacet [illegible]
ante pedes tiranni exusta toto
corpore [illegible] nil tamen detrimenti
patitur [illegible] mortem
in celis. Fluxerunt [illegible] exterius
per odoriferam famam. Ambrosius:
[illegible] mirabilis eius animi for-
titudo non solum non recessit sed
eciam alios exemplo sue tolle-
rantie roboravit. Idem: Beati lau-
rencii exemplo provocamur ad
martirum [illegible] ad fidem
[illegible] ad devotionem.

Sermo quartus de eadem

Probasti cor meum et visita-
sti nocte igne me examinasti
et non est in me inventa iniquitas.
Verbum istud sumptum est de illo
psalmo Exaudi domine iusticiam
meam. Cantat ecclesia ad gloriam
sancti laurencii. In quibus quatuor

de ipso dicitur sicut quod fuit a deo pro-
batus a deo visitatus a deo con-
summatus et sine peccato inventus
fuit quidem a deo probatus cum
dicitur probasti tormento etc. Certa qui
nandum quod sapiens probatur argen-
to paciens desperio fortis plus
fidelis misterio Et quia beatus lau-
rencius erat sapiens paciens
fortis et fidelis Ideo deus super
hiis eum probare voluit ut nobis
innotesceret si talis esset Quod
cum sapiens esset probatio est
per argentum quia tyranno obici-
enti dabat responsum unde
cum tyrannus thesauros peteret
laurencius pauperes colligens
dixit Ecce isti sunt thesauri
ecclesie qui numquam minuuntur
sed crescunt qui in singulis
dispergiuntur et in omnibus inveni-
untur Horum cum manibus thesau-
ros in celo deportavit pul-
chra et sapiens responsio per
quam ostenditur quod spiritualia
bona aliis communicata non minu-
untur sed crescunt Unde dicit
Augustinus Omnis res que dando
non deficit dum habetur
et non datur nondum eo modo ha-
betur quo habenda est Quare
aut nulla potestas ad invicem co-
municari possunt Unde dicit Augustinus
in libro 10 Confessionum d. Congau-
dete illi cui deus aliquam graciam
dedit et potes in illo quod in
te non potes Ille forte habet
dignitatem ama illum et tua est
tu habes maiorem paciam deli-
gat te et sua est illo potest satis
vigilare si non invides tua est
studium sine per tu forte potes
amplius ieiunare si amat te suum
est ieiunium tuum Videto quid
in illo tu es competitor cum non

non est sed per caritatem sic tu
habet omnis quod laurencius tam sapi-
respondebat sapientem se osten-
debat Math 12 Ex habundancia cor-
dis os loquitur Ideo tam sapie-
respondebat quia os suum in corde
suo habebat Secundo quod esset paciens
probatus est per desperium et tor-
mentum quia multa desperia a[illegible]
et tormenta sustinuit sed in [illegible]
paciens fuit Gregorius qualis unus-
quisque apud se lateat illata con-
tumelia probatur Ex eo quod cum suo in pa-
te sua habuit Luce 21 In paci-
encia possidebitis animas vestras non
dicit linguas vestras vel ma-
nus vestras sed animas vestras paciens
debet possidere linguam suam ne
per contumeliis contumelias red-
dat iuxta illud proverbiorum 26 Ne re-
spondeas stulto secundum stulticiam
suam debet possidere manus ne
per iniuria iniurias inferat sicut [illegible]
vos defendentes karissimi s[illegible]
date locum ire Debet possidere an[illegible]
suam ne in corde amaritudine
odii teneat Hebr. 12 Ne qua ra-
dix amaritudinis sursum ger-
minans impediat et per illam
inquinentur multi Quidam pos-
det animam suam possidet manus
et linguam sed non ecclesia [illegible]
cum qui nec impaciens respondent
nec percuciunt sed tamen odium
in corde gerunt Cui non in-
paciencia removet ab anima re-
manet a manu pot et a lingua
Ideo dominus radicem impaciencie
removere docens dixit In paciencia
vestra possidebitis animas vestras
Extra igitur istam possessionem
ponitur qui per odium in corde manet

ria quod fuit fortis probatus in prelio id est
suo martirio. Seneca ad Lucillum
ria omni morbo gravia sunt
cetus mortis dolor corporis inter-
missio voluptatis et potest esse vacari
voluptatibus aut dulcibus dilectis que
-uit amicos aut prosperitas tempora-
lis que demulcet amicos. Quibus modis
at dominus electos suos si fortes sunt
t per illationem mortis et dolore
corporis aut subtractionem amicorum
ut amissione rerum temporalium. Quibus
modis probatus est Job. Item probatus
mortem sibi minatus fuit et
corpus eius gravi vulnere vulnerat
carissimos filios extinxerit et
omnia bona temporalia abstulit. Quibus
iis modis beatus Laurentius proba-
tus est fortis fuisse scilicet metu mortis
quod tyrannus omne genus tormen-
torum minatus est in ipsum respondet
nisi sacrificaret diis eius. Sed
mortem libenter propter Cristum
sustinuit temporalia ut vitam posset
invenire celestem. Ciprianus. Mereri
t prae tempore mori et metuunt
nunc quia pro Cristo vivere et metuunt
mori. Probatus est eciam dolore cor-
poris quia extensus est super scor-
piones laminas ardentes plumbata
in tormentorum genera et tandem
craticulam ferream sed quo magis
cruciabatur eo magis amplius in deo
exultabat. Unde dixit tyranno in-
felix hanc epulatus semper aspe op-
timi. Probatus est sub tractione ami-
mo patris sui beati scilicet beati Sixti
quod patienter sustinuit cuius sub-
tractionem sciens quod quem habet
patrem in brevi habiturus erat
heredem. Probatus est amissione
rerum temporalium quia omnia bona ec-
clesie que tyrannus habere cupiebat
dispersit atque diripuit. Sed talem
amissionem rerum diligenter

sustinuit. Hec 10 capitulo Cipria-
num honorum cum gaudio suscepistis
cognoscentes vos habere
meliorem et manentem substanciam.
Sanctus Cyprianus de amis-
sione rerum temporalium sciencies quod
omnia cito transeunt et finiuntur
Cyprianus. Hec lex dei est ut omnia
orta occidant acta senescant
ut infirmentur forcia et magna
minuantur ut cum minuta et
infirmata fuerint finiantur. Secundo
probatus est fuisse fidelis per ministe-
rium id est per fidelem distribucionem
thezaurorum. Unde tantum de eo
dispersit dedit pauperibus. Ipse enim
dispersit id est diligenter sparsit quia non
uni sed pluribus dedit. Item dedit
non vendidit quia non que sunt
munus a corde id est carnalem dilec-
tionem nec munus ab ore id est
humanum favorem nec munus
a manu id est temporalem retribucionem
nec munus ab obsequio id est cor-
poralis obsequii recompensationem vel
dedit quia non dandum aliis de-
liquit sicut illi qui post mortem
bona sua distribuenda dimittunt
talia enim est instar candele lu-
men portantis et ideo qui habet
tale lumen tenebras non metuit.
Thobie iiii. Elemosina ab omni
peccato et a morte liberat et non
patitur animam ire in tenebras est
instar pupille oculi anima dili-
gentis. Ecclesiastici ia. Elemosina enim
illius quasi sacculus cum illo sit.
Est instar seminis centesimum
fructum reddentis. Luce 8o et or-
tum fecit fructum centuplum. Semi-
nati tamen post mortem voluit ele-
mosinas facere similes sunt illis
qui volunt habere lumine post tergum

et ideo cadunt in foueam purgatorii
uel etiam inferni Quidam etiam uolunt
tenere oculos post caput suum et ideo
sepe precipitantur et cadunt Quidam
uolunt seminare post tergum suum
et ideo paruum fructum recolligunt
Secundo fuit a deo uisitatus unde dicitur
Et uisitasti nocte / per noctem
intelligitur tribulatio que sepe sen-
sualitatem perturbando obscurat
per uisitationem intelligitur diuina
consolatio quam deus sanctis suis
in tribulatione positis sepe donat
In illa igitur nocte tribulationis
deus beatum laurencium uisitauit
quia quatuor consolationes sibi de-
dit de quibus dicitur in ps. mo
Et nox illuminatio mea in deli-
ciis meis quia tenebre non ob-
scurabuntur a te et nox sicut dies
illuminabitur sicut tenebre ita et
lumen eius Prima igitur consolatio
causatur ex diuini amoris dulcedine
supple sic beato laurentio sua
tribulatio in deliciis uersa erat
qui dicebat Amor quia tormenta
tua delicie mihi sunt omnia enim
seua et maxima facilia et prope
nulla facit amor Secunda causabatur
ex securitate conscientie Securus enim erat
quod in sua tribulatione a gratia dei
cadere non poterat Et ideo subditur
Quia tenebre non obscurabuntur
a te Tunc tenebre non obscurantur
quando quis in tribulationibus posi-
tus per peccatum consciencie non obnu-
bilatur. ys. 43 Cum ambulaueris
in igne non combureris Et ideo
poterat dicere cum apostolo ro. 8 Certus
sum quia neque mors neque uita
poterunt nos separare a caritate
dei que est in christo deo confidens securus
dicebat decium meum tolo et ipsi
soli seruio et ideo non timeo tormenta
tua / Tercio causabatur ex sanitate
consciencie et ideo subinfertur et nox
sicut dies illuminabitur Tunc enim nox
sicut dies illuminatur quando tribulatio
luce consciencie serenatur constans consciencie
et luce conscientie ipse habebat cum
dicebat Mea nox obscurum non habet
sed omnia in luce clarescunt / Quarto
causabatur ex certitudine glorie / et ideo
subiungitur / Sicut tenebre eius ita
et lumen eius Tunc lumen et
sicut tenebre quando quis recipit
multitudine celestium gaudiorum
secundum multitudinem passionum Iuxta illud ps.
secundum multitudinem dolorum
~~consolationum~~ meorum consolationes
tue letificauerunt animam meam Istam
celestis glorie certitudinem habebat
cum dicebat Gratias ago tibi domine
quia ianuas tuas ingredi me-
rui / Tercio fuit examinatus unde in ps.
Igne me examinasti Circa
notandum quod quedam examinantur
tactu ut argentum ad lapidem
quedam sonitu ut uasa si sunt
plena uel uacua ut campane
si sunt fracte uel integre / Que-
dam uento uel flatu ut granum
et palea / quedam igne ut aurum
Istis modis examinat deus electos
suos Primo tactu sicut Iob qui
tactus manu grauissime displi-
cuit Iob 20 Mitte manum tuam
et tange os eius et carnem
eius etc. / Sic tactus fuit beatus
laurencius qui totus fuit la-
ceratus et adustus / et ideo tamquam
argentum electum est inuentus
Sed de illo potest dici illud Iere
Argentum reprobum uocati eis
Tali tactu tangi nos sentit filii de
Gen 21 Accede ad me ut palpem

te utrum sis filius meus primogenitus an non. Ezech. 6 Crudelis lapidis virtus probatio. Certe in illis solent homines ad lapidem comprobare vires suas. Si enim lapis nimium ponderat, multi homines ipsum comprimunt, magnanimiter portant, quia disciplinam qua deus tangit effeminati spernunt, boni vero viri amplectuntur et diligunt. Secundo examinantur sonitu, quia responsio patientis tribulationem indicat sive plenitudinem vel vacuitatem et virtutis perfectionem. Unde tantum de martiribus legitur: gladiis more bidentium non murmur resonat etc. Sic beatus Laurentius non murmuravit sed potius dedit sonitum laudis. Unde cantat ecclesia: Quia dominum Ihesum Christum asserens non negavit dominum deum et ideo inventus est sacrificium laudis, sonitum confessionis. Unde ait: Christe accusatus non negavi nomen sanctum tuum, interrogatus te Christum confessus sum. Sonitum nunc devotionis: Cum dixit Assatus sum iam versa et manduca. Tertio examinantur vento ~~amoris~~ honoris et vituperii, quia illi qui sunt palea i. bono vacui a vento rapiuntur, illi vero qui sunt grana i. in bono solidi non elevantur. Talis erat qui dicebat I Cor. 4º Mihi autem pro minimo est ut a vobis iudicer etc. Talis fuit beatus Laurentius qui non potuit elevari vel a vento honoris cum esset archidiaconus nec laudis cum pauperes eum saepe laudarent nec vituperii cum infideles saepe eum blasphemarent. Secundum quod quando non est aliquis ventus remanent in simul paleae et frumentum. Cum vero est aliqua aura ~~iustra~~ arista et paleae evanescunt.

Quando vero est ventus validus tunc paleae simul et frumentum dispergitur nisi illa quae in horreo reposita sunt. Quando vero nulla est tribulatio boni et mali in simul sunt usque ad mortem destinantur. Quando vero aliqua tribulatio advenit mali recedunt et boni remanent. Quando vero maxima tribulatio et persecutio advenit sicut erit tempore antichristi tunc non solum mali sed etiam multi qui videbantur esse electi recedent et solum illi remanebunt qui iam in horreo divinae beatitudinis et divinae praedestinationis fuerint collocati. Quarto probantur igne tribulationis. Ecc. 27 Vasa figuli probat fornax et homines iustos tribulatio temptationis. Sapie. 3 Sicut aurum in fornace probavit eos. Ecc. 2 In igne probatur aurum et argentum etc. Isto igne probatus fuit beatus Laurentius qui habuit ignem adustionis in carne, ignem amoris in corde, ignem in sermonibus in ore, ignem fervoris in opere. Quarto fuit inventus sine peccato. Unde dicitur: Et non est inventa in me iniquitas. Sancti enim in igne tribulationis acquirunt sanctitatem, mali vero acquirunt iniquitatem, sicut ostendit Aug. in libro de civitate dei multiplici exemplo scilicet paleae et auri, stipulae et frumenti, amurcae et olei, luti et unguenti. Manet dissimilitudo passorum in similitudine passionum. Ita sit sub uno igne ~~et~~ aurum rutilat, palea fumat, et sub eadem tritula stipulae comminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo amurca cum oleo confunditur quia eodem prelo exprimuntur. Ita una eademque vis irruens bonos probat

purificat et eliquat, malos dampnat
vastat et consumit. Unde in eadem
afflictione mali deum detestantur
atque blasphemant, boni autem pre-
dicant et laudant. Interest enim
non qualia sed qualis quisque patia-
tur. Nam pari motu exagitatum et exalat horri-
biliter cenum et suaviter fragrat un-
guentum. Primo igitur hoc ostendit
exemplo palee et auri. Mali qui
sunt palee, id est omni bono vacui, igne
eterno concremandi, leves et despe-
cti. Boni vero tamquam aurum sunt
lucidi in fama, preciosi in vita, incor-
rupti in conscientia. Sed mali sub igne
tribulationis fumant quia efficiuntur
tenebrosiores. Boni vero rutilant
quia efficiuntur lucidiores. Secundo hoc
ostendit stipule exemplo et fru-
menti palea. Secundum Ysidorum est a deo
frigida ut nives fluere non sinat,
a deo calida ut poma immatura
maturari compellit. Hoc etiam sic dicit
Augustinus in libro de civitate dei:
Quis palee dedit vel tam frigi-
dam vim ut obrutas nives servet
vel tam calidam ut poma immatura
maturet. Per paleam igitur intelli-
guntur peccatores qui tantam vim habent
frigiditatis ut non sinant fluere nives
peccatorum per contritionem. Iere. vi. Sicut
frigidam facit cisterna aquam suam,
frigidam facit malitiam suam, et
habent tantam vim caliditatis con-
cupiscentie ut mala desideria a dia-
bolo immissa et adhuc immatura
per suggestionem ipsi maturescere com-
pellant per consensum et delec-
tationem. Osee. vii. Tota nocte dor-
miens coquens eos, mane ipse
succensus quasi ignis. Tertio sic
per frumentum intelliguntur boni.
Frumentum enim secundum Ysidorum dicitur
a fruendo, id est vescendo, quia deus
vescitur puritate sanctorum. Cant. vi.
Qui pascitur inter lilia, id est puri-
tatem. Mali igitur tamquam palee
comminuuntur, boni tamquam frumentum
purgantur, quia sub eadem tritura
persecutionis et mali comminuuntur per
impatientiam et boni purgantur per me-
liorem munditiam. Tertio exemplo
amurce et olei. Mali sunt amurca
in lutum infernale proiciendi a porcis,
id est a demonibus conculcandi. Boni
oleo, id est consolatione spirituali. Boni vero
sunt oleum unctione spiritus sancti pleni,
nitidi et a terrenis affectionibus ele-
vati. Sed per plura tribulationum dampna
de bonis eliquat oleum devotionis,
malos vero consumit per impatientiam
murmurationis. Quarto exemplo luti
et unguenti. Mali enim sunt lutum in
cloacam infernalem proiciendi. Prov.
Lutum platearum delebis eos. Boni
unguentum virtutum odoribus pleni. Cant. i.
Unguentum effusum nomen tuum. Ex eo
igitur motu tribulationis boni spirant
odorem bone fame. ii. Cor. ii.
Christi bonus odor sumus in omni lo-
co. Mali vero spirant odorem mali-
tie conscientie. Ys. 34. De cadaveribus
eorum, id est de mortibus animarum eorum,
ascendet fetor etc.

Sequitur Sermo quintus de eodem

Dispersit, dedit pauperibus,
iustitia eius manet in seculum
seculi. Istud verbum cantat specialiter
ecclesia de beato Laurentio qui the-
sauros sibi a beato Syxto papa com-
mendatos pauperibus distribuit. Et
duo ponuntur de bono elemosinario,
scilicet meritum eius cum dicitur: Dispersit,
dedit pauperibus, et premium eius
subiungitur: Iustitia eius manet in
seculum seculi. Circa primum sciendum quod sunt
circumstantie quas bonus elemosinarius
debet habere. Primo namque debet habere
divisionem, quia non uni tantum sed ac-

sed in pluribus dividere et hoc notatur
cum dicitur dispersit i. diversis dispersit
pauperes namque sunt intercessores
mundi primo. Iste pauper clamavit
et dominus exaudivit eum. Et melius
est habere plures intercessores quam unum.
Sunt ianitores celi. Luce 16. Facite
vobis amicos de mammona iniquitatis
ut cum defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula. Et melius est habere amicos
multos ianitores quam unum. Sunt
iudices seculi. Job 36. Iudicium pau-
peribus tribuit. Et melius est habere
plures advocatos quam unum. Sunt
heredes et possessores regni. Math.
5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum. Math. 19. Omnis
qui reliquerit domum etc. centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit.
Et melius est habere omnes heredes
amicos quam unum. Sunt patroni
et mediatores nostri per quorum ma-
nus elemosinas nostras ad deum
mittimus. Unde dixit Laurentius
thesauros ecclesie quos requiris manus
pauperum in celestes thesauros de-
portaverunt. Et melius est habere
plures mediatores quam unum. Gregorius
attribuendum pusilli cur terrenis quando
id quod iacenti in terra porrigitur
sedenti in celo dignitatis. Deinde
si potentia elemosinis emitur
pauperes audiendi non sunt sicut
egeni sed ut patroni exorandi.
Secundo debet habere discretionem quod
notatur simul in hoc quod dicitur
dispersit i. discrete dispersit. Circa quam
discretio maxime attenditur in
tribus scilicet ut quis det de iusto
det debito modo et incipiat a se
ipso. Det namque de iusto et hoc de
iusto vel ad dispensandum commisso
i. de patrimonio Christi solum dis-
pensatores habent. Aug. Facultates
ecclesiarum patrimonia sunt pau-
perum et sacrilega crudelitate
subtrahitur quicquid sibi ministri
et dispensatores non utique domini vel
possessores ultra victum et vestitum
accipiunt vel de iusto per hereditatem
dimisso ut est proprium patrimonium
et hoc est elemosina melior vel
de iusto propriis manibus acquisito.
Ephe. 4. Qui furabatur iam non
furetur magis autem laboret operando
manibus quod bonum est ut habeat
unde tribuat necessitatem ~~[struck]~~
patienti et hec est elemosina
optima. Debet igitur fieri ele-
mosina de iusto et acquisito. Unde
sicut dicitur Eccl. 34. Immolantis ex
iniquo maculata est oblatio cuius
Sicut aqua si munda est lavat si
immunda est inquinat. Unde et
elemosina ibidem. Qui offert sacri-
ficium de substantia pauperis quasi qui
victimat filium in conspectu patris.
Sunt quale est illud munus quod
alter cum gaudio accipit alter lacri-
mis hoc amittit. Etiam discretio
consistit in debito modo. Istum autem
debitum modum assignat Gregorius
in pastorali dicens. Curandum est ut
dispensatores terrena sollicite per-
pendant ne commissa indigne
~~tamen~~ distribuant ne aliquibus
multa impendere nec nulla quibus
aliqua ne multum quibus pauca
ne pauca prebeant quibus multa
impendere debuerunt. Attenditur
etiam discretio ut homo incipiat
a se ipso quia qui aliis vult misereri
impendere prius debet sibi tamen
misereri iuxta illud Eccl. 30. Miserere
anime tue placens deo. Gregorius
in pastorali. Qui escam et vesti-
mentum pauperibus largitur sed tamen
anime et corporis polluitur iniquitate
quod minus est offert iustitie quod maius
est culpe suam quippe dat deo
et se dyabolo. Unde dicitur Math. habes.

Quid dignum offeram domino cur-
vabo genu ~~deo~~ deo excelso num-
quam offeram ei holocaustomata
et vitulos anniculos numquid dabo
primogenitum meum pro scelere meo
fructum ventris mei pro peccato anime mee
Indicabo tibi homo quid sit bonum
et quid dominus requirat a te utique
facere iudicium diligere misericordiam et solli-
citum ambulare cum deo tuo loquitur
propheta ac si cum aliquis interroga-
ret per quid posset deo placere
et primo querit si per orationum mul-
tiplicationem cum dicat Curvabo
genu deo excelso vel per elee-
mosinarum largitionem cum dicat num-
quam offeram ei holocaustomata
etc. vel per alienam satisfactionem ut
scilicet filium suum in religionem ponere
qui pro ipso penitentiam faceret
cum dicat Numquid dabo primo-
genitum meum etc. et respondet
propheta per singula sed modo retro-
grado cum Indicabo tibi homo
quid sit bonum utique facere iudicium
etc. ac si dicat interrogasti me si
tibi sufficeret ad salutem filium tuum
in religionem ponere et ego dico
tibi quod non sed oportet quod tu iudi-
cium facias de corpore ut sicut
caro tua delectata est in peccatis
sic affligatur in pene lamentis
Verum cum esset conveniens ut tu
peccatum faceres et filius tuus penam
portaret Secundo interrogasti me
si tibi sufficeret elemosinas facere
et ego dico tibi quod non sed dili-
gas misericordiam scilicet nisi tibi prius mi-
sereatur non esset conveniens quod
aliis esses pius et tibi impius
Qui enim diligit iniquitatem odit
animam suam Tertio interrogasti si
sufficeret multas orationes et ego
dico tibi quod non sufficit facere orationes
nisi etiam sollicitum sis pro bonam

operationem Tertio elemosinatur nobis
debet habere liberalem distribu-
tionem quod notatur in verbo dis-
pergendi Thobie 4 Si multum
tibi fuerit habundanter tribue Glo-
sa super epistolam Galatas Operemur bonum
dum tempus habemus Verum et
Tytus Vespesiani filius tante
bonitatis esse dicitur ut cum quadam
nocte recordaretur in cena quod
nichil boni fecisset illa die dy-
amici quia diem perdidi Istam
liberalitatem habuit beatus Lau-
rentius qui dedit pauperibus bene-
ficium temporale quia scilicet thesauros
ecclesie distribuebat spirituale quia ar-
ticulos fidei ipsos instruebat
Corporale quia infirmos et cecos
sanabat et personale quia eorum
pedes lavabat Quarto si vero non potest
dare rem saltem det voluntatem
bonam Gregorius Ante dei oculos
numquam est manus vacua a mu-
nere si cordis archa repleta fuerit
bona voluntate Augustinus super
psalmos Si potes dare da si non
potes affabilem te prebeas Coronat
deus intus voluntatem ubi non
invenit facultatem Vero liber ab
ea caritatis est que fructus est pre-
cepti non erogatur de sacculo
Quinto debet habere gratuitam
donationem quod notatur cum dicitur dedit
non vendidit Illi vendunt qui
expectant retributionem Ieronimus
ad Nepotianum Sunt qui parum
pauperibus tribuunt ut amplius
accipiant et sub elemosine pretextu
divitias querunt que magis
appellanda est venatio quam ele-
mosina Illi vendunt qui appe-
tunt humanam laudem Ambrosius
in libro de officiis Verum est li-
beralitas illa perfecta si iactantie

magis largitatis quam iactancie
nunc causa affectus tuus operi tuo nomen
inopis imponit Mathei 6 Cum facis elemo-
sinam noli tuba canere etc. Ille re-
dit qui dum recipitare facit Ecclesiastici 4
Cor inopis ne affligeris et ne pro-
trahas datum angustianti Job 31
Si oculos vidue reprecare feci
Augustinus super psalmo plerumque dant
elemosinam a tristibus ut tedio
careant interpellantibus non ut vi-
scera reficiant indigentibus Sed
famem esurientibus dedisti panem et me-
ritum amisisti Augustinus Qui dat
ut careat tedio interpellantis non
ut reficiat viscera indigentis
et rem et meritum perdit Seneca
de beneficiis libro 1o Gratus
quisque ad eum pertinet qui beneficium
aut superbe obicit aut iratus
impendit aut fatigatus ut mo-
lestia careret dedit Idem Ab Anti-
gone cinicus petiit talentum
respondit anthigonus plus
esse quam cinicus peteret Deinde
repulsus petiit denarium Audit
cinicus esse quam quod regem daret
daret turpissimum etc. Quo cavil-
latio invenit quo nemini daret
In ~~talentum~~ regem denario in
talento cinicum respexit cum
posset denarium tamquam cinico
dare et talentum tamquam regi Quan-
to debet habere provisionem ut scilicet
ante mortem sibi provideat quod non
eciam in hoc quod dicitur dedit i. non
aliis dandum dimisit Ecclesiastici 14 Ante
mortem bene fac amico tuo i.
christo Augustinus in sermone Redime
te dum vivis redime te dum po-
tes redime te dum precium habes re-
dime te ne dum te mors antecedat
preveniret ut vitam simul et precium
perdas Talis est differentia inter dantem
ante mortem et post mortem

qualis inter illum qui habet cibum
preciosum et partem comedit et
partem amico tribuit et illum qui
illud quod non potest comedere amico vult
dare / qualis etiam inter illum qui potest
vitare ne in foveam cadat et illum
qui cadere non curat ut post modum
retrahi se faciat / qualis inter
illum qui potest vitare carcerem et
illum qui se educi facit de carcere
Ideo dicitur Ecclesiastici 14 Fili si habes
bene fac tecum et deo dignas
oblaciones offer memento
quoniam mors non tardat / Secundo debet
habere electionem ut scilicet det pauperibus
non divitibus deum timentibus
non histrionibus iustis non peccatoribus
primo nota cum dicitur dedit pau-
peribus / Debet namque dare pau-
peribus non divitibus Luce 14 Cum
facis prandium sive cenam voca
pauperes sive debiles etc. Thobie 4
panem tuum cum esurientibus et e-
genis comede Jeronimus pars sacri-
legii est res pauperum non dare pau-
peribus Idem ad palmacium Nichil
cuiquam tribuas preter victum et
vestitum et manifestas necessitates
ne filiorum panem comedant
canes Tunc precipue ne tristi frater
imprudentem effundas et rem
pauperum non pauperibus tribuas
ac si imprudentibus ut dictum
liberalitatis quod est / liberalitatis / Debet
etiam dare deum timentibus non
histrionibus Augustinus super psalmo
Qui dat histrioni vel meretrici
non attendit ibi naturam operis dei
sed nequiciam operis humani non
~~dat turpitudinem~~ non dat forti-
tudini sed turpitudini / Sicut ergo
qui recipit iustum in nomine iusti
mercedem accipiat sic et qui

recipit peccatorem in nomine peccatoris
mercedem perdit. Debet etiam
dare bonis non peccatoribus Eccl. 12
Bene fac iusto et invenies retri-
butionem magnam etc. ibidem Da bo-
no et non recipias peccatorem. Bene-
fac iusto et non dederis impio. Ad
intelligendum est in duobus ca-
sibus bonus est si credas quod peccator
bona tua negligat facere iustitia
Alius est cum non datur intuitu
peccatatis ut si detur histrioni ea
histrionatus. Secundo ponitur meritum
boni elemosinarii cum dicitur iu-
stitia eius manet in seculum seculi
Quicquid iustitia quadrupliciter
manet. Prima in sui iustificatione
quia et culpa remittitur Eccl. 3
Sicut aqua extinguit ardentem ignem
sic elemosina resistit peccatis et
gratia acquiritur Eccl. 17 Elemosina
viri quasi sacculus cum illo et
gratiam quasi pupillam oculi con-
servabit. Ambrosius Beneficium
largientis plus confert magis prodest
quam suscipienti tam miseri-
cordia quia ad indigentem per-
venit gratia permanet tribuenti. Secundo
permanet in successores imitatione
exempli cum sit exemplum aliorum
sicut Laurentii et Ambrosii est
imitandum. Tertio cum moritur
i. beati Laurentii debet elephan-
tes i. viros spirituales attrahere
ad exemplum. Mores sanctorum Ambrosium
super Lucam primo albescit deinde
rubescit postea nigrescit. Sic
beatus Laurentius fuit albus
per innocentiam et candorem
fuit rubeus per sanguinis
effusionem fuit niger per livo-
rem et ignis adustionem.
Quarto consistit in ecclesie militantis
honorabili recordatione. Prov.
10 Memoria iusti cum laudi-
bus. Ecclesia quidem valde honorat
beatum Laurentium. Habet

quia ieiunium habet vigiliam
habet triplex officium scilicet unam missam
scilicet in vigilia in die et in octa-
va. Habet ingressus spiritualem
Habet namque ieiunium quia pau-
peres pascebat et ipse esuriebat
Unde potest dici de eo quod refert
Ieronimus ad Rusticum Monachum
Vestibus de superbis holosericis
pistorum esuriens alios pa-
vit et ore pallente ieiuniis
aliena fame torquebatur. Sed et
ieiunium tunc est acceptum quando
est cum oratione et elemosina
ideo ipse habuit orationem ideo
dixit oratio mea munda est etc. Ha-
buit et elemosinarum largitionem
quia thesauros pauperibus tribuit
ista tria valde competunt ei
scilicet ieiunare orare et elemosinam
dare. Augustinus in sermone dicamus
christiani ieiunemus et oremus
et donemus etc. cum interim
aut si duas tantum res dicere volunt
eligant magis oremus et do-
nemus quam ieiunemus et non
donemus. Habet etiam octavam
que signat resurrectionem illi merue-
runt corporis sui resurrectionem
qui in ipso corpore maiorem sus-
tinuerunt tribulationem. Unde Ad Phil.
Salvatorem expectamus
dominum nostrum Ihesum Christum qui refor-
mabit corpus etc. Habet in
missa triplex officium quia scilicet fuit
virgo predicator et martir. Habet in-
gressus confessoris et quasi pri-
vilegiatum martirium quia habuit
passionem acerbam et vitam sanctam
Habet privilegiatum predicatoris officium
quia predicavit verbo patris et exemplo
et temporali subsidio. Quarto in eterna
retributione. Prima cum elemosina facit
invenire vitam eternam et ipsi
pauperes quibus elemosinas tribuimus
in eterna tabernacula nos recipient
ut habetur Luc. 16 Augustinus

regnum celorum pauperum est quia
pauper nichil habet in mundo
et diues nil habet in celo et
ecce quam districte fecit deus
omnia bona dedit duobus hominibus
diuitibus terrena pauperibus celestia
et dominus valens utrosque sal-
uare constituit ut qui diuites su-
stentent pauperes et pauperes eos
in sua hereditate collocent et
ut dicit [illegible] petrus rauennas
manus pauperis est cristi gazo-
philacium quia quicquid ac-
cipit pauper habet cristus acceptum
da pauperi terram ut accipias ce-
lum / da nummum ut accipias
regnum / da micam ut accipias
totum / da pauperi ut det tibi
quia quicquid pauperi dederis
tu habebis / et quod alter non
accepit pauper habebit alter sit

De sancto ypolito martire et sociorum eius Sermo sequitur

Anima mea sicut passer erep-
ta est de laqueo venancium
Iste psalmus cantatur ad honorem
martirum quorum anima instar
passeris est erepta In ewangelio
etiam hodierno in exemplum
sanctorum passeres inducuntur cum dici-
tur nonne quinque passeres veneunt
dipondio In verbis igitur premissis
sancti martires tria faciunt /
primo enim de sui erepcione gratias
agunt cum dicunt anima nostra
sicut passer erepta est sicut de
laqueo venancium / secundo modum
istius erepcionis cum dicunt
laqueus contritus est et nos li-
berati sumus / tercio istam erepcionem
non sibi sed deo attribuunt cum
dicunt adiutorium nostrum in nomine
domini qui fecit celum et terram
Circa primum duo consideranda sunt
primo quare pauperibus assimulantur
et hoc quatuor de causis quas ponit
Rabanus est enim passer quantitate
paruus unde passer a paruitate
est dictus velocitate celerimus
in vitando laqueos valde astutus
in nidificando valde cautus Pri-
mo igitur quod est quantitate paruus
representat illos de quibus dicitur
Mathei 11 Abscondisti hec a sa-
pientibus et prudentibus et re-
uelasti ea paruulis et de quibus
dicitur Mathei 18 Nisi conuersi fueritis
et efficiamini sicut paruuli non in-
trabitis in regnum celorum Dicit
Gregorius quod pupilla quanto est
minor tanto est lucidior animalia
eciam habencia paruum caput plus
audacia sunt et forcia sicut patet
in leone qui habet secundum magni-
tudinem sui corporis paruum caput
seu secundum magnanimitatem corporis
sui paruum corpus et ideo est ibi
assignatus qui cum audacem et for-
tem reddit animalia enim que habent
magnum caput sunt multum
timida granum etiam sinapis quod
minimum est inter omnia semina olerum
a deo crescit quod ramos facit
super quos aues requiescunt per
quod datur intelligi quod quanto
quis est minor apud seipsum tanto
est lucidior apud deum / tanto
est amancior contra dyabolum
tanto magis crescit per opera uirtutum
ita ut etiam viri contemplatiui in
eius virtutibus requiescant / Secundo
passer est velocitate celerimus
et signat sanctos viros qui
operibus suis debent esse veloces
et feruentes Ecclesiastici 31 In omnibus
operibus tuis esto velox Proverbiorum 22
vidisti hominem velocem in operibus
suis coram regibus stabit Ecce
dicitur de pigro Proverbiorum 21

Auis capitur in egestate erit Sed
dicit Cambrensis qui non potest volare
ut aquila volitet ut passer qui non
potest ut contemplatiuus volare in
celum per celestem contempla-
cionem saltem volitet ut acti-
uus fugiendo quamuis conuersacionem
Et qui non potest esse magnus ser-
uando consilia saltem paruus seruando
precepta Et qui non potest subito
apprehendere perfectam vitam ad illam
per bonam operacionem Sit tamen ne
volet sicut strucio qui ut a terra
parum se erigit mox ad terram
redit Quo aut sit volandum
et fugiendum dicit Ambrosius
in libro de ysaac / Fugiamus
ad patriam verissimam illic patria
nobis et illic pater a quo creati
sumus Sed que est ista fuga non
utique pedibus corporis non manibus
aut auibus aut equis sed fu-
giamus animo et oculis et pedi-
bus interioribus Tercio passer vi-
tando laqueos est valde astutus
quia sicut dicit ysi. Rabanus /
licet facile laqueos irretitur nec
per ingluuiem ventris escarum
habitacione decipitur Similiter non
debet aliquis se mittere capi nec
laqueis gule nec luxurie nec
auaricie / De laqueis gule di-
citur in psalmo fiat mensa eorum
coram ipsis in laqueum Augustinus
in libro confessionum dum ad e-
quitatem sanctitatis et indigen-
cia molestia transeo in ipso transitu
insidiatur michi laqueus concu-
piscencie De laqueo dicitur luxurie
Ecc 7 Inueni amariorem mor-
te mulierem que laqueus vena-
torum est etc / De laqueo auaricie
sic dicit Ambrosius in libro
de bono mortis Auis que de-
scendit de alto vel que in altum
se extollere non potest frequenter aut
laqueis capitur aut visco fallitur

aut quibuscumque insidiis irretitur
Sit ergo anima pura caueat ad is-
ta terrena descendere quia laqueus
in auro fixus in argento nectitur
in predio Dum aurum petimus
strangulamur / dum argentum cu-
pimus infigimur / dum predium inua-
dimus alligamur // Quarto passer
est cautus in nidificando non enim
in terra nidificat nec pullificat
nec ouificat ne a vento rapia-
tur aut oua a serpentibus deuorentur
aut pulli a predatore rapiantur
sed pocius in foraminibus petrarum
Cant 2 In foraminibus petre et
in foraminibus domorum ps 9 Etenim
passer inuenit domum et in cer-
titudine arborum ps 103 Cedri
libani quas plantauit illic pas-
seres nidificabunt Spiritualis nidus
est anima in qua deus requiescit
in hoc mundo / deus confert sua
bona proposita tamen de omnibus pu-
lcris custodit quando bona proposita
in opus bonum producere facit Sed
qui si aliquis nidum id est animam
ponit in terram per affectionem tunc
dum est ne dyabolus qui est ventus
vehemens per suggestionem qui est
serpens et predator predator animam
per inanem gloriam capiat et bona
proposita comedat et bona opera de-
struat Sancti autem nidifi-
cant in petra id est in christo qui dicitur
petra iuxta illud 1 Cor 10 Petra
autem erat christus Sed quia sicut
erat per foramina ... petram ideo
ipsemet fecit foramina in pedibus
et manibus et latere Cantic 2
veni columba mea in foraminibus
petre quo ad foramina manuum
et pedum in cauerna maceriae
quo ad foramen lateris Alias tres
proprietates passeris ponit Rabanus
in libro de animalibus Prima est quod
tunc se abluunt etc et viui

cunsti debent ablui sic tunc per
cineribus mortificacionis Ieremie 6 filia
populi mei accinge cilicio et conspar-
gere cinere per mortis recordacionem
Genesis 18 loquar ad dominum meum
cum sim pulvis et cinis per do-
minice passionis meditacionem Hebreos 9
cinis vitule aspersus inquinatos
sanctificavit Sed sicut non lavat
cinis sine aque infusione sic
nec mortificacio vel recordacio vel
meditacio talis sine compunccionis com-
passione psalmus Cinerem tamquam
panem manducabam ecce cinis
mortificacionis et poculum meum
cum fletu miscebam ecce aqua
compassionis Et sicut cinis cum
aqua non bene lavat nisi cale-
fiat sic mortificacio et passio
nullius est utilitatis nisi procedat
ab igne caritatis De quo igne
dicitur Luce 12 Ignem veni mittere
in terram et dicit hic Plinius in libro
de animalibus Quod rarissime invenitur
passer albus quia raro invenitur
aliquis qui sit bene mundus Apocalipsis
20 Cuius est qui potest dicere mundum
est cor meum et passer generatur [illegible] sed
multos pullos et optime dum
sit sapida dicit beatus quia passeres
sunt parvi in quantitate volunt
quod essent multi in populis fecunditate
per quod datur indicium quod si unus
deficit in una gracia habundat in
alia ne sic moveatur ad invidiam
Et si unus est unum defectum habet
aliquem defectum ne sic rapiatur
per invidiam Corinthios 1 Corinthios 12 Di-
visiones graciarum sunt et in hac
racione notandum quod sepe illi qui sunt
minores et pauperiores sunt in bo-
nis operibus fecundiores / et illi
qui sunt magni altitudine di-
gnitatis et prelacionis sepe sunt
steriles per fructum bone operacionis
Arbores altere in aristotilem

non generant pullos et sacerdotes
quia [illegible] intendunt sue dilata-
cioni et fecundacioni sunt et magis
prelati non sunt fecundi in bono
opere quia hii intendunt utilitati
proprie Sed de parvis dicitur nunquam
erat in mille alia proprietas est quod
passer masculus non vivit ultra
annum / femina autem multo tempore vivit
per quod datur intelligi quod sepe
homines efficiati longo tempore in suis
maliciis vivunt boni autem cito de
medio subtrahuntur et hoc propter
quatuor causas que ponuntur
Sapiencie 4o scilicet propter periculum vitandum
unde raptus est ne malicia im-
mutaret intellectum eius / aut
ficcio deciperet animam illius propter
gratam eius comportacionem quia sic deus
presenciam eius affectabat unde sequitur
Consummatus in brevi implevit
tempora multa placita enim erat deo
anima illius propter laborem suum
remunerandum unde subdit
propter hoc properavit educere illum de
medio iniquitatis quia gracia et
misericordia est in sanctos eius et
respectus in electos illius propter
timorem malis incuciendum
unde subdit condempnat autem
iustus mortuus vivos impios
et iuventus celerius consummata
longam vitam iniusti Sexto simi-
litudine modum ereptionis ex-
primit cum dicit laqueus contri-
tus est et nos liberati sumus Circa
quod sciendum quod tyrannus
quatuor laqueos sancto ypolito
apposuit quos hic ipse contrivit
Primo namque ipsum denudari ut sic
rubore confunderetur sed istum laqueum
contrivit quia meliori veste indutum
se esse indutum cognovit unde
cum tyrannus ei diceret quomodo non
insipiens factus es quod nuditate

tuam non erubescas respondit
non me spoliasti sed magis vesti-
sti / Iacebat enim indutus se esse ve-
ste dauid de quibus apostolus ait Col-
locenses 3 Induite vos sicut ele-
cti dei sancti et electi in visce-
ribus etc / Hanc quidem vestes dauid
habent teste petro prouerbiorum 10 vni-
uersa delicta operit caritas 1 petri 4
Caritas operit multitudinem peccatorum
apocalipsis 3 vestimentis albis in-
duaris et non appareat confusio
nuditatis tue habent protectionem contra
diuersa temptamenta tanquam
contra imbrem pluuiam
et ventum ideo apostolus vocat ipsas
arma dauid dicens Induamur
arma lucis Item ephesios vi In-
duite vos armaturam dei ut possi-
tis resistere aduersus insidias diaboli
Item habent honestate ornac-
ionem ps dominus regnauit decorem
indutus est indutus est dominus
fortitudine etc Item habent ca-
lefactionem ad caritatem Job 37 Non-
ne vestimenta tua calida sunt
cum perflata fuerit terra austro Dauid
laqueus est quia veste militari
ipsum induit ut sit ad consimilem
militiam alliceretur Sed istum laque-
um fregit quia meliori regi non
tyrannice militare sed dixit se
cristo qui non fuit tyrannus sed
rex benignus Quod patet quia
tria sunt que tyrannum faciunt
scilicet dominii cupiditas effrenata
crudelitas et priuata utilitas Cri-
stus igitur non fuit tyrannus quia
non habuit dominandi cupidita-
tem ymo sicut dicitur Johannis
Cum cognouissent quod venturi
essent ut raperent eum et facerent
eum regem fugit in montem
solus Item habuit dulcedinem
et mansuetudinem non crude-
litatem / ps miserator et mi-
sericors dominus patiens et multum
misericors Item non multum

propriam sed vitam que sunt utilita-
tem Ro 15 Cristus non sibi placuit
sed sicut scriptum est improperia
improperantium tibi ceciderunt su-
per me Decimus autem fuit cupido a-
bicens non dominum suum occidit et
sanctos crudeliter persecutus est et
thezauros ecclesie sibi usurpare
voluit Cristus laqueus est quia
omnes de familia sua ante oculos
suos occidit ut sic animam suam
compassionis et doloris gladio
confoderet Sed ipse amore dei
amori parentum et propinquorum preponit
ab amore dei non est immutatus
Unde eos exhortatus est dicens
fratres nolite timere quia ego et vos
vnum dominum habemus Ideo sicut
dicitur Mathei 10 Qui amat patrem
aut matrem plus quam me non
est me dignus Cristus super [illegible]
reddite unicuique quod suum est car-
nalibus parentibus propter carnis affe-
ctum spirituali autem patri sanctitatis
[illegible] et [illegible] nil quidem amplius de-
[illegible] debemus quam deus amici
cum recedunt parentes deficiunt
Solus autem cristus non recedit [illegible]
nec deficit donec voluerimus
esse cum ipso / Cum enim de hoc
mundo exierimus et [illegible]
anima ad suum locum recedit et ne-
mo recordatur amplius carnalis
affectus cum de carne recesserit
non pater filium non filius patrem
[illegible] cum quod de terra suscepimus
in terra dimittimus et neminem
nobiscum habebimus nisi opera
nostra sola sicut bona sunt ad gloriam
sicut mala ad penam etc Crisma-
[illegible] laqueus est quia pe-
des eius ad colla [illegible]
equorum fecit ligari et per carde-
nes et tribulos trahi ut sic ve-
natus [illegible] sed istud laqueum
[illegible] quia in ipsa sua passione
habuit patrem [illegible] quia non [illegible]

habuit constantiam per quam supplicio non cessit / Sunt victoriam qua coronam sibi acquisiuit vnde cantat ecclesia ihesu pro te fusus ferrea cratis, ferrea cratis ... sed leuita cessit hijs laurencius fortis insula ... Ecce quanta constantia ... gladijs more ridentium non murmur resonat nec querimonia ... Ecce quanta paciencia ... que vox que poterit lingwa retexere que tu martiribus munera preparas ... Ecce quam gloriosa corona ... ista autem tria tangit cyprianus in epistola dicens O milites fortissimi robur corporis vestri quod prodimus conpletum vsque ad gloriosam consumacionem testamenti durissimam ... Ecce quante fuit paciencie ... qui clamauit et non murmurauerunt nec cessistis supplicijs sed potius supplicia cesserunt vobis Ecce quante fuit constancie finem doloribus que dederunt tormenta dedit corona Ecce qua gloriose sunt corone / ... istam laqueorum contricionem non sibi sed deo attribuit cum dicit adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram ... cum beato ... posito ad victoriam dei semper affuit et in vita et in morte et post mortem ... in vita fuit magne ... quia amabat ... in celis vnde compnerunt que quidem non nisi a mundis cordibus videri poterit vnde post quam a beato laurencio fuit baptizatus dixit / vidi animas innocencium letas gaudere / sunt multe ... quod corpus sancti laurencij sepeliuit ... sepeliuit enim mortuos ... apud ... ut ante deum ascendat Thobie 12 quando orabas et sepeliebas mortuos ego obtuli oracionem tuam deo / Sunt multe compassionis

quia lacrimas compassionis emisit et quando laurencius cruciabatur et quando sepulture tradebat / Sunt multe deuocionis ... fidei deuocione qua erat plenus ... ante tempus voluit confiteri se cristianum esse vnde laurencius dixit ei in interiori ... absconde tristiciam et cum clamauero audi et veni Secundo fuit adiutus in morte quia non temporalem vitam perdidit ut Spiritualem inueniret Cyprianus ad fortunatum Clauduntur oculi in persecucionibus sed patet celum mirantur antichristi Secundo tunc corpus mortis mittitur sed immortalitas sequitur ... mundus eripitur sed restituitur paradysus vita temporalis extinguitur sed eterna reparatur ecce mirabilis commutacio / quam ... accepit quia per clausura oculorum aperitur lumine celorum ... signatum ... vbi Stephanus dum lapidaretur vidit celos apertos Si antichristi ... corpus tunc Ideo stephanus videt ... stantem quasi adiuuare paratum Si corpus moritur immortalitate vestitur vnde vultus stephani apparuit tamquam angeli quasi gloriam immortalitatis vestiendi vnde apostolus 1 Cor 15 morti insultat dicens Vbi est mors victoria tua Si auffertur mundus datur paradisus ideo stephanus intendebat in celum tamquam in paradisum sibi debendum vnde dixit dominus Luce 23 hodie mecum eris in paradyso Si tollitur temporalis vita datur eterna Tercio fuit adiutus a deo post mortem ... quod ... prerogatiuas sibi concessit / habet enim cum laurencio societatem vnde dixit ei laurencius ambulemus ambo pariter quia et tibi gloria preparatur vnde eciam ... corpus laurencij ... sepeliui ad inuenciendum quod sicut corpora sunt iuncta in terris sic corpora anime sunt iuncte in celis /

Unde cantat ecclesia de sanctis et
pt eciam intelligi de laurentio et
ypolito Vidi iuvenes vos scz laure-
cium et ypolitum habentes splendidas
vestes .i. corpora et animas refulgentes
Quam et corpus utrumque quod fuit vestis
anime in presenti splendet quia totus
mundus reverenciam preci exhibet et
anima splendet quia in lumine e-
ternitatis glorificata manet // Secundo
habet cum regine magna fami-
liaritatem Quam sicut in legenda
sua habetur / Virgo beata cum ypolito
tandem infirmo apparuit / et ypo-
lito ut ipsum curaret precepit // Secunda
vice cum cum ypolito apparuit
Quid est quod beata virgo ypolitum assu-
mebat ad suam societatem nisi
quod videtur habere cum ipso quandam
specialem familiaritatem [illegible]
Accipe illam scz Virginem be-
atam in dominam et familiarem
et exaltabit te in magnum ho-
norem glorificaberis ab ea cum
eam fueris amplexatus quod devotus
Tercio habet super demones magnam
potestatem quia exigente dei iusticia
voluit ut christiani eciam ligarent
Luce 9 / Dedit eis potestatem super
omnia demonia // [illegible] et contra
tyrannos magnam severitatem unde
sacerdos arreptus a demonio clama-
bat Ypolite et cathenis asperis
vinctum me ducis // Sexto habuit
seu habet super peccatores compunctos
magnam pietatem Quam sicut in
legenda sua habetur cum quidam
oblitum sue culpe a deo fuit per-
cussus igne ita ut tybia sua fu-
isset a sua compagine penitus
resoluta cum penitet ad imperium
beate virginis ypolitus ipsum sanat
et tybiam in loco suo inseruit etc.

Sermo secundus de sancto ypolito Sequitur et cetera

Attendite a fermento phari-
seorum quod est ypocrisis
Luce 12 Sancti vi aliquando
patiuntur persecutores simulatos christi
apostolus Gregorius in moralibus Sancta ec-
clesia tunc sine labore temptacionis
non potest tempora pugnacionis
et si forte apertos hostes non habet
intus tamen tollerat fictos fratres
Homines igitur sunt cavendi quia
sub specie sanctitatis et religionis sim-
plicium corda decipiunt ideo descri-
buntur sub specie fermenti / fermentum
enim habet speciem panis unde dicit
Theophilus fermentum vocat dominus
ypocrisim tanquam alterantem
et corrumpentem intencionem hominum
quibus se ingesserit [illegible]
sic alterat mores ut ypocrisis
Tales eciam cavendos admonet
dominus dicens Mathei 7 attendite
a falsis prophetis qui veniunt ad vos
in vestimentis ovium intrinsecus
sunt autem lupi rapaces Dicit
Crisostomus super Matheum Vestimentum
ovile non opus ovile est clemen-
cia simulata ieiunium simulatum ora-
cio simulata et cetere species pietatis quibus
se vestiunt lupi rapaces et sequitur
Crisostomus Nulla autem avis sic ex-
terminat bonum quemadmodum simu-
latum bonum quam manifestum ma-
lum fugitur et cavetur malum
autem sub specie boni celatur non dis-
cognoscitur non cavetur et pro quasi
bonum suscipitur et quanto cum bonum
exterminat bonum / Item lupus
rapax pelle ovina tegitur quod tunc
tamen cognoscitur quia lupus sit
ibidem ponit Crisostomus quod vocem
sine balatum per [illegible] et balatu
quod balatum unde dicit Omnis in-
clinata dorsum suum balat / lupus
in aerem erigit caput suum
contra celum et sic ululat

subdit Qui caso votem equitatis
et ve confessionis emittit ovis est
qui aut adversus veritatem turpiter
blasphemat et ululat lupus est sic
dicit psalmista de illis qui iniquitatem
in excelso locuti sunt posuerunt
in celum os suum Ille ergo est ovis
dei qui contra se balat et qui se ac-
cusat de quibus dicitur proverbiorum xviii
iustus in principio accusator est sui
peccatum habet principium scilicet cogita-
cionem medium scilicet consensum et finem
scilicet operacionem Iustus aut non tantum
accusat se de fine operis nec tantum
de medio consensus sed eciam de
principio cogitatus Sunt enim quidam
qui culpas suas tantum accusant
convicti Isti accusant se in fine quia
plus non possunt facere quidam
tantum amoniti et reprehensi Isti ac-
cusant se de medio quidam spon-
tanei isti accusant se in principio
Secundo lupus tectus pelle ovina
cognoscitur ex cibo unde subdit
Crisostomus Ovis herbas manducat
lupus carnibus delectatur que ergo
videris de prato scripturarum herbas
floridas colligentem ovis est vere
cum videris in sanguine perse-
cucionis gaudentem lupus est
Ille ergo qui est ovis dei pascitur
herbis virentibus id est celestibus
amenitatibus per desiderium et
meditacionem. xx Ezechielis requi-
escent in herbis virentibus Lupi
aut delectantur carnibus id est volup-
tatibus Ro viii Qui in carne
sunt que carnis sunt sapiunt
Tercio cognoscitur per actum quia
lupus dentibus mordet unguibus
scindit et laniat Ovis aut nec
dentes habet quibus mordeat nec un-
gulas quibus scindat Probus ergo
illorum qui sunt oves Christi est in-
nocencia Hec nullum ledere nulli
nocere Actus vero eorum qui sunt dya-
boli est mordere et laniare in vita

et in fama et ideo monet apostolus
Galatas v Si adinvicem mordetis
et comeditis videte ne adinvicem
consumamini Ille qui mordet partem
comedit et partem relinquit Ille
qui comedit illud quod sibi sufficit
comedit et reliquum dimittit Ille
qui consumit totum devorat et nichil
relinquit Sunt enim qui in parte
laudant et in parte vituperant
Isti mordent Sunt qui vitam
vituperant sed intencionem excusant
isti comedunt Sunt qui vitupe-
rant vitam et iudicant intencionem
Isti consumunt Monet ergo apostolus
ut non adinvicem mordeamus
quedam laudando et quedam
vituperando aut si mordemus
non comedamus preter omnia ossa
id est intencionem vituperando aut si
comedimus non consumamus scilicet
carnem scilicet et ossa id est opera exteriora
et intencionem interiorem condempnando
Secundo sancti paciuntur persecuciones
apertas quod notatur cum dicitur Nec terreamini
ab hiis qui occidunt corpus etc
ubi tria tanguntur primum est ex
parte persecutorum scilicet eorum magna
crudelitas cum dicitur Qui occidunt
corpus etc Secundum est ex parte scilicet eius
magna potestas cum dicitur Timete eum
Qui postquam occiderit habet
potestatem mittere in iehennam Tercium
est ex parte sanctorum scilicet eorum
magna securitas cum dicitur
Nonne duo passeres veneunt
dipondio etc Circa primum notandum
est quod ipsi persecutores sunt cru-
deles qui occidunt corpus sed
tamen non sunt timendi quia post ea
non habent amplius quid faciant
quia scilicet animam occidere non possunt
Crudelitas autem mali hominis peior
est crudelitate serpentis bestie
et dyaboli sicut ostendit Crisostomus super
Matheum Omnis enim sit peior cru-
delitate serpentis sicut dicit

c

Si comparavis hominem serpenti
peiorem invenies quia serpens
si maliciam habet tamen hominibus
habet timorem ideo si abscondere
potest mordet Si autem non poterit
fugit Homo autem malus et ma-
liciam habet serpentis et timorem
non habet sicut serpens Est etiam pe-
ior omni bestia sicut ostendit simplici
racione de prima sic dicit bestia
quamvis sit crudelis tamen quia irra-
cionalis est declinabitur ab homine
crudelitas eius / homo autem
malus cum sit crudelis et racio-
nalis non facile evadetur crude-
litas eius De secunda racione sic dicit
Si irritata fuerit sevit Si autem
irritata non fuerit in plenario fugit
homo etiam non irritatus sevit
super illos a quibus non fuit irritatus
De tercia racione sic dicit unaque-
que bestia unum et proprium malum
habet / omnia mala in se habet ma-
lus homo Est etiam peior quam
quam dyabolus / Si videt hominem
iustum sicut ostendit dupplici ra-
cione / De prima racione sic dicit
dyabolus si viderit hominem
iustum non est ausus ad eum
accedere / homo autem malus quamvis
hominem sanctum videat non pe-
lum illum non timet sed adquit
magis cum contempnit / Secunda
racio est quia dyabolus non
armat dyabolum sed homo ar-
mat dyabolum qui subdit
Non cum dyabolus homini prestat
virtutem sed homo dyabolo ar-
ma ergo dyaboli est malus ho-
Sicut cum homo sine armis nichil
potest facere contra hostem Sic dyabolus
contra hominem non valet sine
homine / potest etiam tercia racio assi-
gnari quare malus homo sit
peior dyabolo / dyabolus cum non
potest nocere homini nisi permissus sicut
patet in Job cui nocere non potuit
nec in rebus nec in persona nisi
permitteretur a deo / Homo malus
aut noceret non tamen permissus sed
etiam a deo prohibitus / Et nonnum-
quam in persecutoribus sit crudelitas
magna ex eo quod corpus occidu-
nt cuius crudelitas non est timenda
ex eo quod animam non possunt occidere etiam
ex eo quod corpora eorum non permit-
tunt cum possunt occidere animas unde
postquam deus dixit / Nolite ti-
mere eos qui occidunt corpus sta-
tim subiunxit et postea hoc non
habent amplius quid faciant
quia scilicet in animam nichil possunt
Ex eo quod ipse specialiter animas sanctorum
custodit de eis specialem curam
gerit unde postquam dedit potesta-
tem dyabolo ut in corpus Job
seviret statim subiunxit / verum-
tamen animam illius serva Sicut enim dicit
crisostomus super Matheum Maiorem curam
habet deus de anima quam de corpore
assignans super hoc tres raciones
prima quia anima est dignior
in esse suo unde dicit Maio-
rem est de salute anime quam de sa-
lute corporis Primo quidem quia
dignior anima quam caro anima
cum sine carne vivere potest caro
autem sine anima vivere non potest Secunda
racio est quia anima peior est in pec-
cando et ideo indiget maiori
custodia unde subdit Primo autem
quia in omni peccato anima prius peccat
postea caro carnem nisi anima prius
fuerit victa nunquam caro peccat
potest Caro quidem concupiscere prius
malum potest peccare autem non potest
nisi anima illi consenserit quia caro
in potestate anime est non anima in potestate
carnis Tercia racio est quia tar-
dior est in resurgendo a
peccato et ideo maiori indiget ad-
iutorio unde subdit Necessarium
fuit ut anima que prius cecidit
ante resurgeret deinde anima libe-
rata a potestate dyaboli carnem
suam salvare potest a peccato

caro aut aut sanata ab infirmitate
tam liberat non pt sed magis ca
stitit quia in columnitas sep impu
nat iusticie disciplina Corpora
ad scorum martirum non perierunt
immo etiam in presenti vita multipli
ci gloria illustrarunt eam efficiuntur
radii dei quibus demones terreta
ur / vexilla dei quibus demones
deterrentur / et corona dei qua
celum coronatur ista tria ponit
Crisostomus in omelia de machabeis dicens
splendida dies hodierna ap
paruit non de varietate solis radiis
formata sed de hinc martirum illu
strata / hii namque radii cristo
oriente emittuntur in terram de
summo celo solis ut sicut speciem
celo gaudentibus illustrat / ita
in mali faciem invidentis obtecat
eam et audaces latronum duces
certis regiis impugnis deterrentur
ut fugiat ita profecto demones
ubi coronatorum longe conspectu
pauidi fugiunt Et sicut corona
regali undique fulgores emittuntur
ita martirum corpora pro cristi vulne
ribus distincta omni regnum dia
demate delectabiliora redduntur
Ideo ponitur ex parte dei magi
stratus cum dicitur timete eum qui
postquam occiderit habet potestatem
mittere in iehennam .i. in penam
eternam Sed quo convenit iusticie
dei ut hominibus pro culpa transitoria
pena puniat eterna Ad hoc re
spondet triplex aliter Gregorius
habet Crisostomus Racio cristi est quod ipsa
sit propter impossibilitatem reme
dii Quia cum peccans tamen de
facta vita decedit maculam
tamen portat quia ex peccato con
traxit Quecunque macula deleri
non pt nisi per gratiam Gratia aut
promereri non pt nec per fidem
nec per caritatem nec per bona opera

tamen pt extra statum merendi
istam racionem tangit crisostomus super
Mathea xxii ligatis manibus et
pedibus mittite eum in te
nebras exteriores Anima habet
duos pedes scilicet intellectum et affectum
et duas manus scilicet potenciam
operandi bonum continuo ad premium
sed tunc non poterit aliquid mereri
per fidem quia habebit ligatam
manum dexteram / nec per opera que
facit ad honorem dei / nec ad
utilitatem proximi quia habebit
ligatam manum sinistram Illa
aut macula que deleri non potest
est materia et pabulum ignis et
ideo tamen sit eterna ignis erit eternus
Racio Gregorii est quod hoc acci
dit propter eternitatem mali propositi
unde dicitur in libro moralium
Multi dicunt sine fine puniri
non debet culpa tamen sine iusti
nimirum est deus et quod non eternum
tamen ipsum est peccato eterno non debet
puniri tormento quibus tamen
respondemus quod recte dice
rent si iustus index non corda
hominum sed facta pensaret Iniqui
ergo ideo tamen sine deliquerunt
quia tamen sine vixerunt / volu
issent quippe sine fine vivere ut possent
sine potuissent in iniquitatibus
permanere Et ideo habit se vivere cu
piunt ut numquam desinant peccare
tamen vivunt Ad districti ergo iudicis
iusticiam pertinet ut numquam careat
supplicio quorum mens in hac
vita numquam voluit peccato carere
et nullus detur numquam terminus ul
cionis qui quamdiu valuit noluit habere
voluit terminum criminis Istam eciam
racionem tangit beda dicens Eterne
mali habuerunt voluntatem sine
fine peccandi si habuissent nam
sine fine vivendi Racio crisostomi
est duplex una est quod hoc fit

propter infinitatem offensi. Est enim
communis animi conceptio quod in-
iuriosus tanto ~~magis~~ dignius
maiori pena est quanto maior est
ille cui infertur iniuria. Et ponit
exemplum in milite comite et in
rege. Qui enim offendit militem
dignus pena est magna. Qui
vero offendit militem dignus est
maiori. Qui autem offendit regem
vel imperatorem dignus est ma-
xima. Deus autem est maximus
sine fine iuxta illud ps. Ma-
gnus dominus et laudabilis ni-
mis et magnitudinis eius non
est finis. Et ideo qui offendit
deum debet puniri pena in-
finita. Et hoc dicit. Quod pena
taxatur secundum dignitatem eius
in quem fit. // Alia ratio tercio est
quod hoc accidit propter diversitate
fori. // Videmus enim quod unum
et idem peccatum in diversis partibus diver-
simode punitur. Nam alicubi
pro uno furto fur cauteriatur, ali-
cubi mutilatur, alicubi excecatur,
alicubi suspenditur. Est igitur
duplex forum scilicet forum ecclesie
et forum dei. In foro ecclesie
culpa punitur pena transitoria. Et
ratio est quia modo feriatus fa-
cit tribunal iusticie et omnes
cause aguntur sub throno misericordie.
Post hanc vitam vero econtrario
fiet quia tunc vacabit dei mise-
ricordia et causas aget et pu-
niet dei iusticia. Unde dicit
Crisostomus. Quod quantum distat deus
ab homine tantum distat iudicium
dei extremum a iudicio hominis
nec recipit tunc natura iudicis
mutacionem sicut ~~dicit~~ nec tempus
nunc iudicium. Sicut igitur in foro
ecclesie culpe puniuntur pena transi-
toria quia hoc spectat ad thronum
dulcis misericordie, sic in foro dei

puniuntur pena eterna quia hoc
spectat ad tribunal severe iusti-
cie. Ponitur etiam propter sanctorum
magnam eorum securitatem. Securi enim
esse possunt de corporibus suis
et de animabus suis. Cum dicitur
ironice: Quinque passeres veneunt
dipondio et unus ex illis non
est in oblivione coram deo
sed et capilli capitis vestri o-
mnes numerati sunt. Securi quidem esse pos-
sunt de corporibus suis quia si non
perit capillus quomodo peribit cor-
pus. Crisostomus super Matheum. Quod non
post capillos numeratos habe-
re si morum. Numquid ideo numera-
ne aliquid perdat vel numquid
ideo numerat aliquid deus ut numerus
eius cognoscat sed ideo numera-
ne aliquid perdat. Exemplis in
propheta divinatis eos et super
arenam maris multiplicabi-
tur. Vides quia non solum minuit
qui numerantur sed etiam multipli-
cantur. Qui autem perituri sunt
non numerantur. Peccatores enim ut
quid numerantur qui esse non permanent.
Illud autem numerat deus quod
vult possidere. Quod autem non
vult ut quid numerat. Ideo non
numerantur peccatores ut qui cunque ex
illis perierit non sentiat neque
timeat deus quasi de non numeratis
sicut scriptum est contra ...
habebis animas gentes. Securi eciam
esse possunt de animabus suis quia
si deus passerum oblivionem
non habet animam hominis quomodo
habebit. Ideo dicit propheta: Custo-
dit dominus animas sanctorum suorum de
manu peccatorum liberabit eos. Sicut
enim habet triplicem statum.
Unus est quando est corpori unita.
Alius est quando est a corpore separata.
Tercius est quando est coniuncta corpori.

esumpto et in quolibet istorum
atrium domus eam custodit Vita
enim sanctorum prout sunt con-
iuncte corpori sunt in manu dei
quia eas protegit et defendit Sap.
3. Iustorum anime in manu dei sunt
et non tanget illos tormentum
mortis Secundo sunt conuenta a
corpore sunt in sinu dei ante
enim passionem cristi anime sanctorum
in sinu abrahe quiescebant
eodem modo in sinu dei quiescunt
ysaie 40. In brachio suo congre-
gabit agnos et in sinu suo leua-
bit Tertio quando receperint resumpto
corpore erunt in thalamo dei
deuteronomij 33. Amantissimus
domino habitabit confidenter in
eo quasi in thalamo tota die
morabitur et inter humeros illius
requiescet etc. Sequitur ser-
mo tercius de sancto ypolito etc.

Gratis odio omnibus propter nomen
meum Luce 21. Istud verbum
dicitur de sanctis martiribus
qui sunt mundo odiosi sed deo a-
mabiles et gratiosi Mali enim odi-
unt bonos solummodo quia sunt
boni Augustinus de ciuitate dei
Bonis inuident mali nulla
alia causa quia illi boni sunt
isti mali Boni autem odiunt malos
inquantum sunt mali sed diligunt
inquantum sunt homines et creatura
dei Causa autem primus odij inter
bonos et malos est dissimili-
tudo vite seu propter dissimilitudi-
nem vite Sicut enim similitudo
vite est causa amoris Sic dissimi-
litudo odij iuxta illud Eccl. 13.
Omne animal diligit simile sibi
Sic dissimilitudo est causa odij
iuxta illud Sap. 2. Grauis est
nobis ad videndum quia dissimi-
lis alijs est vita illius Cum
igitur inter bonos et malos est tota
dissimilitudo ideo tantum odium

esse videtur ponitur autem ab apostolo
2 Cor. 6. quatuor dissimilia va-
lida sibi contraria et aduersa scilicet
iusticia et iniquitas lux et te-
nebre Cristus et belial tem-
plum et ydolum Et ista quatuor
contraria ponuntur similiter Eccl. 13.
Sub alijs verbis qui sunt lupus et
agnus homo et canis rabidus
pauper et diues superbus Collo-
cet cetera Est igitur primo dis-
simile iusticia et iniquitas Vnde
dicit apostolus Que participacio
iusticie cum iniquitate Vel
secundum Eccl. lupus et agnus Vnde
dicit sicut communicabit lupus agno
aliquando sic peccator iusto Boni igitur
sunt iusti qui omnibus reddunt
que sua sua sunt scilicet deo ho-
norem proximo amorem et
sibi satisfactionem Sed mali sunt
iniqui qui deum inhonorant
et blasphemant Eccl. 12. Nomen
enim dei per nos blasphematur
proximum odiunt et conturbant
Eccl. 11. Iustus semper iurgia
querit malus Se ipsos occidunt
et necant Sap. 16. Occidit quidem
per maliciam animam suam Item hoc
dissimiles sunt lupus et agnus
Boni sunt agni quia scilicet sunt
innocentes et omnibus seruientes
Innocentes enim sunt quia non
habent dentes quibus dormiat
alijs detrahendo nec cornua
quibus feriat alios persequendo
nec vngues quibus scindant
discordias seminando sed habent
balatum lugubrem pro malis
gemendo Sunt etiam instar ag-
norum et omnibus alijs vtiles quia
scilicet dant lanam id est operacionem suam
ad subueniendum dant pellem
id est exteriorem conuersacionem ad edifi-
candum dant lac id est doctrinam
ad erudiendum dant carnem

i. corpus suum ad macerandum
et mortificandum dicentes cum apostolo
propter te mortificamur tanquam oves
estimati sumus. Sicut certi mali-
cium sunt lupi qui mordent fame
latrant aliquando proximi et ra-
piunt temporalem substantiam. De talibus
lupis dicitur Sophonie 3. iudices
eius lupi vespere non relinquebant
in mane. Lupi matutini partem come-
dunt et partem relinquunt. Lupi
vero meridiani i. qui non come-
derunt usque ad meridiem totam
carnem comedunt sed pellem
et ossa relinquunt. Lupi vero
vespertini qui usque ad vesperam
non comederunt sunt valde
famelici et ideo carnem come-
dunt pellem scindunt et ossa
frangunt. Et ideo dicit propheta
lupi vespere nichil relinquebant
mane. Sunt enim quidam medi-
ci avari et causidici sicut lupi
matutini qui scilicet bona pauperum
rapiunt sed aliquam partem eis
relinquunt. Secundum sunt lupi
meridiani qui totam substantiam
rapiunt, sed dimittunt eis pelles
i. vestes et domos quibus teguntur.
Tertium sicut lupi vespertini
qui scilicet totam substantiam rapiunt posse-
ssiones domos vestes auferunt
et ad tantam inopiam dedu-
cunt quod pre nimia penuria et in-
edia ossa marcescunt. Job 18.
Inedia invadat costas eius. Isti
lupi ad vesperam vastabunt eos.
Secundum dissimile iuncta scilicet (?)
est lux et tenebra unde di-
cit quae conventio luci ad tenebras
2 Cor. 6. Homo et canis
rabidus. Unde dicit quae conventio
homini sancto ad canem mali-
ciosum. Sunt tenebre homines ve-
ro lux. Psalmus. Posuisti tenebras

et facta est nox. In talibus enim
hominibus tenebrosis homines
currunt quando volunt. Et ideo
subdit. Et in ea pertransibunt omnes
bestie silve. Omne bonum propositum
et voluntatem rapiunt. Et ideo
subdit. Catuli leonum rugientes ut rap-
iant. Omnia mala comedunt et ro-
dunt. Et ideo subiungit. Ut quae-
rant a deo escam sibi. Et dicitur
a deo quia hoc facit iustitia
dei permittente. Sed adveniente
luce demones currunt et ad
infernum fugiunt. Et ideo subdit.
Ortus est sol et congregati sunt
et in cubilibus suis collocabuntur.
Bona proposita tales in opus pro-
ducunt. Et ideo subdit. Exibit
homo ad opus suum et omnia
mala sua usque ad finem mortis
custodiunt. Et ideo submisit.
Et ad operationem suam usque ad
vesperam. Tertio hoc etiam dissi-
miles sunt canis rabidus
et homo fetus (?). Canis cum te
habet vituperabilia unum quod
irrationabiliter latrat. Augustinus
de civitate novi testamenti. Hic
est canis nostri ut cum quibus
habent consuetudinem sive
boni sive mali sunt non ad
eos latrat. In totibus aut impiis (?)
etiam innocentibus irritantur.
Sic et mali prelati obmutescunt
contra malos. Ysa. 56. Canes
muti non valentes latrare. Et
latrant contra bonos. 2 Cor. 3.
Numquid caput canis sum ego.
Secundum est quod proxima
ledat. Ideo precepit Math. 7. Noli-
te sanctum dare canibus. Sic mali
ledunt alios per mala exempla.
1 Cor. 15. Corrumpunt bonos
mores colloquia prava. 1 Cor.

modicum fermentum totam massam
corrumpit. Secundo quia recidiva iterum
redeunt sicut et multa peccata que
recreverunt per confessionem istis redeu-
-ant per operationem. Proverbiorum 26.
Sicut canis qui revertitur ad vomi-
-tum suum sic peccator qui iterat
stulticiam suam. Boni autem homines
sunt et rationales et ideo ra-
-cionabiliter reprehendunt et ma-
-xime et ideo per bonum exemplum
alios attrahunt. Et mundi et a
nichil immundicie recipiunt. Tercio
dissimile est Christus et Belial id est
dyabolus. Unde subdit apostolus
Que autem conventio Christi ad
Belial vel rerum. Item pauper
et dives superbus. Unde dicit
ut que pars bona diviti ad pau-
-perem. Dissimiles enim et contrarii
sunt Christus et dyabolus. Et quantum
ad voluntatem quia Christus vult
omnes homines salvare. Ille non
sed dyabolus perdere. Johannis 10.
Fur non venit nisi ut furetur
et mactet et perdat. Ego veni
ut vitam habeant. Et quantum
ad operationem quia Christus colligit
ille dispergit. Luce xi. Qui non
est mecum contra me est et qui
non colligit mecum dispergit. Et
quantum ad cohabitationem quia
Christus et dyabolus in eadem persona
cohabitare non possunt. Ysaie 28.
Coangustatum est stratum ita
ut alter decidat et pallium bre-
-ve utrumque operire non potest. Et quantum
ad compensam servitute. Mathei vi.
Non potestis deo servire et mamo-
-ne. Et quantum ad modum operis
quia Christus omnia facit bene
dyabolus omnia male.
Item hec dissimiles sunt pauper
et dives. Pauper est Christus qui
paupertatem habuit paupertatem
docuit paupertatem commendavit
pauperes elegit et pauperes be-
-atificavit. Dives est ipse dyabolus
quia cum ipse omnibus malis et
peccatoribus preest qui sunt infiniti
iuxta illud Ecclesiastes 1o. Stultorum
infinitus est numerus. Est valde
dives et potens quia preest
omnibus superbis. Et iste dicitur
Lucifer. Ysaie 14. Quomodo cecidisti
de celo lucifer qui mane ori-
-ebaris qui dicebas in corde tuo
In celum ascendam supra astra
celi exaltabo solium meum sicut
Job 41. Ipse est rex super omnes
filios superbie. Secundo preest luxuriosis
et iste est Asmodeus ut habetur
Thobie 3. Iste enim demon odit
matrimonium et ideo puellam Thobie
voluit ad adulterium ut sic postquam
non posset legitimo viro
uti traheretur in fornicacionem.
Tercio preest avaris. Et iste dicitur
mamona de quo dicitur Mathei 6.
Non potestis deo servire et ma-
-mone. Ubi dicit Glosa. Quod
mamona dicitur sicut est nomen
demonis qui preest diviciis non
quod in eius dicione posite sint
sed quia eis utitur ad decipiendum.
Quarto preest temptacionibus immittendis
et iste dicitur Belzebub de quo
dicitur Luce xi. Belzebub enim
interpretatur deus muscarum quia
scilicet immittit muscas id est temp-
-taciones volatiles et immundas.
Quartum dissimile est templum
et ydolum. Unde subdit apostolus
Quis autem consensus dei cum
ydolis vel simulacris. Item cella et
taberna. Unde subdit Quid

communicabit carcabus ad ollam
quando se mutuo colliserunt con-
fringentur. Prov. Convenit igitur ydola
esse in templo. Ydolum est prelatus
superbus et ambiciosus qui in
omnibus vult coli et honorari
de quo dicitur Math. 24. Cum vide-
ritis abominacionem etc. Ydolum
est prelatus maius. Glossa quito
Secundo est ydolum finitus. Ydo-
lum est prelatus negligens de quo
dicitur Zach. 11. O pastor et ydo-
lum etc. Talia ydola stare in
templo dei non convenit sed templa
sunt omnes fideles. Crisostomus Tem-
plum hominis est edificatio lapidum
pulchre composita. Templum
autem dei est congregatio electorum
religiose conversantis. Idem In edi-
ficiis hominis habitant autem
in hominibus sanctis. Crudeles er-
go illi sunt qui hominibus po-
liciunt edificia marmorea faciunt
habitaciones hominum componunt et
habitaciones dei destruunt. Idola
autem sunt peccatores de quibus
dicit in psalmo: Os habent et
non loquentur etc. ipsi confitentur
os sed deum non laudant. sunt
oculatus sed peccata in quibus sunt
non considerant. habent aures
sed non audiunt tonitrua iudicio-
rum dei. habent nares sed
non odorant suavitatem dei.
habent manus sed eas ad
pauperes non extendunt. habent
pedes sed ad ecclesias dei non
ambulant nec vadunt. Juxta
hoc dissimiles sunt carcabus
et olla per carcabo quali intel-
liguntur qui sunt fracti per du-
riciam Ecc. 3. Cor durum

in novissimo ... per male-
dictionem. Denigrata est super
carbonibus facies eorum
et in eorum cordibus dyabolus
ponit carnalem lasciviam con-
cupiscentie omnes adulteros quasi clibanum
etc. per ollam signatur homines
qui reputant se tiecos per ve-
tustatem humilitatis in quorum cor-
dibus deus recoquit scorias
vetustatis conversacionis et omnem
carnalitatem lascivie volup-
tatis. Ysaie primo. Excoquam ad puri-
tatem scoriam tuam. et in eis deus ab-
scondit thezaurum gratie et vir-
tutis. 2 Cor. 4. Habemus
thezaurum istum in vasis fictilibus.

Sequitur sermo primus de assumpcione virginis marie et matris domini nostri Ihesu Christi

Surge domine in requiem
tuam tu et archa sancti-
ficationis tue. De ysta
archa scilicet sanctificationis sive ra-
tione sui continentis sive co-
rationis suorum contentorum
digne aliquid loqui non possu-
mus etiam si nobiscum tota creatu-
rarum universitas loquitur. Unde dicit
Beda Si rerum universitas sin-
gulis distincta speciebus in beate
dei genitricis marie magnis
succlamaret vocibus eius dignitate
eius intelligentiis sufficientis
homini vel plenitudo apparebit.
Quid igitur nobis agendum est
memoriam eius venerantibus
qui laudem eius digne extol-
lere nequimus possumus respondere
ad hoc quod quicquid Beda. Quid nobis
agendum est ut ad ipsam recurramus
et dicamus ei illud Judith ...

-ra pro nobis que inter sancta
-s et timens deum istud consilium
dat nobis Tenebimus amplectamur
Marie vestigia fide et devotissima
supplicatione verbis illius per dilectum
quem diligit anima mea tenuimus eum nec
dimittamus eum donec bendi-
xerit nobis. Potens est enim, cuius rep-
lelus est medium inter zoream
et achim inter inter solam et linua-
tur inter christum et ecclesiam consti-
tuta. Dicit ergo Surge domine
in requiem tuam et cetera Christi
corpus sit in celo glorificatum
omnibus fidelibus est certum est tamen
hic credendum quod illa corpora
que cum Christo surrexerunt sunt
glorificata, sed multis tamen
doctores dicitur in dubium. Propheta
igitur dimittens illud quod
dubium est ponit illud quod certum
est cum dicit Surge domine in
requiem tuam et ponit illud
quod pie credendum est cum
dicit tu et archa sanctificationis
tue. De archa autem materiali et spirituali
inter cetera tria loquuntur. Primum
quod fuit deo iubente fabricata,
unde dixit dominus Moysi Exo. 25.
Secundo quod fuit cum deportaretur
honorabiliter portata, unde dicitur
2 Reg. 6 Abiit David et ad-
duxit archam in domum suam
cum gaudio et erant cum Da-
vid septem chori. Tertio quod fuit
reverenter in templo collocata,
3 Reg. 8 Et intulerunt
archam sacerdotes federis domini
in locum suum in oraculum templi
in sanctum sanctorum super alas che-
rubim. Per istam archam significatur
beata virgo de qua ista tria
in verbis premissis notantur:

Primo quod fuit sancte fabricata,
unde dicitur Archa sanctificationis.
Secundo quod ascendens in celum fu-
it honorabiliter portata, ideo dicitur
Surge domine in requiem tuam.
Requies Christi fuit ipsa mater
in qua Christus novem mensibus
requievit. Talloquitur igitur Psalmista
deum ut surgat et obviam matri
sue procedat dicens Surge domine
in requiem tuam. Secundo in celi
tabernaculum sit deducta, quod
notatur in verbo sub intellecto Sur-
gat est enim sensus Surge domine
de monumento tuo in requiem
tue maiestatis surgat et mater
tua in locum eterne felicitatis,
vel Surge nunc tu que fuit
requies tua devote obviando,
surgat et mater tua tecum in re-
gnum glorie ascendendo. Fuit
igitur primo hec archa a deo
fabricata. Cuius fabricatio con-
siderandia est quantum ad cau-
sam efficientem, formalem, ma-
terialem et finalem. Efficiens causa
huius arche spiritualis et celestis
est ipse dei filius qui ipsam
archam fabricavit iuxta illud
Ps. [86] Homo natus est in ea
et ipse fundavit eam altissimus.
Licet enim deus semper sit altissimus
in se, tamen aliquando nobis videtur
altius, per primo ex verbis Sicut deus
noster qui in altis habitat. Item
altior, Job altior celo est et quid
facies. Aliquando altissimus, Luc. 1o
vocabitur altissimi filius. Sic et
deus in beata virgine videtur fuisse
altus quando eam in utero sancti-
ficavit, altior quando de ea car-
nem assumpsit, altissimus quando
super omnes celos .i. choros et super

omnem creaturam cum sublevatur. Materia ipsius arche fuit quia facta est de lignis sethim. Unde Ieronimus: lignum sethim inter cetera ligna habet levitatem, pulchritudinem, fortitudinem et imputribilitatem, per que intelliguntur quatuor dotes corporis ipsius Marie. Est enim eius corpus leve per subtilitatem, pulchrum per claritatem, forte per agilitatem, iuxta illud Ysaie xl^o: Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquile, volabunt et non deficient; imputribile per immortalitatem. Forma eius arche est triplex sicut dicitur Exodi 25: longitudo arche habuit duos cum semis cubitos, latitudo cubitum et dimidium, altitudo cubitum et semissem similiter. Josephus autem dicit quod facta est archa quinque cubitorum longitudinis quia virgo beata quinque sensus suos ab initio vite usque ad finem in omni sanctitate longanimiter custodivit. Octava autem palmarum erat latitudo quia restaurationem angelorum et redemptionem hominum et totius renovationem mundi avidissime procurabat. Cubitum autem et semissem habebat altitudo quia eius contemplatio erat in fide et in simplici apprehensione, vel ideo quia eius celsitudo humanam et angelicam naturam excellebat sed usque ad filii excellentiam minime attingebat. Finis autem eius arche que re(ct)e scilicet facta fuit est ut contineat tabulas testamenti, deutr(onomium), virgam Moysi et urnam auream in qua erat manna. Custodiebat enim ista virgo rigorem discipline

que per virgam, legem decalogi que tabulas, eorum cristi quod per deutronomium quod est lex scripta, et ipsum Christum qui per urnam auream plenam manna significatur. Vel per ista quatuor intelliguntur ipse Christus qui in ipsa archa habitavit, in quo quatuor fuerunt, scilicet divinitas dulcissima que per manna, anima sapientissima que per deutronomium seu secundam legem, caro mundissima que per virgam Moysi que florebat, et spiritus sanctus sapientissimus qui per tabulas testamenti in quibus erant scripta dei mandata significatur. De ista archa sic dicit Ambrosius: Archam quid puto nisi sanctam Mariam dixerim? Si quidem archa intrinsecus portabat testamenti tabulas, Maria autem ipsius testamenti gestabat heredem; illa intrinsecus ipsam legem, hec evangelium retinebat; illa vocem habebat, hec verbum verum. Et archa intus forisque virginitatis splendore fulgebat; illa terreno ornabatur auro, ista celesti. Secundo ista archa celestis fuit honorabiliter deducta et assumpta. Ut videamus qualiter deducta fuit, notandum quod ipsa deducta et assumpta fuit cum honorabili societate, cum ineffabili iocunditate, cum mirabili claritate et cum triplici potestate. Assumpta quidem fuit cum honorabili societate, quod signatur ii Regum 6 ubi dicitur quod David et omnis Israel deducebant archam dei cum gaudio et erant cum David septem chori ps David

intelligitur circulus. Per septem choros
ministrabilium angelorum et sanctorum
intelligitur. Vel per septem choros in-
telliguntur tres chori qui fuerunt an-
te omnes scilicet antiqui patriarche et pro-
phete et quatuor qui fuerunt
in novo testamento scilicet marti-
res virgines confessores et discipuli
qui nutu dei ad beatam quasi de
nubibus convenisse dicuntur.
De ista honorabili societate dicit
Jeronimus. Legimus quod sepe ad fu-
nera quorundam sanctorum angelos ad-
venisse obsequia prestitisse necnon
animas electorum ad celos cum ympn-
is et laudibus detulisse. Insuper
et ibi miri odoris fragrantiam
omnibus persensisse. Quanto ma-
gis credendum est hodierna
die militiam celorum cum suis ag-
minibus festive obviam adveni-
sse genitrici dei eamque ingenti
lumine circumfulsisse et usque ad
thronum sibi ante mundi constitutionem
paratum cum laudibus et canticis
spiritualibus perduxisse. De ista ho-
norabili societate cantat ecclesia
Vidi speciosam sicut columbam
et infra et sicut dies verni circum-
dabant eam flores rosarum
et lilia convallium. Per flores rosarum
intelliguntur omnes martires san-
guine rubricati. Per lilia intelli-
guntur omnes angeli confessores
et virgines. Ista autem verba tractans
Jeronimus sic dicit in sermone
de assumptione. De hac die ge-
nitricis ascendisse ad celos se-
cretorum contemplator ait. Speci-
osam vidi quam illius speciem
columbe ac simplicitatem pre-
monstrabat que super dorsum [illegible]

Secundo autem super rivos aquarum
quia super aquarum decursionibus com-
morabatur cum domino ubi candida
facta et perfusa ascendit hodier-
na die speciosa valde. Cuius
odor inestimabilis erat nimis
ad eam perfecta fragrantia aro-
matum celestis curie decernit quam
circumdabant flores rosarum et lilia
convallium quod omnes die sanguini-
ne ~~[illegible]~~ rubricate cum eterne
dilectionis complectuntur amplexi-
bus et virginitatis splendore
candiditate cum venerationis
officia obsequentes indesinenter eius
admirantur pulchritudinem. Quam
si diligentius aspicias nichil
virtutis nichil speciositatis nichil
est candoris et glorie quod ea non
resplendeat. Secundo assumpta
est cum ineffabili iocunditate
quod signatum est 2 Regum 6 ubi
dicitur David autem et omnis Israel
deducebant archam testamenti
domini in iubilo et in clangore buccine.
Et infra David autem et omnis
domus Israel ludebant coram domino
in omnibus lignis fabrefactis
et cytharis et lyris et tympanis quod
notandum quod sicut dicit Augustinus
super psalmum et Hugo de Sancto Vic-
tore triplex est sonus musicus.
Unus est qui fit cum voce sicut
in cantu. Alius qui fit cum
flatu sicut in buccina. Tertius
qui fit cum pulsu sicut in cythara.
Iste triplex sonus tangitur quia
sonus qui fit cum voce tangitur
cum dicitur in iubilo. Est enim iu-
bilatio cantus modulatio. Sonus
qui fit cum flatu tangitur cum
dicitur in clangore buccine.
Sonus qui fit cum pulsu tangitur
cum dicitur in omnibus fabrefactis

G

et cytharis per hoc ergo quod
dicitur quod ista archa deducta sit in
templum id est in celum in iubilo tube
et cythara dat intelligere quod intelligere
quod ibi fuerunt omnes sonorum et omnia
genera musicorum de hoc ita dicit
Jeronimus nulla dubium est illa
celestem urbem tunc exultasse in-
effabili leticia et eam omni gratula-
cione iubilasse quodque festiuitas
hec que nobis revoluitur annua illis
omnibus facta est continua nec in-
merito creditur cum quod saluator per se
totus festiuus occurrit et cum gau-
dio matrem secum in throno collo-
cauit aliter quomodo impleuisse creditur
quod in lege ipse precepit / honora
inquit patrem tuum et matrem
tuam de hac etiam sic dicit idem
Jeronimus Si gaudium fit in celo
de quolibet peccatore converso multo
magis putandum quod tante virginis
exultacione presertim quia ciuis
celebritas laus et fauor est sal-
uatoris unde credimus quod non fuit
tamen diem solempnem dicunt
in supernis animum verum etiam con-
tinuum eterne iocunditatis ac letitie
veneracionis obsequium cum omni
colunt tripudio honoris et gaudii
vere in merito illa celestis ciuitas
congratulatur et veneratur matrem
eius que adorat filium regem / Tercio
fuit assumpta cum mirabili clari-
tate de cuius claritate admirabili dicit
Canticorum vi Que est ista que pro-
greditur quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut sol
terribilis ut castrorum acies ordinata
De ista etiam claritate admirabili
dicitur Apocalypsis xii Signum magnum
apparuit in celo mulier amicta so-
le et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum

duodecim De triplici parte eius quod
claritate corporali quia corpus suum
lucidum et gloriosum ad celestia
deferebat Si cum iusti fulgebunt in
regno dei sicut sol ut habetur
in Matheo certa fulgebit illud cor-
pus sanctissimum quod portauit ipsum
instarum et sanctum sanctorum Et ista
est claritas aurore de qua dicitur
quasi aurora consurgens Sicut enim
aurora licet per noctem oriatur nichil
tamen noctis obscuritatem retinet
Sic etiam licet tempore eius nata sit
de corruptibili carne adeo nichil
tamen sensit corrupcionis sed omnem
miseriam deposuit et penalitatem
Secundo ascendit cum claritate spirituali
id est cum anima beata que fuit omni
luce cognicionis perfusa iuxta illud
ysaie lviii Implebit dominus splen-
doribus animam tuam et est claritas lu-
ne de qua subditur pulchra ut
luna Sicut enim luna per solem na-
turalem habet lucem / sic et ipsa pre
ceteris maiorem gratiam habet co-
gnicionem Tercio ascendit cum claritate
supernali id est cum filio suo qui est
lux et claritas sempiterna Tamen ob-
viam sibi venit et eam in thala-
mum introduxit Et ista est clari-
tas solis de qua de qua subditur
electa ut sol Iste est enim sol qui
de ea natus est de qua cantatur
Ecclesia Ego te enim est sol iusticie
cristus deus uerus / Quarto ascen-
dit cum claritate intellectuali
cum claritate angelica quia totus
exercitus angelorum ad ipsam venit
et ipsam usque in celo associauit
Et hoc est quod subditur Terribilis
ut castrorum acies ordinata Quia
cum eorum precedebant tanquam
domini celi quasi viam tale dis-
ponentes quidam comitabant /

tanquam famuli quasi ipsam
ad celica ducentes / Quinta obse-
quebantur tanquam famuli quasi
cius obsequiis famulantes ambo
associabant eam quasi ioculato-
res devoti laudes dulcissimas
modulantes / Quinto ascendit
cum rationali creatura .i. cum luce
humana quia apostoli ipsam usque ad
tumulum associaverunt et omnes die
beatorum que erant in celo obviam
venerunt et eam tanquam soro-
rem propriam tamque matrem reve-
rendam tamque reginam suam
usque ad celum associaverunt ideo
dicit Apoc. 12 Quod habeat
coronam stellarum duodecim
ut per duodecim stellas intelli-
gantur duodecim apostoli vel spe-
cie beatorum que decem perpe-
ta cum dilectione dei et proximi
servaverunt Ecce quam gloriosa et
luminosa hodie regina ascendit
illuminata a parte superiori et inferiori
luce intellectuali et rationali
ab interiori luce spirituali ab exterio-
ri luce corporali / Quarto assumpta
fuit cum terribili potestate Ante ad-
ventum enim huius ac regine
demones in maxima potencia
erant Nam ipse princeps demonum
a deo fortis erat quod omnes etiam
sanctos ad inferos pertrahebat
ipsa enim officina infernalis adeo
erat munita quod nulli etiam sancti
exire poterant Ceteri etiam demo-
nes a deo erant feroces quod ho-
mines nimis suis temptacionibus
infestabant Sed hec omnia regina
ista contrivit Unde potest sibi competere
illud quod dicitur Abacuk 3 percussisti
caput de domo impii denudasti
fundamentum eius usque ad collum
maledixisti sceptris eorum capi-
ta bellatorum eius venientibus
ut turbo ad dispergendum me
ipsa enim principem demonum

scilicet Belzebub letali vulnere sic
percussit ut eius potencia sic de-
bilitavit ut iam nullum sanctum
ad se sic possit trahere nullum
nisi volentem possit superare
et ideo dicitur percussisti caput de
domo impii ipsa enim officinam
infernalem in qua sancti patres
detinebantur a fundamentis sic a-
bstulit sic eius fundamenta de-
nudavit quod iterum sic effracto ob-
stanti inde liberi remeaverunt
ideo subditur denudasti fundamenta
eius usque ad collum ipsa etiam
ceteros demones perpetue maledic-
tioni sic addixit quod eius male-
dicto eorum potenciam a funda-
mentis eradicavit iuxta illud Ec-
clesiastici 3 Maledictio matris era-
dicavit fundamentum ideo subditur
maledixisti sceptris eius .i. ce-
teris demonibus qui sunt quasi
quedam sceptra in manu principis
demonum Capita bellatorum licet
enim totus exercitus demonum habeat
caput unum scilicet Belzebub tamen
et singule cohortes demonum
habent sua capita ista autem
capita satellites suos mittunt
aliquando unum ad unum negocium
aliquando duos aliquando plures
aliquando vero mittunt magnam co-
hortem subito instar turbinis ir-
ruentem et ideo subditur venie-
tibus ut turbo ad dispergendum
me Demones igitur istius regie
potencia valde timent scientes
quod principi demonum intulit letalem
percussionem et quod officine infernali
fecit eversionem et quod ceteris demonibus
intulit perpetuam maledictionem / Demo-
nes igitur qui sunt in isto aere
caliginoso videntes istam re-
ginam tam potencialiter ad celum
ascendentem validissime timue-
runt et territi fugerunt nec minus
fugerunt eam perterriti a tam ho-
norabili societate Cant. 6 Quid
videbis in sunamite nisi choros

celestium i. ordinibus angelorum
fugierunt // vulnerati a tam in-
effabili iocunditate // Sicut enim de-
mones sunt in luctu et ideo
illa melodia celestis cum qua
virgo deducebatur ad celum non
erat eis ad consolacionem sed
ad vulneracionem et dissectionem
quia per invidiam vulnerabantur
et dissecabantur. Nam sicut dicitur
Eccl. 22 musica in luctu importu-
na narracio // fugierunt exceca-
ti a tam mirabili claritate Si-
cut enim noctua non potest sustinere
solis splendorem sed potius
excecatur propter sui visus debilitatem
et solis nimiam claritatem Sic
demones claritatem et laudem
virginis gloriose sufferre non po-
terant Et maxime propter maliciam et in-
vidiam oculos excecatos habe-
bant iuxta illud Sap. 2.
excecavit eos malicia eorum /
fugierunt tremefacti a tam ter-
ribili potestate Sicut enim canis non
videt virgam cum qua percussus
est territus fugit Sic et ipsi
demones cum vident deducti
in celum virgam Jesse que cele-
stem florem protulit que ipsos
demones letaliter percussit tre-
mefacti et perterriti ab eius con-
spectu fugiunt Ysaie 30 A vo-
ce enim domini pavebit assur i.
dyabolus virga percussus Et sic
ipsa virgo beata in suo ascen-
su fuit valde amabilis et
demonibus valde terribilis
Bernardus super illud Cant. ut ca-
strorum acies ordinata / terribilis
demonibus i. ordinata virtuti-
bus singularis timor maligno-
rum spirituum // specialis amor civi-
um beatorum // Tercio hec ardua
sunt specialis fuit in celesti

tabernaculo collocata quando
cum corpore glorioso fuit assumpta
quod quidem conveniens multipli-
ci racione / primo quia fuit mater
cristi deifica / secundo quia fuit
fidelis cristi ministra / tercio quia
fuit vestis cristi incorrupta / quarto
quia fuit archa dei / quinto quia
fuit thezaurus cristi et gemma
preciosa Prima igitur racio est quia
fuit mater cristi deifica et ideo
debuit a filio honorari Istam
racionem tangit Augustinus in ser-
mone de assumpcione dicens
putredo vermis que humane est op-
probrium condicionis cum hoc ex-
perio a quo ihesus sit alienus
natura marie concipitur quia ihesus
de ea suscepisse probatur Caro
enim ihesu caro est marie quam
super astra sustulit honorans
omnem humanam naturam et in-
magis maternam Si natura matris
est filius conveniens est ut sit
et filius matris non quoad unitatem
persone sed quoad unitatem
corporalis nature. hec Augustinus / voluit
cristus totus esse matris sue per
carnem ut scilicet patrem carnalem
non habet / voluit eciam matrem
totam esse suam ut alios filios
secundum carnem non generet Cum
igitur ex ea voluit generari filius
unicus voluit generare virgines qui
gloriosam matrem suam voluit
commutari homini inquinis ea ve-
luit commitare vermi Ipse cum corpus
precepit ut quilibet patrem suum et
matrem suam honoraret Si igitur
corpus matris est in tribus contra
preceptum suum faceret quia corpori
eius nullum honorem impenderet
cum in corporibus multorum
sanctorum multos et magnos

in tribus honoribus impendit re-
dam cum corpora sanctorum ad-
huc integra conseruantur sicut et
corpus sancti petri martiris aput
~~mel~~ mediolanum Secundo sunt
aput venetias et multa adhuc
per mundum inveniuntur illesa etiam
multorum miraculis illustrantur
Sicut est corpus sancti nicolai et
sancte katherine ex quibus assi-
due oleum manat per cunctis
languoribus sanat et multe re-
liquie sanctorum sunt per mundum in
per quibus miracula crebrerrima fiunt
Tercio dum in sepulcris auro gem-
misque radiantibus recondiuntur
Sicut corpus sancti thome can-
tuariensis et multorum aliorum
sanctorum que habent sepulchra
ad modum gloriosa Tercio visita-
tione fidelium de vniuersis fine-
bus mundi omnibus frequentantur
Sicut corpora apostolorum petri et
pauli et sancti iacobi Quintum re-
dam sepulchra manibus angeli-
cis ~~preparantur~~ Sicut corpus sancti
clementis Si autem corpus virginis
est in tribus nichil de hiis corpus
virginis deus exhibere facit et
sic qui aliorum corpora sanctorum
sic honorat videtur honorem
matris corporis contempsisse
Quo modo ergo filius a vicio
irreuerentie erga matrem et
ingratitudinis erga hospitam
que ipsum nouem mensibus hospi-
cio recepit et fallacie erga
amicam excuset minime
si tamen quam per aliquibus in vita di-
lexerat per aliis delinquit in fine
sic non tali amice tali hospite et
tali matri aut vnum ex premissis
aut maiorem preparauit et refundit
prestitit que honorem

Secunda ratio est quia fuit christi
fidelis ministra et ideo debuit ho-
norari De hac ratione dicit Augustinus
in predicto sermone sub aliquibus
ministris veritatis ait vbi ego sum
ibi et minister meus erit Si hec
est generalis sententia per fidem et ope-
ram christo ministrancium quanto
magis quodammodo specialiter maxi-
me absque dubio cum ministris compe-
tit que hunc in vtero gessit
partum que perfusum aluit et fo-
uit in presepio reclinauit fugi-
ens in egyptum abscondit et
omnem infanciam eius prosecuta
vsque ad crucem ab eius non
recessit consecutata Ecce igitur
maria fide et ope christi ministra-
trix si ibi non sunt vbi christus
ministros suos vult esse vbi ego
erit Et si ibi fuit numquid equali
gratia Et si de equali gratia vbi dei
equa censura que reddit vni-
cuique secundum vitam suam Si merito
marie viuenti per omnibus dona-
ta est gratia mortue erit minimeda
absit Si cum mors omnium sanctorum
preciosa est marie sane est pre-
ciosissima Idem lectatur maria
letitia mirabili anima et corpore
in proprio filio cum proprio filio
proprium filium quem in vtero
gessit quem genuit que fouit
que aluit dei genitrix dei mi-
nistrix dei prosecutrix // De qua a-
liter sentire non valeo aliter non
audeo aliter dicere pertimesco
Hec ergo cuncta que diximus
de ea non preuasse cognoscimus
integritatem que marie plus gratiam
quam naturam potuisse non dubitamus
Si ergo dixi ut debui approba
christe obsecro tu et tui si non

ut debui cognoscere aspectu tuo et
tui Dixit Augustinus Ipsa quidem vera
ministra christi fuit Ipsam sibi mini-
stravit in utero matris sui cor-
poris portando Ministravit etiam
iterum in sua infantia eum
nutriendo et alendo in egyptum
deducendo et reducendo Ministravit
in sua pueritia in urbem
ad festivitatem ducendo et re-
ducendo et diligenter custodiendo
Ministravit in sua iuventute
cum ad nuptias associando et
suam gloriam manifestare procuran-
do Ministravit in morte cruci
assistendo et sibi doloribus in
singulis compatiendo Ministra-
vit post mortem omnia eius loca
devotione mirabili frequentando
unde dicit Ieronimus in sermone
de assumptione Fortassis per ni-
mio amore in loco quo sepultus
dicitur eius filius medium habitasse
eam credimus eius preter nimis
pascebatur eius amor obtutibus
Sit namque locus medius est qui
inde constitutus ut adire possit ve-
stigia ascensionis et locum sepul-
ture et resurrectionis seu omnia
in quibus passus est loca innume-
rabilis cum in spiritu esset cum domino
in carne vivit carnalibus move-
batur sensibus et ideo locorum
recreabatur visitationibus Mini-
stravit etiam sibi post ascensi-
onem precibus et orationibus devoti-
ssimis assistendo unde dicitur
actuum i. Quod post ascensionem
domini omnes apostoli erant perse-
verantes in oratione cum maria
matre ihesu ubi dicit Ieronimus
Ecce ihesu ascendente ma-
ria cum apostolis vacat in schola studio
et meditatur in lege mandatorum
dei ut ipsa sit forma discipline

christi et exemplum perfectionis
virginibus que versatur cum testibus re-
surrectionis ut ipsa testis existe-
ret cum senatoribus celi mira ciui-
tatis paradisi sub spiritus sancti discipli-
na et magisterio tacitis divina misericordie
statutis Invenitur prima inter primas
regis electas quarum vita non
erat de terris in quibus corpus
portabatur sed de celis Tertia ratio
est quia fuit vestis christi decora
et incorrupta et ideo debuit in-
tegra reservari Nullus enim rex
patitur vestimentum suum a vermi-
bus corrodi vel in luto conculcari et
ideo vestimentum suum i. corpus
maternum a vermibus vallaverat pre-
stitit reginam a vermibus tutam
in vestitu decorato i. cum corpore
glorificato Augustinus Qui elegit di-
vina voluntate ut ignis flam-
mans vestem puerorum servaret
illesam cur abnuat in matre
propria quod elegit in veste aliena
Iona servare in ventre ceti incor-
rupti voluit unam solam mari-
am incorruptam non servabit
gratia servatus est daniel in in-
saturabili fame leonum non ser-
vanda est maria dotibus dona-
ta gratiarum virtutibus Augustinus
enim dicit non videtur incongruum
valde esse si in coronatione
celestis regine decesset ornatus
sui gloriosissimi corporis cum
rege celestis in ornatu tali appa-
reret Nunquid conveniens non
fuit ut sicut in corpore christi se-
tum erat rex regum et dominus
dominantium Sic et in corpore regi-
dem esset scilicet regina reginarum
et domina dominantium Quarta ratio
est quia fuit archa a deo sanctifica-
ta et ideo debuit in templo
celesti reponi Apocalypsis xi.

apertum est templum in celo et visa est archa testamenti in templo eius. Archa testamenti in templo est visa quando virgo maria est glorificata quam omnes angeli et sancti dei super se vident exaltatam. De hac archa dicitur 3 Regum 8 intulerunt sacerdotes archam federis domini in locum suum in oraculum templi in sanctum sanctorum subter alas cherubin. Sacerdotes quidem intulerunt archam dei in locum suum et super omnes ordines angelorum in oraculum templi unde dantur responsa dei in sancta sanctorum ad que nemo est ingressus nisi solus pontifex i. cuius mater super alas cherubin i. super plenitudinem sapientie divine ipsa enim est in plenitudine de qua etiam sanctis effundit. Unde cantat ecclesia vidi speciosam sicut columbam ascendentem desuper rivos aquarum. De istis rivis dicitur Ezech. 34 pascam eas in montibus Israel i. in contemplatione tum divinarum personarum et in rivis i. inter ordines angelorum et in ceteris sedibus i. in congregatione sanctorum. Ecce ergo sancti sunt in rivis ista autem desuper rivos et propter maiorem plenitudinem et propter maiorem effusionem. Sicut ait Johannes damascenus in sermonibus suis hodie sanctissima virgo celesti templo inducitur hodie sacra et animata sancti dei tempore quo deum suscepit pedibus suis requiem advenit. Quinta ratio est quia sicut thezaurus Christi et gemma preciosa. Et ideo debuit in celesti thezauro recondi. Nullus enim sapiens gemmam preciosissimam in luto reponet. Hoc dicit virginibus Trono dei thalamus dei celi atque tabernaculum lux dignum est ibi esse ubi ipse tam preciosum thezaurum. Dignum est et telum spirituale quia terra tantam integritatem multo incorruptibilitatis non putredinis ulla resolutio sequitur. Illud sacratissimum corpus in escam vermibus traditum sentire quia non valeo dicere pertimesco etc.

Sermo secundus de assumptione matris domini

Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum xii et in utero habens. Apoc. 12. Beatam virginem mulierem tam admirabilis que habet stellas pro serto solem pro ornamento lunam pro scabello deum in utero nulla lingwa creature sufficit. Enim quicquid dicimus minus est quam eius dignitas mereatur. Unde Augustinus se non sufficientem esse dicit. Quid dicam ergo miser pauper ingenio cum de te quicquid dixero minor laus est quam tua dignitas mereatur. Si celum te vocem altior es. Si matrem gencium dicam precellis. Si formam dei appellem digna existis. Si dominam angelorum vocitem per omnia esse probaris. Quid ergo de te digne dicam quid referam cum non sufficiat lingwa creaturis tuas enarrare virtutes. Augustinus.

Quamvis autem sufficientes non simus saltem insufficienter et imperfecte aliquid de supradicto verbo loquamur ad laudem et gloriam dei et beatissime matris eius. Dicit ergo signum magnum

apparuit in celo etc. Et quamvis hec
verba intelligi videantur de ecclesia
convenienciu tamen exponi possunt
de virgine maria. In quibus
verbis duo tanguntur. primo quod ipsa
sit signum. Cum dicitur signum magnum
apparuit in celo. Secundo quale
sit illud signum. Cum dicitur mulier
amicta sole etc. // Circa primum
notandum. Quod signum in celo
positum est ipse arcus celestis de
quo signo celesti dicitur Gen. 9.
Hoc signum quod do inter me et
vos arcum meum ponam in nubi-
bus celi et erit signum federis
inter me et terram. Videamus
igitur qualiter ipsa tali signo id est
arcui celesti comparatur. Iste autem
arcus quatuor habet colores
quos trahit a quatuor elementis
scilicet colorem igneum quem trahit
ab igne sive a celo // purpure-
um quem trahit ab aere
Iacinctinum quem trahit ab aqua
et gramineum quem trahit a terra.
Dicatur igitur virgo beata arcus celestis
quia habuit hos quatuor colores qui
in ea splendidius inveniri possunt //
Fuit enim ignea id est divino amore
totaliter inflamata. Et istam
inflamationem traxit ab illo igne
supercelesti de quo dicitur Heb. 12.
Deus noster ignis consumens est //
Fuit purpurea id est quasi generalis
regina potens et advocata. Iuxta
illud psalmi Astitit regina a
dextris tuis etc. Et istum colo-
rem traxit ab aere id est a filio qui
est medius in trinitate personarum
et qui est mediator dei et ho-
minum sicut aer est medius
inter celum et terram // Fuit iacinc-
tina id est nunc misericordiis illustra-
ta et istum colorem traxit ab
aqua id est ab hominum miseriis. Ca-
sicut dicitur Apoca. [illegible]

aque multe ipsa multi // Fu-
it graminea sive viridis quia
viridior omni virtute fuit de-
lectabilis et amena, et istum co-
lorem traxit a terra id est a sua
que fuit terra benedicta in qua
descendit salvator sicut imber
super gramen. Cuius viror du-
dum excellit omnem gratiam
sanctorum et omnem speciem
beatorum. Eccl. 40. Gratiam
et speciem desiderabit oculus
et super hec virides sationes.
Hos quatuor ergo habet quia ipsa signum
sit bonis et malis tribulatis atque
beatis // Nam inquantum est ignea
amore dei inflamata signum
est bonis ut ab ipsa inflamentur
Solet enim a potestatis sol in medio
mensis ingredi novum signum.
In medio autem augusti signum
virginis ingreditur. Sol autem quando
est in signo in quo creatus est
maximos debet habere effectus.
Hodie igitur in medio augusti
sol iustitie ingressus est signum
virginis gloriose. Qui cum in
virgine creatus fuit per incarnationem
hodie ingressus est eandem virgi-
nem per glorificationem. Et ideo
in ea et per eam hodie magnos
effectus imprimit et vehementer
accendit. Accedat igitur ad eam
sit inflamatam sit ignitam
iusti et cera fulgidi ut ad dei
amorem inflamentur. Primo
a summo celo egressio eius vel
Christi ut scilicet ingrediatur virginem
in incarnatione per carnem as-
sumptam. Et occursus eius
usque ad summum eius ut scru-
tatur in eandem virginem in as-
sumptione per eam glorificata.
ideo non est qui se abscondat
a calore eius // Secundo inquantum
est purpurea id est humanum //

gratus regina peti et advocata
signum est peccatoribus ut deo per
ipsam reconcilientur et ideo signata
est per hester sicut dicitur hester quinto
Cum rege assuerus iudicibus esset
iratus illa ad intercedendum se
contulit et rex auream virgam
in signo clemencie ad eam extendit
dit et placatus fuit et dixit
ei etiam si dimidiam partem regni
mei petieris dabitur tibi Hec est igitur
virgo maria que filium pro peccatoribus
bus rogat et virgam clemencie
osculans veniam impetrans
potencie regni sui christi adeo
dividit quia sibi remittit partem
iusticie matri dedit partem misericordie
ut qui iudicari ad filia sedem
forum iusticie metuit appellat ad
forum misericordie advocatus est enim ipse
filius aput patrem advocata est
ipsa mater aput filium Abacuc 3
Sol et luna steterunt in habitaculo
suo. stat sol i. christus in habitaculo
culo suo ostendendo patri vulnera
stat luna in habitaculo suo ipso
filio ostendendo ubera. De hoc
signo dicitur Ecclesiastici 36 Innova
signa immuta mirabilia glorifica
rifica manum et brachium dextrum
Innovavit christus signa quia eva
eva fuit signum inobediencie
hec signum clemencie Immutavit
tavit mirabilia quia olim deus
fecit signa que ostendunt suam
iram Glorificavit manum et brachium
chium dextrum. deus manum ecce
virginis glorificavit quia ipsam
graciis replevit et ipsam omnibus
invocantibus aperit In psalmo illud
ps mi aperis tu manum tuam
et imples omne animal benedictione
dictione Glorificavit etiam eius
brachium dextrum quia quando
dyabolus vult aliquem ferire
ex malicia vel deus ex iusticia

ipsa brachium interponit et defendit
dit. De ista advocata mihi vobis
et deum dicit bernhardus advocata
ta premisit peregrinacio nostra
que tamquam iudicis mater et mater
misericordie suppliciter et efficaciter salutis
nostre negocium pertractabit. Unde
sibi advocanti filius respondet
illud 3 regum 2 pete mater mi
non enim phas est ut avertam faciem
tuam. Tercio inquantum est lacrimarum
i. miserie mysteriis illustrata signum
est temptatis et tribulatis ut ab
ipsa adiuventur. Istud signum
petebat sibi christus in persona temptatorum
tatorum et tribulatorum dicens Fac
mecum signum in bonum ut videant
qui me oderunt et confundantur
quoniam tu domine adiuvisti me et
consolatus es me. Istud signum
christi muniit ne temptaciones ingrediantur
grediantur Cantica 8 pone me
ut signaculum super cor tuum et ne
bone cogitaciones dispergantur
et si disperse fuerint dat fiduciam
ut ad istud signum iterum revertatur
Sicut milites in bello ad vexillum
regis si dispersi fuerint redire
solent ysaie 60 Levabit dominus
signum in nacionibus et congregabit
profugos israel postquam victi fuerint
runt dat eis audaciam ut hostes
persequantur quod signatum est in
machabeorum viii ubi dicitur quod data
signo adiutorii de celo commiserunt
iudei cum in tempore bellum et vicerunt
cerunt Sic iudei i. deum et virginem
confitentes et laudantes habent
signum adiutorii de celo istam scilicet
virginem adiutricem et sic dyabolum
vincunt et in fugam convertunt. Quarto
inquantum est gratia mirifica signum est
beatis qui eius visione delectantur
et iocundantur Ideo dicitur Ecclesiastici 43
Vide arcum et benedic eum qui fecit

illum! valde enim speciosa est in
splendore suo Beati enim viden-
tes circa istud tam lucidum tam sple-
didum tam speciosum ff. deum
benedicunt de isto signo dicitur
Et luna signum diei festi In visione
enim huius signi i. matris virginis
magnum festum facit deus angelis
et quilibet beatus Nam deus de
hac magnam habet gloriam angeli
magnam leticiam homo beatus magnum
honorem et excellenciam Ideo potest ei dici
illud Judith 15 Tu gloria Jerusalem
tu leticia israel tu honorificencia popu-
li nostri Ipsa enim est gloria Jerusalem i. dei
qui est visio pacis Ipsa est leticia
israel i. angelorum qui deum semper
facie ad faciem vident Ipsa est ho-
norificencia populi nostri i. omnium sanctorum
et beatorum de quorum progenie ipsa
descendit Sed beatus Johannes
ostendit quale sit istud signum
Cum dicitur mulier amicta sole
Et ubi ostendit quod ipsa sit lumino-
sa a parte superiori cum dicitur In
capite eius corona stellarum
duodecim luminosa a parte inferiori
cum dicitur et luna sub pedibus
eius luminosa a parte anteriori ad
dicitur amicta sole Est igitur luminosa
a parte superiori quia in capite habet
coronam stellarum duodecim Stel-
le duodecim sunt novem ordines
angelorum et tres ordines beato-
rum scilicet martires confessores et virgi-
nes qui eam coronant quia propter
ipsam venerantur amirantur et lau-
dant Seraphym mirantur et lau-
dant in ipsa caritatem tam since-
ram Cherubin sapienciam tam pro-
fundam Throni pacem et ~~quietem~~
quietem in deo sic tranquillam
Dominaciones tantam super angelos pre-
eminenciam Virtutes tantam mira-
culorum efficaciam Potestates tantam

super demones potenciam Princi-
patus tantam de omnibus regibus
providenciam Archangeli tantam
de omnibus locis diligenciam
Angeli tantam de singulis per-
sonis custodiam Martires tan-
tam in tribulacionibus ~~custodiam~~ con-
stanciam Confessores tantam
sobrietatem Virgines tantam
puritatem et mundiciam Secundo
est luminosa a parte inferiori ad dicitur
et luna sub pedibus eius Circa
quod notandum quod per lunam
mutabilitas designatur Est autem
quadruplex mutabilitas Una
est nature que est etiam in angelicis
spiritibus qui quidem mutabiles sunt
per naturam sed immutabiles per
graciam unde dicitur Job 4 Ecce
qui serviunt ei non sunt stabiles
et in angelis suis reperit pra-
vitatem Secunda est mutabilitas
fortune que est in temporalibus que
semper mutantur et variantur
unde dicitur Eccl. 1o vanitas
vanitatum et omnia vanitas
Tercia est mutabilitas culpe que
est in peccatoribus qui de culpa
fluunt in culpam Osee 4
Sanguis tetigit sanguinem
sanguinis sanguinem tetigit
quando unum peccatum ad aliud trahit
Quarta est mutabilitas miserie
que est in humanis corporibus unde
Job 14 homo natus de muliere
brevi vivens tempore repletur
multis miseriis Ista quadruplex
luna i. quadruplex mutabili-
tas fuit sub pedibus Prima
enim mutabilitas est creature
celestis Et ista est sub pedibus
eius quia omnes angeli eius
imperio subiciuntur Gen. xxxvii
vidi per sompnium quasi solem
et lunam et stellas undecim
adorare me Et potest esse ...

virginis ut per solem intelligatur
suprema ierarchia per lunam
media per stellas infima Cuius
quidem omnes ipsam venerantur
et adorant unde etiam de eo potest
intelligi illud quod dicitur Job 25
Ecce etiam luna non splendet et
stelle non sunt munde in conspec-
tu eius quia puritas eius ex-
cedit puritatem omnium angelorum
tam maiorum quam minorum
Secundo etiam lune intelligitur
mutabilitas fortune Ecclesiastici 27
Stultus ut luna mutatur Etenim
sicut quedam bona temporalia flu-
unt et refluunt eius animus
mutatur et variatur Istam lunam
beata virgo sub pedibus suis
habuit que omnia temporalia calcat
per paupertatem voluntariam
quam elegit Si cum ista temporalia
calcaremus pedibus et non
tangeremus ea affectibus nostra
vera terra essent de ... xxi°
Omnis locus quem calcavit pes
vester erit Luna enim quanto magis
soli appropinquatur tanto magis luce
privatur Et quanto magis se a luce
elongat tanto magis luce resplen-
descit Etenim multi prelati quanto
magis appropinquant ad deum per
aliquam dignitatem tanto magis
obtenebrantur per iniquitatem
Et quanto magis elongantur dig-
nitates suscipiendo tanto magis
illuminantur luce gratie recipiendo
Tertio etiam lune intelligitur
mutabilitas culpe unde dicitur
de viro sancto illud psalmi per
diem sol non uret te neque luna per
noctem quia anima sancta neque
in die prosperitatis cadit in peccatum
per amorem male inflamman-
tem neque in nocte adversitatis
per timorem male humiliantem

Istam lunam virgo sub pedibus
habuit quia nulla culpa mea
umquam prevalere potuit Et ideo in
sermone non dicitur simpliciter luna
sed luna perfecta in eternum Luna
autem tunc perfecta erit quando sine
macula erit quando visitabitur quod
dicitur Ysaie 30 Erit lux lune
sicut lux solis Fuit igitur sicut
luna perfecta quia sine omnibus
peccati macula Quarto etiam lune in-
telligitur mutabilitas miserie psalmo
Orietur in diebus eius iustitia
et habundantia pacis donec
auferatur luna Glosa id est mutabi-
litas que per lunam significatur
Sicut enim luna crescit et decres-
cit sic et corpus humanum multiplici
mutabilitati subiacet Romanos viii Va-
nitati igitur subiecta est creatura
non volens sed propter eum qui sub-
iecit eam in spe Et quia ipsa
mutabilitas miserie auferetur in
beata resurrectione subdit Quia
et ipsa creatura liberabitur a servi-
tute corruptionis in libertatem glorie
filiorum dei Istam lunam virgo
beata sub pedibus suis habuit
quia perfectam corporis immutabilitatem
possidet et super omnes ordines
angelorum in corpore et in anima
glorificata manet psalmo Cali-
go id est humana natura sub pedibus
eius et ascendit super cherubim
et volavit super pennas ventorum
Ipsa igitur virgo lunam sub pedibus
habuit scilicet celestem naturam ei pre-
ponendo prosperitatem humanam
tam penitus despiciendo omnem
culpam ipsam penitus evitando
et humanam miseriam in mortali-
tatem induendo Quintum
autem quod licet hic nomine lune mu-
tabilitas significatur ipsa tamen
virgo aliquando nomine lune signatur
sicut Canticorum sexto scribitur

pulchra ut luna. fuit enim modo
pulchra in assumpcione que tamen
fuerat valde obscura in filii pas-
sione. Luna autem beata Augustinus luna
tripliciter obscuratur scilicet aut quod nu-
bibus tegitur aut quod eclipsatur
aut quod renovatur sicut patet
in novilunio. Sic eciam virgo beata
que hodie fuit pulchra ut luna
in assumpcione / fuerat obscura ut
luna in sua tamen conversacione in fi-
lii passione et in sui corporali re-
solucione / fuit enim obscura per suam
humilitatem quia se obscurabat
et obumbrabat non dominam nam
merem sed ancillam domini se
nominabat et ista quidem tanta hu-
militas fuit quedam nubes obscura
que tantam eius claritatem occul-
tabat. Cantica 1o Nigra sum sed
formosa filie ierusalem. Quasi diceret
nigra sum exterius per humilitatem
sed formosa interius per maiestatem
Ibidem / nolite me considerare quod
fusca sim quia decoloravit me sol
Quasi diceret Quanto magis me sol
interius illuminavit tanto magis
exterius per humilitatem decolo-
ravit / Fuit secundo obscura propter
nimii doloris acerbitatem et hoc
in filii passione ubi cum sole id est
cum filio suo passa est eclipsim
Ioelis 2o Sol scilicet ipse christus con-
vertetur in tenebras per mortem
et luna id est virgo beata in sangui-
nem per dolorem. Fuit tercio
obscurata per mortem corporalem. Tunc
enim fuit obscura quando spiritus corpore
eius beata recessit ut sit obscurata
seu obscuraretur in morte et fiet
novilunium in resurrectione. Dama-
scenus in sermone Sicut sol iste
splendidus et lucifluus sub humano
corpore latens ad breve videtur
quodammodo deficere tamen ipsa non
privatur in se lumine in se habens
perhennem fontem luminis /

Sic et tu fons verus luminis
inexhaustus vite thezaurus
licet quodam brevi intervallo tem-
poris corporali morti sis addicta
tamen copiose nobis infundis
indeficientis luminis claritatem
Tercio fuit illuminata a parte infe-
riori. Unde notatur cum dicitur in utero
habens non dicitur quid habens
ut ostendatur quod habebat illum
qui est omne bonum. Habebat
in utero paternum splendorem
Hebreorum 1 Qui cum sit splendor
glorie etc. / Habebat unicum can-
dorem Sapiencie 7 Candor est
lucis eterne et speculum sine ma-
cula. Habebat divinum odorem
de quo ipse dicit Ecclesiastici 24 Ego
quasi vitis fructificavi suavita-
tem odoris / Habebat suavem
dulcedinem illius scilicet qui dicit
ibidem / spiritus meus super mel dul-
cis et hereditas mea super mel
et favum / habebat ignem celestem
Hebreorum 12 deus noster ignis con-
sumens est. Quia igitur eius
uterus habebat paternum splen-
dorem in ea fuit mirabilis cla-
ritas. Ambrosius Quid nobilius
matre dei quid splendidius
ea quam splendor elegit. Quid
castius ea que corpus sine cor-
poris contagione generavit. Quia
habuit unicum candorem
ibi remansit mirabilis pulchritudo
Cantica 4o Tota pulchra es
amica mea et macula non est
in te. Anshelmus dicebat ut
virgo beata ea puritate niteret
qua maior sub deo nequit in-
telligi etc / Quia habuit divinum
odorem ibi remansit mirabilis
suavitas. Unde adolescentule
clamant et dicunt Cantica 1o
Trahe me post te et curremus
in odorem unguentorum tuorum
etc. Et 24 Sicut cinnamomum

et balsamum aromatizans odorem
dedi suavitatis. Quia habuit
suavem dulcedinem ibi remansit mirabilis pietatis. Unde dicitur
gaza mirre (?) [illegible] nunc. Quia habuit ignem celestem ibi remansit mirabilis caritatis per quam dyabolo succendebat. Judith 9: Per
[illegible] cum labiis caritatis mee
quam omnem tremor pressum depiacbat (?). Jeremie 2: Recordata sum
tui miserans adolescentiam tuam
et caritatem desponsationis tue
quando secuta es me in deserto,
et per quam anima adversa vinceret.
Cant. 8: aque multe non potuerunt extinguere caritatem. Et
quarto fuit illuminata a parte
exteriori. Quod notatur cum dicitur
amicta sole, id est in mortali corpore.
Postmodum omnis gloria eius filie regis ab intus. Quantum ad gloriam
anime circumdata varietate. Quantum
ad dotes corporis que redundant
ab intus ab anima in corpus. Sic ex
redundancia potencie resultat in eius corpore claritas,
ex redundancia sapientie subtilitas, ex redundancia fortitudinis
et pacis impassibilitas. In hoc igitur
quod dicitur amicta sole notantur
ipse quatuor dotes scilicet claritatis
agilitatis subtilitatis et impassibilitatis. Tamquam enim solis clarus
est, agilis est ita ut ab oriente subito in occidentem transeat.
Subtilis est ita ut vitrum sine
eius lesione subintret. Impassibilis est ita ut nec gladio
nec aliqua re ledi possit. [illegible]
istas quatuor dotes corporis dicit
dominus Matth. 13: Fulgebunt iusti
sicut sol in regno patris eorum.
[illegible] ergo eius erit splendor anime
quando solis splendorem
habebit ipse corpus eius etc.

Sermo tercius de eadem

Tota pulchra es amica mea
et macula non est in te. Cant. 4.
Quantam virginis puritate
et pulchritudinem laudare non sufficit etiam angelica pulchritudo,
quanto magis homo impurus
et ignorancie tenebris involutus
non invenitur dignus propter suam
impuritatem, neque invenitur idoneus propter suam ignoranciam
et intellectus obscuritatem. Unde
etiam beatus Jeronimus tam precipuus
doctor et tante puritatis amator
hoc timebat dicens de assumptione:
Timeo satis et valde pertimesco
dum vestre cupio parere affectioni
ne forte sicut impuribus ita et indignis laudator inveniar. Propterea
nec sanctitatis nec facundia sufficit ut beatam virginem laudare
queam ut verum fatear quicquid
quamvis potest dici verbis minus est a
laude celi que divinis est oraculis (?)
excellenciis predicata et laudata
prophetis (?) [illegible] quidem prenunciata
a patriarchis prefigurata ab hebraissis
exhibita et monstrata ab angelo
venerabiliter et officiosissime salutata. Vos igitur fratres karissimi cum
timore et reverentia ad honorem
virginis [illegible] dicat ergo tota
pulchra es etc. Magnum est quando
aliqua est pulchra, maius quando tota
est pulchra, maximum quando est sine
macula, per maximum quando est dei
amica. Ista quatuor implicantur.
Ista quatuor implicantur in eo verbo
quod dicitur tota pulchra es amica
mea et macula non est in te etc. Talis
fuit virgo beata. Quia scilicet fuit pulchra
propter peccati immunitatem. Tota pulchra propter humilitatem. Humilitas enim
facit hominem totum pulchrum scilicet
in corde per humilem reputationem
et in corpore per humilem conversationem.
Sine macula propter omnimodam

puritatem, amicta est feruentissima caritate. Fuit igitur pulchra quod ab omni peccati difformitate est immunis. Concedit Augustinus in libro nature et gratie: Excepta sancta virgine Maria si omnes sancti et sancte ad viuent interrogati fuissent vtrum sine peccato essent omnes vna voce clamassent: Si dixerimus quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Excepta inquam hac sancta virgine de qua propter honorem dei cum de peccatis agitur nullam prorsus mentionem volo habere. Scimus enim quia ei plus gratie collatum est seu fuit ad peccatum ex omni parte vincendum quia illum concipere et parere meruit quem constat nullum habuisse. Ipsa enim habuit liberum arbitrium in bono confirmatum et ideo nulli peccato consentire potuit. Potentia vero liberi arbitrij vno modo consideratur prout se habet indifferenter ad peccandum et hoc modo consideratur quasi indisposita ad hoc et ad aliud et hoc modo fuit in statu innocentie. Vnde dicitur Eccl. 17. Deus creauit hominem et reliquit eum in manu consilij sui, id est liberi arbitrij potestate. Secundo consideratur ad peccandum et sic est in regeneratis post baptismum quia non aufertur ab eis fomes qui est dispositio ad peccandum inclinans. Tertio consideratur cum necessitate ad peccandum et hoc modo est in non regeneratis per baptismum quia fomes in illis non est tantum dispositio ad peccandum sed etiam necessitas. Quarto consideratur cum necessitate a domino peccandi et hoc modo consideratur in angelis et beatis et in beata virgine per gratiam sanctificationis vltime que supereminet alijs omnibus sanctificationibus et sic post illam

sanctificationem non habuit potentiam peccandi et quantum ad hoc fuit in statu angelorum et beatorum in quibus est liberum arbitrium confirmatum. Secundo tota fuit pulchra per humilitatem. Humilitas enim facit eam totam pulchram et totam amenam et floribus omnium virtutum ornatam de qua dicitur Num. xxiiii°: Quam pulchra tabernacula tua Jacob et tentoria tua Israel ut valles nemorose. Ipsa enim que fuit vallis per humilitatem fuit tabernaculum et tentorium dei per inhabitationem. In hac valle virginitatis natus est flos paradisi, fluxit fons spiritus sancti, accensus est calor amoris infiniti, natus est flos de quo dicitur Cant. 2: Ego flos campi et lilium conuallium. Christus non fuit flos orti sed campi quia terra, id est virgo beata, vnde nascitur non fuit fossa sed integra per virginitatem et iste flos non fuit clausus ad oderem sed quem et aptum omnibus per caritatem et ideo dicit Commentator in psalmis: quia in ea fuit multiplex humilitas. Nam et vno verbo multiplicem ostendit humilitatem. Dicens Respexit humilitatem ancille sue. Magna humilitas quia dixit se respectam sicut dicit quibus rem sum digna ut super me respiceret. Dicit igitur: Virgo ego eram digna ut in me aspiceret et aspexit et respexit. Aspexit gratiam infundendo, respexit animum meum vterum descendendo. Maior humilitas quia dicit se ancillam non enim vocat se matrem dei et reginam celi nec dominam mundi sed ancillam Christi. Maxima humilitas quia dicit humilitatem non enim dixit respexit humilitatem nobilitatem vel sanctitatem

sed aut respexit humilitatem illa
est ancilla humilima que non repu-
tat se dignam ut etiam sit ancil-
la sicut dicit Ecce beata virgo
in dico respectam non tamen dico me
ancillam sed etiam dico indignam
ut sim ancillam In hac etiam valle
humilitatis fluxit fons spiritus sancti
unde psalmus Qui emittis fontes
in convallibus inter medium montium
transibunt aque unam vallem
constituunt duo montes Circa hu-
militatem constituunt due species
superbie una que nascitur ex re
spirituali alia que nascitur ex aliqua
re temporali In illis montibus
non fluit spiritus sancti fons sed pe-
nitus in illis qui sunt valles Vir-
go declinavit ad superbiam que
nascitur ex re temporali sed fuit ex
regia stirpe progenita et ex gra-
tia spirituali quando fuit in matrem
dei assumpta Sed per magnam orati-
onem respexit quando fabro humili-
ter nupsit Secundum quando dei an-
cillam se vocavit In hac etiam
valle virginee humilitatis sentitur
est calor amoris igniti In valle
namque solet esse aer celi ferven-
tior atque virtuosior cuius et cause
ut dicit philosophus Prima quia ignis
non accenditur nisi in spisso humido
igitur aer in montibus autem se
subtilis in valle vero spissus et
humidus invenitur Secunda est quia
in montibus aer subtilis ex
sua levitate [illegible] et [illegible] impul-
sus frigidus efficitur In valle vero
pene immobilis permanet Tertia
est quia radii solis ad latera
montium descendentes sese repl-
icando [illegible] et calorem mul-
tiplicant Iste fuit tres cause spiritualiter
intellecte quia in corde humili
et maxime in beata virgine ha-
bundat virtus spiritus sancti

et fervor amoris domini scilicet offi-
cio puritatis que est quasi vapor
humidus tranquillitatis mentis que
est immobilitas aeris repercussio
radiorum a montibus circumstantibus
replicatorum Isti montes sunt o-
mnes virtutes que ipsam beatam virgi-
nem muniunt iuxta illud psalmus in circuitu
in circuitu eius Constat autem
quod hiis ipse sol iusticie Christus
dum radios suos dirigebat ad
suam virginitatem pacientiam
puritatem ceterasque virtutes quibus
tamquam montibus erat circumdata
et iste omnes illuminationes repercu-
tebantur sese repercucientes virtute
humilitatis tamquam in medio vallis
quia ista virtus omnes gratias reco-
ligebat et nil sibi attribuens deo
refundebat Tertio fuit sine macula
quia habuit omnimodam puritate
Cuius autem puritas habuit perfe-
ctionem inpermixtionem et continuitatem
habuit quidem perfectionem Cum enim
triplex est puritas scilicet divina
angelica et humana ipsa divinam
puritatem novem mensibus in
suo utero portavit ipsa puritatem
angelicam transcendit ipsa omnem
puritatem humanam communiter
superavit Anshelmus Decebat quod
ut virgo beata ea puritate niteret
qua sub deo maior nequit intel-
ligi Habuit secundo eius puritas
inpermixtionem non enim habuit per-
mixtionem originalis quia fuit
in utero spiritu sancto sanctificata neque
admixtionem mortalis quia fuit
a peccatis potentia in bono confirma-
ta neque admixtionem venialis
quia fuit a puritate filii impregnata
Unde potest illud Judith 13 dicere
vivit dominus quoniam custodivit me
angelus eius et hinc euntem
et ibi commorantem et inde huc

reluctantem Custodivit eam eam
dus et in mundum euntem quia
eam ab originali purgavit et in
mundo commorantem quia eam a mor-
tali conservavit et de mundo ad patriam
redeuntem quia sine macula etiam
veniali mundo exivit / Habuit tertio
eius puritas continuatam numquam
enim fuit interrupta ideo dicitur Eccl.
xxiiii° usque ad futurum seculum non
desinam verumquam fuit diminuta
sed crescebat enim quod dicit apostolus
Excitabar et stupebam propter me-
um intus incorporata quia a deo
confirmata Eccl. 24 Et sic in sion fir-
mata sum sed fuit semper augmen-
tata semper renovata immo totaliter
illuminata quia secundum tota dei formis
electa Jeronimus nec sole [illegible]
amicta que luci illi inmarcescibili
videtur immersa nec similiter tan-
sed operiri magis et circumdari et
tamquam ipso igne concludi / Tertio
fuit dei amica propter ferventem et
ordinatam caritatem quam habuit
Cant. 2 Ordinavit in me cari-
tatem secundum beatum Augustinum quatuor
sunt gradus amoris quia primo
debemus diligere quod supra nos est
scilicet deum deinde quod nos sumus
deinde quod iuxta nos est scilicet pro-
ximum / deinde quod infra nos est scilicet
mundum Ipsa igitur beata virgo cari-
tatem habuit ordinatam quia quod
supra se erat scilicet deum dilexit re-
verenter quod iuxta se filium dilexit
dulciter Quod ipsa erat scilicet se ipsam
dilexit sapienter Quod infra se erat
scilicet homines [illegible] dilexit miseri-
corditer propter ista ipsa dicit Eccl. 24
Ego mater pulchre dilectionis et
timoris et agnitionis et sancte spei
Ipsa enim fuit mater pulchre dilectionis
scilicet filii qui propter sua pulchritudine
est diligendus et sic dilexit eum
dulciter et timoris . i . dei quem timuit

filiali in reverentia est habens
et sic dilexit deum reverenter
agnitionis quo ad se quam di-
lexit se discrete et sapienter
Et sancte spei quo ad genus huma-
num quod dilexit et diligit pie
et misericorditer In hoc autem quod
vocatur pulchra notatur quod in corpore
et in anima sit assumpta Si enim anima
glorificata esset et corpus in pul-
vere resoluta iaceret tota pulchra
dici non posset hoc autem quod sit
corpus eius glorificaretur convenit
divine potentie sapientie iustitie et
bonitati infinite potentie quia
dei convenit unde dicit Augustinus
Si ihesus que summus omnia pos-
voluit matrem integram servare
virginitatis pudore cur non voluit
incorruptam servare a putredinis
fetore Idem Si in partu serva-
turus de sanctitatis capite capil-
lum non perdere Ergo et matrem
suam integram anima et corpore
posse servare Et si nullus fidelium
dubitat eum hoc posse cur
dubitandum est etiam quod de
tantam benignitatem ad matrem
eum voluisse Cum leproso dicenti
dne Si vis potes me munda-
re volo respondit Numquid ego
nisi proprii sensus audeat dicere
quod matrem suam a putrefactione
et cinerum commixtione serva-
re [illegible] potuit voluit Decuit
convenit divine sapientie sic-
ut dicitur Prov. 9 Sapientia edificavit
sibi domum Sapientis architectus
domum facit pulchram intus
et extra Sunt quedam domus
pulchre tantum exterius quibus
similes sunt ypocrite de quibus
dicitur Matt. 23 Ve vobis ypocrite
qui similes estis sepulchris
dealbatis que a foris apparent
hominibus speciosa intus vero
sunt plena ossibus mortuorum

et cum spiritu. Quedam sunt
pulchre intus quibus similes
sunt sancti viri in quorum persona dicit
sponsa Cant. 1o Nigra sum sed
formosa nigra scilicet exterius per humi-
litatem sed formosa scilicet intus
per virtutum varietatem. Quedam
domus sunt pulchre intus et
exterius quibus similes erunt beati
post resurrectionem quia erunt lucidi
intus in anima iuxta illud Ysaie
lviiio Implebit dominus splen-
doribus animam tuam et exterius
in corpore iuxta illud Math. 13
Fulgebunt sancti sicut sol in re-
gno patris eorum. Talis domus
et domus tota pulchra fuit
beata virgo etiam in presenti vita licet
tamen et ea dicat in ps. 44o Omnis
gloria eius filie regis ab intus. Ipsa
enim fuit pulchra intus et in mente
per puritatem consciencie et exterius in ope-
re per conformitatem. Ideo signatur
per archam que intus et extra
erat deaurata. Si igitur sapientia
edificavit sibi domum in hac vita
tam pulchram in corpore et in ani-
ma, eandem sapientia spectat etiam
quod habet vitam ipsam pulchritu-
dinem sibi non diminui sed augeri
potius. Credo ipsam domum modo
esse pulcherrimam et intus per anime
clarificationem et exterius corpore
incorruptionem. Tercio convenit dei
iusticie. Iustum est enim qui aliorum
sanctorum corpora immo etiam sua tor-
menta ut sunt crux clavi et
corona spinea in tanto honore
habere faciat in terra, corpus quoque
in maiori honore habere faciat
in celis nisi corpus eius esset in
celis. Si cum tanto honore habetur
crux in qua corpus Christi ad horam
requievit, in quanto honore habetur
mater et eius visceribus carnem
suscepit et in eius utero novem
mensibus habitavit. Si corpora
aliorum sanctorum post honorantur

quia fuerunt organa spiritus sancti,
quanto honorandum est illud
beatissimum corpus quod fuit et spiritus
sancti organum et Christi specialle ha-
bitaculum immo totius trinitatis nobile
triclinium. Si in tanto honore ha-
bita fuit archa figurativa, in quanto
honore habenda est archa sancti-
ficata in qua fuit urna i. Christi
humanitas in qua latebat manna
i. divinitas. Si in tanto honore ha-
bentur ymagines picte, in quanto ho-
nore erit habendum corpus virginis
verum in quo ymago dei sicut sigillum
impressa fuit, permansit, in qua filius
qui est ~~filius~~ ymago patris presens
habitavit, in quo et per quod y-
mago nostra que erat corrupta re-
paratur. Si igitur dum talibus honore
exhibere faciat, iustum est ut maiore
cius nunc sue exhibere faciat si in
terris esset. Quarto convenit sue
bonitati. Boni namque filii est parentes
magis nunc quam sibi et magis velle
quod nunc honorarentur quam ipse. Et hoc patet
cum quod filius dignius se esse exceptum
voluit ab illa generali sententia dicta
quod pulvis es et in pulverem rever-
teris Gen. 3. Corpus eius mortu-
um non est in pulverem redactum.
Sed illud psalmi: Non dabis sanctum
tuum videre corruptionem. Si non indulsit
sibi parcere voluit verisimile est
quod tam bonus filius in eadem pepe-
cit nunc. Et ista ratio est Augustini
ymo cum tam bonus filius dede-
rit quod etiam nec angustias passionis
de matre curam habere voluit, et
igitur mortalis et passibilis de ea
tantam curam habuit, numquid
factus gloriosus et accepta im-
mortalitate de ea amplius non curat.
Tam bonus filius etiam dedit quod
in partu matrem voluit gaudere iuxta
illud: Gaudeat pater et mater tua. Re-
cte aut voluit flere iuxta illud Luce
primam notam omnibus similem

cuius ploravit. Cum igitur due sunt
date fuit a deo una homini et mulieri
pulvis es et in pulverem reverteris
alia mulieri In dolore paries filios
tuos Sed ipse Cristus exceptus fuit
a prima sua scilicet in pulverem reverte-
ris Quare non excepit matrem ab
ipsa prima sua ne in pulverem
reverteretur Cui tante bonitatis erat
quod ipsam excepit a secunda ne in
partu dolorem aliquem pateretur Ista
racio similiter est Augustini etc

Sermo quartus de eodem

Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut
sol terribilis ut castrorum acies or-
dinata Cant vi Sacram assumptam
ipsi eciam angeli et spiritus admirantur
Ideo quia nos ipsam nec sufficienter
naturaliter nec digne laudare pos-
simus eciam si linguas angelicas
haberemus Unde dicit Damascenus
Sacram ascensionem genitricis dei nullus
mortalium potest extollere licet cum
mille ora mille linguas vox eius
sit ferrea sed nec si omnes lingue
hominum convenirent tamen inspicias pos-
sent efferre preconiis Omnes enim
preconiis excedat magnitudine atque
quidam artificiosi eloquium ad eius ex-
tollenciam insufficientes inveniuntur
Quamvis autem sit quod nullus sufficiat
ut in sufficienciam nostram adiuvet
ipsa in qua omnis sufficiencia
invenitur ut de sua plenitudine
aliquam stillam nobis exhibeat Di-
cendo que est ista que progreditur etc
Quia si rusticus vel puerulus
ydiota vel inexpertus laudaret
vel miraretur aliquem lapidem
preciosum vel aliquod sigillum
sculptum vel aliquam ymaginem
pictam vel aliquam scripturam
exaratam brevis laus esset
Sed si doctissimus gemmarius vel
sculptor peritus vel pictor doctus
vel scriptor peritissimus huius de-
opera laudarent et mirarentur
ingens et copiosa laus esset Ergo
beata est margarita dei que fuit
vere sancti spiritus generata est sigillum
dei que ymaginem regis in corde
suo impressam illibatam servavit
est ymago dei que representat nobis
divinam bonitatem sapienciam et pota-
tem et est scriptura dei quam spiritus
sanctus digito suo scripsit cum suis
graciis et virtutibus et corporis
castitatis et longitudinis moribus exa-
rando ita quod in corde suo [illegible]
possimus virtutum varietatem et
corpore morum longitudinem Si igitur
grossi et puri ydiote et inexperti
qui non intelligimus et non cognoscimus
nisi grossa et palpabilia opera
dei talem aut tantam laudem [illegible]
vel miramur modica laus esse vi-
detur Sed quando illi cives superni
cherubin quoque et seraphin
qui facie ad faciem deum vide-
tis gloriam non tamen laudant et ad-
mirantur et obstupescunt summa
laus est et commendacio vera
Et ideo admirantes dicunt que
est ista que progreditur quasi aurora
consurgens etc supra Aut Ergo ista
gloriosa virgo ad quadruplicem
statum suum primo prout fuit in ven-
tre sanctificata et sine peccato concepta
Secundo prout fuit in mundo sancte
conversata Tercio prout fuit in celo
gloriose assumpta Iste quadruplex
eius status figuratur Ezechielis 47
de scripture fluminis ubi dicitur
Quod vir qui habebat funi-
culum mensus est mille cubi-
tos et traduxit me dicit ista
usque ad talos et rursus men-
sus est ille mille et traduxit
me usque ad genua Et rursus
mensus est mille et traduxit
me per aquam usque ad renes

Et rursus mensus est mille
et traduxit me usque ad torrentem
quem non potui transvadare tribulacionis
est domus inchoacio in tenebris
ambulacio in itineribus consumacio super
flumina est beata sedes in medio
platee civitatis mee triumphan-
tem et militantem ecclesiam po-
sita ut illam irriget utramque ine-
briet iuxta illud Eccli 24 Ri-
gabo ortum plantacionum id est eccle-
siam militantem et inebriabo
partus mei fructus id est ecclesiam
triumphantem Consideremus igitur
beate domus primum statum
et suum initium qualis scilicet fuit
in utero sanctificata et invenimus
millenarium perfectionis magne
Consideremus quam sancte et iuste
in mundo ambulavit et quam
innocenter conversata fuit et inve-
nimus aliud millenarium ma-
ioris perfectionis Ascendamus
superius ad consideracionem incar-
nacionis qualiter scilicet filium dei
genuit et invenimus aliud
millenarium maxime perfectionis
Postremo consideremus statum sue
assumpcionis et invenimus
tantam glorie multitudinem
tam ineffabilem claritatem
quod neque intellectus neque racio
illam valeat quantumque applicare
minari possumus intelligere
non valemus in verbis Igitur premissum
istum quadruplicem statum eius
angeli admirantur quantum ad eius
ortum Canticum dicunt que est ista
que progreditur quasi aurora
consurgens Secundo quantum ad eius
progressum Canticum dicunt pulchra
ut luna Tercio quantum ad filii
sui concepcionem Canticum dicunt electa
ut sol Quarto quantum ad eius
gloriosam assumpcionem Canticum dicunt
terribilis ut castrorum acies or-

dinata Admirantur igitur primo eam
quantum ad eius ortum Canticum dicunt
dicunt Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens Necesse enim
erat ut ista aurora in mundo oriretur
et propter demones et propter homines
et propter angelos et propter deum Demo-
nes quidem molestabant nos mul-
tiplici temptacione retrahebant a
bona operacione et persequebantur
multiplici afflictione Sed ista
aurora fugat dyabolum temptatorem
unde dicitur in Job 24 De la-
tronibus id est demonibus Si subito
apparuerit aurora arbitrantur
umbram mortis Ipsi enim tam-
quam insani et contriti fugiunt
tamen istam auroram in corde ali-
cuius fulgere conspiciunt seu cogno-
scunt Demones etiam retrahebant
homines a bona operacione sed ista
aurora ipsos expeditos facit suum
ortum Cum enim ante auroram homo erat
in nocte et ideo operari non po-
terat quia propter multos adversa-
rios sustinebat Psalmus Posuisti
tenebras et facta est nox in
ipsa pertransibunt omnes bestie silve
adveniente autem ista aurora
et adversarii fugantur et homines
ad operandum securi redduntur Psalmus
subditur Ortus est sol et congre-
gati sunt et in cubilibus suis
collocabuntur Exibit homo ad
opus suum et ad operacionem suam
usque ad vesperam Ipsa etiam demones
submergit in profundum inferni
ne nos persequantur in tanta afflic-
cione quod significatur Exodi 14 ubi dicitur
Iam cum venerat vigilia matu-
tina et subvertit duces exercitum
egyptiorum et ferebantur in profundum
Secundo necesse fuit ut ista aurora
oriretur propter homines quia scilicet erat
ardua ad devocionem Erat insuper

ad bona operationem et erant muti
ad dei laudationem Sed ista aurora
aridos facit devotos rorem gratie
infundendo Si quidem ros in aurora
de celo descendit unde vegetantur
omnia terre nascentia quia aurora
gratia provenit cum irrigantur et im-
pinguantur corda arida Dicitur enim
super illud psalmi et pullis corvo-
rum invocantibus eum Quod cum
pulli corvorum sunt albi et pri-
mi a parentibus tamquam degeneres dese-
runtur et tunc rore celesti vivunt Ita
virgo Cum non sunt nigri iam non
rore celesti vivunt Quia ergo beata
rorem sue gratie dat non nigris
per maliciam sed puris per munditiam
Ipsa etiam infirmos facit fortes ad
bonam operationem virtutis instrandos
Dicitur quod aurora hora sanguinis
est et tunc magis operantur omnes
virtutes naturales et si in mediatos me-
lius tunc se habent infirmi unde dicitur
aurora quasi aurea hora id est optima
Similiter oriente ista aurora infirmi
spiritualiter receperunt sanguinis vigo-
rem dulcedinis et devotionis
receperunt augmentationem Ipsa etiam
mutos facit iocundos ad dei lau-
dem excitandos In aurora enim ex-
citantur avicule ad decantandum
unde aurora quasi aurea hora Ex-
citantur et stelle et angeli ad dei
laudandum Job 38 ubi eras cum
me laudarent astra matutina et
iubilarent omnes filii dei Adveni-
ente enim ista aurora illi qui
erant muti efficiuntur avicule dei
decantandum astra dei ad lauda-
dum angeli dei ad iubilandum

Ideo necesse fuit ut ista aurora
oriretur propter angelum Officium enim
angeli erat illuminare purgare
et perficere Sed nichil horum ange-
li facere volebant sed veniente

ista aurora ceperunt notis se
ponere ad suscipiendum illumina-
tionem gratie purgationem culpe et
perfectionem glorie Ista tria notantur
Genesis 32 In lucta Jacob cum
angelo Unde cum dixisset angelus
dimitte me aurora est eum di-
mittere noluit donec tria bene-
ficia impetravit scilicet purgationem
sue affectionis Quod notatur non
quod dicitur quod contraxit nervum
femoris eius intellectus propter quod
videre deum posset Quod notatur
per hoc quod posuit sibi nomen
Israel quod interpretatur vir videns deum
et perfectionem glorie per hoc quod
benedictionem obtinuit illam scilicet
de qua dicitur Ephesios 2 Benedixit
nos omni benedictione in cele-
stibus Quarto necesse fuit ut
ista aurora oriretur propter deum in-
ter hominem erat aversus ex aver-
sione hominis incurrerat propter pec-
catum deformitatem et confusionem
Ideo Cristus venit in habitu au-
ram id est virginem tamquam aurum
ut pauperes ditaret quo ad divi-
tatem que per aurum significatur
sicut dicitur Daniel 2 Caput eius
aurum optimum Aurum autem ma-
rea significat et per hoc cogno-
scunt habentes anulos aureos
in digitis quando dicitur Ipsi
enim aurum divinitatis sit ei
ignitum quod illud virgo ferre non
potuisset nisi spiritus sanctus obum-
brasset et quodammodo re-
frigerium prestitisset Recepit
margaritam ut deformes et
ignobiles formaret ornaret
et hoc quantum ad aliud Conche
enim marine in aurora se aperiunt
et rorem suscipientes marga-
ritas fuste concipiunt unde
aurora quasi roris hora In
margaritha est Cristi anima

qua spiritus sanctus qui est rorus
inpregnationis corporis cristi tingit
hanc quidem virtutibus et graciis
multis aliis exornavit / veniunt
tamquam manna ut familiaritas
satiet et hoc quo ad carnem
hoc signatum est Exodi 16 ubi
dicebatur quod in aurora colligebatur
manna / per manna enim cristi caro
accipitur que est cibus fidelibus
iuxta illud Johannis 6 Caro m-
ea vere est cibus / Secundo
mirantur angeli virginem beatam
quo ad ipsius progressum cum
dicunt / pulchra ut luna / luna
autem tunc est pulchra quando
est plena Quando autem est
plena habet quadruplicem pul-
chritudinem scilicet in luce in virtute
et rotunditate et in ymagine
quia ymago hominis ibi esse videtur
hunc vide causam non est presentis
negocii / per istam quadruplicem
pulchritudinem lune intelligitur
quadruplex pulchritudo que
fuit in virgine scilicet pulchritudo
puritatis in carne pietatis
in opere caritatis in corde et
humilitatis in ventre / Istam qua-
druplicem pulchritudinem tangit
angelus in virginea salutacione
pulchritudo enim puritatis in carne
intelligitur per hoc quod dixit Ave
sine ve / nullum enim ve in
carne habere potuit que integra
et virgo permansit / pulchritudo
caritatis intelligitur in corde per
hoc quod dixit gratia plena / pul-
chritudo humilitatis in ventre in-
telligitur per hoc quod dicitur dominus tecum
pulchritudo pietatis in opere
intelligitur per hoc quod dicitur benedicta
tu in mulieribus / Prima igitur
pulchritudo scilicet puritatis in carne
signatur per primam pulchritudinem

lune scilicet quod pulchra est in luce
ipsa enim tota purissima et lucida
in carne extitit ut possit dicere
de ea illud Sapiencie 7 Vehiculum inqui-
natum in illam incidit Candor enim
lucis eterne et speculum sine macula
et ymago bonitatis illius In carne
enim sua nichil fuit corrupcionis
quia fuit virginea / ideo dicit nichil
inquinatum in illam incurrit nichil
impuritatis quia in utero fuit sancti-
ficata Et ideo subditur Candor
est enim lucis eterne et speculum
sine macula nichil impugnacionis
quia in ipsa fuerunt omnia purificata
sicut et de filio suo dicitur Et ideo
subditur Et ymago bonitatis illius //
Secunda eius pulchritudo est pie-
tatis in opere que signatur per secundam
lune pulchritudinem que est in
virtute Eius enim pietas ostenditur
super amaricatos super debiles et
infirmos et super tenebrosos / luna
quidem habet virtutem super mare
quia pietas Marie ostenditur super
illos qui sunt in amaritudine /
crescente luna lunae meliorantur
omnia humida quia apparente eius
pietate fortificantur infirma / luna
etiam in nocte lucet Est enim regina
celi ut habetur Jeremie 7
quia de nocte absente sole mo-
narchia principatum tenet et tamen
absente rege id est sole ut regina
regnum gubernat Sic etiam quando
cristus ex aliqua causa faciem
suam alicui abscondit tunc Ma-
ria maxime misericordiam suam ostendit
et fulget eis luce misericordie qui prius
erant in tenebris culpe / Tercia
pulchritudo eius est caritatis in
corde que signatur per terciam pul-
chritudinem lune que est in rotunditate

forma aut rotunda est mobilis
carens et fine caret quia ipsa cari-
tatem perfectissima unde dicit
de ea sponsus Cant. 2 Surge
propera amica mea et veni. Cari-
tatem latissima Eccli. 24 Transite
ad me omnes qui concupiscitis me.
Caritatem in necessitate utilissima quia
usque ad futurum seculum non defecit
unde in passione Christi ubi etiam
ipse sol eclipsatus est iuxta illud
Eccli. 2a Cum lucidius sole et
quia defecit ipsa cum eclipsim a
fide non potuit sustinere. Quarta
pulchritudo cuius est divinitas in
ventre recepta per imaginem
hanc tenuit cum ista luna necesse
imaginem recepit quod filius dei qui
est imago patris intra sua viscera
continuit unde dicitur Apoca. 12
mulier amicta sole i. luna
deitate. Luna secundum comparationem
est medium coniungens celestia cum
terrestribus sic et Maria in utero
suo univit sponsum supremum eterni
i. divinitatem humanitati ipsa cum
sit speculum dei iuxta illud Sap. 7
Candor est enim lucis eterne et
speculum sine macula. Fons dei
fenestra dei iuxta illud Eccli.
fenestra facta est. In speculo at-
tactus sol comprehenditur in fonte totus
sol recipitur et per fenestram totus
sol ingredi videtur et tamen totus
in celo refulgere comprehenditur. Sic et
divinitas intra Marie uterum
tota se insinuabat et tamen
totum mundum et celum replevit.
Tertio sancti angeli admirantur
eam quantum ad filium dei conceptum.
Cant. 6 dicitur Electa ut sol. Sol
aut comparatur quantum ad id quod est
supra se quantum ad id quod est intra
se quantum ad id quod est iuxta se
et quantum ad id quod est ipse.

Si consideremus ipsum quantum ad id quod
est super se nullum apertius trinitatis
vestigium in aliqua creatura inve-
nimus. Sic etiam si consideramus
Mariam quantum ad illud supra se
nullum divinitatis vestigium in crea-
tura clarius aliquid invenitur
in ipsa cum ... bonitatis spiritus
sancti qui omnia dona sua con-
summavit unde dicitur Luc. 1
Spiritus sanctus superveniet in te
potentia patris que ut deum
recipere posset receptivam red-
didit et ideo subditur et
virtus altissimi obumbrabit tibi
et sapientia filii que eius mentem
et ventrem implevit. Ideo sequitur
ideo quod et quod nascetur ex
te sanctum vocabitur filius dei. Si con-
sideremus ipsum quantum ad ea que
intra se sunt scilicet quantum ad cete-
ra sidera celi omnia luce sua ob-
umbrat sic et virgo Maria
omnes sanctos et sanctas suo ful-
gore obnubilat. Ideo dicitur
Job 25 Ecce etiam luna non splen-
det et stelle non sunt munde
in conspectu eius. Quarto magis
homo putredo et filius hominis
vermis. Non est autem incongruum
ut istud quod dicitur et filio suo
de virgine similiter exponatur.
Ex illis enim verbis apparet
ipsa fulgore suo obnubilare
celestia et terrestria. Terra in celo
quicquid in ecclesia triumphanti
est lucidum videtur obscurum et
ideo dicit Ecce etiam luna non
splendet et quicquid in angelis
est nitidum invenitur immundum
et ideo dicitur et stelle non sunt
munde in conspectu eius. Similiter
quicquid videtur in mundo de
comparatione sua invenitur pu-
tridum et ideo dicitur Quinto magis

(h)omo putredo et quicquid so-
(l)ue et aliud invenitur vile et
abiectum et ideo dicitur filius ho-
(min)is vermis. Si autem consideremus so-
(le)m quantum ad id quod intra se est
(t)unc minus quod sol inferioribus videtur
(q)uia constat est enim quasi pater
(om)nium que in terra gignuntur unde
(dici)tur quod homo hominem generat et
sol. Et licet dicatur aliquid quandoque
(co)ntrarium ad eam generationem rerum
(pro)pter auctoritatem tamen soli attribui-
tur. Sic enim beneficium omne bonum
(q)ualibet que in mundo eveniunt
(e)t ipsa procedunt. Et licet alie sint
(a)liqua beneficia que constant ipsa tamen
(ca)usa principalis est et origo
(om)nium bonorum et penes illam
(re)sidet auctoritas omnium de effectu
(f)luxus solis etiam inferioribus de-
(cla)ratur Ecclesiastici 43 triplicatur sol exurens
(m)ontes et radios igneos ex-
(s)ufflat et cetera. Licet autem sol triplicat
(m)ontes exurit dum excitat vi-
(r)ent digerit humorem et exci-
(ta)t inflamationem. Sic et ipsa ex-
(cit)at virtutem gratie mundane in-
(ig)nit ardorem gratie et excitat fer-
(vo)rem caritatis ignite. Si autem
consideremus solem in se invenimus
ipse ut dicitur Ecclesiastici 43 est vas
(a)dmirabile opus excelsi quod ipse
(es)t fons lucis et caloris. Sic et
(ipsa) fuit vas admirabile quod deus
(gra)tia sua implevit opus excel-
(si q)uod deus ad suam habitationem
(fabri)cavit fons lucis per quam
(de)us omnibus ... gratie lumine
(in)fudit fons caloris per quam sunt
(fri)gidos ad amorem incendit.
(Ta)lis tam angeli admirantur quando
(vid)ent eius gloriosum ascensum et di-
(cu)nt terribilis ut castrorum acies
ordinata per acies castrorum ordina-
(ta) intelligitur tota militia et pul-
(chr)itudo civitatis superne quibus

ipsa omnibus fuit terribilis i. valde
admirabilis que ipsam associaverunt
et usque ad filii dexteram deduxerunt
et sic visitatio est de ipso sole quod dicitur
Ysaie 30 erit lux lune quasi lux
solis et solis lux erit septempliciter
sicut lux septem dierum. Maria autem
quia filium concepit erat quasi lux lune
quia licet luna lucida sit quandam tamen
nubeculam in se gerit. Sic Maria
quamvis in utero plenissime sanctificata
fuit inquantum eius corpus comparatur ad animam
et respicit personam tamen inquantum caro
ipsius respiciebat naturam simul quod caro
alia de carne sua decidi poterat
per generationem adhuc erat sanctificanda
ut de ipsa sine peccato accipi caro
deo unienda. Et est in carne
unica duplex impuritas inquantum
scilicet respicit personam et inquantum eam
respicit naturam. Prima fuit Maria
sanctificata in utero secunda in filii
conceptione. Triplicatur enim fuit sancti-
ficata et emundata scilicet in utero
et quantum ad hoc fuit lux lune
fuit enim lucida et sanctificata inquantum
corpus comparatur ad animam et respicit
personam quod tamen habebat quandam
nubeculam inquantum eius caro
respiciebat naturam. Post ea sanctificata
fuit in filii conceptione et tunc
illa nubecula est ablata et caro
eius inquantum respiciebat naturam et
personam est sanctificata et tunc facta
est lux lune sicut lux solis. Tertium
sanctificata emundata fuit in assumptione
quia tunc emundata est ab omni
penalitate et tunc fuit lux solis
septemplicata i. universaliter quia
septenarius numerus universitatis designatur
sanctificata est enim universaliter ab omni
culpa et miseria in corpore et anima
et ista sanctificatio fuit ut lux septem
dierum per septem dies intelliguntur
septem ordines beatorum scilicet ordo

angelorum patriarcharum prophetarum apostolorum martirum confessorum et virginum omnes cum gratias et excellencias et prerogativas quas iste septem dico i. septem ordines habent pertulit virgo beata universaliter est et possidet igitur sunt omnibus angelis terribilis i. admirabilis que sunt luxe lune in sua nativitate i. in suo utero sanctificatione Que sunt sicut luxe solis in filii conceptione que facta est sicut luxe septem dierum in omnibus gratie dignitatis et excellentie beatorum omnium plenissima possessione et certa / Sequitur

Sermo quintus de eodem

Que est ista que progreditur quasi aurora consurgens pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata Quando de aliquo sancto loquitur sumus multa verba invenire possumus per que eius gloriam explicare eius laudare valemus Sed si de dei genitrice loqui volumus eius gloriam nec explicare nec digne laudare sufficimus Unde dicit Damascenus Dum angelis materia forte facta est talis cupimus dum gratiam eius in propria predicamus ceciam si ad cogitandum talia sensus impediat vel ad loquendum balbucientis lingwa non sufficiat Verbo tamen capiam imperibus iterum materia submistrat Cum vero beatissime dei genitricis laudes scribere volumus nulla invenimus verba quibus ad hoc exprimenda sufficit valeamus Collat cum facultatem sermonis materia singularis Quibus autem verba digna invenire non possumus congruentiam tamen ipsam que est mater verbi ut aliqua verba nobis ammistret per que ipsam in et ipsam mecum verbi aliquid laudare possimus dicat ergo //

Que est ista que etc. Magis habuerant angeli quando viderunt feminam super omnes ordines angelorum tam honorabiliter exaltari Stetabant (?) cum nam quando esse ab angelis miratam super illud psalmi Minuisti eum paulo minus ab angelis Cum cum ipse rationalis pars a deo conditus sunt corrupti corpore alligatus tunc sunt paulo minus ab angelis minoratus Et de hoc angeli non multum mirabantur scientes quod corpus quod corrumpitur aggravat animam Sicut in Sapientie 9 Sed quia homines possent angelis ad equari vel quod maius preferri non dum didicerunt Ipsi quando minorationem faciebat ad equalitatem non noverat sublimationem non valebant sed adequationem ipsi quando didicerunt in quo possunt homines per virtutem vita et intelligentiam in mundicia angelis adequari Luce 20 Equales enim sunt angelis dei et filii dei sunt cum sunt filii resurrectionis Et de hoc similiter non multum mirabantur scientes quod homines fiunt creati ad dei imaginem et ad dei faciem contemplandam Sed videntes quam naturam in duabus personis personis unius Christi humanitatis eius super omnes angelos sublimari in omni ratione magna sunt commoti Unde de cristo descendente admirando dixerunt Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra Ysaie Virgine autem ascendente dixerunt verbum propositum Que est ista que progreditur quasi aurora etc. In hiis verbis angeli admirantur eius progressionem pulchritudinem decorem et honorem Et progressum assimilat aurore pulchritudinem lune

electam soli et terrorem armate
aciei ipsa enim amicabilis erat in
nativitate Et ista est progressio
eius amicabilis in conversione Et
ista est pulchritudo amicabilis
in filii dei conceptione Et ista est
electio eius amicabilis in assump=
tione Et est iste terror eius quod
admirantur etiam angeli eius pro=
gressionem .i. nativitatem comparantes
eam aurore cum dicunt Que est
ista que progreditur quasi aurora
surgens / Sunt enim tamen quasi
aurora consurgens quia ab omni
necte tenebra purgata et luce gratie
perfusa / Respondeo autem est quod alii
sancti cum originali concipiuntur
et cum originali nascuntur
Christus e contrario fuit sine origi-
nali conceptus et sine originali
natus / Virgo autem beata medium
tenet locum quia fuit cum origi-
nali concepta sed sine originali
nata ista dicta tanguntur Job 3
dicitur de die tenebris culpe origi-
nalis que incipit quando apti pe-
tuli adam et eve obtene-
brentur stelle caligine eius
expectet lucem et non videat
nec ortum surgentis aurore Stelle
enim .i. sancti in illo die culpe
originalis sunt obtenebrati
quia sunt cum originali concepti
et cum originali nati Sed ista
dies culpe non videt lucem .i.
christum nec in suo conceptu nec in
suo ortu Et ideo dicit expectet
lucem et non videat Auroram
autem .i. virginem beatam non videt
Non videt quidem quantum ad ortum
sed videt quantum ad conceptum
Et ideo subdit nec ortum sur-
gentis aurore Quod notatur
in verbo consurgendi Quidam
enim in ortu suo se habent
in statu iacentis ut sunt non

baptizati qui quidem per peccatum
sunt prostrati de quibus Ezech. 16
dicitur vidi te conculcari in sangui-
ne tuo Quidam in statu sedentis
sicut sunt regenerati qui in parte
surrexerunt quia mundati sunt ab
originali peccato quantum ad reatum
in parte tamen iacent quia adhuc
remanet quantum ad actum Quidam
in statu surgentis sicut in utero
sanctificati et fuerunt Jeremias et Jo-
hannes baptista de quo dicitur
Math. 11 Inter natos mulierum non
surrexit maior Johanne baptista
Maria autem tenet statum non tantum
surgentis sed etiam consurgentis
sicut hic dicitur Quasi aurora con-
surgens Ecclesia enim sanctificati in utero
non habuerunt de originali aliquam
pronitatem ad malum Et ideo sur-
rexerunt / habuerunt tamen aliquam diffi-
cultatem ad bonum et ideo non con-
surrexerunt Maria autem nec proni-
tatem ad malum nec difficultatem
ad bonum habuit ideo surrexit et
consurrexit et perfecta sanctificata
fuit Christus autem tenet locum ascen-
dentis quia semper sanctus fuit unde
dicitur Ysaie 11 flos de radice eius
ascendet / Secundo admirantur angeli
eius pulchritudine quam habuit
in conversatione Cum dicitur pulchra
ut luna / luna enim est planetarum
minima post mercurium quia Maria in
conversatione sua omnium sanctorum fuit hu-
milima post filium suum et tamen pulchrior
quam luna Nostra enim luna habet
lucem mutuatam variabilem eclip-
satam et maculis respersam / habet
quidem lucem mutuatam quia non
habet lucem propriam sed lucem a sole re-
ceptam Tales sunt ypocrite qui non
habent lucem veram propriam sed appare-
tem et simulatam Ypocrite enim
lucem suam non mutuatur a sole
iustitie / sed ab humano favore /

De quibus dicitur Johannis v. Quomodo potestis vos credere qui gloriam ab invicem accipitis. Eiusdem viii. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui misit illum hic verax est et iniusticia in eo non est. Virgo autem beata habuit lucem suam inmutatam sed a sole non ab exteriori iusticie favore quia non curabat de pulcritudine exteriori ad ostentacionem sed interiori ad sanctificacionem. ps. 44. Omnis gloria eius filie regis ab intus. Secundo luna habet lucem variatam quia modo in sua luce est plena modo semiplena modo vacua. Sic eciam sunt quidam qui habent modo lucem plenam dum fulgent in vita activa et contemplativa. Quandoque vacuam dum non sunt neque contemplantes neque operantes. Virgo autem maria instar lune modo recedebat a sole ad activam et illuminabatur a parte inferiori et operabatur in inferioribus porrigendo ministrando et subveniendo. Quandoque accedebat ad solem per contemplativam et illuminabatur a parte superiori intenta contemplacioni oracioni et devocioni. Habet etiam luna lucem variatam quia modo lucet in principio noctis et signat incipientes et cito deficientes. Modo in fine noctis et significat bene finientes. Quandoque per totam noctem et signat bene incipientes et bene continuantes. Virgo autem maria istam varietatem non habuit sed fulsit in suo principio quia fuit in utero sanctificata. In medio suo quia a filio dei illustrata et sancte et innocenter conversata. In suo ultimo quia in corpore et anima glorificata. Per noctem est significatur tribulacio et temptacio. Quosdam enim sancti adiuvat in principio temptacionis quosdam in medio quosdam in fine. Ista autem semper adiuvat et in principio dando constanciam et in medio dando perseveranciam et in fine dando coronam. Hec est enim stella maris que aliis stellis occidentibus nunquam occidit quia aliis de[...] sua suffragia ex multo tempore ne[...] subtrahentibus ipsa semper succurrit.

Tercio luna habet lucem eclipsatam. Lux autem marie in passione filii sua est eclipsata propter doloris vehemenciam. Sed eclipsari non potuit propter doloris amaritudinem. Sicut velum enim templi id est pectus virginis in quo velatum erat templum corporis cristi a summo usque deorsum scissum fuit ut habetur Mathei. Quare nulla pellula fuit vel parta in corpore virginis remansit a dolore plena. Non fuit tamen contenta una morte vel duabus sed tribus quodammodo passa fuit ut impleretur illud quod dicitur Ez. 21. Duplicetur gladius ac triplicetur. Prima mors fuit separacio matris a filio et ista mors fuit amara. Secunda fuit in filio separacio anime a corpore cristi et ista fuit in ea mors amarior. Tercia fuit in matre separacio scilicet a spiritu suo ipsa enim adherens cristo unus spiritus erat cum eo. Anima quidem corpus vivificabat spiritus autem suus cum cristo unitus fuit. Cum igitur cristus emisit spiritum suum mater perdidit suum. Spiritus enim marie magis erat cum filio quam in corpore proprio et ista fuit mors amarissima. Licet autem sit eclipsata fuit quo ad dolorem tamen semper luxit quo ad fidem et anime virtutes. Alia quidem luminaria mundi scilicet apostoli in passione cristi eclipsati fuerunt dum fidem amiserunt. Ista autem semper luxit et hunc indeficientem conservavit. Unde dicit de ea sapiencia Eccl. 24. Ego feci in celis ut oriretur lumen indeficiens

De cum celi qui numquam lumine priuina-
fuerunt scilicet cristus qui etiam in morte
non perdidit lumine diuinitatis sue gr-
et cum carne in tumulo et cum
anima in limbo et mater sua que lumine
fidei et gracie numquam amisit / Item
habuit lucem maculis respersam
ista autem luna nullam habet maculam
neque in cogitacionibus quia semper fue-
runt sancte / neque in affectionibus
quia semper fuerunt munde / neque in inte-
ncionibus quia semper fuerunt recte / ideo
sponsus eam alloquitur dicens Tota
pulchra es amica mea et macula
non est in te fuit enim pulchra in
cogitacionibus tota pulchra in affectionibus
sine macula in intencionibus / Item
mirantur angeli in ea electionem
quam habuit in filii dei concepcione cum
fuit Electa ut sol sicut dicit beatus
Augustinus In sole tria considerantur
quod est quod lucet et quod calet / quantum
ista tria fuit electa ut sol quia
habuit electum esse electam lucem
electum calorem / pater quidem dedit
ei electum esse i. electum corpus et elec-
tam animam Item corpus elegit ipsum
sanctificando / animam perelegit ipsam
gratia et virtute ad implendo utrumque
elegit et perelegit eam in suo taber-
naculo habitare faciendo / unde
dicitur elegit eam deus et perelegit /
in habitare eam fecit in tabernaculo
suo / filius dedit sibi electam lucem
diuinorum omnium cognicionem de qua
dicitur Apocalipsis xxi Ciuitas illa
non eget sole aut luna ut luceat
in ea claritas enim dei illuminabit
illam et lucerna dei est agnus / Ista
ciuitas est illa de qua dicitur / Gloriosa
dicta de te sunt ciuitas dei
Hec ciuitas non indigebat illuminatione
angelica / Ideo dicitur Etiam non indi-
gebat sole nec indigebat ministerio
lunari Et ideo dicitur Etiam non

indiget luna Sed deus illuminabatur
a deo / Ideo dicitur Sed claritas dei
illuminabat illam in principio aut illumina-
ta fuit a suo filio / Ideo dicitur Et
lucerna eius est agnus / Spiritus sanctus
dedit ei electum calorem / Circa quod
sciendum quod beatus dyonisius in descrip-
cione seraphin tradit quatuor gradus
amoris / dicit enim temporum dilectionem
esse mobilem calidam acutam et
suspensiuam / Isti quatuor gradus
amoris in virgine beate inueniuntur
Amor enim dei fecit eam mobilem i.
pro obediencia valde promptam et agi-
lem quando scilicet adeo obediens dixit
Ecce ancilla domini / fecit eam calidam
i. feruentem quia magis feruenter mon-
tana alta conscendit / Hoc signum
est quod ipsa concepto uerbo cum
festinacione in montana abiit /
fecit eam acutam i. celorum secreta
~~penetrantem~~ penetrantem unde ipsa
dicit Ecclesiastici xxiiii Girum celi circuiui
sola / fecit eam suspensam i. in
solo amore dei quiescentem / Om-
nem enim mundanum amorem impa-
ciente ferebat et solo ad dei amore
anhelabat dicens Cant. v Renuncia-
te dilecto quia amore langueo /
Tercio fuit admirabilis in sua assump-
cione Cum dicitur Terribilis ut castro-
rum acies ordinata / Acies ordinate
castrorum sunt ordines angelorum
et omnium sanctorum / fuit enim terribilis
i. mirabilis ut acies ordinata ca-
strorum quia comitata erat agmi-
nibus omnium angelorum / Non enim fuissent
admirati Si sola anima eius ascendi-
sset quia multe anime sanctorum ascen-
derant ante ipsam nec fuit admi-
rati quod cristus cum corpore ascendit
per quam scilicet sue diuinitatis potentiam
cognouerunt Sed valde admirati sunt
videntes feminam puram creaturam
ascendere cum corpore glorioso / Hoc
enim pie credit sancta mater ecclesia
quod eciam quenientes videtur explicacione

f

a

Quartum vna sumitur ex parte xpi
Secunda ex parte virginis // Tercia ex parte
nostri Ex parte cristi est eius beni-
gnitatis de qua sic dicit augustinus
in sermone de assumpcione virginis
non pertinet ad xpi benignitatem
dei matris seruare honore quis le-
gem solue non venerit sed admi-
plere Tunc cum in vita pre ceteris illa
gratia sui conceptus honorauit
tam in morte singulare salutare
et speciali gratia honorasse puto
cum et omnibus experimentum est quam
condicionis experimentum aut contrarium
est honori matrem ergo perfecte
non honorauit si ab hac experimento
eam non seruauit Idem augustinus
confitendum tamen esse mariam ad eter-
nitatis gaudia assumptam beni-
gnitatem cristi honorabiliter est
susceptam pre ceteris quam gratia
honorauit pre ceteris atque corrupcionem
atque humanitatem non esse addu-
tam post mortem putredinibus et
pulueris que suum et omne genuit
saluatorem Secunda ratio ex parte
virginis fuit eius dignitas / vnde
dicit augustinus vt idem quantum intelligo
quantumque credo marie anima excel-
lentiori quodam prerogatiua a filio
honoratur possidens in cristo corpus
suum quod genuit glorificatum
et quare non suum quod genuit sine
obumbrabit nec dum expetita aucto-
ritatis vere credo et ex quo genuit
quia tanta sanctificacione dignior est
celo quam terra Tercia racio est ex
parte nostri est nostra vtilitas Sicut
enim conueniens fuit ut cristi resurrec-
cio gloriosa acceleraretur vt spes de hoc
pres viuis sue glorie resurreccionis
daretur Sic necesse fuit ut acceleraretur
in virgine resurreccio gloriosa ut da-
retur spes future resurreccionis femini
mulieri naturaliter magis pusil-
lanimi et habenti maiorem materiam
diffidendi ex eo quod fuerat occasio

perdicionis mundi Et ideo ad hono-
rem mulierum et ad plenam fiduciam
reparacionis non viri filius sed mulieris
voluit esse Non viri sed mulieris
post suam resurreccionem voluit primo
apparere / voluit igitur humanam naturam
in mulieris in corpore marie exaltare
et deprimi quam omnibus celestibus superiorem
et primus quam omnibus magnum ho-
norem ad mulierum formam spem
et fiduciam et ad dei laudem crea-
tiuolentiam qui creaturam in fragili sexu
tantam gloriam dignatus est ostendere

Sequitur sermo sextus de assumpcione virginis marie

Que est ista que ascendit de
deserto leticie delicijs affluens
innixa super dilectum suum
Cant viij Ad laudandum tante
virginis maiestatem inuitat deuo-
tio et deterret tante excellencie
magnitudo vnde dicit Bern
in sermone Tempus est omni
carni loquendi cum assit
incarnati verbi in celum mater Non
debet cessare a laude humana mor-
talitas cum hominis natura sit
immortales spiritus exaltata in ipsa
Sed de eius gloria neque silere deuotio
patitur neque dignum aliquid precibus
concipere cogitacio aut in oraciones
est laucio porrigere Sicut est
et ipsi celestis curie principes in
consideracione tante nouitatis clamant
non sine admiracione Que est ista
que ascendit de deserto delicijs
affluens etc In manifestum dicunt
Que est ista que de sub sole vbi
nichil sine labor et dolor et af-
flictio spiritus ascendit delicijs affluen-
tibus spiritualibus etc Bern In
verbis igitur premissis angeli primo
ostenderunt suam admiracionem cum
dicunt Que est ista // Secundo ponit
sue admiracionis racionem cum E-
subdunt Que ascendit de deserto

d istam aut interrogacionem scilicet
cur ista respondet beatus Augustinus
virgini marie valde deuotus dicens
Ista est mater dei regina celi domina
mundi et porta paradisi. In hac igitur
dicitur mater dei terra nouit vnde est
[...]na ipsa habet super ceteras maternale
auctoritatis imperium quod nulla alia cre-
atura vmquam habuit nec habebit
vnde dicitur Luce 2. Et erat sub-
ditus illis. Bernhardus Cui quibus deus
omnibus. Augustinus Hec singularem
illa femina habuit ut videtur sibi
ascendi quantitatem vel naturam
[...]s quantitate subditum quem non solum
humana natura verum eciam angelica
veneratur et adorat altissimum. Item
quia est mater dei debuit sublimari
ad filium. Vnde dicit Damascenus
Oportebat matrem ad filium sublimari
et ad ipsum ascendere sicut ad ipsam
descenderat et que in partu servat
virginitatem postmodum corpus non
induceret corrupcionem et que creatorem
portauit in sinu in diuinis habita-
culis commoraretur et quam pater de-
sponsauit in sponsam in celestibus
thalamis conveniret et a matre que
sunt filii possideret. Item quia est
mater dei habet ad nos materne
compassionis affectum. Ideo sepe de-
bemus ei dicere Monstra te esse
matrem quod quasi affectum compassionis
et matris ostendendo dicitur Ecclesiastici 24
Quasi oliua speciosa in campis
ipsa enim habet misericordiam excellentem
seu excedentem. Ideo dicitur Quasi
oliua sicut enim oliua excellit omnibus
liquoribus ita eius misericordia eminet
omnibus aliorum sanctorum misericordiis
Ecclesiastici 28 Misericordia hominis
[...] cum alii sancti circa proximum
suum misericordia Christi autem et Dei
super omnem carnem habet misericordiam
congruentem quia tunc maiorem
misericordiam exhibet quando maior
necessitas imminet. Ideo dicitur

speciosa quia sicut habetur Glossa
speciosa misericordia in tempore tribulacionis
habet misericordiam communem et patentem
Ideo dicitur in campis, ad oliuas
enim ortorum non est ingressus omnibus
ad oliuas autem camporum omnibus
est ingressus. Quidam sancti sunt
sicut oliue ortorum qui habent
misericordias clausas. Ista autem est quasi o-
liua in campis quia habet misericordias
[...] et omnibus aptas. Ideo ipsa
dicit Ecclesiastici 24 Transite ad me omnes
qui concupiscitis me. Secundo est regina
celi vnde illi qui male maledixerunt
hec bona benedicere possunt. Ieremie 44
Si nos sacrificamus regine celi et
libamus ei libamina numquid sine
viris nostris facimus ei placentas ad
colendam eam. Credendo sacrificamus
regine celi saturati sumus panibus
et bene nobis erat malumque non
vidimus. Ex eo autem tempore quo cessa-
uimus sacrificare regine celi et li-
bare libamina indiguimus omnibus
et gladio et fame consumpti sumus.
Exponamus autem hec verba de virgine
maria celi regina que vane mu-
lieres vane dicebant de hac nisi li-
bamina pro bono aut de [...]
sciendum quod fuit sicut dicit magister
in historiis scolasticis triplex
erat distinctio earum que afferebantur
aut erat oblacio de animalibus
et dicebatur sacrificium aut de pura
materia ut de simila pane et
thure et proprie dicebatur oblacio
aut de liquidis sicut de vino et
oleo et proprie dicebatur libacio. Ista
triplex distinctio tangitur. Hic tria
sacrificium quod est de animalibus
tangitur cum dicitur Et libamus
ei libamina. Oblacio de pura materia
tangitur cum dicitur Et facimus ei pla-
centas. Debemus igitur ad sui hono-
rem sacrificare corpora nostra per mor-
tificacionem iuxta illud Ro 12 Ex-
hibeatis corpora vestra hostiam.

vincentem sanctam deo placere deberemus eam liberare cordialiter per compassionem iuxta illud Trenorum 2 Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini Et debemus ei conformari placentibus i. conscientiis mundatis talis erat ille de quo dicitur Sapientie 4 placita erat deo anima illius et tunc ab ea saciabimur pane i. eterna refectione nec incidemus in malum culpe et gehenne sed acquiremus bonum glorie et gracie Ecclesiastici 24 Qui edunt me adhuc esurient Ecce interna refectio qui audiunt me non confundentur Ecce vitatio mali culpe et gehenne Qui elucidant me vitam eternam habebunt Ecce acquisitio boni glorie et gracie Sed illi qui ipsam non honorant habent penuriam omnis gracie consumuntur fame consolationis divine et gladio temptationis dyabolice Tercio ipsa est domina mundi et ideo ipsa dicit Ecclesiastici 24 In Ierusalem potestas mea et ibidem In omni populo et in omni gente primatum habui Et ideo ad ipsam tanquam ad augustam et dominam obmissis aliis mediis appellare licet / sive quis gravetur a dyabolo sive a tyranno sive a carne sive eciam ab ipsa veritate que est filius eius cui datum est omne iudicium Et tunc quicquid erat diffinitum vel attemptatum revocat in irritum et restituit integrum Sicut habetur in exemplis sequentibus declaratur Licet enim appellare ad ipsam si gravatur quis a dyabolo sicut patet in Theophilo qui dyabolo se fecit et hominium fecit et cirographum scripsit Sed cum ad dominam et augustam appellavit ipsa [illegible] tercium fecit et ad pristinum

statum gracie ipsum restituit Licet eciam appellare ad ipsam si gravatur quis a tyranno sicut patet in gestis [illegible] ubi pessimus Iulianus ipsum dei ecclesie voluit et suam mortem dictavit et misit Sed beata regina i. virgo Maria ipsius malicie obviat suam iniquam revocavit et in statum pristinum restituit ipsum [illegible] Licet eciam appellare ad ipsam si gravatur quis in carne sicut patet in Maria Egyptiaca que multo tempore carnaliter concupiscere desinit Sed ad dominam ipsam confugit et ad ipsam appellavit et concupiscenciam vicit et castitatem servavit / Licet eciam appellare si aliquis a dei iusticia se gravari sentit sicut legitur in vita beati Dominici Quod quidam sanctus vir per divinam revelationem vidit Quod cum vir dei filium pro [illegible] generis exoraret / ille respondit Quid possum vel debeo amplius facere nisi quod patriarchas et prophetas et parum se emendaverunt veni ego ad eos deinde misi apostolos et me et illos occiderunt misi martires doctores et confessores nec illis acquieverunt Sed regina nunc omnibus suam [illegible] respondit Domine fili non secundum eorum maliciam sed secundum tuam misericordiam agere debes Cui filius adquievit dicens et eis misericordiam faciam quia predicatores mictam eis Tantum / Quarto est porta paradisi quia per ipsam tanquam per portam deus ad nos venit Ezechielis 44 porta clausa erit et non aperietur et vir non transibit per eam quoniam dominus deus israel ingressus est per eam per ipsam eciam tanquam per portam et fenestram deo

nobis oculos nunc respiciat Cant. 2
Iste stat post parietem nostrum
respiciens per fenestram i. per
... suam respiciens per cancellos
per vulnera sua per ipsam etiam
... per fenestram et portam quibus
celum ascendit Unde cantatur
ea intrent ut astra flebiles
... fenestra facta es Secundo po-
nitur sancti angeli admirationis
... Cum dicunt Que ascendit
de deserto etc. ubi ponitur triplex ra-
tio admirationis s. et quia de deserto asce-
ndit et quia deliciis affluens ascendit
quia innixa super dilectum suum
ascendit Admirantur i. quod de deserto
mundo ascendebat in celum Cum
ipso deserto omnes descendere consue-
verunt in infernum Aliqui tamen sunt
aliorum post de deserto mundi in infernum
descenderunt Alii quidem per appetitum
ambitionum sicut patet in dathan
et abiron qui principatum ambientes
contra moysen et aaron sedi-
tionem suscitantes vivi in infernum
descenderunt ut habetur Num. 16 Alii
per amorem divitiarum sicut legitur
Luc. 16 de divite sepulto in inferno
Alii per amorem delitiarum de quibus
Job 21 Ducunt in bonis dies su-
os et in puncto descendunt ad in-
ferna Ista enim tria sunt in deserto
... mundi de quibus etiam dicitur
Deut. 8 ... Ductor fuit dominus
tuus in solitudine magna atque
terribili in qua erat serpens flatu
~~...~~ adurens et scorpio
atque dipsas Est autem dipsas species
... et genus serpentis qui latine
situla vocatur per contrarium quia illud
... moriturus sitit ... paret
... Mundus igitur est desertus vel
delictus quia ~~...~~ olim delictus
erat a deo et ab angelo et de-
serendus est ab omni homine

secto In hoc igitur deserto est ser-
pens adurens i. diaboli incentor
honorum et appetitus ambitionum
et contentionum reparabis incendens
Est etiam ibi scorpio i. carnalis
delectatio qui prius blanditur
sed post ea pungit Est etiam ibi
dipsas i. avaritia que semper
sitim habet Secundo mirantur quod
ipsa ascendebat cum affluentia
de loco ubi est summa penuria
et cum deliciis de valle miserie
et afflictionis Sciendum autem quod ipsa
exaltata fuit affluens deliciis generalibus
specialibus et singularibus Deli-
tie generales sunt que omnibus
sunt communes de quibus dicit Aug.
in libro de civitate dei Civitas
superna est que viget lucet et gau-
det In eternitate dei viget In
veritate dei lucet In bonitate dei
gaudet Iste autem delitie generales
nobilius quam in aliis sanctis in
ipsa sunt Nam iocundius gau-
det clarius lucet nobilius viget
Sapie. 8 O quam pulchra est casta
generatio cum claritate immortalis
enim memoria illius In hoc quod
dicit casta generatio notatur quod iocun-
dius gaudet De eo scilicet quod et virgo
permansit et tamen genuit In hoc
quod dicit cum claritate notatur quod
clarius lucet In hoc quod sequitur
immortalis est enim memoria
illius notatur quod nobilius viget
Delitie autem speciales sunt quas
non omnes sancti possident sed
sole virgines habent Hec quidem
habent aureolam in capite quod
signatum est Exo. 25 ubi dominus
precepit moysi quod mense aurea
auream faceret coronam aureolam
vestes fulgidas in corpore Apoc. 3
ambulant mecum in albis quia
digni sunt ineffabile canticum
in ore ut habetur Apoc. 14

Hij sequuntur agnum quocumque ierit
Hec autem delicie speciales gloriosissime
fuerunt in virgine gloriosa de qua dicitur
Apoc. 12 Signum magnum apparuit
in celo mulier amicta sole et luna
sub pedibus eius et in capite
eius corona stellarum xii et in
utero habens. Alie virgines habent
coronam aureolam. Hec autem coronam
stellatam duodecim adornatam.
Ille decorantur veste alba. Hec
vero est sole amicta. Ille sequuntur
agnum pedibus suis. Hec autem
habet lunam i. ecclesiam militantem
et temporalem autem sub imperio
suo. Ille cantant quod coniuncta
virginitate est pervirginitate et
fecunditate. De qua dicitur In utero
habens de spiritu sancto simul habet
Math. 1 Inventa est est in utero
habens de spiritu sancto. Quod dicitur
inventa est in utero habens notatur
fecunditas. Quod additur de spiritu
sancto notatur virginitas. De hac
vero eius singularitate sunt cum
~~fecunditate~~ virginitate fecunditatis
virginitatis humilitatis caritatis pie-
tatis habundantis gratia et gloria sin-
gularis. De quibus dicit Cantic.
tractans predictum verbum deliciis af-
fluens. Quia omnium deliciarum duc-
tum virginitatis decoris munde
fecunditatis humilitatis mirifice
distillantem caritatis sancte nunc
visceralem plenitudinem gratie pe-
satiatudinem glorie singularis.
Virginitas igitur deo delectabilis
est. De deo virgo invitavit christum ad
sinum uterum dicebat Cantic. 1.
lectulus noster floridus i. delectabilis
amenus. Humilitas est a deo de-
lectabilis quod cum virgo se humiliasset
dicens Ecce ancilla domini Maria
dei filius in eius uterum descen-
dit. Caritas est a deo delectabilis

quod deum de celo in terram trax-
it. Hugo. O caritas quam magnum
vim habes deum de celo ad terras
deposuisti. Ipse igitur tres delici-
as virtutes dicitur Cant. 1o. Cum
esset rex in accubitu suo nardus
mea dedit odorem suum. Iste
habuit triplicem accubitum scilicet sinum
patris de quo Johannis 1 dicitur Uni-
genitus qui est in sinu patris
ipse nobis narravit. Uterum virginis
de quo dicit Eccli. 24 Qui creavit
me requievit in tabernaculo
meo et lignum crucis ubi ego
dormivit et dormiens de-
mones expoliavit Gen. 49
Ad predam fili mi dicit pater
descendisti requiescens accubui-
sti ut leo. Nardus autem est herba
humilis odorifera et calida per
hoc quod est humilis notatur humilitas
per hoc quod est odorifera notatur
virginitas per hoc quod est calida no-
tatur ~~caliditas~~ caritas. Dum igitur
rex esset in primo accubitu i. in
sinu sui patris odorem dedit in
humilitatis quo adeo christum delectat
quod inde ad ipsam descendit. In secundo
accubitu scilicet in utero matris odorem
dedit eius virginitatis quia christus
in utero matris existens eius pu-
ritate et virginitate pascebatur.
Unde cum pascitur in candoribus pur-
Cant. 2 Qui pascitur inter lilia
et unde nimia caritas. In tercio accu-
bitu scilicet in ligno crucis odorem
dedit suis caritatis quam
patiebatur. Unde sicut dicitur Johannis
15 Maiorem hac dilectionem ne-
mo habet quam ut animam suam ponat
quis pro amicis suis. Alie tres
delicie sunt redundantes pietatis
plenitudo gratie et glorie singularis
quicquid plenissime in matre
fuit. De quibus dicit Cant.

...ue est ista que ascendit per de-
sertum sicut virgula fumi ex aroma-
tibus mirre et thuris et universi
pulveris pigmentarii et ex aroma-
tibus quia plena odoris fuit // fuit
enim virgula quia flexibilis ad pre-
cem et ex aromatibus quia ple-
na caritate fuit omnium graciarum et virtutum
et universi pulveris pigmentarii
universi pulveris pigmentariorum per
excellencie prerogative omnium
creatorum quia omnes gracias quas
alii sancti habuerunt particulariter ipsa habet
universaliter // Tercio miratur quia
innixa erat super dilectum suum
In eo autem quod dicit innixa notatur
huius securitatis familiaritatis et po-
testatis Secunda quid est que super-
venit innixa est enim cum virgo
innititur ecce cadit ysaie 36 Ecce
fides super baculum arundineum
confractum istud super egyptum cui
si quis innititur cadet non per virgo
[illegible] confidit in deo sicut mons
Syon non commovebitur nec mirum
virgo autem nunquam per peccatum cadet [illegible]
[illegible] que super deum semper innixa
fuit // Secundo etiam [illegible] magna [illegible]
[illegible] innixa cum erat a quo
[illegible] potestates replevit et in
[illegible] conspectu tremuit // nec mirum
[illegible] super filium innixa fuit cum
ipse super matrem cum puer esset
innixus fuit // Tercio etiam ex hoc
ad filium magna familiaritatis signum
magnum familiaritatis fuit quod
Johannes in sinu christi recubuit
hec autem recubuit tanto dulcius
quanto familiarius quanto securius
[illegible] sublimius // Tercio etiam hec
[illegible] magna potestatis enim cum domi-
nus innititur virtutem sibi quandam
assumit et ea sicut vult utitur //
Sit mater de omnipotencia filii
quantum vult assumit quando misereri
non potuit nisi omnipotencie quando
misereri nosceret nisi sapiencie quando
misereri vellet nisi misericordie
Et notabiliter dicit super dilectum suum
filii non sunt totaliter matris sed
etiam et patris In isto autem filio nil
habuit pater carnalis sed est virginis
et ideo dicit innixa super dilectum
suum et cetera. Sequitur ultra

Sequitur sermo septimus de assumpcione marie

Quasi cedrus exaltata sum
in libano et quasi cypressus
in monte syon quasi palma
exaltata sum in cades et quasi
plantacio rose in iericho quasi
oliva speciosa in campis et quasi
platanus exaltata sum in platei-
is iuxta aquam Eccli 24 Exal-
tacionem huius sanctissime virginis
et gloriam sue sacre assumpcionis
nec sufficientes sumus inquirere
ut digni aliis nunciare Unde
cum duo sint doctores precipui
scilicet Jeronimus et Augustinus uterque [illegible]
Augustinus reputat se insufficientem
[illegible] scilicet Jeronimus reputat
se indignum Bernardus autem reputat
se insufficientem dicens virginis
generacionem marie assumpcionem quis
enarrabit // Quantum in terris gracie
adepta est precessit tantum in celis
obtinet glorie singularis quod oculus
non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit que
preparavit deus diligentibus se Et
quod omnibus carum est quod preparavit
diligenti se et quod omnibus carum
est diligenti [illegible] quibus lo-
quatur Est felix plane marie
et multipliciter felix sive cum su-
scepit salvatorem sive cum suscepit

a salutare utrobique nimia digni-
tas virginis matris utrobique amplec-
tanda dignatio maiestatis / Veraciter
quod sic indignum arbitratus aut de
tali tanta quod loqui me indignum
fateor sed puto quod nemo sit qui
presumat nisi qui cuncta sunt que
pandentur ignorat. Tamen licet ab hoc
non ydoneis inveniretur vocibus cuius
cessare non debent ceteri cum peccator
a laudibus omnibus non possit nequaquam
quod sentit. Si igitur isti doctores tales
et tanti non reputant se sufficientes
nec dignas laudes virginis enarrare.
Quid nos dicturi sumus qui
non est aliqua prerogativa sufficien-
tie nec dignitatis vite sed pecca-
torum est ad illam de qua lo-
cuturi sumus ut aput suum filium
et matrem insufficientia adiuvet et
indignitatem corrigat et dicat ergo

B

Quasi cedrus exaltata sum in libano
etc. Secundo posuit dictis arborum
quia scilicet in celesti patria secundum sunt
ordines sanctorum scilicet virgines confes-
sores martires apostoli prophete et
patriarche quos quidem virgo beata
in sua assumptione visitavit
visitando honoravit et honorando
transcendit / Libet aliquem dyalo-
gum facere inter virginem assumentem
et ipsos sanctorum ordines eam

C

recipientes totis affectibus cupientes.
Dicit quidem ab inferiori ordo vir-
ginum dicens ei Maria nobiscum
una nostrum tu es domina
nostra magistra nostra abbatissa
nostra / ordinem nostrum instituisti
ordinasti tenuisti et decet magi-
stram stare cum discipulis do-
minam cum ancillis abbatissam
cum famulis. Ipsa autem beata virgo
tria privilegia habuit omne in
carne scilicet virginitatem celebrem

Aliud in mente scilicet intellectus
fecunditatem / Aliud in conversatione
scilicet famam celebrem et claritatem.
Ista tria tangitur Cantici 8 O quam
pulcra es etc. puritas mentis
casta generatio etc. castitas virgina-
lis cum claritate etc. claritas
conversationis. Ista tria sancte vir-
gines secundum suam possibilitatem si-
militer habuerunt que notantur Matthei 25 in
virginibus prudentibus / per lampades
enim que licet sit fragilis tamen est lu-
cida intelligitur munditia carnis que
licet fuit in omnibus fragilis per naturam
fuit tamen munda per gratiam / per o-
leum intelligitur nitor et puri-
tas mentis per hunc claritatis con-
versationis et sit patet quomodo tales
virgines regine sue in quantum potue-
runt se assimilaverunt / Similitudo
autem efficit in homine dilectionem
amicitiam et associationem. Ecclesiastici ha-
betur Eccl. 13 / Omne animal diligit si-
bi simile et omnis homo proximum
suum omnis caro ad similem sibi
coniungetur et omnis homo simili
associabitur. Associatio autem et amor
quasi conversio communis dilectionis
filiorum. Dicunt igitur virgines ei
virgini gloriose sic nobis in quantum possi-
bilis fuit tibi nos facimus similes
in carne in mente et in conversatione
et quia similitudo inducit asso-
ciationem dilectionem et conversationem
facte sumus ancille tue proxime
tue et filie tue quia associantur
amici coniunguntur proximi diliguntur
filii et ideo debes te associare no-
bis ut amicis tuis coniunge nos
et proximis tuis patrem dilectionem
exhibe nobis ut filiabus tuis.
Respondet virgo beata et dicit

[...]m vos filie Iherusalem desertas neque
[...]inquas sed erunt vobis quasi cedrus
exaltatus sum in libano // Sunt
autem duo genera cedrorum scilicet cedri qui
nascuntur in libano que sunt valde
[...]re et odorifere quarum odor fu-
gat serpentes et interficit vermes //
[...]anus autem ubi cedri nascuntur candi-
do interpretatur / alii sunt cedri mari-
time que sunt parve sed fructuose
quarum poma cedrina triplicem sapit
naturam / prima est calida media temperata
ultima frigida // Per istam duplicem
cedrum virgo beata significatur prima enim instar
huius cedri fugat demones et interfic-
it malas cogitaciones et reddit
candidas mentes. Secundum iste cede
cedri ad instar fructum protulit scilicet christum
dictum. In quo sunt tres substancie
divinitas anima et caro / prima scilicet
divinitas est valde calida quia omnium
est maxime consumptiva et omnium car-
nalium inflamativa Hebr. 12 Deus noster
ignis consumens est / media scilicet anima
fuit valde temperata quia in ea omnes
virtutes tenuerunt suum medium et
una illa numquam ad aliam declinavit
tercium ultima sive postrema scilicet
caro fuit frigida quia ab omni
concupiscencia penitus aliena. Dicit
ergo virgo beata Iherusalem non faciam
vos filie desertas sed tamquam
odor cedri vobiscum remanens per
cuius odorem et demones sepe fu-
gavi et malas cogitaciones contri-
vi et multas animas dealbavi vobi-
scum enim remanet odor filii mei
qui et per ardorem sue divinitatis
vos inflamavit et per temperamentum
sue virtutis iustificavit et per mundi-
ciam sue carnis carnem vestram
refrigeravit et in mundicia confirmavit.
Secundum ordo confessorum. Quidam
confessores dicuntur quod christum
confessi sunt corde ore et opere.

De qua triplici confessione dicitur Matthei
7° Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum
sed qui facit voluntatem patris mei
qui in celis est ipse intrabit in re-
gnum celorum. Ille dicit cum semel
domine qui credit corde / Ille dicit
bis qui eciam credit ore. Isti duo non
intrabunt in regnum nisi dicant
tercio scilicet opere et ideo subdit sed qui
facit voluntatem patris et cetera. Isto tripli-
ci modo virgo christum fuit confessa
scilicet corde credendo. Luce primo Beata
que credidisti et cetera. Ore dei graciam confi-
tendo ibidem quia fecit michi ma-
gna qui potens est. Opere dei man-
data adimplendo. Implebat enim
mandata legis sicut quia filium
suum circumcidi fecit purificari voluit
oblaciones offerebat ad festivitates
filium in Iherusalem ducebat. Est que-
dam confessio que fit coram deo secun-
dam coram angelis tercia quedam coram
homine terreno de qua triplici confe-
ssione dicit dominus Matthei 10° Omnis
qui confessus fuerit et verba mea in
generacione ista adultera et peccatrice
et filius hominis confitebitur eum cum
venerit in gloria patris sui cum angelis
suis una id est a nobis confessionem et
requirit ut scilicet eum confiteamur coram
mundo. Et duabus pro nobis facit quod
nos confitemur coram angelis et
patre suo. Non habebat homo tam
sanctam vitam ut dignus esset
coram deo. Non habebat [...]tutem
sapientiam quod sancti ipsum confiteretur coram
angelis. Et ideo eum requirit ut ipsum
confiteamur coram homine terreno.
Virgo autem beata christi gloriosa est con-
fessa coram deo quando dixit Ecce
ancilla domini fiat michi secundum ver-
bum tuum. Coram angelis quando votum
castitatis coram ipso angelo ad dei
gloriam se emisisse asseruit dicens
quoniam virum non cognosco. Coram

toto mundo. Quando dixit Ecce
enim beatam me dicent omnes
generationes // Dicant igitur confessores
ultimum placet domine nostre tu suis
humilibus habitare. Tu enim multo de-
bes in confessorum numero computari
que deum ore corde et opere con-
fessa fuisti. Nunc coram deo angelis
et mundo universo Christi gloriam predi-
casti. Respondet illa et dicet
non vos filii mei bene desero
sed vobiscum maneo quasi cypressus
in monte syon. Cypressum dicunt
totam esse medicinalem scilicet in
cortice foliis et fructu. Quia quic-
quid in virgine extitit totum fructu-
osum et medicinale fuit scilicet cor-
pus id est exterior conversatio sancta et fo-
lia id est verba suavia et fructus id est
opera fructuosa. Fuit autem ista cy-
pressus plantata in monte syon.
Syon interpretatur specula sive speculum
dei gloriam speculantes. Ipsa autem
speculum quod filium dei qui est y-
mago dei patris in se totum susce-
pit. Speculum autem ex vitro et plum-
bo consistit. Quantumcumque autem vitrum
et plumbum fuit lucidum in nullo
eorum ymago relucet nisi adinvi-
cem conglutinentur. Per vitrum
lucidum intelligitur virginitas matris
sicut enim vitrum cum sit corpus
dyaphanum lumen non respuit sic
in carne sua nichil extitit quod
lumini divine gratie impediret. Per
plumbum autem quod habet colorem
cineris et terrenum eius humilitas
designatur. Quantumcumque ipsa fuisset
virgo et non humilis vel humilis et
non virgo dei filius in eius utero
non fuisset. Coniuncta est igitur virgini-
tas humilitati et pro humilitas virgi-
nitati et sic facta est speculum
dei in quo refulget ymago dei
patris. Ideo dicit Sap. 7 Candor enim

ex virginitate placuit sed ex hu-
militate concepit. Quantumcumque autem
magnus sit qui speculum fac-
it mox tamen ut illud facit ymaginem
suam ibi conspicit. Sic deus cuius
et mundum suum creavit et tam
immensus totum se ibi recepit.
Ysaie 12 Exulta et lauda habitatio
syon id est virgo beata que es speculum
dei quia magnus in medio tui
sanctus israel. Et psalmista Numquid syon dicet
homo et homo factus est in ea et
ipse fundavit eam altissimus.
Speculum domini tam minorum quam
magnorum ymagines recipi-
t. Speculum tamen adulatur nulli mentitur
Sed que pulchra vel deformis sit
in veritate indicat et ostendit. Sic
et ista virgo peccatores ad se fugien-
tes recipit intra sua viscera protegit.
In iudicio tamen veritatem dicet
apud bonos ut salventur quam apud
malos ut puniantur. Dicitur quod
quod non est vita ferocior quam in-
mansueti quando irascitur. Unde
dicitur quod agnus quia licet natura
sit mansuetus in futuro tamen et
reprobis valde iratus. Unde sunt
dicturi Apocalypsis 6 reprobi dicent
montibus et petris Cadite super
nos et abscondite nos a facie
sedentis super thronum et ab ira
agni. Timendum est igitur peccatoribus
ne beate marie clementia ex
iudicio videatur minor. Est enim testis
in celo fidelis ut dicit psalmista Te-
stis enim fidelis non mentitur et
psalmus 8. Dicat virgo confessoribus
sanctis A vobis non recedo sed in
cypressus odore cypressi vobiscum
maneo quia et ex odore meo
sepe recepistis edificationem et ex
odore verborum meorum instructionem
et ex odore fructus mei id est filii
mei salvationem. Vobiscum etiam
maneo sicut speculum dei que

filium dei qui est ymago patris
... meos mito virginitatis et hu-
militatis concepi et omnes vos intra
... mee pijetatis semper suscepi
nobis de nobis ipsis veritatem commo-
... iudicaui et iudicio apud iudicem
... iudicabo Sicut ordo martirum
quibus quatuor mirranda fuerunt
pressura pene intollerabilis / constan-
cia laudabilis caritas inextinguibi-
lis et paciencia inuincibilis Ista
quatuor tanguntur in quodam respon-
sorio quod in quibusdam responsoriis
... in festo omnium sanctorum in
honorem martirum cantantur vbi
dicitur Constancia martirum lauda-
bilis / o caritas inextinguibilis /
paciencia inuincibilis que licet
... pressuras persequencium visa sit
... inuenietur in laudem
gloriam et honorem in tempore
... quatuor magis mirabiliter fuisse
inueniuntur in beata virgine In ipsa
... fuit in passione christi dolor
intollerabilis quod innuit Symeon
dicens luce 2o Et tuam ipsius a-
nimam pertransibit gladius Quando
in corpus christi lancea pertransiuit
... ipsius in corpore eius non fuit
... aut marie in suo corpore erat
magis cum erat anima maria magis
christi quam in corpore proprio Et ideo tunc
illa lancea anime ipsius pertransiuit quam
... fuit // Fuit etiam in ea constancia
laudabilis quia ceteris fugientibus
ipsa non fugit sed iuxta crucem
stetit Ceteris pauentibus ipsa non pauit
... inter carnifices intrepida mansit
Ceteris fidem perdentibus ipsa fidem
non amisit sed eam constanter seruauit /
... dum in crucis torculari
... omnes vini i. sanguinis eius de-
... iuxta illud Ysa. 63 Ysaie
torcular calcaui solus et de gen-
tibus non est vir mecum // ... autem
tanquam ... iuxta botrum
... sue manebat et liquorem
suscipiebat qui stillabat ideo dicitur
Tren. 1o Torcular calcauit dominus
virgini filie iuda i. virgini matri
sue / Fuit etiam in ipsa paciencia
inuincibilis / Multis enim tribulatio-
nibus et persecucionibus pressa est Nam
in egiptum cum puero compulsa fugit
septem annis ibidem inter alienigenas
permansit Inde per viam longam
et asperam redijt et tamen neque
fugiendo neque remanendo neque
inde redeundo murmurauit neque
contra deum qui eam et filium suum
non protegebat neque contra herodem
qui eam expellebat In passione
etiam filij contra carnifices verba
maledicta non inferebat / sed etiam
se ipsam si oporteret offerebat vt si filij
corpus non sufficeret ipsa in statera
crucis appendi parata esset Nam
ut dicit Ambrosius Stabat iuxta cru-
cem aula regalis quia putabat
se sua morte publico muneri
i. passioni filij aliquid additura /
Fuit etiam in ea caritas inextingu-
ibilis Inextinguibilis cum non
potuit ignem caritatis que fuit
Primo quia ipsum ignem constat esse
perpetuum que in corde et corpore ha-
bebat scilicet dei filium qui cor eius
inflammabat et mentem reple-
uerat Secundo quia habebat pabulum
continuum i. ipsa opera bona que fa-
ciebat Tercio quia habebat suffla-
cionem assiduam i. spiritum sanctum
qui in cor eius se sufflabat et
amorem accendebat / Dicat igitur
sancti martires Vobis ... quidem
stare debetis et in meo ... com-
putari que vere martir et plus quam
martir fuisti quam lancea tam
diri doloris perforauit quam tanta
constancia armauit quam tanta constancia
roborauit quam tanta constancia
inflammauit Respondet illa et di-
cit Non vos filij de ... sed quasi
palma exaltata in cades ...
permaneo per aliam nulli victoria

per cadeus que intelligitur sancta in-
telligimus martires qui fuerunt scti
i. ~~virgine~~ tincti sanguine In virgine
autem quedam nobis fuit victoria
ipsa quidem amabat filium et amabat
filios dolebat de passione filii et
dolebat de amissione filiorum et sic
in corde suo pugnabat amor contra

12

amorem et dolor contra dolorem
Videamus quantus amor ad filium erat
amor et sic videre poterimus quantus
etiam in passione fuit dolor mox
nunquam triplex erat sba scilicet caro anima
et deitas Erat igitur inter matrem
et filium triplex connexio scilicet carnis
ad carnem secundum materiam anime ad gra-
tiam secundum convenienciam spiritus ad divinita-
tem secundum gratiam Amabat eum igitur
beata virgo amore nature ut mater
filium amore amicitie ut amica
dilectum amore gratie ut creatura
creatorem summum Ecce quantus amor
Sed videamus quantus dolor dissecta-
batur quando carnem virginis videns
carnem christi tam crudeliter laniari
dissecabatur anima eius videns animam
christi tam contumeliis contristari dissecta-
batur spiritus eius videns dei-
tatem christi tam ignominiose trac-
tari videamus quantus amor in ea
filiorum et quantus dolor de perditione
eorum dicit enim ipsa Canticorum viii[o]
fortis ut mors dilectio dura
sicut infernus emulacio Aque
multe non potuerunt extinguere
caritatem nec flumina obruere illam
Si dederit homo omnem substantiam domus
sue pro dilectione quasi nihil despi-
ciat eam Ad hoc quippe filium di-
ligebat quod eorum perditionem infinitum
suum estimabat Et ideo dicitur fortis
est ut mors dilectio dura sicut
infernus emulacio Ecce quanta a-
gonia virginis erat certabant duo
amores et duo dolores Sed certe
amor filiorum vicit amorem filii
Et dolor de perditione filiorum dolo-
rem de passione filii superavit

Et ideo sequitur Aque multe non
potuerunt extinguere caritatem
cum tribulationum quas habui in
filii passione non potuerunt extin-
guere caritatem quam quivit de filiorum
salvatione nec flumina lacrimarum
quas in filii passione fundebat
potuerunt obruere caritatem quam
pro salute filiorum habebat immo
pro nimio reputabat pro dilectione
filiorum dare totam substantiam suam
i. filium suum qui erat tota vita sua
tota consolatio sua vivus sub-
stancie sue Dicat igitur virgo lecta inter-
ius sancti viri nobis de suo
in cadeus i. inter nos qui estis tincti
et vestro sanguine tincti tamquam
palma exaltata manus eius in
vobis manus odor victorie in quo
per quem amor vicit amorem dolor
dolorem Consolatio consolationem
tribulatio tribulationem amor quem
filiorum quos ipsos diligebam plus
quam vicit amorem filii quem in
vitam corporalem amabam dolor
quem habebam de filiorum perditione
vicit dolorem quem habui de filii
passione Consolatio quam habebam
de filiorum gratia vicit consolationem quam
habui de filii mei corporali presencia
tribulatio quam habui de filiis qui per-
ibant vicit tribulationem quam habui
quando iudei filium meum ad mortem
tradebant Sequitur ordo apostolorum
quibus magnalia predicantur scilicet quod
sal terre lux mundi lucerna accensa
et civitas super montem posita
ut habetur Matthei v. Ipsa autem virgo
beata eos collegio nobis predicanti
apostolus que dicitur Ecce proximus Ego
mater pulchre dilectionis et ti-
moris et agnitionis et sancte spei
Ipsa enim tanquam lucerna ardens
ad amorem dei multos inflam-
mavit quia erat mater pulchre
dilectionis tanquam sal terre
multos a putredine peccati preservat
quia erat mater timoris Timor

purgat a malo spiritualiter et per timo-
rem cum flagellis domini omnes homines
depurgat a malo. Ipsa tanquam lux
mundi multos ad dei cognicionem
illuminavit quia erat mater cognitionis
et tanquam civitas super montem
posita suam miam omnibus exposuit
et inveni[t] nunc sic esse omnibus ostendit
quia erat mater sancte predicat
ionis sancti apostoli. Tu que es apostolorum
apostola in apostolorum collegio annunciatrix
dicitur que tanquam lucerna ardens
mundum frigidum inflamasti tanquam
patria frigidum mundum illuminasti
tanquam lux mundi mundum tenebro-
sum illuminasti tanquam civitas super
montem posita omnibus misericordiam tuam
nunc aperuisti. Ipsa etiam virgo beata
fuit in collegio apostolorum in vita Christi
unde dicitur Joh. 2. Nuptie facte sunt
in Chana Galilee et erat mater Ihesu
ibi et vocatus est autem Ihesus et
discipuli eius ad nuptias in morte
Christi. Nam Christus in morte sua Jo-
hanni apostolo eam recommendavit et
in ascensione Christi quia in scola
gloria tanquam magistra inter eos
mansit sicut habetur Act. 1o
erat igitur Johannes apostolus specialis
custos et bajulus domine memor
esto esse dicens humilitatis tue
...o multa fis et tamen sata sum
tempore quo intravit et exivit
inter nos dominus Ihesus incepit cum te
... voluit in vita descendens in cru-
ce pendens in celum ascendens
respondit illa et dicit Non vos
... sed quasi plantatio rose in
Jericho vobiscum maneo. Jericho
enim interpretatur luna et signat ecclesiam
apostolorum congregatam in quibus
plantata fuit ecclesia primitiva.
Quilibet autem apostolus fuit una rosa
que deo redoluit per aliquam graciam
specialem sed ipsa fuit plantatio
rose quia in ipso fuit omnes rose

erga eum specialiter. Petrus quidem
specialiter redoluit scilicet per veram fidem
et cognitionem quam habuit de Christi
divinitate et humilitate, unde dixit
Matth. 16. Tu es Christus filius dei
vivi. Paulus redoluit per secretorum
dei altissimam profunditatem, unde
usque ad tercium celum raptus fuit ut
habetur 2 Cor. 12. Andreas redo-
luit per intimam devotionem quam ad
crucem affectus fuit, unde dixit
Salve crux preciosa. Jacobus Zebe-
dei redoluit per supplantationem
omnium viciorum que fecit. Ideo enim
Jacobus supplantator interpretatur.
Johannes redoluit per virginitatem
mentis et corporis quam servavit. Ja-
cobus Alphei redoluit per sanctifica-
tionem quam in vita sua suscepit.
Philippus redoluit per specialem fa-
miliaritatem quam cum Christo con-
traxit. Bartholomeus redoluit
per fervent[em] caritatem qua plenus
fuit, unde dixerunt ei demones
incendunt nos orationes tue. Thomas
redoluit per magnanimitatem mentis
quam habuit Johannis 11 Eamus
et moriamur cum eo. Matheus redo-
luit per honorum despectionem quia
omnia terrena contempsit. Symon
redoluit per obediencie velocitatem
quam habuit, unde Symon interpretatur
obediens. Thadeus redoluit per
cordis puritatem quam invenit. Unde
in ecclesiastica hystoria vocatur
cortulus, id est cordis cultor. Dicat
igitur virgo beata apostolis sanctis vos
estis rose in conspectu dei redo-
lentes. Ego autem sum plantatio
rose que nobis rosas odoriferas
porrexi et inter vos per specialis
gratias quas habetis familiariter
maneo. Iterum maneo cum Petro
per divinitatis et humilitatis cognitionem,
cum Paulo per dei maiestatis
altam contemplationem. Cum Andrea

prestordialem ad crucem domini
Cum jacobo per omnium viciorum supplan-
tacionem Cum johanne per virginitatis
conservacionem Cum thoma per fortitudinis
operum aggressionem Cum jacobo per
mortem in vita sanctificacionem Cum
philippo per specialem cum filio meo
familiaritatem et amicitie osten-
sionem Cum bartholomeo per ferven-
tem oracionem Cum matheo per tere-
norum despeccionem Cum symone
per divinorum mandatorum promptam
execucionem Et cum thadeo per
mundiciam mentis et purificacionem
Sequitur ordo prophetarum Qui quidem
multa prophetabant modo de preteritis
modo de futuris modo de presentibus
presentibus occultis Virgo autem beata
prophetauit de preterito cum dixit
Suscepit israel puerum suum re-
cordatus misericordie sue De futuro
quando Ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes De
presenti occulto quando nomen precur-
soris in utero matris ad se revo-
cauit Dicant igitur sibi prophete recte
debes in prophetarum numero computari
Que prophetie spiritum ad preterita futura
occulta et presentia suscepisti Imt
testas autem johannes baptista ex-
ragat dicens Si ego dilectus sum
propheta et plus quam propheta quia que
alij prophetauerunt venturum ego ve-
nisse nunciavi et digito demonstra-
ui quanto magis debeas dici domina
prophetarum que in utero domini pro-
phetandi dedisti que dominum prophetа-
rum peperisti et multo [illegible]-
sti Respondet illa et dicit Non
vos delinquo sed quasi platanus
mota aquas seu aqua in pla-
tanis ut umbram faciat que eciam
aquam diligit ut amplius cre-
scat Per hoc folia huius arboris
intelliguntur verba beate virginis
que mystica que tanti mundo re-
frigerium et consolacionem dederunt

que eciam fuerunt lata i. toto mundo
magnifica et gloriosa Cum autem qua-
tuor vicibus locuta fuisse legitur scilicet cum
angelo cum elizabet cum filio in
templo et cum filio in nuptijs
videamus qualiter hec verba fuerunt
consolatoria et virtuosa Ipsa autem
loquendo cum angelo deus factus
est homo Ipsa loquente cum elizabet
exultat et repletur spiritu sancto in-
fans in utero agnouit [illegible]
Ipsa loquendo cum filio in templo
deus factus est hominibus subditus
Ipsa loquente ad eum in nuptijs ma-
nifestauit gloriam suam et crediderunt
Dicat igitur virgo prophetis beatis Re-
cedo a vobis sed odor virtutum
meorum manet in vobis quia
virtute et deus humanam suscepit
naturam et hominibus obedienciam ex-
hibuit et suam manifestauit
et puer in utero recepit naturam
Sequitur ordo patriarcharum inter quos
dauid symphonista cum cithara sua
qui sic et toto venerabili patriarcharum
cetu allegat dicens Tu es os et
caro mea tu fuisti baculus et
senectutis et posteritatis nostre
Ergo quia filia mea es debes
patres tuos potencia tua honorare
Exod 20 Filius honorat patrem
quia os et caro mea es nos deos
nos despicere sed tua potencia
Ephe. 5 Nemo carnem suam unquam
odio habuit sed nutrit et fouet
eam Quia virga et baculus
est es debes nos tua potencia
consolari Psalmus 22 Virga tua et
baculus tuus ipsa me consolata sunt
Respondet illa et dicit Non vos
desero sed ut oliva speciosa in cam-
pis vobiscum maneo Vere quia
patres operibus mee intenti fuit
Virgo autem beata habuit unam vir-
tutem totalem et universalem habuit

qui habuit mariam quasi ualem ideo dicitur
sicut oliva id est ipsa sua uita quia
est et utile sibi et ipsis et mundo
Ipso autem est quasi oliva eterna a
est uita associata per quodammodo
sibi quasi in nature contributionem
qui in cunctis virtutibus conquirendis
sed in vita tua precibus nobis
laudamus (Virginitatem tuam
hilaritatem mariam Sed quia uita
misericordia sapit dulcius habuit am-
plectum carnis recordamur sopitis
notam celebramus Ecclesia autem
catholica habuit oleum id est nunc et tem-
passionis affectum habuit mariam
talem ideo dicitur Speciosa Illa
oliva est speciosa que totale
habet pulchritudinem que scilicet
pulchra in ramis et in foliis
in fructu Sunt qui habent uiridis
tantum ramus id est in corde per affectum
compassionis Sunt qui habent
folia id est in verbis per affectum
consolationis Sunt qui habent in
fructu id est in opere per affectum subvenci-
onis Virgo igitur beata oliva specio-
sa fuit quia totalem misericordiam habuit
tantum modo est et in corde co-
habendo matrie compassionis
affectum in ore pronobis inunctando
deum et in opere subvenien-
do nobis sue miserationis auxilium
habuit misericordiam universalem ideo dicitur
in campis Sunt quidam sancti
qui videntur misericordiam specialem habere
quia semper aliquibus subveniunt
aliquibus non quidam peculiare
quia super aliquibus infirmitatibus
specialitatibus videntur accepisse potestatem
curandi Sicut sanctus Anthonius super
ignem et Blasius super ignibus et Leonardus
super incarceratos et huiusmodi Et quidam
localem quia maiora beneficia prestant in locis sue sepulture et ubi

sue reliquie conseruantur
Quidam temporalem quia aliquibus
temporibus magis subueniunt sicut
patet in martiribus quia tempore
sui martirii quando scilicet et nouo
efficiuntur milites cristi magis sunt
liberales Misericordia autem virginis
est sicut oliva in campis que
est omnibus patens atque communis
et omnibus locis atque temporibus et omnibus
personis et omnibus morbis Dicat
ergo non uos doctor sed nobiscum
maneo per mariam qui habuit sic
ualem sic universalem et tota-
lem et eternam

Sermo centesimus de assumptione virginis marie sequitur

Sicut cinamomum et balsa-
mum aromatisans odorem
dedi quasi mirra electa de-
di suavitatem odoris et quasi
storax et galbanum et ungula
et gutta et quasi libanus non
incisus vaporaui habitationem
meam et quasi balsamum non
mixtum odor meus Eccli. 24
Augustinus dicit in libro de doctrina
christiana quod ille erit eloquens qui poterit
parva submisse modica id est mode-
rata temperate et magna granditer
dicere Ea que sunt de assumptione
marie sunt omnia magna et
admiranda nichil enim in ea
est parvum et ideo nichil de ea
est submisse nichil modicum
et ideo nichil dicendum est temperate
Sed omnia sunt magna et admi-
randa et ideo dicenda sunt
omnia granditer et ferventer Sed
ista magna non potest dicere tempe-
ratus ingenio dicente Jeronimo
Quantalibet grandis ingenia sensu non
sufficeret nec enarrare valebit
impiis eloquio dicente propheta
Jeremie 1o A a a loqui ego nescio
quia puer ego sum Vero puer

etate temporis sed imperitia locu-
tionis. Erit tamen dignius erit
laudare predicare in multo durante
Eccl. vi Ieron. Non est speciosa laus
in ore peccatoris. Et ideo recur-
rendum est ad fontem gratie
et matrem misericordie ut apud suum
filium pro nobis quod sue assumptionis
gloriam aliqualiter possimus cognoscere
cognitam enarrare et enarratam
demonstrare, que vite nostre addat
gloriam et dignitatis matris eius.
Dicit ergo Sicut cynamomum
et balsamum etc. Ecce novem
posuit species aromaticas quia
videlicet novem sunt ordines angelorum
quos quidem virgo in sua assumptione
visitavit, et visitando preterivit,
et preteriendo transcendit. Hoc
autem dyalogum facere mihi ipsam virgi-
nem ascendentem et ipsos bea-
tos angelos in ordinibus suis
retinere tantis affectibus cupientes.
Primo namque visitavit ordines
in prima ierarchie scilicet ange-
los archangelos et virtutes.
Dixerunt igitur angeli quorum est of-
ficium annunciare custodire et mini-
strare, istud triplex officium virgo
beata perfectissime habuit. Ipsa
cum gratiam perditam studio quesi-
vit primo ministravit et invenit. Eo
dictum est invenisti enim gratiam
apud dominum. Ipsa in domo dei
ministra est effecta que dicit Eccl.
xxiiii. In habitatione sancta coram
ipso ministravi. Quomodo autem
que ministrat subdit Ego mater
pulchre dilectionis et agnitionis
et timoris et sancte spei. Ex quibus
verbis habetur quod ipsius est ad
amorem dei inflammare frigi-
dos, ad dei timorem revocare
superbos, dei sapientia replere ignaros

et ad veram spem erigere desperatos.
Habet etiam officium custodiendi. Ipsa
est illa gallina de qua dicitur
Math. 23 Quomodo pullos suos cu-
stodit sub alis suis scilicet [illegible]
ab insidiis demonum. Preterea cum
gallina fovet ova ipsa anatum
et pavonum. Sed cum anates re-
cedunt veri pulli non scilicet gallina
adherent, anates vero in aquis na[tantes]
tenent, pavones de sua pulchri-
tudine gloriantes misericordiam re-
linquunt. Sic veri filii matrem re-
tinent perseverantiam, alieni vero eam
deserunt aut pro vanitatibus in-
tendentes aut de sua superbia glori-
antes. Dicunt igitur angeli virgini
beate. Nostra inter nos [illegible]
comparatio que similes nobis [illegible]
officium dei et nimis letitia [illegible]
as et divinas gratias ministrabat et
animas omnium custodire non cessabat. Respon-
det virgo et dicit Ieron. Non vobis dico
sed sicut cynamomum mihi vis
manea. Hec species est sicca calida
et aromatica. Sic et ipsa fuit sicca
in carne per temperantiam et paritate
calida in anima per fervorem et ca-
ritatem aromatica in utroque
per munditiam et puritatem. Dicit
igitur non vobis dico sed odor
temperantie mee et aroma puritatis
mee vobiscum manebit. Secundo
ordo archangelorum quorum est
secreta dei scire consilia et ra-
cionis misterium de incarnatione
dei cognoscere. Istud enim divinum
misterium superiores cognoverunt
a deo immediate per infusionem
inspirationem. Medii cognoverunt
a superioribus per traditionem illu-
minationem. Inferiores aliqui cogno-
verunt ab apostolis per predicationem

Unde super illud Ephe. 3 Ut
innotescat principibus et potestatibus
per ecclesiam multiformis sapientia
dei dicit Glosa quod angelicis spi-
ritibus per apostolorum predicationem aliquid
accrevit. Et Jeronimus dicit quod novas
angelice potestates misterium incarna-
tionis ad purum non cognoverunt
donec Christi passio fuit consumata
et per apostolos per mundum predicata.
Hoc autem ipsum celeste misterium ca-
[illegible]ouit et per inspirationem di-
vinam et per angelicam revelationem
et quod plus est per angelicam re-
[..]everentiam et in se ipsa docuit eccle-
siam ut dictum est quantum ad aliquos
docuit dignitatem angelicam. Ex quo
colligitur quod Virgo beata secundo
modos docuit angelos. Dicant
ergo archangeli beate virgini In
isto de[illegible] agnitione [illegible]
[illegible] secundum quam scivimus
completum et secretum fuisse pos-
sum nostri igitur superiores cogno-
verunt id a deo immediate per
inspirationem nostri medii a superio-
ribus per illuminationem nostri inferio-
res ab apostolis per predicationem. Tu
cognovisti illud per experientiam
ministerium. Videat illa et dicat
non vos docto sed sicut balsa-
mum aromatizans vobiscum
maneo. Secundo quia sicut dicit Glosa
super illud Cant. 1o Botrus cypri
dilectus meus michi in vineis
Engadi nascebatur et instar vinee
colebatur. Sed sicut legitur in quadam
ystoria Cleopatra regina illas
vites in egyptum transtulit id est in
quodam campo ubi sunt septe
fontes illas vites plantavit in
quorum uno fonte virgo beata cum
in egyptum fugit puerum dicitur
lavasse non dicuntur fructum
nisi a christianis colantur. Sicut

autem dicit glosa Eccli. 24 Omnia
que in balsamo sunt virtuosa
sunt. Gumma autem ut papula gutta
ut dicitur cibus consistit in lacrimis
sive liquore / secundum semen 3a
in cortice / quarta in ligno. Si-
militer omnia que in virgine sunt
virtuosa sunt et odorifera / per
lignum intelligitur eius corpus vir-
gineum, per corticem eius cortex co-
nversatio, per semen eius anima be-
nedicta a deo et in mundo corpore
servata per liquorem sive bal-
samum eius filius preciosus. Dicat
igitur Virgo beata ipsis archangelis
Ego vobis scilicet non recedo sed sicut
odor balsami vobiscum maneo.
Cui quidem odor causatur a carne
virginea et conversatione clara et ani-
ma sancta et corpore beata. Sequitur tercio
Tertium membrum autem beatam ang[illegible]
aliter faciunt miracula demones aliter
magi aliter boni christiani aliter mali
aliter angeli aliter deus / demones
per subtilitatem sui sensus se-
mina nobis rerum occultiora novi-
runt et per congruas temperantias
elementorum latenter spergunt
et ita generandarum rerum atque
~~accelerandarum~~ accelerandarum aug-
mentorum prebent occasiones.
Sed nec boni nisi iniunctum deus vult
nec mali nisi accepta a deo potestate
Sed faciunt. Magi autem ut dicitur in
libro Sapientie quomodo miracula facere
videntur per occultos contractus
cum demonibus. Boni autem christiani
ut idem dicit miracula faciunt per
publicam iusticiam mali vero per signa
publice iusticie et per vocari pub-
lica iusticia aut fidei vero de qua
Math. 17 Si habueritis fidem sicut
granum sinapis dicetis monti huic
transi hinc et transibit et nichil im-
possibile erit vobis. Aut oratio

deusta de qua dicitur iacobi v helias
homo erat similis nobis passi-
bilis et oratione oravit ut non
plueret super terram et non pluit quia
vita perfecta / unde cum perfecti sunt
tante potencie apud deum quod fa-
ciunt ea que volunt propter volun-
tatem concordandam se facere sicut
patet in beato dominico qui dixit numquam
a deo aliquid petii quod non assequ-
erer. Miracula vero contra fidem aut pub-
licam iustitiam mali christiani non
habent sed aliquando videntur habere
et per talia signa miracula facere
dicuntur unde dicent Mathei vii
domine nonne in nomine tuo propheta-
vimus et in nomine tuo demonia
eiecimus et in nomine tuo virtutes
magnas fecimus. Demones autem multi
miracula faciunt non aliquid de
novo creando sed deo ministrando
[illegible] unde dicit augustinus
in libro de trinitate sicut nec
parentes filiorum nec agricolas fru-
gum dicimus creatores quamvis
eorum extrinsecus adhibitis motibus
ad ista creanda dei virtus operetur
intrinsecus ita nec bonos nec malos
angelos fas est putare creatores. Solus
enim deus miracula facere potest quia
omnipotentia sua. Unde psalmista dicit
Tu es deus qui facis mirabilia
solus. Sciendum tamen in utero virginali
operatus est miraculorum miraculum
quando scilicet verbum caro factum est fuit
enim subito gabriele angelo nunci-
ante et spiritu sancto adveniente
mox verbum in utero matris eternum
verbum caro fuit implicitum ideo dicitur
novum Jeremie 31 novum faciet
dominus super terram mulier circumdabit
virum / fuit supra preteritum expectantium
quia quamvis genus numquam
separabat talem et tantam gratiam
esse qui se posse fuit supra

facultatem nature usus cessavit
et mentis. Jeronimus in sermone
de assumptione: quod natura non
habuit usus nescivit, quod natura
creata mentis non capit quantum per-
net celum superat terra creaturas
etiam celestes miratur. Hoc totum con-
tra gabrielem marie divinitus nunciatur
et per christum adimpletur. Ipsa etiam
virgo beata multa miracula fecisse
credenda est per publicam in ecclesia
quia super omnes sanctos habuisse ma-
nifestum est / habuit etiam fidem
veram unde dixit ei elizabeth
luce 1o beata que credidisti. Ha-
buit etiam devotam orationem. Actuum 1o
hii omnes erant perseverantes in
oratione cum maria matre. Fuit
habuit vitam perfectam quia
habuit vitam cumulatam gratia unde
dixit ei ~~elizabeth luce~~ gabriel
angelus ave gratia plena. Unde
etiam ipsa tota miraculum fuit
in ea fuit miraculosa sanctificatio
miraculosa conceptio miraculosa
salutatio miraculosa assumptio. Di-
cunt igitur virtutes sancte virginis
beate vestram tuam potentiam et
proprietatem que tantam accipit
in faciendis miraculis potestatem
per fidem veram modo per orationem
devotam modo per vitam [illegible]
sed in tuo utero operatus est deus
miraculum miraculorum sed cum quan-
tum miracula nulla mira videtur
esse miracula quicquid circa te
fuit miraculum fuit / unde ille
dicit verum non dixi sed sunt
nimia clara et probatissima miracu-
la prima est prima innotescunt
de qua cantica: manus mee
distillaverunt mirram prima mirra
electa est prima claustralium
dicunt cum psalmista elegi abiectus

est in domo dei viuenti magis quam
querere in tabernaculis peccatorum
Aliqua peccatissima est primo peccatorum
quia amore mundi abstracti
celestia desideria postponunt celestium et
temporalia patrie affligunt / De
quibus dicitur Canticorum 7 Digitti mei
pleni mirra probatissima Beata autem
virgo maria fuit innocentissima
fuit de mundo in [illegible] dei electa
et fuit celestium desideriorum amica
et in hiis omnibus se affligebat
Dicit igitur virgo maria Non recedo
a vobis sed vobiscum permaneo
sicut odor mirre prime qui consur-
git [illegible] innocentia sicut odor
mirre electe qui consurgit ex
desiderio celestis patrie cuius actibus or-
dinibus inferioribus seu inferioris ier-
archie peruenit ad ordinem me-
dii qui sunt potestates principatus
et dominationes / Officium potestatum est
quod demones ne tantum noceant
quantum volunt / Istud officium maria
habuit quia demonibus caput contriuit
de quo dicitur Genesis 3 / Ipsa conteret
caput tuum (per caput autem potest intelli-
gi initium suggestionis quod ipsa con-
triuit quia omnes dyabolicas suggestio-
nes [illegible] constringit ita
quod nulla ad eam [illegible] causa
sit / vel per caput potest intelligi omnis
potestas et dominium quod ipsa contriuit
quia filium genuit qui / dyabolum
a domo spoliauit Vel per caput
intelligi potest mens et sapientia humana
[illegible] habet tria capita que
sunt sapientia terrena animalis et
dyabolica / De quibus habetur Jacobi 3
[illegible] ipsa contriuit sapientiam terrenam
per paupertatem animalem per castita-
tem dyabolicam per humilitatem /
Dicunt igitur potestates virgini beate
vobiscum debes esse o domina

quia nobis commissum ut demo-
nes refrenemus Tu autem non
tantum refrenasti sed et eorum
contriuisti suggestionem primo eorum
potentiam eorum ~~[illegible]~~ astutiam -
Respondet illa et dicit Non vos
desero sed sicut storax vobiscum
maneo Storax secundum glosam est
arbor arabie cuius virgule ad
[illegible] ortum concremantur flu-
unt lacrimas ex quibus pigmen-
tum conficitur preciosum et que est
ista storax lacrimas fluens nisi
virgo maria sepe lacrimas et
suspiriones emittens hec est illa
axa de qua dicitur legitur Josue 15
quod sedens super asinum suspi-
rauit et dixit patri terram are-
ntem et australem dedisti michi
iunge et irriguam Deditque ei ir-
riguum superius et irriguum inferius
virgo maria per axam signata
sedens asino id est presidens carni
sue / habuit terram arentem
id est carnem ab omni humore concupis-
centie siccata / habuit et terram aust-
ralem id est animam calore spiritus sancti in-
flammata / Sed ad suspirando
sibi iungi irriguum superius et
inferius postulabat quando dei fi-
lium patribus promissum petebat
et sic dedit ei deus pater irri-
guum superius et inferius scilicet
superius diuinitate inferius
mortali carne vnit igitur
dedit sibi irriguum superius et
inferius quando verbum caro factum
est et habitabit in nobis / Dicit
igitur virgo beata potestatibus sanctis
Non vos desero sed tanquam
storax vobiscum maneo quia
vobiscum manet odor lacrimarum
et suspiriorum meorum per quam im-
petrare merui terram arentem

austeritatem cilicium inferiorem i.
carnem mortificatam animam inflam-
matam cristi superna et qualitate

k veram. Sequuntur principatus quorum
officium est preesse regnis et provin-
ciis. Eccl. 17 In una quaque gentem
posuit rectorem. Glosa i. angelum.
Istorum autem officium est hostes supprimere
bonos custodire demones arcere
in tribulationibus protegere et in pros-
peritatibus conservare. Istud quintuplex
fuit virgo beata officium de qua dicitur
Eccl. 24 In omni gente et populo
primatum tenui. Sed principatus regnis
principantes autem hostes conterit
cum subditur omnium excellentium et
sublimium corda propria virtute calca-
vi. Bonos et celestes viros custodit
unde dicitur In fluctibus maris am-
bulavi. In prosperitatibus conservat cum
subditur et in omni terra steti i. in
habundantia temporalium ne scilicet tales
per superbiam elevent. Dicant
igitur principatus In nostro statu
debito ordine que primatum tenes
in omni gente que hic hostes
comprimis sic bonos custodis sic
demones conteris sic in tribulatione

l protegis sic in prosperitate custodis.
Respondet illa et dicit Non vos
despicio sed sicut galbanus inter vos
maneo Eccl. 24. Ipsum galbanus est
succus [illegible] herbe que ferula
dicitur. Et nota quod venena sanat
serpentes fugat frigidas passiones
curat. Dicat igitur Maria Non vos
despicio sed odor proprietatis mee
qua venena peccatorum sanavi. Propri-
etatis mee qua demonum temp-
tationes restrinxi et odor caritatis
mee quo ad amorem celestium

m tepidos inflammavi. Sequuntur domina-
tiones que quidem angelis aliis
inferioribus dominantur et presunt [illegible]

officium est subditos sibi angelos
purgare illuminare et perficere. Istud
triplex officium Maria fecit pro filio
suo quem genuit. Dum quidem vocatur
a Symeone salutare lumine et gloria
ut habetur Luce 2[4]. Salutare sic
salvator quia a culpa purgat cap-
tivam. Lumine quia ab ignorantia
illuminat intellectum et gloria quia
inferiori conformat et perficit operativam.
Dicant igitur dominationes primam [illegible]
[illegible] nobis ne similitudinem habes que su-
mus quia nos purgati omnes illuminati
et perfectiones omnibus amicitialibus [illegible]
dicit illa et dicit Non vos despicio
sed quasi virgula inter vos maneo.
Est autem virgula sicut dicit Glosa super
Ezech. 30 herba parvula suave o-
lens habens formam virginis quia
que etiam gerere aurum dicitur. Virgula
autem est clara a deo ut plerique in
ymaginibus contemplentur. Sic Maria
est tanquam speculum dei in qua con-
templamur dei potentiam sapientiam
et bonitatem. Virgula eterni [illegible]
bilis est [illegible]. Sic Maria filio
inseparabiliter fuit unita ut eius esset
una anima et cor unum. Virgula licet
sit insensibilis tamen in separatione a
carne dolor est intollerabilis. Sic
Maria licet insensibilis fuerit
mundo tamen intollerabilem dolorem
habuit quando separabatur a filio.
Longe cum acerbius cruciabatur
in ipso per compassionem quam si cor-
palis martirizaret per ipso per compassi-
onem [illegible] illud fuisset sibi
immensum gaudium. Istud autem
erat sibi intollerabile tormentum.
Dicat ergo Maria dominationibus
Non vos despicio sed velud
maneo sicut virgula i. sicut
speculum dei a natura dei et ma[illegible]

dei Tunc actis ordinibus prime et re-
ne relique provenit ad ordines tertie
qui sunt throni cherubin et sera-
phin Thronorum autem officium est quia
deus super eos sedet et iudicia sua
per eos exercet Unde hiis omnibus sedebat
cum senectus iusticia Apoc. 13 De thro-
no procedunt fulgura et tonitrua
Secundo per quam vera in maiestate conspi-
catur est in uno solio eius ut
dicitur Ysaie 6 Et facta est beata virgo
thronus misericordie gracie et glorie angelis
miseris peccatoribus gracie iustis glorie
beatis De quo solio dicitur Ysaie 6
vidi dominum sedentem super solium
excelsum et elevatum et plena
erat domus a gloria eius et ea
que sub ipso erant replebant
templum Ipsa enim est solium dei pre
ceteris excelsum elevatum supra
ceteros plenum maiestate dei in
gloria et ceteris plenum hiis que
subdito sunt in via subdito
sunt enim miserationes que non
sunt necessarie hiis qui in celo
sunt sed tamen hiis qui sub ipso sunt
peccatoribus qui sunt in mundo
Hoc igitur quod est tam plena dei
miseria peccatores adiuvat In hoc quod
est tam excellens supra in-
stis conspicuat In hoc quod est ita sub-
limis in gloria beatos coronat Et
ideo dicitur in psalmo Thronus eius
sicut sol in conspectu meo etc Iste
enim thronus est sicut sol inqui-
tum angelicam reparavit ruinam solitu-
dinem iniquitatem ecclesie deo reconci-
liavit et testis in celo fidelis
in quantum pro nobis in iudicio contra
demonum fallaciam fidele testimo-
nium dabit Dicunt igitur sibi sedi-
bus throni Vobiscum manere debebit
que vere thronus dei esse meruit
in quo novem mensibus requievit

In quo deus ruinam reparavit an-
gelicam reconciliavit ecclesiam
et destruxit fraudem dyabolicam
Respondet illa et dicit Non vobis
desero sed sicut gutta mitto vobis ma-
neo guttam sine glosam que aro-
matica dicitur lacrimas stillat que
omnes duricias sanat Alii erant
tria dura scilicet deus mors et dyabo-
lus Deus a deo erat durus quod nullum
ad veniam suscipiebat Mors a deo
erat dura quod omnes ad inferos rapie-
bat Dyabolus a deo erat durus
quod in omnes similiter hostiliter saeviebat
Sed istas duricias virgo removit
Nam deum a deo emollivit ut
omnes ad veniam recipiat Mortem
a deo continuit ut nullum nisi in peccato
mortuum ad infernum rapiat Dyabolum
a deo superavit ut iam nullum nisi
volentem decipiat Dicit igitur
virgo beata sedibus thronis Non vobis
desero sed sicut gutta vobiscum
maneo quia scilicet vobiscum remanebit
odor quo deum emollivi quo mor-
tem contrivi quo dyabolum superavi
Sequitur ordo cherubin qui interpretatur
plenitudo sciencie De cognicione autem
sua beata virgo vicit in via cheru-
bin credere licet quod multa maiora
et meliora et meliori modo quam
alicui sibi revelata sunt Ipsa autem
non tamen cognovit audiendo per inspira-
cionem De quo modo dicitur in psalmo
Audiam quid loquatur in me domi-
nus deus etc non tantum videndo
per mandatorum operationem De quo
dicitur in psalmo A mandatis tuis
intellexi Item super senes intel-
lexi quia mandata tua quesivi
Talis enim cognitio tactui comparatur
per quem grave et leve cognoscitur

quia dei mandata debent nobis
videri levia Matth. 11 Jugum enim
meum suave est et onus meum
leve. Sed etiam cognovit gustato
per cupientiam et fruitionem de quo
Proverbiorum ultimo/ Gustavit et vidit
quia bona est negociatio eius Eze-
chiel ipse princeps sedebat ut come-
dat panem suum buccellam in sua
solus et non comedat hospita sua
secum. Cum ipsa dicat Sapientie viii
proposui hanc adducere ad convictum
meum sciens quia communicabit mihi
de bonis. Sed etiam cognovit adoran-
do per devotionem/ Ista autem duo distin-
guntur quia devotio que est circa
que spectant ad christi humanitatem
gustui comparatur unde Joh. 6 Qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eter-
nam. Devotio autem que est circa con-
templationem divinitatis adoratui assi-
milatur. Fontibus omnium saporum corpori
naribus odores speciem distinguntur. Christus
autem ipsa virgo nunc in patria super
omnem creaturam plenitudine sic
est ne phas est dubitare/ Dicant
igitur sancti throni cherubin ro-
bustum in suo ordine manere
debes que tantam in illa cognitionem
habuisti/ modo audiendo
per inspirationem/ modo videndo
per contemplationem/ modo tangendo
per operationem/ modo gustando
per affectionem/ modo adorando
per devotionem. Throni autem peccatoris
cognitionem habes videndo per apertam
visionem. Respondet illa et dicit
Non vos desero sed sicut libanus
non incisus vobiscum maneo. Ro-
tandum autem de libano quod in ma-
sculino accipitur pro monte in feminino
pro arbore in neutro genere et
hic pro arbore in masculino ponitur.
Sed scriptura utitur pro dissonantia

regulas donati ut clamus quod in
intellectu spiritus sancti et sanctorum
misterijs/ Libanus autem in quatuor
significatione accipitur tamen re-
fert. Dicta vero virgine autem fuit cand-
et non incisa. Illa terra de quibus
dicitur in Thessa. Ipse autem deus pacis
sanctificet vos per omnia ut integer
spiritus vester et anima et corpus ve-
stra in adventu domini nostri ihesu christi sine querela
servetur. Sicut autem dicitur hic libanus
montis hec libanus arbor hoc liba-
num thus. Ita dicitur in
exemplo hic spiritus hec anima hoc corpus.
Dicatur igitur spiritus marie montis liba-
ni anima arbor et corpus thus.
Ista tria scilicet spiritus anima et corpus
in virgine fuit non incisa non divisa.
Spiritus omnibus eius fuit individuus deo
quia numquam spiritum eius separari potuit.
Anima fuit individua a ratione quia
numquam ab eius dominio recessit. Cor-
pus fuit individuum quia semper integrum
permansit/ Dicat igitur virgo ma-
teribus de ordine cherubin. Non
vos desero sed quasi libanus non
incisus vobiscum maneo et carnali-
tum delectat dat vobis odor spiritus
mei qui a deo numquam separatus fuit.
Odor anime mee que numquam a domi-
nationibus recessit et odor corporis
mei quod semper illibatum permansit.
Sequitur ordo seraphin qui interpretatur
ardentes. Non mirum autem sanctis ca-
ritas creata incipit perficit et finit.
Sicut autem dicit Boethius velocitas
et validus appetitus per graviam vim
asscensum et sursum tendit ad lo-
cum. Sicut igitur amorem cum pro-
ducitur et ab ipsa gratia iactura dilectionis
est cum apprehendit eius fruitio.
Et caritatis est et unitatis spiritum.
Credo igitur gratia dei cor virginis
elevavit cum habebat in ipsa amore
quod producitur quod et dilectio per-
ficiebat in ea dilectionem quam

[illegible] omnia ligatorum Quando vero ipsa
[illegible] corpus cuius cum dilecta iunc-
[illegible] et in amorem carnalis turpe
[illegible] faciebat tunc utraque operaba-
[illegible] ad caritatem Dicant
[illegible] illi de ordine seraphin tro-
[illegible] dura romane debebis quia
plena fuisti tanto amore tanta
[illegible] et tanta caritate Dicat
[illegible] virgo maria pro nobis desed
[illegible] quasi balsamum non mixtum
[illegible] romanebo sicut enim
dicit ysidorus in libro ethymologiarum
et habetur in glosa super [illegible]
[illegible] Balsamum adulteratur per
[illegible] olei vel mellis [illegible]
[illegible] oleo aut pinguedo in melle
[illegible] dulcedo invenitur per balsamum
[illegible] amor intelligitur qui adulteratur
vel per amorem pinguedinibus id est
[illegible] abundancie temporalis vel per dulce-
dinem amoris carnalis nullo
[illegible] istorum amor virginis modo
[illegible] adulterari potuit vel misceri quia
[illegible] omnia terrena contempsit elige-
[illegible] paupertatem et omnia carnalia
[illegible] spernit servando virginitatem
[illegible] ut autem dicit ysidorus in eodem libro
[illegible] habetur in eadem glosa Balsamum
[illegible] verum non sophisticatum per tria
[illegible] cognoscitur quia scilicet lac coagulat
[illegible] quia non supernatat seu non sup-
[illegible] natat laneam vestem non maculat
[illegible] balsamum aut mixtum cum oleo vel
[illegible] melle vestem laneam maculat
[illegible] enim verus amor dei in cor-
[illegible] alicuius cognoscitur quando cor eius
[illegible] varia desideria non affluit sed
[illegible] deo unitur quando per superbiam
[illegible] elevatur quando nullius peccati
[illegible] macula polluitur Tale balsamum
[illegible] mixtum id est amor verus et verus
[illegible] fuisse in maria ipsa enim
[illegible] cogitaciones suas et [illegible]
[illegible] [illegible] simul [illegible] et
[illegible] deo vinciebat Unde dicit lucas

Maria autem conservabat omnia verba
hec conferens in corde suo ipsa super
se se non elevabat sed se in humilitate
tenebat dicens Ecce ancilla domini
ipsa nullam in se maculam habebat
Unde Canticorum Tota pulchra es
amica mea et macula non est in te
[illegible] igitur maria illis de ordine
seraphin et nobis non [illegible] sed
quasi balsamum non mixtum id est
per amorem purum nobis sed ma-
neo [illegible] quibus amore purum
in me fuisse sepe probare poteri-
tis et per cordis eius deo unitate
et profundam humilitatem et per
peccati omnimodam immunitatem etc.

Sermo nonus de assump- cione marie sequitur

In habitacione sancta coram
ipso ministravi Ecclesiastici xxiiii
Istam celestis pure habita-
cionem et dei ministram nullus
digne laudari potest nisi ipsum dignum
faciat ille qui ipsam fecit habitacionem
in thabernaculo suo et qui ea mini-
sterio suo [illegible] cum digne laudare
sufficeret illam que mirabiliter [illegible]
[illegible] que suum genuit creatorem que
nobis dedit mediatorem dei et
hominum que nobis cibum attulit ange-
lorum Unde dicit petrus dama-
scenus Qualiter eam laudare po-
terit mortalis hominis sermo que
de se protulit verbum quod manet in e-
ternum que lingwa in cuius laude
invenitur ydonea que illum genuit
que omnia audiunt et cum tremore
ei obediunt elementa et ministra
nullus ergo humanus sermo in eius
laude invenitur ydoneus de qua
mediator dei et hominum cognoscitur
incarnatus Impar est illi omnis
humane lingwe preconium que de in-
temeratis carnibus suis visceribus
[illegible] nobis protulit animarum [illegible]
igitur sicut patet ex supradictis

ipsam digne et sufficienter laudare
non possumus / faciamus. Dicitur igitur
in habitacione sancta coram ipso ministra-
ui. Grandis fiducia nobis ingeritur
quando soror nostra in celesti habitatione
ministra dei esse perhibetur. In verbis
autem premissis duo in beata virgine
commendantur scilicet habitacio sancta secun-
do dicitur In habitacione sancta. Secundo
sui habitatoris officii impositio cum
dicitur Coram ipso ministraui. Habi-
tacio sancta est ipsa celestis curia que
quidem dicitur sancta iuxta quadrupli-
cem acceptionem huius nominis quod est
sanctum. Sanctum enim idem est quod mundum
quod firmum quod sacro vsui deputatum
et quod sanguine tinctum. Et ideo
illa celestis habitatio dicitur sancta
quia est munda et quantum ad ipsam
habitationem dicitur Apoc. 21 Ipsa ciui-
tas aurum mundum simile vitro mundo
et quantum ad habitatores ibidem non
intrabit in illam aliquid coinquina-
tum et faciens abhominationem. Est
autem habitatio terrena immunda et
quantum ad habitationem Ieremie 2 Quomodo
dicis non sum polluta vide vias
tuas. Sancta quia firma. Secundo etiam
id est sanctum quod firmum et illa ha-
bitacio est sancta et firma et quantum
ad habitationem psalmus Fundamenta
eius in montibus sanctis. Heb. viii
tabernaculum verum quod fixit deus et
non homo. Et quantum ad habitatorem
quia inde amplius non exibit. Apoc.
3 Eum qui venit ad me non eiciam
foras. Apoc. 3 Qui vicerit faciam
illum columpnam in templo dei et
foras non egredietur amplius. Sed
autem habitatio terrena non est firma
nec quantum ad se, i Iohannis 2 Mundus
transibit et concupiscentia
eius nec quantum ad habitatorem
Iob 14 Homo natus de muliere breui
viuens tempore repletur multis miseriis
et usque manet in Matth. 2 ... verbis
in pretorio ne timueritis quia gla-
cius dominus et stabilis est hodie et

tollitur et ibi non inuenit. Nec
inuenitur quia quantum est in se
fugam et agitacio eius perit.
Tertio etiam id est quod sacro usui depu-
tatum et illa celestis habitatio est sancta
id est sacro usui deputata et quantum
ad se que deputata est ad producendum
rosas martirum filiolas confessorum
et lilia virginum. Eccli. 39 Quasi rosa
plantata super riuos aquarum fructi-
ficate. Hoc quantum ad martires qui
sunt rubicundi per sanguinis effusi-
onem et sunt super riuos aquarum
per lacrimacionem. Quasi libanus
odorem suauitatis habete. Hoc quantum
ad confessores qui sunt candidi in
constantia odoriferi. Quantum ad perse-
uerantes in vita. Quasi odo-
rate lilium et frondete in gratia. Hoc
quantum ad virgines que fuerunt candi-
de in mente et carne. Frondose
in opere graciose in conuersatione. Et
est sacro usui deputata quantum
ad habitatorem qui deputatus est ibi
ad deum laudandum. Psalmus Beati
qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te. Et
Ps. Ecce sunt nunc laudabunt per
exultationem spiritus. Hec autem habitatio
terrena est male usui deputata et
quantum ad se quia deputata est a po-
testate demonum ad producendum spinas
et tribulos et urticas et homines
auaros et luxuriosos. Gen. 3 Spinas
et tribulos germinabit tibi. Et quantum
ad habitatores seu habitatorem qui
deputauit se ad mentiendum furandum
adulterandum. Et quasi Osee 4 Non
est veritas et non est misericordia
et non est scientia dei in terra. Maledictum
mendacium homicidium furtum et
adulterium inundauerunt. Sanctum etiam
dicitur sanguine tinctum et illa ce-
lestis habitatio est sancta id est sangui-
ne tincta et quantum ad se quia fuit

cristi sanguine consecrata Hebr. 9
Aspersum sanguine intravit semel in
sancta [illegible] sanguis cristi clavis
paradisi Quod significatum est Exo. 12
ubi precepit deus quod sanguine agni
[illegible] eorum postes linirent Et quantum ad
habitatorem qui cristi sanguine fuit
redemptus Apoc. 1o lavit nos a
peccatis nostris in sanguine suo / Tercio
est habitatio terrena que tincta in
sanguine Et quantum ad se scilicet sanguine
humane [illegible] [illegible] infecta est
in sanguinibus eorum Et quantum
habitatorem scilicet sanguine peccati
Ysaie 59 Manus vestre pollute sunt
sanguine Tabula igitur regis maria
stat in habitatione sancta i. in
habitatione celesti Que quidem est
[illegible] firma sacro usui deputata
cristi sanguine deputata Secundo
commendatur in habitatione sui officii
executio Cum dicat Esteram [illegible]
ministravi / deus omnium sua ministram
officialem eam fecit et multiplex
ministerium et officium commisit Insti-
tuit eam elemosinariam celi celariam
[illegible] sancti thesaurariam dei [illegible]
[illegible] [illegible] et hospitariam
paradisi / primum igitur ministerium est quia
est elemosinaria celi Omnes enim
elemosinas quas deus facit fidelibus
[illegible] commisit / Ipsa autem non est te-
nax nec avara sed liberalis et
larga / et cum largitate dicitur pro-
verbiorum ultimo [illegible] mulieris
fortis manus suas aperuit inopi
et palmas suas extendit ad pau-
peres Cuius liberalitas in hijs decla-
ratur Et quia brachium ad pau-
peres extensum tenet Et quia ma-
nus habet aptas hic et quia manus
plenas elemosinis possidet ista
[illegible] laus est mulieri forti Primo
ergo brachium ad pauperes extendit

et manus aptas tenet si [illegible]
manus vacuas ~~tenet~~ habet per bra-
chium extensum potentiam per ma-
num aptam sapientiam per manum ple-
nam misericordiam et liberalitatem designatur
Tenet igitur brachium extensum
Quia per omnibus miseris / Tenet
manum aptam quia scit aptimo
tempore misereri Tenet manum ~~apta~~
plenam quia vult omnibus omni tempore
misereri / De liberalitate cuius ipsius
elemosinarie dicitur proverbiorum ultimo
de nocte surrexit et dedit predam
domesticis suis et cibaria ancil-
lis suis Et ideo omnes domestici eius
vestiti sunt duplicibus Solent elemo-
sinarii maiores elemosinas dare
illis pauperibus quos diligunt sive
cognoscunt / Sic et ipsa maiores gra-
tias impendit illis quos sibi magis
devotos esse cognoscit / Habet enim
quasdam gratias generales quasdam
speciales et quasdam singulares
Sicut rex in suo pallatio habet
quosdam famulos quosdam mi-
lites et consiliarios / quosdam
filios et propinquos / famulos quidem
pascit et hoc est beneficium generale
milites et consiliarios preciose induit
et hoc est beneficium speciale / Filios et
propinquos magnis divitiis et ho-
noribus habundare facit et hoc
est beneficium singulare / Ista tri-
plex dicta gratia notatur in verbo
predicto Cum dicitur de nocte surre-
xit et dedit predam etc. plus est
est domesticum quam ancillam
domesticorum vero quidam sunt
consiliarii quidam milites quidam
filii et propinqui / Habet igitur regina
[illegible] quosdam famulos quosdam
~~famulos~~ milites et consiliarios

quosdam filios et propinquos suos
cibaria impendit quia cibo diuine
gratie eos pascit milites et consiliarii
sunt viri religiosi qui tamen vicia
detestant et consilia dei obseruant
istos tanquam domesticos vestit
duplicibus quia et animam vestit du-
plici virtute et corpus candore in-
nocencie Filii et propinqui sunt
qui dignitate sunt positi et plus
intima deuocione coniuncti istis
tanquam magis deuotis dat prebenda
i. diuiniarum et gratiarum magnam
copiam Istam triplicem differentiam
ipsa tangit prouerbiorum 8 In vijs
iusticie ambulo quod spectat ad lai-
cos et famulos qui precepta dei que
sunt via eundi ad deum prout iusticia
requirit custodiunt In medio semi-
tarum iudicii quod spectat ad religi-
osos qui non tantum incedunt per
viam mandatorum sed etiam vadunt
per semitas consiliorum ut ditem
diligentes me et thesauros
eorum repleam quod spectat ad
intimos et deuotos quorum memo-
riam replet continua sui recorda-
tione Intelligentiam multiplici sui
et dei reuelacione Et voluntatem
sua deuocione Ista autem officia tam
generalia quam specialia quam singularia
non tantum dat in die prosperitatis
sed maxime subuenit in nocte
aduersitatis Et ideo deuote surgit
et dedit etc Secundum nunc restat
quia facta est celeraria spiritus sancti
habet enim deus cellam vinariam
i. spiritus sancti habundanciam In
qua quidem cellam ipsa est intro-
ducta et a beata trinitate celeraria
instituta Sicut ipsa gloriatur dicens
Cantica 2 Introduxit me

deus in cellam vinariam etc Ista
autem cella continet vinum ipsa celera-
ria Et sancti qui sunt in via ad
aliquam satietatem Et illis qui sunt
in patria ad plenam ebrietatem Cant. 5
Comedite amici et inebriamini karissimi
Sancti qui sunt in via sunt amici
dei Illi vero qui sunt in patria sunt
karissimi dei amici enim dei bibunt
Sed inebriantur karissimi Illi enim sancti
qui sunt in mundo gradum suum secundum
recipiunt ad mensuram caritatis Illi vero
qui sunt in celo recipiunt ad plenam
securitatem Istud autem vinum sanctis
ipsa celeraria semper continet et super-
habundat Ideo assimulatur crateri
aqueductui siue canali Crateri
quidem Canticorum 7 Umbilicus tuus cra-
ter tornatilis numquam indigens po-
culis Est enim crater in quo vinum super-
infundit et est tornatilis in giruum
tenuit et semper circumuoluit Et sic
numquam indigens poculis numquam
numquam vacuatur Sed semper plena re-
perit Iron autem tamen assimulatur crateri
sed etiam aqueductui siue canali
Eccl 24 Ego quasi fluuius dorix
et sicut aqueductus exiui de para-
diso Omnis vehementia desiderii
feruore deuocionis puritate cordis
fontem attingit pietatis ut lu-
ceret super angelos aquam quam
refundit hominibus aqua numquam
deest ea enim tanto tempore fluentes
gratie defluerunt quia non dum
intercessit aqueductus Sicut in-
uenimus quod in diuinis est emanatio
per modum nature per quem filius
a patre et per modum amoris siue
liberalitatis per quem spiritus sanctus
a patre et filio procedit Ita a beata
trinitate sunt aqueductu duc-

[illegible]tutibus magna prevenit beneficia unde
quemadmodum generationibus scilicet filius de quo
scitur deo d. Suscepi[t] primo mater
tunc deus in medio tempi tui
[illegible] per gratiam liberalitatibus et bo-
nitatis eius scilicet donum spiritus sancti
qui per ipsam a filio obtinemus
[illegible] non tamen eius annunciacio sed et
[illegible] salutatio efficacie extitit quod mox
[illegible] et filius scilicet Elizabet et Joha-
nnes baptista spiritu sancti gratia sunt
[illegible]replecti quamquam aut ipsa celestia
[illegible] alio cibo pascit et potat suam
familiam et alio scripturam [illegible] sed
[illegible] eodem per omnia. Unde
[illegible] dicit de suo cibo et potu Cant.
Comedi favum cum melle meo
[illegible] scilicet cristum sunt in ventre suo
portavit in quo quidem fuit tota suavi-
ssime carnis que nata est de in-
tacte virginis in qua tota fuit
mel dulcissime divinitatis. Ipsa et
[illegible] bibit cum lacte quando spiritus sancti
[illegible] eam implevit vino celestis
gratie et eius carnem perfudit lacte
virginalis munditie. Similiter et nos
eodem cibo pascit et eodem potu po-
tat. Pascit enim nos favo i. ceria que
facit nobis delectari in cristo quantum
ad ea que spectant ad eius divinitatem
Similiter potat nos vino et lacte
quando dat spiritualem leticiam in mente
[illegible] munditiam in carne. Tertium
misterium est quia facta est deitatis
tesauraria. Cum enim deus habeat te-
[illegible] thezaurum scilicet potentie sa-
pientie et misericordie ipsam sibi desponsans
commisit. Habet enim thezaurum po-
tentie quod patet quia potenter
[illegible] traxit potenter dyabolum contrivit
et potenter nos in gloriam introduxit
potenter quando deum traxit quando
[illegible] sue humilitatis et dignitatis
[illegible] in suum uterum venire fecit
magna quidem potentia [illegible]

virtute omnipotentem suppetere illud
quem celi capere non poterant in suum
uterum continere. Cant. 1o Cum esset
rex in accubitu suo i. in sinu pa-
terno nardus mea i. parvitas
humilitatis et decor virginitatis de-
dit odorem suum cuius odore rex
allectus in uterum suum eius venit
nardus enim est herba parva et
odorifera. Potenter etiam dyabolum
contrivit magna potentia illum
conterere de quo Job 41 Non est
potestas super terram que comparetur ei qui
factus est ut nullum timeret. Judith 9
Erit enim memoriale nominis tui cum
manus femine deiecerit eum. Gen. 3
Ipsa conteret caput tuum. Non solum
enim in serpente infernali contrivit caudam
i. consummationem non solum corporis i.
mali consensum et malum actum
sed etiam caput i. malam suggestionem
et cogitationem. Potenter etiam nos
in celestem gloriam introducit. Magna
potentia hominem tam infirmum
ad celum ducere. Ecc. 24 In Jerusalem
potestas mea. Ista tria quando ad me-
moriam reducit magnum gaudium
sibi facit. Magnum enim gaudium
habet de eo quod deum sic traxit
de eo quod dyaboli maliciam sic evasit
et eo quod hominem de mundo ad gloriam
adduxit. Unde sic sibi competit illud
quod dicitur Judith 13 Non permisit me
deus ancillam suam coinquinari
sed sine pollutione et peccato revocavit
me gaudentem in victoria sua
[illegible] quod deus sic vicit non sibi sed
divine bonitati attribuit. Habet etiam
thezaurum sapientie quem nobis di-
vinam cognitionem infudit. Ecc. 24
Ego mater pulchre dilectionis et
agnitionis et in me sapientie
nobis dignum [illegible] vocatur stella maris

ff

que per mare huius mundi sapienter
nos regit, i. ad portum adducit. Ipsa
etiam per thezaurum sapientie actus nostros
sapienter disponit. Proverbiorum 14 Sapiens
mulier, i. virgo beata, edificavit domum
suam, i. gubernat sanctam ecclesiam;
insipiens quoque, i. Eva, constructam
destruit seu destruet manibus,
quibus scilicet pomum vetitum apprehendit.
Habet etiam thezaurum sapientie
et ipsum thezaurum dispergit largiter.
Omnes de plenitudine eius accipi-
unt: infirmi egri curationem, tristes
consolationem, peccatores veniam, iusti
gratiam, angeli letitiam, filius Dei
humane carnis substantiam, tota trinitas
gloriam, ita ut non sit qui se abscon-
dat a calore eius. Dispensat quia
quod non est precarium acceptivo
sed omnibus subvenit. Unde dicit
ipsa Ecclesiastici 24 Transite ad me omnes
qui concupiscitis me, et a generatio-
nibus meis adimplemini. Dispensat
velociter et faciliter quia non expec-
tat ut diu rogetur sed statim subvenit
et miseretur. Unde potest illud dicere Job
31 Si oculos vidue, i. anime ex
peccato viduate, expectare feci, i. non
feci. Dictum est enim Ecclesiastici 4 Cor ino-
pis ne affligeris et non protrahas
datum angustiati. Dispensat sapienter
quia tunc sentitur maior eius pie-
tas quando maior est necessitas. Ideo
vocatur luna que lucet in nocte
adversitatis; lucet quando sol alicui
se abscondit nube sue pravitatis;
lucet venia, i. peccatoribus et hu-
militatis. Quartum insignium est quia
est advocata generis humani. In ipsa
autem advocatione more experti ad-
vocati primo captat benivolentiam,
deinde insinuat indigentiam, ultimo
petit veniam. Ideo signata est per
illam mulierem sapientissimam
Thecuitem de qua legitur 2 Regum

captat benivolentiam cum primo
sicut angelus domini, sic est et dominus
meus rex, ut neque maledictione
neque benedictione moveatur. Peccato-
rem persona mala opera male-
dictus vel per sua opera bona
dicit deus, aut nec maledictione
peccatorum movetur ad irascendum
retineat iram. Zacharie 1 Miseri-
cordias suis nunc recordabar
ad puniendum quod scilicet ... conatur
puniat. Sapientie 12 Tu autem dominator
virtutis cum tranquillitate iudicas; neque
benedictionibus bonorum moveris
ad imperandum. Jacobi 1 Et
omnibus affluenter et non improperat.
Postea insinuat eius indigentiam
et miseriam dicens Omnes morimur
et quasi aqua dilabimur in terram que
non revertuntur; ubi ostendit quod humana
miseria habet generalitatem quia
nullum excludit; ideo dicit omnes
morimur. Romanos 3 Omnes peccaverunt
et egent gloria dei. Habet continuita-
tem quia continue fluit de culpa
in culpam, de miseria in miseriam,
sicut aque continue fluunt. Ideo dicit
et quasi aque dilabimur in terram.
Ecclesiastici 40 Grave pondus et iugum
super filios Ade a die exitus de ven-
tre matris eorum usque in matrem
sepulture in matrem omnium. Habet ir-
revocabilitatem; ideo dicit que
non revertuntur. Psalmus Recordatus est
quia caro sunt, spiritus vadens et
non rediens. Ultimo petit veniam
cum dicit Reducit abiectum tuum,
quasi dicat quem primo abiecisti
de paradiso ad miseriam huius mundi
sed reduxisti in celum per passionem
tuam, quem abiecisti per culpam origi-
nalem sed reduxisti per gratiam
baptismalem, tamen cito abiectum
per culpam actualem reduc ad

Primam autem in speciem est quia
fuit per paradisi hostiaria. Ante adve-
ntum Christi non in celo aliquod hostium
quod homo posset intrare nec erat
aliqua fenestra nec apertura per qua
deus posset nos respicere. Sed ipsa facta
est in celesti pallacio hostium et hostia-
ria, fenestra et fenestraria. Est enim
ipsa sicut porta per quam in paradi-
sum intramus, iuxta illud quod cantat
ecclesia: Felix celi porta. Et in versibus: Alti
ianua et porta lucis fulgida. Ista
portam quam clausit Eva Maria aperuit.
Unde tanta erat paradisi porta per
Evam cunctis clausa est, sed per Mariam
virginem iterum patefacta est. Est hos-
tiaria que nos suis meritis introducit
eternaliter. Cum ista porta esset aperta
intrare tamen non possemus nisi ab ipsa
introduceremur. Legitur enim 2 Regum 4°
quod hostiaria purgans triticum ob-
dormivit et ideo Isboseth interfectus est.
Ista hostiaria fuit Eva que non vi-
gilavit et diabolus ingressus cubiculum
interfecit. Sed quia Job 18 quod
illa hostiaria Petrum introduxit
atrium principis. Maria beata virgo que
ancillam nominavit in celeste pal-
latium nos introduxit. Est etiam fene-
stra per quam deus ad nos oculo
sue respicit. Ante enim adven-
tum eius fenestra clausa erat, illud
aliqua apertura erat ibi et ideo
deus oculo misericordie nos non respiciebat.
Ipsa facta est fenestra et per ipsam nos
respicit. Canticorum 2: En ipse stat post pa-
rietem nostrum respiciens per fene-
stram, prospiciens per cancellos. Quando
deus nos vult parcere, Mariam
quasi mediam tamquam parietem
interponit. In isto autem pariete est fe-
nestra, id est habundancia misericordie, et can-
celli, id est affectus misericordie. Est
etiam fenestraria quia nisi nobis nunc
hec ista aperirentur nullus deus
unde posset ita rogandum est. Canticorum 5:
Aperi michi soror mea amica
mea. In magnis autem pallaciis
duo consueverunt esse portarii:
unus minor ad quem spectat hostium
claudere et aperire et claves claudere;
alius maior ad cuius nutum hostium
clauditur et aperitur et persone introdu-
cuntur. Sic etiam deus in suo pal-
latio duos habet portarios, unum
minorem scilicet Petrum qui habet cla-
ves custodie et hostium aperit; alium
maiorem scilicet reginam beatam ad cuius
imperium hostium aperitur et omnes intro-
ducuntur. Proverbiorum ultimo: laudet eam
in portis opera eius. Opera enim que
ipsa facit in portis aperiendis eam
laudant quia sancti per eam intro-
ducuntur semper eam glorificant.

Sequitur sermo decimus de assumptione Marie et cetera

Maria optimam partem elegit
que non auferetur ab ea. Luce 10.
Quare sit ista pars optima nullus
homo bonus nullus angelus in celo
scire potest nisi ipse deus optimus
a quo est omne datum optimum ma-
nifestet atque revelet. Ista enim sunt
intellectualia et divina neque angelis
neque ab angelo neque ab homine
cognoscuntur nisi a deo revelentur.
Ideo dicit Augustinus in libro Confessio-
num: Intelligere quis hominum dabit
homini, quis angelus angelo, quis
angelus homini? A te petatur, a te quae-
ratur, ad te pulsetur; sic accipietur,
sic invenietur, sic aperietur. Rogemus igitur,
a deo petamus et ad ipsum pulsemus
ut aliqualiter videre possimus que sit
ista pars optima ad laudem virginis
et gloriam salvatoris. Dicit igitur: Maria
optimam partem elegit etc. Omnibus
hoc enim fuit de Maria peccatrice

dictum sed penitente que data est
in exemplum penitencie Conuenienter
tamen dicitur de maria dei genitrice
sed virgine que est speculum innocen-
cie Cum autem triplex sit electio scilicet

A

boni malo reprobato que est incipien-
cium Secunda melioris inter bona est pro-
ficiencium Tercia optimi inter meliora
que est perfectorum Manifestum est quod
cum ipsa esset perfectissima non tamen
simpliciter bona non tantum de bo-
nis meliora sed eciam de melioribus
optima eligebat Ista autem pars op-
tima quam virgo elegit intelligitur

B

et in vita presenti et in vita celesti
Habuit enim in vita presenti partem
optimam que quantum ad multa attenditur
primo quantum ad castitatis conspectum
Castitatis autem tres partes habet
vna est castitas coniugalis de qua
dicitur Hebr 13 honorabile conu-
bium thorus immaculatus Et hec
est pars bona qui habet fructum
tricentessimum seu trigesimum Secunda
est continencia vidualis et hec
pars melior que habet fructum sex-
agesimum Tercia est excellencia
virginalis et hec est pars optima quia
habet fructum centesimum Istam
partem optimam virgo elegit quia
inter ceteras prima virginitatem vouit
ut tamen dicitur quod sit corona quibus
voluit esse coniugata cum coniugatis
vidua cum viduis immaculata cum

C

immaculatis Et secundo attenditur hec pars
optima quantum ad vite perfectionem
Est enim vita actiua que est pars
bona Est contemplatiua que est pars
melior Et est vtraque composita
que est pars optima et istam habuit
virgo beata Et ideo signatur per illas
duas sorores scilicet martham que
fuit actiua et mariam que fuit con-
templatiua Vnde tamen bene potest dici
quod martha habuit tantum vitam actiuam
magdalena vero vitam contemplatiuam

Sed virgo beata vitam composuit optimam id est
vtramque Ipsa enim magdalena iunge-
bat sorori corpus christi ad pa...
Et ideo martha erat actiua quia
retinebat caput et pedes ad...
ideo erat contemplatiua Per
christi diuinitas per pedes eius hu-
manitas designatur Ipsa quidem mag-
dalena christi diuinitatem diligebat
precibus et orationibus deuotis
vero humanitatem refouebat
propriis rebus sicut dicitur luce
Ipsa ministrabat christo in via de fa-
cultatibus suis Ideo que m...
signat virginem gloriosam
actiua vita intendit et con-
templatiua Ideo magna laus
in virgine beata que vtramque vitam
eciam filium suum deuote cognouit
Nam quantum ad diuinitatem eius con-
templacioni intenta fuit quantum
ad humanitatem vero sedule mi-
nistrauit Nam sibi domum
lem et tabernaculam preparauit
Nec locus dignior fuit in mundo
vtero virginali in quo maria
suscepit nec in celo solio regali
in quo hodie maria filius suus
sublimauit ipsum in terra pi...
nutriuit Ipsum lacte de celo infu-
so lactauit Ipsum in templo
offerentem in patibulo iuxta eum
Ipsum usque ad sepulturam secuta
est fuit Ipsa ei in hoc exilio
sito infirmitatibus corporis communi...
solacia congrua exhibuit Tercio
accipitur pars optima quantum ad gracie
cumulacionem Deus habet quadru-
plicem mensuram gracie de qua
dicitur luce 6 mensuram bonam et
confertam et coagitatam et super-
effluentem dabunt in sinum vestrum
Mensura bona est quando alicui
gracie datur quod sibi sufficit ad
iustificacionem et aliorum salutem

Et sic est pars bona que datur cui-
bus mensura conferta est quando
alia ultra confertur et tamen gratie
recepit quantum sibi sufficit ad sui iu-
stificationem et aliorum salvationem
Et sic habet pars melior que sunt
apostoli mensura coagitata est quando
[illegible] in ea gratiam agitando confir-
[illegible] ut nunquam ab ipsa gratia cade-
re possit Et habet est pars optima et
fuit in sanctificatis in utero / mensura
supereffluens est que de sua
plenitudine aliis communicat et effundit
et est pars superoptima et fuit in
Christo et matre eius ut de quolibet
possit vere dici illud Iohannis 1
de plenitudine eius omnes acce-
pimus // Quarto accipitur hic pars
optima quantum ad perfectam humilitatis
[illegible] litatis cum tres habet gradus
primus est subici suo superiori hoc est
dare [illegible] et subiacere eis
[illegible] et est pars bona / Secundus
est non solum subici suo superiori sed
etiam deferre suo equali Romanos 12
honore invicem prevenientes Et
hec est pars melior Tertius est non
solum hoc sed etiam deferre suo
inferiori et subici Luce 22 Qui
maior est erit sicut minor Et
hec est pars optima Et hanc ma-
ria elegit Quia non tamen erat sub-
iecta suo superiori id est deo Luce 1o
Ecce ancilla domini etc Non solum
suo equali id est Ioseph sponso suo
[illegible] sibi preponebat Luce 2 Ecce
pater tuus et ego etc Sed etiam
suo inferiori id est Elizabeth aput quam
tribus mensibus mansit et sibi
devote servivit / Ipsa cum de deo se-
ntiebat digne de se parva de proximo
magna Sed multi contrarium faciunt
contra quos dicitur Luce 21 Non
accedit ad ministerium dei si fuit grandi
vel parvo vel torto naso Illi sunt
grandi naso qui de se sentiunt
magna ut vane gloriosi Illi sunt
[illegible] parvo naso qui de aliis /

sentiunt modica ut sunt presump-
tuosi Illi sunt torto naso qui de
deo sentiunt indigna sicut heretici
sicut in divinis scripturis tortas ex-
positiones faciunt Et ideo de deo
erronea sentiunt // Quinto accipitur
pars optima quantum ad filii sui
incarnationem Magnum est enim habere
gratiam dei per iustificationem Et
hec est pars bona Maius est
habere gratiam dei per iustificationem
et bona fama proximi per lauda-
bilem conversationem et hec est pars
melior Maximum est habere ipsum deum
per carnis assumptionem Et hec est
pars optima Maria autem non tamen
primas duas predictas partes habuit
sed et tertiam proprie ipsam possedit
Istas tres partes tangit angelus
in sua salutatione ostendit enim
quod habuit gratiam dei et famam pro-
ximi cum dicit Benedicta tu in
mulieribus Et quod habuit tertiam scilicet
partem cum dicit [illegible] tertium
Et benedictus fructus ventris tui Sex-
to accipitur pars optima quantum
ad misericordie impensionem In meditatione
quidem bona pars est sequi veritatem
consilie melior est sequi rectitudi-
nem iustitie quia homo in consi-
deratione posset optima est sequi
temperamentum misericordie Sicut quidam viri
sancti qui suam sequentes conscientiam
noluerunt aliquibus misereri quia re-
putant eos indignos misericor-
dia Deus autem sequitur suam iusti-
tiam a qua declinare non potest
Virgo autem beata sequitur semper de-
monstrat igitur se qui noluit tunc con-
scientia vel tunc iustitia Maria
autem semper tenebat tunc viam Bernardus
Quando misereri nollet mater
misericordie non vocaretur Quia misereri non
potuit nunquam omnipotentie non ap-
pellaret // Septimo accipitur /

pars optima et operatorum. Bona
enim pars est intendere proximo per
erudicionem. Melior est intendere sibi
per dispersionem. Optima intendere
deo per vacacionem et meditacionem.
Istas tres partes habebat propheta qui
dicebat meditatus sum nocte cum
corde meo deo scilicet vacando et
exercitabar proximo scilicet erudiendo
et scopebam spiritum meum me scilicet re-
spiciendo et mundando. Istas tres
partes eciam maria habuit quia et
proximo intendebat per doctrinam
et sibi per custodiam et deo
per meditacionem internam. Secundo
habet partem optimam in vita ce-
lesti et in ista pars optima con-
sideratur quantum ad subiectum quod
glorificatum est quantum ad modum
per quem assumpta est quantum
ad locum quo portata est quantum
ad premium quo beatificata est et
quantum ad officium cui deputata est.
Consideratur quidem quantum ad subiec-
tum quod glorificatum est quia
tota scilicet in corpore et anima est glori-
ficata. Gloria autem quam deus dat
tres sunt partes. Una est quod
glorificat corpora sanctorum in terris
sicut glorificavit corpus sancti petri
et lazari et hec est pars bona.
Eccli 44 corpora sanctorum in pace
sepulta sunt et vivent nomina
eorum in generaciones et generaciones.
Alia est qua glorificat animas
in celis et hec est pars melior
de qua dicitur Apoc. 6 Date sunt
eis singule stole albe id est dotes
anime. Tercia est qua glorificat utrum-
que in celis scilicet corpus et animam
quod erit in sola resurreccione et hec
est pars optima quam maria ele-
git et hodie recepit. Petrus et
paulus habent partem bonam quia eorum
corpora honorantur in terris habent
partem meliorem quia eorum

anime glorificantur in celis [illegible]
non habent partem optimam quia
eorum corpora adhuc iacent in sepul-
cris. Alii sancti in celum volant
cum una ala id est cum glorificata
anima. Ista autem est illa mulier
[illegible] ale que volavit in [illegible]
id est in celum a malis spiritibus de-
cum duabus alis id est cum glori-
ficata anima et corpore ut habetur
Apoc. 12. Alii sancti cum
una stola id est glorificata anima. Ista
autem est illa mulier de qua dicitur
Proverbiorum ult. Byssus et purpura
indumentum eius. Per byssum
que est vestis candida intelligitur
glorificata anima. Per purpuram
que est vestis regalis intelligitur
glorificatum corpus quod de stirpe re-
gali descendit de qua veste re-
gali dicitur in psalmo Astitit regina
a dextris tuis in vestitu de-aurato.
Et alii sancti solum quiescunt
cum unam quietem scilicet anime [illegible]
runt. Ista autem et quiescit in anima
per felicitatem et quiescit in corpore
per impassibilitatem. Unde ipsa dicit
Eccli 24 In civitate sanctificata
similiter requievi. Tercio consi-
deratur pars optima quantum ad
modum quo assumpta est. Modus
quo anime assumuntur triplex est.
Quedam enim anime assumuntur
in celum per unum angelum et hec
est pars bona de qua dicitur
Exo. 24 Ecce ego mitto angelum
meum qui custodiat te in via
et introducat in locum quem pro-
misi patribus tuis. Alius est
a multis angelis assumuntur et
associantur et hec est pars me-
lior. Istam partem habuit ille
mendicus de quo dicitur Luce 16
Factum est ut moreretur mendicus
et portaretur ab angelis in sinum

…ige Tercius est quod omnes an-
…et omnes sancti aliqui ante ob-
…ant Et quod ipse christus pro-
…ti advenit et est pars optima
…super optima quam Maria hodie
…t et hodie recepit [illegible]
…d et omnes domus Israel de-
…bant archam testamenti do-
…in iubilo [illegible] In sermone de
assumptione Quis illud cogitare
…ciat quam gloriose hodie re-
…a mundi processit et quanto de-
…vocionis affectu tota in eius occur-
…m celestium legionum processerit
…titudo Quibus amplexibus potit
…usque ad thronum glorie canticis
…deducta quam placido vultu
…rena facie quam letis amplexi-
…bus suscepta a filio et super omnem
…exaltata sit creaturam cum eo honore
…tanta digna fuit mulier cum ea
…que tum decuit filium Judith 13
…ic glorificata est anima per omnibus
…diebus vite mee Augustinus
…ascendens super omnes celos
…te assumere voluit in celos
…angelum misit sed ipse de celis
…angelorum militia ad te descen-
…honorem tibi exhibens que
…alijs partibus exhiberi precepit//
…o consideratur pars optima quantum
…locum quem sortita est/ locus
…sedes in patria triplex est
…quidam enim sortiant angeli
…infime ierarchie et est hec pars
…bona alij autem angeli medie
…hec est pars melior Alij ange-
…suprime et hec est pars optima
…Maria autem super omnes ordines an-
…gelorum est exaltata super omnem
…altitudinem sanctorum est elevata
…ad dexteram filij sui collocata
…ideo non tantum habet partem optimam
…d et quod optimam Quod autem
…exaltata sit super omnes angelos
…tur cantat Ecclesia Exaltata est

sancta dei genitrix super choros
angelorum ad celestia regna et per-
venit ultra quam nunc quamvis talis
est natura vere non substantia tollitur sed
glorie magnitudo demonstratur cum elevatur
ad dexteram patris vere christus pro nobis
introivit pontifex maximus ad celi
uz palatium Quod signatum est//
Genesis viii° ubi dicitur Requievit archa
super montes armenie i. beata virgo
super sanctos celestes tunc quod ve-
re exaltata est usque ad dexteram filij
sui/ Hoc figuratum est 3° Regum 2 Oc-
currit Salomon i. christus pacificus
in occursum matris quia sibi obviam
processit et eam adoravit quia eam
reverenter recepit et sedit super thro-
num suum positus est thronus
matri que sedet ad dexteram eius Ie-
ronimus Creditur quod ipse salvator per
se totus festinus matri occurrerit
et cum gaudio eam secum in thro-
no collocavit// Quarto consideratur
pars optima quantum ad premium quo
beatificata est Beatitudo enim tres
videtur partes esse Prima est bo-
que est pars hominum sanctorum sed ad-
huc est imperfecta Secunda est melior
que est angelorum que est completa
Tertia est filij que est optima
que est consummata et dupliciter sola
gloriosa et istam partem virgo
cum filio elegit de qua ipse dicit
Ecclesiastici 24 In omnibus requiem que-
sivi et in hereditate filij i. domini
mei morabor// Et nota quod hanc
divinam optimam partem elegit non
competit nec deo nec angelis nec
homini Homo enim nec angelus
qui optimam partem habeat minime est
deus autem non tenet partem sed
totum unde sola Maria optimam
partem habet et ideo est media
inter creatorem qui totum tenet et
omnem creaturam aliam que partem

bonam vel meliorem possidet
Unde comparatur propter optima quantum ad officium quod sibi commissum
est. Est enim ei commissum triplex
officium quod diligenter exercet scilicet
adiuvandi advocandi et miserendi.
Adiuvat quidem homines in vita in
morte et post mortem. Unde est
quod cantat ecclesia Maria mater gratie
mater misericordie tu nos ab hoste protege
in hora mortis suscipe. Adiuvat
quidem bonos in vita in gratia confirman-
do et ideo dicitur mater gratie et malos
ad misericordiam recipiendo. Ideo dicitur mater
misericordie. Adiuvat in morte nos ab
insidiis dyaboli protegendo. Ideo
dicitur tu nos ab hoste protege. Ad-
iuvat post mortem animas in suis
suis manibus suscipiendo et ad
celum inducendo. Ideo dicitur in hora
mortis suscipe. Habet secundo officium
advocandi. Quoniam autem advocatus
debet habere diligentiam quia si pi-
ger et negligens esset advocatus
bonus non esset. Debet in curia
regis habere potentiam quia si inutilis
posset male pro aliquo aliquid
impetrare valeret. Debet habere
sapientiam ut sciat invenire leges
et rationes pro sua causa efficaces.
Debet esse coram familia regis
in magna reverentia et benivo-
lentia quia si coram familia
odiosus vel despectus esset sepe
ad regem pro sua causa ingredi
non valet. Ista quatuor tangit
psalmus de virgine beata dicens astitit
regina a dextris tuis. Ecce quantum
diligentie. Quia pro peccatoribus
coram filio semper astitit mediatrix
ad medium inde reddit regina.
Ecce quantum potentie est enim mater
et ideo magne potentie est in
regis pallacio. Ecce 3a. Et in vestitu
deaurato in vestitu deaurato.
Ecce quantum sapientie. Per aurum

enim sapientia intelligitur. Et
habuit aurum sapientie
nullus fuit vestitus divina
nisi ipsa sapientia enim divina
est cuius aurum et cuius vestem
circumdata varietate. Ecce
in conspectu familie regis
valentie et reverentie. In curia
enim regia sunt multe varietates
colorum que virgini faciunt
indumentum. Ibi est color
aureus color rubeus martirum
color albus virginum. Omnes
cuius pariter compellantur quia domi-
nus ut angelica condantes
virginem circumdant et cantica
suam associant. Habet tertio
officium miserendi. Deus enim
sibi iustitiam et veritatem
autem commisit pacem et miseri-
cordiam. Psalmus misericordia et
obviaverunt sibi iustitia et pax
osculate sunt. Veritas de terra
orta est et iustitia de celo
prospexit. Quando igitur veritas de
quem punire compellit
tua virginibus veritati obviat et
se sibi sociam in eius facit
et ipsam redire compellit. Et
ideo dicit tua et pax vera
obviaverunt sibi. Cum terra in
dei de gratia aliqua celesti
mea ipsa pax virginibus dei
tam osculatur et se sibi facit
amicam et ipsam sibi recon-
ciliat et placat. Et ideo dicitur iu-
stitia et pax osculate sunt. Ver-
iorum quia veritas dei nata est
de virgine. Unde dicit veritas
de terra orta est. Et ipsa iustitia
dei sedet super solium. Et ideo
dicitur iustitia de celo prospexit
celum solium enim ipsa visio habitat
que est solium et sedes dei
illud Ysaie [66] celum sedes
mea et ipsud ante solium

solium meum iuxta illud ysaie
... in una solium eius debet
... vitatis dei ad unam dextri que
... esse virgine mee debet et
... dei ad unam flecti que vo-
... esse solium meum etc.

Sermo undecimus de assumptione virginis marie

Veni in ortum meum soror me-
a sponsa messui mirram
meam cum aromatibus meis
Cant. 5. Iste sunt verba summi re-
gis et omnibus vocantibus gloriosam
matrem suam in requiem sempi-
ternam in quibus tria sunt notanda
primum quare mater dei soror et spo-
nsa appellatur secundum que sit causa
quare ortum suum a filio vocatur. De
primo notandum quod virgo beata soror dei
appellatur propter vite conformitatem
... et simplicitatem ipsa
... conformis filio suo erat in
... Sicut enim filius virgo fuit ita
et ipsa semper virgo permansit unde
... potest dici de ea quod de filio
dicitur Sapie. 7. Candor est enim
lucis eterne et speculum sine macula
... eadem ... et eandem ...
... talemque ... participat ...
... et propter has duas causas soror
appellatur. Dicitur etiam sponsa dei
propter inestimabilem caritatem qua
ipse se diligunt mater et filius
... enim ex omnibus milibus angelorum
... amare elegit et preelegit
... non filius elegit ex omni ...
virginum eam elegit et preelegit
ut ex ea incarnaretur. De secundo nota
filius dei propter hoc matrem suam
invitat in ortum suum quia ... ipsa
... cum ... incarnari voluit
... in ortum suum id est in virgina-
lem mentem et ventrem unde
et ipsa dixit angelo sibi annunci-
anti quod esset filium dei conceptura
Cant. 5. veniat dilectus meus in
ortum suum ut comedat fructus po-
morum suorum non dicit in ortum
meum sed suum quia se et omnia
sua domino obtulerat voluntati et
... beata virgo fuit ortus deliciosus
propter septem que commendabilem
faciunt ortum. quorum primum est
clausure firmitas. secundum arborum
densitas. tertium florum speciositas
quartum graminum viriditas. quintum
fontis irriguitas. sextum cantus
suavitas. septimum aromatum
nobilitas. primo igitur fuit virgo
maria commendabilis ortus quia
firma septis clausuris munitus
unde dicit filius eius de ea Can-
ticorum 4. ortus conclusus soror
mea ortus conclusus. Glossa dicit
ortus conclusus quia omnia septa
sunt corporis munditia et fortitudo
patientia. munditia corporis obsti-
tit delectationibus seculi. Cordis
vero patientia temptationibus restitit mundi
... delectationes et adver-
sitates mundi fructus ... virginitatis
... debemus et nos ...
quasi ortus fructifer ...
... preceptorum dei observantia
ubi enim septis ista non sunt diripi-
tur omnis possessio bonorum
operum a demonibus unde Eccli. 36
ubi non est sepes diripietur possessio.
Secundo maria fuit commendabilis ortus
propter arborum densitatem ...
autem iste sunt diverse virtutes ...
scilicet prudentia fortitudo temperantia
et iustitia. de quorum pomis et
fructibus dei filius ...
et ipsa ad filium Cant. 7. omnia
poma nova et vetera dilecte
mi servavi tibi. poma nova
erant exempla patrum novi te-
stamenti. poma vero vetera erant
exempla veteris testamenti que
omnia beata virgo maria dei filio
... se obtulit ad ... debemus
et nos ... arbores
in nobis plantare et per pru-
dentiam inter bonum et malum
discernamus per fortitudinem malis
resistamus per temperantiam ...

modum debitum concordamus et
per iusticiam vniuscuiusque quod suum est tri-
buamus. Tercio fuit beata virgo maria
ortus deliciosus propter florum speccio-
sitatem scilicet lilio virginitatis rosa ca-
ritatis et viola humilitatis. Accipiamus
et nos karissimi munus de floribus
istis eos quos in nostri cordis viridario
transplantemus ut propter odorem ipsorum
et venustatem dei filius nobiscum
dignetur habitare. Quarto delectabilis
ortus fuit maria propter graminis
viriditatem. per viride gramen signatur
fides viuens in teneritate virginis
Cristo quippe moriente omnibus in
fide vacillantibus ipsa sola quasi co-
lumpna immobilis in fide perstitit.
Debemus et nos karissimi viridem
fidem que per dilectionem dei operatur
quasi quoddam viridarium facere in
corde nostro in quo deus delectabiliter
requiescat. Caueamus cum in arido
gramine confidunt qui credunt se
posse saluari si tamen fidem habeant
et non opera. Contra quos dicit Iaco.
2 in canonica sua. Quid proderit fratres
mei si fidem quis se dicat habere
opera autem non habeat. Nunquid poterit
saluare se ipsum. quasi dicat non. Quinto
beata virgo maria fuit commendabilis
ortus propter fontis riuulo pietatis
qui corpora scaturientes totam eccle-
siam irrigauit habundanter. Fuit autem
fons iste compassio et misericordia beate
marie per quam fluunt ad nos omnes
quibuslibet peccatoribus de quo fonte dicitur
Cantic. 4 Fons ortorum puteus
aquarum viuarum que fluunt impetu
de libano. In libano itaque id est
in eminencia contemplationis
diuine ac misericordie quibus ex se diffu-
sus est tamquam fluminis impetus
letificat ciuitatem dei. Debemus
et nos karissimi imitari beatam virgi-
nem ut habeamus compassionis
ac misericordie in cordibus vestris ut per-
piatis elemosinas ardentes cari-
tates et paupertates egentium

irrigemus. Sexto laudabilis
et commendabilis ortus fuit beata
virgo maria propter cantus suauitatem
que in ea fuit et semper cu[...]
vote sequitur gratiarum actiones s[...]
meditationes et preces cogitationes
ipsius quasi quedam dulce[...]
lis alatoribus speci in altum s[...]
te suauem faciebant armoni-
am in auribus domini presen-
tabat quando in gratiarum actiones
prorumpens ait Luce primo Magni-
ficat anima mea dominum. Et ipsa
quasi omnium virginum significa-
illius super celestis curie [...]
primum cantaurant nouum quod [...]
ante dei sedem et agni [...]
et nos karissimi caritate [...]
gratias agere ipsi super omnibus [...]
ficiis suis. Collo. 3 estote gra-
tiarum cantantes in cordibus suis
seu vestris deo. Septimo commendabilis
ortus fuit beata virgo maria propter
aromatum nobilitatem que fuit in
ipsa. Unde Eccli. de ipsa dicitur Sicut
cynamomum et balsamum aroma-
tizans odorem dedi quasi myrra
electa dedi suauitatem odoris
per cynamomum quod tanto est [...]
quanto gracilius notatur virginalis hu-
militas. Quo cum mirabile videatur si
aliqua est humilis que olim peccatis
subiacuit. Sed quod virgo immacula-
ta humilis extitit hoc est laude
digna [...] per balsamum
quod est valde calidum ita quod co-
stantis palatum vehementer accendit
notatur materna caritas per quam succensa
beata virgo maria supra estimationem
hominum dilexit filium suum. Per myrram
electam que nimie amaritudinis
est, demonstratur intelligi profunditas
adversitatis omnem eius miseriam id est
omnes amaritudines passionis
quas filius dei pro nobis bibit
bibit et ipsa compassa est propter predicta nu-
me adorifera est virgo benedicta

...nius et nobis bene per bona opera
...ad ipsius bonum odorem semper
ad proximorum morum edifica-
...m Cant. hic bonus odor suc-
...et hiis qui salui sunt in vitam
eternam. Michael est nomen bonum
unguenta preciosa. Et Eccl. xli
curam habe de bono nomine hoc
magis permanebit tibi quam mille
...auri magni et preciosi. De tercio
...venerabilis. Virgo maria
dei filium recepit in ortum mei
...pus facto ipse eam vite recepit
...it in ortum supercelestem. Veni
...tum meum soror mea sponsa per
ortum regnum celorum intelligitur
...omnes delicias et habundancia
...nis amenitatis super ~~habundancia~~
affluencia ubi est una altissima
...preciosissima scilicet xpus et vineque
...sub cuius umbra electorum
...requiescunt et de cuius fructu
...tur. Sub hac arbore sedet
Virgo maria in regali solio co-
...nata corona et imperiali dyademate
...Qualiter autem beata virgo maria
dilectum filium suum fuit introducta
ortum delicias et in regnum super-
...num audiamus. Sed primo
...chorum angelorum cum proces-
ipsi angeli admirantes eius
pulchritudinem dixerunt ad inuicem
...c est ista que ascendit per desertum
...sicut virgula fumi ex aromatibus
...rre et thuris. Cant. Et iterum
...est ista que progreditur quasi au-
...ra consurgens pulchra ut lu-
na electa ut sol etc. Cant. Et
respondens angelis dixit ista
...speciosa est inter filias ierusalem sicut
vidistis eam plenam caritate et
dilectione. Et dominus marie dixit
Tota pulchra es amica mea et ma-
cula non est in te. Cant. Ego
mater pulchre dilectionis i. dei

et timoris i. peccatorum et agnicionis
i. angelorum. Et angeli ad mariam
Specie tua et pulchritudine tua in-
tende prospere procede et regna. q.
d. O maria ascende super ultimos
quia non sumus digni ut maneas
nobiscum. Et sic fuit ducta ad primum
chorum. In secundo choro angeli di-
xerunt ad mariam. Iam enim hyemps
transiit ymber abiit et recessit flores
apparuerunt in terra nostra. Et deus
ad angelos dixit illud Cant. 2
Sicut lilium inter spinas sic amica
mea inter filias ierusalem. Et dominus
ad mariam dixit Cant. Mel
et lac sub lingua tua odor tuorum
vestimentorum sicut odor thuris
Respondit maria. Ego flos campi
et lilium conuallium. Cant. Et merito
crescit in campo non habetur in
custodia. Sic maria omnibus peccatoribus
est dura et manifesta. Angeli ad
mariam Specie tua et ut supra. In tercio
choro angeli ad mariam dixerunt
Super salutem et omnem pulchri-
tudinem dilecta es a domino et regina
celorum vocari digna es. Gaudent
chori angelorum consortes et con-
cives tui. Et iam letentur celi et
exultet terra ante faciem domine
quia venit. Et dominus ad angelos
dixit Inveni quam diligit anima
mea nec dimittam eam donec
introducam eam in tabernaculum
patris mei. Dominus ad mariam Tu es
que restitues hereditatem meam michi
Cui maria respondit. Et usque ad
futurum seculum non desinam supple-
tuam hereditatem. Angeli ad mariam
Specie tua ut supra. In quarto
choro angeli ad mariam. Tu do-
minaris potestati maris etc. Et dominus
ad angelos A solis ortu usque ad
occasum laudabile nomen domine
Et dominus ad mariam. Filii thiri
vultum tuum deprecabuntur in muneribus

Maria respondit Dabo in Syon salutem et in Ierusalem gloriam meam. Angeli ad mariam Spes tua etc. In quinto choro angeli dixerunt Surgite vigiles mei venite adoremus quia ipsa est corona sanctorum omnium. Dixit ad angelos Hodie mortem quam femina intulit femina fugavit. Et dominus ad mariam Tui sunt celi et tua est terra. Maria respondit Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generationibus meis implemini. Sed in virtutibus. Angeli ad mariam Spes tua etc. In sexto choro angeli ad mariam Fons ortorum puteus aquarum viventium que fluunt impetu de libano. Dominus ad angelos Ecce radix yesse ascendet in salutem populorum ipsam gentes deprecabuntur. Ad istum fontem peccatores veniunt in flumine magno et in luce communis est. Dixit ad mariam Apud te est fons vite. Maria dixit Omnes sitientes audite et intelligite tradiciones quas dominus dedit nobis venite ad aquas omnes peccatores quia aqua quam ego do fiet in eis fons aque salientis in vitam eternam. Et angeli ad mariam Spes tua etc. In septimo choro angeli ad mariam dixerunt Multe filie regum congregaverunt divitias id est virtutes tu sola supergressa es universas. Et dominus ad angelos Hec est que nescivit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum. Et dominus ad mariam Veni dilecta mea intra in cubiculum sponsi tui per quibus oravi salui erunt. Maria respondit Mecum sunt divicie et gloria et opes superbe. Nono angeli ad mariam Spes tua etc. In octavo choro angeli ad mariam Gloriosa dicta sunt de te civitas dei. Dixit ad angelos Viderunt eam filie Syon et beatam dixerunt et regine laudaverunt eam. Dixit ad mariam Tu lux oriens nasareth / tu gloria ierusalem tu leticia israel tu decus mundi tu nobilitas populi cristiani.

Maria respondit In me omnis gra[cia] vie et veritatis in me omnis spe[s] et virtutis. Qui me invenit in[venit] vitam et hauriet salutem a Domino. Angeli ad mariam Spes tua etc. In nono choro angeli ad ma[riam] dixerunt Audi filia et vide et [incli]na aurem tuam quia concupivit r[ex] speciem tuam. Dixit ad angelos Q[uia] michi eam assumpsi sponsam et a[mator] sum amator forme illius. Dominus ad mariam dixit Veni columba mea formosa mea speciosa mea tabernaculum glorie vasculum vite te[mplum] celeste. Maria respondit In … castitas mea. Et iterum Talis est di[lectus] meus et ipse est amicus meus. Item Tunc totus chorus celestis venit ad eam cantando dicens Regina quomodo fiat istud quia … similem visa es nec habere sequentem. Maria angelis respondit Quid admiramini divinum est mis[terium] hoc civibus. Tunc omnis multitudo milicie celestis clamabat … dicens O maria templum … balsamum suavitatis gemma … lilium castitatis rosa caritatis … humilitatis speculum puritatis … claritatis fides omnis virtutis … omnium virtutum gloria mulierum … Regina stella sacerdotum rosa … rosa apostolorum regina angelorum iocunditas omnium celorum. Tunc ma[ria] respondit In omnibus requiem quesivi et in hereditate domini mo[rabor]. Et iterum Hec requies mea in seculum seculi hic habitabo quoniam elegi eam. Tunc dominus locutus est ad se et coronavit eam … mortalitatis et dedit nobis … et consolacionem et … et nobis … Ut ergo ad ipsam perveniamus et cum ipsa regna eterna possideamus prestet nobis eius filius dominus noster ihesus cristus qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus. Bernardus Ipsa est nobilis illa stella de Jacob orta cuius radius

[...]m illuminat orbem cuius splendor
[...]nis refulget et inferos pene-
trans perlustrans et calefaciens
mentes quia corpora sanat me-
[...]quit [...]ia Carnotensis talis fuit
ut eius unius vita omnium sit dis-
[ciplina] Idem quecumque maria sibi con-
venire intelligitur exemplo Idem
[...]it maria non solum corpore sed
mente que nullo doli ambi-
tu adulterat affectum Corde hu-
milis verbis gravis animo prudens loquendi
[parcio]r legendi studiosior non in incer-
to divitiarum sed in prece pauperum
[spem re]ponens intenta opere verecunda
[sermon]e Idem quid nobilius dei matre
splendidius ea quam splendor
quid castius ea que corpus
corporis contagione generavit
[...]de ceteris eius virtutibus taceam
erat non solum corpore sed et men-
te humilis corde gravis loquendi
[parcio]r intenta opere verecunda sermone
[...]hominem sed deum querens nullum
[ledens] omnibus bene velle maioribus
[assur]gere equalibus non invidere iactantiam
[fuge]re rationem sequi virtutem amare
[...]o festionuit aliquem quod corripit
[...]dem quod intravit aliquem [...]ri-
[...]m actibus eorum nichil in verbis
[...]o nichil in actu verecunda non
[...]us dissolutior non vero petulan-
[...]ut ipsa corporis species et mentis
figura probitatis Talem hanc
[...]ita monstravit talem ange-
[lus] ~~recepit~~ repperit talem spiritus sanctus
[...]it que digna fuit ex qua filius
nasceretur Augustinus contra quinque hereses
[...] inobediens meruit penam
[ma]ria obediendo consecuta est gratiam
[...] gustando prohibitum maledicta
[...] credendo angelo benedicta Idem
[...]or partus spiritualis quam carnalis
[...]ator cum maria fuit concipie-
[n]s fide christum quam carne mater
[...]et propinquitas nichil matri pro-
[fui]sset nisi felicius christum corde
[qu]am carne gestasset Ipsa quoque vir-
[g]initatis ideo gratior et acceptior

quia non eam [...] conceptus christus
viro violaturo quod conservaret ipse
eripuit sed prius quam conciperetur iam
deo dicatam de qua nasceretur elegit
Jeronimus in sermone Sicut in compara-
tione dementis hominis ita eciam in
comparatione virtutis domini nulla inve-
nitur perfecta cum eius omnia virtutibus
compleretur Idem Totam replevit
spiritus sancti gratia totam incanduerat
divinus amor ita ut in ea nichil
esset quod mundanus violaret affectus
sed ardor continuus et ebrietas profusi
amoris Idem Quicquid in maria
gestum est totum puritatis et simpli-
citatis / totum veritatis et gratie fuit totum
misericordie et iusticie que de celo prospexit
Idem O maria que dedit celis
gloriam terris deum pacem que refudit
fidem gentibus finem viciis vite or-
dinis moribus disciplinam Idem
Quod natura non habuit usus nescivit
ignoravit ratio mens non capit
quam pavet celum stupet terra atque
creatura eciam celestis ammiratur
hoc est totum per gabrielem marie
divinitus nunciatur per christum adim-
pletur Idem Non est in mundo
locus dignior utero virginali in quo
maria dei filium suscepit nec ex-
celsior regali solio quo mariam dei
filius sublimavit Idem maria
quia mente passa est plus quam
martir fuit verum eius dilectio
amplius fortis quam mors quia
mortem christi suam fecit Idem
Nulli dubium quicquid totum ad gloriam
laudis dei pertineat Quicquid dige-
nitrici sue fuit impensum Idem
Et si ad hoc nemo inveniatur idoneus
vocibus tamen omnibus cessare non debet
Etiam quilibet peccator a laudibus Crisostomus
super mattheum O inestimabilis laus
marie magis credebat nasciturum ca-
stitati quam utero eius plus gratie
quam ne conceptum ~~viri~~ manife-
ste videbat et fornicationem suspicari
non poterat possibilius esse credebat
mulierem sine viro posse concipere /

quam mariam posse peccare. Item Commessatrix aut vinolenta maria nunquam fuit quia omnis mulier que vinolenta est et commessatrix est meretrix. Non levis non iocosa non cantatrix non saltatrix non turpium auditrix sicut solent plerumque puelle facere que talia aut loquuntur aut audiunt. Non super [unclear] oculos suos [unclear] nec infixit aspectum. Secunda in Annunciacione ingressus angelus ad mariam dixit: Ave gratia plena etc. Ave salutacio quedam que consuetudini est inaudita tum matris dignitati est congrua. Vere etenim gratia erat plena cui divino munere collatum est ut prima inter feminas gloriosissimum deo virginitatis munus offerret. Unde merito angelico aspectu simul et affatu meruit perfrui que angelicam vitam studuit imitari. Vere gratia erat plena cui gratia et caritas facta est ut ipsum ipsum christum generare donatum est. Et ideo vere dominus erat cum ea que quem prius novo castitatis amore a terrenis ad celestia desideranda sustulit per modum mediante quedam natura(?) dum plenitudine divinitatis complevit vere benedicta in mulieribus que sine exemplo muliebris condicionis cum decore virginitatis gravida est. Honore [unclear] quod virginem matrem decorabat dei filium procreavit. Item magnam humilitatis constanciam tenet maria que se ancillam in sui condicionis dominum nostrum christum appellat. Bernardus in sermone ad laudem virginem sicut ad medium sicut ad archam dei sicut ad rerum causam sicut ad negocium seculorum respiciunt qui in celo sunt qui in infernis habitant qui nos precesserunt qui nunc sumus et qui sequuntur et nati natorum et qui nascentur ex illis. Illi sunt in celo ut restaurentur qui in inferno ut eripiantur qui precesserunt ut prophete ut fideles inveniantur et qui sequuntur ut glorificentur. Idem Nichil est quod tam me terreat nichil est quod tam me delectet sicut virginis sermonem facere. Terret me indignitatis propria sed delectat me laus virginis laus et excel[...]. Item super Cantica: Est cum sagitta electa amor christi que mariam non solum transfixit sed etiam ut nullam particulam in virgineo pectore vacuam amore relinqueret tota corde tota anima tota virtute diligeret ut esset gratia plena. Item Missus est in [unclear] in angustiis(?) rebus dubiis mariam cogita mariam invoca non recedat ab ore non a corde et ut impetres orationis suffragium non deseras conversacionis exemplum. Ipsam sequens non devias ipsam rogans non desperas ipsam cogitans non erras ipsa tenente non corruis ipsa protegente non metuis ipsa duce non fatigaris ipsa propicia ad portum pervenis. Item Ave est [unclear] virgo tam [ad]mirabilis ut salutetur ab angelo tam humilis ut desponsata sit fabro. Pulchra virginitatis et humilitatis permixtione mediocriter deo placet anima in qua humilitas commendat virginitatem et virginitas exornat humilitatem. Sed quanta putas veneratione digna est in qua humilitatem exaltat fecunditas et partus consecrat virginitatem. Audis virginem audis humilem; si non potes virginitatem humilis sequi humilitatem virginis imitare. Laudabilis virtus virginitas sed magis necessaria humilitas. Illa consulitur ista precipitur. Illam invitaris ad istam cogeris. De illa dicitur qui potest capere capiat. De ista dicitur nisi quis efficiatur sicut parvulus iste non intrabit in regnum celorum. Illa remuneratur ista exigitur. Potes denique sine virginitate salvari sine humilitate non potes. Potest inquam placere humilitas que virginitatem deplorat amissam; sine humilitate autem audeo dicere nec marie virginitas placuisset. Super que [unclear]

fecit spiritus meus nisi super
humilem et quietum super humilem dicit
non super virginem. Si igitur maria humi-
lis non fuisset spiritus sanctus super
eam non requievisset et si super eam
non requievisset eam non impregnasset
quia de ipso sine ipso concipere
non potuisset quia dum respexit humilitatem
sine potuit quia virginitatem
placuit de virginitate tamen ex humi-
litate concepit unde constat quia
placuit virginitas humilitas prudentia
fecit. Quid igitur dicis virgo superba
tu castior illa nunquid devotior
uis tua forte prudentia castior
castitate marie ut sine humi-
litate sufficiat de virginitate
quia per illa non potuit de sua
[illegible] quanto honorabilior es de sin-
gulari munere castimonie tanto tibi
maiorem iniuriam facis quod eius
decorem fedas per mixtione
superbie. Alioquin expedit tibi virgini
ne quam de virginitate insolescere
cum quid est virginitas multo
laudatorum est cum virginitate humi-
litas. Si igitur de virginitate mariam
non potes imitari studeas humilitate
eam sequi et sufficit tibi. Si at
virgo et humilis es quisquis es magna
es est tamen maius aliquid quam
virtus in maria scilicet cum virginitate
fecunditas. A seculo non est auditum
in aliqua inter simul esset et virgo
et mater. Felix maria cui nec humilitas
defuit nec virginitas quia non tene-
rit sed honoravit fecunditas
nichilominus singularis humilitatis
quam non abstulit sed extulit fecunda
virginitas simul germanitas et humilitas
honorum non imitabile quod non incompara-
bile quod non singulariter veniamus
igitur omnes in cetene corruptibili
carnis integritatem ammirantes
eo vos sancte virgines in virgine
fecunditate imitamini omnes honoris
devotis sanctissime humilitatem/

Sermo primus de sancto
Bernardo sequitur cetera

Iustum perduxit dominus per vias
rectas Sapie 10. Iustitia est
[illegible] constans [illegible] ius suum
tribuens. Ille igitur iustus est qui
habet ea que spectant ad deum
ad seipsum et ad proximum et talis fuit
beatus Bernhardus quo ad deum
habuit animam sublimatam celestium
contemplatione intellectum illustratum
divinorum revelatione affectum infla-
matum fervente dilectione et affectum
decoratum patenti missione. Fuit
quidem animam sublimatam celestium conte-
platione. Bernardus quia tantum erat intentio
celestium consideratione non videbatur
esse in mundo pro [illegible] cogita-
tionum. Quia cum intuebatur celestia
non videbat cognoscere vel intelli-
gere. Unde dicitur in legenda ita totus
in spiritu absorptus est ut iam nullus
sensibus corporis uteretur. Iam quidem
annum in cella noviciorum egerat et
adhuc an domus haberet testitudinem
ignorabat. Aliquo tempore ecclesiam intrabat
et exiens in capite ubi tres fene-
stre erant unam tamen putabat esse
iuxta lacum Lausanensem tacens
die itinere pergens pertransit cum
non vidit nec vidisse se meminit
Refert Iohannes Quod quidam
philosophi oculos sibi eruerunt ne a
corporibus impedimenta caperent
sed interioribus tanti vacarent. Inter
quos fuit Democritus philosophus qui cum
esset ditissimus omne patrimonium suis
civibus dereliquit Athenas profec-
tus est et ibi oculos sibi eruit
fecit. Huius autem causam a diversis [illegible]
assignat Agellius quidem [illegible]
philosophus dicit quod oculos ibi eruit
tamquam impedimenta honorum
studiorum et vegetationes cogita-
tiones habere. Alienus autem
dicit quod nimis moleste [illegible]
bat malos florere et ideo ne videret

malis bene esse osculatus sibi erunt
Tertullianus uero dicit Quod mulieres
sine concupiscentia aspicere non poterat
et ideo excecauit se ipsum ne videret
Cecus autem Bernardus oculos sibi non
erunt corporaliter sed spiritualiter quia
causa sunt ad amicum illicitum visu
sine affectu in quo sensu loquitur
dominus dicens Mathei v Si oculus tuus
scandalisat te erue eum et proice
eum abs te Verum quantum ad primam
causam causam sibi erunt quia ipsi
oculi sui non erant sibi impedimen-
tum interioris contemplacionis quia
eos ad vanitatem non inclinabat sed
potius auertebat iuxta illud psalmi
Auerte oculos meos ne videant
vanitatem / Erunt eciam spiritualiter
quantum ad secundam causam quia
malos non videbat oculo approbacionis
videbat tamen oculo compassionis
Cant v Ego dormio quantum ad
oculum approbacionis et cor meum
vigilat quantum ad oculum compa-
ssionis Non habuit eciam oculos
quantum ad terciam ~~[struck]~~ causam
quia eos in illicitis non figebat
seruans illud Iob xxxi pepigi
fedus cum oculis Unde dum ad-
huc esset adolescens et in quandam
feminam aliquamdiu defixos oculos
tenuisset mox in stagnum geli-
darum aquarum se immergens
tamdiu ibi permansit donec
pene exsanguis effectus est // Item
habuit intellectum illuminatum diuinorum
reuelacione Verum sibi reuelatum
est diuine incarnacionis misterium
gloria beatorum noticia futurorum
sciencia scripturarum Reuelatum
est sibi quidem dominice incarnacionis
misterium Verum cum adhuc esset puer
et in nocte natiuitatis officio
interesset et qua hora christus natus
fuisset scire cuperet apparuit ei puer
natus ihesus quasi iterum ante oculos

eius ex utero matris nascens
potest dicere cum apostolo Ephesiorum
michi autem omnium sanctorum minimo
est gratia hec et reuelata est
sibi gloria beatorum Verum cum sanctus
Malachias in monasterio suo ob[iisset]
et missa defunctorum pro eo cane[retur]
eius gloria Bernardo reuelata [est]
ultimam oracionem non tamen pro defunc[to]
tamen pro sancto canonisato d[...]
eius vestigia osculatus est / Habuit
eciam noticiam futurorum quia mul[ta]
futura predixit Unde cum Gerardus [...]
frater suus quondam remaneret et ip[se]
impediret Bernardus ergo digitum [...]
apponens dixit veniet dies
cito veniet quando latus istud
a perforabit et ad cor tuum [...]
que modo abicis viam dabit [...]
tempore magno vidit ultimam / Habuit
eciam scienciam scripturarum quam
quidem non didicit per doctores magis[tros]
erudicionem sed potius per spiritualem
meditacionem unde dicitur in legenda
Quidquid in scripturis didicit
maxime in siluis et in agris
meditando et orando se confite-
batur accepisse nec aliquos ma[gistros]
habuisse nisi quercus et fag[os]
amicos dicere solitus erat / [...]
diuinam reuelacionem Unde dicit ib[i]
Confessus est aliquando meditanti
vel oranti omnem scripturam velud
suppositam vel expositam sibi ap-
paruisse scripturam Unde eciam in
Cant dicit Quod ad quedam
timeret que aliis dicebat ve[nit]
ad ipsum vox dicens / Donec ipso
tenueris aliud non accipies ex ea
manifeste apprehenditur quod cum
dicebat spiritu sancto dictabat re-
uelante // Item habuit affectum in-
maximum feruenti dilectione Tam
feruenter enim deum diligebat /

diligendo modum habere nesciebat
ipse dicebat Causa diligendi
est deum deus est modus
sine modo diligi debet Tantum fer-
[vent]er diligebat quod totus in amore
[absorpt]us erat unde dicitur in legenda
totus in spiritu absorptus nullis
corporis sensibus utebatur
poterat dicere cum apostolo Gala.
vivo ego iam non ego Tantum fer-
venter diligebat quod omnem amorem
respuebat scilicet amorem he-
reditatis quia omnia deseruit
[pau]pertatem elegit amorem car-
nalis voluptatis quia continentiam
[perpetu]alem servavit // Amore quae-
[s]tionis quia a pluribus civitatibus
in episcopum electus noluit assentire Pro-
[pter quod] amor mundi dei est ad amor[em]
[contrari]i unde ipse dicit super psalmos Cui
[sapi]at Creator omne si quis celestem
[sapit] dulcedinem sentit omne illud
[quod] mundi sentit veneno [illegible]
[quod] spiritus miscere ipsius illecebris
[non] patiatur // Tantum fuerunt diligebat
[Bernardus] eam libenter eandem ipsam
[sapi]entia et devotione ad solum deum
[ha]bebat Amor parentum est quo amamus
parentes unde dicitur Ecclesiastici xl vini
[qui] sunt quorum parentes non depa-
rat // valerius de pietate predicat
quod cerna patrem suum iam vete-
[ra]ctutis velut infantem pectori
ad motum alit Amor sociorum
quo amamus socios et amicos
psalmo Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in unum
Amor iustus quo amamus homines
[iu]stos quia iustitia requirit ut eos
[am]amus que iusta sunt Amor
violentus quo amamus inimicos quia
[cogit]ur quod sensualitas a ratione valde
cogatur ut inimicus ametur Amor aut
[de]notus est quo singulariter et

specialiter deum amamus Creator
autem priores amores [illegible]
ad quintum totaliter reducebat et re-
ferebat // parentes cum amabat sin
deum unde et patrem ad religionem
adduxit et fratres convertit Amicos
autem et socios i. monachos ut quos
congregabat diligebat in deum omnes
non homines diligebat ad deum quia
eis predicabat et eos amonebat
ut eos converteret et ad deum adduceret
Inimicos diligebat propter deum // deum
autem diligebat propter se ipsum Unde
in libro confessionum Beatus qui
domine qui amat te propter te et a-
micum in te et inimicum propter te
Solus enim nullum carum amittit
cui omnes in illo cari sunt qui
non amittitur te nemo amittit
nisi qui dimittit // Quarto habuit
affectum potenti impressione Primo
cum illius potestate plenus erat terra
Deo suo obediebant elementa
sensibilia homines corda et demonia
Elementa quidem sibi obediebant
sicut patet in aqua sive pluvia terra
sicut dicitur in legenda Cum quidam
monachus sibi commissus absconse
sibi recessisset et beatus Bernardus
sub divo epistolam dictaret et cum
is qui scribebat cartam compli-
care vellet dixit Opus dei
est scribe ne desperes et sic cum
undique plueret molestiam tamen
imbris Beatus repulit caritatis tota
quia illam epistolam scripsit in imbre
Obediebant etiam sibi sensibilia
sicut patet in muscis terra cum
quandam ecclesiam quam ipse construxerat
occupassent muscarum multitudo
incredibilis ita ut omnibus mole-
stiam generarent Ille dixit Ego
excommunico eas [illegible]
invenerunt omnes mortue sunt [illegible]
Obediebant sibi homines corda

terram cum quidam latrones in qua-
dragesima ipsum visitassent rogavit
eos ut saltem illis diebus a su-
is iniquitatibus abstinerent quibus
renuentibus iussit propinare vinum
dicens bibite poculum amarum
quo hausto subito sunt mutati
et qui in medium temporis denegave-
rant toto tempore vite sue serva-
rant // Obediebant sibi demones
seu demonia quia ea expellebat
Machario scripto suo Quidam enim
demoniace cartulam scripsit
hec continentem In nomine
domini nostri ihesu christi precipio tibi
demon ut recedas ab ea qua ad
eius collum ligata statim ille disce-
ssit Machario cum baculo suo terram
cum quidam mulierem demon incre-
dibili libidine vexaret baculum
sibi dedit quem in lecto tenuit
et ad eam dyabolus accedere non pre-
sumpsit Machario sua et imperio
suo Cum enim inde recessisset et
dyabolus ipsam vexare vellet illa
ipso invocata et omnibus cande-
las accensas in manu tenentibus
demonem illum excommunicavit
et sic iterum ad eam ultra accedere
non presumpsit Machario responso
suo terram infirmatus aliquando
et in excessu raptus mentis
ante dei tribunal est presentatus
Affuit sathan ipsum accusans et
Cui ille fateor non sum dignus
propriis meritis regnum celorum obtinere
sed dupplici iure illud obtinens
dominus meus hereditate scilicet patris
et merito passionis altero ipse con-
tentus alterum michi debeat /
Quo responso dyabolus confusus
evanuit Et ex hijs perpenditur quod
deo servienti et obedienti omnia
serviunt et obediunt scilicet superiora
inferiora media et interiora Et ad
istud significandum cum filii israel
de egipto exirent et ad terram

promissionis tenderent
eis obedierunt et cesserunt
scilicet mare rubrum ut e-
vaderent Torrentes Amo-
rei transirent Scopuli Arnon
ibi requiescerent / Et istis tribus
Numeri 21 Sicut fecit deus in
rubro sic facit in torren-
te Arnon Scopuli torrentium
sunt ut requiescerent in a…
Tertio cessat eis fluvius ior…
ut ad terram promissionis …
ut habetur Josue 3 Naves …
spiritualibus ad celestem patri…
deportandum celebrantibus obe…
superiora scilicet deus et angeli …
et isti sunt torrentes ar…
qui interpretatur lux Genesis 1o fiat
lux et facta est lux i. angeli…
natura Deus igitur obedit …
servienti Josue 10 Obediente …
voci hominis pro eius voluntate …
timendum se facit Angelus …
et obedit deo servienti et …
Hebr 1 Omnes administratorii …
in ministerium missi / Similiter inferiora
i. demones Isti significantur per …
rubrum quia semper sunt in ama-
ritudine et semper sunt rubei
per ardorem flamme / Isti obe…
deo servienti Luce 10 Domine et
demonia subiciuntur nobis in no-
mine tuo Similiter media qui…
etiam principes qui habent a…
iudicare serviunt deo forma…
quia intelligunt eos esse ma-
iores Eccli 1o Magnus est iudex et
potens in honore et non est ma-
ior illo qui timent deum Eccli …
gnantur per iordanem qui inter-
pretatur rivus iudicii qui ipsius est re-
sum Cum sepe prelati et alii
principes terram iudicantes re-
sum a sua pompa tenerentur

tram simil dei equilibrantur
sunt cum meliora anima quibus
et quibus deo tunc sensualitas
et rationi et hoc signatur
populum sensualitas e sto-
l in quem cum ratio impigit
ma naufragium patit sed cum
ronc dunat sicut anima per
et gaudia mundi efraditur //

Sermo secundus de eodem

Vesperum dedignat domus per
nus rectus Sapie 10 ipse qu-
i e bene tenuis fuit iustus ha-
ndo ea que requirunt quo ad
tum venit videndum est quomodo
iustus quo ad sapiam Circa quod
dum Quod ipse habuit in corpe
magnam asperitatem In corde
corpe magnam puritatem In
magnam maturitatem In ro-
none magnam humilitatem et
ta magnam sanctitatem //
corpe quidem suo habuit magnam
tatem et hoc quantum ad cibum
d ad vestitum et quantum ad sop-
ambrosius laboribus et ie-
iis lascivia corporis castigat
rationibus devotis aiam saciat
consilijs dyaboli impedie re-
sunt // De cuius cibo sic legit
comedendum uno voluptate
ecebat appetitum sed solo timore
titus sit accedebat ad sumendum
eum quasi ad tormentum Sic
illecebras ras obdormierat
upam quam saporum discretionem
magna parte perdiderat rarum
oleum sibi aliquando pro crudeli
tatim bibit Sanguinem insup
tum per crucem pro bubulo sibi
tatum multis diebus non sat co-
medisse Solam aut aquam sibi sa-
dicebat eo quod dum sumeret
uncos et guttur ei refrigerabat /

[M]ulti aut sunt qui recitant
famem pro cibaria requisita Contra
quos dicit Seneca palatum tuum
famulus excitat non sapores Sed
dicitur Job 40 An extrahit potius
leviatam homo / leviathan qui
interpretatur additamentum signat gu-
losos qui addunt ferculum ferculo
Tales laqueos dyaboli capiunt
Sicut captus fuit Adam Enim tunc
appetitu famis non excitavit allatus
ex pomi suavitate comedit et ideo
culpam prevaricationis incurrit Ambrosius
in libro de ieiunio Culpa per cibum
latebra per cibum cognitio infirmitatis
in cibo dutus infirmitatis in ieiunio
De cuius aut vestimento sic legitur
In vestibus aut ei semper paupertas
placuit sordes in quantum nimirum
animi fore indicis agebat aut ne-
gligentis aut apud se inaniter
gloriantis aut foris quandam vanam
gloriam affectantis aliquid pluribus
annis portavit quam diu consultum
esse potuit Sed ubi cognitum esse
sensit illud removit Quibus saepe
illud exemplum in ore Quia hoc facit
quod nemo facit mirantur omnes Dicitur
igitur in cavent sibi a varietate re-
rum et exquisito usu vestimentorum
quia ibi non est peccatum Unde dicit Je-
ronimus in libro contra Jovinianum
Nec indumentate vestibus atque vestitus
nitore est aut hic aut ibi esse peccatum
non quod in cibo aut in vestibus
asseritur Sed quod varietas et commu-
tatio modicus reprehensioni proxima
est Quod aut reprehenditur a virtute
alienum est Quod a virtute alienum est
vitio mancipatur Quod vitio suum
arguitur peccato ingeritur quod peccatum est in re-
ctam suam in sinistra parte et
sinistrorum partem deserebat // decem
vigilia in orationibus sic legitur /

vigilat similis dei ultra possibilita-
tem humanam bullam cum tempus
magis se exercet tanquam solebat
quam quo dormivit Sancti enim
viri semper vigilant in bonis operibus
et orationibus nec mors ipsos inveniat
imparatos Ideo monet dominus dicens
Math 24 vigilate quia nescitis
qua hora dominus vester venturus
sit Quod est contra multos qui
suam conversionem differunt usque
ad mortem Quod quidem fieri non
debet Sicut ostendit Crisostomus
super Math per quatuor exempla
Primum est quando sponsa expectans
suum sponsum primus se ornat
atque componit Nam si tunc in ad-
ventu sponsi se ornare differret
sponso plurimum displiceret // Secundum est
quod sicut virgo deformis et turpis
sine causa se componit Sic et qui
sine causa preparabunt se peccatores
Tercium exemplum est quando strenuus
miles securitate temporis arma sua
debet habere parata ut cum tempus
belli advenerit ire possit munitus
ad prelium Qui autem gladium rubiginare
dimiserit loricam sordescere scutum
frangi non potest celare negligen-
ciam cum urgens necessitas non
permittet longi temporis opus adimplere
Quartum est quia malus servus
absente domino non aspicit opera sua
sed negligenter operatur Cum vero
videt dominum suum de longe tunc
aspicit opera sua et incipit operare
et festinare quia multorum negli-
gencia dierum non potest una hora
compleri Sed in corde et corpore
habent puritatem quia mente et
corpore sunt virgines // Sunt autem qui ser-
vant castitatem aut parum temptati
aut carne non illecti aut exterius
non provocati Sed tunc castitas
alicuius est maxime virtutis quando
quis eam servat honeste ab hoste

temptatus et a carne illectus
et ab exterius provocatus ca-
Beatus Bernhardus castitate servavit
si temptatibus omnes temptaciones
carnales fugiebat iuxta c[illegible]
apostoli dicentis I Cor 6 fugite for-
nicationem Unde dicitur de eo
de pendentibus igitur periculum [illegible]
bitare sapienti fugam medi[illegible]
cepit et ordinem sit cisterci[illegible]
inchoavit Si a carne allicie[illegible]
ipsam protinus mactabat Unde cum
adhuc esset adolescens et in
feminam oculos aliquando de-
tenuisset in stagnum gelidam
quarum se iniecit et nec tota
sanguis effusus erat Sed ab
exterius provocabatur totis viribus
resistebat Unde cum puella
lecto dormienti se nuda iniecisset
ille in aliam partem se vertit
partem relictam sibi dimisit et
illa confusa discessit Alia cum
mulier cum bis ad lectum suum ve-
nisset ille latrones clamando
sic ipsam expulit Octo habuit
ore maturitatem Unde legitur de
iuventute sic cepit ut non potius
dendum quam ad reprimendum
vim facere oporteret et risum suus
stimulo adhiberi quia fre[illegible]
Job 28 Qui fecit ventis pon-
[illegible] vel pondus dans facit cum
quando seculo et in iuventute
vero sunt in religione facit
turbas et graves per iuvenili in-
maturitate Illum in maturitate pre-
venit qui in iuventute senium
gravitatem pretendit Sed de[illegible]
potest dici quod legitur Tren 1 [illegible]
crediderunt reges terre
et universi habitatores turbis
quoniam ingrederetur hostis et inimicus
portas Ierusalem Homines cum seculares
que possent credere de aliquibus
religiosis quod sit esset in loco quod

[...] aspectu in ridendo dissoluti ad re-
[...]icarundum inclinati ad audiendum
[...] Tales licet sint etate viri
[...] moribus sunt parvuli Cum tamen dicat
apostolus i Cor 13 Cum essem parvulus
loquebar ut parvulus Quando autem factus
sum vir evacuavi que erant parvuli //
[...]to sunt in conversatione humilitate
[...] legitur de eo vincebat in eo sub-
[...]litatem nomine humilitatis cordis /
[...] potuit enim erigere unumquemque sub [...]
[...] ipsum etate solus summus reputa-
[...]bat ab omnibus infimum ipse se repu-
[...] et quem sibi omnes ipse prepone-
[...] ponebat Dignum aut humilitatis erat
[...] omnes honores fugiebat unde
[...] civitatibus in episcopum electus
[...] noluit assentire Religiosi igitur
[...] ad dignitates eliguntur debent
respondere quod legitur Judic 9 Ivierunt
[...] ligna silvarum ut ungerent
[...] se regem dixerunt quod olive
[...] nobis quo respondit nunquid
[...] deserere dulcedinem meam
[...] quod suavissimos et ire
[...]ut ligna cetera promovear / Dixe-
[...]nt quod ad vitem veni et impera
[...] Que respondit nunquid possum
[...]re vinum meum quod letificat deum
et homines // ligna silvarum sunt cetera
seculares / per olivam ficum et vitem
[...]telliguntur religiosi qui debent ut
[...] olive quia in eis debet esse
[...] compassionis et misericordie vitis
[...] in eis debet esse vinum spiritualis
[...] et sacre scripture et sicut
[...] dulcedinem conscientie sed quando
[...]monentur inter ligna silvarum i.
[...] seculares amittunt compassionem
[...] efficiuntur valde amari et ad
pauperes valde duri amittunt le-
[...] spiritualem et sacre doctrine
[...]tationem quia efficiuntur valde indo-
[...]ti et multum tepidi amittunt con-
scientie dulcedinem quia efficiuntur
[...] conscientiosi Quinto
[...]abuit in vita perfectionem et sanctitatem

de cuius perfectione et sanctitate sic
legitur Semper aut inveniebatur aut
orans aut legens aut scribens
aut meditans aut fratres verbo edifi-
cans Dignum aut perfectionis erat
quod ipse mori semper desiderabat iuxta
illud apostoli Philip 1o Desiderium habens
dissolvi et esse cum Christo Unde cum
quadam vice gravissime infirmatus
esset et fratribus pro eo orantibus
convaluisset dixit eis Quid tenetis
miserum hominem parcite queso
parcite et sinite me abire // Sancti
enim viri quanto sunt maioris perfectionis
tanto magis desiderant corporalem
resolutionem ut eternam possint in-
venire resurrectionem / legitur Apoc 12
Signum magnum apparuit in celo mulier
amicta sole et luna sub pedibus
eius et in capite eius coronam
duodecim stellarum et cruciatur
pariens / per solem intelliguntur
celestia et eterna que mentem illuminant
intellectum / per lunam intelliguntur
temporalia que mutantur ut luna per
incrementum et decrementum unde
et lunatici dicuntur qui mutantur
secundum diversitatem mutationis lune /
per coronam duodecim stellarum
intelligitur irradiatio doctrine
apostolorum Sancti igitur viri sunt
amicti sole i. celesti conversatione
Sicut amictus erat apostolus qui dice-
bat nostra conversatio in celis est // Ha-
bent lunam sub pedibus quia
temporalia sunt sub affectibus / sunt
in capite coronam duodecim stella-
rum i. exempla duodecim apostolorum
quibus irradiantur i. coronantur
dum eorum exemplo ad contemptum
terrenorum et temporalium provocantur Sed
mali religiosi habent lunam in capite
i. temporalia in precordiis et voluntate
Solem sub pedibus i. celestia sub
contemptu et despectione Stellas
duodecim in corpore i. vita apostolorum

in exteriori apparencia et simulata conversacione. Habet autem mulier clamat per desiderium ad amorem et cruciatur ut pariat ut scilicet conclusa corrupcionis servitute pariat novum hominem in statu glorie unde apostolus dicebat Ro. viii° Omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc.

Sermo tercius de sancto Bernardo

Iustum deduxit dominus per vias rectas Sapie 10. Viso qualiter beatus Bernhardus fuit iustus habendo ea que requiruntur ad deum et habendo ea que requiruntur ad seipsum nunc videndum est quomodo fuit iustus habendo ea que requiruntur ad proximum. Habuit autem quosdam proximos seculares et laycos, ad quosdam religiosos et monachos. Primo ad seculares habuit magnam constanciam quantum ad tyrannos sevientes, magnam pacienciam quantum ad inimicos persequentes, magnam benivolenciam quantum ad humiles mansuetos et obedientes, magnam graciam fructuum ad omnes audientes. Habuit quidem magnam constanciam quantum ad tyrannos sevientes sicut patet in duce Aquitanie qui cum ecclesiam persequeretur et Bernhardus missam celebraret [illegible] expectaret corpus domini Bernhardus revertens accipiens corpus domini et flammeis oculis ad eum accedens dixit Rogavimus te et sprevisti nos. Ecce venit ad te filius virginis quem tu persequeris, resiste ei si vales. Statim quidem dux tremens corruit et ad pedes eius cecidit. Quem sanctus Bernhardus calce pulsans surge inquit ad dei audiendam sentenciam et fecit ille in omnibus obedivit. Olim principes ecclesias ditabant dotabant et libertatibus et immunitatibus roborabant. Sed modo et d[illegible] auferunt et libertatem subiri [illegible]. Legitur ii Regum 10 quod David misit nuncios suos ad regem filiorum Amon ut consolarentur eum de morte patris sui. Sed ille dimidiam barbam eorum raserunt et vestes preciderunt et eos multis iniuriis confuderunt. Sed David contra eos [illegible] fecit et eos vicit. Nuncii i. Christi sunt clerici et prelati. Filii [illegible] sunt demones vel principes mali. Due partes barbe sunt vita et sciencia vel ordo et ecclesia [illegible]. Demones igitur mediam barbam a multis clericis radunt quia tollunt bonam vitam et dimittunt eis scienciam. Mali autem principes mediam barbam radunt quia auferunt totam temporalem et dimittunt eis ordinem spiritualem. Vestes etiam i. immunitates et libertates precidunt quia illas multum diminuunt. Sed David in nostra manu fortis i. prelatus debet eos compescere et coercere. Mali autem sunt prelati qui habent debilem. Multi debile verbum, alii debilem manum. Sed verus David i. prelatus debet habere audaciam ut tales non timeat, imperium ut tales reprehendat et excommunicacioni subiciat et fortem ac potentem manum nec per secularem brachium sed clare eos coherceat. Secundo habuit magnam pacienciam quantum ad inimicos persequentes. Distinguit autem ipse Bernhardus triplicem gradum paciencie. Unus est esse pacientem ad iniurias verborum et iste est magnus. Alius ad dampna rerum et iste est maior. Tercius ad contumelias corporum et iste est maximus. Istum triplicem gradum paciencie habuit beatus Bernhardus. Fuit enim paciens

ad iniurias verborum vero tam quidam
episcopo de sua resurrectione amicabiles
litteras destinasset, ille indignatus
amarissimam sibi destinavit
in principio sic: De salute et non
spiritum blasphemiae scripsisset. Sed sit
vir dei in nullo commotus eidem
rescripsit dicens: Ego spiritum blas-
phemiae me habere non credo nec
unquam maledixisse aut maledicere
velle me scio presertim principi populi
mei. Dicebat enim illud Prov. 26
non respondeas stulto secundum stul-
titiam suam ne similis ei efficia-
ris. Fuit etiam sapiens ad dampna
rerum vero, cum quidam abbas
xii marcas ei misisset pro uno
monasterio construendo tota illa pe-
cunia a predonibus est sublata; quod
ille audiens nichil aliud respondit
nisi: Benedictus dominus qui pepercit
ab onere sed et illis qui abstulerunt
parcendum est quia magna pe-
cunia magnam eis temptationem
fecit. Fuit etiam patiens ad con-
tumelias verborum. Quidam enim
canonicus cum ipsum sepe nollet
maligno spiritu concitatus in maxil-
lam a deo eum percussit ut sonitum
daret rubor ictum et timor ruborem.
In quem cum illi qui aderant
insurgere vellent et adiuravit
ne tangerent et tangeretur sed parce
dimitteretur. Tertio habuit magnam
benivolentiam sive ad humiles
et devotos unde in legenda dicitur
quod summos quosque honores ut sepius
fatebatur alterius sibi mutuatum
hominem videbatur scilicet potius
reputabat absentem velud quedam
sompnia suspicatus; ubi vero
inter simpliciores erat amicabi-
tebat humilitate proprii ibi se inve-
nisse gaudebat et in propria red-
disse personam. Decebant namque
maiores benivoli esse ad subdi-
tos et eorum infirmitatibus condescen-
dere; unde dicebat apostolus 2 Cor. 11

Debemus autem nos imbecillitates
infirmorum sustinere. Jeremie 1 Dedi te
hodie in civitatem munitam ut scilicet
sufficientes ad te recipias per com-
passionem et columpnam ferream
ut sustentes pauperes et infirmos
per beneficiorum contributionem et murum
eneum ut opprimentes protegas per defen-
sionem. Quarto fuit magna gravitas
in predicando seu in predicatione
fuit tam ad omnes. Ideo mater eius ipsum
in utero gereret vidit se in utero
catulum totum candidum in dorso sub-
ruffum et latrantem. Catulus igitur
candidus et fuit catulus inquantum
lingua lenis et dulcibus exhorta-
tionibus vulnera peccatorum sanavit et
fuit candidus inquantum puritatem
et innocentiam servavit et fuit
subruffus inquantum igne caritatis
et zeli succensus fuit et fuit la-
trans inquantum tyrannos potenter
redarguit et hereticos tamquam lupos
a grege dei repulit. Quinto habuit
germanos scilicet monachos et fratres
suos ad quos iuste et sancte se
habuit quia laycos et ordinem
contemnebat. Honores carnalem
affectum relinquere satagebat, professos
virtutibus et bonis moribus infor-
mabat temptatos refovebat et
reducebat apostatas et profugos
revocabat. Homines quoque laycos
et seculares convertebat ad ordinem
et hoc doctrinis miraculis et ex-
emplis. Doctrinis quidem sicut fra-
tres carnales et quosdam alios
quos sic instruxit et salutaribus
verbis edocuit quod cum eis et xxx
viris ordinem intravit. Conver-
tebat etiam miraculis sicut patet
in Gerardo fratre suo, tamen cum
esset carceri mancipatus et sibi
loqui non posset ad eum clama-
mavit dicens: Scito quod in brevi
monasterium ingressuri sumus.

Eadem nocte compedes de eius
pedibus ceciderunt et aperto hostio
inde aufugit et ordinem intravit
Conuertebat etiam exemplis Narrant
tum quidam archiepiscopus quendam
suum clericum sibi obuiam misisset dixit
illi Bernardus saluus dominus misit te
qui cum diceret se tum ab archiepiscopo /
domino suo missum fuisse ille respondit
fallaris fili maior dominus misit te et
et ille velle fieri monachum non asce-
dit cor meum Quid plus visa cum
tanta sanctitate seculo valefecit et
monasterium intravit Erga nouitios
et de nouo conuersos carnalem affectum
relinquere satis agebat unde dice-
bat eis Si ad ea que intus sunt
festinatis hic foris dimittite corpora
que de seculo attulistis soli spiritus
ingrediantur caro non prodest quicquam
Volebant eum ut corpora secum duce-
rent nec ipsi ventrem intrarent
sicut sunt multi qui tamen intrasse
videntur ut ventrem suum pascant
et bene comedant et bibant de quibus
dicitur Jeremie XI Intrauit dominus
exercitum per animam suam quia non re-
plebo hominibus terram tuam quasi
bruto Nam brutus est in ventre
et fructum nullum facit et tanta est
illis in pectoribus multitudo ut velud
nubes solem obscurare videntur
Sic hodie multi religiosi qui
tamen ventrem suum pascunt et nullam
utilitatem faciunt qui suo malo
exemplo etiam bonos obumbrant
et inficiunt Volebat etiam ut secum
portarent corpora i. propriam voluntatem
vel propter carnalem amorem parentum
de propria voluntate requirendo
dicit Seneca Tantum virtuti subtra-
hitur cuius auribus et cauda am-
putatis deo offerri non patiatur
Quia religioso sub precepto deo non
offert qui autem obedientem

de amore parentum relinquendo
dicit Deus Egredere de terra tua
et de cognatione tua et de do-
mo patris tui hic est ~~[illegible]~~ domi-
num autem ascendit matrem
suam Johanni i. gratie dei recom-
mendauit ~~[illegible]~~ professos virtutibus
et moribus informabat etiam in
eis docuit que post modum in suo
testamento seu testimonio ser-
uanda relinquit dicens Etiam vobis
fratres karissimi obseruanda relinquo
que ego pro viribus obseruaui /
obseruaui Primum scandalum feci
q vitia sedaui ut potui q sensui
meo quam alterius credidi lesus e-
ledente vindictam nunquam expe-
tiui Caritatem obedientiam et
humilitatem vobis relinquo / De-
bat igitur ut nullus verbis tantu-
losis alium scandalum faceret
sicut sepe iuniores conuenerunt
senes prouocare quod signatum
est iiij Reg. ii ubi pueri dixerunt
Helizeo ascende calue ascende
calue quia tales duo ursi de-
uorant scilicet disciplina et obedi-
entia / abstinentia quia talium est
scientia debet fugari et magnis
disciplinis et diuersis ieiuniis Se-
cundum contingit / quod illi qui sunt
meliores conturbant et scandalisant
maiores sicut cum accidit Genesis xxi
filii concubinarum Jacob electi sunt
ad maledicendum filii non liberi
ad benedicendum pro quod datur intelligi
quod maledicere est tamen velud perso-
nam non de eis apud deum Refert
cum abbas Joseph quod sunt tria ho-
norabilia apud deum sine terro-
re scilicet patientia in infirmitate
Bona opera cum munda intentione
et obedientia sine voluntate //

F

[P]otuit etiam subditos habere patien-
tia per patientiam aia possidetur
Luc 21 In patientia vestra possidebi-
tis animas vestras Augustinus [illegible]
sunt omnes qui sunt participes patie-
[n]tie qui possessionibus terre utuntur
[i]sti patientie virtute laudantur isti pa-
tientie munere coronantur refert Io-
sephus quod [illegible] suffocatus et contrit-
us fuit sputis iudeorum tristis non
fuit illatus sed nam contristatus [illegible]
[illegible] ignis corpus vinctus [illegible]
[illegible] sputis suffocatur quando in illo
[illegible] igne impatientie succenditur
[f]ervor caritatis contingentur
mansuetus autem convicijs quando affici-
[tur] fervor caritatis non diminuitur
[q]uanto temptatores confortabat
[e]t consolatione refovebat [illegible]
[illegible] quendam militem ad ordinem
[illegible] pulsset et ille tristis et tempta-
tus apparet requisitus a quodam
monacho quid haberet respondit frater
[illegible] scio quid nunquam amplius
[illegible] ero Quod cum vir dei au-
divisset et pro eo orasset et ipsum
[ex]hortatus fuisset statim omnis
temptatio depulsa est et tum
[illegible] apparuit iocundior quantum
[illegible] prius erat tristior Cum autem
[illegible] vir unius rustice amicabiliter
[illegible] impetrasset ille respondit
[illegible] si prius dixi nunquam letus ero
[illegible] autem dico quod nunquam tristis ero
[D]yabolus cum nititur temptare
[de] novo quosdam quod signatum est 2 Reg
[illegible] ubi dicitur Quod philistei audi-
entes quod David esset unctus in
regem congregati sunt contra eum
[Q]uia quando homo gratia spiritus
sancti incipit bene se regere innungitur
[illegible] contra cum multitudo demo-
num [illegible] dicentes [illegible]
Iosue 10 Expugnemus Gabaon
quia confugit ad Iosue sed et

[illegible] de novo quasi sunt adhuc
incepti et infirmi Deus non per-
mittit eos gravibus tempta-
tionibus perurgeri unde Gregorius
in moral. Distinguit tres gradus
quorum que sunt monachationis me-
dietas et perfectio In monachatione
inveniunt blandimenta dulcedinis
In medio tempore certamina temptationis
et ad extremum perfectionem pleni-
tudinis Sponsam sponsus vir dulci-
bus blandimentis fovet quam quant-
tum asperis increpationibus probat
probatam securus cogitationibus
possidet Et novicij in principio
consolationis a deo recipiunt
ne temptationum asperitate fran-
gantur Quendam apostatam et pro-
fugos revocabat unum cum
quendam apostatam recepisset
et refectorium ipsum intrat [illegible]
fuisset inde murmurantibus mo-
nachis dixit eis vos potius
leti estote quia fratrem vestrum
perditum recuperastis Cum quidam
etiam monachus qui in ordine lusor
fuerat et penitus redire nollet
[illegible] solidos sibi dari fecit ipso
promittente quod singulis annis ad
eum rediret et lucrum reportaret
Hoc autem faciebat vir sanctus
ut per istum modum revocaret eum
Cum ergo redisset et secundus
lucrum suum revocaret ille reddit
[illegible] pater lucratus sum quantum pacis
vero capitali indatus sum si vultis
quod vero capitali me recipere Et ille
[illegible] est ut te recipiam quia
utrumque perdam [illegible] 1 Reg 13
Quod filij israel videntes se in arto
positos quidam eorum absconde-
runt se in speluncis quidam
in cisternis quidam [illegible]

ad philisteos. Quidam remanserunt
cum Saul, qui similes sunt viri
religiosi qui videntes se in arto
positos, i. in arta religione vel
etiam quando artantur per correctiones.
Quidam curam in infirmitate corporis
patiuntur quamvis corporis laborantes
se a communitate subtrahunt. Quorum
quidam volunt ire ad hospitale;
isti se abscondunt in speluncis.
Quidam ad infirmitorium; isti se abscon-
dunt in cisternis. Quidam currunt
ad philisteos, i. ad seculum. Quidam
vero remanent cum David. Saul pati
ad bellum sicut in bono persistentes
qui pugnant contra philisteos, i.
contra demones et carnem [illegible]
quem vincunt et frangunt etc.

Sermo primus de sancto Bartholomeo sequitur

Quicumque honorificaverit me
honorabo eum. primi Regum.
Magna liberalitas dei qui
pro modico et transitorio honore
quem sancti sibi exhibent in
terris eos glorificare dignatur
in celis. Talis fuit beatus Bartho-
lomeus, qui deum honorificavit
et ideo deus ipsum glorificavit.
Ponitur igitur in verbis premissis primo
eius meritum cum dicit: Quicumque ho-
norificaverit me. Secundo eius premium
quod consistit in eius glorificatione cum
dicit: glorificabo eum. Honori-
ficavit autem deum corde ore opere
et corpore. Corde quidem ut possit
de eo dici illud Eccl. xl. De omni
corde suo laudavit dominum. In corde
quidem sunt tria scilicet intelligentia
voluntas et memoria. Ille igitur
de omni corde deum laudavit qui
eius beneficia intellecta cognoscit
cognita diligit dilecta memorie

oblivioni tradunt. Taliter beatus
Bartholomeus beneficia nostre
redemptionis cognoscebat dili-
gebat et in memoria retinebat.
Quia ipsi regi Polimio cum tanta
diligentia exponebat ostendens
quod ipsa nostra redemptio facta est
valde congruenter. Quia primus
Adam factus de virgine terra,
secundus Adam de virgine Maria. Valde
potenter quia dyabolo usurpatori
alieni iuris potenter vicit. Valde
iuste ut qui comedente homine
vicerat a ieiunante homine vinceretur.
Valde sapienter quia sibi [illegible]
qui illusit dum quem [illegible] carnis
ostenderet hamo divinitatis
cepit. Secundo ipsum honoravit ore
dum eius gloriam fideliter predicavit.
Mundus quidam erat vacuus
in nobilitate abiectus et mise-
ria plenus. Beatus autem Bartholomeus
erat thezaurus dei margari-
ta dei et lumen dei et iste
mundum ditavit illuminavit et no-
bilitavit. Ista tria tangit beatus
Theodorus in sermone quem
fecit de ipso ubi ait Qualiter
eius corpus ad Lyparim insulam
est translatum. Venit ad pau-
perculam thezaurus ditissimus,
venit ad ignobilem preciosissima
margarita, venit ad mestam
splendidissimum lumen. Tertio ipsum
honoravit opere quia ydolorum
culturam destruxit et dei cul-
tum valde ampliavit. Sicut
dicit Augustinus in libro de civitate
dei tria genera deorum tradita sunt,
unum a poetis alterum a philosophis
a principibus civitatum. Quod autem
isti dii nullo sunt colendi,

ut dicit augustinus in eodem libro
ponunt [illegible]. Hi tales dii colendi
sunt pro facto tales homines creden-
dum irridendi sunt qui eos faciunt
et nullo tales homines honorandi
sunt. Concludunt christiani nullo
modo dii tales honorandi sunt
colendi [illegible] aut homines
insipientes quasi ydola colunt
sapientes tamen eos deridebant unde
dicit eusebius in libro 2° de [illegible]
[illegible] cum venisset in templum
Jovis et amictu aureo quo
tegebatur simulacrum eius tyrannus
detrahi iussit et imponi laneum di-
cens aureum hyeme frigidum estate gra-
vem esse deo autem sibi sit [illegible]
ut nec omnibus facere posset nec fri-
gus portare. Item cum Dyonisius
Esculapio videret barbam auream
quam Apollo pater eius non habet
tolli imperavit incongruum esse
appellans ut filius barbam haberet
cum Apollo pater eius adhuc
non habet. Item simulacris te-
nentibus et tenentibus pateras
aureas abstulit allegans se acci-
pere [illegible] debere quod dii darent
[illegible] dii [illegible] sunt ut
nec imperator vestem suam defendere
potuit nec barbam Esculapius
nec Apollo pubescere adhuc
cepit [illegible] omnes qui dicuntur
dii retinere potuerunt pateras
quas tenebant // Quarto hono-
ravit ipsum corpore cum tenuis
in die et tenuis in nocte co-
ram deo contemplabatur et sic
omnes actus tam diurnos quam
nocturnos orationibus premuniebat
augustinus in quadam epistola
quodcumque incohaveris facere [illegible]
invoca deum et gratias ei age
et cum [illegible] illud [illegible]
[illegible] Jeronimus ad Eustochium

Egredientibus hospitium et hospitium
intrantibus [illegible] regredientibus de pla-
tea occurrat oratio antequam sessio
Idem ad Eustochium nec tibi [illegible]
sumantur nisi oratione premissa nec
recedatur a mensa nisi gratie
referantur creatori. Idem eadem
nec prius corpusculum requiescat
quam anima pascatur. Crisostomus de
compunctione cordis [illegible] et sic
dimitte [illegible] soporis. Quinto honoravit
eius [illegible] quod exstitit in eius glorifi-
catione. Cum dicit Glorificabo eum
glorificavit autem ipsum deus in
vita in morte et post mortem
In vita quidem quia fecit ipsum esse
magne dignitatis sanctitatis
potestatis et utilitatis. Dignitas
autem eius ostenditur et quia fecit
eum apostolum et quia angelum dedit
sibi in ministerium et quia inter
apostolos quidam erant magni quidam
maiores quidam maximi ipse
unus de maximis esse videtur
unde dicit sanctus Theodorus
Petrus apostolus docet nationes Bar-
tholomeus [illegible] regna [illegible]
[illegible] Petrus operatur prodigia ma-
gna Bartholomeus facit prodigia
multa. Petrus deorsum capite
crucifigitur Bartholomeus vivus
excoriatur et capite plectitur
ad quod valet petrus misterium
[illegible] ad [illegible] Bartholomeus
[illegible] per penetralia equaliter
[illegible] equaliter [illegible]
[illegible]. Dedit etiam
deus sibi angelum in ministerium
unde dicit [illegible] testimonium
[illegible] dicens angeli cum eo
ambulant qui [illegible] eum fati-
gari nec esurire nec sitire per-
mittunt nec eius vestimenta
vetustate consumi nec scindi

lia sordidate / fecit etiam ipsum
sanctitatis magne cuius sanctitas
apparet in tribus scilicet in terrenorum
despectione unde regi volenti sibi
dare in munera auri et argenti
pondera respondit Ego nichil terre-
num nec carnale desidero sed superne
orationis unde dixit demon apostole
dei Bartholomee incendunt me
orationes tue et in constanti mente
unde dicitur de eo semper eodem
vultu et animo letus et hylaris
perseverabat non enim eius mens mu-
tabatur neque gaudio prosperitatis terre-
ne neque dolore qualis molestie
neque spe longioris vite neque mortis
horore // fecit etiam ipsum deus magne
potestatis cuius potestatis magnitudine apparuit
in demonum expulsione / licet enim
demon habeat magnam potentiam
astutiam et maliciam ipse tamen
eius potentiam ligabat ut tantum
scilicet quantum posset unde dixit
dyabolus habitans in ydolo illis
qui venerunt ad consulendum
deus vester catheneis constrictum est
nec suspirare nec loqui audet ex
illa hora qua apostolus dei Bartho-
lomeus ingressus est Nam secundum
Augustinum dyabolus est modo ligatus
est foras missus sed in fine inve-
nietur solutus unde dicit in libro
de civitate dei Solvetur dyabolus
in fine ut quam fortem adversarium
dei ... civitas superavit cum
ingenti gloria sui redemptoris
adiutoris et liberatoris appareat fo-
ras missus ut eius fortissimus
impugnatione perfecit alligavit
ne quantum posset maliciam infunderet
ipse etiam Bartholomeus eius a-
stuciam detegebat / fingebat enim dya-
bolus se infirmos sanare quos
tamen non sanabat subveniendo

sed a lesione cessando sed Bar-
tholomeus talem persuasionem detti-
gebat et omnes vere sanabat
unde demon dixit omnia per-
uidet omnia novit et quod ver-
loquor ipse iam novit Eius et
astucia detexit sicut patet in que-
stionibus quas ipse dyabolus sibi
fecit dum scilicet in specie militis
posuit ut quandam magistram
deciperet Eius etiam malicia ne
dicebat ne noceret quantum posse-
sicut patet in filia regis quam demo
invaserat a qua Beatus Barto-
lomeus eum expulsit et ex-
egit // fuit etiam magne ve-
neracionis secundum beatum theodorum qui
apostolo primas victorias evelsit
uas in pyretatibus seccavit seque
... composuit seneque ubi
abiecit candidit flores virtutum
et vineam iocunditatis plant
et singulis remedia oportuna
adhibuit de quibus omnibus ita
ait Theodorus unde Bartholo-
lingwe arabicam rationabilis
cura sultantem fidei viri
perfunde cordibus recondentes
paradisum et vineas domini p-
tantem singflorum passionibus
remedia medicinalia inferre
spiritualis intelligibiles evelle-
re uas in pyretatibus seccavit seque
dogmatitas componens Ecce deo
deorum agricoli tu ad tanta beneficia
ingrati fuimus unde subdit Re-
mit egroti medentem orbi ad-
ducentem naufragium gubernatorem
mortui vivificatorem // secundo
deus ipsum gloria fecit in morte
Cristus namque in sua passione
fuit despoliatus flagellatus cru-
cifixus et tandem mortuus sed et
tu ipsius secundum eius arca cruci-

ta ab impiis occidi non potuit
quod signatum est Levitici 14 ubi pre-
cipiebatur quod duo passeres offerren-
tur quorum unus ymolabatur alius li-
ber dimittebatur. Duo passeres in Christo
fuerunt corpus et anima sed cor-
pus in patibulo remansit / anima
ad sanctos qui erant in limbo
volavit. Eodem modo Bartholo-
meus in sua passione // primo fla-
gellatus postmodum crucifixus
deinde veste et pelle despoliatus
ut dicit primo sicut lucam decorti-
cavit et ultimo per capitis de-
truncationem mortuus. Anima autem
eius in celum volavit. Et ideo
potest dicere illud Canticorum 5 invene-
runt me custodes qui circue-
unt civitatem percusserunt me
scilicet flagellando et vulneraverunt
me scilicet crucifigendo tulerunt
pallium meum scilicet pellem meam
decoriando custodes murorum
peccatores qui tunc custodiunt mu-
ros suos de interiori habitatione
scilicet animam suam nichil curantes //
Tercio ipsum deus glorificavit post
mortem. Hec glorificatio atten-
ditur respectu sui quo ad animam
cui dedit magnam gloriam et quo
ad corpus cui exhibuit magnam
reverentiam / De gloria autem anime
eius sic dicit Theodorus Sancte
Bartholomee sol orbis terre
cuncta illuminans os dei linguam
ignitam sapientiam promens
fons ingiter sanitatem emanans
qui mare egressibus sanctificasti
qui terram purpurpurea tuo cru-
ore fecisti. Tu nunc ad celum conscendisti
ubi in medio divine acici refulges
in splendore immarcessibi-
libus glorie splendens in exulta-
tione iocunditatis inenarrabilis
gaudens. Exhibuit etiam deus
corpori suo magnam reverentiam

tiam sicut dicit idem Theodo-
rus cum Bartholomeus fuisset oc-
cisus et quatuor martires similiter
fuerunt occisi infideles ista quia
corpora in diversis archis posuerunt
et sic in mare proiecerunt quibus
proiectis quatuor martires supradicti
seni et bini precedebant tanquam
magistri obsequium Bartholomeo
prebentes / et Bartholomeus cete-
ris ducens sequebatur. Et sic de
armenia usque in partes Sicilie in
insula qui lyppari nuncupatur
dicti martires ipsum associaverunt
et venientes deduxerunt. Cum
vero Bartholomeus ab incolis
illius insule devote fuisset sus-
ceptus / mox quatuor martires sup-
dicto modo recedentes ad terras
alienas seu alias illorum regionum
processerunt. In quibus usque hodie
devote colunturtur. Canticum in prefa-
tione de domine in templo tuo
Bartholomeo premirabilem pre-
dicamus qui ad gloriam creden-
tes gentis ad indiam destina-
sti ipsum quoque coram regibus et /
mundi potentatibus glorificasti
et post corporalem passionem
in celestibus coronasti // Secundo
deus glorificavit ipsum respectu
nostri quia scilicet factus est advo-
catus peccatorum liberator suorum
devotorum contemptor mu-
pnorum reprobator inimicorum mu-
nerum // Est igitur advocatus peccato-
rum. Cum saraceni lyparim de-
struxissent Bartholomeus cuidam
devoto suo apparuit dicens per multum
tempus mirabilis nimis ipso bonus deus
pepercit peccatoribus eorum peccatis nimis
invalescentibus et usque ad celum
clamantibus iam per cuius non po-
tui veniam. Ab tunc Est

liberator suorum deuotorum Vera
cum quidam magister Bartholomeo
valde deuotus a dyabolo qui se
in speciem mulieris posuerat tempta-
retur Beatus Bartholomeus affuit
et ipsum liberauit mirabilis est etiam
condempnator impiorum Nam cum
fredericus imperator beneventanam
ciuitatem ad locum aliud cum omnibus corporibus
transferre vellet Quidam vir in quo-
dam loco vidit quosdam dealbatos
in simul colloquentes Qui cum interro-
gasset qui essent vnus respondit
beatus Bartholomeus qui omnes
sanctos qui habebant ecclesias in bene-
uento congregauerat vt cum eis con-
silium haberet quid de illo deberet fi-
eri qui ipsos de suis locis expellere
nitebatur et iam deliberatum est
consilium ut ille ad tribunal dei
citetur De hiis omnibus responsurus
post modicum imperator miserabili morte
vitam finiuit est etiam reprobator
iniustorum munerum Sicut patet
in illa muliere que oleum in lampa-
dem sancti Bartholomei fundere
voluit Sed ullatenus eorum volebat
cum tamen liquidum esset Cum autem
in illam lampadem funderetur
protinus emanauit Ex quo ostenditur
quod illud oleum erat indebite ac-
quisitum etc. / **Sequitur sermo**
secundus de sancto Bartholomeo

Extendens celum sicut pellem
qui tegis aquis superiora eius
Apostoli celum sunt appellati propter
celi eminentiam gloriam dei in quantum
igitur beatus Bartholomeus fuit apostolus
competit sibi quod dicitur Extendens
celum in quantum fuit excoriatus com-
petit sibi quod dicitur Extendens celum
sicut pellem in quantum aut Bartholo-
lomeus interpretatur filius suspendens
aquas competit ei quod sequitur Qui
tegis aquis superiora eius Celum
aut celum respicit sublimitatem
apostolice dignitatis quod vero illud
celum dicitur Extendens sicut pellem
respicit genus passionis Et au-
ditur Qui tegis aquis superiora eius
respicit interpretationem In hiis ergo
verbis beatus Bartholomeus dici-
tur a tribus / primo a sublimitate
perfectionis et vite in eo quod dicitur
celum // Secundo a qualitate passionis
et pene ad dicitur Extendens sicut
pellem // Tercio a profunditate diuine
sapientie cum dicitur Qui tegis aquis etc.
Dicitur aut celum quia sicut dicit
ysidorus Celum physici ardentis et vol-
ubile et rotundum esse dicunt sicut
dixerunt Sic et iste fuit celum quia
fuit ardens per caritatem sicut
sam Ex qua caritate succensus
tuor carbones ignitos produce
Quorum duos eicit contra dyabo
s quo eum incendit et iste fuit
cuius octo ignita vnde dixit
domon apostole dei Bartholomee
incendunt me orationes tue Et
Cordis tuis pectora Si super carbo-
nes ponas comburat omne genus
domonii Alium carbonem contra
dyabolum eicit quo eum ligauit
vnde dicitur in legenda / Demon vin-
cathenis igneis constrictus est nec
respirare nec loqui audet Ex illa
hora qua hic apostolus dei Bartho-
lomeus ingressus est // Sancti
cum viri tot carbones ex se
mittunt ignitos quot in se vir-
tutes habent et quot opera perfecta
faciunt quia dyabolum ligat Ergo
aut dyabolus ligat peccatorem cathe-
na scilicet peccatorum Sapientie ... vinc-
cathena constrictis omnes sunt
colligati / de hac cathena dicit

[A]gust⁹ in libro confess. Suspirabam
et ligatus no ferro alieno sed
mea ferrea voluntate / velle meu
tenebat me inimicus et inde michi
cathenam fecerat et constrinxerat
me quippe ex voluntate puersa facta
est libido et dum servitur libidini
facta est consuetudo et dum con-
suetudini no resistit facta est ne-
cessitas. Tercium carbonem duxerat
de ara ex quo sibi ardorem fecit
cuius fuit caro cauterizata et
tus igne amoris et foris igne
multiplicis passionis ex qua sumus
consummatus perdidit qui deo suavem
odorem fecit Levitici 1 detracta pel-
le hostie artus in frusta concidunt
subicient in altari ignem strue
lignorum ante composita / et mem-
bra que sunt cesa desuper ordinantes
caput / Intestinis et pedibus
lotis aqua adolebit ea sacer-
dos sup altare in holocaustum
et suave odorem domino / Ista
hostia fuit beatus Bartholomeus
qui cum immolanda ducebatur ho-
stia ex eo quod ducebatur ad hostium
templi et sup ipsius caput sacer-
dos manus imponebat sic iste
fuit ductus ad hostium templi idem
xpm Joh. 10 Ego sum hostium
sup cuius caput summus sacerdos
manum posuit et benedixit Luce
ultimo et factum est dum benediceret
illis recessit ab eis et ferebatur in celum
cuius hostie fuit pellis detracta
quando ipse fuit excoriatus // Sicut
etiam artus in frusta scindebantur
a carnificibus qui a ipse fuit decapitatus
sunt lota intestina et pedes quia
omnis anima ad affectiones fuerunt
lote et mundate ex sermone domini
Joh. 17 iam vos mundi estis propter
sermonem quem locutus sum

vobis ex spiritu sanctificacionis vel
aut baptisabimini spiritu sancto et
et ex baptisali sacramento quia
immiscuit Joh. 13 Qui lotus est non
indiget nisi ut lavat pedes et sa-
guine xpo Apok. vii Laverunt
stolas suas et dealbaverunt eas in
sanguine agni / Ecce istam host-
iam sic preparatam et lotam posita
est strues lignorum et intus in
anima fuerunt ligna desideriorum
sanctorum et extra in corpe ligna
bonorum operum que mediante ipso
corpe facta sunt / Deinde subiec-
tus est ignis intus amoris in mente
quo desideria ipsa arderent et igne
multiplicis passionis in corpore
quo ipsam perfectionem acciperent et
sic oblatus est sup altari crucis
fidei et hoc in holocaustum extitit
quia totus incensus fuit quam
incensus fuit cuius anima per amo-
rem incensum fuit corpus per passio-
nem intensa fuit cuius verba
per zeli ardorem intensa fuit
cuius opera per solitudinem et fervo-
rem et sic illud holocaustum
fuit in odorem suavitatis quod
fecit cum domino suave odore
per odoriferam famam / suaviorem
per sinceram devotionem / suavissimum
per spontaneam penam // Quartum
carbonem duxit ad petrum
quo ipsum ad dei amorem infla-
mavit et ille fuit cuius predica-
cio ignita unde spiritus sanctus
in linguis igneis apparuit //
Ex eo quod apostolis ignitas lin-
guas dedit Crisost. In linguis
igneis apparuit spiritus ut lingue
ignee legem ignitam predicarent
De istius lingua ignita sic de-
scribit Theodorus Cantuariensis [illegible]

Sol orbis terre tota illuminans ob
dei lingwa infinita sapientiam continens
sanctus iugiter sua virtutis emendans /
sunt enim iste repletus de ardoribus de
quibus dicitur Ezech. 1o scintille que
aspectus eris candentis Eius enim
verba sunt scintille quia fuerunt
leuia leuia sine pondere terrene cu-
piditatis Item cum predicabat propter
terrenum comodum sed propter lucrum
animarum / sunt etiam i. pandera quia
in omnem terram exiuit sonus eorum
sunt candentia quia ad dei amorem
audientes inflammabant / Secundo
dicitur rote quia sunt volubiles
i. mobiles per operatorum et predica-
tionem sollicitatem tam mobiles enim
fuit quod teste beato Theodoro tres
magnas provincias peragrauit scilicet
hystoriam indiam et armoniam
nec mirum si tam sollicite currebat
quia mundum tenebrosum insipidum
et incultum esse uidebat // De
hiis tribus dicit beatus Theodorus
Bartholomeus aut famulus dei
domino acquiescens precepto pergit
per mundum gaudens tamquam lux mundi
ut tenebrosos illuminaret tamquam
sal terre ut insipidas gentes saliret
et condiret / tamquam agricola ut
prudentem agriculturam perficeret
Ipse enim videbat mundum esse sine
cognitione dei Osee 4 Non est
scientia in terra Et ideo ibat tam-
quam lux ut tenebrosos illumina-
ret / videbat ipsum esse sine sa-
pientia / licet enim temporalia bona
sint insipida multi sunt tamen
qui ea tamquam sapienda amplec-
tuntur / De quo admirando dicitur
Job 6 Aut potest in salsum comedi
quod non est sale conditum Et ideo
ibat tanquam sal terre ut in-
sipidas gentes saliret // videbat
etiam ipsum mundum esse sine

semine dei Semen dei est verbum
quo mundus carebat Sed apostoli
mundum semine repleuerunt
Ysaie 1o Nisi dominus exercituum reli-
quisset semen nobis quasi Sodoma
fuissemus etc. Et ideo ibat tamquam
agricola ut prudentem cultum
perficeret Nec mirum est si ipse
et alii apostoli sunt sic volubiles
Eze 10 rotas illas vocauit
volubiles Secundo aut rote sunt
volubiles quia non tangunt
terram nisi in puncto Sic et apostoli
liberi et expediti currebant
per mundum quia terrenis tantum
in puncto i. in necessitatibus cor-
poris adherebant Thimo. 6
habentes alimenta et quibus
tegamur hiis contenti simus / Secundo
sunt etiam nubes volantes de
loco ad locum discurrendo Ysaie 60 Qui
sunt isti qui ut nubes volant
et ideo terram fecundius irrigabant
Sol namque virtute caloris quod sub-
tilissimum est in aquis vaporibus
attrahit et in nubes condensat
Sic Christus ex calore sui amoris
omnem aquationem et [illegible]
qui in corporibus erat ad se per superna
attrahebat et in nubes condensa-
bat Sic apostoli desideria illius
qui dicebat Philippensis 1o Desidero
cupio dissolui et esse cum Christo
Unde in magna condensatione
nube imbrem sue doctrine
largissime effundebat Eccl. 1
Sed ubi per circuitum usque ad y-
ricum more repleui evangelium
Christi / sunt etiam diuina sapientia
locupletes et ideo facti mobiles
et volantes dicitur enim de sapientia
Sapie 7 Omnibus mobilibus mo-
bilior est sapientia attingit autem
replet mobiles et volantes facit

Tercio dicitur celum quia fuit ratione
pro finalem consequenciam forma
in specietam sine tarret ... cum
potuit aliquibus promissis emolli
unde cum rex camelos oneratos
auro et argento et lapidibus
preciosis sibi dare vellet respondit
ego nichil terrenum vel carnale
desidero celum cum terrena spe
animos viles emollivit unde
monet dominus Jeremie l. 1o //
egredimini de medio Babilonis
plebs meus ne forte emollescat
cor vestrum nec potuit minis
terreri unde cum rex castrages
comminando dicit tu ne
es qui occidisti fratrem meum
ille audacter respondit Ego non occidi
... / ... dicit deus per
Ezech. 3 Ecce dedi faciem
tuam valenciorem faciebus eorum
et frontem tuam duriorem fron-
tibus eorum et ut adamantem
et silicem dedi faciem tuam ...
potuit suppliciis superari / licet ...
... infectus ... permansit invictus
... quod sibi dicat dominus apocalipsis
nolite timere eos qui occidunt
corpus animam autem non possunt
occidere etc.

Sermo tercius De sancto Bartholomeo

Pellem pro pelle et cuncta
que habet homo dabit pro anima
sua Job 1o In verbis propositis
passio beati Bartholomei tripliciter
commendatur primo describit passio
eius quantum ad persone nobilitatem
que passa est / 2o quo ad pene
acerbitatem quam passus est tercio
quo ad cause honestatem propter
quam passus est / primum notatur cum
dicitur homo secundum cum subditur
pellem pro pelle tercium cum dicit
et cuncta que habet dabit pro
anima sua circa primum est

sciendum quod hoc nomen homo non
imputat hic solam designacionem
nature sed potius complementum
perfectionis humane quantum ad tria
primo quantum ad discretionem rationis
sue per quam homo de omnibus meditare
quid liceat aut quid conveniat
fieri vel vitari / secundum habet ra-
cionem per omnibus dominari / per quam
subicit sub pedibus eius sed istam
dignitatem perdidit homo et be-
stiis irrationabilibus similis factus est
unde psalmus / homo cum esset in
honore non intellexit comparatus est
iumentis insipientibus et similis
factus est illis quia per peccatum
ita inservivit concupiscentiis et
et passionibus sicut bruta animalia
racione carencia secundo quantum ad do-
tem mansuetudinis sive quod homo
dicitur animal mansuetum natura quia man-
suetudo et benignitas sunt homi-
ni complantata ut dicit Seneca
in libro de clementia et ideo quo-
ciensque homo bestialiter furit
et irracionabiliter turbat tunc
utrumque contra naturam hominis operatur et be-
stiali pelle induitur tercio quantum
ad unanimitatem sensuum et operationum
sed quem modum dicit ... primi
...tatis habet sensus ad discrecionem
boni quantum ad agenda et mali quoque
ad fugienda / et ista tria com-
petissime conveniebant apostolo
et ideo merito dicitur homo propter
hominis dignitatem / primo cum primo
fuit discretus in predicando quia fi-
dem et mores plantavit et do-
cuit vitia per omnia que detestabilia
sunt et ydola ... destruxit in
signum ... qui ... fuerit
et delubra subvertit ut patet 2'
pali 12 // secundo fuit mansuetus
in supportando quia penas a-
cerbissimas puta fustigaciones

tentationibus, [illegible] et ad
altimum decolationibus patientissime
sustinuit et adeo alacriter quasi nu-
quam melius fuit epulatus // Tercio
fuit exercitatus in operando quia in
omni genere virtutum fuit summe exper-
tus quod patet quia fuit perfectus con-
templator mundi perfectus explorator
sui et perfectus amator dei Et ista
tria exemplo beati apostoli emulari
debemus dicentes cum propheta
Bonitatem mansuetudinis et
disciplinam virtutis exercitationibus et
sciam recte discretionibus doce me
Et subdit causam quia mandatis
tuis credidi et eis scilicet ad implendum
me totum devovi // Circa secundum
est sciendum quod actibus sue pene
notatur cum subditur pellem pro pelle
scilicet mortalitatis dabit pro re ma-
gna cara puta pro veste glorie et
immortalitatis // Potest autem dici quod beatus
Bartholomeus triplicem pellem
quam habuit deo dedit Primo modo
pellis dicitur res temporalis quia exterius
tus adiacet homini sicut pellis adia-
cet corpori Mathei [illegible] pellem desuper
excoriaverunt Alio modo pellis dicitur
vita mortalis in qua homo incidit
per peccatum In cuius signum deus fecit
ade et eve post eiectionem de paradiso
tunicas pelliceas que sue vite
mortalitatem indicabat ut patet
Genesis 3 Tercio dicitur pellis ipse superfici-
es corporis quia totum corpus claudit
et vestit Job 10 pelle et carne
vestisti me Et in hiis tribus compre-
henduntur omnia bona que habuit beatus
Bartholomeus videlicet res temporales corpus
et vita que omnia voluntarie pro-
pria sua dedit et pro amore dei li-
beraliter exposuit quod patet Primo
res temporales dedit quia propter christum

omnia despexit Unde cum rex
polemius sibi offerret multos one-
ratos auro et argento et preciosis
lapidibus dixit regi Ego nichil
terrenum possideo nec concupisco et ideo
que michi offers in usum pauperum
et pupillorum et viduarum expen-
das Et de hac voluntaria pau-
pertate gloriatur simplus petrus in persona
omnium apostolorum dicens Ecce nos reliquimus
omnia Mathei 19 Unde christus re-
munerationem voluntarie paupertatis
ipsis apostolis et aliis eorum seque-
cibus promittit dignitate iudicia-
rie potestatis ibidem ut patet // Secundo
corpus suum deo dedit cum illud
amore sui duris tormentis
exposuit que omnia gaudenter
pro christo sustinuit Unde rece-
tum cum apostolo dicere potuit philippensium 2
Sed si immolor supra sacrificium fi-
dei gaudeo plene et congra-
tulor omnibus vobis / Unde sibi
competit quod subditur Levitici [illegible]
tracta pelle hostie artus in fru-
sta concident et subiciat in strue
struem lignorum ignem autem sup-
posito intestinis et pedibus aqua
lotis adolebit sacerdos in holo-
caustum super altare in odorem
suavissimum domino / Et hostia etc
et fuit beatus Bartholomeus
cum primo fuit pellis extracta
post excoriationem artus fuerunt
in frustra concisa quando fuit cru-
cifixus et decapitatus pedes et
intestina eius fuerunt aqua lota
quando sue affectiones fuerunt munda-
te per ~~affectum~~ sanguinis cru-
ris et per aqua spiritus sancti mundi-
tiam / Circa istam hostiam est
strues lignorum quia intus
in ea habuit intentionem sic
desideriorum Extra vero habuit

[...]ustem lignorum bonorum operum
[...]nde subiecta est ignis scilicet amoris
[...] flagrabat in mente et pass-
[...]is qui ardebat in corpore et sic
[...] holocaustum perfecit quia totus
[...]t incensus vitam cuius animus
[...]t incensus per amorem corporis
[...]e passionem verba per zelum ar-
[...]dentem opera per patiendi fervorem
[...] sic fecit odorem suavem per
[...]ificam summa suaviore per
[...]tertiam summam suavissimum per
[...]nam spontaneam // Tercio cristo
[...]um dedit cum semetipsum
[...]rti et passioni voluntarie ob-
[...]tulit in quo signum perfecte caritatis
[...]endit Joh. 15 Maiorem ca-
[...]ritatem nemo habet Et hoc bene figura-
[...]tum est in Reg. 18 Quod Jo-
[...]nathas diligebat david quasi
[...]im suam vitam expoliavit se
[...]unica et dedit eam david et
[...]Jonatham qui interpretatur domini
[...]dona scilicet Bartholomeus in-
[...]terpretatur qui dono spiritus sancti re-
[...]pletus fuit Ipse enim diligebat
[...]david i. cristum quasi animam suam
[...]immo super animam quia pro eius fide
[...]mortem gaudens sustinuit cute
[...]t tunica se expoliavit et dedit
[...]eam david quando propter cristum pelle
[...]natus sua fuit // Circa secundum est
[...]sciendum quod causam sue pas-
[...]sionis habuit honestissimam quia
[...]veritatem summam qua maior ho-
[...]nestior et utilior causa haberi
[...]non potest quod notatur cum dicitur dabit
[...]pro anima sua sed ad cuius maiorem
[...]evidenciam est sciendum quod beatus
Bartholomeus animam que ha-
[...]buit liberaliter et voluntarie pro
[...]anima sua dedit et hoc tribus mo-
[...]dis Primo namque pellem corpo-
[...]ralem dedit pro anima sua plene

perficiendam in mundo secundum statum
illa consilium cristi Matth. 19 Si vis
perfectus esse vade et vende omnia que
Quod ideo cristus signanter adiecit
quia ad perfectionem evangelicam
non sufficit quod quis temporalia contempnat
quia hoc multi philosophi amore studii
liberalis fecerunt nisi eciam hoc vita
et exempla cristi imitetur et eis
conformetur Et ideo cristus sub-
iungit Quia renunciacio
est solum quedam dispositio ad
perfectionem evangelicam assequendam
in spiritu liberum et expeditum reddit
adiuvandum deo Sed ipsa sequela
et imitacio exemplaris cristi est illius
perfectionis consummatio // Secundo
pellem vite mortalis dedit pro
anima sua beatificanda in celo quasi
si istam vitam transitoriam contra
dei voluntatem et beneplacitum
amasset numquam eternam vitam eternaliter
possedisset et ideo dicit cristus
Johannis 12 Qui amat animam suam
perdet eam ubi dicit augustinus
Noli amare in hac vita ne perdas
eam in futura Ille enim secundum cristum
amat animam suam in hoc mundo
Qui eius pravis desideriis asse-
ntit Ille vero qui animam suam odit
in hoc mundo in vita eterna
custodit eam Signanter autem secundum
cristum magis voluit dicere qui
odit quam qui ei non credit vel
cedit ut per hoc insinuet quod
sicut ille qui odio habetur non
est delectabiliter videri nec audiri
ita cum anima prava desideria
sentit statim ea quadam vehe-
mencia detestando repellit Tercio
dedit pellem superficialem corporis
pro anima sublimanda in iudicio
ubi in corpore glorificata sedebit

cum aliis apostolis super sedes duodecim tribus Israel quia sicut ipsis apostolis Cristo credentibus illi credere voluit ut dicit Ieronimus dant stolam immortalitatis glorificati corporis apostoli et alii sancti recipient quia qui sua voluntate pro Christo in mortem animas suas tradiderunt. Secundo quod ipsi gloriose coronabunt diademate perpetue glorie et palmam eterne glorie possidebunt. Sumunt enim accipient coronam glorie et diadema speciei de manu domini quia ipse solus eos coronabit qui perfecte ipsos in anima beatificabit cuius beatitudo nobis perducat etc.

Sequitur sermo de nativitate beate marie virginis

Sapiencia edificavit sibi domum et scidit in ea columpnas septem. Proverbiorum 9. Cum inter omnes creaturas nulla sit dignior virgine eterna que pro salute mundi incarnandum suscepit nisi templum uteri virginalis. Ideo sibi virgo eternam per sapientiam divinam sibi templum erecte oportuit ut tanti inhabitatoris capax esse posset. Secundo quod ipsum templum divinitus fabricatum. In verbis istis proponit in summe modum. Sapiencia edificavit sibi domum etc. In quibus verbis nativitatis beate virginis tripliciter attollit. Primo ad opificis dignitate, secundo a sue conditionis singularitate, tercio a corporis ductu nobilitate. Secundo primo ponit sapiencia que est supremus artifex omnium bonorum suis beatorum. Eterna sapiencia verbum Augustini. Non auctor excellencior deo nec ars edificatior dei verbo. Secundum sensum subdit edificavit sibi scilicet ab eterno previsum. Secundo tamen ostendit domum id est operatam. Certa primum est sacium quod sicut opus suum artificem commendat ita dignitatis artificis in dignitate redundat operis. Secundo quod virgo beata preter cum cretus et concepcio perfecta est sapie inercate a dignitate tale opificis dignitate commendatur licet autem omnia creata perfecta sint per divinam sapienciam specialiter constructio et productio virginis domus ei [illegible] quia sicut ab ea eternaliter est previsa ita specialiter producta et singulariter in matrem ubi templum et sacrarium spiritus sancti est et. Secundo quod proponit dicit etc. domum sapiencia ipsum edificavit sibi ad inhabitandum. In ea enim tanquam in paradiso amenissimo tota trinitas delectabiliter inhabitat quia pater per immensam suam potenciam, filius per immensam sapienciam et spiritus sanctus per immensam suam bonitatem et clemenciam. Unde merito potest dici quod nisi beata trinitas in beata virgine tam gratam habitationem tam nobile receptaculum invenisset a qua se incarnatum demonstrasset, non de hac habitacione tota trinitas gloriatur dicens illud psalmi: Hec requies mea in seculum seculi etc. Sed est sciendum quod singularis modus constructionis istius domus apparet in tribus. Primo quia pater per suam potenciam istam divinam immobiliter fundavit et super immobili fundamento collocavit. Secundo quia filius istam domum mirabiliter fabricavit quia spiritus sanctus ea singulari-

edificavit. De primo patet. Primam
enim mentem virginis inhabitantis
semper suum in bono divino firmat
de nulla re alia cogitare a-
liquid nisi de deo diligere potuit
ideo de ista domo recte visitatur
illud quod scribitur in psalmo Fundamenta
eius in montibus sanctis quia
mens eius fuit fundata in altitu-
dine et firmitate tocius virtutis
fuit enim fundata in patris po-
tencia et ideo ad nullum potuit
malum inclinari per infirmitatem fuit
etiam fundata in filii sapiencia
et ideo ad illud malum mentis eius
potuit inclinari per ignoranciam
fuit etiam insuper fundata in spiritus
sancti fundantissima gracia et
ideo ad nullum malum potuit in-
clinari per maliciam propter quod eciam
ergo recte assimilata est illi viro
sapienti qui edificavit domum
suam supra firmam petram
conscienciam suam supra cristum ut
dicitur Mathei 7. Et ideo licet in
istam domum irruerint flumina mul-
tarum tribulationum ut patet in filii
sui amarissima passione et in he-
rodis sevissima persecucione non
tamen cadere potuit quia fundata
erat supra firmam petram id est
super amorem firmum et solidum.
De secundo patet. Cum enim
parentes beate virginis naturaliter essent
steriles et infecundi propter quod
ipse Joachim cum oblacionem afferret
in templo cum suis contribulibus
vellet et refert Jeronimus fuit a
summo pontifice ignominiose re-
pulsus dicens Tu qui infecundus
cum fecundis presumis apparere.
Ex quo patet quod virtus dei ipsam super-
naturaliter fecundavit quia tam ve-
hementissime erat quod illa que de
se et in se virum dei erat con-
temptura et peritura verbo dei for-

mater et conciperet ut summa
sapiencia duo extrema in infinitum
distancia et per naturam incompassi-
bilia ad invicem sociaret ita quod
esset eadem persona eiusdem verbi mater
et filia et idem verum eiusdem virginis
filius et pater diceretur. Tercio patet
tam singularis eius dedicatio quod
est intima eius sanctificatio fuit aliis
celerior et copiosior. De celeri-
tate patet. Nam sanctificatio Johannis
fuit facta sexto mense Jeremie
autem adhuc tardius. Sed beate vir-
ginis fuit facta quasi in tempore
imperceptibili ita quod quidam dicunt
quod in eodem instanti quo originale
contraxit per graciam sanctificata
fuit. De cuius copiositate potest
intelligi illud quod scribitur Ecc. 39
Benedictio illius quasi fluvius in-
undavit quia gracia sue sanctifica-
cionis mater filio suo benedicta
ab ipsa in nos omnes affluxit et
quasi kathaclismus totam terram
ymmo omnes montes altissimos
operuit quia altior acta fuit quindecim
cubitis supra montes quos coope-
ruerat ut patet Gen. 7. Sic gratia
sanctificationis matris in omnes homines
se extendit ut secundum Bernardum
de plenitudine eius acceperunt
universi captivi liberacionem eger curacionem
tristis consolacionem iustus graciam
angeli leticiam demum persona filii dei
substanciam carnis humane ut non sit qui
se abscondat a calore eius id est
ab influencia sue pietatis et a
favore sue caritatis. Unde dicit
Bernardus non est dubium quin co-
piosior est gratia sanctificationis
descenderit in mariam que non
solum mentem eius sanctificaret
sed ab omni peccato deinceps immu-
nem custodiret quod nulli alteri
inter natos mulierum credimus
esse donatum. Non solum autem

[margin:] inebriavit sicut cum cathaclismus totam terram ymmo etc.

aut mens eius per primam gratiam
sanctificationis fuit in utero sancti-
ficata per gratiam subventionis
quando spiritus sanctus in verbum gra-
tie celebris in eam supervenit Tertio
fuit tota deiformis effecta Et de
hac dupplici gratia ipsam sanctificante
potest intelligi illud ii Regum xxiii ca-
pitulo sicut aurora oriente sole mane
absque nubibus rutilat Primo enim
sicut aurora in ea fulsit quando
spiritus sanctus eam in utero sanctificavit
quia tunc tenebram originalis
peccati ab ipsa removit Et quia
sicut aurora semper in claritate
crescit donec ad claram diem
per solis illustrationem perveniat
Sic Maria de gratia sanctificationis
crevit usque ad perfectam diem
claritatis per filii dei conceptionem
Tunc enim fuit per solem divi-
nis illustrata et totaliter deifor-
mis effecta ita quod nulli alteri de-
tecta. Secundo. secundum ea utilitatem nisi soli
deo Sicut enim solem materialem
secundum Augustinum videmus calentem
fulgentem et lucentem ita
Christus sol deificus in ea predicta
tria proportionata operatus est Nam

E

primo fecit eam fulgere per pleni-
ssimam cognitionem quam mysterio
incarnationis super omnes cre-
aturas perfectissime cognovit
ut dicit Ricardus // Secundo fecit
eam calescere per ferventissimam
dilectionem qua nostram salutem di-
lexit tam fervent quod propter ea ut dicit
Anshelmus proprium filium suum uni-
ce dilexit voluntarie pati vo-
luit Tertio fecit eam lucere ad
nos per pissimam protectionem et ve-
locissimam subventionem quia
omnibus ipsam invocantibus sub-
venire consuevit Unde Bernhardus
Sileat misericordiam tuam o piissima
virgo si quis te in suis necessi-
tatibus non senciat affuisse
Tertio templum veteris figuraliter
(?) a rege producte nobilitate quod
notatur cum aut domus // propter
quod sciendum quod nobilitas huius
domus apte colligitur ex .iiii.
eius singularibus dignitatibus
figuratis per illas septem columpnas
Nam sapientie increate electa fuit
mansio huius domus evidenter
sustentantes et eius nobilita-
tem mirabiliter attollentes. prima
dignitas est quia domus ista
stabilissima firmitate / Secunda quia
est mundissima puritate Tertia quia
est amplissima capacitate Quarta quia
est altissima sublimitate Quinta quia
est fulgidissima claritate Sexta quia
est iocundissima suavitate Septima quia
est opulentissima ubertate Et
iste columpne sunt electe
sapientie increate ut patet // Primo
deo patet dicti quod licet opera
trinitatis sunt indivisa ad extra
tamen prime inequalitas in ista
columpnatio opus eius propone
ad potestatem reducitur quod patet in singu-
lis inducentibus inducendo nam
ecclesiam stabilitatem sue firmitatis
bene reducitur operatio patris quia
per divinum amorem mente
in bono divino a deo patrono
et firmiter et immobiliter stabilitur
quod ad nullum aliud rem converti de-
num delectabiliter affici potest
ut patet ex predictis Similiter apparet
in ea operatio filii quia ista do-
mus super fundamentum profun-
dissime humilitatis extitit tam
profunde in corde suo fodit
deo stabilivit quod nulla impulsione

moveri potuit Et quia stabilitas
edificii consurgit ex firmitate
fundamenti ideo per humilitatis de-
pressionem tam profunde in corde suo
fodit quousque fundamentum spiritualis
edificii supra firmam petram con-
stituit Supra illam utique petram
que iuxta Danielem prophetam
est abscisa de monte sine manibus
~~sine equalibus amplexibus~~ i.e.
virginalis eminentia et puri-
tate sine manibus i. sine equalibus
amplexibus Similiter in ea apparuit
spiritus sancti spatio qui tantam
sanctitatem ei tribuit quod ab omni
pronitate concupiscentie liberata fuit
licet in prima sanctificatione fuit
totaliter a fomite liberata sed tamen
fuit per gratiam sic ligatus quod
non habuit vim ad cuius appetitum
aliquid affectaret inclinatum Sed
in filii conceptione tantam gratie
plenitudinem accepit quod
penitus a fomite totaliter puri-
ficata fuit / Secunda nobilitas ex
hoc apparet quod fuit nitidissima
puritate quia virtutem castitatis
que in ipsa primo refulsit quasi
gemma perfulgida a seculis in-
audita Tertia habent columpnam
primo apparet spatio patris quia ipsa
virginitatem sub specie matrimo-
nii inviolabiliter occultavit quod ideo
fecit quia virtutem istius puritatis
nullus occultus equalibus tunc fieri
poterat Quod patet per hoc quod
partus innupte fuerat dampna-
tus unde si innupta peperisset
lapidata fuisset Similiter in ea
apparet spatio filii quia istam
puritatem fecunditate materna
inviolabiliter adornavit quod fuit opus
supermirabile Quia sine exemplo
a seculo non est auditum ut eadem
esset mater et virgo Similiter in ea
apparet spatio spiritus sancti quia istam
puritatem inauditam ei fa-
miliariter inspiravit Cum enim ste-
rilitas in utroque sexu esset legis
maledictio nunquam tamen virginitatem
contra legis preceptum recipere pre-
sumpsisset nisi ei hoc spiritus sanctus
familiariter inspirasset occulto con-
silio Verum tamen quod sicut dicit Augustinus
in de sancta virginitate non est credenda
virginem antequam despon-
saretur absolute votum virginitatis
emisisse licet tamen in desiderio
habuisset eo quod adhuc eo tempore oportebat
tamen quam [illegible] quia nullus generationi
insistere et licet castitatem in desiderio
habuit sibi hoc tamen voluntatem
suam divino arbitrio commisit post-
modum desponsata sponso quem
mos illius temporis erat simul cum
eo virginitatis votum emisit ante-
quam annunciatio ei facta fuisset //
Tertia nobilitas ex hoc apparet quod
fuit amplissima capacitate de cuius
capacitatis amplitudine scribitur
Baruch 3 O Israel quam magna
est domus dei et bene magna
et immensa quia illud quem celi
et terra capere non poterant concepit //
Tertia habent columpnam primo appa-
ret spatio patris / Pater enim istam ca-
pacitatem tam ample distendit quod
per virtutes et dona repleri non posset
potuit quousque eam tandem dei-
tas singulariter adimplevit ut
pater per potentiam / filius per sapientiam
spiritus sanctus per divinam clementiam
Et iste tres mansiones fuerunt
figurate per archam diluvii signi-
ficantes Mariam que genus humanum
a diluvio eterne dampnationis pre-
servavit Secundo in ea apparet spatio
filii in sue immensitatis replete
Bene enim cuius capacitas magna

fuit que non nisi per immensitatem
diuine persone repleri potuit unde
Bernardus et merito quidem beatam virgine-
tam mirabiliter quam corporaliter adim-
plevit unde potest dicere illud Celum
et terram ego impleo ut per celum
intelligatur mentalis per terram corpora-
lis natura virginis gloriose que
utraque per immensitatem diuine per-
sone fuit singulariter adimpleta
quod bene figuratum est in Hebr. quod sicut
totum manna fuit in urna aurea
tota urna simul in archa et tota
archa claudebatur in templo sic tota
diuinitas tamquam manna dulcissimum
erat in anima christi et hec coniuncta
et utrumque simul claudebatur in templo
~~sic tota diuinitas tamquam manna dul-~~
~~cissimum~~ i. erat in carne christi quasi
in archa deifica et hec omnia clau-
debantur in templo i. in virginis utero
Sic hec autem ad impletionem secundum
Bernardum supermissus quadruplex no-
vitatis apparet admiranda Beatam ibi
ostenditur longitudo breuis / eterni-
tatis temporalis latitudo et immensitatis
angusta i. in corporali utero coartata
Altitudo scilicet potestatis diuine subdi-
ta et profunditas diuine sapientie
ostenditur plana quia oculis cor-
poralibus in carne assumpta visibiliter
deposita / Tertio in ea apparuit opus
spiritus sancti in omni gratiarum et
donorum largissima diffusione propter
quod merito sibi dicitur Aue gratia plena
Et bene plena quia secundum Bernardum
In mente plena diuinitate fuit
in corpore plena puritate in corde
plena misericordia et pietate In facie fuit
plena pudicitia et castitate / in ma-
nibus fuit plena munificentia
et largitate unde sic de plenitudine

eius pro eundem accipit ver-
o cura unde in signum sue libe-
ralissime communicationis omnes
ad accipiendum inuitat dicens
Ecc. 24 Transite ad me omnes
Quarta nobilitas eius domus ex
hoc apparet quod fuit altissima per
sublimitatem quia presentis [illegible]
[illegible] in celestibus suspensa fuit
propter quod bene potuit dicere illud
Prou. 8 Ego in altissimis habito et
Sicut enim videmus in naturalibus
quod virtute solis vapores sursum
eleuantur eleuati inspissantur
inspissati inflammantur / Ita pater
a potestate ipsam eleuauit per spei
sinceritatem / filius eleuatam
solidauit per fidei firmitatem
spiritus sanctus eleuatam et solidatam
inflammauit per incendium sui caritatis
De primo patet Constat enim quod ani-
mi celsitudinem erecta fuit
quando indubitanter credidit se re-
manere virginem et virginem / et de se
nasci deum et hominem que scilicet
cursu nature incredibilia sunt ut dicit
Bernardus Quia ipse sue fidei sin-
ceritate attingit inaccessa apprehen-
dit ignota et comprehendit immensa
Et per hoc merito quasi quibusdam lapsis
reparauit infernum spoliauit et ruinam
angelorum restaurauit / De secundo
patet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
in [illegible] anima surgit et ideo
illa que deorsum calcat sicut
Est enim spes quedam [illegible]
diis celestibus cui secundum Augustinum [illegible]
est intrare ortum paradisi et inde
afferre flores et aromata quibus
putribus aduersitatis amaritudines
dulcorantur Et ideo ex spei soli-
ditate unanimosam meretur

cum sit constanter et patienter tulit
... quod sine compromissione suum post
... debebat resurgere et hominem
... ad regna celestia reuocare
unde quando omnes discipuli a
Christo fugerunt et in fide dubita-
uerunt / ipsa sola propter spei soliditatem
fidei certitudinem intemerata
mansit de tercio patet / ipsa cum
... amoris desiderium ingens
in celestibus suspensa fuit unde
... creata transcendens bene
... dicere illud Canticorum viii Ele-
uauit me spiritus per intensionem scilicet
amoris flagrantia inter celum et
terram et dixit et hoc est super
omnem naturam creatam que in
comparatione ad deum terrestris et
corporalis / Caritas enim sic eam
hominem usque ad celum sublimat
ut eam ipsi deo perfecte faciat / Tercia
nobilitas est quod fuit fulgidissima
claritate quod patet quia quelibet persona
... luce supernaturali ipsam illu-
minauit / ~~lumine patrie sapientie~~
... pater ipsam illustrauit lumine
... sapientie quando sibi verbum
suum eternaliter a se genitum non solum
mentaliter inspirauit verum etiam
corporaliter monstrauit / Filius ipsam
illustrauit lumine interne sapientie
quando sibi misterium incarnationis et
modum supernaturalis conceptionis di-
uinitus reuelauit De talibus enim
secundum Jeronimum apostolos et euangelistas
edocuit quia plenius in lingua et totius
trinitatis magisterium edocta fuit
... spiritus sanctus eam illustrauit
lumine superne gratie que ipsam super
omnem creaturam affluenter mun-
dauit unde bene impletum est in ea
illud Ysaie lx Erit tibi dominus
in lucem sempiternam et deus

tuus in gloria tua / Quarta no-
bilitas in hoc apparet quod fuit iocundi-
ssima suauitate unde de ipsa cantat
ecclesia Speciosa facta es et suauis
In hac columpna apparet ...
patris quia in eam infudit suauitatem
odorem Ecclesiastici xxiiii Quasi balsamus
non mixtus odor meus / Filius in ea
infudit ... eo quod verum
in ea incarnatus est ymago patris
et figura ... eius ipsum ...
et omnia creata perfectissime represen-
tans / Spiritus sanctus infudit in ea suaui-
tatem per celestis gaudii gustum
Cui recte dicitur Ecclesiastici xx Spiritus meus
super mel dulcis / Septima nobilitas
in hoc apparet quod fuit opulentissima
ubertate quia tres persone diuine ...
tate in ista domo triplicem thesaurum
recondidit / Nam pater in ea recon-
didit thesaurum omnis essentie create
omnis autem essentia creata aut est
corporalis vel spiritualis et utraque relucet
in humana natura unde patet quod
... ergo thesaurum omnis essentie
in se comprehendit / Filius vero in ea
recondidit thesaurum omnis sapientie
unde potest sibi applicari quod de
Christo dicit apostolus In ipso sunt omnes
thesauri scientie et sapientie dei reconditi
quod probat Anshelmus sic In quo
sunt omnes thesauri scientie et sapientie
dei essentialiter reconditi Christus autem
in Maria nascens requieuit ergo
ipsa omnes / Et spiritus sanctus in ea
recondidit thesaurum omnis gratie
et virtutis et scientie ... Unde
Jeronimus Omnis sapientia virtutum decor
et gratia in ea resplenduit unde
potest hoc ei comparari quasi fluuius
... exiens de paradiso scilicet

ecclesie militantis. Dixit: rigabo ortum
plantacionum mearum et inebriabo partus mei
fructum. Et quod illas aquas libani diffun-
dat per hoc patet quod omnes sitientes
ad se invitat dicens ysaie lv Omnes
sitientes venite ad aquas scilicet gracie
salutaris que de manibus et corde
marie liberaliter effluunt et munifi-
ce se diffundunt. Et isti sunt fontes
salvatoris de quibus precipimur hau-
rire ysaie xii Haurite aquas de
fonte salvatoris etc./

Sequitur sermo secundus de nativitate marie virginis

Preciosam lucernam cristo meo
paravi. Cum tanta reverentia et
tam mirabili dignitate gloriosa
virgo maria progressa est in mundum
ut nunc per lucernam nunc per archam
nunc per stellam nunc per auroram
nunc per paradisum eius nativitas
commendatur. In verbis propositis ex
persona dei patris nobis tria commen-
da occurrunt. Primo igitur consideremus
eius nativitatis diligentissimam
preparacionem. Secundo consideremus nate
virginis gloriosissimam commendacionem.
Tercio consideremus nunc utilitatis fruc-
tuosissimam insinuacionem. Primum ibi pavi
secundum ibi lucernam / tercium ibi cristo meo //
Paravit autem deus pater hanc lucernam
triplici ~~apparatu~~ apparatu scilicet in corde in
ore et in opere. In corde ipsam ab eter-
no predestinando. In ore gloriosa dic-
ta de ipsa vaticinando. In opere
multipharie multisque modis eam
patribus prefigurando. De primo tota epistola
officii hodierne festivitatis et scribitur
proverbiorum viii ubi dicitur ex persona eius
dominus possedit me ab inicio viarum
suarum antequam quicquam faceret
a principio ab eterno ordinata sum
et ex antiquis antequam terra fieret. Nec-
dum erant abyssi et ego iam concepta
eram. De secundo dicit illud Genesis iii

ponam inimicicias inter te et mulierem
et inter semen tuum et semen illius.
Quod exponens Bernhardus dicit: Si du-
bitatis de qua muliere hoc dictum sit, au[dite]
sequitur: ipsa autem conteret caput tuum.
Cui hec servata est victoria
nisi marie que nunquam suggestioni
antiqui consensit quod de nulla alia
dari poterit. Quodque modo Sa[lo-]
monem legimus hanc scripturam [illegible]
ruminando dixisse proverbiorum 31 Mulierem
fortem quis inveniet? Noverat
quippe ut sapiens huius sexus imbe-
cillitatem, fragile corpus, lubricam men-
tem; quia tamen deum legerat promisisse
et ita videbat congruere ut qui vicerat
femina vinceretur per ipsam, vehementer
admirans ait: mulierem fortem quis
inveniet? quasi dicat: Si ita de manu
pendet nostrum omnium salus fortis [illegible]
sit ut proditur que ad tantum opus
possit esse ydonea. Sed ne putet
desperando, subiungit prophe-
tando: procul et de ultimis finibus
precium eius. Hoc est non vile non parvum
non mediocre non de terra non de fi-
nibus celis est precium huius mulieris
fortis sed a summo celo egressio eius.
De hoc apparatu loquitur dicat Jeremias:
Creavit dominus novum super terram:
femina circumdabit virum. Quod expo-
nens Bernhardus dicit: Que est ista
femina circumdans virum? Ecce
maria femina virum Christum et non alium
aliquem virum dicimus cum iam dicitur
vir potens in opere et sermone,
circa cum adhuc tenera infantuli
[illegible] membra blando ut foveret
in gremio vel portaret in utero [illegible]
ergo erat ille necdum natus sapi-
enciam non etate et vigore non cor-
poris maturitate, sensuum non corpulentia
membrorum / neque enim minus habuit
sapientiam vel postquam natus fuit sapiencia
ille conceptus quam natus prius

[...]ud magnus sive gratia dives seu lucis
[in]terrogantibus doctoribus sive latens in
[u]tero sive vagiens in presepio sive
[s]edens in templo sive iam perfecte etatis
[pr]edicans miracula in populo. Eque
[...]sto plenus fuit spiritu sancto nec
[fu]it in qua etate sua qua de illa ple-
[ni]tudine ei aliquid minueretur vel eidem
[a]liquid adderetur. Constat igitur quod prop-
[ter] hoc vilem eam genuit. Et si semper
[in] corpore vir non apparuit cur ergo
[s]ubito virum fuisse in utero que utique
[vir]ginem ambigo. [...]cio preparavit deus
[h]anc lucernam ope multipharie multis-
[que] modis prius eam prefigurando
[...]eam namque moysi in rubo aaron
[in vir]ga gedeon in vellere ezechieli in
[po]rta clausa. Primo ostensa fuit hic
[in] rubo. Quid rubus ille quidam
moysaicus qui tenebat flammas quidem
mittens sed non ardens nisi maria
[p]arientem et dolorem non sentien-
tem. Quid rogo virga aaron flo-
[ri]da nec humectata nisi ipsa concipi-
entem quamvis virum non cognosceret.
[Q]uid illud signat gedeonis vellus
de carne tonsum sed sine vulnere
carnis in acie ponitur et nunc ros
ima nunc quam area non perfunditur
[ni]si carne assumptam de carne virginis
absque detrimento virginitatis eius.
[Per] clausam portam que non aperitur
[e]t vir non transit per eam nisi clau-
[s]is vectibus eius. Quod unum per-
tractans beatus augustinus in sermone
[de] annunciatione cuius dicit verba sunt
[e]t ezechielis vidi portam in do-
mo domini clausam et dixit an-
gelus ad me porta hec quam vides
non aperietur et homo non transibit per
eam quia deus solus intrat et egre-
ditur per eam et clausa erit in eternum
[...] mirabilior dicit augustinus est prophetie
adimpletio. Quid est portam do-
mo domini clausa nisi quod maria virgo
semper erit intacta. Et quid est
homo non transibit per eam nisi
quod ioseph non cognovit eam. Et quid
est solus deus intrat et egreditur
per eam nisi quia spiritus sanctus
impregnavit eam et deus angelorum
nascetur per eam. Et quid est clausa
erit in eternum nisi quia maria virgo
est ante partum. Et infert augustinus
Dicit ergo maria porta facta sum
celi ianua clausa per que egressus
est ad suos [...]. Bernhardus.
Et sic apparet tribus apparatus unde
de quibus tribus apparatibus simul intellectis
dicit Bernhardus O miranda et omni
honore dignissima virgo nec noviter
inventa nec fortuitu sed a seculo
a deo preelecta. Ecce primum a prophetis
promissa. Ecce secundum prius patriarchis
prefigurata. Ecce tertium et subiungit unde
ergo sunt ipse nominibus quibus licet di-
versis modis signis et operibus ea-
dem dixerunt non diverso spiritu et provide-
runt et predixerunt. Quod primum
monstratum est in rubo et igne aaron
in virga et flore Gedeon in vellere
et rore hoc apte providit Salomon
in muliere forti et eius precio expressius
Jeremias promisit de femina et viro
aptissime tandem Gabriel exhibuit.
Quod cum deus pater occulte in cor-
de predestinando ab eterno tenuit hoc
patribus in figuris notuit prophetis
edocuit hoc gabriel in evidenti
exhibuit. Loquitur secundum principale propter
lucernam per qua nate virginis intelle-
gimus gloriosissima commendatam.
Sed ne sermo crescat in infinitum. Ideo
secundo quod lucerna quinque modis accipitur.
Est enim lucerna verbum predicationis lumen
devotionis exemplar edificationis
specialis gratie divine dignationis plena
et perfecta consummatis omnibus sanctitatibus.
De prima dicitur in sermone lucerna pedibus
meis verbum tuum et secunda. Ecce accendat
lucerna ipse in tabernaculo tuo i.

nb

i. devotio sit semper in corde tuo / De
tercio dicitur Luce 12 Sint lumbi vestri
precincti et lucerne ardentes in manibus
vestris Quod est dictum pretibus in verbis con-
tinentes et cum hoc proximos in bono
exemplo edificantes Item Math. v.
Non accendunt lucernam et ponunt
eam sub modio sed super candelabrum
ut luceat omnibus qui in domo sunt
De quarta dicitur Job 29 Quis michi
hoc tribuat ut sim iuxta menses pri-
stinos secundum dies quibus deus custodie-
bat me quando splendebat lucerna eius
super caput meum et ad lumen eius am-
bulabam in tenebris sicut fui in die-
bus adolescentie mee quando secrete
deus erat in tabernaculo meo quando
erat omnipotens mecum et in circuitu
pueri mei quando lavabam pedes meos
butiro et petra fundebat michi rivos
olei Item 2 Reg. 21 Iam non egredieris
in prelium ne extinguas lucernam Israel
De quinto et ultimo dicitur in principio autem
pavi lucernam i. vas aptissimum omnibus
significationibus Quod est Maria que
convenienter dicta est lucerna propter
similitudines et proprietates utriusque re-
pertas Omnia enim que in lucerna sunt
in beata virgine inveniuntur Est autem
lucerna ut audistis quedam proprietates
est enim luminis contentiva puritatis
receptiva vie directiva lumen in-
tactu contractiva ignem applicatos calo-
res variativa Hee proprietates confluunt
et conveniunt in Maria // Primo igitur
virgo Maria dicitur lucerna quia est luminis
contentiva Sicut enim lucerna in se lumen
continet sic beata virgo Maria lumen illud
in se habuit quod de seipso dicit Joh. viii
Ego sum lux mundi Est autem tri-
plex lumen scilicet naturalis intelligentie
infuse scientie divine proprie De primo
dicitur in Psalmo Oculorum meorum
lumen tu es et ipsum non est mecum
Et illud Johannis 12 Adhuc modicum
lumen est in vobis scilicet intelligentie

De secundo dicit Sapientia 7 Dilexi super sa-
lutem sapientiam / De tercio Ysaie 60 dicitur
Erit lumen Israel quasi in igne Ysa. 60
Surge illuminare Ierusalem quia venit
lumen tuum et gloria domini super te orta
est // Hec tria lumina habuit in se beata
virgo Maria et ideo congrue dicitur
lucerna / Habuit enim in se in summo lu-
men naturalis intelligentie Spiritus enim sanctus
contemperavit in ea ex nobilissimo
sanguine corpus quod est nobilissimum
naturale Habuit ergo animam intellec-
tam et sublimitatem subtilitatis
qua umquam constitutus est Habuit in ipsa
super hoc lumen habuit lumen infu-
se scientie quod plenam et perfectam scien-
tiam bonorum omnium veterum omnium valid...
et necessariorum habuit Si enim de quo-
cumque sancto videtur dicitur Sapientie x
Dedit illi scientiam sanctorum multo
verius de ipsa potest dici quod dedit sci-
entiam omnium sanctorum ut in deo veraciter
gloriari possit et dicere illud Sap. 7
Ipse dedit michi horum que sunt veram
scientiam ut sciam disponere orbis ter-
rarum naturas elementorum et virtutes ele-
mentorum initium et consummationem et medi-
um temporum et medietatum vicissitudinum per-
mutationes et consummationes tempo-
rum mutationes et divisiones tempo-
rum cursus et stellarum dispositiones
et iras bestiarum immutatorum differentias vir-
gultorum et virtutes radicum et quecumque
sunt absconsa et improvisa didici
Est enim in illa spiritus intelligentie
spiritus multiplex unicus subtilis di-
sertus desertus ita suavis amans
bonum Neminem enim diligit deus ni-
si eum qui cum sapientia inhabitat Est
enim hec speciosior sole et super omnem
dispositionem stellarum Unde confi-
dentia hoc dicere potest Omnium enim arti-
fex docuit me scilicet sapientia ut vere
dicere possit illud Proverbiorum 30
Non didici sapientiam sub audi ab ho-
mine et tamen novi scientiam omnium sanctorum

tro sup hoc habuit hunc dinc
pie tam spualit quam corpalit in
cohabitabat Et sciendum quod hec beta
lucina hec tria bona habuit in supmo
quod per singula sit videre Prima
habuit excellens sensibile corrupit
sensum ita excellens intelligibile
vitavit et pmovet intellectum Et sic
pz quod excellentissimum intellectu habuit
et hunc sic intelligentie in ea ha-
bitabat Secundo in supmo etiam habuit
hunc sciencie / hec supintatis in hoc
sit tamen quibus eam secundum modum etiam
habet sciendi / Sciencia enim sine
modo sciendi non solum non est utilis
sed ea inflat Supma igitur sciencia
sic attingitur quando tamen sciencia habet
pncipalis usus sciendi Et de beata
virgo maria conteria qualis sua sciam
pncipaliter ordinavit debitum / Ideo
hanc sciam habuit in supmo habuit
Bernhardus Scius non spectat non multa
sentem si modum nescit tam
studio sciendi et utilitatem et modum
sciendi Bernhardus hortamur vocat scit
et homo sciat quo ordine quo stu-
dio quo fine quid nosce optat
quo ordine ut illud prius quod mat-
ris ad salutem Quo studio ut hoc
ardentius et vehementius quod ad
gloriam dei et amorem dei direc-
tum dignum Quo fine ut non ad ina-
nem gloriam amplitudinem Et quia
tamen hoc modo sciendi beata virgo
maria sciam scivit Ideo ipsam
habuit in supmo Tercio hunc due
mtie habuit similit in supmo Cu
non solum qualit ut in multis nec
palitter ut in paucis sed singu-
lariter in ea habitabat plenitudo
divinitatis corpalit In qua nec prima
similem visa est nec habere sequen-
tem Et sic patet quam convenit
hec hac prima pptatate beata virgo
maria dicta sit lucina et tam

excellent hec hunc in se ab
scandebat Secunda lucina est puritatis
perfectima quod nimis convenit virgini
beate in qua puritatis et munditia
castitatis et omnis peti immunitatis
sup omnes homines excellebat / Quod
augustinus Ea puritate nitebat beata
virgo maria qua sub deo nequit
maior intelligi Sancte enim puritate
mente et corpe fuit beta virgo ma-
ria ut dicitur hunc de ea i radi-
ans enim intuentibus oculos mentis
castitatis facit et pudicitatis ut autem
supremam et puritatem consequitur
triplicat fuit deputata depurata / Primo
in vetro materno ab originali peto
que purgatio intantum reformat
fomitem ut potentia concet non peccare
inclinquit tamen in ea fomitem
sim essentiam Secunda puritatis accessit
ei in filii sui conceptione et hec totaliter
extinxerit fomitem ut que prius
potuit non peccare in reliquum non
posset peccare // Tercia puritatis accepit
matre virginis in filii sui cohabitacione
filii per quam mente et corpe tam
divina extitit ut omnes reliquie et
dispositiones peti ab ea penitus
tollentur Tercia lucina est vie direc-
tiva / lucina enim in quibuscumque tenebris
viam ostendit Sic beta virgo ma-
ria est lucina que errantibus in
huius mundi tenebris ad celestem
patriam directa via dirigit et
perducit Cum enim omnium sanctorum
exempla et vitam confert et pro-
ferat dicente de illa Bernhardus
Non defuit tibi fides patriarcharum
spes prophetarum / caritas aplorum Con-
stancia martirum sobrietas confessorum
Castitas virginum fecunditas coniu-
gatorum Ideo omnes etates omnes status
omnes condiciones omnium hominum norma

vivendi pro et proveniendi in ea
patuerunt invenire ut singularis
possit dici illud Judith 9. Quid
me vidistis facere hoc facite / hec
est que iterum Bernhardus vocat eam
viam per quam itur ad celum id est ad
regna celi / regina celi virgo maria
tu es via per quam salvator ad nos
venit Teneamus ergo viam / studeamus
et nos ad ipsum per eam ascendere
qui per eam ad nos descendit
per eam venire in gratiam ipsius qui
per eam in mundum misericordia venit
per te ergo accessum habemus
ad celum o benedicta inventrix
gratie dei genitrix maria mater
salutis et per te nos suscipiat
qui per te datus est nobis Ideo
dicta est etiam maris stella per
quam naute in mari viam suam
Tercio buccina est levis in tactu
Sic virgo maria levis est et benigna
omnibus qui sunt orantibus
et fiducia tangunt eam de eius
lenitate Bernhardus dicit Quid
ad mariam trepidat humana fragilitas
non austerum in ea nichil
terribile sed tota suavis omnibus
offerens lac et lanam Revolve
diligentius evangelicam historiam
universam et si quid forte increpatorium
si quid durum si quid
denique signum vel tenuis indignationis
occurrit in maria Deinceps
suspectam habeas et accedere
verearis Quod si bene intelligis
plena est omnibus pietatis et gratie
plenam mansuetudinis et gratie
Age gratias ei qui talem tibi mediatricem
benignissimam misericordie
providit in qua nichil possit esse
suspectum Quarto buccina est secundum
applicationis caloris variativa

Sic beata virgo maria est omnium
nimium anxietatibus necessitatibus
indigentiis per compassionem affectuum
patitur et misericordie suscipere
formam aptat ut in infinitum virgo
possit dicere cum paulo Quis infirmatur
et ego non infirmor Item Bernhardus
Maria sinum que misericordie aperit
plenitudine eius accipiunt universi
Captivus redemptionem eger curationem
tristis consolationem peccator veniam
iustus gratiam / Denique omnibus omnia
est facta ut omnibus subveniat
cui succurrat Sequitur Quinto membrum
prime divisionis scilicet cristo in quo
quod nostra utilitas depingitur Deus
pater hanc buccinam cristo filio
suo preparavit ut per hanc homo
assumptam in ea nostrum negotium ageret
Primum cum triplicem utilitatem
sciunt per eam scilicet informationem
redemptionem et celi apertionem Primum
informationem accipimus ex eius conversatione
redemptionem ex eius passione
Celi apertionem ex eius resurrectione
Primum de primo scilicet quod per
eius vel imitationem ipse hortatur
nos Luce 9 Qui vult venire post
me abneget se metipsum et tollat
crucem suam et sequatur me Unde
Bernhardus Anima tua michi prodest
passio si accesserit imitatio ut sequar
vestigia eius et prius tunc
aliquando consequar Unde sanctus
ille iustus qui crucifixus est super terram
nec unquam erat ab illo tam in morte
scelere iudeorum quod ut tante crudelitatis
ingratitudo fuerit vel fuerimus quod propria
gratie contumeliam fecerimus quod filio
dei contumeliam fecerimus / unde etiam et
propria cristi dicit nobis Bernhardus

in vita mea patris cognoscere vitam tuam. Et sicut ego paupertatis humilitatis caritatis obediencie pacie indeclinabile semitas tenui sit et tu eisdem vestigiis incedas nec declinas vel sinistram. De secundo scilicet redempcione dicitur ysaie .xliiii. Revertere ad me quem ego redemi te quia cum nullus potuit venire ad deum nec avertere se a culpa. Secundo autem redemit nos insinuatur apocalipsis .5. Redemisti nos deus in sanguine tuo. Tercia vero utilitas que homini cristo est quia aperuit nobis celum per cuius signum tam cristi baptisatus ascendisset de Jordane aperti sunt celi super eum Math. 3. Mr. 1o Luce 3. ut per hoc daretur intelligi quod per cuius adventum celie quam sibi per baptismum desponsavit. Decretus regnum celorum est apertum unde ex Apok. 3. Johannes testatur se celum vidisse apertum per hoc insinuatur quod liberum introitum in eum habeamus ad quod ingrediendi mereamur meritis et precibus virginis marie gloriose Amen.

Sermo tercius de nativitate virginis marie

Ego mater pulchre dilectionis timoris et agnicionis et sancte spei Eccl. 24. Secundum quod sicut est unus dei patris filius naturalis scilicet Jhesus cristus et multi filii adoptivi sunt sicut omnes electi quod idem filius eciam virginis marie filius eius dicitur primogenitus Math. 1o. ubi dicitur peperit filium suum primogenitum eo quod ipse de ea genitus dedit ei multos filios adoptivos ut secundum apostolum ad Ro. viii. ipse sit primogenitus in multis fratribus hinc eciam est illud quod ipse deus omnes apostolos et omnes electos fratres vocat per prophetam dicens Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Hos ergo filios adoptivos Jhesus cristus sub nomine Johannis matri dedit in filios Unde in cruce pendens dixit ad discipulum suum Ecce mater tua Item sub nomine Johannis qui gracia dei interpretatur electi filii adoptivi qui per graciam dei adoptantur in filios designantur Secundum cum notum fuit ut Johannem matri et matrem Johanni quorum amiciciam novit adinvicem commendaret nisi quod in eo loco et tempore hoc facere voluit ut eandem recommendacionem impressius inculcaret ac si diceret vide mater quid pro peccatoribus patior et quociens conspecte iusticie ipsum dampnari oportebat tu memor recommendacionis huius passionis tibi facte non immemor ipsos mihi subripiatis et per eis intercede In quo visceralis benignissime matris dei caritas nobis refulget. Secundo tam multiplici querit ut accionem misericordie et hoc recommendacio matre nostri tam profundissima est immersa et ut eciam ipsa se offerat omnibus invocantibus benivolenciam seu benivolam et benignam Et licet quidem in ea est omnibus desiderabilis michi complacet Hoc tamen tenuit ordinacio caritatis veritatisque et ut nos ad graciam eius recipiendam studeamus habiles et dispositi inveniri quia licet ut diximus graciam omnibus offerat ipsam tamen humilem simul consequitur. Secundo valet autem ad eius graciam consequendam nos habitare debeamus ipsa nobis insinuat in verbis propositis .d. Ego mater pulchre dileccionis et ubi supra. Ac si diceret quod per pulchram dileccionem timorem castum sanctam spem diligentem se disposuerit illorum ego mater singulariter ero mater vere eisdem effectum per ordinem respice respondendo. Dicat ergo

Eamus ... filii ... virginis ...

Ergo iur pulchre dilectionibus et ubi
sup. i. pulchram dilectionem timore
cognitam spem sanctam habente
De eo quod accidencia non sunt nisi
in subiecto primo ergo quorum uelle
esse iur sunt qui pulchram sunt
dilectionem // Quid sit autem pulchra
dilectio Dicendum quod aliquid dicitur pulchrum
tripliciter De puritate de ordinabilitate
et de nobilitate De puritate dicuntur
pulchra uitrum vinum aqua quando
pura uidentur Similiter de ordinabilitate
aliqua dicuntur pulchra quando partes
uel membra proporcionabiliter sunt ad
inuicem ordinata ut homo uel equs
pulcher dicitur quando partes eius aut
membra eius scilicet os nasus oculi
habent debitam ad inuicem proporcionem
Similiter aliqua dicuntur nobilitate pulchra
ut illa ymago que de auro est pul-
chrior est illa que de uili materia-
te est formata // Hec ergo tria pul-
chra debent conuenire in pulchra
dilectione ut illa dilectio dicatur pul-
chra que de puro subiecto cum
ordinato affectu in nobilem effectum
ordinatur De puro quidem subiecto
de pura anima que propter sui puritatem
cerea (?) caret omnem peccatum (?) mor-
talium peccatorum Quia sicut dicitur [illegible]

Si maculam habuit non erit deo
acceptum Et (?) amplius modicum fermenti
totam massam corrumpit quod est dicere
Si anima maculam et modicum fermenti
mortalium peccatorum habuit eius di-
lectio non est grata Secundo dilectio
pulchra dicitur De ordinato affectu
hoc est ad sua diligibilia iustum servat
ordinem diligendi de qua illa glossa
Cant. 2 Ordinauit in me caritatem
Sit autem debitus ordo diligendi
cum omnia diligibilia ordinantur
in deum ut omnia propter deum diligantur

Diligitur enim pater mater soror amicus
aurum diuicie honores corpus et
deus et anima In quibus omnibus ne-
cesse est ut amor ordinetur Ordi-
natur autem cum deus principaliter
et consequenter i. propter deum omnia
alia diliguntur // De quo ordine
dicit Bernhardus // Ordinauit deus
in rebus diligendis caritatem
ut sciam quid prius quid post
quid minus quid magis // quid propter
se quid propter aliud diligatur Sunt
enim temporalia diligenda propter corpus
corpus propter animam valet enim anime
corpus sanum ad penitenciam
corpus infirmum ad cumulacionem
meritorum mortuum ad requiem
resuscitatum ad glorie consummationem
Et ideo propter animam corpus est di-
ligendum multo magis anima uero diligatur
propter deum ad cuius ymaginem facta
est Deus uero diligatur propter se Quia
eo nichil dignius nichil utilius
se ipsum dedit nobis propter diligi dignius
dignus quia ipse prior dilexit nos
anima et in nullis nichil carius
utilius quia de eius amoris
uirtute omnia nobis cooperantur in
bonum // omnia dico bona mala
et aliena Item uel amorem
dei et proximi talis eadem debet
ordinatio ut caritate affectuali
preponatur deus proximo uel plus quam
proximus diligatur Caritate uero
actuali deo proximus preponatur
sicut Bernhardus // Cum duplex sit
caritas affectualis et actualis
prefert superiora inferioribus vigor
in homine affectata anima [illegible]
[illegible] qui dilectio dei hominem prefertur
et in ipsis hominibus perfecciores
infirmioribus celum terre eternitas
tempori anima carni [illegible] in homine

ordinata actione semper ordo
oppositus invenitur. Item circa
proximi plus urgeamur et infir-
mioribus fratribus diligentius assi-
stimus et pati tec plus quam celi
stie ipsi necessitati assistimus et
languoribus corporis postposita
cura anime pene continue insisti-
mus. Orantem hominem deo
loqui quis dubitat quociens tamen
in caritate adducimur et excellimus
propter eos qui nostra indigent opera
vel loquela. Totiens per amministra-
tionis iustissime super sedemus
celebrare missarum solempnia. Ecce
preposterus ordo sed necessarius
commutatus quia necessitas non
habet legem. Tertio dilectio pul-
chra dicitur propter sui nobilitatem
ut supra ostendimus. Sit illa di-
lectio pulchrior dicitur que de pulch-
riori sive nobiliori dicitur. Unde
amor boni hominis melior est
quam mali celi plusquam terre. Di-
lectio tamen ad bonum quod est deus or-
dinata pulcherrima est maxime
cum diligitur deus propter deum. Ta-
lis enim [struck through] diligentiam me-
retur. Quinte materia que mira
secundo virgo maria mater esse in-
spectatur timorem pulchrum. Additur
aut pulchrum ad differentiam fedi timoris
per quem cetera mala committimus
ad bonum aggredi non audemus.
Item de primo dicitur Math. 10 Nolite
timere eos qui occidunt corpus et
amplius non habent quod addant
sed timete eum qui potest corpus et
animam mittere in gehennam. De secundo
dicitur Job 6 Qui timet pruinam
irruet super eam nix. Qui enim
timet pruinam modice penitentie
et laboris irruet super eum nix
profundissime amaritudinis

eterne dampnationis. Si ergo virginis
marie mirum habere cupimus contem-
plamus fedum timorem et pulchrum
timorem in cor nostrum introducamus
dicitur autem timor domini pulchrior
ex pulchro abiecto quod est deus
efficitur in nobis tria bona scilicet
puritatem bonitatem et divini bene-
placiti voluntatem. Quo autem que
pulchrum timorem in cor nostrum
introducere debeamus et hec tria
operatur in nobis docet nos sapiens
Eccl. 7 d. Fili memorare novissima
tua et in eternum non peccabis. Glo.
Timore perhibente que sunt autem
novissima nostra memoranda de-
clarat Bernhardus exponens predictum ver-
sum atque potest dicens o homo novissima
sunt mors iudicium et gehenna. Quid
enim horribilius morte quid crude-
lius iudicio. Item gehenna nichil
potest intollerabilius cogitare. Quid
metuit si quis ad ista non trepidat
non expavescit non timore concutitur.
Time ergo quod in morte separandus
es ab omnibus bonis quinque corporis
et mundi. Time quod in terribili iudicio
ei es presentandus in cuius manus
horrendum est incidere. Illo equitate
cui nichil latet. Qui de se dicit
Ieremie 29 Ego sum testis et iudex.
Time quod in gehenna cruciatibus eter-
nis et innumeris exponendus
es. Qui hec tria cogitavit sicut
sunt timore cordi suo introducit
nisi sit durior adamante. Primo
ergo timor ille introductus sicut
diximus pulcher dicitur quia nitore-
dicens in nobis operatur puritatem quia
statim ut intus venit expellit
omne peccatum quo expulso relinquitur
puritas. Unde Ecclesiastici primo
Timor domini expellit peccatum.

uiam qui sine timore est non potest iustificari. Secundo expulso peccato et plantata puritate timor operatur bonitatem. Hic stimulat nos ut bonum faciamus. Sicut enim dicitur Eccl. 13 Qui timet deum faciet bona. Et item qui timent dominum custodiunt mandata eius. Et item qui timet deum nichil negligit. Tercio timor domini stimulat nos ut dei faciamus per omnia voluntatem. Sicut Eccl. 2 Qui timent deum inquirent que beneplacita sunt illi. Item in psalmo Beneplacitum est domino super timentes eum. Et ideo ex istis tribus effectibus quos operatur in nobis pulcherrime dicimus Sicut timorem. Tercio gloriosa virgo maria digna est invocari ab agnicionibus id est habentium agnitionem. Est autem triplex agnicio summe nobis necessaria quam qui habuit maximum affectum devotionis inducere promittitur. Prima est ut agnoscamus dei reverentiam. Secunda nostram insufficientiam. Tercia nimis clementiam. De prima scilicet cognitionem ex secunda humilitatem ex tercia spem sive fiducialitatem. Quia ista necessaria dicimus. Quia ex eis tres virtutes nobis necessarie oriuntur. Ex prima veritate consequimur primo dico quod ex cognicione divine reverencie dilectionem consequimur. Quia quanto deum cognoscimus tanto necesse est ut deum diligamus. Ipse enim tam ineffabilis est bonitatis tam inexplicabilis dulcedo ut nemo possit eum odire sed quanto cognoscit tanto diligitur. Sicut Jeremias 9 dicit Dicit dominus non glorietur sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine sua nec dives in divitiis sed in hoc glorietur qui

gloriatur scire et nosse me. Quia quid ut ait Bernardus super Cantica Nemo absque cognitione dei salvabitur. Et subiungit: Quia si ignoras deum potest necesse salvus nequaquam nec potes amare quem nescis nec habes quem non amaveris. Quia sicut ex dei cognitione dilectionem oriri sic ex dei ignorantia contemptus desperacionem. Quod sic declarat Bernardus super Cantica. Aliquis reversus ad se et displicens sibi in omnibus malis que fecit cogitatis et respiciens omnem vitam malam si ignorat quam bonus sit quam suavis et mitis quantum multum ad ignoscendum Nonne quod sua carnalis cogitatio arguet eum et dicet Quid facis et vita ista vis perdere et futura peccata tua sunt maxima nequaquam sufficis satisfacere et sic desperatus recedit. Ignorans quam facile est bonus omnia ista dissolvere. Quia hunc omnino ideo inducimus ut ostendamus quod sicut ex dei agnicione sequitur dilectio sic ex eius ignorantia sequitur desperatio. Secunda cognicio de nobis ipsis est humilitas quia quanto verius nosmetipsos cognoscimus et quanto lucidius intra nos ingredimur tanto ampliori cognicione mala nostra videmus ex quibus necessario humiliamur. Sicut Boethius Vero tam felicitatis exposite virum qui non in aliqua parte cum sui status qualitate rixetur. Et hoc est quod innuitur Ezech. 8 ubi sepe repetitur Et adhuc conversus videbis abominationes maiores quia quanto verius considerat

tanto plura mala nostra videmus
nec aliquis tam sanctus qui ab hac
lege excludatur. Dicit enim Bernardus
Tu quicumque es etiam si sanctus es
si te ad tuine vitalis intus in anima
sine dissimulatione inspicias non du-
bito quin tu displiceas in oculis tuis
Sicut ergo ex cognicione dei dilec-
tio sic et ex cognitione nostra humilitas
generatur. Tercio ex consideracione virginis
Marie nimis clemencie spes nobis
oritur et fiducia ut qui nostre
iusticie fiduciam non habemus / nec
propter dei reverenciam tamquam peccatores
faciem levare audemus ad virginem
confugientes de eius clemencia
speremus. Qui ergo propter dei reve-
renciam et suorum bonorum insuffi-
cienciam non audet levare faciem
eius offensam domini erubescentes
Si inquam tales ad matrem domini
confugerunt de eius clemencia
sperantes ipsos in graciam recipiet
et per magna beneficia eos domino
sibi reconciliabit et hec est pulcra
cognitio. Quarto virgo maria beata
dignatur esse mater. Quarto beata virgo
maria gloriosa dignatur esse mater
sancte spei .i. habencium sanctam
spem. Quoniam autem dicit sanctam spem
innuit alias spes inveniri non
sanctas / propter quod sciendum quod sicut
tria que spem nostram sanctificant
de virgine gloriosa maria ut videlicet
propter eam a peccatis cessemus, spem
nostram solum in ipsam et filium eius
ordinemus, operam bonis quibus
possimus condecentibus. Primo dico
ut a peccatis cessemus quia frustra
sperat qui peccando eam provocat
in qua sperat. Sapiencie 7. Spes im-
pii quasi lanugo que a vento di-
spergitur. Item Job xi Oculi impii
deficiet et in effugium peribit ab
eis et spes eorum abhominacio est. Dicit
Apostolus Iohannis 3. Omnis qui spem habet
in deo sanctificat se sicut ille sanctus est.
Secundo spem nostram solum in matrem ma-
ximam virginem ordinemus nec de nobis
nec de alienis viribus presumentes
nec maledictum Ieremie incurramus
ubi dicitur maledictus qui ponit carnem
brachium suum. Tercio in virgine matrem
mariam spem nostram ponamus ipsam
in omnibus et pro omnibus honorantes
quia tunc fiducialiter procedimus si spem
nostram per exhibicionem operis comprobamus
et hoc est quod ait psalmista Spera
in deum et fac bonum et delectare
in divicijs eius. Et hec est veraciter
spes mea. Quoniam sic virgo gloriosa
maria asserit esse matrem que ma-
gnum affectum nobis in extremis impe-
dat apud filium eius benedictum. Amen.

Sermo quartus de nativitate marie virginis sequitur

Homo quidam descendebat
ab Ierusalem in Iericho et incidit
in latrones Luce 10. Dicitur in
libro Sapiencie 9. Difficile estimamus
que in terris sunt et que in prospectu
sunt invenimus cum labore. Que autem
in celis sunt quomodo investiga-
bimus aut quis investigabit. Ac si
diceret. Si difficile intelligimus a-
liquid de terrenis que sensibus
subiacent quomodo possumus intelligere
de celestibus et divinis / hinc est quod
iste archipredicator Christus cum
auditoribus loqui voluit de celestibus et
divinis assumpsit corporalia loquens
in parabolis per visibilia rerum si-
militudines pede spacium nobis du-
cit in celestia et divina dicens
Simile est regnum celorum decem

virginibus vel absconditis thezauris in agro vel eciam sagene misse in mare. Quod exponens Beda dicit Regnum celorum ideo omnibus rebus simile dicitur quatenus ex hiis que animus novit surgat ad incognita que non novit, ut per ea que usu didicit discat intelligere que nescit. Ex hiis ergo omnibus instructus placuit verbum propositum adducere ut per res corporales que hic ponuntur nativitatem gloriose virginis marie depingamus in quibus verbis tria intelligimus scilicet gloriose virginis marie singularitatem, descensionis qualitatem et mirandam utilitatem. Primum ibi quidam homo, secundum ibi descendebat ab ierusalem in iericho, tertium ibi et incidit in latrones. Hec per ordinem prosequentes primo dicimus quod in hoc primo membro intelligimus gloriose virginis marie singularitatem. Licet enim hoc nomen homo secundum gramaticam sit nomen appellativum appellans pro omnibus, per hoc tamen nomen quidam additum ei ab hac generalitate restringitur ut non stet pro omnibus sicut prius sed pro uno solo intelligitur. Et hoc adquit indefinite unde dicunt logici quod propositio indefinita equipollet particulari. Sic tamen tria specialiter que virgo gloriosa maria ab hominibus omnibus restringitur dividitur et eciam separatur in quibus nec primam visa est nec habere sequentem scilicet propter gratiarum plenitudinem, virtutum pulchritudinem et miraculorum multitudinem.

Que tria hec virgo et mater maria ita singulariter habuit ut eadem nemo unquam habuit nec habebit. Primo ergo dicamus de gratiarum plenitudine. Nam de ea veraciter dicitur per angelum quod plena fuit gratiarum dicentis Ave gratia plena. Que verba cum ab angelo sunt prolata oportuit esse vera quia verba angeli non possunt cadere ab effectu. Probabit autem angelus mariam ante conceptionem dixit esse gratia plena

gratia in conceptione filii dei et in reliqua sunt gratia supplena. Fuit enim sibi plena aut supplena. De primo dicitur Ecclesiastici 24 In me omnis gratia vie et veritatis, in me omnis spes vite et virtutis. De secundo dicit ibidem videte quia non soli mihi laboravi sed omnibus exquirentibus veritatem. Et ideo et idem subiungit ibidem Transite ad me omnes qui concupiscitis me et a generationibus meis adimplemini, scilicet de superplenitudine cuius omnes accipiant. De primo adquit dicit Ieronimus Ceteris per partes maria se non sed tota se infundit plenitudo divinitatis. De secundo dicit Bernardus Maria sinum misericordie aperit omnibus ut de plenitudine eius accipiant universi captivus redemptionem, eger consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, angelus leticiam, filius dei carnis substanciam et tota trinitas gloriam. De primo adquit dicit Bernardus De merito de te beata virgo maria plenitudo gratie predicatur quia non defuit tibi fides patriarcharum, spes prophetarum, caritas apostolorum, constancia martirum, sobrietas confessorum, castitas virginum, puritas angelorum. De secundo idem Bernardus Maria quia supplena gratia in conceptione filii facta est facilius potest nouit ut ex ea liquor gratie effundatur. De utroque simul idem dicit Erat maria ante conceptionem plena gratia, inventa nisi quia dudum sibi plena nobis fiet supplena. Si enim vasi ex toto iam pleno aliquod corpus immittit, quantum illud magnum est quod immittitur tantum necesse est effluere de suppleto. Et quia in eam iam dudum plenam descendit eternus dei filius in conceptione in utero eius

immitteret ideo necesse est ut super
affluat interius et sic patet quomodo
beata virgo maria de plenitudine
gratie actualiter statum omnium hominum
excedit et separatur et dividitur ab eis
tamen de omnibus nobis dicit apostolus
ad ephe. 4. unicuique nostrum data est
gratia secundum mensuram donationis
christi. Iam autem non unam sed omnes gra-
tias possidebat. Secundo maria singulariter
homo dicitur propter virtutum plenitudinem
quia omnes virtutes habebat sine
impulsu contrarii et vicii acquirentur
unde eunucho vel qui sit tam a
natura frigidus non attribuitur virtus
castitatis quia de contrario vicio
non impugnatur sed illis casti-
tatis virtus attribuitur qui cum impugnan-
tur resistunt vicio et sic plantatur
in corpore castitate. Propter quod ad ma-
gnam laudem dicit deus sponse sue
in cant. sicut lilium inter spinas
sic amica mea inter filias. Quid per
lilium nisi castitas. Quid per spinas
nisi vitia impugnantia designantur
sicut igitur rosa inter spinas sic et
inter vitia castitas crescit. Unde per
Eccl. 2 dicit. Quod utrumque tenet
medium vitiorum et ideo virtus virtu-
tes quia iuxta eas vitia sunt
gignuntur. Sed de gloriose virginis
marie dicitur pulchritudinem
hec quia numquam ullo vitio sunt
~~impugn~~ impugnate quia fomes peccati
de quo vitia surgunt radicitus in
utero matris virginis fuit debili-
tatus ut posset maria trahere
in peccatum ut potens posset non
peccare. Sed in conceptione filii
dei fuit extinctus et mortificatus
fomes ut non posset peccare. Et ideo
cuius virtutes nulla vitia impugnabat
ut de ea propter dicit possit illud
cant. Tota pulchra es amica
mea et macula non est in te. Et
sic patet quod virgo maria singulariter
fuit et diversa ab omnibus hominibus
in virtutum pulchritudine. Tertio singula-
ris fuit beata virgo maria propter meritorum
multitudine. Eo quod ipsa
super omnes puras creaturas merita
cumulavit. Erant autem merita eius
nobilia. Nobilia quidem propter immediationem
magna propter duplicatam operationem multa
propter continuationem. Primo dico quod merita
beate virginis marie erant nobilia
propter immediationem. Nam opera misericordie
que nos exhibemus pauperibus exhibet
ipsa exhibuit immediate ad deum
vel in deum ipsum. Non in pauperes
qui sunt membra eius exhibebat
Ipsa enim deum lacte suo pavit et po-
tavit hospicio sui hospitavit uteri
vestivit dans ei corpus tanquam
vestimentum de carne sua carentem
in eius tamquam in carcere visitavit
et tota opera mie in ipsum deum exhibebat
Secundo fuerunt eius merita magna propter
duplicatam operationem quia simul et semel
~~operationem~~ actionem et contemplationem
simul exercebat. Nam in eo quod nutrivit
ipsum necessitatibus corporis ministrando
In hoc ipso intendebat in deum eius
divinitatem sublimiter contemplando.
Tertio eius merita fuerunt multa propter con-
tinuationem. Quia sine omni cessatione
aut erat in exercicii labore aut proficiendi
studio aut sapientie dulcedinis vel
fruendi gaudio. Ex hiis ergo omnibus
scilicet ex gratiarum plenitudine ex virtutum
~~plenitudine~~ pulchritudine et ex meritorum
multitudine beata virgo maria tertio
homo nominatur. Sequitur 2m principale
scilicet descendebat aliquis in iericho
in quibus verbis nobis virginis marie de-
scensionis qualitas designatur. Hec autem
virgo descendebat signis motum
tria nobis imputat scilicet terminum a quo
terminum in quem et ipsum motum de-
scensionis. Sunt tria in membro

isto tangitur. Iterum trinus aquo per
nomen iherusalem/ terminus ad quem per nomen
per nomen iericho signatus unde quo
ab uno loco vel termino tenditur in aliud
per verbum descendebat importatur
hec tria habuit peruenientes dicimus
quod beata virgo maria descendebat ab
iherusalem tempore quo ab eterno a trinitate
extitit preordinata/ ipsa testante prouerbiorum
viii° Et in epistola eiusdem officii do-
minus possidet ab initio viarum suarum
antequam quicquam faceret a principio ab
eterno ordinata sum et ex antiquis
nec dum erant abyssi et ego iam con-
cepta eram/ Ad hoc ergo terminum de-
scendebat tempore prefinito ut mater dei eli-
geretur// Descendit autem in iericho hoc est
in hunc mundum/ dicit enim beda quod
iericho habet figuram mundi propter similitudinem
cum luna que mutabilis est sicut mundus
Et hec de duobus terminis scilicet aquo et
ad quem habuit tacta sufficiant//
Tertio autem scilicet motu scimus quod beata
virgo maria tribus gradibus descende-
bat scilicet per natiuitatem mundissime pu-
ritatis/ per profundum deuotissime
humilitatis/ per affectum dulcissime
benignitatis// Primo dico descendit
in hunc mundum per natiuitate mundissime
puritatis/ Primo enim pura nata sine
tanta in tanta mundicia et puritate
nata est et sanctitate sicut ipsa Iterum
in utero matris concepta sanctificata est
per singularem graciam que originale
peccatum subuenit et restrinxit fo-
mitem ut non posset eam impellere
ad peccandum ita ut potens non esset
non peccare nec venialiter nec mortaliter
quod nulli umquam puero homini contulit
tam/ Licet enim Ieremias et Iohannes
Baptista in utero essent sanctificati pecca-
uerunt tamen peccato veniali ut fece-
runt// Secundo descendit per profundissimam
humilitatem ita ut tempore latronis
facta per omnibus hominibus coram deo hu-

-lis appareret De qua omnis humilitas
in aliis omnibus sermonibus inueniens multa
scripta/ Tertio descendit per affectum
misericordissime benignitatis tam
superaffluentis uiscera pietatis ut
omnium hominum miserias faceret esse suas
Et cum paulus in infinitum miserior tanta
misericordia effluebat ut se omnibus hominibus mi-
seriis conformaret .2. ad .Corinthios .xi°
Quis infirmatur et ego non infirmor.
Et quis scandalisatur et ego non
uror Quanto magis ipsa gloriosa
virgo maria que ipsam misericordiam que christus
est nouem mensibus gestabat in uentre
super omnem creaturam misericordia effluebat
Et quia dicit Bernardus Sileat misericordiam
tuam o benedicta qui eam in suis ne-
cessitatibus non senserit inuocatam
prefuisse/ De qua tamen omnis misericordia in e-
ius quod statim sequitur diffusius dicetur
Sequitur enim textus principale scilicet et in-
cidit in latrones hoc est quasi facto
fuit mater peccatoris Quibus enim quidam
latro quam qui per mortifera peccata
non corporis sed etiam animarum occiderunt
post commissa fuerint accusante
consciencia latitant in spelunca
latronum consurgente reatu ut non
audeant faciem leuare ante deum
In illorum ergo manus incidit ut
dei ut omnes peccatores singulari-
ter ad eam habentes confugiat
tamquam ad eorum auxiliatricem et
consolatricem admittens Quelibet
omnium angelorum et hominum sit domina
et regina singulariter tamen est mater
et domina omnium peccatorum et hec est ex
speciali commisso dilecti filii sui filii
cui dicit ei illud Iohannis 19 Absconde
fugientes et vagos ne prodas Et
aut tribus causis ipse qualis gloriosa
virgo maria mater prima misericordia te
obligatur restringitur nobis peccatoribus

nuam et gratiam concupiscere ut nullos
valeat gtimere a nobis misericordia
aufert. Et si vellet iusto dei iudicio
quiuinatur oportet nobis gratiam dare
Et hoc contingit sic, scilicet propter gratie
inventionem per maternam affectionem
per filii sui recommendationem. Secundo
dico quod quiuinatur nobis graciam
requisere per ipsius gratie inven-
tionem. Quando enim genus in lapsu
primorum parentum gratiam perdidit
rursum aucfo testante Maria
invenit sicut cum ait Luce primo
Invenisti enim gratiam apud do-
minum. Iste processus est tam in
iudicio ecclesiastico quam civili ut
qui rem aliquam invenit ei restitu-
at cuius erat et sic per istam
inventionem tangitur Maria nobis peccatoribus
qui gratiam perdidimus restituere
nobis velit. Racione cuius queritur
primitus utrum quis tenetur rem in-
ventam vel ablatam restituere
cum fructibus. Respondemus rem
tercium. Quilibet male fidei posse-
ssor tenetur restituere rem cum
omnibus fructibus perceptis et
quos ipse dominus rei possessor
percepisset quo de restitucione
spoliatio Circumibus ff. [illegible] vero si navis
generaliter et intelligit fructus qui
supersunt deductis expensis
que fiunt gratia fructuum querendorum
conservandorum et consumandorum
que deducuntur tam a male fidei
quam a bone fidei possessore
ff. de pet. her. Item si a principio fuit
possessor aut bone fidei non tenetur
de fructibus quos percepit quam
diu fuit bone fidei possessor
si iam consumpti sunt. Sed de
existentibus tenetur. C. de rei
vero. Circum. Et nota quod qui aliquid
usuris rei furtivus fuit non sufficit
si restituat rem sed tenetur etiam
ad restimationem usus eius. Hostiensis
vel. Eodem modo tenetur quis re-
stituere dampna si qua ipse dominus
rei propter eius absentiam passus
fuit xiii q. ii. Si quis de clericis
de quo videtur in usura. q. i. c.
Qui accipit utrum usure possint
et c. xxvi. Qui accipit sed magis
est usura. Et in usuris. c. pe-
nultimo. Quid si in ipsa re furtiva
fecit expensas. Respondeo
secundum vel. In foro nunc expensas
facit ad conservationem rei scilicet ex-
pensas fecit ut pascendo equum
suum ad oportunam melioracionem
scilicet curando ab morbo suo vel
nutriendo porcum et huius deducit
pro eas. Ex quo satis facit aliis
intelligit dampnum passo. Item vel
w. Quid si res rapta redditur
deteriorata. Respondeo rem tercium
ron liberatur ut deposita dictum
est. Quid si res periit rapta
Respondeo rem tercium. Quocumque
casu perierit raptor tenetur ad re-
stituendum quia fuit in mora re-
stituendi et tenetur prestare estimacionem
eius secundum illud tempus in quo plus
valuit. Quid si non fuit in mora
ut qui abstulit rem domino tempore
debito et dominus negligenter accipere
non tenetur de casu. ff. de condi. fur.
[illegible] Et que de raptore dicta sunt
intelligit etiam de quocumque fure quis
si plures fuerint raptores. Respondeo
secundum tercium. Si vadunt simul quasi
sit unus exercitus quilibet tenetur in so-
lidum. Item quilibet iuvat alios et
facit eos forciores. Et hoc exit.

de homicidio Sextum dignum est dico
2m w. Secundo unus sine alio non
fecisset aliās quilibet tenetur pro dampno
quod intulit Si vero non incurrit simul sed
quilibet per se stat dampnum quilibet tenetur
pro eo quod intulit Si quis curritur ē rem
quando plus valuit et non restituit sed
quando minus valuit Respondeo 2m ale-
xiiii° Item satis facit nisi lucrum
temporis in quo plus apponat Qualiter
restituet qui impedivit aliquem a
consecutione alicuius beneficii Respondeo
secundum Tho. 2. 2e q. lxii. aut im-
pedivit eum iuste ut si ~~impon~~ inten-
dens honorem dei vel utilitatem
ecclesie procuravit quod daretur alicui di-
gniori tunc nullo modo tenetur aut impe-
dit iniuste puta si intendat eius
nocumentum propter odium vel vindictam
vel huiusmodi tenetur quidem ad aliquam
recompensationem pensatis condicionibus
personarum et negociis non tamen tenetur
ad equale quia ille nondum fuerat
adeptus et poterat multipliciter impe-
diri Si vero impedit ne detur postquam
eque determinatum est quod detur privans
indebite revocari tenetur ad restitutionem
equalem secundum suam facultatem et
idem iudicium de eo qui impedit
aliquem a consecutione cuiuscumque
muneris quod honeste reciperet
Concordat pe Qualiter satis fiet
pro hiis que restitui non possunt ut
mutilatio membri stuprum et
similia Respondeo secundum w. In hiis in
quibus dampnum neque in se neque
in equivalenti restitui potest satis fiet
per recompensationem faciendam ar-
bitrio boni viri Idem Tho. 2. 2e
q. lxii. et in 4. dist. 15 Qualiter
restituet qui semina alicuius agri
effodiat vel qui dampnificavit aliud
eo quod suo tempore non solvit Respondeo
2m ve. perciti non tenetur ad resti-

tuendum totale dampnum quia du-
bium est qualiter fructus agri profecisset
vel an mercator dampnum vel
lucrum in mercatione habuisset
sed restituet tantum quantum fructus agri
in illo dubio vendi potuisset vel
quantum mercator in illo dubio lu-
crum vendidisset Concordat Tho.
2. 2e q. 62. Utrum quis teneatur
restituere quod illicite acquisivit
Respondeo 2m Tho. 2. 2e q. 62. Circa
illicitam dacionem vel acceptionem con-
tingit evenire Aliquando enim
ipsa dacio illicita est et contra legem
sicut patet in eo qui simoniace a-
liquid dedit et talis tenetur amittere
quod dedit unde non debet ei re-
stitutio fieri quia etiam ille qui
contra legem accepit non debet sibi reti-
nere sed debet in pios usus convertere
Aliquando aliquis illicite dat quia
propter rem illicitam dat licet
ipsa dacio non sit illicita Sicut
cum quis dat meretrici propter for-
nicationem unde mulier potest retinere
sibi quod ei datum est et si superflue
aliquid per fraudem vel dolum
extorsisset tenetur aliquid restituere
Quid de illis qui ponunt se in
manus creditorum sed tamen non inten-
dunt restituere immo sperant quod
pro modico vel pro nichilo quietan-
buntur aliās non ponerent se Respondeo
secundum fratrem Egidium ordinis fra-
trum heremitarum sancti augustini
In libello suo Tales quamdiu a
peccato rapine non sunt absoluti
sed peccatum per penitentiam et confessio-
nem dimittatur Sed utrum sint ab-
soluti a debito restituendi distinguen-
dum si creditor sponte voluntari-
e dimisit non tenetur amplius re-
stituere Secus si deceptus vel co-
actus vel si putavit se iniquis

ex magnis meritis ... matre sua peccatoribus adiutrix

aliquid habere Ista eciam multa super
apostolis restitutam invenit rei Si po-
test ad aptam aliquibus in maie
invencionem graciam ascendat Secundo
cogitur peccatoribus misereri ex materno
affectu suam ex eo quod eius filius
dignatur dici esse meus fiat in ista
illud psalmiste Renunciabo fratribus
meis nomen tuum Ex hac insta
racione mea cogitur esse mater omnium
quia omnis mater filios suos amat
sicut ihesus cristus secundum divinitatem
naturalis est filius dei et omnes electi
filii adoptivi Sic a simili cristus
ihesus secundum humanitatem naturalis est
filius virginis marie et nos eius fi-
lii ex materna affeccione habita est in
matheo dicitur peperit filium suum
primogenitum Cui primogenitus filius
eius iusto ordine dicitur respectu
eius qui post illud filii eius sumus
Ex hac ergo materna affeccione cogitur
habere curam nostri quia scimus quod omnis
mater aliquando voluntarie et superantur
cura subiectus venosam et mor-
tiferam feritatem Et diligit ip-
mo cogitur diligere fetum suum Tercio
si tam fortis est natura ut omnis
creatura ex virtute materna cogitur
velle bonum filiis suis multomagis
divinus affectus in matre dei cogit
ipsam nos amare quia filius dei
qui in mundo venit in utero eius
primo qui est et dicitur ipsa munda facit
et facit eius viscera interius de
munda redolere habet [illegible] Cui
pomum in manu habuit per dimidiam
diem per reliquam partem diei
manus redolet odorem Sic a simili
quia mundus que est deus in eius
visceribus novem mensibus requievit
primo eius viscera odorat meam

interius Tercio cogitur nobis misereri
ex filii recommendacione Ad hoc
elegit deus filius marie tempus
et locum aptissimum quo nobis reco-
mendaret matrem hoc tempus ad lo-
cum passionis in quo dixit mulier
ecce filius tuus ut exemplo eo
et tempore ipsam recommendacione
ei profundius inculcaret ipsam nove
Iohannes qui gerit in persona omnes
quos ad deum per graciam intelligimus
quos in illo tempore et loco matri comen-
dari voluit ut cum ira iusto dei
iudicio excitatur ad puniendum
et dampnandum peccatores ipsa memor
loci et temporis et passionis pro nobis
affectus sui interpellaret cuius in
illa recommendacione filius ei di-
cit illud nobis Respice fugientes
et vagos ne perdas Cuius dicat vide
mater oculis cordis et corporis quid
quanta qualia pro peccatoribus patior
et eos tibi habeas recommendatos
quia licet magna multa valde sit
misericordia virginis domini super peccatores ma-
ior tamen est misericordia filii ut pote qui
est ipsa misericordia Ipsius matrem exponeret
in infinitum affectus sui cupiens
nos salvari quam dampnari Et ideo
matrem sue passioni interesse vo-
luit ut per suam intercessionem cui
non est possibile aliquid denegari
accionem habeat miserendi Sicut enim
dicitur 3. Regum 2. Positus est thronus
matri regis que sedet ad dexteram
quod eius dixit ei rex pete mater
mi, neque enim possibile est ut avertam
faciem tuam Ex predictis ergo liquet
secundo quod inventione materna dileccione
filii recommendacione cogitur nobis
peccatoribus misereri et graciam conferre
Ista tamen sane si per primam et ...
nam Iohannes ... ut per istam

iam sunt in gratia constituti ne-
minem cum filius pendens in cruce
recommendavit nisi solme(m)
insinuans per hoc ut eos peccatores
qui pertinaci malicia in peccatis perseverant
nullatenus intendit recommendare
sed solum eos qui mutata voluntate
per penitentiam et confessionem iam in gratiam
sunt recepti protegit et defendit et
maternum eius affectum ut ab ira furoris
domini in tempore malo defendantur
expandit super illos. Item est bonum
hominem esse solum faciamus ei ad-
iutorium similem sibi Gen. 2. Unde
deus pater sicut michi videtur Item est bo-
num angelos esse solos faciamus eis
adiutorium ut eorum ruinam restauret.
Ipsa est regina Saba que cum multa
copia civitatem venit. Unde hodie
fuit fabricata domus in qua habitat
angelice reparationis patribus in
limbo ut eripiantur. Ita est Judith
que occidit holofernem et populum
domini liberavit. Hodie nata est illa
que portavit pugilem liberationis
plorum dei iustus ut eis gratia augetur.
Ipsa est vidua cuius vasa repleta sunt
oleo peccatoribus ut cantitatur. Ipsa est
Hester que rogat pro populo suo. Hodie
fabricata fuit archa in qua reposita
fuit precium humane redemptionis ad
reparationem templi i. mundi. Hec est
ista que ascendit sicut aurora consur-
gens. Virgo est ecclesie militantis a-
mirantis hec virginis marie nati-
vitatem. Dicitur autem aurora in sua na-
tivitate quia tenebras expulsit unde
Gen. Dimitte me quia aurora est
etc. quod dicitur hec clara progenitus
nobilitatem. Unde canit ecclesia Na-
tivitas gloriose virginis marie ex
semine abrahe orta etc. de stirpe david
unde orietur stella ex Jacob etc. quod
dicitur maria frigida ex fomitibus

respersione. Unde luce primo virtus
altissimi obumbrabit tibi etc.
quod dicitur gratia rorida ex gratie
plenitudine quia dicitur plena
tronibus tersica sicut quidam recon-
ciliat regina malefactores tunc
Et sequitur dulcis tota iocunda de
contentu eius. Unde canit ecclesia
Nativitas tua dei genitrix virgo
gaudium annunciavit universo mundo
ex te enim ortus est sol iusticie
christus deus noster. Dicitur benedic-
ta in mulieribus tu es infinitis
decorata bonis fructibus in flore
benedictus fructus ventris tui. Et ad
videndum solem preparatum. Ortum
habuit beata virgo de abraham
qui fuit fidelissimus quia cre-
didit deo et reputatum est ei ad iu-
sticiam. Et iuda quia fuit for-
tissimus Gen. Catulus leonis iuda
de david qui fuit humilimus ps.
humiliatus sum usquequaque. Item
vere debuit procedere qui tribus
virtutibus super omnes mortales legitur
habuisse. Domus quam edificavit
hec est beata virgo maria quam ve-
Salomon scilicet dei filius edificavit
etc. Sapientia edificavit sibi
domum domum lucis novis vie
virginitatis. Ipsa enim primo obtulit
deo suam virginitatem. Et ideo
appellatur virgo virginum. Dicitur Hec
lucida in ratione sancte quia sancti
Unde canit ecclesia Cuius vita in-
clita cunctas illustrat ecclesias. Di-
maria latam per habundantiam
pietatis. Job. [illegible] infancia cum
me crevit miseratio. Et ideo in ecclesiastico
dicit Transite ad me omnes qui
concupiscitis me et a generationibus
meis adimplemini. Et gratia

plena alta ratione p̄uatarum
et contemplationis. Dē domina
tua columpnatam racion̄ domo
suo spūs sc̄i in ea habitantibus Ec-
cedit in ea columpnas septem
dic̄ benedicta tu in mulieribus
solidam racione ffecunditatis dic̄
benedictus fructus ventris tui Cuius
nobis p̄stare dignetur marie fi-
lius amen. Sequitur marie

Sermo quintus de natiuitate

Ab inicio et ante secula
creata sum Ecc̄ 24o In hoc
v̄bo mia b̄te marie dignitas
tangit^z In hoc q̄ ante secula
et ab initio creata dicit^z ante
non dicit^z q̄ in portat diem
t̄pis sed dignitatem. Dicit autem
aliq̄d precedit ad aliud quadru-
plice aliquid eternitate ut deus
omnia Origine ut pamus cantu
tempe ut flos fructu Electione
ut fructus flore Ipa ig̃it^z ante
secula creata fuit quia dignitate
sua omnia in seculo creata pre-
cessit vnde dicit^r vā p̄dicti the-
matis non quiuamus sc̄ vniuersi fi-
glia^z in singulari creatore dictis
animi precepit et dixit michi c̄-
ator om̄i hec est in qua v̄go i qua
deus suam potentiam decoluit
ut dicit Bernhardus Sed autem domine
fecisti ymagine bonitatis tue
in ea velud artifex ostendens
magistiam pietatis tue Contingit
aut loqui de b̄ta v̄gine maria
s̄m triplicem statum s̄z ante
partum ī^ta partum p^g partum
In p̄mo statu habet dignitatem
mutabilem In sc̄do mirabilem
In t̄cio participabilem ut patet
hoc Et iste status triplex tangit^z
in hoc v̄bo Ab inicio et ante
secularit. Et quintum ad omnes
istos status vitē secula creata
fuit Prima tamen creata in seculo
precessit Sed nota q̄ aliq̄ⁱ^c creac̄ est
de nichilo aliquid facē et sic pauci
quemit Sed si similiter creac̄ p̄ facē
conuit^z tunc cum legimus in seculo
creata s̄z nubem fumū ignē creā
dicit^z ysaie 4 Creauit deus super
omnem montem Syon seu sup̄ omnē
locum montis Syon vbi inuocatus
est nubem p̄ diem et fumum et
splendorem ignis et flammaz in
nocte Item aquilonem et mare ps̄
aquilonem et mare tu creasti Item
celum et t̄ram Gen̄ 1o In principio deus
creauit celum et t̄ram Item angelicam
siue intelligentiam vnde in libro
Sapie 1o Omnium creata est sapiencia
et intellectus prudencia ab eviō hoc
exponit^z in p^o libro sniaz de an-
gelica na^a Item homo Ecc̄ xvii^o
deus de t̄ra creauit hominem Item
celi^c grandia Gen̄ 1o dicit^z creauit
deus cete grandia Item medicina
Ecc̄ 38o altissimus creauit medicinaz
de t̄ra Item vinum vinum in iocunditate
creatum est non in ebrietate Primo
b̄ta v̄go maria quintum ad statum an
partum ante secula creata est quia hec
in seculo creatis p̄eminet s̄z aquiloni
nubi fumo et igni Excellentior est a-
quilo in quo p̄eminet frigiditas
nubes in quo p̄eminet leuitas
fumus in quo grauitas Ignis in
quo caliditas Sed ante hec beata
v̄go ē creata est quia ysarum
p̄eminenciam excellit Est enim aq-
lone frigidior per castitatem Nu-
be leuior p̄ paupertatem. fumo
grauior per humilitatem Igne calidi-
or per caritatem. Primo dico q̄
frigidior est aquilone p̄ castitate
Licz enim aquilo frigidissimus sit p̄ nos

ut dicitur Eccl. 43 Frigidus ventus
aquilo flavit et gelu cristallis ab
aqua cum in aquilone aliquibus partibus
caliditatis potest esse per accidens unde
Ieremie 1o Quid tu vides Ieremia ollam
succensam ego video et faciem eius
a facie aquilonis Sed est beata virgo
frigidior que calorem fomitis et
ignem concupiscencie absque dampno
actualiter non sensit / fomes qui ce-
teros inflammare consuevit in ea a
deo tam frigidus et debilis extitit
etiam ante filii conceptum quod nunquam
cum cera usque ad primum motum quid
veniale peccatum esset ut prius creditur
calefecit Augustinus De beata virgine maria
propter honorem domini nullam tu de
peccatis agitur hic volo mencionem
Item nube levior per paupertatem
hec est nubes de qua Ysaie xix ascendet
dominus super nubem levem
et ingredietur egyptum i. terram propter
virginem in mundo Et ecclesiastici
24 Et thronus meus in columpna
nubis hoc signatur 3 Regum xviii
ubi vidit puer helye nubem par-
vam quasi vestigium hominis de mari
ascendere hec est beata virgo maria
que de mari huius seculi levitate
paupertatis in altum ascendit Item fu-
mo gracilior per humilitatem / hec est
enim de qua dicitur Cant. 3 Que a-
midrac quit Que est ista que a-
scendit per desertum sicut virgula fu-
mi Fumus quanto magis elevatur
tanto magis subtiliatur et gracilior
efficitur Sic beata virgo maria crescens
in honore dignitatis crevit in
gracilitate humilitatis Sic non facit
mala condicio humanitatis que ad-
epta honoribus prius servatam humili-
tatem relinquit ut Saul i Reg. xv
Nonne cum parvulus esses

Item igne calidior per caritatem
sicut enim ignis in summo calidus
est ita ipsa in calore dei summe
inardescit unde Bernardus Magis ar-
debat amor sed summe in ea gradus
Sponsa vero in summo stat hec e[st]
sponsa de qua Cant. v aperi
michi columba mea sponsa mea
speciosa mea quia caput meum
plenum est rore ymmo hec igne ca-
lidior quia cuius caliditatis non
potuit extingui amando Cant. viii
Aque multe non potuerunt extinguere
caritatem Cum ignis possit ex-
tingui / Huius status virginis imi-
tabilis quia in huius virtutibus ipsam
imitari debemus / licet ad perfectio-
nem eius attingere non possimus Secunda
alia dignitatis est status parti[cularis]
que notatur ibi Et usque ad futurum
seculum non desinam per quod ab
illis discernitur qui dicunt Sapie. v
Et nos nati continuo desiimus
esse et virtutis nullum signum valemus
ostendere Huius status dignitatis prin-
cipalis est quia secundum illud nobis
speciosa est Et quantum ad quatuor
secula creata dicitur Nam quatuor
creatis in seculo supponitur i. celum
mare medicine et vino creati
est celum vel celestis in quo pre-
eminet ipsa magnitudine / apud
in quo plenitudine ut dicitur d...
Comparatur mare et plenitudi[ne]
eius medicina in qua utilitas
et fortitudo / vinum in quo dul-
cedo Sed ante hec omnia creata virgo
maria creata est Nam celo magis
dior dominantibus quibus crevit / ma
plenior indigentibus quibus re-
plet / medicina utilior peccatoribus
quibus indulgentiam prime celo gradu

quia magnitudine sua plus ter-
reret et tamen minus demonet quam
aspectus sua granditate terreat as-
picientes vel opprimat beluas
et pisces maris Quod figuratur
Job xli° ubi dicitur de se man
dyaboli figurate Terribilis
super lectum regis regine vultu
fac non sustinemus Hec est illa
de cuius magnitudine et terribilitate
dicitur Cant vi Terribilis ut castrorum
acies ordinata Item mari ple-
nior indigentibus quos replet
Dicitur enim de mari Eccl 1° Omnia
flumina intrant mare et mare non
redundat Hec ergo mari ple-
nior plenitudine gratie aqua
redundat fluvium gratiarum
in omnes eam invocantes Hec
est enim de qua dicitur quod est fons
ortorum puteus aquarum viventium
Item medicina utilior quia hec quia
cum medicina multiplicat de qua
Eccl 36 ubi non est mulier ingemi-
scit eger quasi diceret ubi non
est adiutorium beate virginis ma-
gna est miseria peccatoris Hec est
que traxit theophilum desperatum
et multos alios Cristo cum pec-
catoribus irascenti et iudex iusti-
tiam ipsa quasi opponens se per
mediam dicenti Cristo Ego occidam
ego percutiam Respondet Maria
Et ego sanabo Item vino dulcior
contemplatoribus quos delectat
Hec est de qua dicitur Cant vii
Statura tua assimilata est palme
et ubera tua botris Et si vinum
appetitur propter dulcedinem secundum philosophum
ne hec que dulcissima est multo
plus appetenda est Eccl 24
Spiritus meus super mel dulcis
qui edunt me adhuc esurient

Sequitur Et in habitatione sancta coram
ipso ministravi Ubi tangitur mirabi-
lis virginis Marie dignitas prefa-
tu tria puncta trium status et si vere
et tempore precessit statum que modo po-
suimus tamen propter sui admirabilem sup-
ereminentiam tertio loco et ultimo
tanquam suppremendus ponitur Creata
sunt tamen status verissime ante se-
cula creata est Quod a quatuor nobili-
ssimis in seculo creatis preeminet
scilicet celo terra angelo homine Creatum
est enim celum in quo preeminet sub-
limitas Eccl Altitudinem celi quis
dimensus? Creata est terra in qua
preeminet fertilitas Gen 1° Germinet
terra herbam virentem Creata est
intelligentia sive angelus in quo pre-
eminet dignitas vel nobilitas mi-
sterii propterea Benedicite domino omnes
angeli eius potentes virtute qui
facitis verbum eius Creatus est homo
in quo preeminet potestas dominii Gen
primo Faciamus hominem ad ymagi-
nem et similitudinem nostram ut
presit piscibus maris et volatilibus
celi et omnibus animantibus terre Sed
partus virginis Marie gloriose
istis longe preeminet Est enim celo
sublimior filium concipiendo terra
fertilior pariendo angelo dignior
ministrando homine potentior im-
perando Celo inquam sublimior con-
cipiendo Unde canit ecclesia Sancta
et immaculata virginitas quibus te
laudibus referam nescio quia quem
celi capere non poterant tuo gremio
contulisti Item terra fertilior pari-
endo dicitur enim de terra Gen primo
Germinet terra et item Ysaie 45 Aperi-
atur terra et germinet salvatorem
Et propterea veritas de terra orta est

Et enim dominus dabit benignitatem
et terra nostra dabit fructum suum Item
angelis nobilior filio ministrando dicit
enim de angelis daniel vii capitulo
milia ministrabant ei Si angeli ergo
domino ministrant nobis obsequiendo
et voluntati divine cum nobis serviendo
Sed hec gloriosa ad litteram domino
ministravit que ipsum corporis uberibus
lactavit luce xi Beatus venter qui
te portavit et ubera que suxisti
Sed cum ministerii dignitatem numquam
aliquis angelorum ascendit Item
homini potencior filio imperando
dictum est de hominis potestate Gen i
Hec hodie potencior quia non creatu-
ris mortalibus sed creatori omnium im-
peravit Quia ipsa non solum in infan-
cia sed eciam in duodecimo anno tan-
quam mater filius obedivit luce ii
Fili quid fecisti nobis sic etc Sicut
ibi habetur Quod erat subiectus
illis primo eciam Ioseph et marie
Tu ergo virgo maria sis nobis propicia
Iterata de nativitate beate marie
virginis Quia hodie est sol in vir-
gine in vicesimo tercio gradu in
quo sicut in aliis signis per certa
dies moratur et habet hanc proprieta-
tem quod nati sub ea erunt facies pul-
chritudinis proporcionabilis mediocris hone-
stas moribus religiosam vitam habentes
castitatis paucam locuntur sed sunt
tenus in quadam conversacione sterilis ho-
nestis. deinde procedit sol ad libram
que tunc equinoctium facit que
librat diem et noctem Hodie igitur
sol iusticie xpc deus incepit in virgi-
ne quia eam in eius nativitate
sanctificavit parentibus eius ste-
rilibus fecundavit animamque eius ab
omni labe mundavit seu preservavit

spiritu eam in uterum transmittit de
carne suscipiens cum ipsa in mun-
do beginta annis permansit qui
omnia nobis in salutem deposcat
maria mater gracie amen etc

Sequitur sermo de sancta ani-
ma eius de virgine maria

Plantaverat autem deus pa-
radisum voluptatis a principio
in quo posuit hominem quem
formaverat Gen ii Paradisus iste
deliciosus mistice potest sancta ani-
mam virginis marie sive ipsam
virginem significari Quia ut
dicit damascenus in libro iii
cap. xx Quod paradisus corpora-
lis potest locus divinus dei manu
plantatus gaudii et exultacionis
universe computacionis In oriente
omni terra altior positus temperatus
et tenuissimo ac lucidissimo aere circumdatus
floridis coronatus seu stipatus
bono odore plenus sive repletus
et omnis sensibilis pulchritudinis
intelligencia super excedens Et
secundum strabonem paradisus corporalis
est locus a terrenis tumultibus se-
gregatus ab humanis periculis elon-
gatus omnium deliciarum principalium ha-
bundantissimus et undique securi
custodia communitus et tractatus
naturam per statum videtur paradisus
multa significari Tunc anima
xpc et eius tellus commendant
sectam animam gemitum virginis
marie primo cum paradisus sig-
nificat beatam sive devotam sive
conscienciam bonam Et de hoc satis
habetur a beato augustino super Gen xii
libro c. ii. Idem de civitate
dei libro xi c. xxiii. potest de
sermone plurimum paradisum intelligi.

vitam beatorum quorum quatuor
civitas flumina quatuor virtutes car-
dinales ligna civitas omnis utilia
et significant omnes utiles disciplinas
lignorum fructus omnes mores
piorum lignum vite ipsa beatorum
omnium nutrix sapientia moraliza-
tum ad commendationem anime sanctis-
sime nutrix nec concludendo
dicitur illud Sapientie xiiii° Gratia
dei sicut paradisus in benedictionibus
Secundo paradisus militantem ecclesiam
significat secundum Augustinum super Genesim
ad litteram de hoc Cantici 4 Emis-
siones tue paradisus malorum
punicorum Et est concordantia
Augustini 13 de civitate dei c. 21
ubi ait accipiamus paradisum ecclesiam
per 4 flumina 4 evangelia
ligna fructifera sanctos fructus
autem eorum opera. lignum vite
Christum sanctum sanctorum lignum scientie
boni et mali proprium voluntatis
arbitrium moraliza ut supra ad
beatam Annam et filiam eius.
Tercio paradisus triumphantem
ecclesiam significat secundum Augustinum ubi
supra de hoc Apocalypsis 2 Vincenti
dabo de ligno vite quod est
in paradiso dei mei lignum vite
in medio paradisi est christus vita
vera in medio beatorum secundum Augustinum
super Genesim ad litteram libro viii°
c. 3. De isto paradiso ait Ambrosius
in libro de bono mortis Primus
ubi est paradisus iocunditatis
ubi nulle nubes nulle tempe-
states nulla ventorum procella
neque tenebra neque vespera neque
estas neque hyemps vices varia-
bunt tempus non frigus non grando
non pluvie non solis usus erit

consuetus seu usus aut lune aut
stellarum splendor sed sola dei ful-
gebit claritas dominus enim erit lux
omnium. Tercio accipitur paradisus pro
proprio loco ante paradisus delectabilis
secundum Augustinum ubi supra unde Genesis 2
dicitur induit omnes et cardamus re-
gionem que universa irrigabatur sit
paradisus Quarto accipitur paradisus
pro loco empirei celi Et sic accipitur
Ezechielis 28 ubi dicitur ad luciferum
in paradisi deliciis fuisti Sed de
illo non cecidit sed in deliciis melli-
fluis hic fuit recepte consolatoris
iuvene et ibi nunc est ineffabili
delicia et iocunditate Quinto pa-
radisus significat visionem dei et sic
accipitur Luce 23 ubi dominus ait
ad latronem hodie mecum eris
in paradiso et sic etiam accipitur
ubi paulus se dicit raptum in
paradisum et audivit ibi archana
verba. Sic dicitur potest de beata
Anna sepe ad archana consilia
filie sue virginis marie propterea
rapta sit et deducta ubi pariter
colloquebantur vel dubitabat de misteri-
dinis et precipue de ~~salutata~~ sa-
lute et redemptione que per
consilium virginis deus nobis predi-
navit dilata sunt plates de opi-
bus christi que per istas duas
magistras sunt hic et optime
sepe deducta Septimo accipitur
paradisus pro fecunditate celi pre
quod in persona sapientie eternaliter ge-
nite dicitur Ecclesiastici 24 Ego sicut
aque deductus eius de paradiso
Sic paradisus secundum Augustinum dicitur
paradisus paradisorum et centrum

ad praesentationem eciam qua deus
spiritualiter virtutes sue describit praeter non
in textu beneque anna tamen saepe
coaptari eam de singulis aliter
dicemus ad laudem virginis ma-
rie et matris sue sancte anne licet
alio modo ubi nondum quando aliqua
sunt simul unita unum non potest tangi
sive moveri nisi tangatur vel moveatur
reliquum Ita per similem tunc mater
et filia sunt simul unite / et plus
quam Saul cum Ionatha Ideo
~~de ambabus~~ de ambabus simul
dicit verbum thematis assumptum /
plantaverat deus paradisum volup-
tatis a principio Gen 2 Primo ergo
paradisus est locus deliciosissimus
Nullus enim locus in mundo praeter celo
ita deliciosus et plenus deliciis
sicut paradisus Quare locus volup-
tatis dictus est ut adustis audistis
Sic dicam mater nostra et mater sancta
Anna fuit locus deliciarum quia
uterus eius conservatorium virginis
gloriose marie filie eius fuit
unde nota in textu cantica tam trium-
phans quam militans admiranda
in eam clamat illud Cant 8 Que
est ista que ascendit deliciis af-
fluens innixa super dilectum suum
Immo eciam super dilectam filiam eius
Unde figuraliter illud Ad
ipsa fuit archa illa intus aurea
que in se urnam auream por-
tavit que urna continebat manna
Moyses et post ultimo Multe filie
congregaverunt divicias tu sola
supergressa es universas Quia
multa fuerunt in ea genera deliciarum
congregata et dei filius ipse et
filius filie eius dixit Delicie mee
sunt cum filiis hominum / Secundo dico

quod paradisus est locus altissimus
pertingit usque ad lunarem globum
ut dicit Strabus unde tunc aque
diluvii super omnes montes XV
cubitos extenderunt ad paradisum
non pertingebat Et de hoc 2
sentenciarum d. 17 di. Sic beata an-
na et filia sua dilectissima
sui status dignitate et altitudine
omnes montes precellit unde nota in
textu dicit verbum Salomonis et filie
Ego mater pulchre dilectionis et
timoris agnicionis et sancte spei
Si Iohannes evangelista multum
extollitur ex eo quod sibi a christo
gloriosa virgo ad custodiendum
tamquam filio adoptato committitur
multo magis precellit dignitate
maternali que eandem virginem
lactavit generavit et custodivit
Unde est in textu Arbor Dan 4
In medio terre proceritas eius alti-
tas usque ad celum et aspectus
usque ad terminos terre et escam
universorum in ea / Tercio dico quod
paradisus est locus fecundissimus
Arbores enim paradisi singulis
mensibus ratione materie fe-
cunditatis eius fructus afferunt
Sic beatissima Anna multos fruc-
tus attulit et specialiter unum preciosum
mariam matrem ihesu christi Ubi
attendendum quod Anna tres viros
habuisse dicitur scilicet Ioachim ex quo
concepit et peperit mariam
matrem christi que Ioseph fuit
nupta Secundum habuit Cleopham
ex quo concepit et peperit filiam
quam eciam vocavit mariam
que alpheo fuit nupta et quae
quatuor filios genuit Iacobum
minorem Ioseph iustum qui

et barsabas Symeonem et Iu-
dam siue thadeum. Tercio accepit
mortuo Cleopha. Ex quo concepit
et peperit filiam quam etiam mariam
nominauit, qui viro Salome vo-
cabatur et filiam zebedeo coniugio
sociauit. Que concepit et peperit
Jacobum maiorem et Johannem
ewangelistam. Et sic patet quod
fructuosa et fertilis fuit beata
Anna quia de fructu eius vtilitate totus
mundus immo tota concio celi
pascitur, reficitur et saginatur. Et dicit
Maria de eo beatam me dicent omnes
generationes Luce 1o. Et psalmista: Do-
minus dabit benignitatem et terra
nostra dabit fructum suum. // Tercio
dico quod paradisus est locus tutissimus
quia angelice custodie deputatus
sicut patet in Gen. in 2o sententiarum:
Collocauit enim deus ante paradisum
cherub et gladium flammeum
atque versatilem ad custodiendam
viam ligni vite. Sic beata Anna
postquam concepit duas virgines
Maria fuit semper ab angelis
protectione custodita. Sicut enim aliquis
regum terre thezaurum suum ali-
cui archie committit ipsam archam
valde diligenter custodire permittit
adeo thezaurus celi et iocunditas
omnium angelorum ipsa fuit. Quare an-
geli ipsam custodiebant. Psalmista:
Angelis suis mandauit de te
ut custodiant te in omnibus
viis tuis. Et sic angelus domini
arcebat demones id est strangulatas
demonum suggestiones et tempta-
tiones quod sic potuit custodire
a peccatis mortalibus et resistere
venialibus ut pie creditur quod post-
quam Mariam concepit

mortaliter non peccauit. Quarto dico
quod paradisus est locus gaudiosus.
Dicit Strabus quod paradisus est gau-
dio decoratus quod nullo tedio vel
gemitu perturbatur. Sic dicitur de beata
Anna quod magno gaudio fuit reple-
ta ex consolatione angelica. Sic etiam
quo gaudere potuit quando Maria virgo
filia eius ei nunciauit quod deum conce-
pit et sic de singulis gaudiis ma-
tri ei applicata et multo beatius fateri sunt
de illis in celo siue in terris que
peperit et pepercit filia eius. Vnde
beatus dicit ambo viro et filia reple-
tum est gaudio os nostrum et lingua
nostra exultatione. // Quinto dico quod
paradisus est locus longevissimus
quia arbores paradisi non marce-
scunt nec putrescunt quia ibi
est lignum vite. Produxit terra id est
beata Anna herbam virentem et
facientem fructum id est Mariam omni
virtute florentem. Sicut vult sanctus
de virtute ligni vite. Que in 2o
libro sententiarum dis. 12. // Septimo
paradisus est locus vtilissimus est
enim vite irriguus a quo quatuor
flumina fluencia quasi totum mundum
fructificant. Quia quicquid vere
dulcedinis ad emissum nostrum
deuenit ex fluminibus paradisi vitae
originaliter procedit. Sic beata An-
na ex fonte in ipsa contente et de-
corata ideo ad ipsam dicere possumus:
Apud te est fons vite. Ex isto
fonte dulcissimo et purissimo id est
ex corde virginis Marie procedunt
quatuor flumina. Primus fluuius est
gratie inueniende. Vnde Gabriel
dicere potest ad filiam tuam o bene-
dicta Anna inuenisti gratiam.

genitrix virtute mr̄ salvatoris accessum sed(us) fluminis est mare obtentio
unde ps. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi. Tercius est fluvius a fraude demonum defensio peccati cum dominatur dicit ps. et (Ber)n(ardus) hec bellatrix maria egrega dicitur quia ante faciem tuam militia spiritualium nequitiarum in fugam gisa. Quartus fluvius est amarum mare in morte susceptio (Anselmus) Quod digne referam genitrici domini mei cuius tanti per cuius partum de morte eterna sumus redempti. Isti sunt quatuor flumii fontis paradisi scilicet marie virginis de utero anime misericordie effluentes cuius precibus a morte eterna liberemur amen. Et de exaltatione

Sermo primus de exaltatione sancte crucis sequitur:

Dignum est prem Job dicit Bern(ardus) vita contemplativa difficile valde habet accessum licet eius fructus dulcissimus senciatur. Ideo ne quis ex propria infirmitatis consideratione difficultatis attendatione diffidens per ipsa desinat labor(em) Inductum est nunc propositum ut quod ex nobis impossibile in virtute sancte crucis valeat aggrediamur. Est quod notandum quod certum cornu crucis quod super caput est consistit in dinorum contemplatione que videlicet contemplatio ut ait Bern(ardus) valde amabilis sit dulcedo. Habet tamen quasdam amaritudines annexas que multo per multo minoro computatur. Unde cum iam per contemplationem apprehendam laborantibus amaritudinem Cui vero ipsa gustatur ineffabilem habet dulcedinem et sic in accessu fruitionis mi-

ram affert graciam et in recessu subtractionis amaritam valde miseriam. Certe cum rapti in contemplatione sumus leticia tanta in eius subtractione habemus mesticia. Et hoc est quod dicit Glo(sa) super Job Celum et infirmus sive tartarus. Certum mens et eandem mentem et sublevatio contemplationis illuminat et importunitatis temptationis obscurat ut et contemplando gustat quod consolet et contemptando mordeat quod erubescat. In unum ergo celum et infirmus tartarus cum mens que iam luce pure superne conspicat cum de caeimis bello tenebris occulte temptationis perhibet cum de celo oritur infirmus atenebris possidetur. Preciendum autem quod in sublimi contemplatione licet ipsa sit dulcissima tribus penalitatibus tamen tribus cruciatur tacuerunt scilicet in accedendo in possidendo in recedendo. In quibus omnibus caro multum atteritur licet spiritus multum delectabiliter consolet. Ut ita est de contemplacionis aditu et possessione eiusdem vite quod contemplatores sunt in accedendo de fatigatione laborum in possidendo seu fruendo temptationis pudore in recedendo de subtractione languore. Primo dico quod contemplationis graciam cupientes in accessu eius duris laboribus se dederunt quia corporibus ocio tanta gratia nullatenus exhibetur. Nam Jacob fructus labor per filia eius Rachel dicit Ge. 31. Die noctuque estu urebar et gelu fugiebat somnus

ab oculis meis. Sed exponens
Gregorius dicit: Juste Jacob cupiens Ra-
chel potiri amplexibus affirmat se
die noctuque dessudare. Quia qui
contemplacionis dulcedine desiderat
necesse est ut laborioso studio hanc
inquirat. Veram ut ait Job 28: Non
invenitur in terra suaviter viventium.
Quod iterum exponens Gregorius dicit:
Quisquis enim adhuc voluptatibus
pascitur ab intime sapiencie intellectu quod
est contemplacio separatur. Unde
de quodam indefesso laboris stu-
dio dicit Ricardus: Cum vigiliis
et obsecracionibus et multo
imbre lacrimarum quesitus sit,
affuit tamen tenuiter putatur haberi
et rursum lacrimanti et insectanti
acrius comprehendi patitur, sed minime
se retinere permittit. Quia subito
tamquam quasi e manibus evolat et
si insistit fletibus et precibus re-
vocata anima demum redditur, sed rur-
sum mox disparebit. Sic patet
per Ricardum. Quinto labor et pe-
nalitas in accedendo et cedendo in
veniendo contemplatoribus sancti
sunt contemplacionis prudencium.
Quanto enim sublimius deo et ce-
lestia contemplantur tanto sepe in-
ferius acrius temptacionibus aculei-
s temptantur, quod ex dyaboli
malignitate et dei bonitate
fieri dicitur ut detrahat, deus ut
efficiat. Veram de dyaboli nequitia
Gregorius: Talibus hostibus quos lucem
contemplacionis ostendisse conspi-
cit eorum mentes in illicitis desi-
deriis inflammare contendit ut
plenius quo plus se in suis tempta-
cionibus sentiat quam tunc cum
lucis eius radios non habebat.
Quod beati hic figuratur. Enim
filiis ysrael volentibus egredi de

predonis dicione pharao
paleas subtraxit et tamen eiusdem
mensure opera requirebat. Quod deus
ex sua pietate in nobis fieri
permittit et omne virtutum culmen spiri-
talis mutat. Unde idem Gregorius dicit:
Sciendum quod plerumque qui plus in
contemplacionem rapitur contingit
ut amplius in contemplacione pati-
gitur ne de hiis ad que rapta est
mens extollatur. Quanto cum dampn-
nacio aggravat ne contemplacio
inflet. Iterum contemplacio elevat
ne temptacio demergat. Si enim
sit contemplacio attollit ut tempta-
cio penitus deesset in superbiam
anima caderet. Et si sit temptacio
permittit ut contemplacio non levaret
plene in culpam labitur anima.
Sed mira dispensacione divina agitur
ut in quodam medio anima libratur
ut neque in bonis superbiat neque
in malis cadat. Si enim per contutio
munera nulla temptacione mens
concutitur a se anima et a seipsa sibi
gloriatur ut ergo servitutis vel caritatis
dona habeat et infirmitate suam
cognoscat ut in sublimi-
bus anima spiritualia conspicit et in
infimis carnalia sentit. Sic et Gregorius.
Tercia penalitas contemplacionis
constat in gratie subtraccione de
quo idem Gregorius dicit: Veram assueti
dulcedine contemplacionis mira-
biliter contristantur in eiusdem gratie sub-
traccione. Unde subdit: Enim mens
sanctorum in contemplacione sursum
conversatur sunc rapitur statim importu-
nis contemptacionibus caro habet
impugnat et potius aliquam diu
celestibus obiectis actionibus illicite
imaginibus reverberatur. Veram

sensualibus carnis repente haut
sentiat quam de tanta carne sancta
contemplacio rapiebat. Hinc Richardus:
Anima que simul accepit a divino
initiatur ad semetipsam et in intimis
sui dei premiam suspirare. Questio
an vel ipsam scismaticam corpus ad
tempus horribilibus penalibus re-
dicat vel ducat quam per penales
studiis quasi gustatam suavitatem
demum ad illecebras et molestias
carnis. Et subiungit dicens cum vos
nichil est quod non procedet in talibus
quisquis hoc dulcem accepit quam
quod ne gratia delictus nocere habeat
demum egredi ad carnis consolatio-
nes ymmo desolationes. Sed ut quis
de hiis penalibus carnis contem-
placionis in qua nobilissimorum
religiosorum status consisti nimis de-
sidet nimis curet. Sciendum quod predicte
tres penalitates tribus devotionibus
dulcissimis premiscentur. De quibus
ita absorventur ut nichil penitus
senciant. Hec autem devotiones
consistunt in ferventissimi desiderii
ardore, in suavissime delectationis
dulcore, in puris gustate gratie
relicto odore. Ita ut prima devotio
prime penalitati, secunda sic tercia
devotio tercie penalitati misceatur.
Primo dico quod prima devotio scilicet ardor
ferventissimi desiderii permixta prime
penalitati ipsam fatigationem amoris
attenuat et penitus desufflat ut
nichil penitus sentiatur, ymmo delec-
tabiliter fatigatur. Sicut catulus qui
feram insequitur pre desiderio feram
apprehendi nec laborem reputat nec
sentit fatigationem et sic sepe delec-
tabiliter currit usque ad mortem. Sic
nimio desiderio apprehendendi

deum quem super nos speculantes
desideramus amplecti usque ad mor-
tem delectabiliter fatigamur. Hinc
Richardus: Vult enim deus ut ardor
desiderii fervencior faciem eius
ad eam animam ad quam ipse est
venturus horrores est et contingens
tatalit penalitatem temptationis
ut vix eius titillatio senciatur.
De hac devocione dicit Richardus:
Consolatio non est aliud quam
suavissima delectatio boni et
gustus sapientie. Licet contingunt quibus
interdum hominibus dominus afflic-
tam refrigerat animam. Tercia devocio
consistit in puris gustate gratie re-
licto odore et licet de gratie sub-
tractione conturbetur. De relicto tamen
odore amplius consolatur. De quo
odore anima relicta primo desi-
derio langwere incipit et continue
clamare revocatur gratiam quam
amisit. De quo Richardus dicit:
Subducto autem iam delicto sponso
preter unum aliquid aliud non dico
desiderare, sed nec cogitare libet,
clamabat affectuoso desiderio:
Revertere, revertere. Et subiungit: Sic
itaque abeunte una veniet et al-
tera vox eius continuum eius
desiderii tamque continue [illegible]
clamat donec ille veniat. Licet
itaque anima de eius absentia doleat
de odore tamen relicto penitus
in infinitum amplius consolatur
et mirum modo contra vocant ut
dulcis fit penalitas et pena-
lis delectabilitas. Et hoc est ut
dicit Job: Versus me mirabiliter
cruciatus, ... deponens ...
dicit ... domini ...

mentem meam inspectans ad a-
morem suum sublimius erigit
inde hanc per lacrimas suauius
affligit unde nonnunquam se penaliter
sed mirabiliter afficit teneratur qui-
dem per fletum nititur ad summa rapitur
penam suam libenter gaudens quam mi-
ratur ut dulciter teneretur et pena-
liter consoletur et sic patet quod
contemplacio quedam sit crucifixio
que tamen quodam mirabili modo
in infinitum amplius consoletur
quam penaliter cruciet Per hanc
beatam et gloriosam cum domino
crucifixionem tunc cum cristo eciam
commorimur ut sicut per crucis
multacionem et crucifixionem non
cristus moriebatur Sic et nos per
predictas crucifixiones cum domino
moriamur Tercia ut dicit apostolus
Si commorimur et conregnabimus Un-
quam enim vita nostra ad plenam
et perfectam graciam consurgit
nisi cum domino moriamur Secunda
nec granum plenum fructum afferre
patitur nisi eciam in terram moriatur
Tercia enim est secundum perfectum mortis in-
aliud est nisi delectabilium ad inuicem
separacio / Sciendum autem quod
qui in deo et cum deo mori desi-
derat oportet eum a tribus delectabi-
libus funditus separari scilicet ab omnibus
mundi concupiscentiis ab omnibus
carnis desideriis et ab omnibus
cordis uiciis ita ut ista tria in
nobis tam efficaciter sint extincta
ut ita pareant sicut in mortuo homine
senciatur ut ~~ab~~ omnibus que mundi
carnis et cordis sunt non solum
non libenter sed penitus non titillet
tamen quamdiu iste affecciones in
nobis senciuntur eciam si potenter
arceantur per resistenciam adhuc tamen

mortua non dicitur sed iam mortifi-
cantur Cum uero iam amplius non
senciantur tunc primum ad plenum mor-
tua dicuntur et hoc est quod apostolus
hoc est totum corpus meum et tota
uita mea affecciones peccatorum mundi
et carnis castigat refrenat morti-
ficat et subiugit Cedendo ergo a-
liquid delectabat mortuum est et fe-
liciter mortificatum / De hac gloriosa
morte dicit propheta / Preciosa mors
in conspectu domini sanctorum eius
Tercia nichil morti cristi compensamus
nisi taliter moriamur ut sicut ipse
pro nobis est mortuus Sic et nos secundum
propter ipsum moriamur De quo vulnere
nobilissimus intimissimus et delicatissimus
sanguis largiter emanauit In quo
tamen expedit ut decem imitemur
ut sicut crucifixi et commortui sumus
cum eo cum cristo simuliter conuulneremur
Postquam ergo malis omnibus mortui
sumus vulneremur in corde nostro ma-
gno uulnere maxime caritatis Ma-
xima aut caritatem dixi quia non
est illa caritas generalis uel eciam specialis
sed est quedam caritas singularis
que est paucorum ymo solum modo
perfectissimorum et qua si decem
laborare uideamus / Primum quod in
crucifixione cordis ipsius factum sit
ut sum hoc cordis uiri crucifixionem
valeamus hic tenuiter instanciare /
Sciendum ergo quod in vulneracione
cordis domini nostri ihesu cristi tria co-
gnoscimus adesse scilicet cordis apercionem
sanguinis effusionem aque emanacionem
Que tria eciam in nobis accidunt Si
tamen ad hoc uita nostra proficit ut in corde
per fortissimam illam caritatem specialem
vulneremur Quod uolens se acce-
pisse gloriatur sponsa in Canticis unde
eum dicit / Vulnerata caritate ego sum

De qua caritate Gregorius dicit Magna
est salus cordis quod dolorem huius
vulneris nescit. Cum autem huius vul-
neris dolorem cepit sentire fit
iam salubrior ex vulnere quae prius
egrotabat ex salute. Dicit Bernardus
vulnus hoc absque ira infligitur et
absque dolore sentitur. Haec sagitta re-
plicans in auctorem etiam ipsum deum
vulnerat ipso dicente in Canticis Vul-
nerasti cor meum soror mea sponsa
in uno ictu oculorum tuorum. Hoc ergo
vulnus tam accipimus per quod probat
in nobis cordis ~~apertionem~~ apertionem
primo per devotionis vim quae de cor-
de exit quasi continua evaporatio.
Secundo per uberrimam imbrem et
bonorum ab eo continuam infusionem.
Primo dico quod hoc vulnus cordi vim
infusionem probat cordis nostri apertionem
in eo quod quasi continue flammas deo-
formatis applicans vim devotio cursum
ad deum evaporat ut ex eo frequenter
vehemens et ineffabilis ardor ebulliat
de quo dicit Bernardus Flagitabat amo-
rem proprium divinum cum se intra co-
hibere non patitur non attendit quo
ardeat qualiter verborum estimat cum
interdum nec ullas voces requirit solis
contentus suspiriis incessanter et de
ultis et profundissimis affectibus ascen-
dunt quae vix suspiria ipsa devotio
si interrumpe interdum nititur volens
se effundere per verba sed non prevalens lo-
quitur quedam aliqua ex affectu non
ex intellectu non comprehendat quid qualiter
eloquatur. Sed quicquid in buccas ve-
nit urgente amore non eructat sed
eructat. Secundo comprobatur cordis apertio
per uberrimorum imbrium bonorum donum
quasi continua effusionem. Cum enim cor
devotorum ad bona dona suscipien-
da patulum est et aptum nec ei eo

aliquid quod dei gratiam prohibeat
vel retardet. Sunt prius domine
et benignus et misericors non
cessat infundere imbres gratiarum
venit immittens sapientiarum di-
norum nunc notitiam secretorum ali-
quando gustum et experientiam eternorum
aliquando revelationes misteriorum
aliquando secretum facit et visitat
eternalium bonorum. Et ad hoc in in-
finitis modis quibus consolatur deus
electos suos prout et dilectos. De
quo imbre in nobis defluente
dicit Bernardus Si sensero mihi
aperiri sensus vel intelligentiam
vel scripturarum aut sermonem sapi-
entie quasi ebullire ex intimis aut
infuso lumine desuper revelare my-
steria aut certe michi quasi quandam
largissimam celi geminam et uberi-
ores desursum influere meditatio-
num imbres non ambigo sponsum
ad esse et de plenitudine
ista accepimus quae nullis verba
anima potest explicare. Sed quibus-
dam exaltationibus et evapora-
tionibus ~~evaporantur~~ eructu.
Et sic comprobamus per devotionem
nostram sursum ad deum exaltat
et gratiam dei defluentiam in
nobis effusionem et inde ex hoc evi-
dentissima apertionem. Si enim cor in-
ferum esset strictum et clausum
nec vim sursum posset devotio
ascendere nec dei bona descendere
in nobis possent. Haec vicissitudine
nostre devotionis ascendentis et
dei gratie descendentis pulchre
in scala Jacob prefigurata legitur
in qua descendentes et ascenden-
tes angeli aspiciebant. Secundo intus-
fixione cordis istud legimus sag-
ittam ~~effluxus~~ effluxisse ...

nobilissimum delicatissimum et intimi-
ssimum qui in terram uberrime deflue-
bat qui in corde ihesu christi intimam
caritatem qua dilexit nos efferbuit
sicut olla per quem sanguinem
nobilissimum delicatissimum quendam
nobilissime designantur virtutes que
ex corde devotorum taliter sicut dictum
est tussiporum effluunt Et sicut ille
sanguis christi ex intimo sic ille
virtutes ex intimo in humane virtutes
et quasi medulle aliarum virtutum
in viris compunctis dicuntur Quales
~~Eccli.~~ Greg. enumerat virtutes In mundo
vivere sine mundo alienam non petere
propria non tenere laudem despicere ob-
probria amare gloriam fugere despectum
se hic desiderare adulantes despicere
despicientes honorare Mala nocen-
tium ex corde dimittere et erga eos
dilectionis gratiam in corde immobiliter
retinere Et iste virtutes difficiliores
inter ceteras reputantur ideo habet
~~max~~ maximam gratiam apud deum
ab homine operante eas Et in trans-
fixione cordis ihesu legimus aquam
cum sanguine emanasse et quia
vita humana ex corrupta natura
existit non sine qualitercumque pulvere
peccatorum iuxta illud Eccle. Non est
homo iustus in terra qui faciat bo-
num et non peccet ideo pulvis
peccatorum per aquam designatus
in singulis devotionibus cum san-
guine effluit virtutum ut tandem ple-
ne et perfecte consummati mundantur
plene deo et sic ex omni nostro
deo adhereamus et toti simus pleni
deo et hoc est quod dicit Aug.
Cum inhesero tibi ex omni me
nusquam erit michi labor et dolor
et viva erit vita mea tota

plena te Sed dicunt pusillani-
mes Quomodo nos in viis istis eos
ad ista possumus attingere Dico quod ex hoc
saltem cognoscimus quid valemus
et nisi simus Sed cum deus vult
nos dicere quod inutiles sumus cum
tamen fecimus omnia puto magis
valet dicere possumus quod sumus
nichil quia nichil facimus Sicut
Bern. dicit aperta mandata sua deus
voluit custodiri nimis ut viden-
tes imperfectionem nostram et non posse
nos quod debemus saltem ex hoc
humiliaremur Et sic humiliati ad mi-
sericordiam confugimus et iusti-
ficabit nos dominus noster ihesus
christus marie filius qui est me-
num benedictus amen.

Sermo secundus de ex-altatione sancte crucis

Signum est spem ubi supera-
rata ista in sancta cruce
per que multo dicatur lignum hic
specialiter Quia lignum sancte crucis
primo decorat deformitates illuminat
occecantes tranquillat fatigatos
dulcorat perturbatos inflammat
infrigidatos exaltat humiliatos
ditat depauperatos sanat infirmos
liberat subiugatos elevat despera-
tos De primo dicitur 3 Regum 6
Quod salomon domum domini operuit
lignis cedrinis a pavimento
usque ad summitatem templi Tem-
plum sive domus domini signat
animam hominis que decorata dicitur
ex virtute crucis christi in qua debet
esse triplex officium Istud enim
templum primo factum fuit de lapi-
dibus preciosis deinde optimum

tabulis cedrinis deinde tota
opertu laminis aureis In lapidibus
preciosis secundum glosam fortitudo
fidei in cedro alta longanimi-
tas spei In auro fulgenti fervor
caritatis intelligitur Ita per istas
tres virtutes que sunt virtutes sancte
crucis in anima decorantur ipsa anima
deformata reformatur Dicitur autem
in figura Et ligna quadrangula
posuit in templo per que signatur
quatuor virtutes cardinales per
quas decoratur templum dei spirituale
Et quia totum templum opertum
erat auro tanta erat ibi resul-
gencia auri ut quicumque ingre-
deretur templum quasi totus de au-
ro videretur In quo notatur quod nulla
cogitatio debet esse in anima
morando nisi sit caritate illa
que in cruce christi ostensa est
inforata et quasi deaurata Item
crux christi illuminat decoratas Gen
iii° dicitur Quod mulier vidit
quod bonum esset lignum ad vescendum
et pulcrum esset oculis aspec-
tuique delectabile tulit de fructu
eius et comedit dedit quoque viro
suo et aperti sunt oculi amborum
Moraliter ista mulier fidelis anima
est que primo debet videre per
diligentem examinacionem quod sui
quod fructus ligni sancte crucis
est bonum ad vescendum sacra-
mentaliter pulcrum ad comeden-
dum mentaliter delectabile aspec-
tui ad fruendum spiritualiter Secundo
debet capere sive asserere de fructu
per devotam susceptionem Tercio
debet comedere cum ... sub ...

est superiori racione per mensuram recor-
dacionem et tunc aperiuntur oculi am-
borum spiritualiter Quia sicut primi
parentes decepti in ligno prohibito
quorum est prevaricacio inobediencie
malum Sic in ligno crucis concept-
tum quorum bonum est devota im-
plecio obediencie Tercio crucis sic
virtus dispensat impugnatores sine
fatigatores In cuius figura dicitur
iii Regum vi° Quod salomon fecit
in oraculo duo cherubin de lignis
olivarum et posuit in medio templi
interioris extendebat autem alas suas
et tangebat ala una parietem et
ala secunda cherubin parietem alte-
rum Ale autem a latere in medio templi
se contingebant Moraliter duo
cherubin due partes divine ~~...~~
crucis quatuor ale quatuor brachia
crucis Dicuntur autem extense ale et
tangere se invicem Quia sicut videmus
quod ille aves extendunt alas suas
ad volandum ad umbrandum ad
deffendendum et colligunt alas
ad calefaciendum Sic per alas domini
crucis sublevamur in contemplacione
obumbramur in temptacione deffen-
samur in impugnacione et incale-
scimus in dileccione Quarto crux
benedicte virtutis dulcorat perturbata
In cuius figura dicitur Exodi xv°
Et filii israel venerunt in marath
et non poterant bibere aquas et sequitur
ibi quod dominus ostendit moysi lignum
quod cum misisset in aquam in dulce-
dinem verse sunt Moraliter aque
amare significant tribulacionem mundi
amaritudinem et supplicia infini-
ta que cum paciencia nullomodo
portari possunt ab homine nisi

per inmissionem ligni dominice crucis
Qui cum ingiter cogitat quanta pro-
pter nos deus in cruce sustinuit omnia
facilius sustinebit/ Secundo habes enim aquas
ablutionis lavans homo a peccato
Ezech. xvi lavi te aqua et mundavi
sanguinem tuum // Secundo fecundat
in mundo vnde dicitur iiii Reg. 2 c.
Eliseus misit sal in aquas in
Iericho steriles et cessavit ab eis
sterilitas Item tertio probatur quod
crux valeat ad Christi plura unde
dicitur Judic. vii c. dixit dominus
ad Gedeon duc eos ad aquas et
ibi probabo eos / dictum erat de illis
qui cum ipso debebant descendere
ad plura // Quarto virtus sancte crucis
inflamat infrigidatos In cuius
signum dicitur Levit. vi Ignis in altari
meo semper ardebit quem nutriet
sacerdos subiciens ligna mane
sacerdos ad altare crucis quemadmodum
ignis caritatis est attendendum
ergo caritatem debet unusquisque
devota subicere ligna dominice
crucis spinarum spongiarum et lancea
de quibus debet construere ignem per
amaram compassionem et frequentem
recordationem Quinto cum quod alta-
ria primo solent edificari secundo
consecrari / tertio solent reliquie in-
poni / quarto solent sigillari quinto
solent ornari Solent cum in eis
sexto misse celebrari Sic spiritualis
altare Christi ipsum primo debet edifi-
cari per profundam humiliationem /
secundo debet consecrari per devotam
oracionem Tertio debent reliquie imponi
per affectuosam operationem desideracionem
Quarto debet sigillari per [illegible] custodiam Quinto debet exor-
nari per virtutum operationem /
Sexto debet in eo celebrari per
carnis mortificationem / Sexto virtus
sancte crucis exaltat humiliatos
ideo dicitur Ezech. xvii Et scient
omnia ligna regionis quia ego dominus
quia humiliavi lignum sublime et
exaltavi lignum humile / primus enim
homo fuit inobediens preceptum domini
contempnendo Item superbus scientiam
dei et equalitatem eius appetendo
Item gulosus lignum vite degusta-
do Et ideo Christus per suam obedienciam
humilitatem et mortem De ipsis
tribus primi parentis in ligno crucis
pro satis fecit et iustissime sic
hominem perditum redemit et exaltavit
Et ideo dicitur Sapiencie 14 Benedictum
lignum per quod fit iusticia / Septimo
crucis Christi virtus ditat sive intro-
ducit in celestis civitatis [illegible] sicut
dicitur 3 Reg. 6 c. Salomon in
ingressu oraculi fecit duo hostio-
la de lignis olivarum oraculum
celum duo ostiola oraculi sunt
dominice crucis duo ligna per que
intromittimur in celeste regnum
unde non solum dicta est clavis crucis
hostium sed etiam clavis Sicut dicitur
Ysaie 22 Dabo clavem domus
David super humerum eius et ape-
riet et non erit qui claudat
dicuntur autem ista duo hostiola de
lignis olivarum convenientissime
facta Oliva ut dicit Ysidorus Oliva
surgit ex amaritudine radicis
in pabulum ignis quia illuminativa
in [illegible] delectam medelam vulneris
quia sanativa In refectionem
esurientis quia cibativa est /

amaritudine crucis dabitur nobis
lumine celeste sine obumbracione
sanitas sine corrupcione cibus
sine attediacione / Octavo virtus
cristi crucis sanat infirmitates
sine egrotatis Ezech. 47. ubi dicitur
Quod Ezechiel vidit aquas re-
dundantes a latere templi dex-
tro et ex utraque parte aquarum
lignum fructiferum et cuius fructus
in cibum et folia eius in medici-
nam / Istud est templum illud be-
nedictum de quo dominus in Johanne
dixit judeis Solvite templum
hoc de cuius latere exivit sangu-
inis et aqua in redempcionem
humani generis Et ex utraque parte
eius huius aque in passione
fuit lignum dominice crucis et
huius crucis fructus scilicet cristus
est cibus filius Et virtus folia
hoc est verba que dixit in cruce
sunt ad medicinam peccatorum Deci-
mo virtus sancte crucis vivifi-
cat mortificatos Et ideo dicitur
lignum vite Gen. 2. ubi dicitur plan-
taverat dominus paradisum voluptatis
a principio in quo posuit hominem
quem formaverat Et sequitur
produxit que deus omne lignum pul-
chrum visu et ad vescendum
suave lignum in medio paradisi
ad custodiam etiam illius ligni
posuit cherubin et flammeum
gladium / paradisus est terra humana
ibi debet esse lignum sciencie boni
et mali hoc est sacramentum
divinitatis quod non debet intelligi
per curiosam inquisicionem nec
comedi per presumptuosam dis-
cussionem ne homo moriatur Sicut
patet primi Reg. 6 ubi dominus
percussit de viris Bethsamitis
lxx viros et l. milia plebis
eo quod vidissent archam domini
Ibi eciam est lignum vite hoc est
sacramentum corporis cristi et san-
guinis quod conservat vitam spiritualem.
Debent et ibi esse alia ligna
hoc est sanctorum exempla que et
debent esse in usum quia sacramen-
torum ~~tuo~~ hunc paradisum debet
custodire cherubin angelus id est
sciencia racionis et gladius
versatilis id est vigilans discrecio.
Decimo sociat disgregatos virtus
dominice crucis Ezech. 37 Sume
tibi lignum unum et scribe super
illud Jude et sociorum eius et
tolle lignum alterum et scribe super
illud Joseph sociorum et adiunge
illa unum ad alterum in lignum
unum et erunt in unionem in
manu tua ~~Cum~~ Cum autem
dixerint quesierint quid ista signi-
ficent dices hec dicit dominus
Ecce ego congregabo istos de me-
dio nacionum ad humum suam et non
erunt due gentes nec dividentur
amplius in duo regna neque pollu-
entur ultra in cunctis abhominaci-
onibus suis et erunt michi populus
et ego ero deus et servus meus
David super eos et pastor unus
omnium eorum in iudiciis meis am-
bulabunt et mandata mea cus-
todient et facient ea et habitabunt
super terram quam dedi Jacob servo meo
usque in sempiternum et percutiam eis
fedus pacis et pactum sempiternum

erit eis et fundabo eos et multiplicabo et dabo sanctificationem in medio eorum in perpetuum et erit tabernaculum meum in eis et scient omnes gentes quia ego dominus sanctificator. usque etc. Expositio figure In duobus lignis benedicta crux intelligitur ad quam in die iudicii cum iudas qui interpretatur glorificatus cum societate sua Et joseph qui interpretatur crescens cum societate sua congregabuntur Quia tanquam glorificantes et in virtute proficientes insignis crucis protegentur et duodecim maxima dona consequentur Que expressa sunt in corona xii stellarum apocalipsis xii° Et in predicta auctoritate sicut continetur et sunt hec primum hereditatis perpetuitas secundum societatis unitas tertium peccandi impossibilitas quartum dominandi nobilitas Quintum rectoris utilitas Sextum voluntatum identitas Septimum mansionis eternitas Octavum pacis securitas Nonum sanctorum pluralitas Decimum sanctitatis puritas Undecimum divina presentialitas Duodecimum premii vel laudis claritas Primum ergo quod dabitur fidelibus crucis Christi est hereditatis perpetuitas Quia quamvis hic homines habent hoc est totum terrenum Quia cito totum dimittunt sed illud erit vere eternum Quia dicitur in auctoritate Et congregabo eos ad humum suam eternam Item erit indivisibilis societas Sicut enim filii hic multum dispersi sunt sed tunc omnes congregabuntur unde dicitur in auctoritate Et non erunt ultra due gentes nec duo regna scilicet Christi et dyaboli Item erit ibi peccandi impossibilitas Ideo dicitur Neque polluentur ultra hic enim homines frequenter polluuntur et poluuntur et lavantur Item ibi erit dominandi nobilitas Hic enim homines habent sepe viles duces sed ibi tamen erit nobilissimus unde dicitur in auctoritate Ipsi erunt michi in populum et ego ero eis dominus deus Item ibi erit rectoris utilitas magnum malum hominibus est hic malum dominum Ibi autem non tantum habebunt optimum regem sed etiam piissimum pastorem Ideo dicitur ibidem Et david erit eorum pastor Item ibi erit dei et hominum una voluntas Ideo sequitur In iudiciis meis ambulabunt et custodiant mandata mea Item ibi erit mansionis eternitas velimus nolimus domicilia habemus oportet hic dimittere unde sequitur Et habitabunt super terram quam dedi jacob servo meo usque in sempiternum Item ibi erit pacis securitas Hic enim nichil aliud est nisi discordia unde sequitur Et percutiam cum eis fedus pacis Item sanctorum multitudo sive pluralitas unde sequitur Et dabo sanctificationem in medio eorum et fundabo eos et multiplicabo Item erit ibi sanctitatis puritas unde ibidem dicitur dabo sanctificationem in medio eorum Item erit ibi divina presentialitas unde dicitur Et erit tabernaculum meum in eis Item ibi erit premii sive laudis claritas unde sequitur Et ~~facti~~ scient omnes gentes quia ego

domus sertificator israel / Vndecima
virtus crucis christi liberat subiuga-
tos siue captiuos quod figuratum legitur
3° Regum 22. Vir quidam tetendit
arcum et in incertum dirigens sagittam
et casu percussit regem israel inter
pulmonem et stomachum. Iste
vir quidam i. christus singulariter
inter homines tetendit arcum securi-
tatis et in incertum dirigens scilicet
ad dyabolum qui non timuit nec
nouit percussit regem israel achab
pessimum qui designat dyabolum
qui fuit quasi rex in paradiso sed
apostotauit sicut ille recessit
a duobus tribubus et cultura di-
uina que ydolatria et percussit eum
inter pulmonem et stomachum
et mortuus est. Pulmone quo
respiramus et signat peccatum
superbie dyaboli quod fuit primum.
Stomachus est cibus et significat gulam
quod significat peccatum hominis
illud primum fuit inter vicia hoc
vltimum inter hec duo percussit
et omnia destruxit et superauit
virtute sancte crucis et tunc
liberauit de limbo patres de sua
captiuitate. Duodecima virtus
sancte crucis eleuat iacentes
siue desperatos. Nam ipsa est scala
per quam saluator mundi ad se
traxit omnia ut canit ecclesia.
Vnde aduertendum quod crux christi
in scripturis sacris multis re-
bus comparatur. Ipsa enim est clauis celi
vectis arche nauis maris arbor
danielis palma fructum salutis
lectus siue reclinatorium Jacob
baculus quo baculo transiuit iordanem

imitacionis scala ascensionis ho-
minis quo leuiathan capitur. Torcular
quo sanguis christi exprimitur. Ci-
thara qua demon saulis compescitur.
patibulum in quo serpens eneus sus-
penditur. Thau quo frontes fidelium
signantur ~~tabernaculum quo~~ Cande-
labrum quo tabernaculum illuminatur
lignum aquas marath dulcorans
virga moysi per mare rubrum dei
populum ducens. Gladius regum golia
decapitans. Vexillum ad pugnam
spiritualem colligens. Cathedra dis-
cipulos dei erudiens. Equus aris
dehonorans. Clipeus iosue ham
pugnantis / liber continens misteria to-
tius nouitatis. Altare oblacionem acceptis-
simam accipiens // Et ista omnia
et singula inuenire poteris in
scriptura sacra. Item per quatuor brachia
crucis signatur et demonstratur be-
neficia crucis. Signat enim pars
superior ianue celestis apertionem.
Inferior inferni destructionem. Dextra
dextris gracie collationem. Sinistra
sinistris peccatorum remissionem. Quatuor
fuerunt ligna in cruce christi sicut
dicit magister in hystoria scolastica
prebens namque crucis fuit de ce-
dro stipes de cypresso. Transuersale
de palma. Tabula de oliua. Si-
gnant autem cedrus altitudinem contempla-
tionis. Cypressus famam bone opini-
onis. Palma iusticiam equitatis.
Oliua leuitatem mentis. Et sicut cedrus
celsus est plantis et dignitate quam
venerabilis excedit regia preciositatis
fontes mentis. Igitur christus mediare filii
meritum benedictus. Amen.

Sermo tercius de eodem

Levate signum in Syon et confortamini. Jeremie 4. Consuetudo est quod res que fuerunt aliorum sanctorum solent haberi in reverencia et honore et honorifice ornari solent et ostendi vestes calcei et huiusmodi. Et ideo multiforme illud lignum in quo vita mundi pependit quod fuit tinctum sanguine salvatoris nostri et fuit instrumentum mediante quo fuit facta redempcio humani generis debuit ab ecclesia honorari et eciam adorari et eciam de terra elevari ut homo ibi haberet absolucionem et audaciam contra dyabolum et peccatum. Hodie illa regina Helena illud lignum inceptum et inventum in ecclesia collocavit partem in urbe relinquens et partem Constantinopolim deferens. Et ideo dicitur Levate signum etc. Id est signum crucis levatum est in ecclesia que est in Syon et confortamini quasi diceret ideo debetis confortari. In quibus verbis tria tanguntur. Primo crucis inventio gloriosa. 2o crucis in ecclesia collocacio gaudiosa. 3o humani generis consolacio virtuosa. De primo dicitur levate signum. De 2o subiungitur in Syon. De tercio concluditur et confortamini. Ubi de primo notandum est quod illud signum est signum christiane religionis. unde accedenti ad baptismum fit primo signum crucis quod est signum adunationis ipsi christiani. unde per illud signum convocavit christus peccatores qui erant longe a regno paradisi per peccata. Et qui erant profugi a gloria. unde ysaie xi levabit signum in nationibus et congregabit profugos israel et dispersos iuda colliget a quatuor partibus terre. quia a quatuor partibus mundi sunt congregati multi ad fidem. unde ysaie 49 dicitur Exaltabo ad populos signum meum. In signum cuius puer in baptismo in quatuor locis signatur. Et hoc quatuor de causis. Primo in pectore ut ex toto corde deum diligat quia christus in cruce ostendit nobis maximam dilectionem. Johannis 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Unde ysaie 11 dicit ad propositum. Erit radix yesse in signum populorum. Yesse interpretatur incendium. Radix yesse est ipsa crux in qua fuit incendium maxime caritatis. Johannis 4 in canonica. Nos ergo diligamus deum quia ipse prior dilexit nos. In pectore enim vigeat amor. Canticorum 8. Pone me sicut signaculum super cor tuum. Secundo signatur in fronte ut christum nunquam erubescat confiteri quia instante vigente fide verecundie nullus eum debet erubescere confiteri christum nec debet erubescere sustinere confusionem pro christo quia ipse multas confusiones non erubuit sustinere pro nobis sicut sputa alapas irrisiones et blasphemias. Unde in psalmo Confusio operuit faciem meam. Et ideo dicit in evangelio Qui me erubuerit et meos sermones hunc erubescet filius hominis. Tercio signatur in vertice capitis ut deo nunquam obliviscatur. Quia ipse dicit in ysaie In manibus meis descripsi-

te ut nunquam obliviscar tui psalmus
adhereat lingua mea faucibus ~~tuis~~
meis si non meminero tui Psalmus
Memor ero quam diu vivero laborum
quos pertulit in predicando fati-
gationum in discurrendo vigiliarum
in orando temptationum in ieiuna-
do lacrimarum in patiendo et impropera-
rum in colloquendo peccatoribus con-
viciorum persecutorum etc. / Cruciatio
signatur in scapulis ut portet labo-
res et afflictiones pro Christo quia
ibi portantur onera. Ipse enim tot
multis modis portavit nos ecce ipso
sustentando et nutriendo Ysaie 46
Audite me domus Jacob qui ab
utero meo portamini Osee xi Ego
quasi nutricius Effraym in bra-
chiis meis portabam eos. Item
a tribulationibus liberando Ysaie 40
fetas ipse portabit Exodi 19 Assump-
sit eos et portavit in humeris
suis. Item patiendo Ysaie 53 Do-
lores nostros ipse portavit peccata
et nos laboribus premere pro domus
portare Michee vi Opprobrium popu-
li mei portabitis Proverbiorum 9 Illusor
fuit solus portabit malum. Item
penam sibi pro peccatis a deo sibi in-
flictam Ezech. 16 Confundere et
porta confusionem tuam Michee 7
Iram domini portabo quia peccavi
ei. Item omnes alterius Galat. 6
Alter alterius onera portate. Item
nomen omnibus predicate Actuum 9 Vas
electionis michi est iste ut portet
nomen meum coram regibus et
filiis Israel. Nota quod crux invenitur
in sex locis aliquid significans
Prima crux invenitur in libro de-
fectuum scilicet / liber sit conscientiarum
hominis Richardus de sancto Victore

Conscientia est liber signatus et
clausus in die iudicii aperiendus
In hoc libro crux est id est cruciatio
signat defectum aut quia homo
aliquid mali fecit vel quia aliquid
boni obmisit. Secundo sicut patet
in libro cum aliquis scribit in-
correcte et tunc ponitur ibi cru-
crux vel quid obmittit et tunc
iterum ponitur crux ut corrigatur.
Similiter quando aliquid homo illici-
te facit tunc male scribit in
libro conscientie tunc ponitur ibi crux
id est cruciatus vel aliquid boni ob-
mittit sicut horas vel aliquid
aliud quod esset faciendum et
tunc ponitur iterum ibi crux id est cru-
ciatus quia crux dicitur a cruci-
ando. In cuius signum multi religi-
osi portant crucem in pelliciis ut
cor ubi viget conscientie ostenderent
se perpeti cruciatum de malo co-
misso vel de bono obmisso per se
vel per alios Ysidorus Nulla pena
maior mala conscientia Glosa super ad
Galat. v Qui autem Christi sunt ~~car~~-
~~nem~~ suam carnem crucifixe-
runt. Congruit devotioni nostre
ut qui domini crucifixi passionem
celebramus reprimendos [?] carna-
lium voluptatum crucem portant
non ut se ipsos cruciant pro malis
comissis vel bonis obmissis
sed ut alios crucifigant pro rebus
eorum habendis / De talibus
dicit poeta Crux in intellectu
non est purgatio scelerum sicut
dicitur de Anthiocho rege qui
aliorum viscera torqueat novis
cruciatibus 2 Machab. ix. Secundo [?]
loquitur caute materne quando
est inter ceteros crucifixores

cedo crux ponitur iuxta viam
et hoc duplici de causa / prima
causa ponitur crux iuxta viam
ad direccionem viatorum / quia pe-
regrinantes ponunt ibi cruces ut se-
quentes eas non errent // Secunda
causa ponitur propter perpetratione
homicidij per viam cum signatur
vita prius Augustinus / Quia in vita
prius nisi quidam cursus ad mor-
tem / In hac via debet homo
caute ambulare / Apostolus videte
quomodo caute ambuletis / Caute
ambulat qui sequitur crucem
peregrinorum / Crux peregrinorum est
quia post illam crucem ambula-
verunt illi qui nobis ad vitam
viam presserunt / De quorum
numero unus dixit / Advena ego
sum apud te et peregrinus sicut
omnes filij mei / nec hij cruce
[illegible] reliquerunt nobis / Hec crux
dirigit nos ad hospicium hominum
de quo dicit vel [illegible] Johannis
in pater tuus in hunc stetit et
pater tuus collo tuo se suspendit
et mater tua ubera sua que te
lactaverunt ostendit / [illegible]
[illegible] peccatum et fidem et ad peregrinum
[illegible] / De hac cruce
dicit dominus in ewangelio Mathei 16
Si quis vult venire post me tollat
crucem suam et sequatur me Glosa
[illegible] / Crux tollitur cum per absti-
nenciam corporis et per compassionem
proximi quibus affligitur / Sic autem se-
quuntur veri discipuli cristi Galatas
5 / Qui ipsi sunt carnem suam
cum vicijs et concupiscencijs
crucifixerunt / Item crux stans
in via signat homicidium / Sic
spiritualiter in via significet vita
[illegible] sicut iam dictum est

Crux in hac via sit homicidi-
um spirituale / quia homo per mali-
ciam occidit animam suam unde dicit
Sapiencie 1o / Omnis qui mortaliter
peccat magnum fecit crucifixum in
corde suo et sic tamen sit homici-
dium in anima sua / Et ponit in conspectu
crucem .i. cruciatum primus iusti-
ciis [illegible] si vales / Sapiencie 1o / Ob quod
mentitur occidit animam / Job 5 .i. virum
stultum interficit iracundia et talis
plangendus est quasi iam mortuus
Ecclesiasticus in sermone / Quia magis
mortuus eo quod portat cruce in sinu
peccatum in conscientia nec sentit nec
concutit nec expavescit / Figura
in Genesi 4o ubi dicitur / Quod
pharao .i. dyabolus pistorem suum
.i. peccatorem afflixit .i. in conscientie
amaritudine / Tercio crux ponitur
in cymiterio super sepulchra mortuo-
rum que [illegible] mortem signat
Et hec crux dupliciter cruciat
.i. duplicem cruciatum importat
Primo propriam mortem cogitando
quod multum cruciat Ecclesiastici 41 O mors
quam amara est memoria tua Ecclesiastes 6
Viventes enim sciunt se morituros
mortui vero nichil amplius nove-
runt / Iste cruciatus utilis est in
Ecclesiastici 7 / Memorare novissima
tua et in eternum non peccabis
Quia crux in cymiterio multum
nos cruciat mortem alicuius amici
ad memoriam hominibus reducendo
Cum enim homo attente cogitat
mortem alicuius socii amici
multum turbantur / Sicut habemus
exemplum in beato Augustino in libro
confessionum / Quidam amicus beati
Augustini defunctus est quo dolore

cor Aug(ustini) turbatum est et se
semimortuum reputabat. Unde
ipse dixit in libro confessionum: Bene
dixit quidam de amico suo dimi-
dium anime mee. Nam ego sensi
animam meam et animam ipsius unam
fuisse in duobus corporibus. Et ideo
horror erat michi vita vivere
quia nolebam vivere dimidius.
Quarto crux invenitur ante tha-
bernacula ubi modo vel cervisia
propinatur et ibi signat cruciatum
qui ex deliciis scilicet crapula et
ebrietate solet evenire quia
multa mala exhinc eveniunt
unde frequenter fit magnus cruci-
atus. Proverbiorum. Cui ve cui rixe
cui suffossio oculorum? Nec libabis
vinum cum claruerit in vitro;
ingreditur cum blande et in no-
vissimo mordebit ut coluber
et sicut regulus venena di-
ffundit. Ambrosius [?]. Cui ve cui
rixe cui suffossio oculorum? Non-
ne hiis qui morantur et student
calicibus epotandis. Idem Is.
Ve qui consurgitis mane ad
ebrietatem sectandam et potandum
usque ad vesperam ut vino estuetis.
Tales delicie ultimam et
magnam crucem faciunt peccatori-
bus, id est cruciatum. Testante Cris(ostomo)
qui dicit: Nec solum anime sed et
corpori sunt nocive delicie eo
quod ex forti fit debile, ex sano
egrum, ex agili grave, ex formo-
so deforme, ex iuvene vetusum,
et in hac vita tantus fit crucia-
tus quantus erit post hanc vitam.
Audi quid Iohannes dicat in
Apoc. Quantum se glorificavit
in deliciis tantum illi date luctum
et tormentum. Sicut in divite e-

epulone Luce 16 ubi dicitur
quod epulabatur cottidie splendide
et sequitur quod post hanc vitam
petiit guttam aque super linguam
suam dicens: Mitte Lazarum ut intin-
gat extremum digiti seu digitum
suum in aquam ut refrigeret linguam
meam quia crucior in hac flamma.
Quinto crux invenitur in cella et
signat recordationem passionis Christi
que multum cruciat homines
devotos per piam passionem.
Unde Bernardus: Visa passione
Christi quis tam deliciosus ut
non abstineat, quis tam malicio-
sus ut non puniatur seu peniteat,
quis iracundus ut non condonat.
Item Greg. Quotiens mortem
Salvatoris attendo et pacientiam
Iob 7 [?] circa mortem baptiste re-
spicio tibi dico o peccator sunt re-
specta que passi sunt illi
quos reprobat si tanta passi sunt
quos amat. Item de eadem Leo: Sus-
pendente in patibulo creatore
universa creatura ingemuit et cruces
clavos omnia simul elementa
senserunt. Nichil ab hoc suppli-
cio liberum fuit. Hoc in continuatione
sua et terra tremuit et tam hec
petras scidit, monumenta pate-
fecit, inferni rescindit [?], radios sol
abscondit. Debebat omnis hec testi-
monium unicuique suo auctori ipsi ut
in creatura sui conditoris unusquisque
vellent finiri. Idem de eodem
Bernardus: Bibe de calice domini
bibe nunc o anima mea ingredere
et vide: aperta sunt celaria, aperta
sunt foramina, patula sunt vulnera,
non stillat vinum sed fluit; bibe ine-
briari et lavare; bibe ne pereas

feritas membrorum ne nimia deligatis
carnem ne perde feritas. Item ad
idem Origenes. Si quidem despicatis
o anima infirma si sterilitatem affectas
si fecunditatem animis assimilaris
ponimus sicut columba et velut
indisecta in vehiculo crucis christi transi-
quo quid gravior nusquam sterilitas
vicior nusquam fecunditas utilior
Ubi nimirum dicitis quod predictis
superbis quia non est ubi caput suum
reclinet. Tercio cum in tenebris
quia sicut ovis ad occidendum
eum ad occisionem ducitur. Quarto
iracundis. Quinto dicit pater dimitte
illis. Sexto accidiosis quia accele-
rant ad passionem quia quod facis
fac citius. Septimo avaris quia nudus
affixus est cruci. Octavo gulosis
quia potatus est aceto. Nono luxuri-
osis quia aruit sicut testa virtus
eius. Idem de eodem. Christus
multa sustinuit ne paupertas
me frangeret, amara ne
amara me frangerent voluntatis
ne voluntas michi deesset utilitas
et utilitas assit. Sed Origenes
Sexto crux invenitur supra
terram et signat triumphum
quem christus obtinuit per mortem
de inimicis suis scilicet demonibus
qui ita debilitati sunt ut tan-
tum per signum in hoc mundo [illegible]
rent nec detecto puer hominibus
nocte crucem christi de nocte [illegible]
tantibus unde [illegible] videlicet si-
gnum crucis cum fide et timore
[illegible] prestitit nichil ibi nocere
potest inimicus. Origenes. Tanta
est virtus crucis christi ut si [illegible]
fidelis habeatur nulla libido peti
spiritualis possit sed invidia sed tan-

tummodo ad memoriam tactus illius
potest et mortis superat [illegible]
de iudeo quem invenit dyabolus
in medio crucis signatum et dixit
alius demonibus inveni vas signatum
sed vacuum. Sed hic circa notandum
duo potest. Quinto hoc loco crux
signat vitam contemplativam que
etiam est [illegible]
in sermone primo de exaltatione
sancte crucis. Rogemus ergo
ipsum christum marie filium et crucifixum
ut nos insinuet [illegible] caste
et sobrie vivendo. Amen.

Sequitur sermo quartus de exaltatione crucis

Requiescite sub arbore. Genesis 18.
Ubi christus nos ab initio
perdidit ibi venit nos querere
scilicet sub arbore. Ibi cum querit
sed ubi perditur primo cum homo
accepit in arbore fructum mortis
et dampnationis sed christus in
arbore invenit invenit nobis
fructum vite et salutis. Sed hec
arbor solum christum symbolum
prime comessationis. Ipse enim
ligni tunc notavit dampna
ligni ut solveret q. d. perdidi te
sed hic te invenimus. Quicquid
cum perdidimus in prima arbore
recuperamus in secunda. Cantica 7
ascendam in palmam et apprehen-
dam fructus eius. Dicit ergo re-
quiescite sub arbore ubi enim
christus laboravit ibi vult ut re-
quiescamus. Mathei [illegible] venite omnes
qui laboratis et onerati estis et
ego reficiam vos. Rota quod hec
arbor i. crux christi commendatur

a tribus scilicet a pulchritudine a
nobilitate a utilitate de primo Le-
uitici 23 Sumetis vobis die de-
fructibus arboris pulcherrime Ar-
bor pulcherrima est crux christi
pulchra quidem in foliis in flo-
ribus pulchrior pulcherrima
in fructu / pulchra est in foliis
per folia intelliguntur verba christi
in cruce prolata quorum quedam
sunt longa et usque ad inimicos
extensa ut est illud Luce 23
Pater dimitte illis non enim sciunt
quid faciunt In hoc verbo docuit
maxime offense recordacione
quando pro crucifixoribus orauit
dicens pater dimitte illis Et beatus
Stephanus dixit Domine ne sta-
tuas illis hoc peccatum Math. 6
Si dimiseritis hominibus peccata
eorum dimittet et pater celestis
peccata vestra Quedam folia scilicet
verborum sunt acuta et cor pene-
trantia ut est illud Mulier ecce
filius tuus et ecce mater tua
In hoc docet parentum curam gerere
et reuerenciam exhibere Exo. 20
honora patrem tuum et matrem
tuam Quedam sunt plana et
suauia ut est illud Luce 23
hodie mecum eris in paradiso In
hoc verbo tulit a peccatoribus despera-
cionem Anshelmus domine ihesu
latro pro suis peccatoribus crucifixus
est quia in peccatis fuit sed tamen in
ipsa hora deputacionis sue quia
maliciam confessus est mox meruit
et tecum ipsa die in paradiso
fuit Quedam suauissimi odo-
ris ut est illud Luce 22 Pater
in manus tuas commendo spiritum
meum In hoc verbo instruit
morientes cum magno cordis

affectu dei misericordiam implorare ut
spiritus reddeat ad illum qui fecit
eum Actus 7 Domine suscipe
spiritum meum Unde beatus Vitalis
cum morti appropinquaret dixit
Iube domine usque in manus tuas
domine commendo spiritum meum
Quedam optime consolacionis
ut illud Io. Consummatum est
In hoc docuit nos in bono opere
perseuerare Math. Qui perseue-
rauit usque in finem hic saluus
erit Vel folia sunt omnia verba
ad laudem crucis scripta vel pre-
dicata hec folia sunt valde
sanatiua Apoc. 13 Fo-
lia ligni ad sanitatem omnium
aut verba vel folia continue
sunt viuencia in cordibus nostris
per deuocionem et recordacionem
pectus permansura Luce 21
Celum et terra transibunt verba
autem mea non transibunt pulchrior
in floribus In floribus pulchri-
tudinem possumus attendere
pendentibus in cruce dignitate
videlicet saluatorem nostrum qui iocun-
da fuit flos Cant. 2 Ego
flos campi [illegible] /
Floris primo flos est purus
in natiuitate Sic christus de virgine
sine peccato natus est 1 Pet. 2
Qui peccatum non fecit nec inuen-
tus est dolus in ore eius
Secundo venustus in aspectu Psalmus
Speciosus forma pre filiis ho-
minum 1 Petri 1 In quem
desiderant angeli prospicere /
Tercio est flagrans in afflatu
Gen. 27 Ecce odor filii mei
[illegible] / flos ad cuius odore

remuisset mortuum accedimus. est mi-
ramum et fructum Sic cristus media-
tor dei et hominum .1. Thimothei 2 c.
unus mediator dei et hominum
cristus ihesus In flore est spes
fructus Et in cristo spes nostra
Eccl 24 In me omnis spes uite
et uirtutis / flos aliquando albens
et candidus Sic et cristus candi-
dus deitate et rubicundus
in passione Cant 5 Dilectus meus
candidus et rubicundus Secundo
arbor crucis est pulcherrima
in fructu In fructu possumus
attendere nostram redempcionem ijbl°
fuit fructus tam sublimis nota
multiplicem fructum tulit hec
arbor .i. crux cristi primus fuit
destructio inferni ut diuideret
malos a bonis a malis Exo 14
Tu autem eleua virgam tuam super
mare et diuide illud per virgam
crux per mare infernus intelligi-
tur Secundus ablucio munda quia in pas-
sione cristi fluxerunt de la-
tere cristi sanguis redempcionis
et aqua regenerationis ut sang-
uis a pena et baptismus a culpa
mundaret Apocalipsis 1 Qui dilexit
nos et lauit nos in sanguine
suo // Tercius apercio celi quia in
passione cristi aperta est ianua
celi mediante claue crucis Crux
enim cristi clauis est paradisi
Ysa 22 Dabo ei clauem dauid //
Quartus est temptacionum
expulsio morsi cum a serpentibus
percuciebant serpentem eneum
positum in palo et sanabantur
Num 21 Item de sancta Iustina
et de primo principali dictum sufficiat

Secundo hec arbor commendatur
a nobilitate Nulla cum silua ta-
lem profert fronde flore germine
ut cantat ecclesia Nota autem
nobilitatis quinque arboris a tribus
Prima dat primo ligna ad cale-
faciendum ne hospitum tardius
remaneat sine igne amoris
in 3 Reg 17 Vade ergo tu fi-
lijs compassionem ad succendendum
ligna et colle fasciculum scilicet re-
ramus arboris passionis cristi
que sustinuit caloris frigoris fa-
tigacionis ieiuniorum et famis
vigiliarum sputorum clamorum corone
crucis lancee et aliorum asperitatum
ut sit fasciculus in cruce Dilectus
meus tibi hec cum sint duo li-
gna que colligebat illa vidua
de qua 3 Reg 17 ecce colligo
que cum deducit scilicet beneficia que nobis
exhibuit et mala que pro nobis
sustinuit / Secundo arbor causat
umbram ad refrigerandum ab
estu et calore mortis Cant 2
Sub umbra illius quem desi-
deraui sedi et fructus eius d-
lectus gutturi meo [illegible]
Qui in meridie .i. in feruore
dici ibat ad messores quia
non habuit umbram cuius arboris
percussus in capite calore solis
mortuus est in 4 Reg 4
Item a feruidine .i. a tribulacione
Ps 9 Sub umbra alarum tuarum
protege me Item a pluuia car-
nalis concupiscencie Ysaie 4
a turbine et a pluuia / Tercio
dulcorat amaritatis Exodus 15
Qui passio domini ad memoriam reducitur

nichil a deo tam durum quod non
equo animo tolleret hoc significatum
est Exo. Ubi lignum in aquas
amaras immissum est et eas dul-
coravit Crux amor amaris christi
omnes tribulationes in dulcedine
convertit unde Aug. in soliloquiis
Tua dulcedo caritatis quam
ostendi in ligno crucis Ste-
phanus lapides torrentes dul-
coravit craticula laurentio ref-
rigeravit pro tua dulcedine ibant
apostoli gaudentes a conspectu concili-
um non amara dulcoravit eum
beatus andreas in ea penas
passus seu passurus cum gaudio
ad ipsam properavit vere nimirum
ipsa enim dulcorata fuit per illud
dulcissimum pondus quod super se posu-
it sicut cantat ecclesia Dulce
lignum dulces clavos dulce pon-
dus sustinens seu sustinet /
Dicitur de quodam fratre qui non po-
terat sustinere austeritatem ordinis
et cibariorum / Tertio commendatur
ab utilitate quia vitam mundo
tribuit Greg. unde mors oriebatur
inde vita resurgeret Cuius utilitas
ostenditur in exaltatione sancte crucis
ubi legitur quod mortuus quidam susci-
tatus sit ad fidem vite vel ad
fidem fidei paralitici quatuor curati
leprosi decem mundati / viginti quin-
que ceci illuminati demonibus effugati
et a variis languoribus plurimi
curati / Hec procul dubio est illa
arbor quam vidit Nabuchodonosor
rex Dan. 4. Hec fuit alta ni-
mis et magna seu magne pro-
ceritatis cuius attingens usque
ad celum et usque ad terminos uni-
verse terre extendebatur quia in
ea magnus et altus pependit
dominus et rex regum et dominus
dominantium // folia eius pulchra
scilicet corpus salvatoris nostri [illegible]
[illegible] fructus eius nimius i. re-
demptio generis humani esca uni-
versorum in ea i. consolatio omnium
peccatorum subtus eam habitant
animalia et bestie i. peccatores
bestialiter viventes habentes fiduciam
in misericordia eius s. dei in ramis
eius conversantur volucres celi i.
sancti laudantes salvatorem suum
ysaie 61 Gaudium et leticia in-
venietur in ea gratiarum actio et
vox laudis / Hoc enim est quod
officium hominum et angelorum lau-
dare deum omnibus temporibus laudet
deum redemptorem ihesum christum
virginis filium ut nobis det gratiam
suam Amen. // Sequitur

Sermo quintus de eodem etc.

In baculo meo transivi ior-
danem istum Gen. 32. Verba
proposita ad literam dicit Iacob
patriarcha quod cantico divino
est redditum sum prosperum in
terram promissionis Sed secundum spiritua-
lem intelligentiam potest esse cuius-
libet fidelis anime deo gratias
referentis pro suo transitu in terram
superne beatitudinis qui habet
fieri per baculum sancte crucis. Iste
quod in verbis premissis primo innuit
dei sancte crucis excellentissima
dignitas cum premittit in baculo
meo / Secundo describitur eius emi-
nentissima utilitas cum subditur
transivi iordanem istum Circa primum
est sciendum quod sicut ex esu
ligni vetiti natura humana tri

quomodo meruerit vz mortem
et tyrannidem dyabli et ceteram
ntis qualiter Ita diuina clementia
(com)pensat per lignum sancte crucis triplex
remedium admouent ... crucis cui
ante crucis a morte peccati suscitamur
contra dyabolum preliamur et in eterna
beatitudine tenamur et ideo con-
ueniunt potest dici quod lignum sancte
crucis est baculus vite quo a mor-
te spiritualiter suscitamur est bacu-
lus pugne quo contra dyabolum preliamur
et est baculus glorie quo in ce-
lesti gloria tenamur / Primo dico
quod crux est baculus vite quo a
morte peccati suscitamur et hoc co-
pie figuratum est 4 Regum 4
vbi Elizeus premisit Yesen seu
Gezi cum baculo suo ad puerum
suscitandum Sed per hoc puer su-
scitatus non fuit venit postmodum
Elizeus cum erat baculus et
incuruauit se super puerum
et posuit os suum super os pueri
et oculos eius super oculos pueri
et incaluit puer et oscitauit sep-
ties et aperti sunt oculi eius per
Gezi quem Elizeus premisit
cum baculo signatur lex mosa-
ica in qua sub figuris implicite
continebatur passio Christi et crucis
mysterium Et quia lex vetus solum
peccatum ostendebat non autem a peccato
iustificabat Et dicit apostolus
ideo puer mortuus per hoc
non fuit suscitatus donec ve-
niret Elizeus id est ipse Christus cuius
baculus erat ipsa crux prius fi-
gurata talis incuruauit se super
puerum quando humiliauit se met ipsum

formam serui accipiens Deinde
ascendit in crucem et patrem
pro peccatoribus exorauit et posuit
os suum super os pueri quando in cruce
gloriosa inclinato capite emisit
spiritum et nobis dedit osculum pacis
et tunc posuit manus suas super
manus pueri quando scilicet nostra
viuificatione manus et brachia
in cruce extendit posuit oculos
super oculos pueri quando per passio-
nem suam nos spiritualiter illuminat
et a nobis peccatorum tenebras ex-
pulit Sed notandum seu notabile   NB
est aduertendum quod non subito seu
gradatim puer ille suscitatus est
verum primo calefacta est caro
pueri deinde oscitauit postremo
oculos aperuit per que tria tri-
modi spiritualis suscitationis con-
gruunt exprimuntur verum primo opus
quod primo ex memoria passionis
Christi et virtute deifice crucis
inflammetur vis operatiua per
compositionem et peccati detesta-
tionem Secundo ut ex hoc delectetur
affectiua ex deuotione et in-
spiratione gratie septiformis et
sic quasi per oscitationem et ex
apertionem laudat diuinam bonitatem
super omnibus bonis a deo recep-
tis iuxta illud Septies in die
laudem dixi tibi etc. Tertio puer
oculos aperuit ad videndum
quia mens per gratiam illuminata
et ad gloriam dei contemplandam
informatur / Secundo dico quod gloriosa
crux est baculus penitentie

quo contra dyabolum pugnavimus. Quod congrue figuratum est i Regum xvii
ubi dicitur: Cum david vellet con-
gredi cum philisteo tulit baculum
quem semper tenebat in manibus
et elegit quinque lapides limpidi-
ssimos de torrente et misit eos
in peram pastoralem. Deinde
tulit unum lapidem et posuit in
funda quam circumducens percussit
eum in frontem et sic philisteus
decidit. Per baculum quem david
in manibus semper tenebat signatur
memoria passionis quam nos semper
debemus revolvere in nostris cor-
dibus. Per quinque lapides electos
de torrente significantur quinque vulnera
cristi que de omnibus penis suis
eligere debemus quos tunc in pe-
ram pastoralem mittimus quando
acerbitatem sue passionis devo-
ta mente recolimus. Cum autem
unum illorum in funda circumducen-
tes philisteum percutimus quando
virtute passionis cristi hostis tem-
tationes et insidias superamus.
Significant autem isti quinque lapides dicuntur
limpydissimi quia in vulneribus
passionis cristi evidenter legere
et cernere possumus. Unde in omnes
hostis insidias superemus quod patet
primum quando hostis malignus ali-
quem temptat de superbia legat
in cruce cristi profundissimam
humilitatem. Si temptet de ava-
ricia legat summam paupertatem.
Si de luxuria legat summam in
cruce penarum acerbitatem. Et istis
lapidibus philisteus percutitur in fron-
te quia per hoc eius omnes
insidias repellimus a mente.

Tercio dico quod gloriosa crux est
baculus glorie quo cenabit corro-
nam. Ipsa enim sancta crux est nobis
in presenti baculus et sustentamentum
nostre peregrinacionis cuius virtute perdu-
cimur ad gloriam eterne retribucionis.
Quod bene figuratum est Genesis xxxii.
In baculo meo transivi iordanem
istum et cum duabus turmis regre-
dior. Designatur per hoc quod cristus
pauper cum venit in mesopotamiam
sed inde dives rediit in patriam
suam. Jacob significat ipsum cristum
qui pauper venit in hunc mundum
et per baculum crucis duabus turmis
victorum scilicet gentilium dives rediit
in celum. Designatur per hoc nobis neces-
sarium et per baculum crucis cum
virtute de peregrinacione huius mundi
ad celestem gloriam transeamus. Circa
quod sciendum est quod ipsius crucis
evidentissima utilitas vel cum
dicitur iordanem istum quia ipsius
virtute transitur de statu peregrina-
cionis ad statum glorie eterne fru-
icionis. Ad cuius maiorem evidenci-
am est quod invenimus triplicem
modum quo sancti de statu huius
presentis peregrinacionis transierunt in
regnum eterne beatitudinis. Primus
transitus est in virtute baptismatis
qui competit innocentibus. Et for-
te hoc figuratum precepto filios ysrael
in virtute arche que ex precepto
Josue precessit populum cum de egypto
exirent et iordanem transirent.
Archa enim federis cristus est in quo
est tota spes nostre salutis. Unde
sicut ad introitum arche divise
sunt aque iordanis et iter preben-
s populo dei ut venit in terram pro-
missionis. Sic ad contactum nostri

dissimile carnis christi cum in ior-
dane baptizaretur collata est nobis
regeneratiua omnibus aquis ut per
pateat omnibus baptizatis via patet
ad regnum beatitudinis. Ideo scribitur
Io. iii° Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu. Secundo christus est in perfecte
caritatis et sic competit peni-
tentibus qui hic designantur per pallium
quo Elias sicco vestigio transiit
iordanem signans ipsum christum
qui ex caritate pro nobis mortuus
est. Quod vero Elias illud pallium
reliquit helizeo discipulo suo si-
gnificat caritatem christi qua ipse
dimisit collegio fidelium que eciam
recte dicitur pallium quia operit
multitudinem peccatorum. Proverbiorum
Universa delicta operit caritas.
Tercius christus est in voluntaria
sufferencia passionis penalitatis. Et
sic competit martiribus qui vo-
luntarie patiuntur pro fide christi in
quo christo multiplicatur materia
victorie. Secundo cum martiribus post mortem
reddetur in celo sicut aureole ad
coronam sicut victores ad recipi-
endum victorie coronam et sicut reges
ad iudicandum gentibus cum potestate.
Sapie. 3 Iudicabunt sancti naciones
et dominabuntur populis etc.

Sermo sextus de exaltatione sancte crucis sequitur

Exaltari oportet filium hominis
Iohannis 12. Sermonem propositum
ad honorem et exaltacionem
sancte crucis scribitur in evangelio
hodierno in quo quidem sacrame-
ntum nostre redempcionis nobis
describitur quo ad duo / primo namque
opus nostre redempcionis ostenditur
sufficiens ex dignitate precii

pro nobis expensi. Secundo ostenditur
aptum et expediens ex necessitate
remedii. Quia nullo alio remedio
poteramus liberari ut dicit Augustinus.
Circa sufficienciam vero est cum pre-
cium filius hominis. Sed circa convenienciam
notatur cum dicitur oportet exaltari. Circa
primum est sciendum quod sufficiencia
et valor precii fuit verus ipse eciam
filius dei patris et matris virginis qui
solus fuit dignus ut esset media-
tor dei et hominum ut dicitur Coloss. i° quia
et pacificavit per sanguinem crucis
eius sive que in celis sunt sive
que in terris ut patet Coloss. i. Potest
autem dici quod christus voluit exaltari
in cruce triplici racione / primo quod
ut ipsum prudentem liberatoris
evidencius [?] / et hec racio tangitur
Io. viii° Cum exaltaveritis filium
hominis. Glosa in cruce tunc co-
gnoscetis quia ego sum ille videlicet
qui pro vestra salute vobis fuit
in lege promissus dicente Moyse
prophetam suscitabit vobis dominus de fra-
tribus vestris ipsum tamquam me audie-
tis. Vel potest dici aliter. Quod christus
exaltatus in cruce nobis exponitur
in [illegible] signum. In veritate spe-
culi et vite liberum / primo potest
dum cum contemplator seu con-
templor ipsum christum in cruce ex-
altatum in ipso video quoddam exem-
plar [?] signum quo dirigor in viam
paupertatis. Quia nudus in cruce
pependit. In viam humilitatis quia
voluntarie se pro nobis obtulit.
In viam benignitatis quia pro
crucifixoribus oravit. Sed proh do-
lor [illegible] signo [illegible] multi
contradicunt. b. [illegible] simulacione //

b

tram cupidi contra dicit cuius pau-
pertati cupiditati cuius humilitati et ite
iracundi cuius benignitati / Secundo
patet dum cum contemplor crucem
in cruce exaltatum quoddam con-
spicio virtutis speculum in quo apte
relucet exemplar omnium perfectionum
teste beato augustino qui dicit in tota
vita cristi in terris disciplina morum
fuit omnia cum bona mundi cristus
contempsit que contempnenda do-
cuit et mala sustinuit que su-
stinenda precepit tercium patet in
ipso cum cristo in cruce exaltato
conspicio librum vite de quo di-
citur in psalmo In libro tuo o. s. t. testi-
monium volentibus ubi dicit Glosa
hic qui sunt forma hominibus
bene vivendi et recte agendi
ad legendum in hoc libro quilibet invi-
tatur ysaie 34 Requirite dilige-
ter in libro domini et legite in
eo s. scilicet que secundum vite voluntatis
conformari ipse enim est ille liber
foris et intus bene scriptus
et plene ut dicitur apocalypsis /
Secundo cristus voluit exaltari
in cruce ut pendentem atten-
dant fugientes et ad ipsum accedant
confidentes Certum enim est quod ille
nequaquam potest negare veniam
qui semetipsum pro nobis hostiam
et pro nobis posuit animam suam
Unde et ideo peccantes patie-
ter expectat et clementer indul-
geat ut dicitur ysaie 3 propterea
expectat dominus ut misereatur vestri
talem fiduciam premie habuit
Bernardus cum dicit super Canticis
sermone 61 peccavi peccatum grande
turbatur conscientia mea sed non contur-
batur quia vulnerum domini recorda-
bor de quo in spes venie reprimitur

Si aut dominus quidaque non peteret
sed punit hoc est de ea quia ne-
mo est qui veniam studeat im-
petrare unde indiget ecclesia nostris
temporibus alio moyse qui stat frequ-
enter deum et populum sicut fecit moy-
ses cui fecit dominus dixit Exodi 32
Dimitte me ut irascatur furor
meus contra eos ut deleam eos
Super quo verba dicit Bernardus Ecce
in hoc verbo evidenter apparet po-
tencia caritatis que vincit invin-
cibilem et ligat omnipotentem Et
utinam vellet dominus hodie habere
talem virum qui eum precibus liga-
ret nec eum irasci permitteret
Et quia talem non invenit eo
lamentabiliter conqueritur Ezechielis
Quesivi de eis virum qui in-
poneret sepem et staret ex adv-
ersario contra me ne dissiparem
eos et non inveni et ideo effudi
super eos indignationem meam et in
igne ire mee consumpsi eos
Tercio cristus voluit in cruce ex-
altari ut ex ipsum ad se corda effica-
cius traheret quanto pro te passus est
attractius mentem tuam ad se
trahit efficacius ideo ipsemet dicit
Johannis 12 Ego si exaltatus fuero
Et loquitur de sua exaltatione
facta in ligno crucis ut dicit
glosa Nulla enim potest esse tanta
transgressio nulla tam profunda
peccati desperatio quam cristi passio
devote considerata non extraheret
de lacu miserie et de luto fe-
cis imo eciam de profundo desperationis
Et hanc proprietatem ipse dominus
promiserat peccatoribus Osee 11
traham eos in vinculis cari-
tatis aut dicit in plus in vin-
culis caritatis Quia in cristo

vtus uictorum trahit ad spem
reconciliacionis tactus ex ample-
xu trahit ad uictam contrice-
ionis / dolor tormentorum
trahit ad gemitum deuote com-
passionis Sed odor vnguentorum
trahit ad amplexum intime
deuocionis Hinc omnia secundum
Bernhardum fluunt de vulneribus christi
vnde dicit super Cant Quod
michi deesse usurpo de uisce-
ribus christi qui uberibus nunc effluunt
nec desunt foramina per que
effluant patent archana cordis
per foramina corporis patent uiscera
misericordie dei In quibus .vi. n. o. ex-
altato In cruce eciam signum
cristus habet caput inclinatum
ut per hoc ostendat quod paratus sit
recipere penitentes ad osculum
pacis extendit eciam brachia
ut prompte redeuntes recipiat
ad amplexum pacis et amicicie
Quum de exaltacione filii hominis
aliqua preliba[ui]mus que est ut
sentencia hodierne festiuitatis
aliqua de exaltacione sancte crucis
eciam inducamus ad cuius euiden-
ciam est sciendum Quod pro-
prium exaltacionis sancte crucis
colligitur ex tribus primo quia
fuit sanctificata vestigiis Secundo quia
quia fuit clarificata prodigiis
Tercio quia fuit magnificata suf-
fragiis primum ex tactu cum
castissimi corporis et sacrosancti
christi ipsa crux que fuit prius
contemptibilis vilitate et horri-
bilis penalitate venit rene[rendi]t
honorari ut dicit dam[ascenus] libro l. c. 3.
vnde dicit Augustinus Quod ipsa crux
que fuit prius supplicium erat la-
tronum nunc transit ad frontes
imperatorum Chrisostomus racionem assignat

[c]andicacionis cum dicit et bona
crux que decorem et pulchri-
tudinem de membris domini su-
sceperis sicut cum sua propria sang-
uine nobilitate et de membris
eius tamquam margaritis ornata
Secundum patet hoc cum signo crucis
sibi celitus ostenso constantinus
de hostibus triumphauit et similiter
mauricius et martinus qui dicit
Ego signo crucis non clipeo etc
Et ne deceteris omnibus miraculis
tuis eam hodierna die cum lignum
sancte crucis ab eraclio ierroso-
limam honorifice defferetur quatuor
paralitici sunt curati et leprosi sunt
mundati et 17 ceci sunt illuminati
multi eciam demoniaci sunt liberati
et aliqui mortui sunt suscitati /
Tercium patet secundum damascenum virtute sancte
crucis protoplasti casus est refor-
matus / hostis est superatus / infernus
despoliatus / et paradisus reseratus
Ideo dicit Bernhardus in sermone
de sancto andrea Crux est scutum
quo tendamur ut eius quatuor
cornua quadrifaria hostis tela
repellat / Hec autem quatuor cor-
nua sunt continencia paciencia
humilitatis et prudencia vera ut
ipse dicit / primum cornu dextrum
repellit timorem pusillanimitatis
Secundum cornu sinistrum repellit
timorem aduersitatis Tercium
cornu repellit fauorem prosperitatis
Sed supremum cornu quod est humi-
litatis repellit timorem vanitatis
vnde dicit Augustinus Quod signum
crucis a nobis expellit extermi-
natorem si tamen non habeat
cristus inquietatorem vnde et sue
laudis premio pulchre loquitur

Cassiodorus sic dicens Est
singularis mutuata tuitio superborum
deiectio victoria christi perditio
dyaboli infernorum destructio cele-
stium confirmatio mors infidelium
vita iustorum Cuius glorie etc.
Sequitur secundum principale Secundo
sacramentum nostre redemptio-
nis ostendit optimum et necessarie
remedium nobis exhibitum quod notatur
cum dicit Oportet exaltari ad cuius
maiorem evidenciam duo sunt
declaranda primum est quare necesse
oportebat filium hominis exaltari
Secundum est qualiter et quibus meritis
talem exaltacionem cum ipso
possumus consequi Circa primum
est sciendum quod filium hominis
oportuit exaltari triplici ratione
primo ad prime offensionis sa-
tisfactionem Secundo ad divine promissi-
onis adimpletionem Tercio ad di-
vine scripture consummationem Primo
ad prime offensionis satisfactionem
primum patet cum enim peccatum
primi hominis fuit infinitum ex
parte dei qui offendebatur et eciam
ex parte hominis infiniti quod pro peccato
hominis pro debebat Quod probat Ans-
helmus in libro Cur deus homo
de offensa autem infinita pura
creatura cum sit virtutis finite
non potest satisfacere ideo relinquitur
quod ille qui pro peccato primi hominis
satisfacere debebat oportet necessario
deus et homo Deus quidem qui
satisfacere posset et homo qui
satisfacere deberet ut deducit Ans-
helmus ibidem Et istam rationem
tangit apostolus cum dicit [illegible]
quod Christus se metipsum pro nobis
obtulit hostiam deo patri in
ara crucis ut nos redimeret

scilicet a peccato quia nulla alia hostia
sufficiebat ad delendum peccatum et
ad satisfaciendum pro peccato nisi sola
hostia ipsa ut dicit Glossa Christus
voluntarie pro nobis se obtulit
in ara crucis Et ideo ad vigorem
istius beneficii memoriam hortatur
nos [illegible] quibus verbis ita dicens
O homo noli omittere tantum be-
neficium quia te christus dampnatum
mortis se subiecit ut te de dampn-
atione mortis ~~eruerit~~ eriperet
Ille suscepit mortis servitutem
ut tibi redderet vite libertatem Secundo
patet ad hoc enim christus oportuit
in cruce exaltari ut pactum su-
e promissionis adimpleret promiserat
namque per prophetas se venturum
ad nos redimendos et salvandos
Et hoc pactum christus conscripsit
per instrumenta vallaverat sigillis
et firmaverat testibus multis Scriptum
quidem pacti exposuit Ysaie xl
ubi christus dicit Ego feci ego
feram ego portabo et ego salva-
bo quasi dicat Ego feci primum
hominem ego feram id est sustinebo
omnem penam pro primo faciendam
Sed quia homo per se ipsum non potest
deo satisfacere de peccato primi ho-
minis ideo dicit ego portabo crucem
et pro eo penam satisfactoriam
ad quam per se non sufficit Et
per hoc ego salvabo eum quia
pro sua salute omnia recipiam Secundo
iuramentum huius pacti exposuit
Genesis xxii per me metipsum iuravi
dicit dominus quod in semine tuo be-
nedicentur omnes gentes Et huius
ius iurandum quod iuravit ad Ab-
raham etc. Tercio autem instrumenta
sigilla fuerunt omnes prophete

pheti concordit nobis testimonium
perhibent accipere remissionem pec-
catorum in nomine eius qui credunt
in eum ut dicitur actuum 10 c. Tercio
oportet christum in cruce exaltari ut omnia
consummentur que de ipso scripta
erant et ideo ipsemet dicit luce
ultimo Necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege et pro-
phetis et psalmis de me et di-
xit eis Quoniam sic scriptum est et
sic oportebat christum pati pro salute
humani generis ut dicit glosa Et
resurgere a morte tercia die et
predicare in nomine eius penitenciam
et remissionem omnium peccatorum in
omnes gentes. Circa quod est sciendum
Quod si volumus cum christo in
presenti per graciam et in futuro per
gloriam eternaliter exaltari oportet
nos regenerari per graciam et constitui
per iusticiam et conformari per pati-
enciam. Primum patet Quia omnes
natura sumus filii ire ut patet
ephe. 2. Oportet vetustatem nec-
non deformitatem culpe inferiori
per novam nativitatem gracie Ideo
dicit Johannis 3 Oportet nos
nasci denuo. Hec autem gracia nos
regenerans est ipsa fides per dileccionem
operans que est primum principium
et fundamentum spiritualis vite
quia sine fide impossibile est placere
deo ut dicitur hebr. 11. Hanc igitur
sacramentorum ianuam habent omnium
primorum causam apostoli sollicite
docuerunt actuum 16 c. Si vultis
salvi fieri credite in dominum
ihesum christum et salvi eritis. Secundo
est sciendum Quod quicumque per
graciam regeneratur oportet credere

in ihesum non quomodocumque non sed fide
certa et non dubia fide viva et
non mortua fide vera et non ficta
Certa enim qui pro fide timet pati adversa non
est firma Viva quia fide subtrahuntur bona
opera non est viva sed mortua
Quia fides sine operibus mortua
est Vera quia fide quevis peccata
et experimenta non est vera nec
meritoria Quia secundum Gregorium fides
non habet meritum cui humana racio prebet
experimentum // Secundum patet Quia
cum vera fides hominem iustificat
secundum apostolum patet Quia ... graciam
dei recipit qui per hoc in iusticia
non proficit Unde ad hoc exercitium
virtuosum quemlibet nunc hortatur apostolus
1 Thess. 4 c. Rogamus inquit
vos et obsecramus in domino ihesu
quemadmodum a nobis accepistis
quomodo oporteat vos ambulare et placere
deo Sic ambulate ut habundetis
magis. Unde dicit glosa Ambulare
est recte conversando et in bonis
operibus proficiendo Sicut autem cursus
corporis expeditur via pedum Sic per
exercitium bonorum operum proficitur via
morum Tunc autem ambulamus
sicut oportet cum ambulamus
recte per intencionem perfecte per dilec-
tionem caute per discrecionem et ho-
neste per bonam conversationem
Tercio ad hoc cum exercitium virtuosum hor-
tatur nos apostolus Col. 1o ambu-
letis digne per omnia placentes
deo et in bono opere fructificantes
Et quia exercitium virtuosum non potest
fieri nisi in vita presenti Ideo dicit
apostolus Gal. 6 Dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes

B

maxime aut ad domesticos fidei /
zm patet / Si cum oportuit pati xpm
et ita per passiones primam intr-
are in gloriam suam utique sine
dubio quod sine passionibus
presumimus intrare in gloriam suam
que tibi debetur nec ut prelato
nec ut condigno Ideo scribitur
Ro. 8 Non sunt condigne passio-
nes huius temporis future glorie que
revelabitur in nobis Quare at
non sunt condigne hic Glosa
exponit dicens Quia sunt
parue modo et que multo sunt
breves ad tolerandum et leves
ad sufferendum Ideo scribitur 1 pe-
tri 2 In quo exultabitis modicum
Nunc si oportet contristari variis temp.
ut probacio earum vestra in laudem
et gloriam dei ihu xpi Item
sicut triticum trituratum et in aere
ventilatum reponitur in granario
domini Sic per multas tribulaciones
vite presentis oportet intrare regnum
dei ut patet Tribulaciones
presentis vite sunt quam plurimum va-
lentes quia inducunt homines ad re-
cognicionem culpe ad restitucionem
gracie et correctionem
emende et ad perfectionem iusticie
Ideo dicit Greg. Si quia iusta
domino placere studemus iniusta ante
pati possumus nisi ea que deo
placuerint Iusta igitur sunt cun-
cta que patimur propter quod utili-
tatem premium passionum ad vir-
tutes seu beatitudines beatus Augustinus
dicit Domine hic seca dum modo
in futuro michi parcas Quando nos

**Sermo primus de dedica-
cione templi Sequitur etc**

Domum tuam domine decet
sanctitudo ps. 9 Sanctus propheta
tam ex diuina providencia quam ex
eius quadam sacre scripture
intelligencia sanctorum dei
sancius novit deum hic et per dilec.
esse cum filiis hominum ut dicit
in prouerbiis Item quod novit deum
essencialiter esse sanctum sed tamen
desideraret ut in nobis haberet
mansionem admirando et ada-
mando exposuit verbum illud propositum
Domum tuam domine etc
nobis ewangelii dicet Quia tu deus
magnus et sanctus dulcedine tue
dilectionis dignetur habitare in
nobis decet domum domini .i. animas
nostras esse sanctitatis quod ipse dominus
moraliter ostendit ita dicens Estote
sancti quoniam ego sanctus sum
Quia sicut per eius Sapiencie dicitur
In malivolam animam non intra-
bit sapiencia nec habitabit in cor-
pore subdito peccato Sed sicut idem septimo
dicit Transfert se in animas sanctas
Et ideo si deum in animabus nostris
habere cupimus necesse est ut per
devota exercicia nos sanctificemus
Que sunt autem exercicia que nos
sanctificant per consecracionem pontificis
edocentur Expedito igitur in primo
sermone de domus distinctione
distincte domus sanctificacione edi-
ficatione dedicatione domus con-
dacione nunc est secundum de do-
mus consecracione primo sanctificatio
Quia si sanctificare cupimus necesse
est ut pontifices imitemur Quare
sicut pontifices materialem domum
materialibus exerciciis sanctificant
Nos cum anima sit spiritualem domum

spiritualibus devotionibus consecre-
mus aut contritiis domum dei
que sunt anime nostre. Sunt conse-
crande docet nos Bernhardus
ita dicens / Quando ecclesia materialis
per manus pontificum dedicata
est domino propter nos sine dubio
factum est ut et nos desiderati-
us corda nostra domino dedicaremus
et ita faciamus id in nobis
spiritualiter impleri necesse est que
per in parietibus visibiliter precesse-
runt / sacrum est si voluimus utique
fac. ~~habet~~ omnia hec aque
aspersio lavacrum inscripcio crucis
erectio luminum inunccio olei
invocatio verborum sacrorum bene-
dictio hec ut ait Bernhardus
In visibili domo faciunt ponti-
fices hec eadem eadem christus
assistens pontifex futurorum
bonorum invisibiliter operatur
in nobis / volentibus igitur cor-
dium nostrum dedicare apponi-
mus hoc lacrimarum et sudore
penitencie que scilicet lacrime
tante sunt virtutis ut de prosti-
bulo diaboli dedicent domum
dei De quibus lacrimis ysidorus dicit
plorantes nequaquam plorabitis
Augustinus O fortis lacrima
humilis invincibilem ligat omni-
potentem propter quod omnia alia
affectum habet supplicantis lacrima
non virtutem tangentis unde dominus
per ysaiam prophetam verum ne ince-
bitaui ad ipse lacrimarum tuarum
non tu diuisa sunt genera lacrima-
rum secundum diversitatem devotionis
et statuum secularis sed quod immi-
nebat de diversionibus aquarum

deduxerunt oculi mei Quod verbum
exponit Hugo dicens diversas quo-
que oculis lacrimas deducimus
quando pro eius singulis diversitatibus
lacrimas damus / vel quando
singulis devotionibus singulos
fletus impertimur Secundum ergo
quod omnibus diversitatibus considerantur
sex invenimus genera lacrimarum
Sunt enim lacrime compunctionis
devotionis compassionis contra-
misericordie consolationis
amoris sive dilectionis vehemen-
tissimi desiderii ascensionis
Sed quia de quibus specialiter lacrima-
rum longum esset prosequi De
primis tantum tamen que ad cordis
nostri dedicationem sufficiunt prosequimur
Sunt ergo lacrime dicuntur com-
punctionis que timore nostro inimi-
co confluunt et provocantur Unde
secundum Augustinum et eciam Bernhardum in ~~accedit~~
ascendit homo ad tribunal
mentis sue et audiat causam
per totam vitam sue cum timor car-
nifex testis conscientia accusa-
trix memoria et sic revolvat
et recogitat annos suos in
amaritudine anime sue Deinde
fit facies vero cum rogatur
erumpere in lacrimas dicens
illud heu michi domine quid
peccavi nimis in vita mea
ubi me abscondam a vultu
ire tue Deinde inquit lacrime
confluunt quando homo in devo-
tione sua incipit revolvere
et recolere beneficia que ei contulit
deus Et iste lacrime vocantur
~~devocionis~~ recordationis lacrime vel
de recordatione beneficiorum dei

oritur quedam dulcis devotio
et fiducia de venia et amici-
cia consequta Ex quibus gau-
dium spirituale concipitur et post
concepto gaudio dulces lacri-
me profluunt unde Bernardus
felix anima que animam sufficientiam
vel saltem propria studiose
colligere et ante mentis ocu-
los digna cum gratiarum
actione reducere curat perfecto
cum fuerit in vasculo cordis
pistillo crebro meditacionis con-
tusa atque contrita Deinde igne
sancti desiderii simul decocta et
demum impinguata oleo leti-
cie erit unctio longe preciosior
et approbo excellentior priore
Et sciendum quod prime fletus species
non longe queruntur sed penes
nos absque labore copiam ac
de cordibus nostris copiam talium
per facile tollimus Quis enim
non ad manum habeat iniquita-
tes et peccata si non dissimulat Secundi
ergo fletus species tria in dignita-
tem prefert [?] sed precellit et de [?]
finibus eas nobis species acquirimus
Hee lacrime sunt compassionis
que omnes alias species antecel-
lunt Hec autem lacrime sunt spe-
sunt de necessitatibus pauperum
anxietatibus oppressorum culpis
delinquencium et postremo de
omnibus quorumque miseriarum corpo-
ris vnde Bernardus ampulle [?] misericordie
atque oculo pietatis inspecte spe-
sunt species de quibus unguenta
optima componuntur unguenta
lacrimas vocantes hec tria genera
lacrimarum dominus figuravit in
se relinquens nobis exemplum

ut et nos ita faciamus / Primo
cum fleuit lacrimas in passione
propter dolorem et penalitates
amarissimas senciens et etiam
mestos dolores sciens quos ex
magnitudine sue amarissime
passionis electi erant recepturi Secundo
lacrimas devocionis fudit super
lazarum cum eum revocare veni-
ret uniformem voluntatem
nostre et patris dicens Gratias
tibi ago pater quia semper me audis
Cum hiis etiam fudit lacrimas
devocionis Tercio fleuit lacrimas
compassionis Cum super civita-
tem illam fleuit dicens Si cogno-
visses et tu / Secundum quod ad dedi-
cationem templi necessarium est Ex-
terius inscriptio / Hec autem in-
scriptio nichil aliud est nisi quo-
rundam frequens et continua me-
moria que ibi infixa impressa
et inscripta debent esse cordi
ut eorum nunquam obliuiscamur Et
aut tria que scribere debemus
in corde nostro ut eorum nunquam ob-
liuiscamur / Primum est dei beneficiorum
inscriptio ita radicitus et me-
dullitus debet esse impressa cor-
dibus nostris ut nunquam omnino obli-
uisci valeamus vnde Deut. vj
precipitur nobis dicens Caue diligenter
ne aliquando obliuiscaris domini
dei tui Et psalmista dicit adhereat
lingua mea faucibus meis si
non meminero tui Et Ecclesiastici
Gratiam fideiussoris tui nunquam
obliuiscaris dedit enim pro te animam
suam Item ex tali memoria
omnes cogitaciones et opera-
ciones nostre sanctificantur et nobilitantur

Unde Canticorum: pone me sicut sig-
naculum super cor tuum. Et Thobias di-
xit: Audi fili mi verba oris mei
et ea in corde tuo quasi fun-
damenta construe omnibus diebus
vite tue in mente habeto deum.
Unde de isto dicit beatus Augustinus:
Quid salubrius quid honestius
quid dulcius quam omni hora eius
meminisse qui nullo momento
nostri obliviscitur. Et sine quo nulla
hora vivere possumus. Debemus
autem deum cordi nostro inscribere
dupliciter scilicet quantum ad divinitatem
et quantum ad humanitatem // prima
facit admirationem // secunda imitationem.
De prima dicit apostolus: O altitudo
divitiarum sapientie et scientie dei quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. De
secunda dicit Petrus: Christus passus
est pro nobis nobis relinquens
exemplum ut sequamini vestigia
eius. Contra ad divinitatem dicit
Ambrosius: Huius capit deum
nisi ymago eius. Sed quantum ad
humanitatem dicit idem Ambrosius:
Ad ymaginem humanitatis dei
oportet nos conformari si ad
ymaginem divinitatis volumus
reformari // Secundo quod cordi nostro
inscribere debemus sunt dei pre-
cepta et maxime illa sine quibus
non est salus. Non qui in mundo
est constitutus scribat in corde
suo precepta minorum. Qui autem
in religione precepta religionis
et talia obsequia que oportet
ea observare quo de religione.
Unde Deuteronomii: Audi ipse precepta
domini et ea in corde tuo que
in libro scribe. Ideo sequitur:

verba que precipio tibi erunt in
corde tuo et narrabis ea fi-
liis tuis et meditaberis ea in
domo tua sedens et ambulans
in itinere dormiens atque con-
surgens et ligabis ea quasi
signum et movebuntur inter oculos
tuos scribesque ea in limine
et in hostiis domus tue etc.
Dicitur: Dabo legem in visceribus
eorum et in cordibus eorum scribam.
Proverbiorum: Fili ne obliviscaris legis
mee. Ecclesiastici: Altiora te ne quesi-
eris et maiora te ne scrutatus
fueris, sed que tibi precepit deus
illa cogita semper // Tertium est quod
debemus scribere in corde nostro
est offensa qua dominum
deum offendimus. Unde Deuteronomii ix: Me-
mento et non obliviscaris
quomodo ad iracundiam provocaveris
dominum deum tuum. Hoc cum tamen
sine dolore et pudore de
cordibus nostris non debet aliquando
recedere donec ipse deus mi-
sertus nostri habeat scripturam
deleat iram ad hoc ipse polli-
citus est per prophetam Ysaiam: Ego
sum delens ut nubem iniquitates
tuas propter me. Hec triplex inscrip-
tio cordis nostri fuit prefigurata
in inscriptione crucis que fuit
in triplici genere litterarum scilicet
cum hebraice greci et latine //
Tertio quod in dedicatione ecclesie
agitur est duodecim cruces in parietibus
crucis [illegible] inscripto sit et nobis
in cordibus nostris dedicationem
retinentem crucem tamen continu-
a devotione memorando.

Hec autem crucis erectio licet ad
omnia bona impetranda et omnia
mala amouenda summum sit
eius presidium. Hinc Bernhardus dicit
passio tua domine ultimum re-
fugium singulare remedium
valet tamen ad quatuor scilicet ad sui com-
passionem ad sui imitacionem
ad temptacionum repressionem ad
tribulacionum dulcoracionem ad dei
attraccionem. De primo Bernhardus
Respice o homo oculo mentali
Christe(?) pacientem et saltem
compatere qui pro te passus est.
De secundo Petrus Christus pro nobis
passus est nobis relinquens
exemplum ut sequamur vestigia
eius. De tercio figura precessit
de serpente eneo quem qui re-
spexit sanatus est a morsu
serpentis. De quarto similiter
figura precessit Exodi xv ubi legitur
Quod cum in Marath plus a-
quam pre amaritudine bibere non
possent per tactum ligni quod simile
fuit amarum aque verse sunt in
dulcedinem. Et econtra ligno
in dulcedine fuit aque. De quinto
quod magis est negocii dicit Bernhardus
Gaudet celestis sponsus thala-
mum cordibus libenter ingredi
ubi passionis sue ignominiam
et resurreccionis gloriam sedula
videt cogitacione versari. Ubi adest
sedulus adest libens. Hanc autem
crucis erectionem fecit et faciat
sponsa Christi que dicebat fasci-
culus mirre dilectus meus michi.
Bernhardus Et ego ab ineunte me-
a etate pro uno fasciculo mirre
de omnibus amaritudinibus domi-
ni mei colligere et cordi meo ligare

curavi. Secundum Sit eciam cognitio sit
habet sensum quantum ad hanc pro-
tati expediat saltem aliqua
bona dei passionis ipsius ac
redempcionis attencius recol-
ligere sufficit ad fruendum sua
inter in qua sola recitata cum lumi-
num attensio que ad celestis
edificacionem necessario afflig…
Sit eciam in edificacione cordis
nostri post predicta deus attendit
lumine et illuminare dignatur
corda et corpora nostra. Hec illumina-
cio nichil aliud est nisi cari-
tas dei que diffunditur in cordi-
bus nostris per spiritum sanctum qui datus
nobis. In hoc autem tria sunt
scilicet ardor splendor et nitor. Sed
est differencia inter nitorem et splen-
dorem. Splendor est in fonte
vel principio luminis splendentis
in seipso. Sed nitor est in exterio-
ribus transparentibus in corporibus celestibus
corporalibus opacis. Similiter in lumine
spirituali scilicet caritatem tria predic-
ta sunt scilicet ardor splendor et
nitor. Per ardorem caritatis
fruicionem per splendorem spiritualis
luminis cognicionem per nitorem
exemplorum edificacionem accipimus.
De primo scilicet amore fruicionis dicit
Bernhardus O dulcis affectio co-
rum(?) amor quo totum divinum est quod
sentitur. Et iterum vehemens amor ut
venit amicus in se traducit affectus
et captivat desideria. Cum mens
nostra in dei dulcedinibus amore
attenditur omne desiderium presentis
vite languescat. De secundo scilicet Bernhardus
In lumine caritatis duplex co-
gnicio est scilicet dei et nostri. De
dei cognicione caritas magis

et magis attenditur in ipsa ben-
deum cognoscere et non amare de
cognitione aut sine humilitate glo-
riatur. Est itaque cognitio illa
tam necessaria ad salutem quam
necessaria dilectio quia sine hu-
militate nequaquam erit salus//
De tercio monet nos dominus in mat(theo)
sic luceat lux vestra coram hominibus ut
videant vestra bona opera et glori-
ficent patrem vestrum qui in celis
est// Quartum ad dedicationem materialem
necessarium est unctio per quam
sanctificantur altaria per quam
significatur spiritus sancti infusio dicit
enim Ambrosius Quod spiritus sanctus
per vinum amoris infunditur devo-
te anime Sunt autem hec verba eius
cum voluntas conficit ut amor
fiat continuo per vinum amoris
infundit se spiritus sanctus Spe-
ante adiuvans seu in oratione
seu in meditatione infirmitatem
orantibus vel cogitantibus et
continuus memor efficitur
vel afficitur tam suaviter sapiunt
ei bona domini intellectus vero
fit contemplatio. Est autem
triplex affectus vel effectus
unctionum// Unguntur enim
mulieres ut pulchre fiant
Hester afferte in oleum et
smigmata ut laver et ungar//
Secundo unguntur reges et epi-
scopi ut in dignitatibus efficiantur
ut in libro regum dicitur accipe
cornu tuum plenum oleo// Tercio
ut homines ad gaudium et ex-
ultationem afficiantur. Unde psalmus
unxit te deus tuus oleo
leticie per quod signatur quod
per adventum spiritus sancti ho-
mines a peccatis mundantur// et hec per
unctio signat. Secundo nobilitantur
quia adventu spiritus sancti s. anime
Christo desponsantur ut sicut Christus
rex est et dominus sit anime talium sunt
regine. Tercio gaudio ineffabili le-
tificantur super omne gaudium huius
mundi. Bern(ardus). Gustato spiritu desipit
omnis caro// Quinto ad dedicationem
materialem necessarium est benedictio
que benedictio non incongrue sequitur
ad predicta. Cui cum materialem suam
taliter compleuit ut cum habitis
expressum est multo est benedictus
a deo. Qualiter autem et in quibus
et quo sit benedictus innuitur in
Deut(eronomio) 28. Ubi dicitur Si audieris
vocem domini dei tui ut facias
atque custodias mandata que ego
precipio tibi hodie faciet te dominus
deus tuus excelsiorem cunctis
gentibus que versantur in terra venient-
que super te benedictiones iste Prima
benedictus tu in civitate Secunda
benedictus in agro Tercia benedictus
fructus ventris tui Quarta benedictus
fructus terre tue Quinta fructus
iumentorum tuorum sit benedictus
Sexta benedicta horrea tua Septima
benedicte reliquie tue Octava
benedictus egrediens et ingrediens
Nona benedictio inimici tui qui
consurgunt adversum te corruent
in conspectu tuo Decima bene-
dicent quod te in terra quam acceperis
Suscitavit te dominus in populum
sibi sanctum sicut iuravit tibi vide-
bunt omnes terrarum populi quod nomen
domini invocatum est super te habun-
dare faciet te dominus omnibus bonis
benedicet cunctis operibus manuum
tuarum fenerabis gentibus
multis et a nullo ipse feneraberis /

accipies. Constituet te dominus
deus tuus in caput et in caudam
et cetera. Et nos sublata seruatis
benedictionibus in nobis compleat
cristus ihesus marie filius in eter-
num benedictus amen.

Sermo secundus de dedicacione templi sequitur

Vidi ciuitatem sanctam
iherusalem nouam descendentem
de celo a deo paratam sicut
sponsam ornatam viro suo.
Apok. 21. Verba proposita que scri-
buntur in epistola hodierna possunt
intellecta putant esse dicta in per-
sona militantis ecclesie uel eciam
cuiuslibet fidelis anime que ad hoc
disposita est ut digna possit
effici templum dei quam eciam per
graciam inhabitet et eam per suam
amabilem presenciam sanctificat. In
quibus anima deuota scribitur quo-
ad duo. Primo quo ad statum per-
feccionis quem habet in presenti vita cum
notatur cum premittitur: vidi ciuitatem
sanctam iherusalem nouam descendentem
de celo. Secundo describitur quo ad
statum perfeccionis quam habebit in
vita beata, quod notatur cum subditur:
a deo paratam sicut sponsam orna-
tam viro suo. Circa primum est sciendum
quod perfeccio anime in vita presenti
ut digna sit effici templum dei in
tribus consistit. Primo in sublimacione
virtuosa quia virtutibus adornatur.
Secundo in illustracione gloriosa quia per
graciam illustratur. Tercio in conformacione
sponsa quia cristo in vita et in mo-
ribus conformatur. Primum premittitur:
vidi ciuitatem sanctam. Secundum per hoc
nouam iherusalem. Tercium innuitur
descendentem de celo. Circa primum

euidenciam est sciendum quod sub-
limacio virtuosa consistit ad presens
in duobus. Primo in sensuum tam
exteriorum quam interiorum perfecta re-
striccione, propter quam quidem restriccionem
et custodiam ipsa mens prudens
sub specie ciuitatis apparuit. Cum dicitur
vidi ciuitatem. In hac autem ciui-
tate secundum augustinum de ciuitate dei deus
est ciuitatis lux, est ipsa caritatis so-
... vita est ipsa eternitas. Quia autem
mens deuota in suis sensibus
custodita et restricta ciuitati com-
paratur quia talis mens quasi
muro cingitur. Primo quidem mu-
ro diuine prouidencie que homines
a multis malis sepe preseruat
in que ex fragilitate propria la-
bi posset. Unde dicit augustinus
quod omnia illa nobis omnibus
debemus censeri dimissa a quibus
nos diuina preseruat prouidencia.
Secundum autem quod per hunc ~~mundum~~
murum diuine prouidencie anima
plena malo preseruauit seu preseruat
in que ex quibus facile labi
possumus. Primo namque preseruatur
ab hoc malo quod temere iudicamus.
Secundo ab hoc malo preseruatur quod
numquam alicuius hominis defectum
nimis aggrauemus. Cuius hoc
est signum prouidencie seu puri cordis
et animi virtuosi quod semper
defectus aggrauet et alterius al-
leuiet. Cuius ratio est quia cuilibet
homini magis sunt noti defectus
proprii quam alieni. Et ideo plus
debet aggrauare defectus proprios
quam alienos. Tercio preseruatur
ab hoc quod nullum hominem propter
suos defectus contempnandum

recui cum propriam voluntatem fra-
gilitatem diligenter aduertit clare
cognosceret quod in maiores defectus
labi potuisset si ipsum divina
clemencia misericorditer non pre-
servasset. Et ideo propter quolibet
magis inducitur ad proximo com-
paciendum quam ad ipsum contemp-
nendum. Secundo talibus mentibus con-
gruit munimen angelice custodie. Ideo
dicitur anime devote Ysaie 62:
Super muros tuos ierusalem constitui
custodes tota die et tota noc-
te non tacebunt laudare nomen
domini. Per hoc est munimen ange-
lice custodie homines triplicem uti-
litatem consequuntur. Primo namque
angeli nos custodiunt bona no-
bis suggerendo. Secundo a malis
temptacionibus retrahendo. Tercio etiam
nos hostis sevicia et malicia
cohibendo non permittentes nos
ab hoste tam acriter impugnari
sicut liberet facere de sua cor-
rupta voluntate. Cum namque enim
habemus in scriptura de primorum
lapsu hominis persuadente ser-
pente secundum Augustinum diabolus
non assumpsisset de arbitrio proprio
sed quam non permissus aliam speciem
assumere in qua magis potuisset
sua calliditas occultari. Tercio con-
gruitur muro propter diligencie et
circumspectionis attente. Hec autem
circumspectio congrue signatur in qua-
tuor animalibus sanctis que erant
plena oculis ante et
retro. Vera diligens circumspectio
de condicione preteritorum accipit
cautelam futurorum. Verum de hoc
quod homo recolit se quandoque in preterito
de levi temptacione se passum

apparet, accipe cautelam in futurum
ut amariori temptacioni se dilig-
encius preparet. Erant etiam ipsa ani-
malia oculata ab intus et ab extra
ad designandum quod mentis interne pu-
ritate non potest subsistere nisi sit
in diligenti custodia sensuum ex-
teriorum et interiorum diligenter pre-
cavens ne menti aliqua per exterius
illabatur que eius puritatem va-
leat offuscare. Talis autem mentis
predictis muris cincta nullius inde
machina mentis vel hostis po-
terit expugnari nec ad aliquam
inordinatam concupiscentiam poterit
inclinari. Secundo sublimacio virtuo-
sa in omnem virtutum unccionem divinis
plena fecunditate que congruit in-
nuitur in ipsa civitate. Cum dicitur
Cetam vidi inquit civitatem Cetus
cum idem est quod unctus vel floridus
unde vasa crismate uncta dicuntur
sancta ad designandum quod mentis
per ipsam Cetim sublimato intrinsecus
iungitur spiritus sanctus gracia et in-
gerit placet in virtutum ubertate et
affluencia aromatum unguentorum
suavitate degustaverit sponsa
Cant. 1o. Cum dicit meliora
sunt ubera tua vino fragrancia
unguentis optimis. Per ubera sponsi
debemus intelligere uberrimam
divine sapientie et benignitatis ple-
nitudinem de quibus nobis influit
delectabilis gustus divine suavitatis
et lac purissimum divine pietatis.
Vere quidem ubera recte dicuntur
meliora vino. Vere gustus divine
suavitatis incomparabiliter excedit
simplicem proprietatem vini tam in
gustus suavitate quam in mentis
hilaritate quam etiam in mentis
securitate. Vere quidem in terra

divini vini valet efficit in hoc
sanguis gustus divini saporis in tanta
securitate mentem constituit quod
nullum opus quantumcumque arduum
pro amore divino aggredi pertime-
scit. Unde ergo fidelis anima
dicitur civitas sancta quia per
regenerationis gratiam sanctificata et
per diviniorum donorum afflu-
enciam deo in speciale habitaculum de-
dicata. Secundo describitur ab illu-
stracione gloriosa quia per gratiam
mentaliter illustratur. Unde non-
cum subditur Jerusalem novam. Hec
autem mentis illustrate hic in-
nuitur ex duobus / primo ex mentis
in seipsa perfecta quietatione / secundo
ex eius per gratiam perfecta innova-
tione. Ipse primo anima fidelis di-
citur Jerusalem. Unde interpretatur visio pacis
quia mens virtutibus et gratia fun-
data perfecta pace in seipsa fruitur.
Unde nullam sentit repugnantiam
virium inferiorum ad superiores. Cuius
ratio quia mens rationalis per
donum gratie a deo firmatur in bono
virtutis quod quasi redditur inflexi-
bilis ad opera viciosa / Ideo in tali
mente sic parata ipse sponsus ap-
petit delectabiliter habitare dicens
illud Cant. 8 Vado michi ad
montem mirre et ibi loquar
sponse mee / Mens enim cum caritate
inflammata recte menti comparatur.
Unde effluens desiderium in deo
divino elevatur et suspenditur. Secundo
ideo dicitur mons mirre quia ar-
dor divini amoris omnem mentis
flexibilitatem desiccat et repri-
mit. Mirra namque naturaliter habet
virtutem desiccandi et a corrup-
tione putredinis preservare.

Sic autem mente elevata et
omni concupiscentia desiccata. Tunc sponsus
loquitur sponse sue que
quedam locutio non est aliquid
nisi sue presencie exhibicio et divini
dulcoris degustacio. Unde quia
ineffabilis est omni lingue. Ideo
sicut dicit apostolus quod audivit
archana verba que non licet homini
loqui. Apoc. 21 civitatem sanctam Ie-
rusalem dicitur novam et hoc
sicut recte cum anima per gratiam
illustrata dicitur nova quia est
per gratiam innovata omni vetu-
state peccati expulsa. Ad quod hor-
tatur apostolus Ephes. 4 Re-
novamini spiritu mentis vestre
et induite novum hominem qui
secundum deum creatus est in iusticia
et sanctitate veritatis. In quibus
verbis perfecte innuitur renovatio
interior mentis. Tunc intellectus re-
novatur per veritatem, voluntas per
iusticie rectitudinem et totus
homo interior per sanctitatem. Primo
hac autem mente sic renovata
per iusticiam et sanctitatem sponsus
delectabiliter quiescit velud in mansione
quia per suam amabilem presenciam
sue maiestatis. Unde patet
per Augustinum qui dicit Tu domine
dedisti hanc dignationem memo-
rie mee ut maneas in ea per
dulcem videlicet amplexum tue ama-
bilis presencie. Quesivi te inveni non
nisi in te et super te. Secundo quie-
scit intelligencia per contemplationem
luciferam divine veritatis. Unde
dicit Augustinus Intravi in intima
cordis mei et potui te ducere
quoniam factus es adiutor meus

intrauit et vidi qualitercumque
oculo aie mee super mentem
meam quandam lucem incommu-
tabilem te deum meum Tercio quie-
scat in voluntate per quedam am-
plexum diuine caritatis et gu-
stum mellifluum diuine ~~fruitionis~~
suauitatis de qua dicit augustinus
10 confess. Introducis me in cubiculum
meum .i. in interiora aie mee
et tanta tui amatoria
cantica et recordans celestis
illum Extendo me in ea sur-
sum corde et frui desidero
Et non auertar donec in ciuitatem
pacificam per dulcem scilicet am-
plexum diuine pacis et sapo-
rem intimum prothogustantis et e-
Cuius saporem nobis prelibato-
rie prothogustare concedat Qui di

Sermo tercius sermo de dedicatione seu templum spirituale

Tercio spiritualis perfectio aie
deuote que vult esse templum
dei consistit in quadam con-
formatione sponse qua ipsi christo
vnitatur et moribus conformatur
Quod notatur cum annectitur
descendentem de celo .i. de
celica vita cristi Quod non so-
lum terrenam sed et celestem
vitam duxit in terra sicut cristus
tamen sine Augustinus de ciuitate
dei Ideo hec ciuitas dicitur de celo
descendere quia celestis est gratie
que eam format et que ipsam
in baptismo sanctificat Et adhuc
conformitatem imitationis hor-
tatur apostolus Rom. 13 cum dicit Indui-
mini dominum nostrum ihesum cristum
vitam scilicet ipsius et conuersationem imitando

et eius exemplis quantum fragilitas
humana patitur vos conformando Est
enim conformitas est illa vestis
nuptialis sine qua nullus potest
ingredi ad nuptias agni vnde
scribitur Math 22 Amice quomodo
huc intrasti non habens vestem nup-
tialem Est autem secundum quod
quicumque vitam cristi imitare
voluit et primo debet esse huius
mundi perfectissimus contemplator
Secundo debet esse sue salutis et
aliorum feruentissimus emulator
Tercio debet esse diuinorum beneficiorum
ardens assiduus meditator Primo
dico quod imitator cristi debet esse
huius mundi perfectissimus contemptor
Primo quia apostolus ipsum exemplo cristi tam
sponte deserere que huius mundi a-
matores feruentius amplectuntur
scilicet ipsas res exteriores Corpus proprium
et proprie voluntatis arbitrium Sicut enim
tria cristus perfectissime deseruit
quia res exteriores relinquit per
voluntariam paupertatem Corpus
proprium relinquit per tormentorum
penalitatem Sed voluntatem propriam
relinquit per diuine conformitatem
Ideo dicit Non veni facere volun-
tatem meam sed voluntatem eius
qui misit me Primo patet quod
verus cristi imitator debet omnes
res temporales relinquere per volun-
tariam paupertatem Exemplum
huius habemus patet in capitulis in quorum
persona dicit petrus Math xix
Ecce nos relinquimus omnia et
secuti sumus te et hinc res temporales
merito sunt relinquende quia
mentem excecat et ab amore

dimo et presertim virtutibus retardant
unde dicit Gregorius Petitis mundi per
ipsa rerum affluencia onerosa est
sicut quia gravant tollerant qui fe-
stinantes ad patriam in itinere
multa portant Et ideo sancti aut
contempnendo deserunt aut largien-
do distribuunt Christus pater Ita tam
artissimam vitam duxit quam
eciam mox in sua nativitate
inchoavit quando in presepio super
fenum crudum positus fuit Unde
verus Christi imitator debet corpus
suum propter contemptum per corporis
maceracionem et qualibet corporalis
comodi vitacionem quando quantum fra-
gilitatis pati potest Et ad istam imi-
tacionem Christus nos [invitat] invitat
Math. 16 Qui vult venire post
me maius scilicet perfeccionem imitando
tollat crucem suam id est volunta-
rie assumat mortificacionem car-
nis et carnalibus afflictionibus et
sequatur me tamquam secundum Augustinum
Tota vita Christiani si secundum evangelium
vivat crux est atque martirium
et isti monicioni bene sponsa ob-
temperavit Cant. 1 [illegible] i.
propter comodum corporis proposui
ut aspiciam dilecto meo vel Christo
[meo] i. ut ipsi Christo in me met-
ipso mansionem amabilem preparem
et me suis exemplis plenius
conformarem Tercio pater vera-
cem imitator debet exemplo Christi
contempnere propriam [de] proprie volu-
tatis abrenunciacionem proprie co-
gitacionis abdicacionem ut sic vera-
citer possit dicere cum Christo Non
veni facere voluntatem meam
Debet eciam homo sic totaliter
deserere conversacionem pristinam

Quod eam relinquat corpore
mente et voluntate Ad quod
monet propheta cum dicit Oblivi-
scere populum tuum et domum patris tui
ubi per domum paternam debemus
intelligere conversacionem pristinam ad
quam reddire prohibetur sectator
spiritualis perfeccionis Math. 24
Qui in tecto id est qui vult sub-
sistere in virtute in mundo non des-
cendat tollere aliquid de domo sua
Quia qui vite nove perfeccionem
studet nolunt oportet quod prioribus suis
desideriis totaliter renuncietur Quarto
exuendo veterem hominem cum actibus
suis et induendo novum qui renovatur
dom i. secundum conformitatem divine
ymaginis creatus est in sua pri-
meva condicione Quinto dico quod
verus imitator Christi debet esse
sue salutis ferventissimus emula-
tor exemplo qui nostram salutem tam
ardenter et solicite quesivit Gre-
gorio et Bernardus dicit Certe
quasi miseraciones eius tamen
me attento ita ipsum totum tamen
meam custodiam occupatum video
ut quasi oblitus aliorum et celi nisi
tamen mee saluti vacare velit Ipsius
exemplo quelibet anima fidelis tamen
totam tamen proficiendi debet habere
in amore dei et circa salutem
aliorum ut nichil reputet omnia
bona opera que iam est per graciam
assecuta respectu omnibus quod se spe-
rat per graciam assequendi ut possit
dicere cum apostolo Que retro sunt
obliviscens ad anteriora me ex-
tendo Proficiendum autem quod iste co-
natus proficiendi in melius

nascitur ex [?] hoc primo quod ex temporis
et vite labilis brevitate. Qui
enim diligenter advertit incertitudinem
presentis vite et quod tempus quod nobis
ad bene operandum indulgetur tam
velociter decurrit. Et quod post hanc vi-
tam propter nullam penitus possumus
minutissimam horam presentis temporis
revocare. Certissimum est quod talis
magno conatu proficiendi inardes-
cet ad quod etiam hortatur Sapiens
Eccl. 9 Quodcumque potest manus tua
instanter operare. Quia nec ratio
nec sapientia est apud inferos
quasi diceret. Quod nulla ratione
nulla sapientia nulla potentia nobis
possumus post hanc vitam aliquod
meritum comparare. // Secundo conatus profi-
ciendi innascitur ex presentis temporis
fructu et utilitate. Qui enim
diligenter advertit quanta boni in quo-
libet momento mereri posset per
unum fructus desiderium in deum
et a quantis peccatis et penis homo
seipsum per penitentiam in quolibet
puncto temporis poterit expiare. Et
quod impossibile est post hanc vitam
per omnes penas inferni de mi-
nimo peccato mortali deo nunc in(?)
satisfacere non potest dubium quod talis
inardescet magno conatu profi-
ciendi in melius. Unde piger et
tardus in bono opere per Salomo-
nem monetur a formica sapientiam
discere que in estate congregat ci-
bum sibi. Sic et nos in presenti
tempore quasi in estate aptus scilicet ad
bene operandum debemus viriliter
bonis operibus insistere seminandi
in presenti bona opera ut post hanc
labilem vitam possimus metere
fructum eterne retributionis. //
Semper cum in labore et sudore
seminavimus sed in futuro cum gau-
dio et exultatione metemus
fructum eterne retributionis. Ter-
tio talis conatus innascitur ex magni-
tudine celestis premii. Quia sicut
dicit Gregorius. Consideratio premii
considerat [?] vim flagelli. Qui enim
suavitatem premii eterni considerat
quicquid in presenti momentaneum
tollerat pro nichilo reputabit. Et
ideo scribitur Sapie. 16 panem
de celo dedisti eis sine labore
non quia panis eterne fruitionis
possit aliqui simpliciter sine omni
labore ut scriptum est Quod non
laborat non manducet. Sed comparatione
ad illum quo premium eternum in sua-
vitate et interminabile excedit mo-
mentaneum laborem presentis vite
tunc labor presentis nichil est re-
spectu beatitudinis eterne // Tertio
dico quod verus Christi imitator debet
esse beneficiorum divinorum que nobis
Christus impendit ardens et assi-
duus meditator ut sic possit
dicere illud Ysa. 63. Miserationum
domini recordabor laudem dicam
pro omnibus que reddidit nobis
dominus deus noster. Tante namque fideli-
tatis est videnda ingratitudo [?] et a
secundum Bernardum. Inimica est anime
evacuatio meritorum dispersio virtu-
tum et ventus urens fontem
pietatis desiccans. Tenuit autem
pietatis divine quos jugi
meditatione divina beneficia cum
gratiarum actione devota mente
recolimus. Ad quod hortatur Augustinus
Sicut nullum momentum est quo
homo divina beneficia non perci-
piat sic nullum debet momentum
quo eum presentem per gratiarum actionem

in memoria non teneat ut sit cot-
tidie in intimo sue mentis re-
sonat graciarum actio et vox laudis
Debemus autem deo psallere laudes
in psalterio decacordo psallam
tibi ut videlicet pro decem generibus
beneficiorum sibi laudibus premium
exsolvamus Nunc quid bene-
ficia sit decet intelligere Augustinus
Primum beneficium est quod te
ex nichilo creavit Secundum est quod
te ymagine sua insignivit Tercium
quod naturam nostram assumendo nos super
omnem dignitatem angelicam sub-
limavit Quartum quod nos precioso
suo sanguine ab eterno liberavit
Quintum quod nobis per suam racionem
eternam spem immortalitatis contulit
Sextum quod in presenti exilio alimen-
to sui corporis enutrivit Septimum
quod ipsos innocentes a peccatorum la-
queis in quos ex fragilitate huma-
na labi potuisset tam misericor-
diter preservavit Octavum quod multos
in profundum peccatorum lapsos tam
pie per graciam renovavit No-
num quod multos bonos sit per graciam
stabilivit quod modicam aut nullam
sentit pronitudinem peccandi Deci-
mum quod ita fuerunt vite saluti in-
tendit Quod sicut Augustinus omnibus
videri possit si prophetas est dicere quod
deus nichil aliud quam quod vite
intendat saluti Et quia istorum
beneficiorum proh dolor multi sunt
immemores ideo dicit Bernardus
Quod talium magnitudo fuit causa
quare christus in cruce flevit quia
talis magnitudo plus eum afflixit
quam omnis dolor quem sensit
exterius ut ipse dicit Et ideo talibus

Sicut Augustinus dicit christus in extre-
mo iudicio Ecce homine quem
crucifixistis videtis latus quod pupu-
gistis agnoscatis vulnera que
inflixistis que pro nobis aperta sunt
nec tamen hoc precium salutis intrare
voluistis Ite ergo maledicti in
vitam eternam ignem eternum Sed
contra electis qui de precio sui sangui-
nis grati extiterunt dicit illud verbum
mellifluum Venite benedicti
patris mei percipite regnum
dei quod vobis paratum est ab ori-
gine mundi Cuius regni nos par-
ticipes faciat etc.

Sermo quartus scilicet quartum principale sequitur de dedicatione templi

Secundo describitur anima
rationalis quo ad statum
perfectionis quem habebit
in patria Quod notatur Cum sub-
ditur a deo paratam sicut spon-
sam ornatam viro suo In quibus
verbis statibus dicitur prophete beate primo
quantum ad dotes corporis quibus
exterius decoratur Quod notatur
cum premittitur a deo paratam Secundo
quantum ad dotes anime quibus inte-
rius illustratur Quod notatur
cum subditur sicut sponsam
ornatam Tercio describitur quantum
ad amplexum regis eterni cui fe-
liciter copulatur Quod notatur
Cum annectitur viro suo Ubi
incidit et rationabilis dubitacio
Cum enim sponsa recipiat ipsum
respiciat ipsum sponsum sicut uxor
respicit ipsum virum videtur quod me-
lius dixisset sicut sponsam
ornatam sponso suo quam
quod dicit viro Ad quod dicendum

quod nomine sponse querunt anime in presenti vita in qua Cristo desponsatur per triplicem arram. Primo per fidem ut ibi fidem illesam Cristo suo sponso custodiat. Secundo per spem ut in omni pressura tribulationis de ipsius adiutorio plene confidat. Tercio per caritatem ut ipsum solum unice diligat et nullum preter eum amatorem admittat. Sed nomen uxoris sibi competit in vita beata ubi ad eternum convivium plene admittitur et ad secreta thalami introducitur ubi sponsi et viri amplexibus eternaliter fruitur et ad hoc designandum pocius habet usus nomen viri quam sponsi ut ostendatur quod anima beata ipsius dei amplexibus eternaliter fruetur ut inferius declarabitur apparebit. Tercium premium est secundum quod anima in vita beata conferunt ad ipsum corpus exterius ~~dotibus quatuor~~ decoratur quatuor dotibus que ex virtute anime effluunt et in ipsum corpus ut dicit in epistola Augustinus ad Dyoscorum secundum hec tamen aut dotium prima est perfecta claritatis quam nullus corporalis possit suspicere in cuius signum apostoli in transfiguratione Cristi ubi eis dotem claritatis ostendit ceciderunt in facies suas quia visus eorum reverberabatur ab excellentissima claritate ipsius Cristi. Secunda dos est perfecta subtilitatis quia corpora gloriosa sic erunt subtilia quod nullum corpus potest eis subsistere quin in illo penetrent omni facultate. Tercia dos est perfecta impassibilitatis quia corpus gloriosum nec ab igne nec ab aqua nec a nocumento ledi potest. Cuius racio est quia illud corpus secundum perfectionem subditur imperio anime et ideo virtute anime hec sibi largitur quia nullo nocumento ledi potest ut ipsa anima. Quarta dos est perfecta angelicitatis seu agilitatis que tanta erit in corpore quod ipsum corpus secundum Augustinum habebit sequitur velocitatem seu velocitatem spiritus anime. Unde dicit Augustinus: Quod ubi volet spiritus ibi protinus erit et corpus. Predictas autem dotes corpus gloriosum habet consequitur quod in vita presenti plene subiectum fuit imperio rationis et quod numquam per aliquem motum inordinatum inclinare se voluit contra dictamen rationis. Et ideo iste dotes quasi pro premio sibi plene subiectionis ab anima beata influuntur. Corpora autem dampnatorum habebunt contrarietates conditiones quia numquam subdi voluerunt nec dictamini rationis nec regule divine legis. Et corpus gloriosum predictis dotibus ab anima vestitum bene potest dicere illud Ysaie lxi: Induit me dominus vestimento salutis et indumento leticie circumdedit me. Quia in beatitudine eterna erit perfecta salus et perfecta leticia. Tercium premium est scilicet quod tres sunt dotes anime beate quibus mens racionalis per gloriam illustratur. Prima dos consistit in clara visione sapientie divine in quo completur totum desiderium potencie racionalis. Secunda dos consistit in firma tentione divine

potentie per quam completur totum
desiderium potentie memoratiue
Tercia dos consistit in deliciosa fru-
icione bonitatis diuine per quam
completur totum desiderium potentie
volitiue Et ideo de ista dicit Bern(ardus)
super Cant(ica) Quod deus est
rationi pulchritudo lucis voluntati
multitudo pacis Quia tunc homo
est in perfecta pace sui desiderii
quando delectabiliter fruitur eo quod amat
memorie vero est continuatio eternitatis
In quantum memoria diuinam presentiam
ardenter et inde sentit tenet et
amplectitur Et per istas tres dotes
predictas puta per claram visionem
per firmam tentionem et per dulcissimam
fruitionem anima beata immediate
et primo coniungitur ipsi deo Que
eciam per quandam appropriationem con-
veniunt personis tribus diuinis ita ut
ipsa tentio memorie obiectiue con-
veniat persone patris Quia me-
moria diuinam presentiam ingerit et
delectabiliter meditatur Ipsa vero
visio conveniat persone filii cuius
sapientiam obiectiue anima intelli-
gentia delectabiliter contemplatur
Sed ipsa fruitio obiectiue conveniat
persone spiritus sancti In cuius voluntate
ipsa bonitas per actum fruitionis et
amoris delectabiliter voluptatur
Et ideo isto duplici modo anima
beata de torrente diuine voluptatis
delectabiliter potatur Et de fonte
diuine bonitatis suauiter inebriatur
iuxta illud quod propheta predixerat in
psalmo Inebriabuntur ab ubertate
domus tue et de torrente
voluptatis tue potabis eos
Secundum autem quod licet ille tres
dotes solum perfecte possideantur
in patria per quandam participati-
onem in presenti per efficaciam et doni
gratie aliqualiter attinguntur quod patet
prima tentio diuina sit quando
attingitur per diuine presentie firmam
inhesionem de qua scribitur Prouer(biorum)
lignum est hiis qui apprehenderint
eam et qui tenuerint eam beatus
Quoniam sicut lignum vite comestum
valuit ad perpetuam sanitatis
conservationem Sic fructus desiderii
diuine presentie causat in anima
amorosam ingestionem boni diuini medi-
tationem De qua pulchre loquitur
Hugo In de laudibus caritatis
a dte me conuerto dulcis amor
ihesu in quo totum bonum anime mee
dependet Tu cum mentem amo-
rosam sic suauiter intrare consuevisti
ut quicquid cogitat quicquid
in corde gestat tu dulcis amor
a memoria non recedis Si quid
tractat ad te cogitat Si quando
loquitur ad te loqui desiderat omnibus
dulce credit quod sibi sapit cogni-
tio Eciam diuina lux attingitur
per quandam diuine lucis irradiationem
de qua 2 Cor 4 Deus qui
in tenebris dixit lumen splen-
descere in prima scilicet mundi crea-
tione ipse illuxit in cordibus
nostris ad illuminationem scientie
claritatis dei In quantum deus
quandoque suis amicis multa mi-
steria diuine claritatis manife-
stat per quandam influentiam

dıne lucis fruicio eterna diuina
sit quam perlibat quandam diuine
suauitatis pregustacionem de qua
Cant. vnio scribitur Que est illa
que ascendit de deserto delicijs
affluens innixa super dilectum
suum Et bene dicit innixa eterna
quia beata in istam pregustacionem
sublimata suo dilecto innititur
et plicitur secundum tres partes ymaginis
iram primo per memoriam iugis
meditacionis ita figitur a bono diuino
quod nullius alterius rei potest delectabiliter
recordari vt patet per Augustinum
x. confessionum Secundo figitur in dilecto per
intelligenciam que ita fixa con-
templacione summe veritati inheret
quod nil aliud ipsam cogitare delec-
tat quam sole refulgenciam summe
veritatis iugiter reuoluens in animo
illud Origenis Preter creatorem
meum solum vide quero ideo omnis
creatura michi grauis est ad
videndum Tercio figitur in dilecto
per voluntatem amorosam
Que tanto amore cum dilecto
vnitur quod pre suauitate diuini amoris
cuiuslibet rei alterius dilecto quasi totaliter
absorbetur Et ideo solum in bono
diuino per suam affectionem potest
delectari Talem suauitatem
senserat Augustinus cum dicit Intro-
ducis me aliquando in affectum multum
et inusitatum aliud nescio quam
dulcedinem que perficitur in me
nescio si qua vita dulcior esse
posset Tercia Eterna est secundum
quod immediate anima beata deo con-
iungitur per claram visionem per
quandam in ipso sicut in speculo

intellectuali omnem veritatem
ut dicit Augustinus limpidissime con-
templatur per fidem aut [illegible]
sibi iungitur sicut bono desiderabili
in quo totum desiderium memorie
potentissime perfectissime quietatur
per ipsam aut fruicionem sibi iungitur
tanquam bono amabili in quo to-
tum desiderium voluntatis perfecti-
ssime sociatur Ideo iste tres dotes
possunt dici ille amplexus ama-
bilis quem petiuit sponsa Cant. 2°
cum dicit leua eius sub capite
meo et dextera illius amplexabitur
me vbi per leuam secundum Origenem
intelliguntur bona temporalia vel cor-
poralia que hic dantur ad susten-
tandum fragilitatem nostre
indigencie Que quia minora
sunt bonis eternis ideo intelli-
guntur per leuam Eterna sinistra
pars naturaliter est frigidior minor et
etiam debilior parte dextera Et hoc
est propter influenciam caloris cordis
que maior est in dextera quam
in sinistra Sed per dexteram intelli-
guntur bona eterna que dantur
in gloria Que eciam ideo amplexus
quia totam capacitatem anime
replent et saciant ut sicut am-
plexus corporalis propter sui circulari-
tatem totam rem complectitur
ut dicit Origenes Et quia amplexus
quilibet fit per duo brachia possunt
dici clara cognicio summi veri
et intima fruicio summi boni
Et hec duo brachia per que vbe-
ranciam summe dulcedinis di-
cuntur duo vbera Cantic. primo

Dicite sponso mecum clara sunt ubera
tua vino fragrancia unguentis op-
timis. Que bene dicuntur meliora
vino quia dulcius mentem illuminat
Sed dicuntur fragrancia unguentis
optimis quia mira suavitate re-
ficiunt omnes vires anime licet diversas
quia superiores reficiunt per contemplacionem
sive obiectivam presenciam inferiores
vero per redundanciam ut sic sciencia
beata verificetur. Quod scribitur
Apoc. xxi omnes platee tue auro
sternentur mundo et per omnes
vicos tuos cantabitur canticum
leticie. Per plateas autem que large
sunt vires intelliguntur
vires superiores que bene auro
mundo sternuntur quia per divinitatis
munditiam replentur. Nam racionalem
replet claritatem cognicionis
ut dictum est voluntatem autem
per suavitatem fruicionis Sed ipsam
memoriam replet per firmitatem
tencionis. Per vicos autem qui mino-
res sunt plateis intelligere
debemus potencias inferiores
in quibus omnibus canticum leticie
decantabitur quia omnes vires
inferiores ex redundancia virium
superiorum gaudio et leticia re-
plebuntur. Cuius gaudii nos parti-
cipes faciat Ihesus Christus dominus noster.

Sermo primus de sancto Augustino sequitur etc.

Appropinquate ad me indocti
et congregate vos in domo
disciplinae Ecclesiastici li. Possunt
esse verba beati Augustini doctoris
egregii invitantis nos ad suam
doctrinam si volumus in sapien-
ciam erudiri Sed oportet quod simus
congregati in domo id est in ecclesia
fundata per fidem veram et vitam bonam
vel domus disciplinae est ipsum corpus
quod est domus anime quod debet
esse disciplinatum id est imperio racionis
subiectum vel domus disciplinae
est ipsa religio in qua caro disci-
plinatur et maceratur ut non superbiat
sed humiliter deo obediat vel domus
disciplinae sunt ipse scole magistrorum
ubi scolares debent subici di-
sciplinis et regulis magistrorum. Illi
autem qui sunt in tali domo di-
sciplinae Si ad doctrinam beati Augustini
appropinquaverint per studium et affectum
si erant indocti efficiuntur sapien-
tes et docti set non divinam sa-
pienciam quam beatus Augustinus
habuit omnes adiscere possunt.
Quedam requiruntur ex parte
docentis quedam ex parte docti
sive illius qui docetur Et quedam
ex parte utriusque. Ex parte docentis
requiritur ut ipse habeat doctrinam
facilem amabilem et utilem
Ista tria tangit Augustinus in libro
de doctrina christiana dicens qui
non verbis contendit sive submisse
sive temperate sive granditer dicat
id agit verbis ut veritas pateat
veritas placeat veritas moveat
In hoc quod dicit veritas pateat
ostendit quod debet esse facilis et
apta In hoc quod dicit veritas
placeat ostenditur quod debet esse
amabilis et placabilis In hoc
quod dicit veritas moveat scilicet
intellectum ad cognoscendum affectum

ad diligendum et effectum comparandum
ostenditur quod debet esse utilis. Secundo
igitur doctor habere doctrinam non ob-
scuram sed facilem et aptam
sicut est doctrina beati Augustini prima 19
doctrina prudencium facilis. I Cor.
14. Si incertam vocem det tuba
id est predicator quis preparabit se ad prelium
contra vicia et demonia. Et ideo dice-
bat apostolus volo quinque verba mea quinque
sensu loqui ut et alios instruam
quam decem milia verborum lingua.
Ambrosius consilium est ut nobis
intelligerent ipsi quam comedent
gramatici. Augustinus de doctrina
christiana. Quid prodest locutionis
integritas quam non sequitur intel-
lectus audiencium. Est tamen
triplex causa quare aliquorum
doctrina aliquando est obscura quam
ponit Ieronimus super 12 prophetas in
expositione dicens ignosce ob-
scuritati que tribus modis nascitur
aut secundum rerum difficultatem aut
ingenii inopiam aut discentibus
nimiam tarditatem. Debet etiam
dicit Gregorius Nazanzenus tripliciter
modo in ecclesia docentium vel
dicentium periculum pendet ex sensu
ex verbo ex auditu aut enim non
est illuminatus sensus aut ad expla-
nandum deest sermo sufficiens
aut bene explanata crassitudo non
recipit auditus. Secundo debent
doctores habere doctrinam amabilem
et placabilem. Talem doctrinam
petebat psalmista sibi dari a deo
dicens voluntaria oris mei bene-
placita fac domine. Ecce quidem
enim est amabilis et accepta
quando doctor vitat prolixitatem et
inculcationem et habet modum congru-
entem doctrina enim nimis prolixa
efficitur tediosa. Ideo dixit Eumicus
Quicquid precipies esto brevis et
cito dicta percipiant animi dociles
omne supervacuum pleno de pectore
manat. Ideo dicitur Eccli. 21 verba
sapientum statera ponderabuntur.
Debet eciam doctor cavere ne nimis
inculcet. Augustinus de doctrina chri-
stiana. Sicut ingratus est qui inco-
gnita obnubilat sic onerosus est
qui cognita inculcat. Debet eciam
doctor habere modum congruentem
quem tradit Augustinus de doctrina chri-
stiana. Is erit eloquens qui poterit
parva submisse modica temperate magna
granditer dicere. Tercio illi qui docent
debent habere doctrinam utilem
iuxta illud quod dicit dominus Ys. 48
Ego dominus deus tuus docens te uti-
lia. Quod est contra multos qui
semper volunt dicere subtilia vel curio-
sa vel fabulosa. Distinguunt enim
Augustinus in libro de civitate dei
triplicem theologiam dicens mitice
phizicem et civilem. Miticem appellat
qua maxime utuntur poete. Phizicem
qua phizici utuntur. Civilem
qua ipsi populi. Prima theologia maxime
accomodata est ad theatrum. Secunda
ad mundum. Tercia ad urbem. Quales
greci dicunt miticen phizicen phi-
zici politice latine vel dici possunt
fabulosa naturalis civilis. Multi aut
predicatores sunt fabulosi nar-
rantes fabulas poetarum. Multi
naturales intendentes circa curiositates
philosophorum pauci vel civiles intendentes

ista instructionem morum. Unde talis
dicitur ysaie 2 In illa die proiciet
homo ydola argenti sui et simu-
lacra auri sui que fecerat sibi
et ingredietur scissuras petrarum
per argentum intelligitur eloquentia
fabulosa poetarum / per aurum philosophorum
sciencia que tamen ydola sunt
quia propter ostentacionem et avariciam
que est ydolorum servitus sepe
talia perscrutantur per scissuras petrarum
intelliguntur vulnera cristi et pas-
siones aliorum sanctorum qui instar
petre fuerunt constantes et firmi
Scissuras ergo petrarum ingreditur qui
in sacris libris exempla cristi
et sanctorum considerat et imitatur /
Secundo quedam considerantur ex parte
illius qui docetur In quo quidem
plura esse debent si ipse sa-
cram scripturam addiscere / primo namque
debet esse desiderium amoris Sa-
piencie vii optavi et datus est
michi sensus dam. Si erimus
affectuose discentes erimus multa
scientes Crisostomus super mattheum Ex dili-
gencia lectionum nascitur cognicio
dei / Ignorancia aut negligencie
filia est Talis enim est scriptura
~~volenti~~ nolenti vivere secundum deum
Quemadmodum si alicui agricole
vel qui voluntatem pugnandi
deponat bellicam disciplinam
aut e contra viro bellicoso nolenti
colere terram agriculturam exponat
Si tota die audiat verba exposicio-
nis illius nichil intelligit aut com-
prehendere potest quia nec habet desi-
derium discipline vel culture /
utriusque fuit desiderium hominis
illic diriget et sensus illius
apprimus / Augustinus i libro de trinitate

Omnis qui querit invenit et inve-
nire vult Et si id querit quod ad noti-
ciam pertineat Omnis qui querit
noscere vult quod ardenter et instanter
vult studere / dicitur quod maxime in
acquirendis atque assequendis
quibusque doctrinis solet dici / Sed
debet esse timore dei repletus
Quicquid timor viam ad sapienciam
aperit Crisostomus 1º Timor domini
principium sapiencie et frequenter in-
quirere satagit Eccl viii Qui ti-
met deum nichil negligit etiam
neminem curacionem intactam facit proverbiorum
Sapiens timet et declinat a malo
Ibidem Timor domini fons vite ut decli-
net a ruina mortis // Tercio in
meditando et in memoria recor-
dando debet esse valde sollicitus
Seneca Cum multa percurreris
unum decerpe quod illo die decoquas
Quibus cum sit siccitas sit disposi-
cio conveniens ad tenacitatem impressio-
num sicut humiditas est disposicio
conveniens ad recepcionem earundem
per longam meditacionem et excitacionem
ista unum vel pauca ceciderint in humi-
da complexione fortiter infigitur
et retinetur unde pueri quorum
sunt humidi firmiter in memoria
tenent quia alie cure non occu-
pantur ita multa sicut alie ma-
iorum et maxime quando illud pla-
cet eis quod animus excitatur Si ergo
ad recepcionem in memoria requi-
runtur et sicca complexio et longa
excitacio et rei cognite delecta-
cio et ita pauca occupacio Bernardus
Ad fratres de monte dei de cotidi-
ana leccione aliquid in ventrem
memorie mittendum est quod fidelius
digeratur et sursum revocatum

rebus remittetur. Quod proposito
conveniat quod intencioni proficiat
quod detineat animum ut aliena cogi-
tare non libeat. Alias cum non remi-
nans inimicum est. Qui vero non
habent bonam memoriam in scrip-
tis redigere debent. Sunt autem qui
nichil ponunt in memoria sed omnia
in scripto. Et sunt qui nimis
confidentes in memoria sua nichil
commendant scripture et utrumque
vicium est. Pytagoricus hanc ne-
armarium doctrinis quam pectus ha-
bebat. Quarto in studendo debet
esse ordinatus ut scilicet per varia in-
ordinate non discurrat sed certa
certa intellectum perficiat. Seneca: Istud
autem vide ne lectio multorum et
omnis generis voluminum habeat
aliquid vagum et instabile. Certis
ingeniis et immorari et innutriri
oportet si velis aliquid trahere quod
fideliter animo sedeat. Idem: Si pru-
dens est animus tribus temporibus dispe-
ciatur: presencia ordina, futura provide,
preterita recordare. Debet namque ille
qui studet et proficere desiderat or-
dinare presencia ut scilicet circa magis uti-
lia et necessaria magis intendat;
providere futura ut scilicet de bono magistro
et bona societate et libris neces-
sariis sibi provideat; recordari
preterita ut scilicet ea que iam didicit
per frequentem meditacionem recordetur.
Quinto in audiendo humilis et man-
suetus. Eccli. 32: Audi tacens et
pro reverencia accedet tibi bona
gracia. Eiusdem v°: Esto man-
suetus ad audiendum verbum dei
ut intelligas et cum sapiencia profe-
ras. Jeronimus: Scriptura sacra
letificat lectorem sed multo plus
si de litteris [illegible] in vanum.

Sextum autem ad duo debet esse
humilis in audiendo ut scilicet a vilibus
doceri refugiat. Qui cum Salomon
a bonis volunt audire similes
sunt illis qui solum in calicibus au-
reis et argenteis volunt bibere
et solum in saccis purpureis sacra-
menta volunt recipere. Quorum
fames et sitis minuenda est. Hoc
ostendit Crisostomus per duo exempla
super Math. D. sic inquit: De homine
malo bona procedit doctrina sicut
enim de vilibus terra preciosum aurum
producit, numquid quis propter vilem terram
preciosum aurum contempnit? Sed
aurum eligitur et terra relinquitur.
Sic et vos doctrinam accipite et mo-
res relinquite. Item apibus que
necessarie non sunt sed flores her-
barum colligunt et herbas relin-
quunt. Sic et vos flores herbarum
colligite et cursaciones relinquite
ut quasi inutiles herba arcat.
Debet etiam esse humilis in audiendo
ut scilicet ignoranciam suam confiteri
non erubescat. Augustinus: Verum erube-
scendum est homini confiteri se nescire
quod nescit ne dum se scire mentitur
numquam scire mereatur. Item: Non pige-
bit me sicubi dubito querere, nec
pudebit sicubi erro discere. Septimo
in disputando et conferendo man-
suetus ut scilicet veritati cognite non
contradicat sed acquiescat. 2 ad
Timo. 2: Noli verbis
contendere ad nichil enim utile est nisi
ad subversionem audiencium. Augustinus
de doctrina christiana: Melius contendere
est non curare quo ore veritas
dicatur sed quo tua dictio alteri
dictioni proficiat. Idem ibidem.

desciplina disputacionis ad ca-
genda questionum que in litteris
sacris sunt penetranda plurimum
valet tamen ibi cauenda est vincendi
libido et puerilis quedam ostentacio
aduersarium decipiendi // Septimo
in perscrutando maturus iuxta illud
Johannis quinto Scrutamini scripturas
quia vos putatis in ipsis vitam
eternam habere Cauendum est tamen illis
qui scripturas perscrutabilis tussiunt
et earum sinuas penetrare nolunt
quamquam non tussiendo inde non
potest latentem summam scripturarum
capere Jeronimus super ezechielem magnum rerum ipsa
natura cito effici voluit posuit que
publicissimo cuique operi difficulta-
tem nascendi quia hanc legem
fecit ut maiora animalia diuturnis
partum diutius contineant ut refert lucius
quod dicit in libro de animalibus Cum
elephas femina pugnans quotiens cum aliis
magnis duobus annis fetum in vtero
gerit plus studiosius lector labo-
rare debet ad intelligendum quam
ad tussiendum Augustinus in libro
de doctrina christiana dicit Sunt qui
scripturas legunt et negligunt
et intelligant quibus sunt dubia
ostendi sunt qui verba earum te-
nent et tamen earum sensus cordis
oculis vident Sed vtique ille me-
lior est qui et cum vult illas dicat
et sicut oportet intelligit Idem de
vtilitate credendi Dicit se profuerit
laudabiles in regione vna earum
qui iam in veritate inuenerunt
quos eciam beatissimos iudicare
necesse est Alia autem est que studio-
sissime et rectissime inquirunt

Primi sunt in ipsa possessione re-
bus in via qui certissime peruenient
Tercia vero sunt genera hominum prorsus
reprobanda ac detestanda Vnum
est opinancium id est eorum qui se arbi-
trantur scire quod nesciunt Alterum
reliquorum qui senciunt se nescire sed
non ita querunt ut inuenire possint
Tercium vero eorum qui nec scire se exi-
mant nec querere volunt Octauo
in legendo assiduus Jeronimus Ducat
scripture sit in manibus et in mente
iugiter in mente voluatur nec
sufficit putatis mandata dei me-
morie tenere et oblivisci operibus
Idem Diuinas scripturas sepius
lege immo nunquam sacra leccio de tuis
manibus deponatur Idem nescit habere
qui sacras ignorat Tercio requiritur
quedam correpcio illius qui docet
simul et docetur / Primum est librorum
emendacio Augustinus de doctrina cri-
stiana Codicibus emendandis pri-
mitus debet in vigilare solercia
eorum qui scripturas diuinas no-
scere desiderant Secundum est vite per-
feccio requiritur cum bona vita in illo
qui docet Augustinus de doctrina christi-
ana obedienter auditur qui se ipsum
non audit Gregorius in moralibus Cuius
impio docetur quod prius agitur quam
dicatur veram doctrine subtrahit
quibus fiducia quando conscientia impe-
dit linguam // Tercium est bona vita
in illo qui docetur Augustinus Errat
quisquis veritatem se posse co-
gnoscere putat si adhuc nequiter
viuat Idem multas reperimus ne-
gligentissimos iusticie et audi-
tissimos sapiencie quos docet
diuina scriptura peruenire non posse

d hoc quod appetit nisi suadeo
p negligunt viij capitulorum. Fili
inquit concupiscens sapientiam
serva iusticiam et deus prebebit eam
tibi. Secundum est devota oratio unde
ille qui docet orationem premittere
debet. Augustinus de doctrina christiana
rogat eloquentes quantum potest ut eos
sancta et iusta dicit ut intelligenter
libenter et obedienter audiat
et hoc se posse si potuerit et quantum
potuerit pietate magis orationum
quam oratorum facultate non
dubitet ut orando pro se et pro
illis quos allocuturus est sit ora-
tor antequam doctor. Item in eadem
Si regina Hester pro sue gentis tempora-
li salute locutura apud regem
oravit ut in os eius congruum
sermonem daret quanto magis
orare debet ut tale munus accipiat
qui pro eterna hominum salute in verbo
et doctrina laborat. Iste eciam qui
docetur oracionibus simul debet in-
stare. Tercium cum donum dei sit non
debet temptare rapere ipsam a deo
per studij violentiam sed per orationis
vigilantiam. Jacobi 1o Si quis
indiget sapientia postulet a deo
nichil hesitans. Augustinus Orationibus
melius solvuntur dubia quam in-
quisitione alia. Quartum est discre-
tio commoda ut scilicet tam ille qui
docet quam ille qui docetur
plus sententias amat quam verba. Au-
gustinus Bonorum ingeniorum
insignis est indolis in verbis
verum et non verba amare. Ut-
rum ignoscere producta sillaba tercia
aut correpta dicatur non multum
curat qui a peccatis suis deum
petit ut ignoscat. Sed tamen

eo magis inde ostenduntur ho-
mines eo doctiores quo infirmio-
res et eo infirmiores quo doctio-
res videri volunt. Item Quid
prodest clavis aurea si aperire quod vo-
lumus non potest et quid obest lignea
si potest quando nichil querimus nisi pa-
tere quod clausum est. Crisostomus hoc non
auribus legitur sed intellectu non verba
ponderantur sed opera. Quintum est humi-
litas vera que humilitas maxime
consistit in nobis primo ut humilem
modum scripture non contempnat.
Augustinus ad Volusianum. Modus
dicendi quo sacra scriptura contexitur
omnibus est accessibilis quamvis paucis
sit penetrabilis. Item in libro
confessionum. Institui animum intendere in
scripturas sanctas sed visa est mihi
scriptura indigna quam tullianae
dignitati compararem. Tumor enim
meus fugiebat modum eius.
Illa autem erat que cresceret cum parvulis
sed ego dedignabar esse parvulus
et turgidus fastu grandis michi
videbar. Consistit eciam humilitas
in hoc ut sacre scripture auctoritati
et non sui sensui credat. Augustinus
de doctrina christiana. Ante omnia
opus est dei timore ad cognoscendam
eius voluntatem. Deinde mitescere
opus est pietate neque contradicere
divine scripture sive intellecte quasi
nos melius sapere meliusque precipere
possemus sed cogitare potius
et credere illud esse melius et ve-
rius quod in scriptura est etiam si la-
teat quam illud quod per nos ipsos sape-
re possumus. Sextum est sobrietas di-
screta ut scilicet tam ille qui docet
quam ille qui docetur non sit

nimis curiosus circa subtilia et
ea que non sunt utilia Eccli 3o
altiora te ne quesieris et forci-
ora te ne scrutatus fueris Sed que
precepit tibi deus cogita illa semper
et in pluribus operibus eius ne fueris
curiosus proverbiorum 25 Scrutator
maiestatis opprimetur a gloria Seneca
Quid torqueris in illa questione
quam subtilius est contempsisse
quam solvere dicat tibi maiestas ad
geometri antiqui dixerunt quod
ille qui ponit mensuram suam circa
quatuor recipiet confusionem Quando
scilicet vult scire quid est in summo
et quid est in imo quid fuit in
primo et quid fuit erit in ultimo etc

Sermo secundus sequitur
de sancto Augustino etc

Quasi vas auri solidum
ornatum omni lapide pre-
cioso Eccli 50 Beatus Augustinus
fuit vas dei in quantum plenus
fuit sapiencia dei Sed quia scientia
sine caritate non edificat ideo
non tantum fuit vas per sapienciam
Sed eciam aureum per caritatem perfectam
Sed quia sapiencia abscondita
nullius est utilitatis et caritas
non communicata nullius est edifica-
cionis dicente scriptura Eccli 20
Sapiencia abscondita et thezaurus
scilicet caritatis invisus i. non communica-
tus que utilitas in utrisque ideo
fuit vas solidum per solidam et sa-
nam doctrinam nisi hec coniungat-
ur vitam bonam ducere dicto apostoli
23o dicunt enim et non faciunt ideo
eciam illud vas fuit omni lapide
precioso ornatum per vitam virtuosam
per hoc agitur patet quod beatus Augustinus
in verbis propositis a quatuor co-

mendatur primo a plenitudine
sapiencie Cum dicitur Quasi vas
Secundo a proprietate caritatis perfecte
cum dicitur auri Tercio a solidi-
tate doctrine Cum dicitur solidum
Quarto a perfectione operum virtutum
et gracie cum dicitur ornatum omni
lapide precioso Primo igitur commendatur
a plenitudine sapiencie Cum dicitur vas
Sed notandum quod est triplex sapiencia
sicut ipse Augustinus ostendit in libro
de civitate dei scilicet nociva necessaria
et superflua Necessaria est de imped-
entibus ad salutem Superflua de
impertinentibus ad salutem Nociva
est de expedientibus ad salutem
Et hoc ostendit per simile in corpore
Cum enim insufflato utero autem discernit
dicitur dicitur decrescere Et in corpore
est triplex augmentum unum noci-
vum quod tumor vocatur alterum superflu-
um per quod nimium crescit ut sunt
digiti eciam in manibus et in pedi-
bus nascuntur hominibus Tercium neces-
sarium quo naturalis incrementum
impletur in membris Sic et in anima
est sapiencia nociva que
est de impedientibus Et hec videtur
in incremento corporis quod est nocivum
Et sapiencia superflua que est de im-
pertinentibus et hec respondet in
incremento corporis quod est super-
fluum Et sapiencia necessaria
que est de expedientibus et hec
respondet in incremento corporis
quod est necessarium Istud ergo vas
ista triplici sapiencia plenum fuit
Nam ante suam conversionem fuit
plenus sapiencia nociva superflua post
conversionem vero est necessaria Est autem
sapiencia nociva sapiencia carnalis et
mundana que est nociva quia est
mortis dicente Ro 8 Sapiencia car-
nis mors est de qua eciam dicitur

Jacobi 3. Non est ista sapiencia
desursum sed terrena animalis et dyabolica
Est enim terrena quia consistit in
terrenorum cupiditate. Istam habuit
Augustinus unde ait in libro confessionum doce-
bam artem rethoricam et victorio-
sam loquacitatem victus cupiditate
vendebam. Est animalis quia consistit
in carnali ~~cupiditate~~ voluptate.
Hanc eciam habuit unde ait ibidem recor-
dari volo transactas ~~cupiditates~~ fedi-
tates meas non quod eas amem sed
ut amem te deus meus. Exalabant
nebule de limosa concupiscencia car-
nis et scatebra pubertatis et ob-
nubilabant cor ~~tuum~~ meum ut non
discerneretur serenitas dileccionis a cali-
gine libidinis. Est dyabolica
quia consistit in superbia et ven-
tosa ambicione. Hanc similiter
habuit unde ait ibidem libros
docebam eloquencie in qua emi-
nere cupiebam fine dampnabili
et ventoso per gaudia vanitatis
humane. // Secundo habuit superbiam
superfluam que est sapiencia secularis
et philosophica que plus est amicabilis
quam utilis plus habet de vani-
tate quam de veritate magis est
curiosa quam fructuosa de qua dicit
apostolus Ro. 1º loquens de philosophis
dicentes se esse sapientes stul-
ti facti sunt. Item 1 Cor. 1º Nonne
stultam fecit deus sapienciam huius
mundi. Ista vocatur sapiencia dicitur super-
flua quia sine illa potest esse salus.
Unde Augustinus loquens in libro confessionum
de huiusmodi scienciis sic ait infe-
lix ille homo qui scit omnia
hec te autem nescit beatus autem qui te
scit eciam si illa nesciat. Qui vero
te et illa novit non propter illa beatior
sed propter te solum beatus. Istam scienciam

superfluam et philosophicam habuit beatus
Augustinus unde ipse ait in libro confessionum
omnes libros artium quas liberales
vocant tunc nequissimus cupiditatum
malarum servus per me ipsum legi et
intellexi. Idem in eodem Quicquid de
arte loquendi et disserendi quicquid
de dimensionibus figurarum et de nu-
meris et de musicis sine magna dif-
ficultate nullo homine tradente in-
tellexi. Ideo de eo potest exponi quod dicitur
Proverbiorum 9 Sapiencia edificavit sibi
domum et excidit in ea colump-
nas septem id est septem artes libe-
rales excidit. Hee dicuntur columpne
quia sicut columpne materiales sub-
sternuntur et substinent edificio ma-
teriali sic artes liberales tanquam
ancille sic obsecuntur et obsequi
debent sapiencie divine et spirituali
et sicut columpne sunt inutiles
nisi in edificio ponantur sic artes
liberales sunt nisi in structura divine
sapiencie applicantur. // Tercio habuit
sapienciam necessariam scilicet sapienciam
divinam et hanc post suam conversionem
et hec necessaria est quia sicut
Proverbiorum 18 ubi non est sciencia anime
ibi non est bonum quia ut ipse
alibi dicit vas es sed plenus es
funde quod habes ut recipias quod non
habes funde amorem seculi ut
implearis amore dei. Ideo istud
vas prius fuit evacuatum a bona
sapiencia nociva et superflua. Tercia
nociva omni abhorruit et superflua
contempsit et post modum fuit
repletum necessaria id est divina quia ipsam
tanto desiderio concupivit ut posset
dicere deo illud 3 Regum 4 Dedit
deus sapienciam Salomoni et

prudenciam multam nimis et
latitudinem cordis quasi arena
que est in littore maris. Iste enim
habuit sapienciam de diuinis
et prudenciam de humanis et hanc
habuit et multam plurimam et
nimiam. Multa quidem quia habuit
sapienciam sufficientem quia nichil
ei defuit quoad ad diuinam sapienciam
pertinet uel pertinere uoluisset legi dei
de quo est quicquid augustinus contigit
ignorare. Plurimam quia habuit
sapienciam excellentem. Nam omnes
alios doctores in sapiencia diuina
precellit. Nam alii doctores comparantur
stellis Dan. 12 Qui ad iusticiam
erudiunt multos quasi stelle in
perpetuas eternitates. Hic autem potest
comparari soli Eccl. 50 Quasi sol re-
fulgens sic ille refulsit in templo
dei. Nimiam quia habuit sapienciam
superaffluentem quia totum mundum
sua sapiencia impleuit. Unde
legitur quod cum beatus Bernhardus
maturinus interesset et quendam
tractatum augustini legeret per-
dormiens uidit quendam iu-
uenem de cuius ore tam imme-
sus fluuius exiebat quod totam eccle-
siam irrigabat. Cui dubium
non fuit illum fuisse augustinum.
Fuit etiam impletus sicut arena
que est in littore maris quia habuit
sapienciam inestimabilem. Sicut
enim arena est innumerabilis ita
libri augustini innumerabiles fuerunt
plura enim scripsit quam aliquis
doctor secularis uel ecclesiasticus.
Unde dicit Ieronimus libros Ieronimi
sex milia uolumina origenes se
legisse fatetur. Iste tamen tanta
scripsit quod nullus possit eius libros

diebus ac noctibus scribere se-
nec legere. Unde quidam de eo
ait Mentitur qui te totum legisse
fatetur. Habuit etiam latitudinem
cordis quia habuit intellectum celarum
et nobilissimum ingenium. Unde
ipse ait in libro confessionum Scis tu
domine deus meus quia celeritas
intelligendi et discendi acumen
donum tuum est sed non inde sa-
crificabam tibi. Item Prosper in libro
de uita contemplatiua dicit sanctus
Augustinus episcopus fuit acer ingenio
suauis eloquio secularis literature
peritus in ecclesiasticis laboribus
operosus. Item Ieronimus ad au-
gustinum Nequeo reuerentia tua
parumper pacari me laudare
tuum ingenium. Secundo commendatur
a prosperitate claritatis perfecte
in eo quod dicitur vas fuisse aureum.
Sicut enim aurum precellit omnia
metalla sic et caritas precellit
omnia dei dona. Que quidem ca-
ritas fuit in beato augustino
in gradu perfecto. Distinguit
enim beatus Bernhardus quatuor gradus
dilectionis. Primus est quo quis
diligit se propter se. Secundus quo
quis diligit deum propter se hominem.
Tercius quo quis diligit deum
propter suam sciencium acceptam boni-
tatem. Quartus quo quis se et
deum diligit solum modo. Quintus
quo quis diuino amore exarimus
nescit se ipsum. Primus igitur
gradus est quo quis diligit
se propter se et ista dilectio est
naturalis homo enim naturaliter
diligit suam utilitatem et
sua conseruacionem. Ephe. 5 Nemo
unquam carnem suam habuit
odio sed nutrit et fouet eam

Secundus gradus est quo quis dili-
git deum propter se hominem. Unde
cum homo in se ipso per se ipso stare
non potest, ideo necesse habet deum
adiutorem querere et amare
et non nisi propter se ipsum et propter
utilitatem. De qua dilectione
dicitur in psalmo: Diligam te domine
virtus mea, dominus firmamentum
meum et refugium meum et libe-
rator meus. Tertius gradus est
quo quis diligit deum eo eo
quod quis ceptus est sapere
eius bonitatem. Unde cum ingru-
entibus crebris necessitatibus et
angustiis crebro invocatur et audit
et liberat et suam bonitatem ostendit
ex huiusmodi frequenti experientia
quasi cogitur homo ipsum propter suam
diligere bonitatem. De ista dilectione
dicitur in psalmo: Diligam te domine
quoniam suscepisti me nec delectasti
inimicos meos super me. Quartus
gradus est qui diligit se et deum
tantum propter deum vitam suam tali
diligens in ipsum et in desiderio
hominis corpus et animam tradere
propter ipsum. Talis erat apostolus qui
dicebat ad Philippenses 1°: Vivo ego iam
non ego, vivit vero in me christus.
Item: Michi vivere christus est et
mori lucrum. Quintus gradus quo
quis amore dei ebrius iam
negligit se ipsum et pre nimia amoris
ebrietate quodam modo insanire
videtur. Vis audire inquit Bernardus
amoris insaniam: aut dimittens
eis hoc peccatum, aut Moyses, aut
dele me de libro in quo me scrip-
sisti. Vis audire et aliam: Optabam
inquit apostolus anathema esse a
christo pro fratribus meis. Recte inquit

quodam sana mentis bona af-
fectione videtur tibi esse insania
anathema esse velle a christo cum
in prologo sit affectum habere in effectu
anathema esse a christo. Istam ebrie-
tatem amoris habebat beatus Augustinus
qui dicebat in libro confessionum: Intromittis
me domine aliquando in affectum multum
inusitatum recessio ad quandam dulce-
dinem que si perficiatur in me nescio
quid erit quod vita non est ista [illegible].
Item: Quis michi det domine ut venias
in cor meum ut inebries illud
ut obliviscar mala mea et unum
bonum meum amplectar te. Tertio com-
mendatur a soliditate doctrine. Cum
dicitur solidum. Unde cum doctrina
sana et solida propter quatuor conditiones
quas habet. Habet enim purissimam
veritatem. Ideo assimilatur simile auro.
Gregorius in epistola ad episcopum Affrice:
aut beati Augustini comparatione nostra opu-
scula legite et ad comparationem illius
similaginis nostrum furfurem non que-
ratis. Capitulo 3 primi et purissime
fuerunt eius sermones, namque eius
sunt primi id est precipui inter omnes
doctores et sunt puri quia nullam
habent falsitatem et sunt puri-
ores quia nullam habent dubietatem
et sunt purissimi quia omnem
continent veritatem. Ideo Ieronimus
scribens quod in libris eius nulla est
falsitas, nulla dubietas, omnimoda
veritas. Dicit ad eum [illegible] aut
ut quicquid de libris beatitudinis
tue attingere audeam. Cassiodorus
in prologo super psalterium: Est enim
Augustinus beatus cum magister egregius
et quod in veritate rarum est tanti-
ssimus disputator. Secuturi [illegible]

tanquam fons purissimus nulla fe-
dutate pollutus sed et in initio te
fidei perseverans nos ... hereticus
dare unde se possint aliqua
colluctatione defendere totus ca-
tholicus totus orthodoxus invenitur
Et in ecclesia domini splendidissimo
nitore resplendens superni
luminis claritate radiatus. Se-
cundo doctrina habet altissimam
profunditatem. Et ideo comparatur aquile.
Jeronimus. Augustinus episcopus volans
per montium cacumina quasi aquila
et ea que sunt in montium radi-
cibus considerans multa celorum
spatia terrarum que situs et aquarum
circulum claro sermone pronunciat.
Job 28 profunda quoque fluviorum
scrutatus est et abscondita pro-
duxit in lucem. Fluvius enim sacre
scripture et habet superficiem scilicet
sensum literalem et habet profundum
scilicet sensum misticum et spiritualem.
Iste autem doctor non tantum scrutatus
est scripture superficiem sed et
medium et profundum. Tertio habet
firmissimam soliditatem. Et ideo
comparatur malleo [illegible]
hic est validissimus malleus he-
reticorum. Sicut enim malleus ictibus
suis ad incudem firmat et ferrum
domat et melodiam generat
Sic Augustinus sermonibus suis ecclesiam
confirmat unde dicitur in Ecclesiastico 50
qui in vita sua suffulsit domum et
in diebus suis corroboravit templum.
hereticos domuit et fugavit
precipue manicheos rebaptisatos
[illegible] donatistas cata-
frigas et alias plures sectas.
Unde dicitur in Ecclesiastico: curavit
gentem suam et liberavit eam

a perditione. Prosper in libro de
vita contemplativa. Sanctus Augustinus
fuit in cotidianis disputationibus
clarus in omni actione sua compo-
situs in questionibus solidus
acutus in convincendis hereticis
circumspectus in expositione fidei
nostre catholice in explanandis
scripturis canonicis cautus. Dei
laudem cantavit. Ecclesia catholica
laudat deum qui sibi concessit
doctorem egregium. Magnus
dominus et laudabilis nimis
valde qui de tenebris gentium
lumine ecclesie sue vocavit Augustinum.
Quarto habet dulcissimam suavitatem. Et ideo comparatur cibo de-
licioso. Jeronimus in epistola ad
affricanos presbyteros: Si delicioso cupitis
pabulo saginari beati
Augustini opuscula legite. Et
vocat Jeronimus doctrinam Augustini
pabulum deliciosum et saginatum
pabulum quia pascit et satiat.
Primus purgavit eos in interiora
sui cordis. Ipse enim et purgavit co-
ra inordinatas affectiones
scilicet gaudium et dolorem spem
et timorem et tunc dicuntur
politice. Sed aufferunt illas
animo et tunc dicuntur purgato-
rie aufferunt memoriam illarum
et non tantum illas et tunc dicuntur
virtutes purgati animi. Tertio
talem faciunt ut nephas sit
in illo nominare inordinatas
affectiones et tunc dicuntur
exemplares et sic sunt in
deo. Primo igitur virtutes ipsas ino-
rdinatas affectiones reprimunt
Secundo aufferunt. Tertio nesciunt

in quartis nephas est eciam affectiones umquam cogitare preterea quatuor virtutes beatus augustinus habuit que dicuntur virtutes purgati animi quia tales affectiones inordinatas eciam in memoria non habebat aut si habebat tamen horrore et aversione habebat unde sicut legitur in libro soliloquiorum Cum racio ipsum interrogasset Nonne te delectat uxor casta pulchra pudica morigerata et dives Respondit augustinus Quantumque velis eam depingere atque cumulare bonis omnibus nichil michi tam fugiendum quam concubitum decrevi Cui racio Non quero quid decreveris sed utrum adhuc alliceris Et respondit augustinus Prorsus namque nichil nunquam quero nichil desidero eciam cum horrore et aspernatione talia recordare etc.

Sequitur sermo tercius de sancto augustino seq.

Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis lucet et quasi sol refulgens sic iste effulsit in templo dei Ecce Inter ceteras stellas et planetas isti tres planete scilicet stella matutina luna et sol sunt maioris luminis et maioris effectus et amplius ornant celum et copiosius terram fecundant Sic beatus augustinus inter ceteros doctores fuit maioris sapientie et scientie et ecclesiam magis ornavit et fecundavit suis predicationibus et doctrinis Eius autem status triplex potest considerari Primo qualis fuit ante conversionem Secundo qualis in sua conversione Tercio qualis post conversionem Status beati augustini ante conversionem assimilatur stelle matutine in medio nebule posite Et in istis tribus verbis notatur eius triplex status predictus Nam post terram sunt plures in stellis non cadit error nec corruptio nec occasus Sic in beato augustino post suam conversionem nullus credit aliquis error circa credenda quia fuit summe catholicus nec aliqua corruptio circa diligenda quia fuit valde purus nec aliquis casus circa operanda quia fuit in bonis operibus valde continuus In ipsa autem sui conversione fuit stella matutina quia ab ipso recessit omnis obscuritas ignorantie et advenit lux sapientie et scientie divine Ante autem suam conversionem fuerat stella matutina sub nebula posita Ista autem stella fuerat supposita quadruplici nebula scilicet nebula erroris et falsitatis pravitatis vanitatis terrene cupiditatis et carnalis voluptatis Erat enim totus nebula infidelitatis quia in sectam manicheorum incidit in qua novem annis involutus permansit Ad has eciam nugas predictus est ut ipse in libro confessionum testatur ut crederet ficum plorare cum decerpitur et matrem arborem lacrimis lacteis flentem Job 26 Qui tenet vultum solii sui et expandit super eum nebulam suam Augustinus futurus erat vultus dei et solium dei quia deus in ipso cognoscebatur per sapientiam et quiescebat per graciam Sed tamen super illud solium deus permisit expandi solidam nebulam infidelitatis et ignorantie ut iste vultus et solium tanto esset maioris claritatis quanto omnis nebula

26

fugaretur errores. Fuit tertio nebula
phylosophice vanitatis unde cum mater
quendam episcopum rogaret ut cum
eo dignaretur colloqui recusavit
eo quod adhuc inflatus esset vanitate
seu novitate illius erroris. Unde
ipse etiam dicit in libro confessionum:
institui animum intendere in scripturas
sanctas. Sed visa est michi sancta
scriptura indigna quam tullianae
dignitati compararem. Tumor enim
meus refugiebat modum eius, illa
autem erat que cresceret cum parvulis.
Sed ego dedignabar esse parvu-
lus et turgidus fastu michi vide-
bar. De ipso etiam cantat ecclesia:
tumentis inani philosophia volebat hu-
mana ratione comprehendere quod pura
mentis sinceritate fidei nititur
apprehendere. Et quamvis autem philosophie deditus
esset, tamen verba philosophorum sibi non adeo
sapiebant, ex eo quod nomen Christi
ibi non inveniebat. Unde sicut
ipse refert, cum pervenisset in
quendam librum Ciceronis qui ex-
hortationem continet philosophie, immutavit
eius affectum. Sed quia nomen Christi,
quod tunc ipse lacte matris imbiberat,
ibi non inveniebat, illa lectio non
adeo sibi grata erat. Istam nebu-
lam sol vere sapientie in eum veniens
penitus effugavit et suo lumine
illustravit et suo calore accendit
ut illud quod dixerunt impii non
inpie ad literam in eo posset re-
ferri. Sapientie 2: Transiet vita nostra
tamquam vestigium
nubis et sicut nebula dissolvetur
que fugata est a radiis solis
et a calore illius aggravata. Fuit
etiam tertio nebula terrene cupiditatis.
Nam etiam de Carthagine Romam

et Roma Mediolanum perrexit ut
rethoricam venderet et sue cupidi-
tati satisfaceret. Unde ait ipse in libro
confessionum: Docebam artem rethoricam
et victoriosam loquacitatem victus
cupiditate vendebam. Et ista nebula
dicitur in psalmo: Nebulam sicut cinerem
spargit. Cinis sicut nebula spargitur
tendo affectus animi terrenis cupidi-
tatibus conteritur. Cinis in terram pro-
icitur, terram impinguat quia avarus
post mortem cinis efficitur, putrescit
et vermes saciat. Fuit etiam tertio
nebula carnalis voluptatis. Unde
ipse dicit in libro confessionum: Exalabant
nebule de limosa concupiscentia
carnis et scatebra pubertatis et
obnubilabant cor meum ut non
discerneretur serenitas dilectionis a cali-
gine libidinis. Istas autem nebulas
deus ab ipso fugavit ut posset dici
de eo illud Ecclesiastici 43: Evolaverunt
nebule sicut aves. Cum aves sepius
de caveis fugiunt et alto vo-
lant et numquam ad caveis revertuntur,
sic et tales nebule a beato Augustino
subito evolaverunt et ad ipsum
ulterius non redierunt. Potuit igitur
Christus sibi dicere illud Ysaie 44:
Delevi ut nubem iniquitates tuas
et tamquam nebulam peccata tua. 2o
consideratur eius status qui fuit in con-
versione, et quantum ad hoc assimilatur
lune plene. Ipse enim deo plene
conversus est. Est enim conversus cum
plena contritione veram sicut ipse
refert in libro confessionum: Sub quadam
fici arbore stravit se et dimisit
habenas lacrimarum et proruperunt
flumina oculorum eius acceptabile
deo sacrificium et iactabat voces
miserabiles et plorabat amarissime

contricione cordis sui. Ideo potest
dici sibi quod dicitur Jeremie 6 Luctum
unigeniti fac tibi planctum ama-
rum. Et Michee primo Faciam plan-
ctum quasi seu velud draconum
et luctum quasi struccionum. Dracones
sicut dicit Glosa viventes ab elepha-
te pereunt. Strucio autem immemor
in arena reliquid que postmodum
a bestiis conculcata plangit. Pla-
gebat igitur beatus Augustinus 3 quadru-
plicem nebulam superius dictam
qua fuerat obvolutus. Faciebat
enim planctum unigeniti: ideo quod
Christum qui est unigenitus patris
amiserat per amorem et infide-
litatem. Habebat planctum amarum
quia senciebat fuerat carnalem
concupiscenciam et voluptatem.
Faciebat planctum quasi draconum
quia ab elephante id est demone de-
ceptus fuerat per presumptam vanitatem.
Faciebat luctum velud struccionum
quia affectus suos posuerat in pul-
vere per terrenorum seu terrenam cupi-
ditatem. // Secundo fuit confusus cum
plena confessione. Accusabat enim
se humiliter de ipsa eternis feditate
quam tamen dulcedo divina fugavit
et prava desideria divisim in u-
num collegit. Unde ipse dicit in libro
confessionum Recordari nolo transac-
tas feditates meas non quod eas
amem sed ut amem te deus
meus. Et sequitur amore tui fa-
cio istud recolens vias meas ne-
quissimas in amaritudine reco-
gitacionis mee ut tu dulcescas
michi dulcedo non fallax dulce-
do felix et secura et colligens a
dispersione in qua frustratim di-
scissus sum dum ab uno te

aversus in multa evanui. Et
non solum de hoc sed eciam se accu-
sabat de minimis que a sua pue-
ricia fecerat sicut de hoc quod ad
palam ludebat cum ad scolas
ire debebat et quod nolebat legere
nisi vi a magistro vel parentibus
cogeretur. Et quod fabulas poetarum
nimis libenter legebat. Et Dydo-
nem ex amore mortuam flebat.
Et quod de cellario parentum aliqua fu-
rabatur ut pueris secum luden-
tibus daret. Et quod in ludo pu-
erorum fraudulentas victorias
querebat. Et quod de quadam arbore
pira iuxta vicinam vinee sue furatus
fuit non necessitate cum in vinea
sua magnam copiam haberet sed
peccandi cupiditate. Tercio confessus
est cum plena satisfactione. Quoniam
cum tres partes satisfactionis scilicet
ieiunia oraciones et elemosinas
non tantum temporales sed maxime spiritua-
les que consistunt in docendo indoc-
tos de quibus tribus dicitur de eo post
mortem matris reversus est transiit
ad agros proprios ubi cum amicis
ieiuniis et oracionibus vacans scri-
bebat libros et docebat indoc-
tos. Et sic per oraciones ordinabatur
quo ad deum per ieiunia quo ad
seipsum per elemosinas quo
ad proximum de hiis tribus dicitur
Tito 2 Sobrie et pie et iuste
vivamus in hoc seculo. Causa
autem sue occasio cuius tam ple-
ne conversionis plura fuerunt scilicet
flagella exempla doctrina et
sollicitudo matris. Flagella quidem
fuit occasio sue conversionis
eterna sicut dicitur Job 8 ipse

volverat sed in corpore et medetur sed in mente percutit flagellando et manus eius sanabunt curam apponendo. Fuit autem flagellatus quatuor modis sicut in libro confessionum recitatur. Primo dolore stomachi dum adhuc iuvenis esset et iam eius mors timeretur mater voluit ut baptizaretur sed pater recusavit quasi adhuc necesse esset ut sordidaretur si viveret quia maius periculum esset si post baptismum peccaret. Fuit etiam flagellatus dum Romam iuisset ubi incurrit egritudinem validam et ibat iam ad inferos portans omnia mala que commiserat et hoc mater nesciebat quia si hoc vulnus sensisset cor matris nunquam sanaretur. Fuit etiam flagellatus in primordio sue conversionis tam vehementi dolore dentium quod etiam loquelam amisit unde in tabulis cereis scripsit ut pro eo dominum deum exorarent. Ipse igitur cum aliis genua flexit in terram et subito se sanatum sensit. Fuit etiam flagellatus in quodam amico suo cuius morte cor Augustini a deo turbatum fuit quod quicquid aspiciebat mors illi erat et se semimortuum reputabat unde ipse ait in libro confessionum: Bene dixit quidam de amico suo dimidium anime mee. Nam et ego sensi animam meam et animam ipsius unam fuisse in duobus corporibus. Et ideo horrori erat michi vita quia nolebam dimidius vivere. Secundo occasio sue conversionis fuerunt exempla scilicet exemplum Ambrosii Simpliciani Victorini et Anthonii

et aliorum sanctorum defunctorum. Primo quidem exemplum Ambrosii traxit eum ad conversionem videns eum cum tanta sanctitate et sapientia pollere cum die dominica eius predicationem audiebat quem Ambrosius paterne suscipiebat et clementer tractabat unde incepit eum Augustinus amare et delectabatur suavitate sermonis eius. Unum etiam mater eius diligebat Ambrosium sicut angelum quia sciebat filium suum per ipsum ad fidem catholicam reducendum. Exemplum Simpliciani traxit ipsum ad sancte vite electionem. Nam cum audisset quod a iuventute sua deo devotissime vixisset ad ipsum perrexit ut conferret ei conferenti secum estus suos quibus esset aptus modus vivendi sicut affectaverat ipse in via dei ad ambulandum. Videbat enim plenam ecclesiam in qua alius sic alius sic ibat. Unde Simplicianus eum salubrem viam edocuit. Exemplum Victorini ipsum traxit ad imitationem. Nam cum Simplicianus Augustino narrasset quomodo Victorinus pluribus Rome in foro statuam meruisset et quod ad fidem Christi venisset et quod in ecclesia in altum ascendens mirante Roma gaudente ecclesia symbolum fidei pronunciasset exarsit Augustinus ad imitandum eum et cepit graviter suspirare. Exemplum Anthonii ipsum traxit ad celestium desideriorum aviditatem sicut ipse in libro confessionum refert. Cum Ponticianus miles de Affrica venisset et de vita et de miraculis Anthonii Augustino narrasset Augustinus ingemiscebat

et dolore horribili consumebatur
et vultu turbatus exclamavit
ad ipsum quid patimur quid audimus
surgunt indocti et celum rapiunt
et nos cum doctrinis nostris in infer-
num demergimur pluresque alloque-
bantur animum eius secretis donec acri
dolor magis vocibus quam verba
que promebat. Exempla sanctorum
iam defunctorum ipsum ducebat ad
ardentem caritatem unde ipse
dicit in libro confessionum Exempla
servorum suorum quos de nigris
lucidos de mortuis vivos fecerat
in sinum cogitationis mee urebant
et accendebant me valde seu va-
lide. ¶ Tertia occasio sue conversionis
et sui fervoris fuit doctrina scilicet doc-
trina Tulii Ambrosii et ~~doct~~
Pauli. Cum enim sicut ipse refert
in libro confessionum esset annorum decem
et novem et quendam librum
Tulii qui ortensius dicebatur legi-
sset affectum eius immutavit et
repente ei omnis vana spes vi-
luit et immortalitatem sapientie
concupivit et ut ad deum rediret
surgere cepit. Doctrina etiam
Ambrosii ipsum duxit ad fidei
veritatem. Erat enim valde sus-
pensus ne Ambrosius in suis
predicationibus contra sectam aliquid
manicheorum vel ~~[illegible]~~ pro ipsa
diceret. Unde cum quadam die contra
ipsam sectam eminentius disputaret
ipsamque apertis rationibus confutaret
error ille a corde Augustini
penitus est ablatus et ab ipso
cum multa leticia est baptisatus.
Doctrina etiam beati Pauli omnes
dubietates ipsius fugavit. Nam
sicut ipse refert in libro confessionum
arripuit codicem apostolicum
et capitulum quod primo coniecti
sunt oculi eius legit ubi scrip-
tum erat non in comessationibus
et ebrietatibus non in cubilibus
et impudicitiis non in contentione
et emulatione sed induimini
dominum Ihesum Christum. Statimque quasi
luce securitatis infusa a corde
eius omnes dubietatis tenebre
diffugerunt. Itaque dicitur ibidem
avidissime arripuit venerabilem
stilum spiritus sancti apostolum Paulum
et perierunt ille questiones
in quibus aliquando visus est adver-
sari testimoniis legis et prophetarum
textus sermonis eius. Apparuit ei
una facies eloquiorum castorum
et exultare cum tremore didicit.
¶ Quarta occasio sue conversionis
fuit sollicitudo matris. Que sicut
ipsum conceperat carne mundo ita
per modum caritatis visceribus
multo lacrimarum semine generavit
Christo. Hec sicut ipse refert in libro
confessionum amplius flebant pro eo
quam solent flere matres corporea
funera. Unde cum importune
quendam episcopum rogaret ut cum
filio suo conferret et instanter
fleret ille tedio affectus dixit
Vade hinc fieri non potest ut istarum
lacrimarum filius pereat. Quod
ita illa accepit acsi de celo so-
nuisset. Unde de ipsius conversione
certificata est et promissum episcopi re-
sponsionem et per divinam revelationem.
Vidit enim se stantem in quadam
regula lignea licet tristem et quendam
iuvenem splendidum sibi ar-
ridentem et tam tristitie interrogantem

f

Cui cum diceret pro dictorum augustini filii mei ploro illa commonuit ut attenderet et videret ubi ipse esset et filius suus. Quod illa attendit et vidit illum iuxta se in eadem regula stantem. Quo autem visu filio retulisset et ipse eam ubi ipse futurus esset asseret. Illa sine aliqua hesitatione dixit. Non non michi dictum est ubi est filius tuus ibi eris et tu sed ubi tu ibi et ille etc.

Sermo quartus de sancto Augustino sequitur.

Quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei etc. Eccl. 50. In superiori sermone ostensum est qualis fuit status sancti Augustini ante conversionem et in conversione. Nunc videndum est qualis fuit eius status post conversionem. Et quia status soli refulgenti comparatur. Post conversionem autem fuit in multiplici statu scilicet in statu laycali clericali et pontificali in statu in morte et in statu post mortem. Et in quolibet istorum statuum tamquam sol refulsit. Nam in statu laycali refulsit quia tunc incepit a fervente dilectione unde ipse ait in libro confessionum Sagittaveras tu cor meum caritate tua et gestabam verba tua transfixa in visceribus meis. Et ibidem Ascendam a convalle ploracionis et cantanti canticum graduum dederas sagittas acutas et carbones vastatores. Incepit a dulci devotione unde ipse ait ibidem Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilii tui super salute generis humani. Quantum flevi in ymnis et canticis suave sonantis ecclesie intuerebant lacrime et bene michi erat cum eis. Incepit ab omni consensu in deum perfecta conversione sicut enim omnibus sensibus ante prius in amore mundi positus erat sic ipsos totaliter in amorem dei post modum convertebat unde ipse ait in libro confessionum Sero te amavi pulchritudo tam antiqua et tam nova sero te amavi intus eras et ego foris et ibi te querebam et in ista formosa que fecisti deformis irruebam mecum eras et ego tecum non eram vocasti et clamasti et rupisti surditatem meam coruscasti et splenduisti et fugasti cecitatem meam fragrasti et duxi spiritum et anhelo tibi gustavi et esurio et sitio te tetigisti me et exarsi in pacem tuam. Incepit et perfectus consummatione quia cotidie in die dei amore proficiebat et crescebat. Nam sicut ipse refert in libro confessionum invenit se longe esse a deo in regione dissimilitudinis tamquam audiret vocem dei de excelso. Cibus sum grandium cresce et manducabis me nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue sed tu mutaberis in me. Incepit ab omnimoda perfectione quia et divitias contempsit et honores respuit delectationes et voluptates abhorruit sicut ipse ostendit in libro Soliloquiorum. Cum enim quasi statim post baptismum composuit ubi ratio ipsum interrogat dicens

26

divitias nullas cupis Et respondit
Augustinus Et quidem nec nunc primum
nam cum triginta annos agam
quattuordecim fere anni sunt
ex quo ista cupere desivi nec aliquid
in hiis preter necessarium victum cogi-
tavi porro unus Ciceronis liber
michi facile persuasit nullo modo
appetendas esse divitias / Quod
autem honores respuit in eodem
libro testatur ubi ratio interrogat
dicens Quid honores Et respon-
det Augustinus Fateor quod eos pene
hiis diebus cupere desivi volup-
tates quoque et delicias abhorruit
et contra ad concubitum ratio eum
interrogat in eodem libro dicens
Quid uxor nonne te delectat
pulchra pudica morigerata pro-
prium si certus sis nichil ex ea te
molestie esse passurum Et respondet
Augustinus Quantumlibet velis eam
depingere atque cumulare bonis omnibus
nichil michi tam fugiendum
quam concubitum decrevi Cui ratio
non quero quid decreveris sed utrum
adhuc alliciat Et respondet
Augustinus Penitus nichil in hunc
quo nichil desidero etiam cum
honore et aspernatione talia re-
cordor Contra ad gustum interrogat
eum ratio dicens Quid de cibis
Et respondet Augustinus Quoniam cibo et potu
sive de balneis ceteraque corporis
voluptate nichil interroges tantum
habeo quantum in valitudinem opem con-
ferri potest Incepit a bono opus
conversatione sua Cum enim venit
in affricam conversabatur se circa corporis
macerationem et circa indoctorum eru-
ditionem unde legitur de eo Quod

post mortem matris reversus ad a-
gros proprios ubi ieiuniis et orationibus
vacans scribebat libros et docebat
indoctos Secundus eius status post
conversionem fuit status clericalis Nam
cum Valerius yponensis episcopus ad
plebem convocasset ut eis de aliquo
presbitero provideret et beatus Augustinus
tunc in populo securus astaret ignotus
quid futurum contingeret omnes eius fa-
mam scientes ipsum ordinandum episcopo
obtulerunt In isto autem statu clericali
Augustinus refulsit ostendens suam
humilitatem sanctitatem et doctrine ve-
ritatem Tante enim humilitatis
fuit quod indignum se reputabat in
presbiterum ordinari Et ideo tunc
uberrime lacrimas fudit Quod
autem eius lacrimas superbie imputati
sunt suspicantes quod ideo fleret
quia ordo presbiteratus esset infi-
mus locus Et ideo ipsum consolabantur
dicentes Quod locus presbiteri licet
ipse dignus esset appropinquaret
tamen episcopatui Ostendit etiam suam
sanctitatem quia mox monasterium
clericorum instituit Et cepit cum
eis vivere secundum regulam sub sanctis
apostolis constitutam ubi nullus a-
liquid proprium habebat sed omnes
in communi vivebant / Ostendit etiam
sue doctrine veritatem quia verbum
dei ubicumque predicabat et hereticos
convincebat dicitur i Thymo. 2. Qui
bene presunt presbiteri duplici ho-
nore digni sunt seu habentur
De isto autem potest dici quod triplici ho-
nore habetur Quia laboravit non
solum in verbo et doctrina secundum humili-
tatem verum et sanctitate et humilitate
perfecta Tales enim a domino hono-
rantur scilicet humiles Luce 14 Qui se

humiliat exaltabitur. Secundo sancti pauperes
Matth. 19 Vos qui reliquistis omnia
et secuti estis me sedebitis super
sedes duodecim etc. Et sancti
predicatores Dan. 12 Qui ad iusti-
ciam erudiunt multos fulgebunt
quasi stelle in perpetuas eternitates.
Isto triplici honore sanctus Augustinus
dignus fuit, tamen in futuro fuit
ut humilis honoratus est adeo
usque ad angelicam societatem
nec enim humiles et parvuli ange-
lorum sunt socii iuxta illud Matth.
18 Angeli eorum semper in celis vi-
dent faciem patris mei qui in
celis est. Secundo quia monasterium instituit
et paupertatem elegit meruit
honorari usque ad ~~adiu~~ adiu-
dicariam potestatem Job 30 Iudi-
cium pauperibus tribuit. Quia predi-
cator egregius fuit meruit hono-
rari usque ad divinam familiari-
tatem Ieremie 17 Si separaveris precio-
sum a vili id est animam a peccato per
tuam predicationem et exhortacionem
quasi os meum eris id est michi
in familiaritatem coniunctus. Tercius
eius status post conversionem fuit
status pontificalis in quo quidem
non tantum fulsit doctrina scilicet predi-
cando et libros continue conficiendo
sed etiam in vita multam
sanctitatem et honestatem ostendendo,
habuit enim socios in quibus alii
episcopi nullum defectum invenerunt.
Primo enim removit a se omnem
suspectam familiam unde legitur
de eo feminam nullam unquam
nec etiam germanam sororem aut
filias sui fratris que deo pariter
serviebant secum habitare permisit

unde dicit Greg. De eo legitur
quod beatus Augustinus nec cum sorore
habitare consensit dicens que cum sorore
mea sunt sorores mee non sunt.
Prelati enim non debent habere suspec-
tam familiam sed honestam 1
Thim. 3 Oportet episcopum irreprehensibilem
esse et in sancta sue domui bene
prepositum filios id est famulos habentem
subditos cum omni castitate. Si quis
autem domui sue preesse nescit quomodo
ecclesie dei diligentiam habebit.
Secundo removit a se omnem ambitionem
et pompam tam in vestimentis
quam in vasis. Primam sicut legitur
de eo vestimenta eius et calcia-
menta et alia ornamenta nec
nitida nimium nec abiecta plurimum
sed ex moderato et competenti
habitu erant. Ipse enim de se di-
xisse legitur fateor quod de preciosa
erubesco et ideo cum michi datur
vendo eam ut quia vestis non potest
esse communis precium possit. Que vasa eius
argentea vel aurea habere noluit
coclearibus argenteis tantum contentus
cetera autem vasa testea vel lignea
vel marmorea erant non necessitatis
inopia sed proposito voluntatis.
Sed et multis prelatis potest dici illud
Ierem. 2 Non est finis divitiarum
ex omnibus vasis desiderabilibus. Tercio
removit a se omnem cupiditatem
et avariciam villam enim agrum
numquam emere voluit ullas etiam
hereditates sibi dimissas recepit
et eas amicis propinquis dari fa-
ciebat fabricarum etiam novarum
numquam studium habuit devitans
in hiis implicacionem sui animi quem
semper habere liberum voluit. Sed

de multis prelatis dici potest illud
ysaie v Ve qui coniungitis domum
domui et agrum agro copulatis
usque ad terminum loci numquid habitabi-
tis vos soli in terra // Secundo ha-
buit ad pauperes magnam liber-
talitatem veram sicut de eo legitur
pauperum semper erat memor eis
que de cibis que habebat portat libe-
raliter exhibebat veram et de va-
sis domus propter captivos indi-
gentes iubebat frangi et con-
flagrari et inopibus dispensari. Cum
vero pecunia sibi deficiebat hoc
ipsum populo denuntiabat dicens
se non habere quod indigentibus erro-
garet. Illud enim est unum de ca-
pitulis prelatorum in regula pa-
storis veram cum apostolus dicat
i thymo 3 Oportet episcopum irre-
prehensibilem esse subiungit
hospitalem. Illud tamen capitu-
lum a multis male servatur. Cum
tamen dicat Jeronimus Clerici quicquid
habent pauperum est et domus
eorum omnibus debent esse communes //
Tertio habuit in cibo et in
potu magnam parcitatem. Vita sic
scribitur Mensa frugali et parca
usus est et inter olera et legumina
propter hospites et infirmos carnes
habebat. Et in ipsa mensa ma-
gis disputationem vel lectionem quam
epulationem diligebat. Et in ipsa
ita scriptum habebat Quisquis
amat dictis absentum rodere
vitam hanc mensam indignam
vel vetitam novit esse sibi //
Unde si aliqui in detractionibus
verba linguarum laxabant dice-
bat eis Quod aut taceant aut
versus illos deleant aut a mensa
recedant. Quam parcus autem in
cibo et potu fuerit ipse
ostendit in libro confessionum dicens
Sic me docuisti domine ut quem-
admodum medicamenta sic ali-
menta sumpturus accedam. Ebrie-
tas longe est a me misereberis ne
appropinquet michi. Crapula autem
non numquam surrepit servo tuo et
quis est domine qui non rapiatur
aliquantulum extra metas necessitatis.
Quisquis ille est magnus est et
magnificet nomen tuum. Ego autem
non sum. Contra prelatos continue e-
pulationi deditos sic dicitur Amos
vi Ve vobis qui opulenti estis in
Syon optimates capita populorum in-
gredientes pompatice domum Israel
qui dormitis in lectis eburneis et
lascivitis in stratis vestris. Qui co-
meditis agnum de grege et vitu-
los de medio armenti bibentes in
fialis vinum et optimo unguento
delibuti et nichil patiebantur
super contritione Joseph // Quarto habuit
contra hereticos magnam constantiam
et firmitatem. Ipse enim eos tam
validissime persequebatur ut ipsi inter
se publice predicarent peccatum non
esse interficere Augustinum quem tamquam
lupum interficiendum dicebant et omnia
peccata occisoribus a deo dimittenda
esse asserebant. Multas etiam insidias
ab eis passus fuit sed ipse in omnibus
intrepidus et constans manebat
et pro suo grege mori paratus erat.
Non enim mercenarius sed pastor ve-
rus erat de quo dicitur Johannis 10
Bonus pastor animam suam dat pro
ovibus suis // Septimo nullam habuit
ad consanguineos carnalitatem.
Unde dicitur de eo Consanguine-
is sic bene fecit ut non divi-
tias et non nimis egerent. Sed contra
prelatos carnales tempore secundo

ve qui edificat civitatem in sangui-
nibus et preparat urbem in ini-
quitate // Quartus status eius
post conversionem commendatur in morte
in quantum effulsit quia ibi o-
stendit magnam compassionem ma-
gnam devotionem magnam puritatem
magnam caritatem et ma-
gnam paupertatem Magnam
quidem compassionem ostendit quia
cum civitas sua a barbaris esset
obsessa et omnia vastarentur
et passim omnes occiderentur fuit
sibi lacrime cibus panis die ac
nocte Unde convocatis fratribus
suis dixit eis / Ecce rogavi do-
minum ut aut nos ab istis pe-
riculis eruat aut nobis patientiam
tribuat aut me de hac vita susci-
piat In isto autem tercio exauditus
fuit quia tercio obsidionis mense
lecto decubuit / Habuit etiam
magnam devotionem Nam septem
psalmos penitentiales sibi scribi fecit
quos in quaterno contra parietem po-
sitos lecto decumbens et videns
ac ingiter flebat et ut orationi
verius vacaret postulavit an-
te decem dies sui exitus ne quis
ad eum intraret nisi cum medicus
ingrederetur vel refectio portaretur /
Habuit magnam puritatem dicebat
enim nullum quantumcumque excellentis
vite de corpore sine compassione
et eucaristia exire debere et tunc
ipse maxime puritatis esset hoc
in se observare voluit ut verifi-
caretur illud quod dicitur Apocalypsis Iustus
iustificetur adhuc et sanctus sanctificetur
adhuc / Habuit magnam caritatem
Quidam enim eger ad ipsum egro-
tantem venit rogans ut sibi
manum imponeret et sanitatem

conferret Et cum Augustinus se ex-
cusaret quod si illud prestare posset
sibi hoc primitus prestitisset instabat
ille dicens sibi per sompnium dictum
fuisse quod ad Augustinum pergeret et sanita-
tem sibi conferret Ipse igitur manum
sibi imponens pro eo oravit et
sanitatem accepit Ecce quante ca-
ritatis fuit quia iste infirmo sani-
tatem impetravit Sibi autem impe-
trare noluit Nec mirum quia de-
siderabat exire ad deum iuxta illud
apostoli Cupio dissolvi et esse cum
Christo / Habuit magnam paupertatem
Nam sicut dicitur de eo testamentum
in morte nullum fecit Nam unde
faceret pauper Christi non habuit Quibus
autem non dimiserit substantiam
terrenam dimisit tamen toti mundo tri-
plicem preciosum thezaurum precio-
sam scilicet sui corporis margaritham
preclaram et perpetuam famam et doctrine
affluentiam De hoc triplici the-
sauro dicitur Ecclesiastici XLIIII Corpora sancto-
rum in pace sepulta sunt Ecce
corporis margaritha Et nomina
eorum vivunt vivunt in generatio-
nes et generationes Ecce perpetua
fama Sapientiam ipsorum narr-
ant ipsi Ecce redundantia
doctrine // Quintus status eius
post conversionem est post mortem
In quo quidem statu valde re-
fulget quia est illustratus lumine
celestis claritatis immersus
in pelagus infinite suavitatis
collocatus in culmine divine ma-
iestatis et constitutus in ultitudine
prosperitatis // Est quidem illustratus lumine
celestis claritatis Nam sicut
legitur de eo Quidam monachus

in vigilia beati Augustini raptus
in spiritu vidit ipsum in pontificalibus
insignitum super lucidam nubem
sedentem cuius oculi quasi duo
solis radii totam ecclesiam illumina-
bant de quo etiam odor nimius
exalabat per quod datur intelli-
gi quod ipse tanta luce et claritate
splendet quod etiam nunc totam eccle-
siam suo fulgore illustrat ut
possit dici de eo illud Apocalypsis
18 oculi eius sicut flamma
ignis. Psalmus In lumine tuo .i.
in beato Augustino illuminato divina
claritate videbimus lumen scilicet
divine sapientie. Est etiam immersus
in pelagus infinite suavitatis.
Legitur enim quod beatus Bernhardus
quadam nocte in matutinis ex-
istens aliquantulum obdormisset et
et in quodam tractatu Augustini
lectiones legeret vidit quendam
iuvenem pulcherrimum ibi sta-
tem de cuius ore tantus inunda-
tionis aquarum impetus exibat quod
totam illam ecclesiam videretur imple-
re quem beatum Augustinum esse non du-
bitavit. Quis est aquarum impetus
nisi ille de quo dicit propheta flu-
minis impetus letificat civitatem
dei. Iste quidem fluvius est inun-
dantia sapientie et celestium gratiarum
quibus beatus Augustinus dum viveret
ecclesiam irrigavit et nunc in pela-
gus est immersus quia effluere
habundantius non desinit. Proverbiorum
19 aqua profunda verba ex ore
viri et torrens redundans
fons sapientie. Est etiam
collocatus in culmine divine ma-
iestatis. Legitur enim quod cum quidam
in ecclesia sancti Petri pernoctaret et beatum
Cirgil cum quibusdam aliis ad
se venientem vidisset interrogat
eum si tum eius esset beatus Augustinus.

Cui respondit Augustinus excel-
lentissimus virorum de quo queris
altiorem locum a nobis tenet. Quia
etiam in spiritu cum raptus esset sanctos
in gloria conspexisset et Augustinum mi-
nime vidisset et de hoc plurimum
miraretur responsum est ei Augustinus
residet in excelsis ubi disputat
de gloria excellentissime trinitatis
unde sibi potest competere illud Johannis 12
ubi ego sum illic et minister meus
erit. Est etiam constitutus in multitudine
potestatis. Proverbiorum Introibit in potestates
domini. Item potens in terra erit
semen eius .i.
Beatus Augustinus quem Christus genuit
et per Ambrosii doctrinam et per
baptismi gratiam et per sacramentorum
habundantiam de operibus po-
testate accepta dicitur Mathei 27
Quia super pauca fuisti fidelis
super multa te constituam. Et quidem
in tanta potentia constitutus fide-
lis et sibi devotis iuvare potest
sicut patet in multis quos sepe
a diversis languoribus et af-
flictionibus liberavit

Sequitur sermo quintus De sancto Augustino etc.

Quasi stella matutina in
medio nebule et quasi
luna plena in diebus su-
is et quasi sol refulgens sic
iste refulsit in templo dei. Ecclesiastici
50. Sicut in quolibet genere rerum
est ponere aliquid quod est su-
mmum in illo genere et unumquodque
quanto est perfectius in illo genere
tanto magis illi summo assimilatur.
Unde in genere calidorum ponitur
ignis et in genere arborum ...
vel margarita vel aliquid
quod sit extra omne genus

sa

rerum necesse est ponere aliquid su-
mum et primum scilicet deum in quo adu-
nate sunt omnes perfectiones rerum
et unaqueque res quanto plus ei
assimilatur tanto magis est perfecta
et completa. In isto autem primo rerum
principio est invenire limpiditatem
intellectus per cuius emanationem oritur
verbum a patre. Sinceritatem affectus
per cuius emanationem procedit spiritus
sanctus a patre et filio. Et ultimus
invenire in isto vero rerum principio ex-
ecutionem actus per quam creature pro-
cesserunt a deo ad extra. Ergo
commendationibus beati Augustini
doctoris eximii hec tria insinuari
in ipso fuisse sub triplici metapho-
phora in verbis propositis scriptis
in epistola hodierna que sumpta est
de ecclesiastico. l. capitulo. Et procedit
spiritus sanctus hoc ordine eundem
gratia presupponit nam quia sola
natura intellectualis est subiectum
gratie. Ideo primo describitur quantum
ad limpiditatem intelligentie
et hoc sub metaphora stelle
matutine. Sicut enim inter omnes stel-
las est limpidissima. Et dicit
in medio nebule quia habuit
limpiditatem habebat etiam
in peccato existens. Sed quia nulla
peccata in conspectu dei non sunt
laudabilia nec vituperabilia sed
potius mortalia et gratuita.
Ideo secundo describitur quantum ad sin-
ceritatem vel sanctitatem affectus
et hoc sub metaphora lune ple-
ne cum dicit Et quasi luna ple-
na. Luna enim plena totum respicit
solem et tota a sole respicitur
in quo figuratur affectus sive dilectio
dei. Luna vero inter omnia cor-
pora celestia magis est propinqua
terre et plenitudine sua sancti-

dat et implet inferiora in quo
figuratur dilectio proximi. Ultimus quia
amor ut dicit Gregorius numquam est
otiosus operatur enim magna si est.
Ideo tertio describitur quantum ad exe-
cutionem actus et hoc sub solis re-
fulgentis metaphora. Et hoc ibi
et quasi sol refulgens et cetera. Sic ergo
describitur beatus Augustinus ecclesie dei doc-
tor eximius. Primo quantum ad per-
spicacitatem sive limpiditatem
intellectus quod notatur cum dicit Quasi
stella matutina in medio nebule.
Secundo quantum ad sinceritatem affec-
tus quod notatur cum dicit Et quasi
luna plena in diebus suis. Tertio
quantum ad executionem actus. Et hoc
notatur cum subinfertur Et quasi
sol refulgens sic iste refulsit
in templo dei. Primo ergo de-
scribitur quantum ad limpiditatem
intellectus. Limpiditas autem intellec-
tus patet ex tribus scilicet ex gradu
ex ambitu et ex statu. Primo ex
gradu. Sunt enim quidam scientes
primo qui nec propria investigatione
nec doctrina aliorum conclusiones
sciunt elicere ex principiis. Alii sunt
qui et si non propria investigatione
tamen per doctrinam aliorum hoc faciunt.
Tertii sunt qui propria investigatione
sine altius doctrina conclusiones
ex principiis eliciunt. Et isti sunt
in summo gradu, et talis fuit
beatus Augustinus. Et hoc iste testatur
in libro confessionum dicens Omnes libros
artium quos liberales vocavit
tunc nequissimus malarum cupi-
ditatum servus per meipsum legi et
intellexi quoscumque legere potui.
Et ibidem dicit Quicquid est de
arte loquendi et disserendi quid
quid est de dimensionibus figurarum
et de musicis et de numeris sine
magna difficultate nullo hominum
tradente intellexi. Et addit d-

Sicut tu domine deus meus quia
celeritas intelligendi et discendi
acumen donum tuum est sed non inde
sacrificabam tibi // Secundo limpiditas
intellectus eius patet ex ambitu quia
omnia quodammodo sciuit unde scribit
Valusianus de eo ita dicens legi
dei de est quicquid augustinus non
cognouit ignorauit Et uere dicere
possumus quod ipse fuit vas auri
solidum ornatum omni pleno omni
lapide precioso Tercio limpiditas in-
tellectus eius patet ex fatuitate
cum intellexit homines esse fatuos
eo quod nati sunt nocte carnis
passionum que sunt in anima uere
sicut alibi scribitur Unde dicit
Jeronimus In quadam epistola scribens
ei duobus libellis tuis erudi-
tissimis et omni eloquentie splendore
fulgentibus respondere non potui
Hec quid potest et assumi inge-
nio et de scripturarum haurire fonti-
bus a te positum est atque dispositum
Et in libro de duodecim doctoribus
dicit augustinus spiritus volans per mon-
tium cacumina quasi aquila et ea
que sunt in montium radicibus
conspiciens multa celorum spacia
terrarum quoque circuitus et aquarum circulum
claro sermone compmittit Et quantum
ad hoc possumus dicere quod ipse fuit
ille Salomon de quo dicitur 3 Regum
Disputauit super lignis a cedro
que est in libano usque ad ysopum
que egreditur de pariete et disseruit
de iumentis et volucribus et rep-
tilibus et piscibus et veniebat
de cunctis populis ad audiendum sapientiam
Salomonis Disputauit super lignis
a cedro etc. et ita patet limpiditas
intellectus eius ex gradu quia ex
hoc insinuatur quod sciebat elucidare
a principiis conclusiones a cedro
que est in libano usque ad ysopum

que egreditur a pariete et disse-
ruit de iumentis et volucribus
et reptilibus et piscibus In quibus
verbis signantur et speculabilia et
agibilia et ita patet limpiditas
intellectus eius ex ambitu et ve-
niebant de cunctis populis ad audi-
endum sapientiam Salomonis Et ita
patet limpiditas intellectus eius ex
fatu Comparatur igitur beatus augustinus
merito stelle Quia ut dicitur Danielis
12 Qui docti fuerint fulgebunt
quasi splendor firmamenti et
qui ad iusticiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas eternitates
ut aut utique alludamus sunt stel-
le possumus dicere quod beatus augustinus
comparatur stelle et hoc triplici ratione
scilicet ratione essentie eminentie
et ratione effectus // Comparatur
igitur stelle primo ratione essentie
Stella enim secundum philosophum est corpus
luminosum in se totaliter plenitudo
hec enim descriptio stelle aptissime
conuenit beato augustino Fuit enim
beatus augustinus corpus luminosum fu-
gans tenebras ignorantie Multa
enim prius ignorata et ad intelli-
gendum obscura per ipsum nobis
elucidata sunt Unde ad commen-
dationem ipsius cantat ecclesia Que
obscura prius erant nobis plana
faciens frangens nobis fauos
mellis de scripturis dulcedinibus
Et vere dicere potuit cum apostolo
apostolo Ephesiorum 5 Eratis aliquando
tenebre scilicet per ignorantiam
nunc autem per doctrinam meam il-
luminati lux in domino per intelli-
gentiam Unde de ipso dicere
possumus quod dictum est per nostrum prophe-
tam Ysaie 9 Populus qui ambulabat

in tenebris scilicet ignorantie
vidit lucem magnam scilicet Augustinum.
Et ideo tanta ecclesia magnus
dominus et laudabilis valde qui de
tenebris gentium hunc ecclesie
sue vocavit Augustinum. Genesis habetur
lucem vidit deus quod esset bona
et ait fiat lux et ecce facta
est lux ita ut de ipso dictum
sit illud quod scribitur in actibus
apostolorum 26 mitto te aperire
oculos cecorum ut convertantur
a tenebris scilicet ignorantie ad
lucem intelligentie. // Fuit etiam

d

beatus Augustinus corpus luminosum
fugans tenebras pravitatis heretice
ipse cum in tenebris hereticorum ni-
chil occultum reliquit sed eorum
tenebras convertit in lucem. De
quibus tenebris Genesis 1° dicitur
Tenebre erant super faciem abys-
si id est hominis heretici qui per abyssum
designatur ut de ipso dictum sit
illud Sapientie [illegible] ponam in lucem
scientiam tuam. Genesis est qui re-
velat profunda de tenebris et
producit in lucem umbram mortis
sicut dicitur Job 12. Et ideo de ipso
dici potest illud quod dictum est
Ysaie 9 habitantibus in regione
umbre mortis lux orta est
eis. Illa inquam lux de qua
dicitur Hester 10 Judeis autem
nova lux oriri visa est Ju-
deis id est credentibus nova lux
oriri visa est id est beatus Augustinus
qui sua nova doctrina fugans
tenebras heretice pravitatis totam
ecclesiam illuminavit // Fuit ultimo

e

beatus Augustinus corpus luminosum
fugans tenebras sue malitie
de vase enim contumelie translatus
est ad vas glorie. Item prius

fuit tenebrosus peccati ceteris sed
postea luce celesti illustratus sicut
ipse testatur in secundo confessionum dicens
Recordari volo transactas feditates
meas et carnales corruptiones
anime mee non ut eas amem sed
ut amem te domine deus meus.
Unde idem subdit dicens Deus
meus amore amoris tui facio
istud recolens vias meas nequi-
ssimas // Fuit etiam beatus Augustinus
corpus luminosum repellens tene-
bras sue malitie immo in se to-
taliter lucidum intus scilicet et exte-
rius: puritate conscientie et exterius
sancta et honesta conversatione. Et
sic bene comparatur stelle ratione esse-
ntie. // Comparatur ultimo beatus Augustinus

f

stelle ratione eminentie. Stelle
enim in eminenti loco site sunt
unde dicitur Genesis primo fecit deus
stellas et posuit eas in firmamen-
to. Et beatus Augustinus cum adhuc
in carne mortali erat in celo
conversatus scilicet contemplando. Et hoc
ipse testatur in 3° confessionum ubi de-
scribit ut omnis vana spes et
immortalitatem concupiscentie
sapientie concupiscebam estu cordis
et incredibili. Et subdit Genesis
cupiebam deus meus quomodo re-
volarem revolare a terrenis ad
te unde dicit potuit ad psalmum
ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis. Ad te inquit
levavi oculos meos id est affectus
meos. Genesis sicut oculo totum
corpus regitur sic affectu vo-
luntatis tota anima dirigitur
voluntas enim est qua peccatur
et qua recte vivitur sicut ipse
dicit in libro retractationum.
Genesis igitur beatus Augustinus bonam
voluntatem habuit ad deum,

oculos leuauit Et sic est nunc
dicitur stella ratione eminentie
Comparatur vltimus stelle beatus augustinus
ratione affectus Effectus enim stel-
le est illuminare Sicut dicitur Gen. 1°
posuit eas in firmamento ut lu-
cerent super terram Est autem de natura
stelle Sicut dicit Sapiens mundi
Et quanto fuit remotior a terra
tanto maiorem potentiam habet potest
illuminare Sic etiam beatus augustinus
quia multum erat a terra elonga-
tus celestia contemplando mul-
tum terram id est ecclesiam illuminabat
puritate vite et claritate doctrine
Et ideo de ipso dicere possumus
quod ipse fuit vna de duodecim
stellis astrois corone capitis
mulieris De qua dicitur Apoc. 12
Signum magnum apparuit in celo
mulier amicta sole et sequitur
Et in capite eius corona stel-
larum duodecim Mulier ista
est militans ecclesia cuius caput
est cristus cui affixus beatus
augustinus verbo et exemplo et mul-
torum suffragio vniuersam deco-
rauit et illuminauit ecclesiam Et
quantum ad hoc ipse fuit illa lami-
na aurea firmamentum habens
hunc De qua habetur Exo. 28
Que pendebat in fronte pon-
tificis veteris testamenti [illegible]
quidem erat beatus augustinus quia
nondum videns deum facie ad
faciem In fronte quia oppo-
nens se pro defensione fidei
cristi formam habens hunc
qua pugnans fuit disputans
a doctoribus et a summis contra
hereticos Unde specialiter legitur de ipso
Quod [illegible] [illegible]
[illegible] fortunatum in conuentu

cum disputans publice superat
Et ideo conuenit sibi illud quod dicitur
Cant. 4 Sicut turris
dauid que edificata est cum propu-
gnaculis mille clipei pendent
ex ea Sicut enim ille turris
ecclesie fuit beatus augustinus edi-
ficata cum propugnaculis omnium virtu-
tum Mille enim clipei pendent
ex ea scilicet auctoritatum et argumen-
torum contra hereticos Unde
ipse est ille de quo dicitur Ecc. 48
Qui muniuit ciuitatem suam
et induxit in medium eius aquam
Muniuit enim beatus augustinus
ciuitatem id est ecclesiam suis dictis
et scriptis et induxit in medium
eius aquam sapientie et doctrine
Et iste aque eius sunt aque
fideles ut dicitur [illegible] Quia doc-
trine eius doctrine fideles nulla
contrarientes falsitate heretice [illegible]
Unde ad commendationem eius can-
tat ecclesia In medio ecclesie
aperuit os eius et impleuit eum
dominus spiritu sapientie et intellectus
Spiritu intelligentie quo ad scientiam
Ista enim duo sunt que decorant
et vere perficiunt animam imperfectam
enim [illegible] ipsum sed scientia
et virtutibus perficitur Intellectus
tamen virtutibus quam scientia [illegible]
enim sicut dicit beatus augustinus
in suis [illegible] perficit
animam intellectiuam sed virtus [illegible]
virtutes totam animam His duobus enim
duobus beatus augustinus ornatus
et decoratus totam ecclesiam
decorauit et illuminauit Deco-
rauit virtutibus illuminauit scientia
et doctrina ut de ipso dictum
sit illud Apoc. 18 terra
illuminata est a gloria eius

cum .i. ecclesia compulsus ub tene-
bris ignorancie. Compulsus ub est
tenebris pravitatis hec tunc illu-
minata est a gloria eius .i. a glo-
riosa doctrina eius unde ipse fuit
illa lux de qua dicitur Sapientie
18 Sanctis tuis maxima erat
lux. Sanctis eius .i. credentibus
maxima erat lux beatus Augustinus
et hoc quantum ad uniuersitatem
figurarum. Quid enim Adam de
cuius latere formata est Eua
nisi eius vinculum nisi beatus
Augustinus de concepcione cordis
cuius facta est religio que dat
vitam mendicantibus et ser-
uantibus et in ea perseverantibus.
Quid Abel qui de melioribus
offerebat sacrificium deo nisi b.
Augustinus qui cor suum obtulit
Christo. Et hoc ipse dicebat
in primo confessionum Quia fecisti nos
ad te inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te. Quid
ultimus Noe qui archam sa-
lutis sue et aliorum construxit
nisi beatus Augustinus qui ab amore
mundi conuersus factus est presbiter
statim monasterium clericorum institu-
it et cepit uiuere secundum regulam sub sanctis
apostolis constitutam. Ecce archa
salutis quia ut dicit beatus
Gregorius Qui se ab amore
mundi conuertit in corde edificat
archam salutis. Quod et fecit
beatus Augustinus. Quid ultimus Ab-
raham qui interpretatur pater mul-
tarum gentium nisi beatus qui
fuit et est hodie pater multarum
religionum ille per multitudinem

et ecce est per multitudinem
quia fecundus in multiplicatione
spiritualis. Et ut ultimus alludam
huius figuris Quid Joseph de
quo Genesis. Quod fuit rector
fratrum et stabilimentum ipsorum nisi
beatus Augustinus qui fuit primus
institutor et rector fratrum sue
religionis et stabilimentum totius
ipsius christiani. Quid etiam Jhesus
ille filius Sirach de quo habetur
Ecclesiastici. Qui doctrinam sapientie et dis-
cipline scripsit in codice nisi beatus
Augustinus qui doctrinam sapientie
et doctrine scripsit in regula
canonicorum. Quid ultimus [illegible]
Abdias de quo habetur 3 Regum 18
qui pavit centum prophetas pane
et aqua nisi beatus Augustinus qui
pavit et hodie pascit innumeros
fideles qui per centum intelliguntur
pane doctrine et aqua sapientie
[illegible] quod de ipso canit ecclesia Cum
de verbis salvatoris dulce pane
[illegible] et propinas poculum vite de
psalmorum nectare. Ipse etiam
est ille Symeon de quo dicitur
Ecclesiastici 50 Quod in diebus eius ema-
nauerunt putei aquarum nisi
beatus Augustinus. Quia in diebus
beati Augustini emanauerunt
putei aquarum .i. profunditates
scripturarum. Ipse etiam est ille
Abizai qui interpretatur per mentis
uolumen [illegible] de quo legitur
2 Regum 23 Quod eleuauit hastam
contra trecentos viros quos interfecit.
Et b. Augustinus pater ecclesie et interfecit
deo oblatum hastam .i. acumen
ingenii sui et sic eleuauit

contra tentationes varias/ quas [illegible]
fecit .i. contra varias species hereticas
qui intelliguntur per tentationes eo
quod contrarie sunt contra fidem trini-
tatis et sic de singulis dicatur
ergo quasi stella et non simi[liter]
a) stella ymo matutina et hoc ex
quadam spirituali comparationis simi-
litudinis hec cum stella sit habet
esse in comitatu cum sole sic
etiam beatus augustinus ex quo conuersus
fuit semper cum fuit in comitatu
vel societate cum christo qui est
sol iusticie vnde ipse dicebat in
libro confessionum sed mihi ut recedam
a te da mihi alteram te ut
de te fugiam ad te vltimo/
stella matutina letificat homines
qui expectant ortum diei Et b.
augustinus innumerabiles letificat doctrinis
suis exhortationibus suis vnde
et beatus valerius yponensis episcopus
exultabat vberius hominem sibi di-
uinitus datum qui in doctrina sana
potens erat instruere plebem dei
et ideo de ipso dicere possumus
illud quod dicitur de iob 4 Ecce do-
cuisti plurimos et manus lassas
roborasti vacillantes confirmauerunt
sermones tui et genua trementia
confortasti Stella etiam matutina
vocatur stella vigil et grandis et
et beatus augustinus potest dici vigil et
grandis/ fuit enim vigil in con-
templatione et grandis in
pontificali dignitate vel modo
potest dici grandis propter premii immen-
sitatem de quo dicitur math. 5
Ecce merces vestra multa est in celo
Hanc ergo apparet beatus augustinus

stelle matutine/ Est autem
stella dicitur in medio nebule
de qua nebula dicit psalmus
nebulam sicut cinerem spargit
Hec nebula potest dici sacra scrip-
tura/ de qua beatus augustinus exponit
pluuia de nubibus id est doctrina
de prophetis et apostolis dicitur ergo stel-
la in medio nebule quia tota
eius mens tota eius intentio
sacra erat in studio sacre scripture
Similiter aut alioquin nebula
potest dici deuotio mentis de
qua dicitur leuitici 16 posuit super
ignem aromatibus .i. super ardo-
rem mentis positis sanctis
desideriis et meditationibus
nebula .i. deuotio mentis
dirigitur in deum Et tunc optime
congruit stelle in medio nebule quia
erit splendor sapientie in dulcedine
deuotionis Et quantum ad hoc
optime sequitur/ sicut principale
In quo describitur beatus augustinus
quantum ad sinceritatem affectus
et hoc sub methafora lune
plene vnde dicit Et quasi
luna plena in diebus/ luna cum
coniungitur soli illuminatur a superio-
ri et tunc non illuminat terram/ Hec
luna significat mentem sacram
que dum coniungitur vero soli per
contemplationem tunc illuminatur a
superiori Tunc cum vires superio-
res scilicet synderesis et speculatiuus
intellectus hunc celesti illustrat
sed inferiores non illuminantur nisi
redeant in actiua Et tunc dicitur
recedere a sole quia vacat inferiori-
bus et illuminatur ab inferiori quia
inferior ratio illustratur ad aliorum

12

utilitatem quam utrumque requiritur
in beato augustino et gratia con-
templationis quia coniungebatur
deo et gratia actionis qua pro-
ximis subueniebat Vnde de ipso
legitur Quod post mortem matris
reuersus ad agros proprios ieiu-
nijs et orationibus uacans fuit
Item contemplatio scribebat li-
bros et docebat indoctos Item
ultimus luna a se non habet lucem
sed radijs solis percussa reddit
lucem terre per reuerberationem radiorum
Et hoc fuit in beato augustino
qui radijs cristi uelud luna lu-
men doctrine refudit in ecclesia
Sol igitur dicitur cristus luna beatus
augustinus radijs cuius solis fuit
percussus spiritus sancti / Primo inflammatus
beatus augustinus resplendebat in nobis
ita quod sicut septiformem spiritum septi-
formem uidetur refudisse doctrinam
Radio cum timoris percussus do-
cuit cognoscere se ut in libro confessionum
in quibus etiam accusat infan-
cie peccata Radio pietatis per-
cussus docuit ueram religionem
ut in libro de uera religione
et in libro de doctrina cristiana
Radio scientie percussus docuit re-
gimine cuiusque uite ut in pluribus
operibus et in libro quem fecit ad
matrimonium Radio fortitudinis
indutus contra hereticos expu-
gnauit sicut patet in libris
de ciuitate dei et in alijs
quos fecit contra hereticos in quibus
multa per eum iugulata manet here-
tice prauitatis / radio intellige-
tie illustratus exposuit scrip-
turas nouas et ueteres ut in li-
bris quos fecit super genesim super
psalmos et super johannem In quibus
circa multa dat de intelligencijs
et spiritualibus creaturis Radio con-
silij illuminatus attingit ad diuina
ubi de patre et filio et spiritu sancto
ab utroque procedente multa sub-
tilissime inuestigauit ut patet
in libris de trinitate et in questioni-
bus Radio consilij compunctus
docuit uite perfectionem Et hoc patet
in regula canonicorum in qua pre-
cipitur et docetur continencia et
perfectio uite et obediencie / Vnde
de ipso cantat ecclesia Tu de
uita clericorum sancta scribis re-
gulam quam qui amauit et se-
cuntur uiam tenent regiam atque
tuo sancto ductu redeunt ad
patriam Dicitur ergo Et quasi
luna plena in diebus suis .i.
in quibus seruiuit deo et sibi
seu ecclesie sue In istis namque
diebus fuit luna plena non
semiplena non uacua non ec-
clipsata sed fuit plena in die-
bus suis Quia fuit respiciens
solem uerum et hoc fuit ex
affectu quem semper habuit ad dei
dilectionem / Ex inspiracionibus
seu inspirationibus diuinis / ad quam
multipliciter inducebatur / Primo
cum inducebatur ad dei dilectionem
ex inspirationibus seu inspiratio-
nibus diuinis unde dicit in
libro confessionum Cum te primo cogno-
ui reuerberasti infirmitatem aspec-
tus mei radians in me uehe-
menter et contremui amore

et inveni me longe esse
a te in regione dissimilitudinis
tanquam audirem vocem tuam
de excelso cibus sum grandium
cresce et manducabis me nec
tu me mutabis in te sicut
cibum carnis tue sed tu muta-
beris in me ‖ Secundo de divinis
factionibus vel creaturis unde
dicit in libro confessionum Celum et
terra et omnia que in eis sunt
undique michi dicunt ut te ama-
rem nec cessant dicere omnibus ut sint
inexcusabiles Et in libro de
libero arbitrio dicit Ve qui
derelinquunt te ducem et oberrant
in vestigiis tuis qui nutus
tuos pro te amant et obliviscuntur
quid innuas O suavissima
lux purgate mentis sapientia
non enim cessas innuere
nobis que et quanta sis et
nutus tui sunt omne creature
decus ‖ Tertio de divinis scripturis
ut dicit in libro confessionum Laudabo
te domine pro scripturis tuis sus-
penderunt palmite cordis mei
ut non rapiatur per inania nugax
turpis preda volatilibus unde
in eadem dicit Sagittaveras
tu cor meum caritate tua et
gestabam verba tua transfixa in
visceribus meis ‖ Quarto de
divinis condescensionibus ut de
incarnatione filii dei et passio-
ne et morte Et hoc ipse testa-
tur dicens Quod in principio quasi sol
ne non satiabar dulcedine mi-
rabili considerare altitudinem
consilii tui super salute generis

humani unde dicitur in libro de ca-
techizandis rudibus que maior
causa est adventus domini nisi ut
ostenderet deus dilectionem suam in nobis
Et post ea subdit Si amare pigre-
bat saltem redamare non pige-
at ‖ Quinto de divinis hominibus
id est exemplis hominum sanctorum dei
unde ipse dicit in libro confessionum
Exempla servorum servorum tuorum
quos de nigris lucidos et de
mortuis vivos feceras congesta
in sinum cogitationis mee u-
rebant me ‖ unde sequitur
tertium principale ubi describitur
beatus augustinus quantum ad excellentes
actus et hoc sub solis reful-
gentis methaphora unde dicitur
Et quasi sol refulgens sic iste
effulsit in templo dei Sicut enim
sol radios emittens totum mundum
illuminat Sic etiam beatus augustinus
quasi sol radios fame sue
caritatis et doctrine per totum
mundum emisit et ut hunc soli
assimilemus possumus dicere quod
beatus augustinus dicitur sol triplici
ratione Primo ratione sue forma-
tionis Sicut enim sol formatus
fuit de quadam nebula sive
nubecula ita beatus augustinus de religione
nubilosa unde ipse dicit in 3o
confessionum Credidi miser magis esse
misericordiam prestandam fructibus terre
quam hominibus propter quos nascerentur
Et subdit ibidem Et misisti ma-
num tuam de alto et de hac pro-
funda caligine eruisti animam
meam cum pro me fleret ad te
mater mea cum fidelibus tuis am-
plius quam flent matres cor-
pora funera unde de ipso

C

dicere possumus quod ipse fuit
ille filius prodigus de quo habetur
Luce 15 Qui mortuus erat
et revixit perierat et inventus
est // Secundo potest dici sol celestis au-
gustinus ratione mirande dispu-
tationis ipse enim hereses errores
et heretico(s) exterminavit sicut
sol umbras et libros plures contra
hereses fecit sicut superius
dictum est // Tercio potest dici sol
celestis augustinus ratione universalis
illuminationis Sicut enim sol non
solum terrestria sed etiam celestia
illuminat Sic celestis augustinus non solum
ipsos clericos predicationibus illu-
minavit et scripturis sed etiam
et angelos et sanctos secundum quod
illud dicitur illuminari cum eorum premium
seu gloria manifestatur Unde beatus
Remigius, Jeronimum et quosdam
alios doctores commemorantes
sic concludit hos omnes augustinus
ingenio et sciencia sua vicit Na(m)
licet sanctus Jeronimus se sex milia volu-
minum origenis legisse fateatur
iste tamen tanta scripsit ut
nullus non solum diebus ac noctibus
scribere libros suos non possit
sed nec legere quidem occurrat Et
quantum ad hoc dicere possumus
quod ipse est ille sol de quo dicitur
Eccl. 42 Sol illuminans per omnia
respexit per omnia respexit. Ergo
augustinus et quantum ad doctrinas loca-
les quia in omnem terram exivit
sonus eius Et quantum ad doctrinas
temporales quia tractat de hiis que
spectant ad statum gratie et ad sta-
tum glorie Et quantum ad doctrinas per-
sonales quia informat omnes
diversitates hominum secundum diversas
conditiones status et professiones

Et quantum ad doctrinas morales quia
omnes virtutes predicat omnia vicia
eliminat optime ergo de ipso
dictum est Sol illuminans per omnia
respexit // Comparatur ulterius
celestis augustinus soli ratione rectitu-
dinis seu regulationis Sicut enim
sol cursum suum sub ecliptica sphera
perficit Sic celestis augustinus eo quod
conversus est semper sub lege dei
vixit Et hoc insinuatum fuit
matri eius in visione qua vidit
in se regula lignea stantem
et quendam iuvenem iuvenem
splendidum alloquentem eam
et dicentem quia ibi ubi tu es ibi et
ille sed ipsa erat sub lege dei
quia sancta erat et ipse futurus
erat sanctus Et quia in sanctitate
perseveravit usque ad mortem
ideo ad gloriam pervenit celestem
ad perseverantiam in bono hor-
tatur nos apostolus Gala. 6. d. Bo-
num facientes non deficiamus
tempore enim suo metemus non deficientes
Et ille qui perseveravit scilicet in bono
sicut dicitur Math 10 usque in fi-
nem hic salvus erit Quod nobis

Sermo primus de decol-
latione sancti Joh. baptiste

Male tractaverunt eum qui
a ventre matris sue con-
secratus est propheta evertere
et perdere et iterum edificare Eccl. 49
Carissimi Johannes baptista
in utero matris sue sanctus fuit
et nulli umquam nocuit / multos
tamen habuit persecutores qui eius
sanguinem siciebant / Ira herodes
volebat eum occidere / herodiadis
sibi insidiabatur filia eius caput
suum petivit Speculator missus est

herbitis iam venit et fecerunt
in eum quecumque voluerunt ...
Julianus apostata cuius ossa
combussit et dispersit et sic in
mortem Johannis convenerunt male
innuentes adulterantes corrigentes
invidentes et adeo apostatantes
Et sic isti omnes male tractave-
runt eum in vita quam ipsum
incarceraverunt Et tamen Johannes sic
male tractatus ostendit quo ad
herodem magnam constanciam quo
ad cristum magnam reverenciam quo
ad discipulos magnam diligenciam
Et quo ad se magnam sanctitatem
et graciam // Ostendit quidem
quo ad herodem magnam constanciam
quia licet sciret quod herodes eum
quereret ut occideret et quod herodias
insidiabatur tamen non fugit nec ali-
quo modo perterritus fuit Crisostomus Quod
herodes illi faciebat ille susci-
piebat pro beneficio Et iram illius
quasi dei misericordiam fruebatur
Quia verum gaudium securum est
quere de mundo Eccli 28 In diebus
suis non pertimuit principem quia
scilicet eum arguerit et potencia nemo
vicit illum ut scilicet timore fugeret
nec superavit eum verbum aliquod quin
scilicet veritatem predicaret et cristo
testimonium perhiberet et mortuum
prophetavit caput eius ipso scilicet corpus
reclamavit Ostendit eciam quomodo
in carcere quo ad cristum magnam
reverenciam recognoscebat se cristi
famulum ad iustos sicut fuerat
ad superbos Et ideo de carcere mi-
sit eum ei per discipulos dicens Tu
es qui venturus es an alium expecta-
mus / Ostendit quo ad discipulos
magnam diligenciam Unde dicit

Crisostomus super Matheum Missus Johannes
in carcerem non de suo periculo sol-
licitus erat Sed de discipulorum
salute cogitabat Ideo premisit
ad cristum discipulos ut miracula
eius viderent que tot fecit cristus
ut paucos iustos lucraretur Quia
melior apud deum unus iustus quam
totus mundus peccatoribus plenus //
Ostendit quarto ad se magnam
sanctitatem et graciam quia minus
reputabat carcerem esse aut car-
cerem propter cristum reputabat paradisum
Unde dicit Crisostomus super Matheum Johannes
specie gratiam angelus quia nil
carnis erat in eo nisi ipso sola
corpore tenebatur in carcere aut
in celo / Similis enim erat paulo
qui dicebat philipenses 3 Nostra
conversatio in celis est Et talis erat
Jeronimus qui dicebat Oppidum
michi carcer est solitudo para-
disus // Secundo male tractavit
eum in morte quia eum decol-
lavit Cuius autem decollacio facta
est propter iusticiam et fidei defensionem
quia herodem de stupro arguebat
sed ipse eius reprehensionem
impaciencius portavit et ideo in
carceri recluserit Amos 5 Odio
habuerunt corripientes in porta
Eccli 21 Qui odit correccionem
vestigium est peccatoris id est animali
id est valde similis ~~sicut vestigium
est valde simile~~ qui autem nimia-
sit dicitur peccator quia correccionis
insensibilis est Et ideo talis
est vestigium animali id est valde similis
sicut vestigium valde simile pedi
Secundo facta est eius decollacio
cum multa sui devocione quia
cum decollari debebat deo se devo-
te recommendavit Unde cantat /

ecclesia. In medio carceris stabat
Johannes et voce magna clamat
dicens: Domine Deus meus tibi
commendo spiritum meum. // Tertio facta
est eius decollatio cum multo patrum
qui erant in limbis gaudio et ex-
ultatione. Unde legitur in evangelio
Nicodemi: Quod cum Johannes
ad limbum descendisset et dixis-
set sanctis patribus qui ibi erant,
dixit: Ego sum Johannes qui Christum
baptizavi clamante facie eius pre-
cedens vias eius primi et ipsum digito
ostendi et descendi nunciare vobis
quia vos in proximo visitabit. // Quarto
facta est eius decollatio cum mi-
stica significatione. Cuius misterium
assignans dicit: Quod Christus fuit
in cruce exaltatus, Johannes vero
fuit capite minoratus, ad significandum
quod fama Christi debebat crescere, fama
autem Johannis qui Christus putabatur
debebat decrescere, iuxta illud quod ipse
dicit Joh. iii°: Illum oportet crescere
me autem minui. Et ideo ad hoc in-
nuendum Christus natus est eo tempore
quo dies crescere incipiunt, Johannes
autem eo tempore quo decrescere incipiunt.
Quinto facta est eius decollatio cum
ecclesie veneratione. Quamvis enim ad
limbum descenderit, eius tamen passio
in ecclesia celebratur. Ceteri enim qui
in limbum descenderunt quidam
spectabant ad vetus testamentum
sicut Abraham, Ysaac et Jacob, David
et ceteri prophete, et eorum obitus minime
celebratur. Quidam vero spectabant
ad vetus quantum ad tempus, sed ad
novum quantum ad causam, sicut in-
nocentes qui licet in veteri testamento
fuerint, tamen occasione Christi passi fuerunt,
et ideo quamvis ad limbum descen-
derint, celebratur eorum obitus
propter causam. Sed subiungitur alia ratione
per tempus Johannes autem baptista spec-
tabat ad novum et ratione cause
quia mortuus est per fidem predi-
catam et iustitiam defendendam vel
defendendam. Et tunc temporis erat
fuit finis veteris testamenti et
initium novi. Et ideo licet ad lim-
bum descendit, eius tamen passio colitur
et alia tamen. // Sexto male tracta-
verunt eum post mortem, scilicet Herodes
eius caput in disco afferri facien-
do quasi quoddam ferculum infestum
eius discumbentibus, ubi dicit Scolastica
luxuriasse quinimo crudelitate epule
inferuntur. Et Herodias corpus sine
capite sepeliri faciendo. Ipse enim
eius ossa timebat cum ne propheta
resurgeret si cum corpore caput po-
situm fuisset. Et Julianus aposta-
ta eius ossa dispergendo et pro
magna parte comburi faciendo.
Ipse enim eius ossa per campum dis-
persit et avibus et feris laceran-
da et confringenda dedit. Postquam
posuerunt mortuorum [illegible]
tuorum contra vo. ce. car. s. t. Bes-
tie [illegible] solum aut dispersit sed
pro magna parte combussit. Et pro Jo-
hannes quasi hoc martirium patitur,
hoc quidam dicunt qui in festo
sancti Johannis baptiste unde tamen
ossa aliquantulum collecta comburerentur.
Et quia predicta sic male Johannes
tractaverunt, ideo etiam ipsi a Deo male
tractati fuerunt. Herodes enim male
tractatus fuit, quia in exilium missus
et ibi miserabiliter mortuus. Herodias
etiam male tractata fuit, quia simul
in exilium cum viro suo vel cum
quosdam. Filia fuit subito mor-
tua. Cum enim ut quidam aiunt
caput Johannis in manu teneret

Cur [illegible] eq [illegible]
[illegible] [illegible] ad [illegible]
[illegible] descenderunt

Tres [illegible] et
ad [illegible] descenderunt

et ei insultaret divino iudicio
in cuius facie sufflavit et illa
subito mortua est corruit / Se-
cunda filia herodiadis fuit male trac-
tata quia fuit in aquis suffocata
Cum enim super glaciem ludendo
discurreret subito sub pedibus
eius glacies frangitur et illa in
aquis miserabiliter suffocatur / Iudei
fuerunt male tractati quia a tyto
et vespasiano capti mortui dis-
persi et triginta pro uno denario
venditi Julianus apostata ma-
le fuit tractatus quia celesti pla-
ga percussus ab hostibus occisus
et de corio scabellum regi persarum
fuit fabricatum / Cuius autem Johan-
nes fuit male tractatus in vita
in morte et post mortem Immo
tamen deus in hoc triplici statu ve-
nerabiliter eum tractavit / Primo
scilicet in eius vita quia habuit vitam
spiritualem celestem angelicam et
divinam / Spiritualem quidem vitam
habuit quia non curavit de cibo et
potu corporali qui pascebatur invisi-
bili instar angeli qui dixit Thobie xii
Et cum eram vobiscum per
voluntatem dei videbar quidem vo-
biscum manducare et bibere sed ego
invisibili cibo et potu utor nec
de ornatu vestimentorum quia vestitus
erat ornamento vilissimo nec de
domicilio quia nemus demorabatur
in eo / Habuit vitam celestem
quia in terris vivebat vel degebat
sed cum celestibus misteriis intererat
Nam celos apertos vidit vocem
patris audivit spiritum sanctum in specie
columbe inspexit filii divinitatem
agnovit / Habuit vitam angelicam
quia purgavit culpam Sicut cum
per erat lucerna ardens perficiebat

gentium ad virtutem et gratiam
Luce 1o Ut convertat corda patrum
ad ad filios parare domino ple-
bem perfectam / Habuit vitam di-
vinam quia non vincebat amore
domestico ex eo quod omnes parentes
relinquerat et in deserto habita-
bat nec amore mundano quia
omnes divitias contempserat nec
amore proprio quia carnem suam
mirabiliter cruciabat Sed vincebat
amore divino quia totum amorem
suum in deum posuerat unde
poterat dicere cum apostolo vivo ego
iam non ego vivit vero in me
christus / Secundo deus bene dis-
posuit de ipso in morte quia
secundum mortem habuit preciosam
Primum preciosam in conspectu domini
mors sanctorum eius / Fuit enim
mors eius preciosa respectu
dei quia pro iustitia dei sua
deffendenda mortem susti-
nuit Ecclesiastici 4o pro iustitia agoni-
zare pro anima tua usque ad mortem
Et pro iustitia / Respectu sui quia
precio sui sanguinis regnum
celorum acquisivit Mathei 11
Regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud / Respectu
celi quia primus in tempore gratie
precio sue mortis illud promeruit
Respectu limbi quia sanctis
patribus qui ibi erant preciosum
sanguinem nuncium apportavit
Respectu mundi quia eius mor-
tem preciosam venerabiliter colit /
Tercio disposuit de ipso post mortem
Ipse enim fuerat patriarcha propheta
apostolus a deo missus angelus
i. dei nuncius iuxta illud Malachie 3
Ecce mitto angelum meum et
martir confessor et virgo Ideo mer-

deus in celo bene disposuit et
in diversis locis posuit Verum mo-
ram in societate patriarcharum
modo in amicis prophetarum modo
in ordinibus angelorum modo in choro
apostolorum modo inter catervas martirum
modo inter ~~scolas~~ confessorum scolas
modo inter lilia virginum Quo
nos perducat etc.

Sermo secundus de de- collacione sancti Jo: baptiste

Male tractaverunt eum qui de ventre matris sue consecratus est propheta Ecce 9º

In verbis premissis ponitur ex parte
herodis magna crudelitas cum
dicitur Male tractaverunt eum Secundo
ex parte Johannis magna sanctitas
cum dicitur De ventre matris
sue consecratus est Tercio ex parte
eius magna dignitas in hoc
quod dicitur propheta Quarto magna
auctoritas in hoc quod subditur
Ecce et cetera et ita edificatio Cru-
delitas autem herodis ostenditur
in hoc quia Johannem male trac-
taverunt quando ipsum decollari fecit
Circa quod notandum est quod aliquando mali
pugnant contra malos Quia
sicut dicitur prouerbiorum 13 Inter superbos
semper iurgia sunt Aliquando
mali contra bonos Vnde dicitur 1 petri 3
persecutus est hominem inopem et
mendicum etc. Aliquando boni contra
bonos quando sunt imperfecti perfecti
autem contra perfectos pugnare non
possunt Augustinus in libro de civitate
dei pugnant inter se mali et ma-
li boni et boni sed si perfecti
sunt inter se pugnare non possunt

proficientes autem non dum perfecti
ita pugnare possunt ut bonus
quisque ex ea parte ita pugnet
contra alterum quia contra seipsum
In ~~homine~~ uno quippe homine caro
concupiscit adversus spiritum spiritus
adversus carnem Concupiscentia autem spiritua-
lis contra ~~carnalis~~ alterius carna-
lem potest pugnare vel concupiscentia
carnalis contra alterius spiritualem
Sic inter se pugnant boni et mali
hec Augustinus Ista autem tam multiplex
pugna invenitur potest circa Johannem
baptistam pugnabat omnium mali
contra malos scilicet herodes et hero-
dias ex una parte Et philippus
cuius uxorem abstulerat hero-
des et rex arethe cuius soror
erat uxor herodis Ex alia parte
pugnabant mali bonos scilicet
herodes et herodias contra Jo-
hannem pugnabat boni contra
malos scilicet Johannes contra hero-
dem et herodiadem quorum
vicia reprehendebat Pugnabant
imperfecti contra bonos scilicet discipuli
Johannis contra discipulos christi
vnde dicitur Mathei 9 Quare nos
et pharisei ieiunamus frequenter
discipuli autem tui non ieiunant
Inter Johannem autem perfectum et christum
perfectissimum nulla potuit esse pu-
gna sed pax et caritas perpetua
In hoc igitur quod dictum est supra
Male tractaverunt eum etc. notatur
pugna malorum contra Johannem
sed tamen in hac pugna Johannes
non succubuit nec mirum quia
erat super fidem trinitatis fe-
cundatus quia patrem cognovit
in voce filium in humana carne

Spiritum sanctum in specie columbe
Sed solum autem fuit bene funda-
tus sed eciam fuit lapis quadra-
tus quia quod non potuit commoveri
Habuit enim quatuor virtutes
que ipsum quadratum faciunt/fe-
cerunt scilicet temperancia in eo quod sic
abstinebat/fortitudo in eo quod
sic constanter herodem arguebat/
prudencia in eo quod tam sapienter
populo predicabat et iusticia in eo
quod coram xpo se inferiorem humiliabat
Fuit eciam iste lapis xpo forti
vinculo copulatus scilicet vinculo
amoris Contraxerunt enim xpus
et Johannes istam tam magnam
amiciciam in utero materno quando
scilicet invicem se mutuo visitaverunt
Et ista amicicia nunquam fuit
postea interrupta nec in prosperis
nec in adversis Fuit aliquando Jo-
hannes in magna prosperitate
quando plures ipsum credebant esse
xpistum Fuit in magna adversitate
quando herodes ipsum carceri tradi-
derat Sed nec Johannes oblitus
est xpi in prosperis quia xpistum
se esse negavit nec xpus obli-
tus est Johannis in adversis quando
qui potius tunc ipsum maxime
commendavit dicens Math. 11. Quid
existis in desertum prophetam videre
dico vobis plusquam prophetam etc.
Secundo ostenditur quante fuit sanctitatis
Cum dicitur Inveniet nunc sanctifi-
catus seu consecratus Ex quo datur
intelligi quod ipse fuit in utero
consecratus quod ipse fuit sine peccato
natus et quod ipse fuit nazareus
effectus Fuit quidem in utero confirmatus
sanctificatus exquo sanctificatione
accepit peccati purgacionem Luce 1o
antequam exires de ventre sanctificavi
te Sanctitas eius fuit dimensio idem
est quod mundiciam accepit gracie replecionem
Luce 1o Spiritu sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue accepit in bono
confirmacionem ysaie 49 dominus ab utero
vocavit me accepit gaudiosam
et subdit Sub tegumento manus
sue protexit me accepit gaudiosam
xpisti cognicionem Luce primo Ecce u-
t facta est vox salutacionis tue
in auribus meis exultavit infans
in gaudio in utero meo Ex hoc
eciam quod dicitur consecratus est notatur
quod ipse fuit sine peccato natus Tres
enim fuerunt nativitates miraculose
facte Una que facta est de ho-
mine sine femina sicut nativi-
tas eve Secunda que facta est
de femina sine homine sicut na-
tivitas xpi Tercia que facta est
de femina et homine contra solitum
cursum nature sicut nativitas Jo-
hannis baptiste Hec quidem fuit
miraculosa quia ibi erat triplex
impedimentum ad generandum unum
ex parte viri scilicet nimia senectus
et ideo non poterat generare Aliud
ex parte matris scilicet senectus et
sterilitas et ideo non poterat concipere
Quod triplex impedimentum
tangit lucas cum dicit Et non
erat eis filius eo quod elizabeth
esset sterilis et ambo processe-
rant in diebus suis In hoc
eciam quod dicitur consecratus est notatur
quod ipse fuit nazareus domino conse-
cratus Regula autem nazareorum
habebat tria capitula Primum est ut
ab omni vino et ab omni quod inebriare
potest abstineant Secundum

Regula Nazareorum

est ut novacula super caput eius non ascendat. Tercium est ut ad mortuum non ingrediatur. Istam regulam servavit beatus Johannes et litteraliter et spiritualiter. Ad litteram ipse nec vinum nec siceram bibit, comam et barbam nutrivit atque in deserto commorans ad nullum mortuum ingressus fuit. Spiritualiter autem per hoc signatur quod ipse habuit munditiam operis quia a vino in quo est luxuria abstinere. Secundo quod ipse habuit puritatem cogitationis quia novacula super caput non ascendit. Novacula enim in capite est immunditia in mente. Hec radit septem crines Sampsonis, hec aufert septem dona spiritus sancti. Spiritus enim sanctus disciplinae effugiet fictum et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. Quia ipse habuit sanctitatem affectionis quia ad mortuum non introivit. Nullus enim cum carnalibus affectibus a funere tristi ipsum retraxit. Mathei viii^o. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Tercio ostenditur quod ipse fuit magne dignitatis in eo quod dicitur propheta domini. Christus enim in omni genere creature ipsum semper nobilioribus comparavit. Creature enim aut sunt corporalia aut spiritualia aut ex hiis composita. Inter corporalia autem assimilat ipsum corpori lucido quod est excellentissimum super omnia corpora. Unde dicitur lucerna ardens et lucens ut habetur Johannis v. Et lucifer ut habetur Job 38. Inter spiritualia assimilat ipsum angelis qui sunt nobiliores inter omnes spiritus racionales.

Mathei xi. Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum etc. Inter composita ex corpore et spiritu assimilat ipsum prophetis qui sunt excellentiores ceteris hominibus ut pote qui fuerunt sanctitate precipui et spiritu dei pleni. Non tamen autem ipsum prophetis comparavit sed etiam pretulit cum dicit Mathei xi: Quid existis in deserto videre? prophetam? Ipse enim fuit plus quam propheta quia ceteris prophetis et sanctis Christo fuit vicinior atque proximior. Christus enim fuit verbum dei Apocalypsis: Qui sedebat super equum vocabatur verbum dei. Et Johannes vox dei Johannis 1^o: Ego vox clamantis in deserto etc. Ceteri sancti os dei sunt, tuba dei. Jeremie 15: Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris. Sunt etiam tuba Osee viii^o: In gutture tuo sit tuba. Christus fuit sponsus, Johannes amicus sponsi Johannis 3: Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi etc. Ceteri autem sancti fuerunt servi sponsi Luce 12: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. Et sequitur: Beati servi illi etc. Item Christus fuit sol Malachie tercio: Vobis timentibus nomen meum orietur sol iusticie. Johannes fuit lucifer Job 38: Numquid producis luciferum in tempore suo. Ceteri sancti fuerunt stelle Baruch 3: Stelle vocate sunt et dixerunt adsumus. Christus fuit ignis Hebreorum xii: Deus noster ignis consumens est. Johannes fuit facula ardens. Ceteri sancti fuerunt scintille ignis Ezechielis 1^o.

Scintille quasi aspectus eris
candentis Ezechiel 1. Fulge-
bunt iusti et quasi scintille
in arundineto discurrent. Cristus
fuit lux Johannis 1o. Erat lux
vera et Johannes erat lucerna
ardens et lucens Johannis 5o.
Ipse erat lucerna ardens et
lucens. Celi fuerunt radii lucis Eccl.
43. Triplicit' sol exurens mo-
tes radios igneos exsufflans
et refulgens. Et refulgens fuit magne auc-
toritatis cum dicitur parare et
iter edificare quod idem est quam viam
domini preparare. Istam suam aucto-
ritatem ostendit cum dixit
Ego vox clamantis in deserto
parate viam domini etc. Ezech. sup-
erius ... viam domini paratur et dirigitur
aut fossa replendo aut tumu-
ra reprimendo vel offendicula
removendo sicut addi curvum
aut tortuosa rectificando. De
hiis quatuor dicitur Ysaie 40.
Omnis vallis exaltabitur et
omnis collis humiliabitur. Et erunt
prava in directa et aspera in vi-
as planas. Tunc autem de fossa
replentur cum in precipicium despera-
tionis vel nimii timoris pro-
lapsi ad spem venie elevantur.
Tunc vero tumulencia deprimuntur
quando superbiam elati ad humilitatis
et infirmitatis sue consideracionem
reducuntur. Tunc offendicula re-
moventur quando omnia peccata
abiciuntur. Tunc tortuosa rectifi-
cantur quando omnes intentiones
nostre in deum diriguntur. Tercia ex-
ce... Johannes est apud deum tante
sanctitatis dignitatis auctoritatis
manifestum est quia vult nobis
nunc propter suam sanctitatem

Et scit propter suam dignitatem
gratia cum scilicet quod dedit deo sapienciam
divinam a deo recepit. Et propter suam
auctoritatem adiuvat aut in tri-
plici statu scilicet in vita in morte et
post mortem. In vita quidem sicut
patet in Longobardis. Nam sicut
refert Paulus ystoriagraphus
Longobardorum cum Theodora re-
gina Longobardorum ad honorem
sancti Johannis Baptiste apud Medonam
nobilem ecclesiam construxisset post
modum Constantinus imperator
Ytaliam a Longobardis eripere vellet
et quendam virum sanctum interrogasset
de eventu belli orationi illi insistens
a deo audivit Johannem pro Lon-
gobardis continue intercedit ab
illo die quo regina ecclesiam fabri-
cavit. Et ideo superari non possunt.
Adiuvat eciam in morte. Nam sicut
refert Gregorius. Cum quidam vir
nomine Sanctulus in infirmitate
fuisset deductus et fortissimus
pugil in eius collum gladium vi-
braret. Et ille continuo clamavit
Sancte Johannes suscipe illum et statim
brachium illius obriguit et infle-
xibile remansit. Sed vir dei beatum
Johannem pro ipso iam penitente
oravit. Et ut brachium deponeret
obtinuit. Adiuvat eciam post mor-
tem. Nam refert Paulus ubi supra.
Cum quidam rex Longobardorum
cum multo apparatu in ecclesia
sancti Johannis Baptiste fuisset sepultus
quidam cupiditate illectus nocte
sepulcrum aperuit et omnia sur-
ripuit. Cui beatus Johannes apparens
dixit. Cur maius ausus fuisti tangere
michi commissum. Ecclesiam meam
ingredi de cetero non valebis.

Quod semper ita evenit. Itaque quam primum carceratam ingredi volebat, subito velud validissimo pugillo gutture eius invisibiliter feriebatur. Et sic ille in terram cadens confusus recedebat etc.

Sequitur sermo tertius de decollatione sancti Joh. baptiste

Herodes misit ac tenuit Johannem et vinxit eum in carcerem etc. Mat. 14. In presenti evangelio in quo passio sancti Johannis baptiste describitur, tria de ipso recitantur, scilicet incarceratio eius, decollatio eius et sepultura eius. Circa primum notandum quod est multiplex carcer in quo beatus Johannes fuit. Primus est materni uteri, et iste fuit valde gaudiosus, de quo dicitur Luce: Unde michi hoc ut veniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis, exultavit infans in gaudio in utero meo. Gaudebat enim infans de virginis tanta dignitate, quod scilicet dignata fuit ipsum et matrem suam salutare vel visitare. Gaudebat de filii dei incarnatione. Cernebat enim ipsum in utero virginis filium dei. Et ideo dixit mater domini mei. Gaudebat de sua legatione, quam quidem cognovit nunciabat eum, scilicet ipsum de utero gaudenter salutavit. Ipse enim eius cum exultatio fuit quedam reverentia de utero salutatio. Secundus est carcer corporis a quo educi postulabat propheta dicens: Educ de carcere animam meam. Et iste fuit valde preciosus. Corpus enim eius fuit incorruptum et integerrimum. Sapie. viij°: veni ad corpus incoinquinatum. Quo-

-modo immutabat puritatem angelicam. Ideo angelus vocatur. Mat. 1°: Ecce ego mitto angelum meum. Comparabat in quantum est possibile ad divinam puritatem. Maior enim puritas post divinam est virginis. Puritas post puritatem virginis est puritas Johannis baptiste. Ista triplex puritas, scilicet Christi, virginis et Johannis, figuratur per tres planetas celi lucidiores, scilicet solis, lune et luciferi. Puritas enim Christi assimilatur soli. Psalmo: In sole posuit tabernaculum suum. Puritas virginis assimilatur lune. Cant. 6°: Pulchra ut luna. Puritas Johannis lucifero. Job 38: Numquid producis luciferum in tempore suo. Sicut igitur lux fontalis in sole, sic fontalis puritas in Christo. Et sicut post solem magis lucet luna, sic post Christum maior est puritas in Maria. Et sicut post solem et lunam lucifer magis lucet, sic post Christum et Mariam Johannes ampliori puritate resplendet. Tertius est carcer deserti, qui quidem fuit valde penosus quantum ad cibum, quantum ad potum, quantum ad vestitum, quantum ad domicilium et quantum ad consortium. Quamvis iste carcer extitit quantum ad ista quatuor extitit valde penosus, tamen mitius erat valde deliciosus. Comparatio enim quantum ad cibum extitit edet locustas, mitius tamen edebat delicias spirituales. Quantum extitit edet mel silvestre, mitius tamen edebat mel celeste. Eccli. 24: Spiritus meus super mel dulcis, quantum ad delicatas eternas, et hereditas mea super

mel et favum Quintum ad mel
celeste Quintus quantum ad potum
potius bibit aquam maleam judei
non bibebant aquam fluvialem de qua
dicitur Eccl 17 aqua sapientie sa-
lutaris potavit illum Sextus quan-
tum ad indumentum esset etiam
vestitus de pilis camelorum pre-
cius tamen habebat indumenta vir-
tutum prima consistit regina i.
fidelis anima que corpus suum
fidelis regit a dextris tuis in
vestitu deaurato etc. Septimus
quantum ad domicilium potius ha-
bitavit in deserto tamen tamen
habitabat in celo Super illud
philipp 3 Nostra conversatio in ce-
lis est Octavus ~~aut~~ quantum ad
consortium habet potius societate
ferarum mitius tamen erat potius
angelorum Juxta illud psalmi
angelis suis deus mandavit
de te etc. // Quartus carcer
fuit tyranni i. ipsius herodis
et iste fuit valde gloriosus quia
magna gloria est pati pro christo
Ipse enim incarceratus pro triplici
veritate scilicet pro veritate iusticie
quam defendebat cum dixit
herodi Non licet tibi habere uxo-
rem fratris tui Hec enim erat contra
iusticiam legis que precipiebat
ut nullus uxorem fratris sui ipso
vivente duceret // pro veritate
doctrine quam predicabat sicut
refert Josephus videns herodes
quod magna multitudo populi predica-
tam Johannis sequeretur timebat
populi formidans et herodiadi
placere desiderans ipsum incarce-
ravit pro veritate vite quam
tenebat Sicut enim serpentes et
buffones odorem vinearum

~~fugiunt~~ fugiunt et sicut noctue
lucem odiunt Sic et judei vitam
johannis imitari non valentes odebant
ipsum et fugiebant eius vitam dyabolo
potius quam deo tribuentes tanto
scilicet eius odore conturbati et tanta
eius luce excecati Math 11 Venit
Johannes non manducans neque bibens
et dicunt demonium habet // Quintus
est carcer limbi et iste fuit valde
gratiosus quia sanctis patribus qui
in limbo erant magnam leticiam
et consolationem fecit Erant enim in
quadruplici tristicia scilicet quia dei
visione carebant Secundo quia in loco tam
infimo et tam tenebroso mane-
bant Tercio quia tantam moram ibi con-
trahebant et quia demonum
vicinitatem ~~tenebant~~ habebant
Sed johannes ad limbum descendens
super hiis quatuor magnum eis gau-
dium nunciabat unde pater eius
prophetice dixit luce 1° Et tu puer propheta
altissimi vocaberis etc. Ostendit
quid debeat nunciare superius tamen
dicit ad dandam scientiam salutis etc.
Deinde quid nunciaturus erat in-
ferius eis subdit Illuminare hiis qui
in tenebris et in umbra mortis
sedent etc. Nunciavit enim eis quod
ultimus in tenebris ignorancie non
essent sed cito luce divine visionis
viderent et ideo dicit Illuminare
hiis qui in tenebris etc. Nunciavit
eis quod ultimus in loco umbroso
et morti i. inferno ~~vel~~ vicino non
manerent sed cito in celum conscenderent
Et ideo dicitur Et in umbra mor-
tis sedent Nunciavit eis quod ibi
ultimus moram non facerent sed
ad recedendum inde cito pederent

suos dirigerent Et ideo dixit sed
dirigendos pedes meos prevenit
eos quia pax facta erat inter homines
et angelos et ideo ultra non e-
rant contenti vicinitate demonum
sed societatem angelorum propter quam
scilicet inimicitie erant remote et
pax facta Ideo subditur In viam
pacis // Secundo fit mentio in evangelio
de eius decollatione Quia herodes
caput eius amputare fecit Cir-
ca quod notandum quod est quadru-
plex caput Caput scilicet corporale
rationale super se et spirituale Caput
corporale fuit ab eius corpore propter
eius iustitiam amputatum Magnum
pietatis gemitus et compassionis
affectus lacrima et
rationis et fletus cogitatione quod
tam viliter tam beatum caput am-
putatum est In quo erant illi beati
oculi qui Christum fetum in ventre ca-
lumbe conspexerant Ille beate aures
que vocem patris audierant Ille
beate nares que caritatis
beata oracula et testimonia de-
cerneverant Illi beati capilli qui
Christo consecrati fuerant quia na-
zarenus deo ab infantia fue-
rat et novacula super caput eius
non ascenderat // Caput rationale
est ipsa superior pars rationis que
superioribus viribus semper prefuit
et ipsas sibi direxit Et dicitur
ratio caput Quia sicut in ca-
pite corporali sunt quinque sensus
spirituales scilicet visus superne con-
templationis psalmus Revela oculos
meos et considerabo mirabilia
de lege tua Auditus interne in-
spirationis psalmus Audiam quid
loquatur in me dominus deus O-

lfactus bone opinionis 2 Corin.
Christi bonus odor sumus deo
In hiis qui pereunt et qui salvi
fiunt Gustus celestis degustationis
psalmus Gustate et videte quoniam
suavis est dominus Et tactus bone
operationis Illi enim qui dicunt
manibus tangunt quoniam ea que ali-
is predicant ipsi operibus faciunt
unde de quibusdam dicitur di-
cebat Matth 23 Alligant onera
gravia et importabilia et impo-
nunt in humeros hominum digito
autem suo nolunt ea movere
Caput pectorale est Christus Et
illud caput nunquam a Johanne
separatum fuit Sed potius in eum
motum et sensum influxit et
in utero et in mundo et modo
in celo In utero quidem in ipsum
influxit secundum quod eum cognovit
et motum quo eum salutavit
In mundo in ipsum secundum unum influxit
scilicet sensum fidei recte et motum
operationis bone In celo modo
in ipsum influxit secundum quod il-
luminatur ad profundam dei cogni-
tionem et motum quo sibi movetur
in deum per intimum amorem
Caput spirituale est ipse prelatus
primi regum 15 Cum esses par-
vulus coram in oculis tuis caput
tribubus in israel factus es Ju-
dicando igitur beatus Johannes ma-
gnus prelatus erat caput dici
poterat Et illud caput nunquam
a subditis suis precisum fuit
sed semper in eos influebat
secundum predicando et instruendo
verbis et motum informando
exemplis // Dicitur autem prelatus
caput multiplici de causa

Primo ratione sensualitatis. Dicit aristoteles in libro de animalibus quod caput hominis est sine carne. Est enim summum corporis et ideo debet esse leve. Secundo quia caput est nimis pingwe tunc corpus nimis gravat et deformat quia tunc bellinum esse videtur. Capita enim brutorum animalium et maxime asinorum carnosa sunt respectu capitis humani in homine. Quia ibi dicit aristoteles anterius et posterius capitis in homine est sine carne ne pondus gravet. Prelatus igitur dicitur caput quia debet esse sine carnali voluptate quo ad se. ii. Cor. 10. In carne enim ambulantes non secundum carnem militantes et sine carnali affectione quo ad parentes. Unde dicebat Ille magnus prelatus Math. Ecce mater mea et qui sunt fratres mei. Quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse est meus frater soror et mater. Tertio quia prelatus est nimis carnalis tunc corpus suum id est ecclesiam gravat magnis expensis et dehonestat malis exemplis. Precipue quia debet esse sine carne in parte anteriori id est in affectu ut pure deum diligat et in parte posteriori id est in intellectu ut veritatem deum agnoscat // Secundo dicitur caput ratione fortitudinis. Dicit enim aristoteles ubi supra quod testa capitis est ex osse duro et forti. Sic et prelatus debet esse durus et fortis contra adversa omnia sustinenda. Talis erat ille prelatus qui dicebat ii. Cor. 4. In omnibus tribulationem patimur sed non angustiamur. Aporiamur et non destituimur. Persecutionem patimur sed non derelinquimur // Tertio dicitur caput ratione compassionis. Dicit enim aristoteles ubi supra quod cerebrum capitis sensu doloris caret cum leditur. Et causam assignat quia nichil ipsum [?] et Job non est caro in carne aut non sensus doloris. Secundus quia caput quantum est respectu corporis in ipso sua sentiat lesione continue cum sentit lesionem aliorum suorum membrorum pro quorum lesione sepius lacrimatur. Sic prelatus adversa sua debet equanimiter tollerare afflictionibus vero subditorum continue flere exemplo summi prelati id est christi qui plus videbatur aliena peccata flere quam sua vulnera // Unde suorum vulnerum oblitus aliorum erat sollicitus dicens pater dimitte illis etc. Quarto dicitur prelatus caput ratione subministrationis. Caput enim aliis omnibus membris habundantius alimentum ministrat quam sibi et cum cetera alimenta seu nutrimenta laborant. Sic debet facere qualibet prelatus sed modo contrario est quia caput pinguescit corpus autem marcescit. Ezech. 34 pastores pascebant semetipsos et gregem non pascebant. Quinto prelatus dicitur caput ratione defensionis. Dicit enim aristoteles // quod si caput est cornutum est ad corporis defensionem. Sed cum prelati qui capita dicuntur cornibus suis id est potestate sua infirmos magis impetunt et impugnant quam defendunt. Ezec. 34

Cordibus vestris ventilabitis dia infirma peccata donec dispergent(ur). Fo-
ras. Et tunc cornua magis sunt data
ad defendendum membra infirma
quam fortia. Talis reputabat potestatem
suam a deo se recepisse sciebat
scilicet ad defendendum non ad offendendum
dicitur 2 Cor. 13: Secundum potestatem quam dedit
michi deus in edificationem et non
in destructionem vestram. Tertio fit men-
tio in ewangelio de eius sepul-
tura. Unde dicitur: Quo audito dis-
cipuli sepellierunt corpus eius
sunt autem reliquie aput ianuam
sua sepulte et honorifice tumula-
te licet scelerum multa ubi quas sen-
tiant ipsi tamen maxime ubi sunt
eorum reliquie multa beneficia
conferunt et suam potestatem ostendit.
Ostendit enim ibidem Johannes se esse
potestatem super omnia elementa scilicet
super ignem quia cum maximus
ignis esset accensus reliquie
apparuit et ille penitus possitus
formidans in se statim eva-
nuit. Super aerem vero cum vio-
lentia magna ventorum naves
in portu confringerentur reliquie
sancti Johannis contra vim ventorum
opposite violentiam ventorum
protinus cessare fecerunt. Supra
mare quia cum in diversis nau-
tibus ipsam reliquias reportabat
ianua deferrent tanta tempe-
states in mari est repente exorta
ut ipsi naufragium formida-
rent. Tunc clamavit quidam
sacerdoti quod si reliquias quas
separavit in simul reponerent peri-
culum evaderent et tranquilli-
tatem sentirent quod et factum

est. Super terram quia cum magna
esset sterilitas et reliquias eius
per civitatem processionaliter detu-
lerunt et mox pluvie suscepe-
runt beneficium et terra protulit
fructum suum etc.

Sequitur sermo de sancto Mathia apostolo et ewangelista

Ite in libro ewangelistarum
dabo. Ysaie 41. Ad hoc
quod aliquod donum sit gratum
et perfectum tria requiruntur. Primum
est ex parte dantis quod scilicet detur libe-
raliter. Aliud est ex parte illius
cui fit ipsa donatio quod scilicet sit
dignus ipsum donum recipere. Tertium
est ex parte ~~illius~~ doni ipsius
quod scilicet sit utile et proficuum. Ista
tria tanguntur in verbis premissis.
Primum ex parte dei dantis. Ubi
liberalitas cum dicitur dabo. Ex
parte illius cui fit illa dona-
tio notatur magna dignitas cum
dicitur In libro i. in ecclesie mi-
litanti. Ex parte doni notatur
magna utilitas cum dicitur ewan-
gelistarum. De liberalitate autem
ipsius dantis dicitur Jacobi primo:
Si quis vestrum indiget sapientia
postulet a deo qui dat omnibus
affluenter et non improperat et da-
bitur ei. Ex quibus verbis habetur
quod deus dat utiliter. Quatuor enim
sunt que deus libenter dat et
quatuor que in vite dat sapientiam
Proverbiorum 2. Deus dat sapientiam et
ex ore eius scientia et prudentia
libenter dat cordibus letitiam Jo. 16
Petite et accipietis ut gaudium
vestrum plenum sit i. petite

plenum gaudium quod est in deo
et de deo et accipietis libet
dat suam gratiam in presenti et glo-
riam in futuro. Proverbiorum Gratiam
et gloriam dabit dominus. Quartum
munus dat in vita scilicet longam
vitam maxime peccatoribus
qui nolunt converti. Quia quanto
plus vivunt tanto maiorem
penam sibi acquirunt unde dicitur
Eccl. 7. Noli esse stultus ne mo-
riaris in tempore non tuo. Boni autem
libenter prolongant vitam
suam ut maius meritum acqui-
rant. Proverbiorum. Quis est homo
qui vult vitam diligit dies
videre bonos prohibe linguam
tuam a malo. In vita dat mi-
norem vindictam quia modo
non est tempus vindicte sed nunc
In futuro autem vindictam com[illegible]
rebat Ro. 12 Michi vindicta
et ego retribuam. In vita dat
divitiarum copiam quia sunt
causa peccati. Eccl. 11. Si dives
fueris non eris immunis a peccato
Et ideo si quis habet consulit
ut relinquat. Math. 19. Si vis
perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus
et De hiis tribus laudat dominus
Salomonem quia ea petere no-
luit dicens 3 Regum 3o Quia po-
stulasti verbum hoc scilicet sapientiam
et non petisti tibi dies multos
nec divitias et animas inimicorum
tuorum sed postulasti tibi sa-
pientiam ad discernendum iudi-
cium. Ecce dedi tibi cor sa-
piens et intelligens in tantum
ut nullus ante similis tui
fuit nec post te resurrecturus
erit. In vita etiam dat secularem
potentiam unde cum mater filiorum
Zebedei pro filiis suis hoc petisset
a Christo dicens Math. 20 Dic ut se-
deant hii duo filii mei unus
ad dexteram tuam et alius ad
~~dex~~ sinistram tuam in regno tuo
Christus petitionem repulit dicens
Nescitis quid petatis. Ideo autem
in vita dat suis secularem pote-
tiam quia sepe quanto sunt
maiores in potentia tanto maio-
res sunt in malitia et tanto ma-
iores erunt in pena. Sapie. 6o
potentes potenter tormenta pa-
tientur. Secundo dat generaliter ideo dicit
omnibus qui solem suum oriri facit
super bonos et malos et pluit super
iustos et iniustos. Et sic dicat pater
noster celestis instar solis dat nobis
lucem qua nos illuminat ad dei cogni-
tionem. Dat nobis calorem quo
nos inflammat ad dei amorem
et instar pluvie dat nobis gratiam
per quam nos fecundat ad bonam
operationem. Tertio dat ~~affluenter~~ habundanter
ideo dicitur dat omnibus affluenter
Deus cum triplex opus fecit in quibus
valde liberalis fuit. Primum est
opus creationis ubi deus fuit
valde liberalis quia celum et
terram solem et lunam et stellas
ad nostrum servitium et ministerium fecit
Deut. 4 Cave ne forte ele-
vatis oculis in celum seu ad celum
videas solem et lunam et stellas
et omnia astra celi et errore de-
ceptus adores ea et colas que
creavit dominus deus tuus in mini-
sterium cunctis gentibus. Aliud est
opus redemptionis ubi fuit
liberalior [illegible] dominum

mina et copiosa apud eum redemp-
tio ps. cxxix Non copiosa quia non
gutta sanguinis sed unda fluminis
largiter per quinque fontes corporis Christi
emanavit. Tertio apud se glorifi-
cationis ubi deus est liberalissimus
i Cor. 2o Quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit deus hiis
qui diligunt eum. Quarto dat cu-
rialiter. Ideo dicitur Et non impropc-
rat. Contra dicitur Eccl. 20o datum
insipientis non erit utile tibi. Ex-
igua dabit et multa improperabit
Seneca de beneficiis libro secundo
Hec beneficii inter duos lex est
alter statim oblivisci debet alter
dati memor esse accepti; taceat
qui beneficium dedit narret qui
accepit. Consueverunt autem maiores
improperare dona sua superbi ira-
cundi et post fastidiosi. Seneca de
beneficiis Non gratum est quicquid
ad eum qui beneficium aut superbe ab-
iecit aut iratus impendit aut
fatigatus ut molestia careret dedit.
Secundo notatur ex parte illius cui fit
donatio magna dignitatis eius dicitur
iiii hiis per quam cetera que deus per fidem
videt sequitur iiii hiis cum intelligitur
visio patris dicit Augustinus Augustinus
in libro de ordine videbit deum
qui bene vivit bene orat et bene studet.
Illa autem visio potest intelligi aut
de visione qua deus cognoscitur
in via per fidem aut de visione
qua videbitur in patria per speciem
Inquantum quia deus cognoscitur
in divinis mandatis et hoc est
quod videt Augustinus dicit videbit deum
qui bene vivit. Psalmus A mandatis
tuis intellexi Gregorius in omelia

loquens de duobus discipu-
lis euntibus in emaus dicit
audiendo precepta dei illuminati
non sunt faciendo illuminati
sunt. Quia scriptum est non auditores
iusti sunt apud deum sed facto-
res iustificabuntur. Quisquis
ergo vult audita intelligere
festinet ea que iam intelligere
potuit opere implere. Cognoscitur
etiam in orationibus devotis et
hoc est quod dicit Qui bene orat
2 Paralip. 20o Cum ignoremus
quomodo agere debeamus hoc
solum residui habemus ut oculos
nostros ad te dirigamus. Cogno-
scitur in divinis scripturis et
hoc quod dicit Qui bene studet
Psalmus lucerna pedibus meis
verbum tuum et lumen semitis
meis. Johannis 5 Scrutamini scrip-
turas quia ipse sunt que testimonium
perhibent vel potest ista visio acci-
pi prout erit in patria ex qua cau-
sabitur in homine summa delectatio
ex eo quod bene vixit perfecta delectatio
ex eo quod bene oravit perfecta cognitio
ex eo quod bene studuit. Ysaie
Tunc videbis, ecce cognitio
Et delectabitur cor tuum, ecce de-
lectatio dilatatio. Caritas enim
cor dilatat et amplius facit
Ista tria bene Mathyas habuit
quia bene vixit bene oravit et
bene studuit. Et ideo bene accipere
meruit perfectam dilectionem delecta-
tionem et fruitionem. Ipse quidem
bene vixit quia secundum vivit abe-
dicens quo ad deum Quia in go
ut tristis sibi dixit Sequere
me. Surgens secutus est eum

voit intrarit quo ad scriptu-
ra nichil terrenum possidere
voluit sed omnia dereliquit vi-
xit paciens quo ad malos qui
eum murmurarent quod cristus ad
peccatores declinasset ille pa-
ciens tulit nec impaciencie verbum
respondit vixit humilis quo
ad bonos inter quos humiliter
versatus est unde eciam causa
humilitatis publicanum se appel-
lavit Ipse eciam bene oravit
unde actuum 1o per quam matheus
et ceteri apostoli sunt nominati sequitur
hii omnes erant perseverantes
unanimiter in oratione cum mu-
lieribus et maria matre ihesu
In quibus verbis habetur quod oratio
sua erat perseverantissima
unde dicit perseverantes luce
primo. Oportet semper et non de-
ficere Secundo erat attentissima
ideo dicit unanimiter Cum
enim in oratione sua intentus
dimidiat non unam sed quasi
duas animas gerit Tercio erat
devotissima quia orabat cum
matre gratie Et erat efficacissima
quia orabat cum matre ihesu
Ipse eciam bene studuit et intus
perfecit quod librum ~~diutino~~ plenum
omni sapientia compilavit unde
dici decet illud Ecclesiastici 50 doctrina
sapientie et disciplie scrip-
sit in codice ihesus filius sirach
ierosolimita qui renovavit sapientiam
de corde suo Sexto eo parte
domini natus magne utilitatis
et prosperitatis Et ad dictum evan-
gelistam perfuit autem matheus
valde profusus et racione
sui et racione evangelii Ra-
tione quidem sui quia fuit

in forma hominis prefiguratus a
cristo immediate edoctus et a virgine
in specialem familiaritatem assump-
tum Ipse quidem ut habetur Ezechielis 1o
et Apocalipsis 4 In specie hominis est
prefiguratus Et racio potest esse quia
homo est animal racionale et mortale
Ante incarnationem cristus tantum
erat spiritus Iohannis 4 Spiritus est
deus etc. Sed nostram mortali-
tatem suscipiens factus est in quantum
homo animal racionale et mortale animal
apparuit in incarnatione ~~animal~~ racionale
in predicatione mortale in passione
Ista tria maxime matheus in
in evangelio suo tractavit et
ideo non mirum in figura hominis
demonstratus fuit Tamen in principio
sui evangelii ostendit cristi in-
carnationem in medio cristi ~~incar-~~
predicationem in ultimo cristi passi-
onem Perfuit eciam a cristo imme-
diate edoctus Hebreorum 1o Multiphariam
multisque modis olim deus loquens
patribus in prophetis novissime die-
bus istis locutus est nobis in
filio. Iohannis 17 Omnia quecumque au-
divi a patre meo nota feci vobis
Et ideo matheus scripsit de visu
Cum enim evangeliste sint cristi
testes et testimonium aliquando fe-
ratur de visu aliquando de auditu
Ideo cristus voluit habere duos
testes de visu scilicet matheum et
Iohannem Et duos de auditu
scilicet marcum et lucam Et quia te-
stimonium quod est de visu est fir-
mius quam aliud quod est de auditu
illa enim duo evangelia que
sunt de visu in ordine

evangeliorum scripta sunt extrinseca
Alia vero duo que sunt de auditu
scripta sunt intra ut ipsa tamquam
infirmiora ab ipsis extremis tamquam
a fortioribus fulciantur. Fuit ergo
a virgine in specialem familiarita-
tem assumptus. Fuit eciam notarius
eius quia eius genealogiam descrip-
sit. Fuit secretarius eius quia
ea in ewangelio posuit que non
nisi a virgine scire potuit sicut est
de eo quod Joseph ipsam mittere voluit
de eo quod ipsi Joseph angelus apparuit
de eo quod in egiptum fugit
de eo quod puer a magis adoratus fuit
Ista enim et similia non potuit scire
a Joseph quia quando Matheus scripsit
ista iam Joseph mortuus erat
et ideo a virgine didicit universa
Fuit eciam cubicularius suus quia
cubiculum immaculatum esse docuit
fuisse docuit dicens Math. 1o ante-
quam convenirent inventa est in
utero habens de spiritu sancto
Et infra et non cognovit eam
donec peperit filium suum primo-
genitum nec eciam post modum
nec interim. Eius eciam ewangelium
fuit valde sublime et profundum
quod patet in maiestate ex quatuor
racionibus. Prima racio quia fuit
a Marco abreviatum. Johannes
non habuit abreviatorem quia egit
de cristi divinitate que abreviari
non potuit 3 Regum 8 Si celum et
celi celorum te capere non possunt
quanto magis domus hec quam
edificavi tibi. Lucas non habuit
Matheus non habuit quemque ante
racionem assignat quamquam de-
Matheus nam suscepisse dicitur

incarnacionem domini sed secun-
dum regiam. Lucas autem
secundum sacerdotalem et ideo non
habuit abreviatorem. Lucas
sicut Marcus Matheus quia
regibus est non esse sine comiti-
obsequio sacerdos autem in sancta
sanctorum solus intrabat. Secunda
racio quia lingua ebraica
fuit conscriptum. Ceteri autem evange-
liste scripserunt lingua greca Ma-
theus vero lingua ebraica. He-
braica lingua fuit prima que
fuit Ade fuit non ab homine
inventa sed a deo immediate
tradita. Est lingua curialis
et decora Tercia sicut dicit
Rabi Moyses ij sentenciarum Nullum vocabulum
quod in lingua illa deputatum
est ad aliquam feditatem vel
turpitudinem nominandam
sed per aliquas circumlocuciones
talia exprimuntur. Erit eciam
perpetua et eterna Tercia sicut
dicit Ysidorus post diem iu-
dicii omnes lingue cessabunt
et solum sola lingua manebit
ebrea. Merito igitur Matheus
evangelium suum scripsit lin-
gwa illa que fuit prima quia
eius evangelium tempore et ordine
fuit primum. Unde dicit Jeronimus
in prologo Mathei Matheus ex iudea
sicut in ordine positus est primus
ita in iudea evangelium primus
scripsit. Tercium eciam in illa lin-
gwa que a deo fuit immediate
data quia eius evangelium
immediate a cristo traditum
a spiritu sancto immediate inspi-
ratum. Quarto sic fuit de evangelio

luce et maria quia licet ha-
buerunt a spiritu sancto vel ab eo
immediate habuerunt a christo
in illa tamen lingwa que est
ebrea quia cuius ewangelium
in illo stilo exaratum unde
est dictum illud proverbiorum 22 capitulo appone
cor ad doctrinam meam que
pulchra erit tibi cum servaveris
eam in ventre tuo et redun-
dabit in labiis tuis in illa
tamen lingwa que est ebrea quia
cuius ewangelium editum est
luce 21 Celum et terra transibunt
verba autem mea non transibunt.
Tertia ratio est quia sicut a
Barnaba recitatur approbatum
quia ipsum ewangelium secum
portabat super infirmos pone-
bat et secum poni in sepul-
chro mandavit ideo autem
secum portabat ut ab insidiis
demonum securus protegitur
ideo super infirmos ponebat
ut sanarentur ideo secum
sepelliri voluit ut securus
moreretur. Quarta ratio est
quia ab ecclesia est valde aucte-
ritatum quia frequentius omnibus
aliis ab ecclesia recitatur Ecclesia
enim frequentius recitat ewangelium
mathei epistolas pauli et petro
david Et hinc multiplex est
ratio. Una est quia omne
peccatum aut committitur ex infirmitate
quadam aut ex ignorancia
aut ex certa malicia Ex infir-
mitate quadam peccavit ma-
theus pecuniis cum lucris
congregando aliquando procedit infir-
mitate Ex ignorancia peccat
paulus qui dicit in thimotheo 1°

prius fui blasphemus et persecutor
et contumeliosus sed misericordiam conse-
cutus sum quia ignorans feci
in incredulitate. Ex certa mali-
cia peccavit david qui adul-
terium commisit et homicidium per-
petravit ut igitur ostendatur quod nullus
debet desperare de venia sive
peccet ex infirmitate sive ex
ignorancia sive ex certa malicia
ideo dicta horum trium tam frequenter
in ecclesia recitantur. Alia ratio
est quia omne peccatum aut est in
deum sicut peccatum perfidie aut in
proximum sicut homicidium aut
in seipsum sicut avaricia et cupi-
ditas rerum Talis proprie habet
puccionem primarum Ecclesiastici 7 Cunctis
diebus vite sue tamen cecidit in
tenebris et in curis multis et
in erumpna atque tristicia. peccato
igitur peccavit in deum paulus
unde dixit ei dominus actuum 9
Paule Paule quid me persequer-
is. peccato in proximum peccavit
david qui fidelem militem
interfecit. peccato in seipso peccavit
matheus qui immoderate ava-
ricie deditus fuit. ut igitur
ostendatur quod nullus debet de dei
misericordia diffidere sive peccet in deum
sive in proximum sive in se ipsum
ideo verba istorum trium frequenter
in ecclesia leguntur. Alia ratio
est quia sicut dicitur 1 Johannis 2
Omne quod est in mundo concupiscentia
carnis est et concupiscentia oculorum
et superbia vite. David igitur
peccavit concupiscentia carnis quia
adulterium commisit matheus
concupiscentia oculorum quia

avaritia saciatus fuit paulus
superbia vite quia superbe et cru-
delis in sanctos persecutores exstitit
ut igitur nullus gratiam dei se assecutum
esse diffidat sive peccato concupiscentie
sive avaritie sive superbie Ideo
scriptura horum tam frequenter
ad memoriam reducit licet enim
tam graviter peccaverint tamen
in eis per divina gratia habun-
davit quod sevissimum persecutorem
fecit fidelissimum predicatorem
adulterum et homicidam fecit pro-
phetam et publicanum lucris inhian-
tem et cupidum fecit evangeli-
stam et apostolum Movet autem Crisostomus
questionem quare fit mencio
de vocatione Mathei et quatuor
piscatorum et non fit mencio de
vocatione plurimorum aliorum apostolorum
sicut Bartholomei Thome Symonis
et Thadei Et dicit quod nichil pi-
scatione theolonei deterius et
nichil piscatione vilius Nos
etiam possumus addere quod fit men-
cio de vocatione pauli quia
nichil persecutore scelestius scelestos
Est autem quoddam officium vilitatis
ut piscari quod in se nec est bonum
nec est malum quoddam cupiditatis
ut negociari quod et si in se non
est malum est tamen occasio mali
et quoddam iniquitatis ut scelus
persequi quod in se et secundum se et
simpliciter est malum Ideo vocatio
horum trium tam singulariter
exprimitur ut detur intelligi quod
deus nec vilia nec rusticana
opera despicit nec contentibus
matrimonium et ~~alibi~~ alia offi-
cia que sunt occasio peccati

ianua salutis claudit nec
malos si nec scelestos a pe-
~~nitentia~~ abiciat [illegible]

Sermo secundus de sancto Matheo apostolo et evangelista

Opus fac evangeliste
2 Thy. 3. Opus evan-
geliste est predicare vel
evangelium scribere vel [illegible]
[illegible] Isto triplici mo-
do beatus Matheus opus evange-
liste fecit primo quia eum predi-
cavit utiliter sapienter ferventer
potenter fideliter et constanter
utiliter quod predicavit Ecclesia si-
cut in legenda eius dicitur deus
ipsum et alios apostolos misit ut
edificent turrim scilicet ecclesiam per
quam fideles ascendant ad
celum sicut enim mali edificave-
runt turrim viciorum per quam de-
scenderant ad infernum In edifi-
catione autem huius turris in
fundamento est fides in sum-
mo est spes in medio est caritas
que ipsos lapides vivos id est sanctos
coniungit Ista tria tangit apostolus
Ephe. 2 Super edificati supra
fundamentum apostolorum et prophe-
tarum ecce fundamentum fi-
dei id est super fidem quam habuerunt
apostoli et prophete ipso summo angu-
lari lapide cristo Ihesu Ecce sub-
limitas spei que nos erigit In
quo omnis edificatio constructa crescit
Ecce unitas fidelium qui per
caritatem coniungitur Secundo predi-
cavit sapienter quod sit in
legenda habetur omnia figmenta
demonum detegebat ut quod illi

[...]tebat in primo iste contulit salutem. Dyabolus namque suadet aperte malum et tunc necessaria est resistentia. Iacobi 4: Resistite dyabolo et recedet a vobis. Aliquando suadet illud quod videtur esse bonum et tunc necessaria est sapientia. 2 Cor. 11: Ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis. 1 Ioh. 4: Karissimi nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sunt. Aliquando suadet illud quod videtur esse perplexum et tunc necessaria est sapientia prudentie ut scilicet homo de duobus malis sciat eligere minus malum. Iob 40: Nervi testiculorum eius perplexi sunt. Dyabolus igitur isto triplici certamine cum Matheo apostolo pugnavit scilicet suadendo aperte malum quia scilicet magi se volebant pate adorari et ideo duos dracones ignem spirantes ad eum miserunt. Quod istud etiam vicit per resistentiam armatus signo crucis et virtute dei ipsos dracones expulit et fugavit. Postea pugnavit contra ipsum per apparens bonum sicut quando filio regis mortuo suscitato sacerdotes cum coronis aureis et diversis sacrificiis ad eum venerunt ut ei sacrificarent quod bonum aliquod videbatur. Sed istud vicit per sapientiam quia soli deo docuit esse sacrificandum et omnia que attulerant respuit et de auro et de argento ecclesiam edificari precepit. Postea pugnavit contra ipsum per illud quod videbatur esse perplexum sicut quando Ephigeniam virginem sacro velamine consecratam ab ipso in uxorem petebat aliquin mors sibi imminebat. Malum erat si raptus accideret, peius erat si votum dei violaretur. Sed istud etiam vicit per discretionem prudentie quia elegit ut fieret minus malum scilicet sua occisio. Non fuisset sibi mala sed pretiosa iuxta illud psalmi: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Item predicavit fuerunt magni quidem fuerunt extitit qui usque ad ethiopiam contra predicandi processit ut in eo impleatur illud prophete: In omnem terram exivit sonus eorum. Item nisi si tanti fuerunt extitit quia super ipsum et alios apostolos spiritus sanctus in linguis igneis apparuit ad innuendum quod debebant esse eloquentes verbo, fervente zelo, lucentes exemplo. Secundo predicavit potenter quia predicationem suam miraculis confirmabat scilicet infirmos sanando, mortuos suscitando et demones effugando, sicut patet quando duos dracones expulit qui suo visu cunctos terrebant, flatu inficiebant et igne comburebant, per quos dyabolus signabatur qui est horribilis ad videndum. Iob 20: Vadent et venient super eum horribiles. Qui est infectivus ad venandum. Proverbiorum 23: Sicut regulus venena diffundet. Qui est inflammativus ad succendendum. Ysaie 54: Ecce ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas. Iob 41: De naribus eius procedit fumus sicut olle succense atque ferventis. Tertio predicavit fideliter quia honorem domini noluit usurpare

et ideo cum aut satisfactione vel-
lent omnia respuit et ea que fa-
ciebat non sibi sed divine virtuti a-
scribenda esse admonuit / predicator
cum licet ministro ubi multos convertat
ipsorum tamen conversionem non sibi sed
divine virtuti ascribere debet / Ipse enim
dat virtutem vivendi vel gradiendi
illi qui cum lucerna illuminat sicut
cecitatem commodat comedenti / Ille
qui cibum ministrat sicut campana
dat virtutem orandi que orantes
ad ecclesiam vocat sicut tuba dat
virtutem pugnandi que ad prelium in-
vitat / Sic predicator quamvis sit immediate
[illegible] ministro ubi ut aliquis deum
cognoscat et [illegible] salutem [illegible]
ut aliquis vita gratie vivat ut a-
liquis devotionem acquirat ut aliquis
fortiter dyabolo resistat / Sed nisi deus
operetur intus non valet ad ista /
Sexto predicavit constanter quia sicut
promissis regis potuit emolliri qui
scilicet dimidium regni sui se daturum
promiserat si super dictam sententiam
ad suum consilium inclinaret sicut minis
potuit deterreri sicut eius suppliciis
superari sed missarum solemnia
devote perficiens mortem constanter
accepit / Secundo fecit opus evangeliste
quia evangelium scripsit et sic ipse
fuit apostolus evangelista et martir
ita quod in nullo aliorum sanctorum iste
tres prerogative insimul inveniuntur
Petrus quidem fuit apostolus et mar-
tir sed non fuit evangelista quia evangelium
non scripsit / Johannes fuit apostolus
et evangelista sed non fuit martir
quia sanguinem suum non fudit
sed in pace quievit / Stephanus
non fuit martir sed non fuit apostolus
nec evangelista / Mathias autem

non fuit apostolus et ideo iudex
mundi fuit evangelista et ideo
notarius Christi et fuit martir
et ideo testis dei / Erit autem
iudex mundi iuxta illud Mathei 19
Cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue sedebitis
et vos super sedes 12 iudicantes
duodecim tribus israel / Erit autem iudex
non sententiam ferendo sed vel iudicio
assistendo proverbiorum ultimo / Nobilis
in portis vir eius quando sederit
cum senatoribus terre vel iudicio
sententiam conscribendo [illegible] ut
faciant in eis iudicium conscriptum
vel iudicibus sententiam [illegible]
apocalipsis 19 laus et gloria et virtus
deo nostro quia vera et iusta
iudicia eius sunt vel malis
ex vite sue meritis condempnando
proverbiorum 12 Iacebunt mali ante
bonos et impii ante portas iustorum
Fuit etiam evangelista et quantum
ad hoc fuit notarius Christi / Propter
illud Mathei 13 / Ideo omnis scriba
doctus in regno celorum similis
homini patrifamilias qui profert
de thesauro suo nova et vetera
Levitici / Novis supervenientibus
vetera proicietis / Iste cum scriba
et notarius Christi in suo evangelio
posuit nova i. nova christi-
ane salutaria documenta ut sunt
illa Mathei 5 / Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum
et magna novitas quando
pauperes et lugentes et persecutionem
patientes beatificantur
posuit et vetera sicut veterum
testamentum complevit testimo-
nium ut est illud Mathei 1

Hoc aut totum factum est ut
impleretur quod dictum est per prophetam
dicentem Ecce virgo in utero habebit
et pariet filium et illud mathei
2 Et veniens habitavit in civi-
tate nazareth ut impleretur
quod dictum est per prophetam quoniam
nazarenus vocabitur possunt
et vetustissima quia ea que
ab origine mundi create et corde
hominis fecit scripta sunt vete-
rtissima ponitur mathei 19
Si vis ad vitam ingredi serva
mandata dicit illi que ihesus
aut dixit non homicidium
facies non adulterabis non fa-
cies furtum etc. Nova igitur
et vetustissima semper permane-
bunt quia cristi documenta
et dei precepta semper durabunt
vetera aut abierunt quia iam
fidelibus non sunt necessaria
prophetarum testimonia post quam
est eis exhibita veritas prophe-
tata Iste igitur scriba instructus
spiritu sancti ewangelium suum
scripsit unde potest dici illud
psalmi 44 Lingwa mea calamus
scribe velociter scribentis Scriba
est spiritus sanctus Calamus quo
scribit est lingwa ewangeliste
Carta sunt corda nostra At-
tramentum unctio spiritus sancti
Lex moysi fuit scripta in la-
pide ad designandum quod erat
servitutis et timoris Et iam ti-
mor et servitus omnibus durissima
fuerunt / Lex cristi est scripta in
corde ad designandum quod est
lex amoris et adopcionis Ro
8 Non enim accepistis spiritum servi-
tutis iterum in timore sed

accepistis spiritum adopcionis filiorum
Lex moysi fuit in manu / Lex at
moysi fuit in manu quia prohi-
bebat tantum prohibere manum / Lex aut
cristi est scripta in animo quia prohi-
bet manum et animum mathei 5
Audistis quia dictum est antiquis
non mechaberis Ecce prohibitio
manus Ego aut dico vobis quia
omnis qui viderit mulierem ad concu-
piscendum eam iam mechatus est
eam in corde suo Ecce prohibitio
animi / Lex moysi scripta erat in
terra sive in lapide quia terrena promitte-
bat promittebat terrena / Lex aut cristi
scripta est in celo quia promittit
celestia Jo 3 Si terrena dixi vobis
vobis non creditis quomodo si dixero
vobis celestia credetis q. d. Si
noluistis credere legi moysi quia
concedebat vobis que promittebat
terrena que videtis quomodo credetis
ewangelio meo quod promittit ce-
lestia que non videtis / De ista le-
ge in corde scribenda dicitur
Jeremie 32 Dabo legem meam
in visceribus eorum proverbiorum 3 et 7
describe eam in tabulis cordis
tui Sed sunt multi qui neque ut
scripta fuerit obliviscuntur
Tales enim similes vasi confracto
Eccl 21 Cor fatui quasi vas
confractum omnem sapientiam non tenue-
bit sacco pertuso aggei primo
Qui mercedes congregavit misit eas
in sacculum pertusum ubi recepto
conceptu in corpore cuius recepto
tibus nec corpori attendit qui
statim sumptibus emittit Et

fetui abortivo quod cum precessit complexus
conceptio quam statim mors consequitur
Sic parum valet susceptio doctrine
vel sapientie si statim oblivio sequitur
Oblivio enim quedam mors sapientie
est. Sicut ~~[illegible]~~ Quidam namque sunt
qui ea que audiunt de facili suscipiunt
et de facili obliviscuntur. Isti sunt
sicut aqua que figuras impressas mox
recipit et mox amittit. Gen. 49.
Effusus es sicut aqua non crescas.
Quidam difficulter recipiunt et sta-
tim obliviscuntur. Isti sunt sicut
aqua congelata que difficulter
valde figuras vel litteras recipit et
receptas mox adveniente sole
perdit. Eccl. 43. Frigidus ventus
aquilo flavit et gelavit cristallus
ab aqua. Quidam difficulter recipi-
unt sed postquam semel receperint
semper memorie retinent. Isti sunt
sicut lapis qui litteras sculptas
difficulter recipit sed numquam postea
perdit. Unde deus digito suo scrip-
sit decalogum in tabulis lapideis
ad innuendum quod ea que semel
recepimus semper memorie tene-
amus. Quidam cito recipiunt et
postea semper retinent. Isti sunt
sicut cera que litteras vel figuras
de facili recipit et postea retinet.
Et isti sunt omnibus meliores quia
cito recipiunt et numquam obliviscuntur.
Talis erat propheta qui dicebat Factum
est cor meum tanquam cera liquescens
scilicet ad recipiendum. Aruit tanquam
testa virtus mea scilicet ad retinendum.
Fuit etiam martir dei et quantum
ad hoc fuit testis eius quia mar-
tir testis veritatis iuxta illud Apoc. 2.

In diebus illis Antipas testis
meus fidelis qui occisus est
apud vos Mathicus non tantum
fidem testificatus est in corde
tantum veritatem tenendo non tantum in
ore tantum fiducialiter predicando iuxta
illud Ro. 10. Corde creditur
ad iustitiam ore autem fit confessio
ad salutem verum tantum opere [illegible]
peribus comprobando quia sicut
dicitur Jacobi 2. Fides sine ope-
ribus mortua est. Sed etiam testi-
ficatus est sanguine proprio pro
ipso moriendo. Secundum illud
Eccl. 4. Pro iustitia agonizare
pro anima tua et usque ad mortem
certa pro iustitia. Tertio fuit opi-
fex evangeliste quia rem evangelii
implevit et hoc respectu dei proximi
et sui. Respectu dei quia secutus
est ipsum et gressu corporis et
gressu mentis et affectu operis.
Ista tria tangit Ambrosius de Ma-
theo dicens: Sequebatur Matheus Christum
iam letus et alacer. Ecce gressus
corporis. Et exultabat dicens iam
non publicanum gero iam non de-
porto levi. Ecce mutatio af-
fectus mentis. Exui levi per quod
Christum indui. Ecce mutatio affectus
operis. Implevit etiam rem evangelii
respectu proximi quia pauperes
pascebat et contra malos pati-
entia exhibebat. Ipse enim Christum
pauperem et discipulos eius re-
creavit non tantum corporali materiali
refectione sed etiam spirituali in sua
conversione. Fecit magnum levi ei
convivium magnum levi in domo
sua. Vere magnum quia talibus cibis
pascit corpus et potat angelum.
Christum quidem pascit Gen. 2.

offer michi duos cibos optimos
et faciam ex eis escam patri tuo
prout libenter vescitur. Cibi optimi
sunt peccatores penitentes quia quamdi-
uid gusto cristo multum delectat
et ipse sibi eos incorporat / potat
etiam angelum. Bernardus penitentium
lacrime sunt vinum
angelorum vel magnum quia ta-
lium gusto facit deo magnum
festum. Luce 15. Relicque cogitacionis
dicem festum agent tibi et ange-
lis magnum gaudium. Sicut Gau-
dium erit angelis dei in celo
super uno peccatore penitentiam
agente. Ipse etiam contra malos
paciam habuit pharisei enim
dicebant ipsum esse peccatorem qui
sic erat iustificatus plus publicanus
quasi publicanus tamen qui tamen
erat mundatus Christi etiam presentia
indignus qui tamen erat dignus
effectus. Sed ad ista ipse non fuit
commotus nec in animo ex aliqua
turbacione nec in signo ex a-
liqua vultuositatis ostensione
nec more ex aliquo impacienti
sermone / nec in facto ex aliquo in-
iurioso opere vincit etiam scedum
ewangelium respectu sui quia et
habuit humilitatem et vitam
suam per penitentiam mutavit. Eius
aut humilitatis apparuit et in hoc quod
nomen suum vulgatum posuit et in
hoc quod se publicanum vocavit
Proverbiorum 18 Justus prior accusator
est sui. De hoc sic dicit Jeronimus
ceteri ewangeliste propter verecundiam
et honorem Mathei noluit ipsum
nomine appellare vulgato sed
dixerunt levi. Dupplici enim vo-
cabulo fuit ipse aut Matheus

Juxta illud Salomonis Justus
in principio accusator est sui Ma-
theus se et publicanum nominat ut
ostendit legentibus nullum debere
de salute desperare si ad meliora con-
verti voluit cum ipse de publicano
in apostolum sit mutatus vitam etiam
sua ad unius divine inspirationis voce
per penitentiam mutavit statim ut ei
dixit Sequere me statim surgens
secutus est eum Ex modo enim statim
convertitur ad unam vocem dei scilicet ad
interiorem eius inspiracionem. Job.
voca me et interna scilicet inspiratione
et ego respondebo tibi per obedientie
exhibicionem alii non convertuntur nisi au-
diant duas voces scilicet interiorem in-
spiracionem et exteriorem exhortationem
Actuum. Loquente petro ad plebem cecidit
spiritus sanctus super omnes qui audiebant
seu audierant verbum. Alii non convertuntur
nisi cum illis duabus habeant terciam
scilicet divitiarum cumulacionem. Psalmus
Confitebitur tibi cum bene feceris
ei. Alii non convertuntur nisi cum illis
tribus habeant quartam scilicet flagellacionem
(et tunc flagellati ad
deum currunt et recurrunt. Juxta
illud Psalmi Multiplicate sunt infir-
mitates eorum postea acceleraverunt

Sermo tercius de sancto Matheo apostolo et ewangelista

Cum transiret ihesus vidit
hominem sedentem ad theo-
loneum Matheum nomine
et ait illi Sequere me. Et surgens
secutus est eum. Mathei 9. Si aliquis
infirmus sanari desiderat oportet
ut infirmitatem suam medico ap-
periat et ut medicus eum ipsum

infirmum diligentem curam adhibe-
at et ut ipse sanatus sanitatem
suam per evidentia signa ostendat
Ista tria notantur in verbis premissis
Primo igitur ponitur species infirmitatis
ex parte egroti cum dicitur hominem
sedentem in theolonio matheum
nomine // Secundo ponitur modus curandi
ex parte medici cum dicitur Cum
transiret ihesus vidit ihesus et ait
illi, sequere me Tertio ponitur ostensio
curationis ex parte sanati cum dicitur
Et surgens secutus est eum / Primo
igitur ponitur species infirmitatis ex
parte egroti Circa quam notandum
quod ipse egrotus infirmitate multiplici
laborabat Prima igitur infirmitas
est quia factus erat terrenus per
cupiditatem et avariciam Quod
notatur cum dicitur vidit hominem
non virum homo enim dicitur ab hu-
mo. Matheus igitur diligendo ter-
ram factus erat terrenus Augustinus
Talis est unusquisque qualis
est dilectio sua si terram diligis
terra es deum diligis deus es dicitur
autem avarus sive dives quia terra
in superficie est venustata flori-
bus et plantis In medio est dita-
ta mineralibus et thezauris In
infimo est repleta doloribus
et tormentis quia in inferioribus
partibus terre creduntur esse infer-
nalia supplicia dampnatorum Ava-
rus ergo sive dives est terra
quia in superficie sepe ornatur flo-
ribus et plantis id est nitentibus
vestibus et filiis Sicut ille dives
de quo dicitur Luce 16 Homo quidam
erat dives et induebatur purpura
et bysso exterius Interius vero ditatus est
magno thezauro id est anima ad simili-

tudinem dei facta de qua the-
zauro dicitur 2 Cor. 4 Habemus
thezaurum istum in vasis fict-
libus Sed quandoque sit exterius
in superficie decoratus et in medio
sit ditatus in imo tamen est tor-
mentis et doloribus plenus quia
habet dolorem conscientie remor-
dentem et intensionem avaricie estuan-
tem Ysaie ult. Vermis eorum non
morietur et ignis eorum non ex-
tinguetur et habet sollicitudinem
suffocantem et tristiciam excrucian-
tem Eccl. 5 Cunctis diebus vite
sue comedet in tenebris et in
curis multis et in erumpna ac
tristicia // Secunda infirmitas est quia
erat in bono opere remissus per
torporem et negligentiam Quod
notatur cum dicitur sedentem
id est a bono opere torpentem Tria
namque sunt loca scilicet celum infernus
et mundus Celum deputatum est
ad quiescendum id est ad sedendum
et regnandum Sedere enim est quie-
scentis et regnantis Beati
igitur sedent quia a laboribus
requiescunt Apoc. 14 Amodo
iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis Sedent etiam
quia cum christo regnant Math. 19
In regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue
sedebitis et vos super sedes [illegible]
Infernus deputatus est ad ia-
cendum Prov. 14 Iacebunt mali
ante bonos et impii ante portas
iusticie In quo autem lecto habe-
bunt pro culcitro tineas demo-
nes pro coopertorio vermes ror-
dentes eos Ysaie 14 Subter
te sternetur tinea et operimentum

tum erunt omnes pro lintiamine
inferiori et superiori habebunt sani-
ctinos doloris ysaie .7. In do-
loribus dormietis ~~pro cervicali~~
pro cervicali habebunt capita
aspidum Job 20 Caput aspi-
dum surget Et quia diuites
consueverunt facere pulsari diu-
ersa organa ut suaviter dormi-
ant Ideo ibi habebunt qua-
tuor genera musicorum scilicet strepitum
tormentum Jeremie 19 Omnis qui
transibit per eam stupebit et sibi-
labit super omnes plagas eius
stridorem dentium eorum dampn-
natorum Math. 8. Ibi erit fle-
tus et stridor dentium planc-
tum vniversorum Amos quinto
In omnibus plateis planctus et
in cunctis que foris sunt
dicetur ve ve Et vlulatum omnium
ysaie 16 Ideo vlulabit Mo-
ab ad moab vniversus vlulabit
Dampnati modo inter se vlu-
labunt modo ad demones modo
demones ad ipsos modo ad ce-
teros dampnatos modo omnes
ad simul // Nudus autem deputatus
est ad standum ~~et deputandum~~
et ambulandum Stare enim est
pugnantis et ambulantis De-
bemus enim stare ut contra vicia
fortiter pugnemus Ephe. 6.
State ergo succincti lumbos
vestros in veritate induti loricam
iusticie Et ut mente et affectu
in celestem patriam ambulemus
pbmq Stantes erant pedes
nostri in atriis tuis Ierusalem
Tercia infirmitas est quia erat
negotiis secularibus irretitus

per sollicitudinem et curam superfluam
Quod notatur cum dicitur in theolonio
Theolon autem grece idem est quod vectigal
latine Et dicitur vectigal a vehendo
Theloneum autem erat locus ubi vec-
tigalia et merces que vehuntur
congregabantur Erat autem Matheus
theolonearius quia huiusmodi vectigalia
colligebat que vulgato nomine peda-
gia nuncupantur Huiusmodi autem negocia
secularia quecumque et si aliquando vana
sint peccatum sunt tamen sepe occasio peccati
Sollicitudines enim mundane aliquando
contingunt huiusmodi gratiam Luce viii
Aliud cecidit inter spinas et simul
exorte spine ~~se~~ suffocaverunt
illud Perdunt suavitatem devotionis
mentem Eccl. 10 Musce morientes
perdunt suavitatem vnguenti Deus
tale ferculum non comedet quod
musce coinquinaverint quia est
Belzebub id est deus muscarum
Perturbant pacem consciencie Dan. 5
Cogitationes eius perturbabant
eum Et diuidunt per diversos affectus
vnitatem anime Job 20 Ideo
cogitationes varie succedunt
sibi et mens in diversa rapitur
Quarta infirmitas est quia pub-
licanis et peccatoribus erat domes-
ticus per familiaritatem et ami-
ciciam Quod notatur per hoc quod
multi publicani in domo sua
convenerunt Luce 5 cum ei nulla fa-
miliaritas fuisset in domo sua
non comedissent nec secum discu-
buissent Istud autem scilicet habere a-
micicias malorum displicet deo 2
paralipomenon 19 Impiis prebes auxilium

et aliis qui hic aderunt domus a-
micitia miseris et habet cum bonis
sepe mollescit ab opere bono Ieremie
51° Egredimini de medio eius
populus meus ut salvet unus-
quisque animam suam ab ira furoris do-
mini et ne forte mollescat cor
vestrum sepe communicat eis in delicto
Eccl 13 Qui communicaverit superbo in-
duet superbiam Sepe maculatur in
fama Eccl 13 Qui tetigerit picem
inquinabitur ab ea Sepe involvitur
in eadem pena Apoc 18 Exite
de illa populus meus et ne participes
sitis delictorum eius et de plagis
eius non accipiatis Istud ergo
convivium quod convenerat facere publi-
canis nullius erat meriti quia non
faciebat illud pauperibus sed divitibus
virorum iniustis sed peccatoribus non
propter deum sed propter mundum Istud autem
convivium quod fecit Christo magni
meriti fuit quia fecit illud ad hono-
rem dei et fecit illud Christo
et discipulis eius qui pauperes
erant et iusti Secundo ponitur modus
curationis ex parte medici cum
dicitur Cum vidisset etc. ubi notatur
triplex modus sanandi Sanat
enim eum visitando Cum dicitur Cum
vidisset videndo eum dicitur vidit
vocando eum dixit ei Sequere
me Visitavit eum ipsum non tantum
corporaliter ex sua incarnatione iuxta
illud Luc 1 Per viscera misericor-
die dei nostri in quibus visitavit
nos oriens ex alto verum tamen
spiritualiter sicut visitat bonos per

gratie iustificationem Iob 10
visitatio tua custodivit spiritum
meum Sed certe singulariter
per suam presentiam corporalem
qui ad vocandum unum aliquem
ad illud locum processit et ad
magnam Mathei dignitatem
quem non per aliud discipulum
sicut Petrus per Andream et
Nathanael per Philippum sed
immediate per Christum dominum
vocatus fuit Est autem quedam
visitatio amoris qua deus
sepe visitat bonos corporaliter
flagellando Psalmus Visitabo
in virga iniquitates eorum
et in laboribus peccata eorum Et
autem qui dicit post cum Psalmista
Probasti cor meum et visitasti
nocte igne me examinasti
et non est inventa in me ini-
quitas Alia est visitatio ti-
moris qua deus homines ter-
renos visitat temporalia multipli-
cando et eddamus per nimi-
am habundantiam eos ine-
briando Psalmus Visitasti terram
et inebriasti eam multiplicasti
locupletare eam Et talis vi-
sitatio est timenda Timenda
est enim ne ideo deus det ei
temporalia quia non vult eis
dare celestia Quia sicut
dicit Gregorius Continuus suc-
cessus temporalium est evidens
divine reprobationis signum
Alia est visitatio doloris
qua scilicet dampnati in inferno
visitabuntur ut scilicet corpus

...cosinuat et duplice dolo-
rem habeant Qui cum prius
in a[n]i[m]a torquebantur postmodum
in corpore et in a[n]i[m]a affligentur
De ista visitatione dicitur ysaie
24 Congregabunt[ur] in con-
gregatione unius fascis in
lacu[m] et claudent[ur] ibi in car-
cere et post multos dies visi-
tabuntur quod erit in die iudicii
2a est visitatio honoris
qua s[anc]ti in iudicio simul[iter]
visitabuntur ut qui tu[n]c nu[n]c
honorabant[ur] una stola anime
tunc dupl[i]ci stola in corpore
et in a[n]i[m]a honorentur / hec
enim modo in p[rese]nti vita ap[osto]l[us]
corruptione[m] corporis videntur
ab angelis minorati tunc
in a[n]i[m]a celesti gl[ori]a beatifica-
ti et in corpore honore deco-
rati videbunt[ur] angelis equa-
les effecti Illud autem ... [psalm]ista
dicentis Quid est homo quod
memor es eius aut filius ho-
minis quia visitas eum minuisti
eum paulominus gl[ori]a ab angelis
et honore coronasti eum etc. /
Secundo eum sanavit videndo /
habet enim duos oculos dextrum
quo respicit bonos et iste est
oculus gr[ati]e Gen. 4o respexit
d[omin]us ad abel et ad munera eius /
habet et oculum sinistrum quo
respicit peccatores penitentes et
iste est oculus m[isericord]ie quo re-
spexit petrum penitentem Luce
22 Conversus d[omin]us respexit

petrum De isto duplici oculo dicitur
sapie[ntia] 4a Gratia dei et m[isericord]ia est in
s[an]ctos eius / hoc refert[ur] ad oculum
m[isericord]ie et respectus in electos illius
hoc refertur ad oculum gr[ati]e Ista du-
plici oculo respexit Matheum scilicet
oculo m[isericord]ie quo sibi peccata dimisit et
oculo gr[ati]e quo eum in ap[osto]l[u]m elegit
Tercio eum sanavit cum dixit se-
quere me id est imitare Cristum quem quasi
habuit in quibus Matheus eum
imitatus fuit habuit enim paup[er]-
tatem humilitatem passus etiam est
contumelias verborum iniurias verberum
et dolores suppliciorum De quibus
quasi sic dicit augustinus in libro de
vera religione divicias patelli-
tes voluptatum p[ro]cuncte ipsi appete-
bant Sed cristus pauper esse voluit
honoribus imperii inhiabant rex
fieri noluit Contumelias su-
perbi summe horrebant Cristus omne
genus contumeliarum sustinuit In-
iurias intollerabiles esse arbitrant[ur]
Sed que maior iniuria quam inno-
centem iniustum condempnari Dolo-
res corporis execrabant[ur] Cristus
flagellatus atque cruciffixus fuit
In quibus quasi Matheus cristum
imitatus est scilicet in paupertate et
omnia relinquens deseruit in humilitate
quia se publicanum vocavit in
contumeliis verborum que a iudeis
passus fuit unde dicitur de ipso
et aliis ap[osto]lis act[uum] 5 Ibant
ap[osto]li [struck] gaudentes a conspectu
consilii quoniam digni habiti sunt pro nomine

istud contumelias pati innuit verborum
que a phariseis audivit qui dice-
bant ipsum esse publicanorum et pecca-
torum et in doloribus suppliciorum
quia pro amore Christi gladio missus
Tercius panis est amplior curationis ex
parte curati Cum dicitur Et surgens
secutus est eum Ad hoc notandum quod sunt
quadruplices sicut infirmitates qua-
druplex fuerat Primus modus fuit
quia qui prius terrenis sectando terre-
na factus est spiritualis celestia de-
siderando Unde lucas addidit
et relictis omnibus secutus est Scie-
bat enim quod nisi terrena relinqueret
celestia desiderare non posset quia
ipsi terreni affectus hominem tam modo
ligavit ut ad celum respicere non
valeat Hoc signum est ii regum xviii
ubi sic dicitur accidit ut occurreret
absolon servis david sedens in
mulo Cumque ingressus fuisset
mulus subter condensam quercum
et magnam adhesit caput eius
quercui per quercum que habet
ramos porrectos signatur terrena que
hominem pertinet et non spirituales
viri inde pascuntur per capillos
signantur terreni affectus quibus
anime terreni adherent ardenter
quibus etiam tres habere insignitur
scilicet labor timor et dolor labor
in acquirendo timor in custo-
diendo dolor in amittendo
Secundus modus est quia qui prius
sedebat avarus sectando postmodum
surrexit sollicite operando

Sed multi sunt qui semper volunt
dormire et sedere et manducare
et numquam volunt surgere Contra quos
apostolus hortatur dicens vanum
est vobis ante lucem surgere sur-
gite postquam sederitis qui mandu-
catis panem doloris Accipe dicitur
postquam dormistis in peccatis
postquam sedistis vacantes ab o-
peribus bonis postquam satiati estis
delectationibus temporalibus saltem re-
surgatis predicte lamentantibus Tercius
modus est quia qui prius se-
debat in theolonio postmodum
secutus est Christum non leviter
ductus sed virtute vocatoris voce tamen
attractus primum Habet vocati-
one vocem virtutis Unde glo-
sa non vero levitate ductus
sed virtute operum et divina
potentia intus operante at-
tractus de hoc sic dicit Ie-
ronimus In originali arguit
in hoc loco porphirius et
Julianus augustus vel im-
peritiam hystorici mentientis
vel stultitiam eorum qui statim
secuti sunt salvatorem quasi
irrationabiliter quemlibet vocantem
hominem sunt secuti cum
tante virtutes tantaque signa
precesserint que apostolos antequam
crederent vidisse non est dubium
Certe fulgor ipse et maiestas
divinitatis occulta que etiam
in humana facie relucebat
ex primo ad se videntes trahere
poterat aspectu Si enim in

lapide magnete cuius hec est
virtus ut ad se trahat et sibi co-
pulet quanto magis dominus
omnium creaturarum ad se trahere po-
terat quos volebat Ex quibus
verbis colligitur quod secutus est christum
miraculorum visione promotus
splendore faciei illustratus glo-
riosa maiestate illectus et po-
tenti virtute attractus ¶ Tercio narratus
modus est quid ille qui prius
faciebat convivium publicanus
post modum fecit christo et disci-
pulis Illud autem convivium fecit
in signum separacionis Quando enim
duo amici debent ab invicem
separari convivium faciunt. Duo
amici erant Matheus et mundus
volens igitur Matheus a mundi
amicicia separari et christo iungi voluit
convivium celebrare Fecit eciam in
signum reconciliacionis Quando
enim duo inimici ad invicem recon-
ciliari volunt seu debent con-
vivium faciunt Matheus publi-
canus cum christo inimiciciam habe-
bat et quia officium faciebat quod
sine peccato fieri non poterat Et quia
publice peccabat ideo dicitur
publicanus quasi publicus cuius
Cristo sed perfecte reconciliatus
fuit et ideo sibi convivium in si-
gnum reconciliacionis paravit
Fecit eciam istud convivium in signum
interne pregustacionis Unde glosa
super illud Luce v° Fecit ei con-
vivium magnum levi in domo
sua etc. dicit Qui domicilio corporis
suscepit internam maiorem concupi-
scenciam pasci delectacionibus voluptatum

Sermo quartus de eodem

Relictis omnibus surgens
secutus est eum Luce v°
In isto evangelio ponitur
duplex differencia infirmancium quorum
quidam infirmitatem suam cognoscebant
Et de uno istorum erat Matheus
alii infirmitatem suam recognoscere
nolebant Et de istorum numero erat
scribe et pharisei In horum medio
erat medicus constitutus qui primum
infirmum scilicet Matheum sanavit a-
lios in sua infirmitate reliquit
Agitur igitur in hoc evangelio de
duobus videlicet de infirmo scilicet Matheo
quem sanavit cum dicitur Relictis
omnibus surgens secutus est
eum. Secundo de infirmis quos
in sua infirmitate reliquit Cum
dicitur Et murmurabant scribe et
pharisei etc. Tercio de modo quo
christus sanare consuevit Cum dicitur
Non egent qui sani sunt me-
dico sed qui male habent.
Circa primum est notandum Quod
Matheus perfecte fuit sanatus
quod colligitur ex duobus scilicet et quia
omnia reliquit Et quia non more
christum secutus fuit prudenter
Cum fecit quod omnia reliquit quia
currentem erat secuturus Ieronimus
loquens de illo verbo Petri Ecce
nos reliquimus omnia etc. Optime
inquit et non ad insipienciam
fecit tibi quia consultavit ut
[illegible] ad currendum via et
currentem sequi non poterit
oneratus quia per angustam
portam erat transiturus Ieronimus
feliciores ex onerati qui sequi-

Sunt expediti artissimum cum fora-
men nobis expectat quo tendamus
necesse est ingredi per angustam
portam. Quid tu cameli gibbum
quid tuis impetuosis preditatis lo-
culos tollis nec sic inspice nec
sic impedicis foramen acus qui
sarcinulas non admittit. Quia pro-
mare periculosum mundi erat nata-
turus leviis cum tu sarcinis
enatat ut ait Seneca. Quia per
viam arduam et montuosam usque
ad celum erat ascensurus. Proverbiorum
28 tutus vir cum est amplius abs-
asce. in cor. s. dis. 26. Quia erat
omnia relicturus. Psalmus Ne timue-
ris cum dives factus fuerit homo
et cum multiplicata fuerit gloria
eius domus quoniam cum interierit
non sumet omnia neque descendet cum
eo gloria eius. 1 Thim. 6. Nichil
intulimus in hunc mundum haut
dubium quia nec auferre quid
possumus. Qui cum hoste nudo
erat pugnaturus. Nudo autem
nudus cum vestito pugnat ipse
per vestes ad terram deicitur dyabolus
est nudus quia terrena non possi-
det et ideo homines sufficienciam
diviciis desiderant 1 Thim. 6. Qui
volunt divites fieri incidunt
in temptationem et in laqueum
dyaboli. Ideo dicitur quod naturaliter
serpens hominem nudum fugit in-
vestitum persequitur quia dyabolus a pau-
peribus Christi fugit divites vero
potenter invadit. Fuit etiam perfecte
cursus (?) quia non tantum omnia reliquit
sed etiam Christum secutus fuit. Reliqui
enim omnia reliquerunt sed hoc

non propter deum sed propter mundi
iactanciam fecerunt. Iste autem non
tantum omnia reliquit sed eciam Christum
secutus fuit. Et hoc propter beni-
gnitatem et clemenciam quam in Christo
invenit. De quo magna fidu-
cia sperandi de dei venia omnibus
peccatoribus exhibetur. Bernardus
super Cant. Omnino propter mansue-
tudinem que in te predicatur curri-
mus post te domine Ihesu audientes quod non
spernas pauperem peccatorem non
horreas. Non horruisti confitentem
latronem non lacrimantem peccatricem
non supplicantem cananeam non
deprehensam in adulterio non seden-
tem in theolonio non supplicantem
non negantem discipulum non per-
secutorem discipulorum non ipsos
crucifixores. In odorem unguen-
torum tuorum currimus. Secundo com-
ponitur infirmi scilicet scribe et pha-
risei qui sua infirmitate cogno-
scere noluerunt. Et ideo medi-
cus in sua infirmitate relinquit
ipsi cum quadrupliciter infirmitate
laborabant. Prima est infirmitas
murmurationis. Est cum quedam
murmuratio bona sicut murmu-
ratio contra a parte mala ca-
detestando. Unde quidam qui
murmurant repleuntur. Ysaie
56. Canes muti non valentes
latrare. Quedam murmuratio
est mala sicut murmuratio contra
a parte bonos et de bono. De qua
dicitur Sapiencie 1. Custodite vos
a murmuratione et a detractione
parcite lingue. Talis erat mur-
muratio istorum phariseorum
qui contra Christum murmurabant
de eo quod peccatores ad penitenciam
suscipiebat. Alia est murmuratio

promissa quam sciri quodam modo
contra dei patientiam murmurare
videntur eo quod sic permittit
bonos opprimi et impios exal-
tari unde dicebat Abacuk 1°
Quare respicis contemptores et
taces conculcantem impio iu-
stiorem se Murmurabant etiam
invidendo dei liberalitatem
qui tarde venientes sic libe-
raliter remunerat Matth. 20 Et
accipientes murmurabant ad-
versus patrem familias dicentes
hii novissimi una hora fecerunt et
pares illos nobis fecisti Secunda
erat infirmitas presumptionis
quia presumpserunt reprehendere
meliores se et de bono opere
quod faciebant scilicet ihesum quia pecca-
tores recipiebat Mattheum quem
a cristo recipi dignius non erat
et discipulos quia cum publicanis
comedebant et bibebant et
sic infirmi reprehendebant san-
ctum de egritudine medicum
de subventione et discipulos me-
dici de obsequii exhibitione
Tertia erat infirmitas elationis
quia se iustos credebant et
alios tanquam peccatores despicie-
bant Luce 18 Dixit ihesus ad
quosdam qui in se confidebant
tanquam iusti et aspernabantur ceteros
Tales credunt quod non sit lux
nisi in via sua et quod non sit se-
mita nisi in conscientia sua et quod non
sit tranquillitas nisi in mente
sua et quod non sit perfectio nisi
in vita sua Cum tamen deus omnibus
paratus sit dare lucem gratie
semitatem conscientie tranquillitatem
pacis interne et perfectionem forte
sue cognitionis divine Ista

quattuor tangit Boetius in libro
de consolatione philosophie Sed tamen tuo
splendore mitem tuam quam serenam
in requiem tranquilla pace te
cernere finis principium vector dux
semita terminus idem Quarta
erat infirmitas invidie et teme-
rarie suspitionis Iudicabant
eum et suspicabantur Mattheum
adhuc esse peccatorem quem elegerat
christus in ewangelii doctorem ad-
huc esse avarum et cupidum quem
elegerat in martirem preciosum
ut qui prius nolebat dare ter-
renam sed iam pro christo suam poneret
animam Christus ponit medicum in medio
constitutum qui primum infirmum sanat
alios in infirmitate relinquit
qui dicit se venisse ad medicandum
seu ad medendum ad miserandum
et ad vocandum Matthei ix Tunc igitur
iste medicus ad medendum
quod notatur cum dicitur non egent
qui sani sunt medico sed qui
male habent Sed dicit Augustinus
super Iohannem aliud est esse
sanum aliud sanabile aliud in-
sanabile Qui sanus est non
eget medico qui egrotat in
spe sanabilis est qui egrotat
cum desperatione insanabilis
dicitur Ex quibus verbis Augustini
habetur quod quidam sunt sani
quidam infirmi sed sanabiles
alii infirmi sed incurabiles Sa-
ni non egent medico nisi forte
ad sanitatis conservationem Sanabi-
les egent ad curationem Insa-
nabiles non nisi ad quandam
vite prolongationem Unde ad tempus
prolongare possunt infirmitatem non
auferre non possunt Sani igitur

sunt vel sancti Isti non egent
medicis quantum ad curationem
a mortali culpa Egent autem
quantum ad conservationem gratie San-
nabiles autem sunt peccatores peni-
tentes Isti indigent medico
et quantum ad curationem culpe
et quantum ad conservationem gratie
Insanabiles sunt peccatores ob-
stinati vel iusti simulati Isti non
egent medicis quantum ad conserva-
tionem gratie quia eam non habent
nec quantum ad curationem culpe quia
ipsam curationem non requirunt
Indigent tamen tantum quantum ad
prolongationem et expectationem
ad penitentiam Deus tamen aliquando
tales diu expectat ut ad pe-
nitentiam convertantur ysaie 30
Expectat vos dominus ut misereatur
vestri et ideo exaltabitur par-
cens vobis Secundo iste medicus
fuit missus ad miserendum
Et ideo dicit Misericordiam
volo et non sacrificium Est autem
valde misericors Et istam misericordiam
traxit a natura divina a natura
humana a consuetudine longa
et ab experientia certa natura quidem
divina habet esse misericordem
pater quia filium generando sicut
sibi dedit totam suam essentiam
potentiam et sapientiam et totam
sibi retinuit sic sibi dedit
totam suam misericordiam Et ideo etc
sicut a natura divina habet esse
omnipotentem et sapientem
sic et habet esse misericordem
et ista est misericordia eterna et abeterno
psalmus Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum misericordia
eius misericordia eius

habet etiam esse misericordem a natura
humana quia ab instanti sue con-
ceptionis fuit unctus oleo leticie
misericordie et compassionis
ysaie 61 Spiritus domini super me
eo quod unxit se unxerit me ad
annunciandum mansuetis misit
me ut mederer contritis corde
etc Et ista potest dici misericordia innata
Job 31 Ab infantia crevit mecum
miseratio et de utero matris
mee egressa est mecum Habet
etiam misericordiam esse a consue-
tudine longa incepit enim a
principio mundi per omnes genera-
tiones mundi suas impendere et
usque ad finem mundi non cessabit
suam misericordiam exhibere 1 Machabeorum 2
Cogitate per generationem et generationem
quia omnes qui sperant in deum
non infirmantur Et quia consue-
tudo vertitur in necessitatem Sicut
dicimus de aliquo qui consuevit
esse liberalis et curialis quod
nescit aliter facere etiam si vellet
Sic et de christo dicere possumus
quod ideo assuetus est miserationes
suas impendere quod aliud facere
non posset quia hoc verum est
in necessitatem immutabilitatis
voluntatis dummodo quanti ve-
lint Et ideo ista misericordia potest dici
necessaria id est immutabiliter exhibita
unde dicit apostolus 2 Thimothei 2
Negare seipsum non potest Et enim
eum seipsum negaret si misericordiam
suam deprecanti non impenderet
Habet etiam esse misericordem
ab experientia Sicut dicitur hebreos 5
Didicit ex hiis que passus est
obedientiam Et potest ista potest dici misericordia
acquisita unde dicitur hebreos c 2

debuit per omnia fratribus
simulari ut misericors fieret
Ebr. 4o Non enim habemus
pontificem qui non possit com-
pati infirmitatibus nostris
temptatum autem per omnia Et
sicut patet quod in cristo consideratur
quadruplex medicina scilicet eterna
quam habuit a natura divina
innata quam habuit a natura
humana necessaria quam acquisivit
a consuetudine longa et acqui-
sita quam acquisivit a magna experi-
entia Tertio iste medicus fuit
missus ad vocandum infirmos
ad sanitatem recipiendam
unde dicit Mt. 9 Non veni vocare
iustos sed peccatores ad penitentiam
quod intelligi potest quia non
venit vocare iustos solum tantum
sed et peccatores Rabanus duas ex-
positiones ponit Rabanus
dicens Non veni vocare fal-
sos iustos qui de iustitia glo-
riantur ut phariseos sed illos
qui se peccatores recognoscunt
vel qui iusti erant sicut Natha-
nael et Iohannes baptista
non erant ad penitentiam invitan-
di vocat autem deus peccatores
undique ex omni parte sui
ut se excusare non possit vo-
cat quidem ipsum ex parte superiori
ostendendo celum tam pulchrum
a parte inferiori ostendendo
infernum tam horrendum Psalmus
27 Celum sursum et terra deor-
sum sicut dicit deus posuit
sursum tam pulchrum celum
ut homo animaretur ad desiderandum
et subtus tam horrendum
infernum ut dicitur ad fugiendum
unde dicitur Apostolus de sanctis ascen-
dunt usque ad celos celestia con-
templando et descendunt usque
ad abyssos infernalia abhorrendo
Secundo vocat exterius per exhortationem
et predicationem et interius per inspirationem
Proverbiorum primo Sapientia foris predi-
cat in plateis dat vocem suam
Ecce exterior exhortatio In capite
turbarum clamitat in foribus por-
tarum urbis profert verba sua Ecce
interior inspiratio Caput enim est
mens que habet tres turbas
scilicet cogitationes intentiones et
affectiones fores portarum sunt
quinque sensus corporis Omnia ista
inspiratio facit ut homo ordine
sua interiora rationibus duo publi-
cando et sua exteriora sensus
corporis cohibendo Tertio vocat
a parte exteriori et anteriori retro
quidem reducendo ad memoriam
dei beneficia preterita ut provocetur
homo ad amorem Ante vero
reducendo ad memoriam mortem
futuram et dei iudicia futura ut
provocetur ad timorem unde dicitur
de sanctis animalibus Apoc. 4o
In circuitu sedis quatuor animalia
plena oculis ante et retro ha-
bent quidem sancta animalia oculos
retro quibus considerant dei be-
neficia preterita habent oculos
ante quibus considerant dei iudicia
futura Quarto vocat modo a dex-
tris dando prosperitatem modo a
sinistris infligendo aliquam
adversitatem multi enim sunt qui
nec in adversis nec in prosperis
ad deum vadunt sed pereunt

ab ipso recedunt plures tamen
sunt qui a deo vincuntur in
prosperis quam qui vincuntur in adversis
Psalmus Cadent a latere tuo mille
et decem milia a dextris tuis
etc. Et ideo dicat Si sunt mille qui
adeo cadant et si non appropinquat
in adversis id est impacienciam dextre milia
requirunt qui ab eo vincuntur in prosperis
id est intemperanciam. Et plus autem contra
quod pre erat inimicus et ideo vel-
de erat securus. Unde dicebat
1 Cor. 6 Per arma iusticie a
dextris et a sinistris unde
ipse dicebat Philip. 4 Scio ha-
bundare id est scio in habundancia
habere temperanciam Scio et penu-
riam pati id est scio in adversis seu
in adversitate habere patienciam

Sermo primus de sanctis martiribus sequitur etc.

Iustorum anime in manu
dei sunt et non tanget
illos tormentum malicie
vel mortis visi sunt oculis
insipiencium mori illi autem sunt
in pace Sapie. 3. Isti sancti mar-
tires laudabiliter se habuerunt
in vita Constanter se habuerunt
in morte Et feliciter se habue-
runt post mortem In verbis igitur
premissis ostenditur Primo quales
fuerunt in vita Cum dicitur Iustorum
anime in manu dei sunt Secundo
quales fuerunt in morte Cum sequitur
Et non tanget illos tormentum
mortis Tercio quales sunt modo
post mortem quia pacem eternam
sunt assecuti Ideo dicitur Illi autem
sunt in pace In vita quidem fue-
runt iusti quia positi ut iusti-

ciam facerent et rem publicam
conservarent Ad rem autem publicam
conservandam quatuor exiguntur
Sicut dixit Katho prout infert
Augustinus in libro 5 de civitate
dei scilicet quantum ad domesticos ma-
gna industria quantum ad forenses
iusticia quantum ad seipsum animus
liber in consulendo et animus nulli
obnoxius peccato Unde dicit ibidem
Katho prout infert Augustinus ibidem
Nolite inquit Katho existimare
maiores nostros armis rem publicam
ex parva magnam fecisse Si ita
esset multo pulcherrimam eam nos
haberemus quippe sociorum atque ci-
vium preterea armorum et equorum
maior copia nobis quam illis est
Sed alia fuerunt que illos magnos
fecerunt que nobis ~~magna~~ sunt
nulla domi industria foris in-
iustum imperium animus in consulendo
liber nec delicto nec libidini ob-
noxius pro hiis habemus luxuriam
avariciam publice egestatem
privatim opulenciam inter bonos
et malos discrimen nullum nulla
omnia virtutis premia ambicio pos-
sidet Primum igitur necessarium
ad conservacionem rei publice est que
ad domesticos industria cura
sicut dicitur 1 Thim. 5 Si quis
suorum et maxime domesticorum
curam non habet fidem negavit
et est infideli deterior 1 Thim.
3 Oportet episcopum irreprehensibilem
esse Et infra Sue domui bene
prepositum filios habentem subdi-
tos Tob. 10 Apprehendentes fi-
liam suam osculati sunt eam
monentes honorare soceros

diligere maritum regere familiam
gubernare domum et semper re-
prehensibilem exhibere // Secundo
necessarium est quo ad seculares
iusticia Job 29 Iusticia indutus
sum et vestivit me sicut
indumentum. Iohannis 7 Nolite
iudicare secundum faciem sed iudi-
cium iustum iudicate // Tercium est
animus in consulendo et reprehen-
dendo liber ut nec timore nec
amore nec odio nec munere
a veritate discedat. De timore
quidem quia sicut dicit Ysido-
rus in metu prudentis
veritatem occultat eiusdem
veritatis indignationem sibi pro-
vocat dum plus timet hominis
iudicium trepidat maiestatem.
De amore quia sicut dicit
Ysidorus iniqui iudices errant in ve-
ritate dum in qualitate intendunt
persone. Ieronimus: Amor ignorat iu-
dicium ... nescit
modum nec numerum. Sed dicit beatus
Augustinus usque a deo cupiditatis mo-
crevit malum ut iam quo consuetu-
dine venduntur leges corrumpuntur
iura sententia ipsa venalis sit et nulla
iam causa possit esse sine causa.
De odio Gregorius Nazanzenus //
Invidie languor quibusdam iter
precludit ipsum invidia aut sim-
ingum est odium. Gregorius in moralibus
iudicare digne de subditis nequeu-
nt qui in subditorum causis odium
vel graciam sequuntur. Quartum neces-
sarium est ut animus nulli vicio
sit subditus nec subiectus. Augu-
stinus: ne tua oratio tibi contraria
sit quia pondus est pudoris gra-
vissimum ipsa voce confundi. Gregorius
in moralibus: durum est ut qui nescit
tenere moderamina vite sue iudex
non fiat aliene. Ista quatuor in

istis martiribus perfecte fuerunt et ideo
recte iusti fuerunt et rempublicam
conservare potuerunt / Habuerunt in-
dustriam unde dicitur in
legenda habitatores regionis illius
erant callidi ingenio sapientia
locupletissimi / Habuerunt secundo
iusticiam. Unde sicut ibidem dicitur
secundum dei preceptum que erant dei
deo et que cesaris cesari redde-
bant / Habuerunt animum in consulendo
et in reprehendendo liberum. Unde
dixit Mauricius militibus suis
imperator tui sumus aut Christi quod
confitemur non est nobis conditio nec
formido sed fidem Christi ...
militemque deseremus / Habuerunt
animum in innocencia perditum quia
non se armaverunt armis carna-
libus sed spiritualibus. Unde dicit
Eucherius: conveniunt deponere ve-
ste arma carnalia et armen-
tur virtutibus. Beda ostenditur qua-
les sunt in passione cum dicitur
et non tanget illos tormentum
mortis / Fuerunt enim condempnati
decimati vallati et trucidati. Sed
in condempnatione inventi sunt
fideles in decimatione alacres
in vallatione patientes in tru-
cidatione constantes / Fuerunt
quidem condempnati de tribus scilicet ut
ydolis ymolarent ut fidem Christi
desererent ut contra christianos pu-
gnarent. Sed in hoc fuerunt valde
fideles quia nec ydolis vole-
bant ymolare nec fidem Christi
deserere nec christianos expugnare
sed potius ipsos defendere et iu-
vare. Unde dixit Mauricius
omnia tormenta pro Christo suscipe-

pati sunt et ab eius fide numquam
discesserunt. Fuerunt etiam decimati
et ibi inventi sunt valde alacres.
Unus alius precium donabat. Tercium
autem decimas rerum que in veteri
testamento fuerunt constitute et primo
ab Abraham sicut primitie ab Abel
dierum que a Cristo in novo testa-
mento fuerunt invente quando xl
xl^a diebus et xl^a noctibus ieiu-
navit. Unusquam cum invenimus
decimas capitum nisi hic magnum
est solvere decimas rerum maius
solvere decimas dierum sed maximum
solvere decimas capitum. Multi enim
dederunt res suas qui non dederunt
dies suos et multi dederunt res et
dies suos qui non dederunt capita
sua. Isti autem et solvebant decimas
rerum quia que Cesaris erant
dabant Cesari et solvebant de-
cimas dierum et que dei erant
dabant deo. Et insuper solverunt
decimas capitum. Fuerunt etiam
vallati sicut oves a lupis. Matthei x.
Ecce ego mitto vos in medio luporum
et in ista vallatione inventi sunt
valde patientes et magis quam
oves. Omnis enim ovis se non defen-
dit quia cornua non habet sed
si habet se defendet. Facit tamen
quod potest quia se defendit aut
fugiendo aut balando aut pedes
concutiendo. Isti autem beati mar-
tires cum possent resistere noluerunt
sed dei mandatum de exhibenda
patientia servaverunt unde dixit
Mauricius commilitonibus meis nolite
sustinere quia nos ad passionem
pro Cristo paratos vidi et domini man-
datum servant qui Petro ait Mitte
gladium tuum in vaginam. Isti ergo
non fugerunt nec balatum i. mur-
murationem emiserunt nec manibus,

nec pedibus restiterunt sed mortem
in patientia receperunt. Fuerunt
etiam triturati et in ista trituratione
fuerunt constantes. Certam quidem
constantiam habuerunt in vita et in
morte eos vincere potuit mundus
nec dyabolus nec caro. Mundus quidem
pugnavit contra eos duplici manu
scilicet in vita pugnavit contra eos
dextera prosperitatis ut alliceret in mor-
te sinistra adversitatis ut frangeret.
Sed ipsi et in vita mundum contemp-
serunt blandientem et in morte
ipsum contempserunt sevientem. Et
hoc exemplo Cristi unde dicit
Anselmus: Omnia bona terrena contem-
psit homo deus et contempnenda
monstravit et omnia mala terrena
sustinuit que sustinenda pre-
cebat ut nec in illis quereretur feli-
citas nec in istis timeretur infeli-
citas. Similiter dyabolus habet duas
manus scilicet sinistram qua im-
pellit ad vicia et dexteram qua
ad tristitiam. Sed isti sancti marti-
res a deo fuerunt constantes
quod dyabolus ipsos nec in vita potuit
compellere ad aliquod vicium nec in mor-
te trahere ad aliquod supplicium.
Similiter caro habet duplicem ma-
num scilicet sinistram qua inducit
ad otiositatem ut homo a bono
opere torpescat et dexteram qua
inducit ad voluptatem ut in
carnis deliciis conquiescat. Sed
isti corpus suum ieiuniis et la-
boribus castigaverunt et carnis
delicias abhorruerunt. Tercio ostenditur
quales fuerunt post mortem. Unde
dicitur: Isti autem sunt in pace.
Habebant enim isti sancti pacem
perpetuam. Ysaie 32. Sedebit populus
meus in pulcritudine pacis
in tabernaculis fiducie in re-

repine opulenta / dederunt deo
magnam gloriam Quia si unus qui
confitetur christum facit gloriam christo quanto
magis quando sunt multi confitentes
erunt et multi gloriam dantes deo
dixit christus luce 13 Omnis qui-
cumque confessus fuerit me coram
hominibus et filius hominis con-
fitebitur illum coram angelis / fe-
cerunt angelis magnam leticiam
Quia si angeli letantur super uno
peccatore primam agente penitenti-
am / quanto magis super tanta mul-
titudine triumphante luce 13 Gau-
dium est angelis dei super uno pe-
ccatore penitentiam agente Erunt autem
nobis magna fiducia quia si im-
possibile est non exaudiri preces
tantorum militum Exaudiunt enim
quia consolantur tribulatos adiuvant
in periculis constitutos corripiunt inde-
votos dampnant sacrilegos et blas-
phemos Quod enim consolentur tribu-
latos patet per illam mulierem que
cum filium suum abbati sancti Mauricii
tradidisset et ille mortuus fuisset
et mater irremediabiliter eum fleret
Mauricius ei apparens et eam con-
solans semper inter monachos
cantantes vocem filii cantantis
audire promeruit Quod autem
adiuvent in periculis constitutos
patet per hoc Quia cum quidam
quasdam reliquias ipsorum sanctorum
in capsa per latus deferret et orta
tempestate naufragium formida-
rent cum capsa undas tetigerit
et protinus tranquillitas magna fuit
et periculum evaserunt Quod autem
corripiant indevotos patet per
illum gentilem qui cum die domini-
cis celebrantibus ipse solus
labori insisteret ab ipsis arguitur
atque corripitur Et ille emendatus

christianus efficitur Quod vero dam-
nent sacrilegos et blasphemos
patet per illum clericum qui cum
quedam una sancti Mauricii us-
passet et evangelium legeretur
in quo dicitur Omnis qui se humiliat
exaltabitur derisit miser et dixit
falsum est quia non inimicos meos
me humiliassem hodie tot divitias
non haberem Statim quasi fulgur in
star sagitte in os eius intravit
et ille miserabiliter vitam finivit

Sequitur sermo secundus de sancto Mauricio et sociis

Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiam
adepti sunt repromissiones
patrum hebreos 11 Ille est legittimus
miles qui est in persona sua val-
de strenuus in armis valde
munitus quo ad hostes valde victo-
riosus quo ad commilitones valde
munificus et operosus et quo
ad regem valde acceptus Sicut
autem ostenditur regi valde acceptus
quando rex gratiis eum prevenit et
omnia promissa libenter impendit
Isti igitur martires scilicet Mauricius et
socii eius primo ostenditur quales
fuerunt in personis suis cum dicitur
Sancti / Secundo quales fuerunt in ar-
mis cum dicitur per fidem / Tercio qua-
les in victoriis suis cum dicitur
vicerunt regna Quarto quales
in beneficiis suis cum dicitur ~~opti~~
operati sunt iusticiam Quinto quales
in premiis suis cum dicitur adepti
sunt repromissiones // Primo igitur
ostenditur quales fuerunt in perso-
nis quia fuerunt sancti Est autem sa
sanctum id est quasi unctum quasi sanguine

tinctum et quod sacro usui depu-
tatum. Ipsi enim fuerunt mundi
per verbum dei quod receperunt Joh.
15 Iam vos mundi estis propter sermo-
nem quem locutus sum vobis
per fidem dei quam habuerunt tra[dita]
a beato Jacobo fratre domini sicut dicitur
progenitoribus sui fuisse edocti Actuum
15 fide purificans corda eorum
per spiritum sanctum quem receperunt
Ezech. 36 Effundam super vos
aquam mundam et mundabimini
ab omnibus inquinamentis vestris.
Et per sanguinem quem effude-
runt Apoc. 1 Laverunt stolas
suas et dealbaverunt eas in
sanguine agni. Fuerunt etiam
firmi quia nec promissionibus
potuerunt emolliri nec commina-
tionibus deterreri nec suppliciis vinci
Math. 7 Descendit pluvia et ve-
nerunt flumina et flaverunt venti
~~et venerunt~~ et irruerunt in do-
mum illam et non cecidit fun-
data enim erat supra firmam pe-
tram. Per pluviam intelliguntur
promissiones que videbantur eis
quasi refrigerantes. Per ventum
intelliguntur comminationes que
videbantur habere vim commoventis.
Per flumina intelliguntur tormenta
que videbantur habere vim rapiendi
sed ista omnia in istas martires
irruerunt et nichil facere potue-
runt quia supra firmam petram
id est Christum fundata fuit. Fuerunt
etiam sanguine tincti unde
potest de eis dici illud quod legitur
Exodi 12 aspergetis de eo scilicet sangui-
ne agni super liminare et utrumque
postem. Super liminare est voluntas
sive affectiva duo postes intelli-

gentia et operativa. Habuerunt
igitur sanguine Christi aspersam
voluntatem sive affectivam per
imitationem devotionis intellectivam
per meditationem operativam per imita-
tionem. Fuerunt etiam sacro usui de-
putati quia fuerunt deputati ut
hostem devincerent et rempublicam
conservarent ut fidem Christi defen-
derent. Unde dicit Machabeus
milites summi imperatoris tui.
Item quia erant ad hostium victo-
riam facientes seu faciendam
propter ea succedit [illegible] est nobis predi-
cat nec formidos sed Christi fidem
militantis et tam militantem
defendimus. Item quia erant
ad defendendam fidem catho-
licam. Ideo ostenditur qualiter
fuerunt in armis suis. Induti
per fidem sederes cum sunt scuti
per quod se muniebant et ad-
versarios devincebant. Ephes. 6
In omnibus sumentes scutum
fidei in quo possitis omnia
tela nequissimi ignita extin-
guere. Dicitur autem fides scutum quia
sicut in scuto tres sunt angu-
li qui tamen faciunt unum scutum
sic in deo sunt tres persone
que tamen sunt unus deus
vel potest dici quod fides est de rebus
in quo sunt tres anguli id est
tres res scilicet cura et deitatis
et una tamen persona vel potest
dici quod fides dicitur scutum quia
scutum fertur solum in sinistra
sic etiam fides tantum in sinistra
presentis vite. In dextra autem
celestis patrie non est fides
1 Cor. 13 videmus nunc per

speculum et in enigmate
tunc autem facie ad faciem quando
cum deus sinistra amnes
sustentat per fidem tunc autem
dextera sua nos amplexabitur
per apertam visionem Cant. 2
leva eius sub capite meo
et dextera eius amplexabitur
me vel dicitur fides scutum
arma sicut scutum suscipit pri-
ictus hostium et cetera arma protegit
et corpus defendit Sic ec fi-
des primas suggestiones demo-
num et primas questiones ty-
rannorum suscipit et ceteras
virtutes custodit et animam ab
impugnatione defendit Tercio
ostenditur quales fuerunt in
victorijs suis cum dicitur fortes
sunt regna et dicitur regna impli-
quia vicerunt regnum demonio-
rum et celorum Regnum quidem
demonum vicerunt per resistenciam
Jacobi iiii° Resistite dyabolo
et fugiet a vobis etc. Beatus
Bernhardus in anima sunt tres do-
mus et quelibet domus habet
portam suam et quelibet
porta habet portarium suum
prima domus est memoria
in qua dyabolus vult intrare po-
nendo malam suggestionem
et aliquam petitionem ymagina-
tionem Sed ad hostium huius domus
debet stare portarius qui vocatur
status consideracio ut dicat
et cogitet in corde suo Clericus
es vel sacerdos es vel religio-
sus es est ne convenit ut
clericus vel sacerdos vel religio-
sus talem cogitationem habeat
vel ymaginationem Et si talis
portarius ei resistit nec intrare
permittit et si intraverit statim
expellit Si autem dyabolus habent
domum intraverit mox ad secundam
domum scilicet intelligenciam accedit
et ibi malam delectationem immi-
ttere contendit Sed in ista domo
debet esse portarius qui vocatur
consideracio delectacionis eterne
qui hostium debet tenere clausum
ne aliqua delectatio ingrediatur
et si ingressa fuerit protinus repel-
latur debet cum cogitare et dicere
Si admisero istam delectationem
momentaneam perdam ~~cogita-~~
~~cionem~~ eternam delectationem Est ne
conveniens ut pro modica delecta-
cione eternali pariter delectacione
celesti et sic protinus resistit
et ipsam expellit Si vero dyabolus
tertiam domum ingressus fuit
accedit ad terciam volens in-
mittere in voluntatem pravum
consensum Sed in ista domo debet
ut dicit Bernhardus ordinari por-
tarius ferox durus et severus
qui nemini parcat et nulli
adversario hostium aperiat Et iste
portarius consideracio vocatur conside-
ratio pene eterne ut dicat et
cogitet in corde suo Si ego ad-
misero istum consensum in cruciatus
tormentum eternum Si habent perpe-
tuam culpam tempora perpe-
tuam miseriam reclamavit et
sit iste portarius et resistit et
hostium voluntatis aliam mala
consensui non aperit Et ideo

bus dicit Iaco. 4 Resistite dyabolo
et fugiet a vobis resistite scilicet ne
ingrediatur in vestram memoriam
per suggestionem nec in intelligen-
ciam per delectacionem nec in volun-
tatem per consensum. Vicerunt reges
hominem eciam per potenciam paciencie
Et iste modus vincendi est valde
gloriosus victoriosus et fruc-
tuosus Gloriosus quidem quia
est modus quo rex noster vicit
scilicet per pacienciam Et sicut dicitur
Eccl 23 Magna gloria est sequi
dominum Cum enim cristus posset
habere xii legiones angelorum
ut habetur Math 26 quibus ho-
stes suos superaret paciendo potius
voluit vincere hebr 12 Quod in-
firmum est dei fortius est hominibus
Prover 16 Melior est paciens viro
forti Seneca Magni animi in-
iurias in summa potencia pati est
eciam modus scilicet vincere per paciencia
valde victoriosus Seneca Innumera-
sunt qui populos qui urbes habue-
runt in potestate paucissimi qui se
Ideo dicitur Iob X Ubi est fortitudo
tua dicit Glossa Vere sic vincit super
omnia fortis est unus homo perfecte
paciens a toto mundo vinci non po-
sset Seneca Facilius est gentem
unam quam virum unum vincere
Et super illud Prover 16 Qui do-
minatur animo suo fortior est expu-
gnatore urbium dicit Glossa Maior
est victoria urbes expugnare
quia extra sunt que vincuntur
paciens superat hostem qui intra se
est in anima Est eciam modus fruc-
tuosus quia ipsum celum vincit

et rapit Unde cum sibi violen-
ciam facit suo duro animo doman-
do celum rapit cum sibi acquirendo
Math 11 Regnum celorum vim pati-
tur et violenti rapiunt illud Vincit
eciam iste [illegible] regnum celorum
per penitenciam Math 3 Penitenciam agite
appropinquabit enim regnum celorum
Iaco 4 Appropinquate deo et appro-
pinquabit vobis Unde cum homo
appropinquat deo per penitenciam tanto
deus sibi appropinquat per graciam
et gloriam parum appropinquavit deo
ille qui dicebat Luce 18 Ieiuno
bis in sabbato decimas do omnium
que possideo Et ipsi deus parum ap-
propinquat publicano quidem multum
appropinquavit dando decimam pe-
[illegible] non parum vel nichil quia in-
teruit per sua superbia Item ille
appropinquabat deo qui dicebat
Luce 12 Anima mea habes multa
bona reposita in annos plurimos
requiesce comede epulare Ille
eciam deus nil appropinquat quia
raptus est protinus ad iehennam
Multum appropinquabat deo Zacheus
qui dicebat Luce 19 Ecce dimi-
dium bonorum meorum domine do pau-
peribus et si aliquem defraudavi
reddo quadruplum Et ideo ipsi deus
multum appropinquavit quia in dicta
mihi eos fecit Secundo aut
[illegible] quatuor invincibilia scilicet
deus dyabolus mors mundus et rex
celorum qui est in altissimis con-
stitutus Ista quatuor sancti mar-
tires vicerunt deum quidem vicerunt
per lacrimas quas effuderunt

Isto modo vicit deum Jacob de
quo dicitur Osee 12 Invaluit
ad angelum qui stetit contra deum
gerebat flevit et rogavit eum
Aliud exemplum quod fuerunt
in veteri testamento adversarios viri tamquam
leo rugiens vicit quoniam quem
devoravit cui resistere fortes in
proelium per magnanimitatem
quia cordi suo dulci fuerunt
Proverbiorum 16 Melior est paciens viro
forti et qui dominatur animo suo
expugnatore urbium Mortem
pro caritate quam inflammati
vult Canticorum 8 Fortis est ut
mors dilectio Isto modo templus
mortem vincebat Romanos 8
Certus sum enim quod neque mors
neque vita et cetera poterit nos separare
a caritate dei Regnum celorum
pro sanguinis precium quod dederat
probus pretiosa id est precio plenae
in conspectu domini mors sanctorum
eius Tales magnam violen-
tiam sibi faciunt qui mortem
sponte accipiunt et pro ipsam
mortem regnum celorum sibi ac-
quirunt Mathei 11 Regnum celo-
rum vim patitur et violenti
rapiunt illud Quarto ostenditur
quales fuerunt in operationibus
suis Unde dicitur operati sunt iu-
sticiam Est autem iusticia virtus
unicuique suum ius tribuens
de qua iure sic dicit Tobie 4
habemus ante nos potius pro
nobis minoribus a quibus amicitiis
a superioribus inimicos reddamus
singulis quod suum est potius
obedienciam minoribus doctrinam
amicis leticiam inimicis pacientiam

Ipsi igitur martires deo tamquam
superiori dederunt obedienciam
minoribus doctrinam amicis leticiam
inimicis pacienciam Ipsi igitur martires
dederunt deo tamquam superiori
dederunt obedienciam ~~Tem~~ Tempti
namque fuerunt ut idolis immola-
rent ut contra deum coniurarent
Sed ipsi magis deo tamquam ho-
minibus obedire volentes nec mentem
facere voluerunt Actuum 5 Obedire
oportet deo plusquam hominibus Mi-
noribus dederunt doctrinam unde
Mauricius et socii eius qui milites
erant maiores ceteros docuerunt
et qualiter imperatori debebant reddere
dicentes Imperatori fertur responsa man-
damus milites sumus imperator
tui sed aut quod libere confitemur Christi
tibi debemus militiam Ibi inno-
centia a te laboris stipendium
ab illo eternum suscipimus vite
Amicis autem id est angelis fecerunt
magnam leticiam Ibi enim gaudium
est angelis dei super uno peccatore
penitenciam agente ut habetur Luce 15
Quale gaudium eis fuit de tanta
multitudine militum triumphante
Inimicis autem habuerunt
magnam pacientiam unde cantatur
de eis Isti numquam reponat non
querimoniam sed corde tacito mens
bene conscia conservat pacientiam Tertio
ostenditur quales fuerunt in premiis
suis Unde dicitur adepti sunt repro-
missiones ~~sed repromissiones~~
~~quam deus dat eis~~ non dicit
promissiones sed repromissiones
quia deus dat eis beatam

283

sepe promisit et repromisit Consuevit enim fieri promissio aliquando verbo aliquando iuramento aliquando signo Signo aut triplici aliquando scilicet mutuo osculando aliquando manum ad manum applicando aliquando rem aliquid sicut paleam vel panum offerendo Istis quinque modis deus vitam eternam se nobis daturum promisit scilicet verbo Gen 13 Semini tuo dabo terram hanc scilicet terram promissionis que terra viventium figurabat que lacte et melle fluebat i. consideratione purissime et lucidissime humanitatis et contemplatione dulcissime deitatis Levitici 20 Dabo vobis in hereditatem terram fluentem lacte et melle promisit in iuramento Luce primo Iusiurandum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis Promisit osculando quod fuit in incarnatione ubi fuit beata et dulcis unio nature divine cum humana ipsum osculum petebat sponsa Cant 1 Osculetur me osculo oris sui Et infra 8 Quis michi det te fratrem meum i. quis michi det ut qui es deus meus efficiaris frater meus sugentem ubera matris i. quis michi det ut tu qui es in sinu patris efficiaris parvulus in sinu matris ut inveniam te foris i. quis michi det ut qui es prolatens in divinitate fias manifestus et apparens in humanitate Et quod semper lates in celis appareas et videaris in terris Et deosculer i. eternam et dulcem unionem tue nature

cum mea percipiam et iam nemo me despiciat nec deus sed me sibi reconciliabit nec angelus sed me in reverentia habebit Promisit etiam manibus suis crucis manibus applicando Abacuc 3° Cornua scilicet crucis in manibus eius Promisit etiam spiritum nobis dando 2 Cor 5 Dedit nobis pignus spiritus etc. De quibus ergo certi esse debemus quod vitam eternam optinebimus quia verbo dei non subest falsum proverbio Que procedunt de ore meo non faciam irrita Iuramento dei non subest ~~mendacium~~ mendacium Hebr 6° Interposuit iusiurandum ut per duas res immobiles quibus impossibile est mentiri deum fortissimum solacium habeamus Signo ergo dei non subest vacuum nec signum quod fecit per osculum nec signo quod fecit per applicationem manuum nec signo quod fecit per spiritus sancti donum Ideo propheta sciens se per ista recepturum esse prosperum victoriam super inimicos et consolationem eternam petebat dicens Fac mecum signum in bono ut videant qui me oderunt et confundantur quoniam tu domine adiuvisti me et consolatus es me

Sermo tercius de eodem

Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum Mat 5 De quibus verbis habetur quod pati pro Christo est magne beatitudinis certitudinis et felicitatis Magne quidem beatitudinis est quia promittitur Beati

Corpus 3. Si quid patimur propter iustitiam beati. Sciamus autem beatitudinem isti martires Mauricius et socii eius habuerunt quia pro Christo pati meruerunt. Nos autem istam beatitudinem habere non possumus ut pro Christo martirium patiamur. Racio tribus declaratur. pt. ff. quod dicit Prosper. Una est ex parte nostri quia tantam gratiam non meremur et pro Christo pati digni non sumus. Alia est ex parte diaboli quia sciens per martirium consequi remissionem peccatorum et ad regnum nos pervenire celorum unde ipse cecidit nobis invidet et impedimentum prestat. Tercia est ex parte dei quia deus per suam bonitatem sciens nostram infirmitatem nobis parcit et misericorditer condescendit. Psalmus: Quomodo miseretur pater filiorum misertus est dominus timentibus se quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Iste autem tres cause in istis martiribus locum non habuerunt quia et deus ipsos dignos fecit et diabolus ipsos impedire non potuit et constantiam et fortitudinem eis dedit. Nos autem si non possumus habere hanc beatitudinem ut pro ipso vincamus diabolicam temptationem ut si non possumus pati in corpore saltem pugnemus contra diabolum in mente. De qua beatitudine dicitur in psalmo: Beatus qui tenebit scilicet serpentem infernalem per caput et allidet parvulos suos ad petram. Tunc caput serpentis tenemus quando sue prime suggestioni resistimus. Et tunc parvulos ad petram allidimus quando ipsos primos motus corpo-

ris aucpilio anichilamus nisi cum iste serpens per caput teneatur statim totus illabitur. Ieronimus: Lubricus est ille hostis antiquus et nisi capite teneatur statim illabitur. Genesis 3: Ipsa conteret caput tuum. Habet enim iste serpens caput corpus et caudam. Caput est suggestio. Corpus suum est consensus. Cauda est opus peccati consummatio sive operatio. Serpens ubi ponit caput statim ponit corpus et ubi ponit corpus statim ponit caudam. Sic diabolus ubi ponit suggestionem statim ponit consensum et ubi ponit consensum statim ponit opus peccati. Et ideo debet capite teneri et eius suggestio conteri. Ratio quia postea mortem non patitur. Serpens cum decaudatus in cauda adhuc vivit, decurtatus in medio adhuc vivit. Sed contritus in capite omnino virtutem perdit et moritur. Sunt qui peccatum relinquunt quantum ad opus exterius tamen satisfacere deo nolunt ut sunt usurarii et raptores qui cessant ab usuris sive rapinis tamen nolunt restituere que male acquisierunt. Isti videntur amputasse seu amputasse serpentis caudam adhuc autem habent in corde suo corpus eius et caput. Sunt etiam qui actum exteriorem fornicandi relinquunt aut quia oportunitas non datur aut quia timore coercentur aut quia verecundia impediuntur consensum tamen in animo retinentes. Isti similiter amputaverunt serpenti caudam adhuc tamen retinet corpus et caput. Alii sunt qui operationem exteriorem et

et consensum interiorem relinquit
adhuc tamen a malis suggestio-
nibus et cogitationibus agitantur
Isti amputaverunt serpenti corpus
et caudam adhuc tamen caput
vivit in corde Sed salubre consilium
est ut mox ubi serpens caput sug-
gestionis posuerit conteratur Con-
tritio cum serpenti capite nec cor-
pus nec cauda ultra nocere valebit
Tercia repulsa suggestione demo-
nis ab omni consensu et operatione
homo securus est et erit // Secundo
pati pro Christo est multe retributionis
Ideo dicitur qui pro iustitia Tercium cum
quis enim patitur pro iustitia patitur
Eccli 4° pro iustitia agonizare pro
anima tua et usque ad mortem certa
pro iustitia Dicitur autem Anselmus in libro
de libero arbitrio Iustitia quid dicta
nisi virtutem quia sua cuique tri-
buitur ut vero iustitia unicuique
ius suum tribuat tribus indiget
sociabus que sunt prudentia
temperantia et fortitudo prudentia
namque tamquam lucerna ante faciem
suam vadit et viam ostendit
ut sciat quid qualiter et quibus
exhibeat temperantia vero assidet
sibi a dextris prosperitatis ne amor
alicuius boni temporalis in superbiam
elevet et sit debito iustitie per-
solvendo non curet // Fortitudo vero
assidet a sinistris adversitatis ne
timor alicuius mali nimius deter-
reat et ea que debet ~~[struck]~~
persolvere timore non solvat Istud
autem debitum iustitie aliquando tenetur
a fide naturali aliquando ab officio
aliquando a merito aliquando
a beneficio recepto // Fedus

autem naturale quadruplex est Unum
est quo sumus deo naturaliter ob-
ligati ut patet a quo recepimus
esse nec vitam gratie et motum
operationis hanc Actus xvii° In
ipso vivimus movemur et sumus
Aliud fedus est quo omnes ho-
mines ad invicem naturali federe
sunt coniuncti Ex eo quod omnes
ab uno sunt creati et ab uno
sunt geniti Et quantum ad hoc
omnes sibi tenentur mutuam di-
lectionem veritatem et fidem Aliud
fedus est duplex preceptum naturalis
iuris unum affirmativum de quo dicitur
Math 7 Omnia quecumque vultis
ut faciant vobis homines et vos
facite illis Aliud negativum quod
habetur Thobie 4 Quod ab alio
tibi oderis fieri vide ne tu ali-
quando alteri facias Aliud fedus est
quo parentibus et aliis nobis attinen-
tibus naturaliter sumus iuncti Et istud debi-
tum [illegible] aliud vocatur pietas De quo
dicitur Eccli 7 Honora patrem tuum
et gemitus matris tue ne obliviscaris
memento quoniam nisi per illos
natus non fuisses et retribue illis
quomodo et illi tibi ~~[struck]~~ Istud autem
tercium est quadruplex unum naturale
quo deo et nobis ipsis naturaliter
obligamur Verum tamen istud
debitum iustitie tenetur a fide
naturali sed eciam tenetur ab officio
a merito et a beneficio recepto
Ab officio quidem quia prelatis de-
bemus obedientiam Hebr 13
Obedite prepositis vestris et subia-
cete eis ipsi enim pervigilant quasi
rationem reddituri pro animabus Ipsi
vero tenentur nos docere disciplinam

Prov 23 Noli subtrahere a puero disciplinam. Si enim percusseris eum virga non morietur. Tu virga percuties eum et animam eius de inferno liberabis. Causatur etiam istud debitum a merito ut eum pena vel premium redditur ipsis qui meruerunt de quo merito dicitur in psalmo Oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum vultus autem domini super facientes mala etc. 1 Petr 3. Qui retribuet unicuique secundum iusticiam eius et fidem. Causatur etiam istud debitum a beneficio recepto. Qui enim recipit beneficium obligatus est ad retribuendum. De quo debito dicitur Eccl 14 Ante mortem benefac amico tuo. Luce 6 Si enim benefeceritis hiis qui vobis benefaciunt que vobis gratia. Omnibus istis modis deo sumus obligati scilicet ratione federis naturalis quia ipse est creator noster a quo scilicet corpus et animam accepimus. Deut 32 Numquid non ipse est pater tuus qui possedit et fecit et creavit te. Ipse enim fecit nos quantum ad corpus creavit nos quantum ad animam possedit nos quantum ad utrumque. Ratione officii quia factus est pontifex et prelatus noster Hebr 9 Christus assistens pontifex futurorum bonorum etc. Ratione meriti quia factus est emptor noster ipse enim per suam passionem nobis meruit ut totos nos sibi demus et nichil de nobis retineamus. 1 Cor 6 Empti enim estis precio magno etc. Ratione beneficii accepti quia factus est benefactor noster. Iacobi 1 Omnia ipse dedit nobis. Munus inmensum cum elementis corpus cum instrumentis animam cum ornamentis fidem cum sacramentis artes cum documentis et scripturis tormentis[?]. Et ideo pati pro Christo est magne felicitatis. Ideo dicitur quia ipsorum est regnum celorum pacientium aut persecucionem propter iusticiam est regnum celorum. Et potest duplicari hic quia in iudicio ipsam iusticiam adulterii[?] habebunt. Prov 10 Non proderunt thesauri impietatis. Iusticia autem liberabit a morte. Et quia unum sibi infundo ipsum regnum meruerunt. Math 11 Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Et quia Christi passionibus se paravit. 2 Tim 2 Si sustinebimus et conregnabimus. 2 Cor 1 Sicut socii passionum estis sic eritis et consolationis. Pariter igitur tales persecuciones sunt sustinende que tali premio remunerantur quia scilicet regnum celorum. Talibus datur. Quid Gregorius. Considerans premium vim minuit flagelli et istud ostenditur exemplo[?] racionis quadrupliciter. Exemplo amaritudinis radicis dulcedo pomi compensat. Exemplo partus delectat dolorem. Exemplo salutis mitigat medicine. Exemplo qui melius depredat[?] nunc fugit. Ergo primam agat qui tenet ultra[?] adquirit bona. Volentes igitur agere hec verba. Contra[?] diligentia indagate dicamus quod deus in celo quatuor magna beneficia suis fidelibus preparavit scilicet plenam satietatem tranquillam securitatem integram sanitatem et dulcem iocunditatem preparavit quia plenam sanctitatem plantavit.

F

G

H

cum deus arborem cuius radix folia et flores sunt in mundo fructus non percipitur in celo radix amara est pena dura de qua amaritudine dicitur Jeremie 6 Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum folia est ipsa confessio que sanat vulnera peccatorum Apocalypsis 22 Folia ligni ad sanitatem gentium flores sunt ipsa penitentie opera que sunt in conspectu dei valde redolentia Ecclesiastici 24 Flores mei fructus honoris et honestatis De ipsis eciam in celesti patria nascitur fructus eterne refectionis et sacietatis de quo dicitur Canticorum 2 Sub umbra illius quem desideraveram sedi et fructus eius dulcis gutturi meo Psalmus Satiabor cum apparuerit gloria tua Tercius autem sicut amara ista radix penitentie amaritudinem eius tamen compensare debet suavitas refectionis eterne Et ideo bene dicitur Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat Sexto deus preparavit tranquillam securitatem portus quia vita in mare in quo magni devorant minores sicut accidit in piscibus Abacuc 1 Facies homines sicut pisces maris In qua eciam homines semper sunt in motu cupiditatis et ambitionis Ysaie 57 Impii quasi mare fervens quod quiescere non potest In qua eciam illi qui videbantur electi periclitantur Exodi 15 Electi principes eius submersi sunt in mari rubro In futuro autem est portus tranquillitatis et quietis Apocalypsis 14 Iam amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis Tercius autem

per quam venitur de isto mari ad istum portum est pena ita quod qui habet navem non ascendit ad istum portum pervenire non valebit Sapientie 14 Exiguo ligno credunt homines animas suas et transeuntes mare per ratem liberati sunt Tercius autem labor sit et multa pericula in navi grandis anima tamen hec mitigare debet spes quam habemus in perveniendo Et ideo dicitur pericula maris spes portus delectat Septimo deus paravit nobis integram sanitatem In hoc enim mundo est infirmitas continualis Ysaie 1 A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas A planta enim pedis sensualitatis usque ad verticem rationis nulla in nobis sanitas invenitur Civitas autem celestis tota erit plena [illegible] sanitatis Ysaie 60 Occupabit salus muros tuos Et cum muros civitatis illius non est sanitas sed infirmitas Medicina autem huius infirmitatis est pena salutaris Ecclesiastici 38 Altissimus creavit de terra medicinam et vir prudens non abhorrebit eam Deus enim de terra nostri cordis educit medicinam penitentie salutaris per quam sanatur animus infirmitas mentis Et sic dicit Crisostomus Medicina carnis sanat quia anima pena carnis curat Istam tamen amaritudinem penitentie mitigare debet spes salutis adipiscende Et ideo dicitur dolorem medicine spes salutis mitigat Octavo deus paravit nobis dulcem suavitatem de qua dicitur in Psalmo Quam magna multitudo dul. t. d.

quam abscondisti timentibus
te. Qui non vult gustare etiam
celestem dulcedinem oportet
ut prius gustet penitencie amaritudinem
Et ideo dicit Qui mel comedit co-
medat urticam francigat per unitate
intelligitur cristus in quo fuit
corum ...ibus mortalis corporis
et mel ... intus dulcis divini(tas)
et testa media anime fortis Ergo
igitur habuit corum corporis fract-
uram per attricionem et vulneracionem
Ysaie 53 Ipse autem vulneratus
est propter iniquitates nostras / att-
ritus est propter scelera nostra / habuit
testam anime fractam per dolo-
rem Mathei 26 Tristis est anima
mea usque ad mortem nucleus
autem divinitatis frangi non potuit
sed tamen ... fractionis corporis
et anime ostendit se acquisi-
visse gloriam beatitudinis sue
Hebreorum 2 Eum autem qui modico quam
angeli minoratus est videmus ihesum
propter passionem mortis gloria et
honore coronatum Nos igitur fra-
ngamus corum corporis nostri per mor-
tificationem Colossenses 3 Mortificate
membra vestra que sunt super
terram frangamus et testam anime
nostre per contricionem Iohel 2 Scin-
dite corda vestra et non vestimenta
vestra et sic perveniemus ad nu-
cleum i. ad gustandum eternam dulce-
dinem psalmus Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo
consolaciones tue letificaverunt
animam meam etc. Sequitur ...

Sequitur sermo de sanctis
Cosma et Damiano
primus et tercia etc.

Medici suscitabunt et confitebuntur
tibi Ista verba que propheta videt-
batur posuisse interrogative
et negative exponi possunt de
ipsis martiribus scilicet Cosma et Dami-
ano remissive et affirmative Ipsi
enim fuerunt medici corporales et spiritua-
les et multos de gravibus infirmita-
tibus corporum et animarum suscitabant
ideo dicit Medici suscitabunt et quod
non per se sed deo attribuebant ideo dicit
Confitebuntur tibi De ipsis autem
medicis dei quatuor videnda sunt
Primo quales fuerunt quantum ad progen-
iem Secundo quales quantum ad artem
Tercio quales ad passionem Quarto
quales ad nostram subvencionem Circa
primum est notandum quod ipsi quantum ad origi-
nem fuerunt quasi fratres a religione
matre progeniti Quorum nomina
sunt Cosmas Damianus Antimus
Leoncius et Euprepius Circa tamen
de duobus primis scilicet Cosma et Da-
miano qui fuerunt gemini fratres
et inter ceteros digniores tamen solemp-
nizat ecclesia / felix igitur fraternitas
quia a parentibus religiosis progenita
felicior quia sunt martirio coronata
felicissima quia sunt ad gloriam
celestem assumpta / Est enim felix
fraternitas quia sunt a parentibus religi-
osis progenita Bonitas enim parentum
sepe est causa multarum in filiis
bonitatum unde Crisostomus super Mathei Dat
documentum volentibus uxorem accipere
Quod si ambo parentes pueri sunt
boni secure eam accipias seu acci-
piat Si autem ambo sunt mali con-
tinuo ipsam fugiat Si vero alter bonus
et alter malus quid facturus sit
timeat verum tamen si pater est bonus

et mater mala magis debet timere
Si vero pater malus et mater bona magis
timere potest quia puelle magis consue-
uerunt sequi mores maternos quam

b

paternos / Est etiam ista fraternitas
felicior quia fuit martirio coronata
verum autem et perfectum martirium quatuor
faciunt scilicet pena causa predonis vi-
ta et acquisita corona Ecce quatuor
tangit apostolus hebreorum 11 d. Sancti
per fidem vicerunt regna Ecce causa
Operati sunt iusticiam ecce vita adep-
ti sunt repromissiones ecce ac-
quisita corona Alii vero ludibria et
verbera sunt experti etc. Ecce pena
Ista quatuor in istis martiribus
perfecte fuerunt habuerunt enim vitam
sanctam Ideo dicitur de eis Carnalia
terrena contempnebant habuerunt
fidem firmam quia propter ipsum Christum
pati non formidabant habue-
runt penam acerbam quia fuerunt
[illegible] lapidati sagittati et deco-
llati habuerunt acquisitam coronam
quia celestem coronam a domino
receperunt Est etiam ista fraternitas
felicissima quia ad celestem
gloriam est assumpta sicut [illegible] gem-
ma que in sua corona hos
quinque lapides preciosos portat /
felices illi qui hos quinque marti-
res merentur habere patronos //

c

periculum quidem est quando homo est
solus quia cito a diabolo vincitur
Sed si habet unum vel duos pa-
tronos securior esse potest quanto ma-
gis si quinque habet Eccl. 4 Melius
est simul esse duos quam
unum habent enim emolumentum
societatis sue Si unus ceciderit
ab alio fulcietur Aliud est quia
temptationibus demonum fortius
resistunt ne decipiantur Ideo

subditur Si quispiam preualue-
rit adversus unum duo resistent
ei Aliud est quia in dei amore
frigidi inflamantur Ideo sequitur
Et si dormierint duo fouen-
tur mutuo Aliud est quia
fortiori vinculo coniunguntur Ideo
subditur Funiculus triplex diffi-
cile rumpitur Sed si unus vel
duo vel tres sancti sic a peccato
reuocant sic a temptationibus
demonis conseruant sic in dei amore
inflamant sic indissolubiliter
deo copulant quid facient si
quinque concurrunt qui homines adiuua-
rent Et ideo utile est hos quinque
habere patronos et in celesti curia
aduocatos Secundo intendendum est quales
fuerunt quantum ad artem ipsi enim
fuerunt medici quia a spiritu sancto
acceperunt gratiam curandi Sed dum
starent cum [illegible] non tamen accepe-
runt spiritum sanctum ad sui instru-
ctionem non tantum ad corporis [illegible]
sed etiam ad peccatorum remissionem
et miraculorum operationem / Sanaba-
nt autem isti medici communiter liberaliter
mirabiliter et totaliter Communi-
ter sanabant quia omnibus tam
magnis quam paruis tam diuiti-
bus quam pauperibus immo etiam
et animalibus curationis beneficia
impendebant ut [illegible] de eis ita
[illegible] hominibus et iumenta sana-
bant Secundo sanabant liberaliter
quia nichil ab aliquo accipere vo-
lebant Mat. 10 Gratis accepistis
gratis date Unde cum sanctus
damianus quoddam munus
a quadam matrona [illegible]
accepisset Cosmas frater eius ita
commotus fuit quod nec corpus illi-
us cum suo corpore poni precepit

Sanabant mirabiliter equaliter
cum illa curatio fuit qua quidam
rure putridum ipsum rure proderat
et rure maneri vetent sepulti
inscierunt Sanabant integraliter
et totaliter quia corpora morbos
pellendo et animabus peccatorum
veniam impetrando Sepe cum
infirmitas mentis est occasio
infirmitatis corporis Sicut dixit
dominus cuidam infirmo sancto
Johannis v. Ecce sanus factus
es iam amplius noli peccare
ne deterius tibi contingat Et
sanitas mentis sepe est occa-
sio sanitatis corporis Prouerbiorum 17
animus gaudens etatem flo-
ridam facit Sic etiam causa
infirmitas corporis est occasio
sanitatis mentis Ecclesiastici 31
infirmitas grauis sobriam
facit animam. i. Corinthiorum 12 Cum
enim infirmor tunc potens sum
Et sanitas corporis sepe est
occasio infirmitatis mentis psalmus
prodiit quasi ex adipe iniquitas
eorum // Tercio videndum est quales
fuerunt quantum ad passionem eo-
rum cum passio fuit gloriosa
miraculosa fructuosa et victo-
riosa Gloriosa quidem fuit
quia ipsi duo sancti Cosmas et
Damianus ad similitudinem
Christi fuerunt crucifixi Et sicut
dicitur Ecclesiastici 23 Magna est glo-
ria sequi dominum nec tamen
fuerunt crucifixi corpore sed etiam
mente Iuxta illud Galatas secundo
Christo crucifixus sum Creati
enim a superiori magnam
caritatem ab inferiori profundam
humilitatem ad dextris magnam
in prosperis temperantiam a sinistris
magnam in aduersis patientiam

Fuit etiam miraculosa quia sicut in
legenda habetur // cum sagittarentur
sagitte redibant in ipsos iaculantes
et ipsos perforantes Cum lapidarentur
lapides redibant in ipsos actores
Sapientie 16 vindex est cum orbis in iustos
Fuit etiam eorum passio fructuosa
quia fructum centesimum habuerunt
Quibusdam enim sanctis datur fructus
tricesimus quibusdam sexagesimus
in actibus autem datur centesimus Matthei
13 Alia ceciderunt in terram bonam
et dabant fructum aliud centesimum
aliud sexagesimum aliud tricesimum
Ipsi enim martires fuerunt terra bona quia
habuerunt cor bonum optimum et pacifi-
cum Luce 8 Quod autem in terram
bonam hii sunt qui in corde bono
et optimo au. v. re. et fi. af.
ipsa habuerunt enim cor pacificum
quia passi sunt patienter cor bonum
quia passi sunt libenter cor optimum
quia passi sunt constanter et gaudenter
Fuit etiam eorum passio victoriosa
quia fuerunt in omnibus elementis
vinterunt enim in terra quia in pedi-
bus et manibus fuerunt fuerunt
torti sed in nullo conturbati
vicerunt in aqua quia fuerunt
cathenati et in mare precipitati
sed ab angelo soluti et liberati
vicerunt in aere quia in cruce
suspenderunt sed ab angelo deponi
vicerunt in igne quia in ignem
capiosum proiecti sed illesi con-
seruati Sapientie 16 Creatura enim
tibi factori deseruiens exarde-
scit in tormenta aduersus iniustos
et lenior fit in his qui in te
confidunt // Quarto videndum est
quales fuerunt et sunt quantum ad nostram
subuentionem Ipsi enim subuenerunt
debilitatibus Sicut patet in illa

in quem spiritus per eos intricat
~~de~~ et oppressione demonum defendunt
ab oppressione demonum sicut patet
in vero augustinam quam ipsi recommen-
dauerat quam demones precipitare
voluerunt sed ipsam sancti martires
defenderunt diligenter. Curam habent
de suis deuotis sicut patet in tu-
stade ecclesie sue cum eiusdem martiribus
perderent et aliud sanum inscierunt
Secundam vltionem inferunt malis sicut
patet quando demonibus preceperunt
ut tirannum blasphemantem in
faciem percuterent et inferunt penitentibus
tibus et humiliatis. Unde cum predictus
tirannus eos rogaret ut flagella
demonum ab eo remouerent statim
eos deserere preceperunt. Ecce quod
isti martires habent demones in
sua potestate quia iussi statim fecerunt
et iterum iussi continuo desisterunt. Iob
xxxviii. Numquid illudes ei quasi auicule
quando emittitur recedit et quando
reuocatur redit. Sic isti martires
habent demones quasi aues quia
quando eos emittunt ad malorum
vindictam ostendam statim acce-
dunt quando eos reuocant statim
obstant etc. Sermo secundus
de sancto Cosma et Damiano

Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres
in vnum. Isti sancti martires
scilicet scilicet Cosmas et Damianus
erant fratres non tantum carne sed
etiam fide et passione. Habitauerunt
autem in vnum sex modis. Primo
quantum ad idem domicilium. 2o quantum
ad eundem mentis affectum.
Tertio quantum ad idem officium.
Quarto quantum ad eandem fidem.
Quinto quantum ad eandem operationem.
Sexto quantum ad eandem passionem.

Primo igitur habitauerunt in
vnum quantum ad idem domicilium
quia adeo cum ipsi quinque fratres cum
religiosa matre in vna domo
insimul habitabant. Felix ista
mater que tales filios genuerunt
de cuius martirio legitur in
legenda. Propterea quinque mater appel-
lari meruit quia in quolibet filio
martirium est perpessa. Habitabant
autem isti fratres insimul pacifice
et concorditer et ideo ipsorum
habitatio fuit bona et iocunda.
Secundi omnes dei libenter deberent
insimul habitare quia multa bona
ex hoc consequuntur que notantur
Eccl. x. ubi dicitur melius est duos
simul esse quam vnum. Habent
enim emolumentum societatis sue.
Si vnus ceciderit ab alio fulcietur.
Ve soli quia cum ceciderit non
habet eleuantem se. Et si dor-
mierint duo fouebuntur mutuo.
Vnus quomodo calefiet. Et si quispiam
preualuerit contra vnum duo resistunt
ei. Quatuor namque sunt genera
hominum qui libenter volunt societatem
habere scilicet negociatores qui ab
inuicem societate faciunt et
multa emolumenta et lucra
acquirunt. Ideo dicitur habent
enim emolumentum societatis sue.
Itinerantes quia libenter in
societate vadunt. Et si vnus
ex ipsis ceciderit ab alio fulcietur
alii manus ei porrigunt
et ideo surgit. Si vnus ceciderit
ab alio fulcietur. Preliantes qui
habent volunt esse plures et
fortius hostibus resistant. Ideo
subditur. Si quispiam preualuerit contra
vnum duo resistunt ei. Dormi-
entes qui quando sunt insimul
frigus mutuo a se expellunt

Qui igitur dei sunt negoci-
atores dei Luce 19 negociamini
dum venio ipi cum admonito
multa lucra acquirunt Nam
unus acquirit ab alio humilita-
tem ab alio castitatem alio
temperanciam ab alio pacienciam
Sunt etiam itinerantes .i. ad
celestem patriam properantes
Et ideo si unus cadit alii suis
oracionibus et exhortacionibus
eum sublevare festinant Genesis
19 dixerunt festina salvare
animam tuam Sunt etiam preliatores
et ideo quando sunt plures
sunt demonibus valde terribiles
Cant. vi pulcra es amica
mea suavis et decora sicut
Ierusalem terribilis ut castrorum
acies ordinata Sunt etiam
dormientes .i. lecto contempla-
cionis quiescentes Et ideo quando
sunt plures mutuo se inflam-
mant Unde sponsa conquerebatur
se solam in lecto relictam
esse dicens Cant. 3 In lectulo
meo per noctes quesivi quem
diligit anima mea quesivi illum
et non inveni // Utilitas est igitur
in congregacione habitare quia
quod unus non potest alius potest
et quod unus non habet alius supplet
Quod ostenditur in membris
corporis ad que potest dari alteri
et corpore ab alio habent enim
vim activam et passivam collatam
et susceptivam Oculi enim et manus
~~in suis operibus dirigunt~~ mutuo
sibi subveniunt mutuo dant et
accipiunt Oculi enim manus in
suis operibus dirigunt manus
oculos mundant et tergunt Similiter
os et aures sibi subveniunt os
enim auri verba ministrat / auris
vero ori obedienciam prestat Similiter
caput et pedes similiter sibi subve-
niunt mutuo Caput enim sensibus
influit sensum et motum pedes
caput portant et tenent Sic est
in corpore mistico Oculi enim et manus
signant contemplaciones Contempla-
tivus igitur activum in suis operibus
dirigit Activus vero contemplativo in
temporalibus subvenit Os autem et auris
signant predicatores et auditores
predicatores autem auditoribus influunt
verba doctrine auditores autem dant
predicatoribus consensum obediencie
Caput et pedes signant prelatos et
subditos / prelati enim debent influere
in subditos sensum amoris et motum
boni operis per verbum et exemplum
Subditi autem prelatos supportare
debent si aliquando onera iniungunt
vel difficilia imponunt / Secundo
in simul habitant quantum ad eundem
mentis affectum Nichil enim prodesset
si religiosi in simul habitarent
corpore et divisi essent mente Hugo
de sancto victore Nichil prodest
si nos contineat una domus et se-
parent diversa voluntates Sunt enim
multi in simul habitantes non
more hominum sed ferarum / fere enim
ad invicem pugnant aut propter cibum
aut propter domicilium aut quando
de libidine certant Sic etiam
sunt multi monachi et religiosi
qui cottidie litigacionibus contencionibus
et murmuracionibus insurgunt aut
propter cibum quia non delicate [illegible]
pascuntur aut propter domicilium
quia scilicet in magnis monasteriis
et conventibus non collocantur
aut propter libidinem dicendi quia scilicet

ad p(re)lationes et alia officia dignita(tis)
non p(ro)mouent(ur) Religiosi igitur
sunt innumeri, multi sicut multa
in corpore ita debent vnum mente
dilectione quia cum dilectio vnit
in religione homines dispares
cordium et voluntatum. Certitudo
multitudinis credentium erat cor
vnum et anima vna / hugo de sancto
victore hoc est quod maxime
adducit concordiam si quis non
suam sed alienam voluntatem facere
studeat in bono et hoc est magne
humilitatis iudicium unde confirmatur
obedientia et crescit caritas
et pax atque iustitia et cetere
virtutes Quod si ego volo facere
voluntatem meam et iste suam
et ille suam, fiunt diuisiones
oriuntur lites ire quoque et rixe que
sunt opposita virtutibus Conuenit ergo
homines diuersorum morum. Psalmus
Qui habitare facit vnius moris
in domo / hugo de sancto vic-
tore. Ecce in vna simul plures
homines diuersi moribus diuersa cor-
da diuerse anime licet anima deus
coniungit in vnum vna intentio
et vnus amor in domo Conuenit
etiam homines diuersarum nationum
ysaie lx filij tui de longe
veniant et filie tue de latere
surgent religiosi cum sunt de
longe i. deuotione extranea
siue de latere i. deuotione proxi-
ma debent tamen vniri per vnitatem
fraternam vnde cantat ecclesia
per diuersitatem linguarum cunctas
gentes in vnitate fidei congre-
gasti Conuenit etiam homines
diuersas conplexiones religio-

sorum et est tanquam archa
in qua omnia animalia munda
et immunda fuerunt pacifica
vbi vbi completur illud quod dicitur
ysaie xi habitabit lupus cum
agno et pardus cum edo cubabit
Quidam enim instar agni naturales
videntur mites quidam instar
pardi naturaliter videntur astuti
quidam instar edi naturaliter
videntur inquieti Istas autem
diuersas complexiones debet vnire
et coniungere amor dei Conuenit
etiam homines diuersarum conditionum
et nobiles et ignobiles ut vno
victu et vestitu vtantur Mirum
enim esset si aquila duo grana
vesceretur cum quo columba Ibi
namque completur illud ysaie lxv
lupus et agnus pascuntur
simul leo et bos comedent
paleas i. sine sunt multa
appetentes ut lupi siue parum
ut agni siue sunt nobiles
instar leonum siue ignobiles
et torpentes instar boum, omnes
debent vesci vno genere ciborum
Conuenit etiam homines diuerse
etatis scilicet antiquiores minores
et mediocres et sepe prelati
iuuenibus etiam preponuntur qui eos
regunt et ducunt in dei amore
coniunctos ysaie xi vitulus et
leo et ouis simul morabuntur
et puer paruulus minabit eos
per vitulum intelliguntur minores
per oue(m) adolescentes pergrandi et
per baculum suboscuri intelliguntur
sermones, per leones intelliguntur
viri robusti et fortes Iste sepe

in una domo morantur et prelatus
nunc nobis sepe cibus infirmatur et
eos pacifice regit et ducit Item duo
habitaverunt in simul quantum
ad idem officium fuerunt cum
ambo medici non tamen corporum
sed eciam animarum Quas quidem
quas sanabant in ducendo
ad contricionem Istis enim tribus
modis instar medicine corpora-
lis anima sanatur Sanatur enim
aliquando corpus per amare
medicine susceptionem Ista est
contricio Job 38 Amara erit
potio bibentibus illam Jere 6
luctum unigeniti fac planctum
amarum aliquando per vomitum
et reiectionem Ista est confessio
ubi homo ea que male con-
gregavit debet per os a sinu
evomere Prov 30 Verba congre-
gationis filii vomentis Eccl
31 Si coactus fueris in edendo
multum surge e medio et vo-
me et refrigerabit te et non
adduces corpori tuo infirmitatem
aliquando per sudorem minu-
cionem et dietam per quam intel-
liguntur tres partes satisfactionis
scilicet oratio elemosina et ieiu-
nium Oratio autem et maxime
quando est lacrimosa intelligitur
per sudorem Tunc enim oculus
sudat quando plorat Eccl 22
pungens oculum educit lacrimas
et qui pungit cor profert sen-
sum Elemosina autem intelligitur
per minucionem Istam minucionem
docet dominus facere dicens Lu-
ce 11° Quod super est date

elemosinam Et omnia munda
sunt vobis Iacob dicit sanguinem
superfluum a corpore vestro diminui-
te et sanitatem cupitis obtinere
Ieiunium autem intelligitur per dietam
per quod diabolus expellitur a corde
sicut lupus per famam de nemore
Matth 17 Hoc genus demoniorum
non eicitur nisi per oracionem et ieiunium
Item tercio habitaverunt in unum
quantum ad eandem fidem Fides
enim coniungit hominem deo unde quo-
dam tinctorium appellatur Ysaie 11
Et erit iusticia cingulum lumborum
eius et fides tinctorium renum
eius Sicut enim sponsa coniungitur
sponso sic per fidem anima coniungitur deo
Osee 2 Sponsabo te mihi in fi-
de Coniungit eciam homines Eccl 22
Dilige proximum et coniungere fide
cum illo Coniungit eciam hominem
principi Eccl 27 Fidei autem initium
ad glutinandum est ei Quarto habi-
taverunt in simul quantum ad eandem
operacionem Omnes enim operabantur propter
eundem finem id est propter deum Tamen
aliter operatur opera sua perdit Deus
enim est finis omnium desideriorum
quia summa bonitas est Prov 10
desiderium iustorum omne bonum prospe-
ratio impiorum finis omnium cogitationum
quia summa veritas est Joh 14
Ego sum via veritas et vita
omnium amorum quia summa suavitas
est Eccl 24 Spiritus meus super mel
dulcis et hereditas mea super mel et
favum omnium operum quia sancta summa
tranquillitas Sapie 12 Tu autem
dominator virtutis cum tranquillitate

iucunditatis cum magna reverencia
disponens nos omnia cum opera nostra
in ipso quietantur et tranquillitantur
Apocalypsis 14 Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis Ipsos
quatuor fines tangit Augustinus in libro
de civitate dei dicens Ipse est finis
desideriorum nostrorum qui sine fine
videbitur sine fastidio amabitur sine
errore cognoscetur sine fatigatione
laudabitur Quarto habitaverunt
insimul quantum ad eandem passionem
Omnes enim quasi fuerunt insimul decapitati Isti tamen duo martires
scilicet Cosmas et Damianus omnes
passiones quas alii sancti passi
sunt particulariter videntur habuisse
universaliter fuerunt enim in mare missi
instar Clementis In igne proiecti
instar Laurencii In eculeo torti
instar Vincencii Crucifixi instar
Petri lapidati instar Stephani
sagittati instar Sebastiani decollati instar Pauli etc.

Sermo primus de sancto Wenceslao sequitur etc.

Beatus dives qui inventus est sine macula Eccl 31 Gratia
deus similes nos sibi efficit esse ideo ad pietatem tam
frequenter nos invitat Ezechiel enim
est quod sit similes nos deo facit
sicut pietas et misericordia Eccl 4 Esto
pupillis misericors ut pater et pro
viro matri eorum et eris velud
filius altissimi Cum enim misericordia
dei sit super omnia opera eius patet
quod sit misericors maxime super omnes
misericordes ex similitudine vel conformitate
amor Eccl 13 Omne animal diligit sibi
simile etc. Ezechiel est quod
vos ita deo amabiles facit
seu faciat ut pietas dicit ergo
Beatus dives qui inventus est
sine macula Non dixit simpliciter
beatus dives sed addidit qui inventus est sine macula Quoniam
alii divites confidentes in divitiis
suis sunt maledicti unde dicitur
Luce 6 Verumptamen ve vobis divitibus
qui habetis hic consolationem vestram
Sicut enim dixit et Sapientes
ymo dicit Ysaias 5 Ve qui sapientes
estis in oculis vestris et coram
vobis metipsis prudentes Item
dicit Christi potentes Ysaias 5 Ve
qui potentes estis ad bibendum
vinum et viri fortes ad miscendum ebrietatem Divicie enim
non faciunt hominem beatum sed
miserum Apocalypsis 3 dicis quia
dives sum et locupletatus et
nullius egeo et nescis quia miser
es et miserabilis cecus et pauper
et nudus Item potencia facit
hominem beatum sed maioribus
tormentis addictum Sapiencia 6
potentes potenter tormenta
patientur Item sapiencia humana
seu mundana facit hominem
beatum sed stultum 1 Cor 3 Sapiencia
enim huius mundi stulticia est apud
deum Beatus autem Wenceslaus
cuius solempnitatem colimus venerabiliter ista dona habuit
scilicet sapienciam potenciam et divicias
que nullis occasio fuerunt ruine ipse autem hiis donis suffultus
et ad bonum adiutus eadem dona
non convertit ad bonitatem mundi sed
ad gloriam dei ut visitetur in ipso
quod dicitur Ro 8 Diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum

Pecuniam diuicias conuertat ad gloriam dei faciendo largitas elemosinas non tantum corporales sed etiam spirituales. Unde de eo cantatur Infantes et gentiles seruituti [illegible] et eos fecit heredes fidei cristi perditos. Unde de eo scriptum est Qui post aurum non abiit nec sperauit in thesauris pecunie fecit enim mirabilia in vita sua. Quare mirabilia de ipso etiam cantat pauper in diuiciis potentiam quam conuertit quia secundum principes mundi fuit non conuertit ad tyrannidem sicut moderni faciunt sed ad pietatem et misericordiam ut visitetur quod de ipso cantat etiam Beatus humilis in gloria. Sapientiam etiam mundanam non conuertit ad vanitatem sed ad iusticiam aut cohibendam (?). Tercia nos inducere debet scilicet debitum exemplum et emolimentum debitum quod quia deo debemus timorem honorem et amorem. Ille autem qui miseretur et pauperi bene facit ostendit se deum timere Eccl 17 Qui timet deum faciet bona. Ostendit se deum honorare Prouerb 14 Honorat deum qui miseretur pauperi. Ostendit se deum diligere Qui enim miseretur filio ostendit se amare dominum. Qui miseretur membris ostendit se amare caput. Vero autem sumus filij cristi serui cristi membra cristi. Potentia docet cum sit deus vere summe potens opus misericordie precipit Math 5 Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Cum sit vere magister summe sapiens opus misericordie consulit Math 19 Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus. Cum sit pater noster summe bonus opus misericordie vult Math 9 Euntes autem discite quid est misericordiam volo et non sacrificium. Quarto autem debemus implere preceptum domini tam potentis ut ipsum timeamus. Audire consilium magistri tam sapientis ut ipsum honoremus et perficere voluntatem patris tam clementis ut ipsum amemus. Secunda ad opus misericordie nos inducere debet exemplum omnium creaturarum scilicet etiam insensibilium racionabilium et intellectualium. In sensibilibus quidem tam superiorum sicut patet in sole quia omnibus lumen suum infudit. quam mediorum sicut patet in aere qui omnibus pluuiam salutarem transmittit Math 5 Benefacite hijs qui oderunt vos ut sitis filij patris vestri qui in celis est qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Quam etiam in fine sicut patet in terra que fructum quem affert non sibi reseruat sed nobis tribuit Ambrosius Si leuare sursum oculos non potes salte ea que deorsum sunt in pedibus tuis intuere affert tibi fructum sicut terra. Noli esse deterior insensibili elemento. Illa cum fructus quos affert non suis vsibus vendicat sed tuis ministrat obsequijs tu non fructus illius salus [illegible] et tibi soli concludis Job 12 Loquere terre et respondebit tibi. Inducimur etiam exemplo creature racionalis in hoc tam ex parte de[illegible] quam [illegible] quod sicut patet in elephantibus

quorum si unus cecidit currunt
ceteri ad sublevandum. patet etiam in
ceruis qui cum aequora transna-
re volunt seu debent ne forte
fatigentur ponderositate cornuum
ponunt capita super dorsum seu
dorsa sociorum || tandem primus
redit ad ultimum et fit novissi-
mus et sic mutuo se succedunt.
patet etiam in equabus quae quando
in simul pascuntur si aliqua moritur
alia suscipit filium eius ad nutrien-
dum. patet etiam in auibus quia
secundum [illegible] non est auis [illegible]
propriarum vel aliquarum aliarum inui-
cem se comedere || patet etiam in
porcis qui si unus percutitur ceteri
currunt ad adiuuandum. Sed multi
sunt de genere canum et luporum si unus
percussus fuerit ceteri currunt non ad
subveniendum sed ad mordendum
diuersarum non specierum sicut patet
in leonibus qui mitem [?] ostendunt
inter hominibus crudelibus || parcunt
hominibus coram se prostratis et
non nocent animalibus infirmis nisi
fame valida urgeantur. Ideo potest
dici illud Job. 1[?]: Interroga iumen-
ta et docebunt te volatilia
caeli et indicabunt tibi. Inducimur
etiam in exemplo creaturae rationalis
et hoc quantum ad triplicem statum
scilicet gentilium iudaeorum et christiano-
rum. Gentilium quidem sicut patet
in Alexandro de quo refert Vale-
rius. Cum dum in Asia quadam
loco inualida tempestate oppressus
esset et iuxta ignem reperit
militem quendam Macedonem
nimia senectute confectum et ni-
mio frigore perdentem apperiit [?]

cum insuper exiliens cum leuauit [?]
et in sua sede locauit. Iudaeorum
quoque sicut patet in Moyse qui
tanta fuit pietate et compa-
ssione plenus ut dominum
diceret Exo. 32: Aut dimitte
eis hanc noxam aut si non facis
dele me de libro tuo in quo
me scripsisti. Christianorum vero
sicut patet in Paulo qui tanta
fuit pietate et caritate plenus
ut videtur potuisse excludi a gloria
ut ceteri salvarentur. Ro. 9:
Optabam enim ego ipse anathema
esse pro fratribus meis qui sunt cognati
mei secundum carnem. patet in sancto
domitio [?] qui se vendere volui[t]
pro redemptione cuiusdam captiui.
patet in sancto Iohanne eleemo-
synario qui in oratione sua saepe
dicebat: Sic sit bone Ihesu ego dis-
pergendo et tu subministrando vi-
deamus quis vincat. Inducimur
etiam exemplo creaturae intellectualis
scilicet angelorum qui erga nos tali
caritate et pietate repleti [?]
quod dant nobis suum posse demon-
strando [?] suum nosse providendo [?]
sapientes et innocentes nos ducen-
do suum velle salutem nostram
desiderando. Ps. 9[?]: Angelis suis
mandavit de te etc. Ecce quam
sollicite nos custodiunt et in ma-
nibus portabunt te ne forte of-
fendas. Ecce quam sapientes et
innocentes nos ducunt et quam ar-
denter veram salutem concupiscunt.
Quia si veram salutem valde
non desiderarent nos in suis
manibus non portarent. Super aspi-
dem et basiliscum ambulabis.
Et ecce quam potentes nos demon-
strant [?] vincere faciunt [illegible] adop-

nunc inducit vos debet emoli-
mentum vel fructus aut emolimentum
consequimur concedatur in vita in morte
et post mortem In vita quidem
quia ipsa nostra quam impendimus
valet ad honorem temporalium multipli-
cationem luce 6 Date et dabitur vobis
proverbiorum 18 qui dat pauperi non
indigebit Item aut despicit de-
precantem sustinebit penuriam
proverbiorum 3 honora dominum de tua
substantia et de primiciis omnium frugum
tuarum da pauperibus ut imple-
antur horrea tua saturitate vino
torcularia tua redundabunt
valet ad peccatorum remissionem
ecclesiastici 3 Elemosina enim patris
non erit in oblivione et sicut
in sereno glacies solventur peccata
tua Glosa super illud matthei 12
extende manum tuam et vincit
plus valet oratio quam elemo-
sinarum largitio frustra pro peccatis
ad deum manus extendit qui
has ad pauperes pro posse suo non
extendit ecclesiastici 3 Ignem ardren-
tem extinguit aqua et elemo-
sina resistit peccatis valet ad
pene debitum pro peccatis diminuendum
danielis 4 peccata tua elemosinis
redime et iniquitates tuas
misericordiis pauperum valet ad
spacium penitencie prolongandum
unde dicit Glosa super illud thimothei
4 pietas ad omnia valet
si quis iniquus sequitur si lubri-
cum carnis patiatur vapulabit
quidem sed non peribit valet ad
orationis exauditionem ysaie 58
frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque induc
in domum tuam tunc invocabis

et dominus exaudiat clamabis et
dicet assum vir cum misericordia
de dono multum sperare debet misericordie illud
peccati Ego aut sicut oliva fructi-
fera in domo dei speravi et in misericordia
dei habet enim deum sibi obligatum
proverbiorum 19 feneratur domino qui miseretur
pauperis et vicissitudinem suam reddet
ei valet ad gratie infusionem ysaie 58
Cum effuderis esurienti animam tuam
et animam afflictam repleveris orietur
in tenebris lux tua et tenebre
tue erunt sicut meridies Homo enim
per peccatum erat tenebrosus propinquis
advenientem gratiam totus est lucidus
Per dono opus nunc valet homini in mor-
te Ipsa enim elemosina homine
in morte associat comitatur Vero sunt
bona homini que secum ferre non
potest Sola nostra comes est defunctorum
associando viam demonstrat Vadit cum
ante faciem eius ut viam sibi
ostendat ysaie lxvi frange esu-
rienti panem tuum et ante faciem
tuam ibit iustitia tua et gloria domini
colliget te demonstrando dyabolum
expugnat ecclesiastici 29 dicitur de ele-
mosina super scutum potentis et
super lanceam adversus inimicum tuum
pugnabit Glosa super illud psalmi misericordia
misericordia mea et refugium meum
de ista re sit vincitur dyabolus
sicut de nostra ecclesiastici 29 Elemosina
viri sicut sacculus cum ipso et gratiam
hominis quasi pupillam conservabit
Sicut enim manibus reponitur ut pu-
pilla conservetur Sic elemosina que
sacculo dyaboli se interponit et animam
defendit dicit enim Crisostomus Quod
qui edificat nostram edificat super
corpus qui est nostra Et ideo securius

esse pt iuxta illud Job 17 Pone me due iuxta te et cuius vis manus pugnet contra me expugnando et superando hostium celi reserat In huius signationem legitur 3 Regum 6 quod Salomon fecit in ingressu oraculi duo hostia de lignis olivarum quia due sunt species misericordie scilicet temporalis et spiritualis Augustinus in libro de vera innocentia restitutionem ad deum conductus sunt pietatis affectus In cuius signum christus ascendit de monte oliveti ad celum reserando ianuam et spatium in curia celesti patet Proverbiorum 18 Donum hominis dilatat viam eius eius principes ei patet superando regi patentis litteris representat quas ipse omnibus misericordibus dictis Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur computando apud regem intercedit et orat Ecclesiastici 29 Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec pro te orabit ab omni malo intercedendo mercede et locum sibi debitum impetrat Ecclesiastici 16 Omnis misericordia faciet unicuique locum secundum meritum operum suorum et secundum intellectum peregrinationis sue illius Certo opus misericordie valet homini post mortem valet enim in iudicio in regno et defendit ab inferno In iudicio quomodo valebit iuxta illud psalmi Iocundus homo qui miseretur et commodat etc. Habebunt enim tunc misericordes magnam iocunditatem de operibus suis misericordie que fecerunt ideo dicitur Qui miseretur et commodat habebunt magnam dignitatem quia christus eos coram tota curia celesti laudabit. Matthei 27

P

Esurivi et dedistis michi manducare etc. Et ipsi respondebunt Domine quando te vidimus esurientem et pavimus te Et ideo dicitur disponet sermones suos in iudicio habebunt magnam stabilitatem quia non poterunt commoveri Ideo subditur in eternum non commovebuntur Magna stabilitas quia ibi misericordes non commovebuntur ubi angeli commovebuntur quemadmodum Luce 21 Virtutes celorum movebuntur Job 26 Columpne celi contremiscunt Habebunt magnam securitatem quia securi erunt a terribili sententia reproborum qua dicetur Discedite a me maledicti in ignem eternum etc. Ideo subditur Ab auditione mala non timebunt Item valet eciam opus misericordie in regno celorum quia ibi misericordes a deo et tota celesti curia laudabuntur perpetua memoria ore sanctorum ~~de ipsis~~ fiet de eis Et ideo subditur in memoria eterna erunt iusti Proverbiorum ultimo Surrexerunt filii eius id est omnes sanctorum anime et beatissimam predicaverunt et vir eius id est christus laudavit eam Ipsi eciam a deo benedicentur et ab omnibus sanctis intra suam societatem recipientur Deuteronomii 33 de quo in filiis Aser sit placens fratribus suis tingat in oleo pedem suum ferrum et es calciamentum eius Aser qui interpretatur beatus intelliguntur misericordes de quibus dicitur in psalmo Labores manuum tuarum quia manducabis etc. Iste igitur Aser inter ceteros sanctos consequetur dulcis benedictionem Ideo dicitur

beatus in templis asser. et illa scilicet benedictionem de qua dicitur Math. 25 venite benedicti patris mei etc. Consequentur cum sanctis benedictionem placide cum eos suscipient in tabernaculis suis a quibus suscepti fuerunt in hospitiis. Unde Luce 16 facite vobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Oportet enim quod tales misericordes unum pedem habeant calceatum ferro alium calceatum ere et utrumque tinctum in oleo. Et ideo subditur tinxerunt in oleo pedem suum ferrum et es calciamentum eius. Tunc habent pedem calceatum ferro quando in se domant sua vitia sicut ferrum domat sua metalla. Unde possit dici decens illud Eccl. 14. Qui sibi nequam cui alteri placens erit. Qui alii vult misereri prius debet misereri sui. Eccl. 30. Miserere anime tue placens deo. Tunc vero habent pedem calceatum ere quando animum vana gloria subpeditant et supplantant. Es enim est sonorum. Tunc (?) habent es in ore qui si aliquid bonum faciunt inde se iactant et aliis manifestant. Contra quos dicit dominus Math. 6. Cum facis elemosinam noli tuba canere ante te. Tunc (?) habent es in manibus qui bona que faciunt propter ostentationem faciunt ut scilicet ab hominibus videantur. Math. 23. Omnia autem opera sua faciunt ut videantur ab hominibus. Benedicti autem non habent pedem calceatum ere quia ipsam vanam elationem supplantant et bona que faciunt ab omni fauce (?) quando occultant. Math. 6. Sit elemosina tua in abscondito reddet tibi etc. Tertio autem pedem in oleo tinxerunt quando habent et affectum misericordie in opere. Ysa. 58. Cum effuderis esurienti animam tuam. Ecce compassio in corde et animam afflictam repleveris. Ecce subventionem in opere. // Defendit etiam opus iste ab inferno scilicet a morte interiori que est remorsus conscientie a morte exteriori que ignis gehenne et a morte superiori que est privatio visionis divine. Ideo dicitur Thob. 4. Elemosina ab omni peccato et a morte liberat et non patietur animam ire in tenebras. Per peccatum intelligitur mors interior quia ipsum peccatum mors anime est que quia mors in inferno erit. Per duo (?) conscientiam remordentem peccatorum habebit. // Per morte autem signatur ipsa pena exterior. // Per tenebras signatur ipsa carentia visionis divine. Cum enim ipse deus sit lux ubi non est deus lux esse non potest. Elemosina igitur liberat ab omni peccato i. a morte interiori, liberat a morte i. ab omni pena inferni exteriori et non patitur animam ire in tenebras quia ~~patitur~~ liberat a morte interiori.

Sermo primus de festivitate angelorum etc.

Gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente Luc. 15. Si angeli gaudent de nostra conversione seu conversatione et nos debemus

gaudem de ipsorum glorificatione.
Et si de nobis faciunt festum in ce-
lis et nos de ipsis debemus facere
festum in terris. Et ideo ecclesia de
ipsis angelis quater in anno
solempnizat. Prima igitur solem-
nitas est que hodierna die
agitur. Et hec quidem ortum habuit
ex eo quod Michael in monte
gargano ecclesiam quandam edificari
et se illius loci custodem esse
asseruit. Festa autem duo quod monte
ecclesiam edificavit et quod se cu-
stodem esse asseruit magnum

a

quoddam sacramentum. Non enim edifi-
cavit in valle sed in excelso mon-
te. Hic enim quidem mons sublimita-
tem angelicam representat. Mons
quidem habet altitudinem firmitatem
puritatem et claritatem. Sic sancti
angeli sunt alti per celestium sedium
sublimitatem, firmi per eternitatem,
puri per sanctitatem, et clari per
celsitudinem et veritatem. Ista qua-
tuor tangit Augustinus in libro de
civitate dei dicens: Merito an-
geli dei sunt in celestibus sedibus
constituti immortales ac beati quia
creatoris sui participatione congau-
dent. Cuius eternitate sunt firmi,
cuius veritate sunt certi, cuius
munere sunt sancti. Quia mortales
et miseros ut immortales beati
quoque sumus misericorditer diligunt,
noluerunt nos sibi sacrificari
sed ei cui et ipsi nobiscum sacri-
ficium esse se noverunt. Per hoc

b

autem quod se custodem esse asseruit
ostendit quod angeli sunt custodes
omnium animarum, quia unaqueque anima
angelum habeat ad sui custo-
diam deputatum. Dicitur enim quod angu-
cuilibet statim nato in utero committitur
custodia vivanti in mundo, accu-
de mundo per mortem et recedit
post mortem. Necessaria est enim
angelica custodia homini in ista
via quintupliciter. Si quidem natus in
utero possit a dyabolo suffocari
et abortivus fieri. Egressus ab
utero posset a baptismi gratia im-
pediri. Unde Job 3 in persona de-
speratorum dicebat: Quare non in
vulva mortuus sum? Egressus
de utero non statim periissem? Vivens
autem in mundo posset ad multa
peccata compelli. Sed angelus eum
custodit atque defendit et per
conculcare facit. Psalmus: Super aspi-
dem et basiliscum ambulabis
et conculcabis etc. Per aspidem
que aurem in terra figit ne
incantatores audiat signantur
avari qui cor suum in terra fixe-
runt ne deum audiant amonen-
tem. Per basiliscum qui habet
visum venenatum signatur luxu-
riosi quia ipsa luxuria mutuis
aspectibus generatur et concupiscentia
inflammatur. Per leonem qui aliquos
aliorum se regem facit signantur
superbi. Per draconem qui visu
inficit dentibus mordet cau-
da stringit etc. Hic signatur
tria genera peccatorum scilicet invidi de-
tractores et ex consuetudine pec-
cantes. Hii scilicet peccatis a deo
involvuntur et a dyabolo constringuntur
quod se inde expedire non possunt.
Necessaria est igitur homini custo-
dia angeli ut eius adiutorio
possit vincere et conculcare

ipsas malas bestias scilicet aspidem
avaritie basiliscum luxurie leo-
nem superbie et draconem invi-
die delectationis mortifere et con-
suetudinis prave. Est etiam neces-
saria custodia angeli homini
recedenti homini per mortem quia
dyabolus quos non potuit in vita
decipere nititur in morte supplantare
ipsos maxime de fide temptando
et in desperationem propter peccatorum mul-
titudinem pertrahendo. Ideo dictum
fuit serpenti Gen. 3 Ipsa conteret
caput tuum et tu insidiaberis
calcaneo eius. Quos enim non
potuit decipere in iuventute
que est prima vita hominis nititur
decipere in calcaneo id est in morte
que est ultima vita hominis. Ne-
cessaria est enim custodia angeli
homini post mortem quia in via
per quam anima profectura est sunt
multi laquei positi. Ps. In via
hac qua ambulabam absconde-
runt superbi laqueum. Angelus ergo
post mortem animam associat ne
ab ipsis laqueis capiatur nec ini-
mici terreatur. Dicitur igitur ergo an-
gelus homini existenti in utero
ne dyabolo suffocetur; egresso de u-
tero ne a baptismi gratia impediatur;
viventi in mundo ne ad peccata
plurima pertrahatur; recedenti de mundo
per mortem ne de fide temptetur
vel in desperationem pertrahatur
et a confessione impediatur. Et
recedenti post mortem ne a dyaboli
laqueis capiatur. Ideo dicitur Judith
13 Vivit dominus quoniam custodivit
me angelus eius et hinc euntem
et ibi commorantem et inde
huc revertentem. Angeli quidem

dicuntur custodire hominem et hinc
venientem sive nascentem in vita
sive euntem et ibi commorantem
id est viventem in mundo et hinc re-
vertentem id est ad celestem patriam
redeuntem sive dum est in morte
sive dum vadit post mortem. Secunda
solempnitas que fit in ecclesias no-
vembris in loco qui dicitur Tumba
ubi archangelus Michael episcopo ap-
paruit ecclesiam ibidem fieri sicut in monte
Gargano sibi fieri precepit. Ex quo
manifeste datur intelligi quod angeli
sancti multum desiderant habere no-
stram societatem qui totiens
in terris voluerunt habere habitaculum
dum modo in monte Gargano
modo in loco isto ecclesiam sibi construi
faciebat. Olim quidem angeli erant
hominibus valde duri et aspectibus valde
extranei sed modo sunt valde
pii et hominibus valde domestici.
Hoc signatum est in angelis qui
erant in propitiatorio quos fecit Sa-
lomon. De quibus quatuor leguntur
scilicet erant de lignis olivarum quod
tenebant alas expansas quod habe-
bant pedes obliquos et oculos
quasi ad ambulandum paratos
et quod vultibus mutuo se respi-
ciebant. Olim quidem angeli videba-
tur ab hominibus esse sicut incom-
passibiles et duri sed modo sunt
quasi de lignis olivarum et miseri-
cordes et pii de quorum misericordia
et compassione dicitur Ys. 33 Ecce
videntes clamabunt foris et
angeli pacis amare flebunt. Ipsi
enim angeli qui sunt deum facie
ad faciem videntes ~~ad f~~ cla-
mant id est deum cum desiderio

multos cantauit pro ipsis qui sacri sunt · i · pro peccatoribus qui contra diuinam graciam deierunt vinositate compassionis sunt quod si possibile esset quando illi qui dati sibi sunt in custodiam peccant amare flerent. Olim etiam in vite ad homines veniebat et ideo alas dimissas tenebant modo etiam alas extensas habent quia velociter ad nos veniunt et in nostrum adiutorium currunt. Cito cum volant ad peccatores qui a dyabolo temptantur ut eos adiuuent [Iob 18] Ite angeli veloces ad gentem conuulsam et dilaceratam. Cito cum volant ad bonos ut eos purgent et in dei amore inflament [Ysaie 6] Volauit vnus ad me vnus de seraphin et in manu eius calculus quem forcipe tulerat tulerat de altari et tetigit os meum. Ideo dicit Damascenus loquens de angelis fortes sunt et parati ad diuine voluntatis completionem et ibi statim inueniuntur vbi diuinus iusserit nutus. Olim etiam soli laudabant sed modo in laudando deum hominibus se associant. Quod prius per hoc quod obliquos et clausos pedes habebant. Ideo dicit propheta Preuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Principes cum angeli beati qui sunt principes nostri mox ut sentiunt quod religiosi et deuoti ad deum laudandum vadunt eos preueniunt et psallentibus nobis

cantantibus vel dormientibus se coniungunt. Si tamen aliqui non possunt psallere voce psallere tamen debent mente [Ephesios v°] Implemini spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis et ympnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus vestris in domino. Stant autem isti angeli in medio iuuencularum non vetularum · i · fluentium animarum que deum laudant alacriter et feruenter. Multi enim iuuenes sunt qui laudando deum habent animas vetulas et sompnolentes et pigras. Et multi sunt senes qui habent animas iuuenculas alacres et fortes et sollicitas. Coniungit se etiam ad laudandum deum cum animabus deuotis. Ideo dicit tympanistriarum. Per tympanum intelligitur corpus in quo fuit caro mea humanitatis et melodia diuinitatis. Ille igitur anime sunt in tympaniste que etiam contemplacionem humanitatis et diuinitatis Christi sunt valde deuote. Olim etiam angeli naturam nostram tamquam infirmam et abiectam aspicere videbant. Sed modo videntes ipsam humanam naturam in Christo super omnes angelos exaltatam in stuporem et admiracionem nimiam conuertuntur. Quod quidem ipse respectus mutuus reputat. Vnde cantant ecclesia dicentes. Viderunt angeli speciem mortalium. Ideo in ... hic modo ecclesiam per quam consensum faciunt ad

ad signandum quod libenter homines
spaciant quasi horum gratia videlicet
secum laudantibus et orantibus
Ps. Omnis / In conspectu angelorum
psallam tibi. In tribulationibus
existentibus Dan. 3 angelus
autem domini descendit cum Azaria
et sociis eius in fornacem. Et
contra demones dimicantibus
2 Regum vi° / Noli timere plu-
res enim nobiscum sunt quam
cum illis. In domo morientibus
Luce 16 / Factum est autem ut mori-
retur mendicus et portaretur
ab angelis in sinum Abrahe.
Omnia divina misteria devote
frequentibus et maxime mi-
sterium solempnia celebrantibus
unde dicit Beda in quadam
omelia paschali angelici spiritus
nobis adesse credendi sunt
cum maxime divinis officiis
mancipamur cum ecclesiam
sacris autem accomodamus
vel psalmodie operam damus
vel orationi incumbimus vel mi-
sterium solempnia celebramus.
Nec dubitare licet ubi dominici
corporis et sanguinis misteria
geruntur supernorum civium adesse
conventum qui monumentum quo ve-
nerabile corpus eius positum
fuit cum sedulis excubiis ser-
vaverunt. / Ecclesia solempnitas est
que celebratur octavo idus
maii quia tunc Michael mag-
nam victoriam dedit et sepon-
tinis et per ipsis contra adversarios
omnia elementa pugnare fecit
scilicet terram quia tunc mons Gar-
ganus contremuit, ignem quia
fulgura crebra volabant,

aerem quia caligo tenebrosa to-
tum montem obduxit, et aquam
unde tanta concussum est mare
et contonuit terra ubi ~~angel~~ Mi-
chael archangelus descende-
bant de celo. / Ex quo habetur
quod omnes creature et omnia elemen-
ta contra malos pugnabant quod
maxime in inferno apparebit Sap.
5 / pugnabit cum illo orbis terrarum
contra insensatos. Faciet omnes deus
pugnare contra ipsos. Ignis inde
succenditur. Ibunt directe emissiones
fulgurum. Aerem quia inde ve-
nient sagitte et grandines in-
funditur. Et tamquam a bene curvato
arcu nubium exterminabuntur et ad
certum locum insilient et a petrosa
ira plene mittentur contra dimicantes.
Aqua quia mare et flumina concurrent
duriter. Et terram quia ipsi terrena
que dilexerunt ad infernalem
ignem deducentur. Unde sequitur
et ad heremum perducet omnem
terram et malignitas evertet
sedes potentium. Inimicitias illorum
ignis quidem contra eos insurget.
Deus enim ab igne dividat calorem
a splendore. Sicut dicit Basilius
super illud ps. xxviii / Vox domini inter-
cidentis flammam ignis et totum
splendorem mittet ad regionem
beatorum ut amplius illuminentur
et totum calorem ad regionem
dampnatorum ut amplius crucientur.
Similiter et aer insurget contra eos
quia deus ab aere separabit omnem
turbulentiam nubium omnem impetum
tempestatum et turbinum et mittet
in infernum ut reprobi crucientur.

et grandinet unde dixit de
pena ignis et aeris Ignis sul-
fur spiritus procellarum pars calicis
eorum Remanebit autem aer
purissimus et lucidus ut electi
ampliori leticia repleantur
Ysaie 65 Ecce ego creo celum
novum et terram novam et non
erunt in memoria priora ut as-
cendent super cor sed gaudebitis
et exultabitis usque in sempiter-
num Similiter aqua insurget
contra eos deus enim dividet ab
aqua omnem frigiditatem et
ipsam ponet in inferno ut damp-
nati modo de frigore transeuntes ad
calorem modo de calore ad fri-
gus amplius crucientur Job 24
Ab aquis nivium transeant ad
calorem nimium Remanebit
autem elementum aque splendi-
dum tamquam vitrum ad consolationem
electorum Apoc. 4 Vidi in conspec-
tu sedis tamquam mare vitreum
simile cristallo Similiter et terra
insurget contra eos deus enim
terram a terra dividet et separabit
omnes impuritates et immundici-
as et fetores et hec omnia in lat-
rinam concurret infernalem ut ipsi
peccatores et fetorem habeant
ex penis suis quia igne sulphu-
reo punientur et de corporibus
suis que erunt fetida et corrup-
ta Ysaie 34 De cadaveribus
eorum ascendet fetor et ex animabus
suis quia immundiciarum spurci-
tiis erunt repleti Mat. 23
Intus estis pleni omni spurcitia
et de consortiis suis quia de-

mones qui erunt eorum socii
sunt valde fetidi Johel secundo
Ascendet fetor eius et putre-
do eius quia superbe egit et de
habitaculis suis quia ipsa habi-
tacio infernalis tamquam omnium immun-
diciarum latrina erit valde fetida
Remanebit autem terra in consola-
tionem electorum purificata et lucida tam-
quam cristallus et aurum fulgi-
dum Thobie 13 Ex lapide can-
dido et mundo omnes platee ei-
us sternentur Apoc. 22 Ipsa civitas
aurum mundum Tercia solem-
pnitas est que celebratur similiter
octavo idus maii Cum enim
romani contingerent in quadrage-
sima vivere post pascha luxuriosis
comessationibus frena laxabant
et ideo deus penam inguinariam
in eos misit Sed cum Gregorius
pro eis oraret vidit super castrum
quod olim memoria Adriani vo-
cabatur castrum sancti angeli dici-
tur angelum gladium tergentem
et in vaginam mittentem et
intelligens suas preces a deo
exauditas instituit festum f
omnium sanctorum angelorum ut ipsos
habeant patronos et defensores
quos dei [illegible] pluribus
Angeli cum quatuor genera peccatorum
punire solent scilicet sodomitas
et incestuosos quos punierunt
fetenti combustione ut dicitur
Gen. 19 Quod angeli a Loth
recessissent pluit dominus super
Sodomam et Gomorram sulphur
et ignem et subvertit civitates
has et omnem circa regionem
universos habitatores urbium

[e]t tanta tunc violentia puni-
unt contra angeli apostaticos vel e-
os sicut angelos puniunt pharao-
nem multarum plagarum imposi-
tione et tandem submersione in
mari rubro Exo. 17 dominus
quasi vir pugnator omnipotens
nomen eius currus pharaonis et exerci-
tum eius proiecit in mare rubro.
Puniunt et superbos et vane glo-
riosos sicut patet in David qui cum
ex superbia et vana gloria populum
numerari fecit ut ex tanto nu-
mero gloriam haberet deus misit ange-
lum et percussit populum ut David
gloriaretur in paucitate qui gloriatus
erat in multitudine. Sed cum
vidisset angelum dixit ei 2 Reg.
ult. Ego sum qui peccavi ego
inique egi isti qui oves sunt
quid fecerunt. Puniunt contra immun-
dos et gulosos sicut patet in
Sodomitis Gen. 19 cum gule et lu-
xurie deservirent ab angelo domini
peste ignominiosa sunt puniti sicut
supra dictum est etc. Sequitur

Sermo secundus de fe-stivitate angelorum sanctorum

Omnes administratorii spiritus
in ministerium missi propter
eos qui hereditatem capi-
unt salutis Hebr. 1. Bernar-
dus dicit quia saltem superi-
ores ad medios medii ad in-
fimos infimi ad nos ut vero
melius cognoscamus qualiter
et quid ministrent sciendum
est quod in homine est triplex po-
tentia scilicet intellectiva operativa
et affectiva. Intellectiva habet
triplicem defectum est enim obscura
1 Cor. 13 videmus nunc per specu-
lum et in enigmate i. obscure
est imperfecta ibidem ex parte enim
cognoscimus et ex parte prophetamus
est multiplici oblivioni subiecta
Augustinus in libro de civitate dei Cum
labore meminimus sine labore nescimus
seu obliviscimur cum labore discimus
sine labore nescimus cum labore
scrutamur sine labore inhertes sumus.
Contra istum triplicem defectum
mittuntur tres ordines in fine
ierarchie scilicet angeli archangeli
et virtutes. Primus igitur ut defectum
nostre intelligentie intellective que
quia est obscura et a deo obscura
quod saepe nimia non cognoscit. Contra
istum defectum mittuntur angeli quorum
officium est secundum Gregorium minora nun-
ciare. Ipsi enim tamquam parvulis
lac potum propinant dum minora
que ignoramus nobis revelant
et ad dei precepta et rudimenta
fidei nos informant. Unde dicitur
Zach. 2. Ecce unus angelus dixit
~~angeli~~ alteri Curre et loquere
ad puerum istum dicens absque muro
habitabitur Jerusalem etc. Hoc est tanta
erit pax in Jerusalem et securitas
et non oportebit ut muris aliquis
ambiatur. Certe Zacharie prophete multa
misteria sunt de incarnatione
verbi et passione revelata. Istud
autem quod Jerusalem tunc esset in magna
pace esse dicebat modicum quid
erat. Et ideo angelus qui istud
nunciabat de minori ordine fu-
isse videtur. Secundus defectus nostre
intellective est quia imperfecta

licet cum aliquando cognoscat miranda tamen non sufficit cognoscere subtilia neque penetrare celestia sacramenta. Contra istum defectum mittuntur archangeli quorum officium est rerum maiora nuntiare summa. Ipsi enim tamquam loquentes sapientiam inter perfectos nobis sublimia intimant et profunda sacramenta revelant. Hoc signatum est Dan. 12 ubi cum quedam profunda visio Danieli ostensa fuit in eius ipsa intellecta dictum est Gabrieli fac istum intelligere visionem. Et iste Gabriel videtur fuisse de ordine archangelorum. Tertius defectus nostre intelligentie est quia est multipliciter oblivioni subiecta licet cum aliquando revelantibus celestibus spiritibus cognoscat miranda et intelligat summa quia tamen memoria labilis est sepe obliviscitur memoria mirandorum que audivit et magnorum que intellexit. Ideo contra istum tertium defectum mittuntur virtutes que sua virtute nostram labilem scientiam et memoriam stabiliunt roborant et confirmant. Ideo Job 26 vocantur columpne celi id est virorum celestium. Ideo secundum Gregorium virtutibus attribuuntur operationes miraculorum per que quidem miracula scientiam nostram que est de fide semper roborant et stabilitant. Isti tres ultimi chori ordinum signati sunt 3 Regum 19 ubi dicitur quod angelus domini attulit vas Helie aque et panem sub cinericium et cum comedisset ambulavit in fortitudine cibi illius 40ta diebus et 40ta noctibus. Tria bona angelus Helie contulit et ipsum fortificavit per aquam que est potus parvulorum intelligitur revelatio minorum que spectant ad angelos per panem qui est cibus seniorum intelligitur revelatio difficilium que spectat ad archangelos per fortitudinem collatam intelligitur roboratio tam in cognitione minorum quam in intelligentia difficilium celestium que pertinet ad virtutes. Secundo in homine est potentia operativa et ista habet triplicem defectum sive impedimentum ne exerceat ad opus suum. Impeditur enim aliquis a diabolica temptatione unde et hoc conqueritur dicens 1 Thess. impediunt nos Sathanas. Secundo a mundi impugnatione quando enim impugnat sanctos modo prosperis ut alliciat modo adversis ut frangat Johannis 16 In mundo pressuram habebitis. Tertio aliquando corporis corruptione Sapie 1 Corpus quod corrumpitur aggravat animam etc. Istum triplicem defectum removent tres ordines medie ierarchie scilicet potestates principatus et dominationes. Primus igitur defectus nostre operative est quia impeditur a diabolica temptatione. Et istum defectum removent potestates quarum officium est secundum Gregorium potestatem demonum refrenare ne tantum temptare prevaleant quantum volunt. Istud significatum est Thobie 8 ubi dicitur quod Raphael angelus apprehendit demonium quod virginem illam infestabat. Et ipsum in deserto religavit. Quibus cum religatis fuit per ipsius refrenatio. Secundus defectus est quia impeditur a mundi impugnatione qui impugnant sanctos prosperis et adversis

istum defectum removent principa-
tus quia faciunt nos mundanis
omnibus principari et omnia mundana
adversa quasi prospera sub pedi-
bus habere et tenere omnia conculcare
Unde figuratum est Apoc. 10 ubi dicitur
Quod angelus domini pedem unum
tenebat super terram et aliud super
mare ad signandum quod sancti viri
ministerio angelorum omnem pedem de-
bent tenere super terram despiciendo
mundum quantum ad prospera et aliud super
mare quod semper est tempestuosum
despiciendo mundum quantum ad ad-
versa Tercius defectus est quia impe-
ditur a carnis corruptione tamen Istum
defectum removent dominationes quia
faciunt nos omnibus carnalibus vi-
ciis dominari Unde figuratum est Thob. 11
ubi dicitur Quod ad preceptum an-
geli squame sive albugo ab
Thobie oculis sunt educte Squa-
me sunt carnales concupiscencie
quas tamen angelus ab oculis
mentis educit quia omnia carnalia
desideria a cordibus nostris ex-
pellit Isti tres actus horum
trium ordinum figurantur Gen. 32
ubi dicitur Quod cum Jacob valde
timebat Esau angelus cum eo
luctabatur qui cum videret quod eum
superare non posset tetigit nervum
femoris eius et emarcuit et
imposito sibi nomine Israel dicens
si contra deum fortis fuisti quanto
magis contra homines prevalebis
Circa factum angelus Jacob quod
ipsum contra Esau constantem fecit
Israel nomen sibi imposuit et
nervum femoris eius percussit et
emarcuit Tamen angelus contra
Esau hominem constantem fecit
quando contra dictas temptaciones
fortem reddit Et hoc spectat

ad potestates Tamen Israel nomen imposuit
quando propter deum terrena despicere
facit virum cum angelis primum
nomen scilicet Jacob abstulit sed pri-
mum scilicet ~~…~~ Israel superaddidit Jacob
interpretatur supplantator vel Israel vir
videns deum Quicumque igitur mundum
supplantat despiciendo terrena
propter deum Ille est Jacob
sed non Israel sicut multi pharisei
mundum despexerunt non dei contempla-
tione sed hominum laude Qui autem
mundum despicit et propter deum hoc
facit illa ~~…~~ Jacob et Israel nomi-
nantur et hoc spectat ad prin-
cipatus Tamen autem angelus nervum
femoris percussit et marcescit quia
omnibus carnalibus concupiscenciis
dominari facit et omnem eorum car-
nalis concupiscencie in nobis ex-
tinguit et hoc spectat ad domina-
tiones Tercio in homine est po-
tencia affectiva et ista habet
triplicem defectum Primus est quia
dilectio aliquando est privata quia
scilicet homo tamen diligit se ipsum et alios
cum dilectio non est equa sed iniqua
quia diligit se plusquam debet
et alios minus quam debet De
tali dilectione dicitur 1 Tim. 3 Insta-
bunt tempora periculosa et erunt ho-
mines se ipsos amantes etc.
Secundus defectus est quia aliquando
est dilectio simulata dilecta scilicet
quando fingit se diligere proximum
quem non diligit fingit se diligere
sermone quem non diligit corde
fingit se diligere verbo quem non
diligit obsequio 1 Joh. 3 Non
diligamus verbo neque lingua sed
opere quantum ad obsequium et veritate
quantum ad cordis affectum Tercius

defectus est quia ~~impeditur a terrenis~~
~~corruptione. Istum defectum remo-~~
~~vent dominationes quia faciunt nos~~
~~omnibus carnalibus vitiis dominari.~~
Istum signatum est ~~Zach. ...~~ ubi di-
~~citur ad prophetam angeli~~. Secundus
aliquando est tepida quando scilicet deum
tepide diligit. Apoc. 3: Utinam
frigidus esses aut calidus, sed quia
tepidus es incipiam te evomere
ex ore meo. Istum triplicem defectum
removent ordines tertie ierar-
chie scilicet throni cherubin et
seraphin. Primus enim defectus est
quando est prava et hoc respectu
sui et tunc ut dictum est non
est equa sed iniqua. Istum defectum
removent throni. Unde sicut
dicit Greg. throni dicuntur sedes
eo scilicet quod deus in eis et per eos
iudicia sua decernat. Cum enim a-
spectum thronorum sit ... iudicii
ad ipsos pertinebit iniqua corrigere
et ea que non sunt equa vel
equalia ad equitatem vel equa-
litatem reducere. Ps.: Sedes
super thronum qui iudicas equitatem.
Item idem: thronus tuus deus
in seculum seculi. Ista littera est
Ieronimi. Unde est quod in diffinitione predicte
ierarchie ponitur iudicij libra
propter thronos quia ipsi in libra
iudicij omnia appendunt et
omnia inequalia ad equalitatem
reducunt. Sed de multis potest dici
quod dicitur Dan. v°: Appensus es in
statera et inventus es minus habens.
Secundus defectus affectiue est quia
aliquando simulata et hoc respectu
proximi quando scilicet quis fingit se
diligere quem non diligit. Et
istum defectum removent cherubin
que interpretatur scientie plenitudo.

Ipsi enim per lumine sue scientie omnia
ficta et simulata et machinationes
tam diabolorum detegunt et ad
lumen veritatis reducunt. Apoc. 18:
Vidi angelum descendentem de ce-
lo habentem potestatem magnam
et terra illuminata est a gloria eius.
Tertius defectus affectiue est quia
aliquando est tepida et hoc re-
spectu dei quando scilicet quis tepide
deum diligit. Et istum defectum
removent seraphin qui interpre-
tantur ardentes sive incenden-
tes quia habent a nobis tor-
porem excutere et in amorem
dei nos fortiter inflammare. Si-
gnificatum est Ysa. vi° ubi dicitur
volavit ad me unus de seraphin
et in manu eius calculus quem
forcipe tulerat de altari et
tetigit os meum etc. Per hoc
quod seraphin lapide ignito la-
bia prophete inflammat, inflamman-
do purgavit, datur intelligi quod
seraphin debent nos incendere
et ad dei amorem inflammare.
Ipsi tres actus horum trium ordi-
num figurati sunt 4 Reg. 2
ubi dicitur: Cum vero dominus
vellet levare Heliam in celum apparu-
it currus et equi ignei qui ip-
sos diviserunt. Ille autem currus
et equi ignei erant angeli qui
in tali forma apparuerunt.
Angeli igitur dicuntur equi currus
et ignis. Equi autem dicuntur
illa ex eo quod olim quadra-
gis equalitatem omnia inspiciebat.
Equi igitur sunt throni qui per
libram sui iudicij omnia inequa-
lia ad equalitatem reducunt
et removent primum defectum
affectiue quia scilicet est prava et re-

-em equa per carrum intelligitur
cherubim qui per lumine sue scie
mem simulatorum detegunt
et in omni obsequio caritatis
veritatis curre nos faciunt
et sic removent primum defectum
effective quando scilicet est simulata
ignem intelligitur seraphim
qui torporem omnem excutiunt
et nos vehementer accendunt
et sic removent / tercium defectum
effective quando est tepida
qui facit angelos suos spiritus

Sermo alius de eodem

Factum est prelium magnum
in celo michael et angeli
eius preliabantur cum dracone
et draco pugnabat et angeli
eius et non valuerunt neque
locus inventus est eorum
amplius in celo apocalipsis 12
sicut dicitur ecclesiastes 3 tempus
belli et tempus pacis ideo
deus presentem vitam deputat
ad bellandum iuxta illud iob
vii. militia est vita hominis
super terram / futuram autem vitam
deputavit ad quiescendum
et triumphandum iuxta illud
ysaie 32 sedebit populus meus
in multitudine pacis et in taber-
naculis fiducie in requie
opulenta In verbis propositis pre-
missis in quibus agitur de prelio
quod fit in celo i. in ecclesia mi-
litanti quatuor tanguntur primo
scilicet convenientia loci cum dicitur
factum est prelium magnum in celo
secundo magnitudo prelii cum dicitur
et draco pugnavit et angeli
eius tercio ponitur magnitudo
adiutorii cum dicitur michael
et angeli eius preliabantur
cum dracone quarto nobilitas vic-
torie cum dicitur non valuerunt
neque locus inventus est eorum
amplius in celo // Circa primum notandum
quod nomine celi signatur hic militans
ecclesia que quidem est locus conveniens
ad pugnandum / celum enim beatorum
non est conveniens locus ad pugnandum
quia ibi sunt soli triumphanti
et quiescentes sed ecclesia mili-
tans est locus conveniens ad pugnandum
quia ibi sunt stipendiarii et mili-
tantes / dicitur autem militans ecclesia celum
quadruplici ratione primo propter cele-
stem conversationem philippenses 3 nostra
conversatio in celis est / habet enim
unusquisque thesaurum suum et ideo
habent cor suum non tamen autem quod
ubi habet thesaurum suum ibi sit
et cor suum quia de ipso cogitat
sed ibi habet oculos suos quia
sepe ipsum considerat / ibi habet et
os suum quia libenter de eo loquitur
ibi etiam habet manus suas quia
libenter illud tangit sic et sancti
viri thesaurum suum in celo habentes
non tantum habent ibi cor suum celestia
desiderando sed oculos suos eos
ad celum sepe levando os suum
verba divina et celestia sepe loquendo
et manus suas opera celestia et
spiritualia faciendo secundo dicitur celum
propter celestem originem apocalipsis 21
vidi civitatem sanctam ierusalem novam
descendentem de celo a deo paratam
sicut sponsam ornatam viro suo
sicut enim aliquis dicitur facere ima-
ginem ratione forme quam ymago
non tamen sic ecclesia militans quantum
ad formam de celo descendit sa-
piam enim gratiam et virtutes inde re-
cepit unde esse formale accepit

b

homo quidem quantum ad esse naturale
originalem habet a terra quantum
ad esse spirituale originem habet a
celesti gratia; secundum vero ad utrumque
esse perfectionis et consummationis
originem habebit altitudinem
a terra secundum ad primam originem
homo dicitur terrenus secundum ad
secundam homo dicitur celestis ~~i Cor~~
i Cor 15 primus homo de terra
terrenus / secundus homo de celo
celestis. Secundum ad terram dicitur
homo dominus i Ioh 3 Carissimi
nunc filii dei sumus et nondum
apparuit quid erimus Scimus cum quia
cum apparuerit similes ei erimus
quoniam videbimus eum sicuti est. Ecclesia
dicitur celum propter celestem subli-
mitatem. Celum enim est locus
sublimis et multum a terra remotus.
In ecclesia autem militanti sunt quidam
perfecti quidam imperfecti et quidam me-
dii. Perfecti totaliter elevantur a terra
celestia desiderantes et terrena
despicientes / De quibus dicitur Matth 19
Si vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus.
Imperfecti sunt qui ad que terrenis
incumbunt et terrena bona extra
deum nimis ad que diligunt
de quibus dicitur in psalmo Oculos
suos statuerunt declinare in
terram / Medii sunt qui nec terram
despiciunt nec deserunt nec eis
nimis incumbunt sed ea retine-
tes modeste et rationabiliter
eis utuntur de quibus dicitur i Cor
vii habent uxores sint tanquam
non habentes et qui utuntur
hoc mundo tanquam non utantur
Isti nec omnino sunt in celo nec
omnino in terra sed inter celum et terram
de quibus dicitur Ezechielis viii

Elevavit me spiritus inter celum
et terram. Secundum dicitur celum
propter celestem claritatem. Pro-
inde est quoddam corpus quod illu-
minat sicut sol ~~ipsum in firmamento~~
Secundum quoddam quod illuminat et
illuminatur sicut stelle et luna
Tertium quoddam quod illuminatur sed non illu-
minat sicut ipsum firmamentum
quod de se non illuminat. Ista triplex
differentia est in ecclesia militanti. Pre-
lati namque sunt sicut sol qui
debent alios illuminare et ipsi
a nullo illuminari debent de quo
dicitur Philip 2 Inter quos lucetis
tanquam luminaria in mundo verbum
vite continentes. Ideo dicit Dionysius
Ierarchicus a mundari primum
oportet et sic alios mundare
sapientem primus fieri et sic
alios facere sapientes lumen
effici et sic alios illuminare. Per
stellas intelliguntur inferiores
doctores qui a superioribus prelatis
debent assumere sapientiam et ipsi
aliis debent effundere per doctrinam.
Nam per firmamentum intelliguntur
homines laici simplices et illiterati
qui a prelatis et doctoribus huius
doctrine recipiunt sed aliis non
infundunt. Dan 12 Qui autem
docti fuerint fulgebunt sicut
splendor firmamenti / et qui
ad iustitiam erudiunt multos quasi
stelle in perpetuas eternitates. Ter-
tio ponitur magnitudo. Apoc 12 Michael
et draco pugnabat et angeli
eius. Ipsi enim nostri adversarii et
persecutores magni sunt ratione
potentie astutie scientie et mul-
titudinis infinite habent enim
magnam potentiam Iob 41 Non
est potestas super terram que comparetur

quia factus est ut nullum timeret
Job enim sunt sicut locuste certis
ipsi sunt tanquam gigantes for-
Gregorius vult dicere istius in doctoribus
factum vult enim de locustis superius
gigantes et de hijs qui in terris
sunt celestes virtute acquisitas
et istam potentiam inserunt violen-
ciam aliquando corporibus corripiendo ipsa
dendo sicut patet in Job vel per
bicionem falsam formarum serpentes
obiectis decipiendo aliquando in aliquos
vel in eorum corporibus illabendo sicut
patet in obsessis vel in arreptitiis
imaginant illicita suggerendo vel per
commotionem sanguinis concupiscentiam
inflammando. Habent etiam magnam
astutiam de qua astutia sic dicit
Gregorius contra ipse dyabolus aliquando
aut opprimendo rapit aut insidiando
circumvolat aut suadendo blanditur
aut minando terret aut desperando
frangit aut promittendo decipit
nec mirum si demones sint adeo
astuti quia sicut dicit Isidorus triplici
acumine vigent scilicet subtilitate
nature experientia temporis et revelatione
supernarum potestatum primo intelli-
gunt naturalia per naturam secundo naturalia
futura tercio cognoscunt etiam vo-
luntaria. Propter istam astutiam ipsi
demones modo suadent bonum
ut ad malum perducant ut cum homini
instabili suadent ingressum religi-
onis ut ipsum apostatare faciant
modo suadent malum sub specie
boni ut peccatum pro rebus alienis
consumendis vel male acquisitis pro
male alendis. Modo suadent
bonum tanquam malum ut cum
suadent pro vita ingressum
religionis ut peniteat et cogi-
dicens confundatur vel cum sua-
dent elemosinam ne inueniat

vanam gloriam. Modo suadent
malum ut inducant ad peius
ut cum suadent pravitates in cibo
potu ut inducant in abstinentiam
indiscretam. Jeronimus ad ~~eliodo~~ Elio-
dorum persequitur me hostis tuus noua
nulle / mille nocendi artes et ego
infelix victoriam me putabo tuum
patior. Paulinus hostis noster cui
mille nocendi artes tam variis
expugnandus est telis quam impugnat
insidiis. Habent etiam magnam
sevitiam de quorum sevitia dicitur
I Petri v adversarius noster dyabolus
tanquam leo rugiens querens quem
devoret. Sicut enim leo vehementer
sanguinem sitit sic et ipse ardenter
sitit nostrum sanguinem animarum
Gregorius scripsit dyabolus se reputat
nisi tunc sentiat animam. Ista autem
tantam sevitiam maiorem concipit
ex eo quod modicum tempus habere se
sentit. Apocalypsis 12 ve terre et mari
quia descendit dyabolus habens iram
magnam sciens quod modicum tempus
habet ipse de summo bono certo
habere tempus videt sibi restare
dyabolus ut dampnet tanto inma-
gnam persecutionis iram movetur
dura ~~sordidentur~~ iusticia permittente
ut glorificetur sordideret inquam
ut dyabolo durior restat damp-
nationis pena. Sunt etiam isti hostes
multi et quasi infiniti. Unde dicit
Haymo ut patres dixerunt et sancti
viri opinati sunt aer iste ita
plenus est demonibus sicut radiis
solis minutissimis pulvisculis
Licet autem tot sint tamen in se summa
Gregorius Angelis eorum contentium in-
minuunt cum eos vincimus ita ut
qui ab aliquo sancto viro victus
fuit deinceps ille de illo vitio
valeat temptare. Ipse enim dyabolus

multos secum traxit quos ad in-
pugnandum mittit unde dicebat
Apoc. 12 Draco pugnabat et angeli
eius. Secundum Haymonem angeli di-
cuntur dracones quicumque consenserunt
cum dixit Ys. 14 Ascendam ad
celum etc. Secundum Bedam non solum
illi sed etiam homines qui laqueis
peccatorum sunt irretiti. Etiam ponitur
magnitudo adiutorii cum dicitur
Michael et angeli eius preliabantur
cum dracone. Circa quod notandum
quod invenimus in Michaele quinque
prelia commisisse et in omnibus victoriam
habuisse quorum quatuor iam preteri-
erunt quintum futurum est. Primum
igitur prelium est quod cum lucifero
et angelis eius habuit sed hoc
prelium vicit de celo in quantum eum
caliginosum et in abyssum ipsos
expulit non enim permissum est
eis in celo vel superiori parte
aeris quia locus lucidus est et
clarus et in ipsis cum sint tene-
brosi non decet cum homine conversari
2 Cor. 6 Que conventio lucis
ad tenebras. Nec in mundo nobi-
scum quia nos nimis suis temp-
tationibus infestarent sed in medio
aeris inter celum et terram ubi quantum
turbines conducunt et tempestates
ut dum sursum respiciunt et vi-
dent gloriam quam amiserunt
~~in die doli~~ inde dolorem habent
et cum inferius inspiciunt et vi-
dent homines illuc ascendere
unde ipsi ceciderunt inde invidia
torquentur. Frequenter tamen ex divina
dispositione ad nos descendunt
ut nos exerceant et nobis coronam
acquirant. Secundum prelium est quod
ipse Michael cum dyabolo de Moysi
corpore habuit de quo plenius dicitur
Jude 1. Cum Michael archan-
gelus cum dyabolo disputans
altercaretur de Moysi corpore
non est ausus iudicium inferre
blasphemie sed dixit Imperet
tibi deus. Dyabolus enim sciens
iudeos ad ydolatriam promptos
esse volebat corpus Moysi hono-
rabiliter sepelliri ut iudei ipsum
pro deo colerent et suos per hoc
ydolatrias exercerent. Sed in isto
prelio Michael obtinuit quia
corpus Moysi abscondit et
sic conatus dyaboli non processit
vel forte ista altercatio inter Mi-
chaelem et dyabolum fuit quia dya-
bolus dicebat se in Moyse aliquod
ius habere eo quod ad aquas contra-
dictionis incredulitatem ostendisse. Sed
cum Michael culpam illam a deo
sibi remissam asseret et ad hoc
dyabolus instaret Michael dei ad-
iutorium et iudicium imploravit.
Imperet tibi dominus etc. Tercium prelium
est quod Michael contra neapolita-
nos pro sipontanis habuit ipsis
sipontanis victoriam dedit
sicut enim Gabrieli commissa est
revelatio secretorum. Iuxta illud
Dan. 8 Gabriel fac istum intelli-
gere visionem et Raphaeli curatio
morborum corporalium et spiritualium
sicut patet in Thobia qui curatur
a cecitate et in Sara que curatur
a demonibus temptatione. Sic
et Michaeli videtur esse commissa
victoria preliorum unde cantatur
Dum committeret bellum draco cum
Michaele archangelo etc. Quartum
prelium est quod Michael habuit
contra Pharaonem et Egyptios. Ecce
fuisse ille angelus de quo dicitur
Exodi 23 Ecce mittam angelum
meum qui precedat in via
et introducat ad locum quem

P

...ani credit ille angelus fu-
...c qui egypciis plagas intulit
...i mare divisit qui in colump-
...nubis et ignis ipsum populum
...antecessit qui in terram promissio-
...nis ipsum populum introduxit. fuit
...m primus princeps synagoge
...nde dicitur danielis 10 nemo
...michi adiutor est nisi michael
...princeps vester sed postquam iudea
...dominum crucifixit factus est
...princeps ecclesie unde audite sunt
...voces angelorum dicentium emi-
...gremus ab hiis sedibus ideo speci-
...aliter dicit deus veni in adiutorium
...populo meo dei quantum plus est
...p contra antichristum habebit anti-
...christus enim ut dicit glosa super
...illud apocalipsis 13 vidi unum de ca-
...pitibus eius occisum et cetera mor-
...tuum se finget et per triduum la-
...tens postea apparebit dicens
...se suscitatum arte quoque magica fe-
...rentibus eum demonibus in a-
...era ascendit et vivus adorabitur
...abuit cum tandem stabit in
...monte oliveti michael ut dicit
...glosa 2 thessalonicenses 2o que dominus
...illius interficiet ipsum in papi-
...lione occidet christo ponitur
...nobilitas et compleri cum subditur
...et non valuerunt nec locus inven-
...tus est eorum amplius in celo
...est quod locus eius erat inven-
...tus sed non in celo unde nomine
...quod inde nominibus est quod probat
...nam officium et culpam nature
...convenit locus supremus scilicet
...celum in quo quidam tamquam
...in loco congruo fuerunt creati
...et si stetissent postmodum fuissent
...in eo confirmandi officio vero
...quod habent scilicet ad homines
...convenit locus medius scilicet aer
...caliginosus ut scilicet et nos expri-
...qui sint ad temptandum et ignis
...luminem non habeant ad gaude-

dum et celum sursum respiciant
ad dolendum et deorsum habent
ad celum ascendentibus respiciant
ad invidendum culpe quod convenit
locus infimus scilicet infernus unde
postea iudicium quando cessabit eorum
officium detrudentur in infernum nec
ultra per actum habebunt tunc [illegible] sed
maledicti [illegible] sustinebunt tor-
mentum sequitur ultimus et cetera

Sermo quartus de festivi-tate angelorum sanctorum

Michael unus de principibus
primus venit in adiutorium
meum danielis 10 In celesti curia
sunt diversa officia et ideo diversi sunt
ibi officiales et ne in suis officiis
se impediant vel confundant ideo
specialiter cuilibet propria officia delegavit
specialiter autem beato michaeli suo ma-
iori officiali quintuplex officium assi-
gnavit scilicet principandi impandi ad-
versandi probandi ponderandi et
deportandi habet quidem officium prin-
cipandi et imperandi quia dignitas cele-
stialibus dei princeps consistit unde dicitur
in superiori auctoritate michael
unus de principibus primus fuit
aut primus princeps synagoge sed
postquam synagoga dominum crucifixit
translatus et factus princeps ecclesie
unde ipse ecclesiam protegit et de-
fendit contra aut ipsi angeli pro-
piis quibus principantur zelare
videntur ut per invitem obviare
respiciunt et pluralizari dicuntur unde
ponitur danielis 10 quatuor angeli
de ordine principatus quorum
unus scilicet michael erat princeps
et prepositus iudeis qui remanserat
in iudea alius scilicet qui loquebatur
cum daniele illis iudeis qui erant
in captivitate persarum alius ipsis
persis alius grecis unde dicitur
ibidem vir vestitus lineis et

renes eius accincti auro obrizo
et corpus eius quasi crisolitus
et facies eius quasi species fulgo-
ris et oculi eius ut lampas ar-
dens et dixit noli timere daniel
quia ex die primo quo posuisti
cor tuum ad intelligendum ut affli-
geres in conspectu dei tui exaudita
sunt verba tua et ego veni propter
sermones tuos / princeps autem regni
persarum restitit michi viginti diebus
Et ecce michael unus de princi-
pibus primis venit in adiutorium
meum et tunc relictus ut prelier
adversus principem persarum Cumque
egrederer apparuit princeps grecorum
Ecce quia hic angelicos principes
quatuor nominat Que autem verba qualiter
sint intelligenda ostendit gregorius
in moralibus dicens Angeli dispen-
santes singulis quibusque gen-
tibus sunt prelati Cumque subditorum
mores adversum se vicissim in pro-
positorum spirituum opem veniunt ipsi
qui sunt spiritus contra se venire
referuntur ysidorus xi b cum ange-
lus qui danieli loquebatur capti-
vus filiis israel in perside constitutis
prelatus agnoscitur michael autem
eorum qui ex eadem plebe in
terra remanserant prepositus in-
venitur de quo subditur Nemo
michi adiutor est nisi michael
In hiis omnibus princeps noster
dicit ergo ego veni propter sermones
tuos princeps autem persarum resti-
tit michi ac si aperte dicat per-
sarum quidem captivorum merita con-
currunt ut consolatus populus a iugo
servitutis exeat Sed adiungit quod
in eadem populo persarum duo pro ...
ut de captione illius michi in-
re persarum princeps contradicit quibus
peccatis tue eos quod qui in iudea
... adiuvat Unde addit mi-
chael princeps vester venit in adiuto-
rium michi Sed et grecorum princeps

advenientis apparet quia et
visus aliquid inde commiserat
qua consiliato de causa exceptio-
nis resistebat Ecce ergo dici-
tur contra se angeli veniunt qui
subiectarum sibi gentium vitiis
sibi invicem contradicunt Cum quia vi-
tus cuiusque gentis vel culpa vel
iusticia ad supernum iudicium du-
citur eiusdem gentis prepositus ve-
obtinuisse perhibetur Secundo
habet officium adiuvandi Unde
dicitur missa autem venit in
adiutorium meum Angeli qui
hominem semper adiuvat et cu-
stodiunt nec unquam ipsum dese-
runt etiam peccantem quia
etiam sunt parati auxiliari si ille
si vult seu velit fallit tamen
habet in abstinatis et desperatis
quos deserit unde in dictu
salvatoris omnes sodomite
fuerunt a dyabolo detenti tamen
ab angelis derelicti patuit sic
est angelus etiam tales custodit
et adiuvat si redire voluerit
cum custodito homine nunquam
angelus deserit quamdiu vivit
Sed etiam si deserent michael
tamen nunquam deserit qui semper
auxiliator existat Unde di-
cit dan x Nemo est adiutor meus
in omnibus hiis nisi michael prin-
ceps noster Secundo adiuvat aut michi
vel cum angelis sibi deputatis
hominem ne a dyabolo superetur
dyabolus quidem habet maliciam
quia semper portat venenum
quod vult effundere habet astuciam
quia per quod sciat fraudare per quod
possit intrare Unde dicitur
gen iii Sed et serpens erat
malicia Erat callidior cunctis
animantibus ecce astutia / habet
potentiam qua hominem vult
opprimere Job iii Non est potestas

super terram que aperietur contra
sunt michael et angeli eius
sunt vigilantes eminentes
et ad deum clamantes Cant.
v° Invenerunt me vigiles
qui custodiunt civita-
tem. Ecce quod sunt vigiles
seu vigilantes ysaie lxii°
Super muros tuos ierusalem
constitui custodes. Ecce quod
sunt eminentes et super alti-
tudine celi existentes ut specu-
latores de longe aspicere pos-
sunt. Deinde subditur tota
die et tota nocte non tace-
bunt in perpetuum Ecce quod sunt
ad deum clamantes. Sunt
igitur angeli vigilantes contra
demonum malitiam. Sunt insi-
dias de longe respicientes
seu spectantes propter eorum
astutiam. Sunt ad deum cla-
mantes petentes eius au-
xilium contra ipsorum potentiam
et vigilantiam. Tertio michael
habet officium preliandi Dan.
xii In tempore illo consurget princeps
magnus qui stat pro filiis populi
tui. Consurget quidem est adiu-
vantis stat pugnantis preli-
abitur cum dracone Apoc. xii
factum est prelium magnum in celo
Michael et angeli eius prelia-
bantur cum dracone. Preliatur
cum diabolo Jude i. Cum mi-
chael archangelus cum dra-
cone disputans altercaretur
de moysi corpore etc. Preliatur
cum rege persarum unde dicitur
Dan. x princeps regni persarum
restitit michi et ecce michael
unus de principibus primis
venit in adiutorium meum et ego
et ibi remansi ut pliciter contra
regem persarum. Hic autem ange-
lus loquebatur cum daniele

dicunt contra se regem persarum
preliaturum et in illo prelio nullum
adiutorem nisi michaelem se
habiturum ostendit quod michael
contra regem persarum similiter
dimicavit. Per istos autem tres scilicet
dracone diabolum et regem persarum
tria genera demonum figurantur. Per
draconem signatur demon qui
prest avaritie / draco enim est ani-
mal bibulum et significat avaritiam
que sitim inducit quia avarus
quanto plus habet tanto plus
sitit unde est quasi ydropicum
figuratur. Michael igitur cum dracone
dracone pugnat quando demonem
qui prest avaritie refrenat. Per
diabolum qui interpretatur deorsum flu-
ens signatur demon qui prest
superbie. Per superbiam enim diabolus
in infernum fluxit unde dicit
dominus Luce x videbam sathanam
quasi fulgur de celo cadentem.
Ipsa enim superbia homines de celo
in infernum fluere facit. Tu ca-
pharnaum numquid in celum exal-
tata es et usque ad infernum de-
mergeris. Sunt igitur michael
contra diabolum preliatur quando
demonem qui prest superbie
cessare facit per se enim in-
portatur temptati vel sua la-
tera dissolventes. Per regem igitur
persarum significat demonem qui prest
luxurie / luxuria enim inter cetera
alia peccata homines magis infe-
stat et amplius de ipsa tempt-
tatur luxuria quia corpus ad terram
deprimit et corpus a deo dividit
et totum corpus miserabiliter
dissolvit et totam substantiam
consumit et ideo dicitur persae i. sua
latera dissolventes voluntu-
latem dissolventes. Sunt igitur michael contra /

tegem pharao pugnat quando
demonem qui per quod luxurie ab
inpugnatione resistendat Tercio
habet officium ponderandi racionem
spiritus creaturas que sunt liberi la-
terum michael in statera
ponderat animas ut que sunt
vacue recognoscat Dicitur autem
Dan. 5 appensus es in statera
et inventus es minus habens
Sunt enim quedam anime vacue
quedam semiplene quedam
plene et quedam supplene
Vacue sunt que secum nulla
bona opera portaverint Istas mi-
chael ponderabit et eas vacu-
as inveniens dicet appensus
es in statera et inventus nichil
habens Dicere eciam poterit talibus
quia dicitur Apocalipsis 3° Tu es miser
et miserabilis pauper et nudus
Tales enim sunt quasi nudi quia
bonis operibus despoliati Ceci quia
per ignoranciam obtenebrati
pauperes quia omnium sanctorum bonorum
suffragiis destituti et ideo erunt
miserabiles quia divina visione
privati miseri quia gehenne ince-
ndiis deputati De talibus in perso-
na Christi dicet michael Matthei 22
ligatis manibus et pedibus mittite
eos in tenebras exteriores Se-
miplene sunt anime que licet
aliqua bona fecerint ea
tamen tepide et negligenter fecerunt
Istas michael archangelus pon-
derabit in statera et dicet eis
appensus es in statera et inve-
ntus es parum sive minus habens
Ipsis eciam dicere poterit illud
Apocalipsis 3 Non inveni opera
tua plena coram deo meo Illa
opera sunt semiplena que fiunt
cum negligencia et tepore Ta-
libus eciam dicet michael in persona
Christi illud Apocalipsis 3° Utinam

calidus esses aut frigidus sed
quia tepidus es incipiam te
evomere de ore meo Ille
anime sunt plene que secum
opera bona portaverint Talis
erat illa de qua dicitur Act. 9
Hec erat illa plena operibus
bonis et elemosinis quas
faciebat Istas michael pon-
derabit et dicet appensus
es in statera et inventus es
satis habens Ipsis eciam in
persona Christi dicere poterit illud
Matthei 25 Esurivi et dedistis
michi manducare etc. Et ideo
venite benedicti patris mei pos-
sidete vobis paratum regnum Ille
autem anime erunt supplene que
non tantum precepta servaverunt sed
eciam consilia superrogaverunt
Istas michael ponderabit
et dicet appensus es in sta-
tera et inventus es ~~[?]~~ super-
fluus Ipsis eciam dicere poterit
Luce 6 illud Mensuram
bonam confertam et coagita-
tam et supereffluentem da-
bunt in sinum vestrum Isti
eciam fuerunt donorum [?]
conservatores et ideo habebunt
mensuram bonam Fuerunt
bonorum contemptores et ideo
habebunt mensuram confertam
Fuerunt proprie voluntatis subiu-
gatores et ideo habebunt men-
suram coagitatam Fuerunt
caritatis amatores et ideo
habebunt mensuram super-
effluentem Quarto michael
habet officium deportandi
portat enim in celum animas
sanctorum Unde cantat ecclesia
de eo Archangele michael
constitui te principem super omnes
animas suscipiendas

Non tamen intelligendum est quod ipse solus portet quia et alii angeli portant sed quod ipse honorabilius portet et quia ceteri angeli qui portant sunt sibi subiecti sicut cardinales summo pontifici sunt subiecti et ideo cantat ecclesia Michael prepositus paradisi quem honorificant angelorum cives unde creditur de ordine principatuum seu principatum eius esse Ceteri vero qui portant de ordine inferiorum angelorum. Portant autem angeli animas sanctorum valde reverenter quia non in humeris sed in manibus portant ps. In manibus portabunt te. Portant valde diligenter quia ab omnibus offendiculis eos custodiunt et conservant unde sequitur ne forte offendas ad lapidem pedem tuum Super aspidem et basiliscum ambulabis etc. Portant valde gaudenter quia cum cantibus et iubilationibus eos in celum deducunt Ysaie LV. In leticia egrediemini et in pace deducemini montes et colles cantabunt coram vobis laudem. Portant valde humiliter quia pauperes et mediocres non despiciunt sicut videtur Luce XVI. Factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum Abrahe. Non solum autem sancti angeli portant sanctos post mortem sed in vita. Quod ostendit Bernardus dicens Turbatur aliquis vehementer sive corporali quamvis intemperie sive tribulatione aliqua seculari sive accidia spiritus et animi quadam defectione languescit arbitror sane hunc hominem velud quibusdam manibus intus ab angelis portari ut quasi non sentientes transeant que tanto tempore formidabant nec parum mirentur

super tam propiciori felicitate etc.

Sermo quintus de festivitate angelorum sanctorum

Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Psalmo XC. Ista verba tractans beatus Bernardus sic dicit Mira dignatio et vere magna dilectio quibus quibus de quo et quid mandavit. Deus scilicet mandavit de angelis suis mandavit et de te homine mandavit et ut custodiant te in omnibus viis tuis mandavit. Ex quibus verbis colligitur quod in illo qui mandavit ostenditur magna caritas in angelis magna humilitas in homine magna dignitas et in misterio magna utilitas. Caritas dei in hoc ostenditur quod tantos et tales custodes homini deputavit. Humilitas angeli in hoc quod tam humile ministerium subire non recusaverunt. Dignitas hominis in hoc quod deus tanti ipsum reputavit. Utilitas huius misterii in hoc quod hominem in omnibus viis suis deus securum per angelum reddidit. De caritate autem dei circa nos sic dicit Bernardus Domine quid est homo quod innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Demum mittis ei unigenitum tuum immittis spiritum tuum promittis vultum tuum et ne quid vacet in celestibus ab opere sollicitudinis illos etiam beatos spiritus gloriam tuam intuentes contemplantes propter nos mittis in ministerium. Unde in angelo ostenditur magna humilitas qui tam humile officium non recusat sed hominem tam diligenter custodit et sibi ministrat. Et ideo homo magnam debet sibi reverentiam exhibere qui sibi dignatur

ministrat. Bernardus. In quouis diuersorio in quouis angulo reuerentiam exhibe angelo tuo nec audeas illo presente quod me presente non auderes. Ideo Bernardus loquens de hoc verbo Angelis suis mandauit de te. Quantam inquit debet tibi hoc verbum reuerentiam inferre, afferre deuotionem, conferre fiduciam. Reuerentiam pro presentia, deuotionem pro beniuolentia, fiduciam pro custodia. Hec autem angeli homines custodiunt. Stantes tenent ne cadant. Cadentes adiuuant ut resurgant. Resurgentes custodiunt ne iterum cadant. Tercio in homine ostenditur magna dignitas in hoc quod ab angelis meruit custodiri. Bernardus et Ieronimus. Magna dignitas animarum ut vnaqueque ab ortu natiuitatis sue angelum habeat ad sui custodiam deputatum. Deputatus est autem angelus homini pro custodia ratione angeli et ratione ipsius hominis. Ratione angeli quidem cum propter sue ruine reparationem quia homines saluandi introibunt locum cadentium angelorum, tum propter accidentalis premii cumulationem quia usque ad diem iudicii in angelis augetur tantum quod homines per eorum ministerium queruntur tot in eis gaudia cumulabuntur. Luce 15. Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Tum propter amoris erga nos demonstrationem. Ratione etiam hominis et hoc propter hominis necessitatem et dignitatem. Necessitas enim hominis hoc requirit quia sepe dyabolus in homine rationem seducit, voluntatem allicit, virtutem opprimit. Ideo necesse est ut homines angelus rationem erudiat per suam sapientiam, voluntatem inflammet per caritatem ignitam et per virtutem roboret per exhortationem. Item dignitas etiam hominis hoc requirit associata cum est natura diuina humane nec in eadem persona unita

ab ea spernendi. Et ideo angeli non dedignantur seruire homini quia Christum id est fratrem suum super se exaltatum conspiciunt. Quarto notatur magna utilitas que homini consequitur ex custodia angelica cum dicit ut custodiant te in omnibus viis tuis. Circa quod notandum quod angelus custodit hominem in omnibus viis suis scilicet in vita, in morte et post mortem. In vita quidem custodit bonos, malos et tepidos de quibus dicitur Apocalypsis iii. Utinam frigidus esses quo ad malos aut calidus quo ad bonos sed quia tepidus es quo ad tepidos. Bonos quidem custodit eos a temptatione dyabolica confundendo eam in homine gratie profectum faciendo et ipsorum opera diuina mente putans perseuerat quidem eos a dyabolica temptatione. Cum enim dyabolus habeat maliciam qua vult incendere, astutiam qua subtiliter animas vult subuertere et potentiam qua vult opprimere, angelus contra maliciam succedentem opponit celeste refrigerium quod signatum est Danielis 3 in angelo qui in fornacem cum Azaria et sociis eius descendit et refrigerium magnum fecit. Contra astutiam latenter subuertentem opponit dominice passionis signaculum quod signatum est Apocalypsis 7 ubi dicitur Nolite nocere terre et mari neque arboribus quousque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Item Ezechielis 9 Signa thau in frontibus virorum gementium. Thau namque est ad modum crucis facta. Contra potentiam opprimentem opponit firmum celi quod signatum est Apocalypsis 20 in angelo qui demonem ligauit et in abyssum misit. Ipsos etiam bonos proficere facit in bono gratie scilicet preuenientis, proficientis et perficientis. Judith 13. Viuit dominus quia custodiuit

me angelus eius et lapit eum de
peccato ad gratiam pervenientem per
quod homo exit de peccato et ibi
commorantem quo ad gratiam
proficientem et inde habet revertentem
per gratiam proficientem. Angelus
enim deo bona opera reputat
scilicet orationes ieiunia et elemosinas
quibus homines cum habet tria deo angelus
reputat dicitur Thobie xii Bona
est oratio cum ieiunio et elemosina
magis quam thesauros
auri recondere Et iterum Quando orabas
cum lacrimis et sepeliebas
mortuos derelinquens prandium ego
obtuli orationem tuam coram domino
Secundo angelus custodit malos contra
quos multa bona operatur Item ipsos
de peccato perpetrato reprehendit Quod
signatum est Iudicum 2 ubi angelus
domini de prevaricatione filios israel
reprehendit dicens Eduxi vos
de egypto et introduxi in terram
pro qua iuravi patribus vestris Et sequitur
et noluistis audire vocem meam
cur hoc fecistis Contra peccatum
saepe educit Quod signatum
est Genesis 19 in violenta eductione
Loth de Sodomis id est de prava
consuetudine peccato enim futuro
saepe impedit Hoc signatum est
Numeri 22 ubi angelus domini
impedivit Balaam ne iret ad maledicendum
Ipsum enim peccatorem
monet ad contritionem Quod signatum
est Iudicum 6 ubi angelus
domini eduxit ignem de petra
quia saepe de cordibus duris angelus
educit ignem contritionis. Purgat
labia ad confessionem Hoc signatum
est Ysaie 6 ubi per angelum
labia Ysaie purgantur et inducit
ad satisfactionem Hoc signatum
Paralipomenon 21 In angelo percutiente
populum qui dixit Gad prophete ut diceret
David quod in monte ascenderet
et deo satisfaceret Tertio angelus

custodit tepidos quia eos excitat
fortificat et confortat Excitat ut
operentur fervent Hoc signatum est
Actuum 12 In petro dormiente quem
angelus excitavit dicens Surge velociter
Fortificat ut operentur perseverant
Hoc signatum est 3 Regum 19
In Elia fesso adiacente quem angelus
excitavit et cibo ipsum a deo
fortificavit quod xl diebus et xl
noctibus id est per totum tempus huius vite
ambulavit et usque ad montem
Oreb pervenit Oreb autem interpretatur
mensa quia talis refectio angelica
de refectione gratie pervenit ad refectionem
celestis mense. Confortat
ut operentur libenter Sicut confortavit
Thobiam dicens Thobie 7 forti
animo esto in proximo est ut a deo
cureris. Unde etiam Daniel ab angelo
confortatus ait Danielis 10 Loquere
domine quia confortasti me. Secundo
angelus custodit homines in morte
homo quidem in morte quatuor incommoda
patitur Unum est quod timor
mortis ipsum affligit Aliud est quod
rationem reddere requirit Tertium est quod
dyabolus animam rapere intendit Quartum
est quia peccatorum multitudo terret et sollicitudo
reddit Contra primum incommodum
angelus in morte virtutes
salvationis revelat et sic timorem
mortis concludit et ipsam mortem
iocundam facit Ysaie 55 In letitia
egrediemini et in pace deducemini
Contra secundum incommodum angelus
cum deo reconciliat ut sic sibi securam
rationem reddat Job 33 Si fuerit
angelus pro eo loquens unum de similibus
ut annunciet hominis equitatem
miserebitur eius Zacharie 1o Et respondit
angelus domini et dixit domine
exercituum quousque non miserebere
ierusalem et urbium iuda quibus iratus
es Zacharie super quam Gabriel dicens

angelus medius inter dilectum et di-
lectam vota offerens reofferens dona
gratie statim placat illum Contra
tertium incommodum dyabolus fugatur ut
signatum est Gen 32 ubi dicitur
Cum Jacob Esau valde timeret
habuit angelos sibi obvios ipsum
animantes patres quos cum vidisset
ait Castra dei sunt hec Contra
quartum incommodum angelus peccata
dimissa sepe revelat hoc signatum
est Dan 9 ubi dicitur Gabriel
Danieli dixit Ab exordio precum
tuarum egressus est sermo Glosa scilicet
a deo Et sequitur Ego autem veni
ut indicarem tibi peccata tua scilicet
a deo esse dimissa quia vir deside-
riorum es / Tertio custodit hominem
in omnibus viis suis post mortem
Tres enim vie post mortem sunt
una est que ducit ad infernum
alia ad purgatorium Tertia ad ce-
lum In prima via custodit ange-
lus animam ne per ipsam incedat et
ne a demonibus rapiatur unde illa
anima regratiatur deo dicens in psalmo
nisi quia dominus adiuvit me scilicet
per angelum suum paulominus habita-
sset in inferno anima mea Et illud
anima mea sicut passer erepta est
de laqueo venantium etc In secunda
via angelus animam custodit quia
ut purgetur ipsam in purgatorium
ducit et post modum ipsam purgatam
letam inde educit et in celum
introducit unde potest ei convenire
illud Thobie 12 dixit angelus
Ego sanum duxi filium tuum scilicet ad
purgatorium ut purgetur et sanum
reduxi in celum scilicet ut glorificetur
In tertia via que ducit ad celum
animam custodit quia ab omnibus la-
queis eam defendit et in celum
introducit Exo 23 Ecce ego mi-
ttam angelum meum qui precedat te
et custodiat te in via et indu-
cat in locum quem paravi tibi etc

Sermo sextus de festivi-tate angelorum sequitur

Qui facit angelos suos spiritus
et ministros suos ignem ure-
ntem Angelus est nomen
officii Spiritus vero est nomen nature
Similiter minister est nomen operis
Ignis vero est nomen ardentis amo-
ris dicit ergo Qui facit angelos
suos spiritus ac si aperte dicat / deus
illos quos per habet spiritus per sim-
plicitatem naturae quos vult facit ange-
los per missionem ministerii et quos
semper habet vero ignem urentem
per fervidum amorem facit ministros
per exteriorem operationem In verbis igitur
premissis quatuor de ipsis angelis
considerantur primum est obedientie
velocitas cum dicitur Qui facit
angelos suos spiritus Secundum est nature
simplicitas cum dicitur spiritus Tertium
est operationis strenuitas cum dicitur
et ministros suos Quartum est cari-
tatis cum dicitur ignem urentem
Est igitur in eis obedientie veloci-
tas quia sunt angeli id est nuncii de-
scendunt et discurrunt per dei im-
perium Secundo non ad exteriora exe-
unt ab interiori contemplatione re-
cedunt Sed quocumque mittuntur
per intra deum moventur distinguit
autem dyonisius in celesti ierarchia
in angelis triplicem motum scilicet
circularem rectum et obliquum Cir-
cularis est ab eodem in idem et circa
idem centrum et mobile Quem
motum angeli habent quando immedia-
te recipiunt illuminationes a deo et
per illas revertuntur ad deum motu
recto moventur quando condescendunt
in providentia subiectorum recte cir-
cumeuntes et ibi non resistunt ab
eo in idem Sed de uno ad aliud
motu autem obliquo moventur quando
cognitionem inferiorum quibus providentiam

reflectitur in deum principium et
finem pulchri et boni. Secundo
in angelis consideratur eorum simplici-
tas. Enim dicitur spiritus ex eo autem
quod angelus est spiritus et non sim-
plex ostenditur quod in natura sua corpu-
ro nullis quidem magnas excellencia-
as habet. Habet enim magnam digni-
tatem. Angelus in libro de natura
boni. Sicut aurum corruptum et ar-
gentum corruptum melius est quam
argentum incorruptum et argentum
corruptum melius est quam plumbum
incorruptum sic etiam corruptus
spiritus melior est quam incor-
ruptum corpus et hoc ratione simpli-
citatis et nature. De dignitate etiam
nature ipsorum etiam dicit Dyonisius de divinis
nominibus angelice mentis sunt super
aliqua viventia et intelligunt et
cognoscunt super sensum et racione.
Secundo habent magnam puritatem
nam cum tamen corporibus ... impu-
ritates contraxit. Angelus enim
purissimam habet naturam. Ideo dicitur Sapientie
nichil inquinatum in illam incurrit. Sicut
enim in pomo corruptio aliquando
nascitur a verme interiori aliquando
a lesione exteriori. Sic et in anima
corruptio nascitur aliquando ab interiori
verbo immunda cogitatione polluitur
aliquando exteriori quia semper cum
corporibus aliqua impuritas jungitur
in angelo autem non est sic. Et ideo
appellatur lux. Genesis primo fiat lux
et facta est lux. Ipsa enim lux
nec in se potest corrumpi nec ab
extrinseco potest fedari. Tercio habent
intellectualitatem. Nos enim indigemus
ratiocinatione vel collatione sicut
Thomas. Sed secundum Augustinum simplici con-
tuitu res cognoscunt. Unde dicit
Dyonisius in libro celestis ierarchie
simplicibus et immediatis splendori-
bus illuminantur et divino nutrimento
implentur. Quarto habent mobi-
bilitatem variabilem cum superius habitum
semel stabilis est in bono vel in
malum nisi ex comparatione eius cum
alio sicut patet in anima que sepe
mutari de bono in malum. Soluta
non a corpore non potest. Quinimmo aut ratio
est quia natura et puritate superioris
simplicitatem suam totam se
convertit ad id quod diligit quod non
facit natura superioris unita quia cre-
atum corpus habet. Quinto
habent magnam velocitatem. Ysaie 18
Ite angeli veloces. Et Sapientie 7 dicitur
omnibus mobilibus mobilior sapientia
ut per sapientiam naturam angelicam acci-
piamus propter ipsorum autem velocem
motum venti appellantur. Psalmus Qui
ambulant super pennas ventorum.
Dyonisius in celesti ierarchia ventus
aut ipsos angelos nominare velocem
motum eorum signat ad omnia fere
transeuntem sine mora actionem.
Damascenus in libro 2o loquens de
angelis dicit fortes sunt et parati
ad voluntatem dei complendam et ibi
confestim inveniuntur ubicumque divinus
iussit nutus. Tercio consideratur in ange-
lis operans fraternitatis cum dicitur
ad ministros suos. Hec sunt autem
ista que ministerio angelico obtinemus
determinatur Thobie 12 ubi Thobias in-
mor enarrans patri suo ea que
angelus sibi fecerat dixit me duxit
et reduxit sanum pecuniam a Gabelo
ipse suscepit uxorem habere ipse
me fecit demonium abeat ipse
compescuit gaudium parentibus eius
ipse fecit me / ipse a devoratione
piscis liberavit te quoque fecit
videre lumen celi et bonis operibus
per eum repleti sumus. Ex quibus
verbis habetur quod ministerio an-
gelico omnia nobis bona proveniunt
et omnia mala a nobis excluduntur.
Est autem bonum triplex scilicet temporale
spirituale et celeste. Bonum temporale

e

ff

Triplex est unum quod est intra
hominem scilicet sanitas tocius cor-
poris et omnes potencias anime
scilicet memorie intelligencie et
voluntatis Et istud bonum habetur
in ministerio angelico Et ideo dicit
hic duxit et reduxit sanum
Aliud bonum est quod est iuxta ho-
minem scilicet uxor prudens que datur
a deo ministerio angelico proverbiorum 19
domus et divicie dantur a
parentibus a deo autem proprie uxor pru-
dens Et ideo dicitur uxorem habere
ipse me fecit Aliud bonum est quod
est extra hominem scilicet prosperitas
et habundancia diviciarum et rerum
temporalium Ideo dicitur pecuniam a gabelo
ipse suscepit omnia eciam terre nascen-
cia ministerio angelico proveniunt omnia
enim hec fiunt per motum celi ita
quod post iudicium cessante motu celi
nichil in mundo generabitur et quia
secundum sanctos intellectus angeli movent
celos et principalitas effectus attri-
buitur primo motori sicut effectus
artis magis est artificis quam
instrumenti et ipsum celum sit quodam
modo instrumentum intelligencie
Apparet quod per angelos non tantum
bona spiritualia sed eciam ad vitam
corporalem necessaria nobis adveniunt
Habemus eciam in ministeriis bona
spiritualia scilicet bona dona et virtutes
et ideo dicit repleti quia bona
temporalia non replent Ecclesiastes avarus
non implebitur pecunia Augustinus
avarus capia que deus meus non
est egestas michi est Habemus
eciam celeste quod spirat seu quod sistit
in beata dei visione Ideo dicit ecce
quod stat videt lumen celi lumen est
ipsa visio dei quo lumen propheta illumi-
nari petebat dicens illud faciem tuam sup-
er servum tuum Et quia dampnati isto lu-
mine carent ideo perpetuam tristiciam
habent ut dicere possit quilibet eorum
illud Thobie 5 Quale gaudium

michi erit qui in tenebris sedeo
et lumen celi non video Item solum
autem ministerio angelorum omnia nobis
bona proveniunt sed eciam omnia
mala excluduntur scilicet malum culpe
pene tristicie et gehenne malum
autem pene et culpe a dyabolo
causatur quia ipsi ad peccata nos im-
pellunt et multis adversitatibus nos
affligunt Sed angeli ista a nobis
excludunt quia demones a nobis
compescunt tunc enim angelus ab
alio demonium compescat quando homi-
ne ipsum incitat ad peccata et affli-
gat per adversa Aliud malum est mali
tristicie de quo dicitur 2 Cor 7 Seculi
tristicia mortem operatur Istud malum
angeli ministerio removent quando
seculi tristiciam auferunt et spiritualem
iocunditatem infundunt Ideo dicit
Gaudium parentibus eius ipse fecit
Aliud malum est malum gehenne
Istud eciam malum a nobis remo-
vent Ideo dicitur me ipsum a devo-
racione piscis liberavit Quadru-
peccator est in hoc mundo est in fau-
cibus dyaboli sed non est devoratus
a dyabolo immo sicut faucibus morabatur
intravit per culpam sic ab ipsis ex-
ire poterit per penitenciam dampnati autem
non tantum sunt in faucibus dyaboli
sed eciam sunt devorati ab ipso
dyabolo Et ideo non est spes ut vel
de ipso ventre possint exire quod
ergo dicitur Quod angelus liberavit
a devoracione piscis id est demonum
intelligendum est quod non liberavit iam
devoratum sed devoracioni proximum
qui devoratus fuisset nisi eum
angelus adiuvasset Quarto in an-
gelo notatur fulgens claritas cum dicit
iuvenem virentem Dicitur autem
angeli ignibus virentes quia ardent
per amorem et lucent per cognicionem
ut vero seraphim qualiter ardent

Secundum quod dicit Dyonisius in libro de divinis nominibus. Amor habet triplicem vim scilicet elevativam inclinativam et coordinativam. Elevativam quidem quia elevat inferiora superioribus. Inclinativam quia inclinat superiora inferioribus. Coordinativam quia ordinat equalia equalibus. Istam triplicem vim amor dei non tantum in nobis sed etiam in angelis operatur. Et quantum ad hoc ipsi angeli dicuntur ardores seu ardores sempiterni lapides igniti et carbones accensi. Inquantum enim amor dei habet in eis vim elevativam per quam ad deum elevantur et ab ipso inflammantur dicuntur ardores. Ysaie 33 Quis nobis habitare poterit de nobis cum ardoribus sempiternis. Augustinus in libro de civitate dei loquens de angelis: Tanto ineffabilius divina pulchritudine tanquam sancto amore inardescunt singuli ut omnia que infra sunt quia istud non sunt se etiam ipsos inter cetera condempnant. In quantum autem amor dei habet in eis vim inclinativam per quam ad nos inclinantur et ad dei amorem nos inflammant, dicuntur carbones accensi. Ezechielis 1° Similitudo animalium et aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Sicut enim carbones ligna inter que ponuntur inflammant sic et sancti angeli tanquam carbones ardentes ad nos venientes in dei amorem nos accendunt. Inquantum vero amor facit in eis vim coordinativam per quam se invicem coordinant et in dei amorem inflammant dicuntur lapides igniti. Unde dicitur de primo angelo Ezechielis 28° In medio angelorum quasi lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis in die conditionis tue donec inventa est iniquitas in te. Quod autem invicem se inflamment signatum est Ezechielis 10 ubi dicitur Extendit cherub manum suam de medio cherubin et dedit in manus eius qui erat indutus lineis. Incendunt igitur nos angeli et inflammant dum affectum nostrum excitant et adiuvant. Humanum enim affectum inflammari et accendi multipliciter potest intelligi vel efficiendo et movendo vel excitando et adiuvando. Primo modo solus deus potest nostrum affectum inflammare. Secundo potest angelus ipsum concupiscibilem et delectabilem. Tertio potest angelus. Nam et in igne materiali istud videre possumus. Quantum enim ad primum modum ignis accendit ligna. Quantum ad secundum ligna accendunt ignem. Quantum ad 3m ille qui ligna ponit ipsum ignem accendit. Secundo ipsi angeli dicuntur ignis urens non tantum quia ardet per amorem sed etiam quia lucet per cognitionem. Habet autem angelus triplicem cognitionem scilicet matutinam vespertinam et meridianam. Ordo autem dicitur de cognitione matutina et vespertina in angelis introductum est ab Augustino. Genesi dies in quibus legitur deus cuncta creasse non hos dies usitatos intelligi voluit sed cognitionem angelicam [?] quibus [?] parata sit [?] in die [?] manet est principium diei vespere autem terminus. Ita cognitio dicitur matutina [illegible] quod [illegible] in verbo. Cognitio autem ipsarum rerum in se [?] quod in propria natura consistit dicitur cognitio vespertina. Vera esse rerum fuit a verbo sicut a quodam primordiali principio et sic fluxus continuatur ad esse rerum

q habent in gpria nec pt ccia
dici q ipi angeli et omes beati
hnt cognitom meridianam quam
ducitur clare et apte cognoscunt
h aut cognitom petebat sponsa
dicens Cant 1 Indica michi
quem diligit aia mea ubi pas-
cas ubi cubes in meridie ajo
em sumus in nocte i in mltis
tenebris ignorancie Isa 30
nos quasi in obscurum tenebris
sumus aut erimus in meridie
i in apta et in plena dei cognitoe
1 Cor 13 videmus nunc per
speculum quasi in enigmate
tunc aut facie ad faciem Nunc
cognosco apte tunc aut cogno-
scam sicut cognitus sum Et qu-
tu ad istam triplicem cognitoz
triplicit nominat s astra ma-
tutina specula pura et luna
scda tram quantu ad cognitom
ters qua habet in vbo dicunt
astra matutina Iob 38 ubi cum
cum me laudaret astra matutina
quantu ad cognicom qua habent
a nat qpa dicunt specula pura
dionis in angelica ierarchia an-
gelus est ymago dei occulti lu-
minis speculum purum clarissimum
incontaminatum immaculatum quum
vo ad cognitom meridianam
i visionem claram et aptam dicit
luna scda vn damascenus loquens
de angelis dicit ho scdo lumi-
naria scda intellectualia exp
et sine principio lumen illuminatz
habentia Ipe enim deus est primum
et principale lumen q a nullo
illuminat et cuncta illuminat
Scda aut lumina ab ipo illumi-
nata angeli sunt Et ideo a
damasceno scda lumina appellant

Sermo septimus de festiuitate angelorum

Benedicite dno omes virtutes
eius ministri eius qui facitis
voluntatem eius Officium angelorum
duplex est sz deo assistere et continuam
iubilatom et nobis ministrare et sollicitam
opacom Ipi igitur angeli sunt semper deum
laudantes Ideo dr benedicite domino
omes virtutes eius et sunt semper nobis
ministrantes Ideo subditur ministri ei
laudant igitur ipi deum augg in libro
confess Laudant te ipi celestes ipi
angelorum tuorum vident enim faciem
tuam et ibi legunt sine sillabis tpm
quid velit eterna voluntas tua leg-
eligunt diligunt ipi legunt et in
qz ptit q legunt Exemplo igitur
angelorum et nos debemus lauda-
re deum unde dns introducit ange-
los laudantes d Iob 38 ubi cum
cum me laudarent astra matutina
et iubilarent omes filij dei debe-
mus igitur induci ad laudandum deum et
non tm exemplo angelorum
sed eciam omn creaturarum Nunc quia
laudant omes deum unde propheta
omes creaturas ad laudandum
dnm invitat dicens laudate do-
mnm de celis ~~deo~~ laudate eum
in excelsis Laudate eum sol et
luna et Et infra laudate domi-
num de terra dracones et omes abyssi
Ecce qz introducit ad laudandum
deum dracones et abyssos Tunc
aut introducit ad laudandum deum
luxuriosos et auaros nec aliquos
peccatores in finibus enim et diabolus
iusticiam dei commendat Luxuriosi
et auari et peccatores sunt peiores
diaconibus et inferno Ergo
igitur omnis creatura deum lau-
dat homo qui nobilis et racio-
nabilis creatura est deum lau-
dare debet Augustinus in libro
confessionum Non cessat nec tacet
laudes vniuersa creatura tua
si deum laudat vniuersa creatura Ergo

ille qui nō laudat nō videtur
esse creatā laudant aut eum
creature quia sunt magne pulchre
et utiles Magnitudo aut laudat
eum potentia pulchritudo sapien
ualitas bonitatem Sap 13 Ā ma-
gnitudine enim specie ad creature
cognoscibilit poterit eorum creator
uideri Secundo eum aut debemus
induci ad laudandum deum propter
curam sed etiam propter debitum naturale
et officium propter debitum quod qui
homo deum laudare tenetur ex eo
quod ad hoc specialit est creatur ysaie
43 populum istum formaui michi
ad laudem meam annunciauit
propter hoc etiam deus homini dedit
linguam Ecci. hoc dedit michi
deus linguam mercedem meam
et in ipsa laudabo eum / propter nimium
quia deus suos laudatores tanquam
suos ioculatores liberalit remune-
rerat Ecci 28 Qui elucidant
me vitam eternam habebunt 1
Regum 2 Quicunque honorificauerit
me quicunque honorificauerit me ho-
norificabo eum / propter officium quia istud
est officium beatorum laudare deum
psalmus Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum lau-
dabunt te / Et quia istud officium
et nos habituri sumus in celo ha-
bent debemus assuefacere nos in
isto officio quod habituri sumus
in patria eum cum leticia spiritualem
~~dm~~ habemus deo gracias agimus
et ymnis deuote laudamus eum
beatorum officium reputamus ysaie
51 Gaudium et leticia inuenietur
in ea gratiarumactio et vox lau-
dis Secundo ipsi angeli sunt nobis
ministrantes // Circa quorum ministerium
quatuor sunt uidenda Primo
quibus ministrant / 2o quomodo ministrant /
Circa primum sciendum quibus ministrant No-
tandum est 3m (Augustinum) hominum
quidam sunt valde boni, quidam
valde mali, quidam mediocriter boni,
et quidam mediocrit mali Valde
boni sunt viri perfecti qui glorie
dei aspirant Circa quos homines
angeli ministerium suum exercent dum
faciunt eos de bono in melius
proficere et omne malum vitare hoc
signatum est Thobie 13 vbi Tho-
bias de angelo dicit sic duxit
et reduxit sanum sanos angelus
meus duxit quia facit eos proficere
feliciter Sanos reduxit quando
facit eos viuere innocenter Quibus
aut cristus fuit perfectissimus
custodia tamen angelorum nō indiguit
quia anima eius omnibus angelis
est prelata et immediate a verbo
sibi unito illuminate et quamuis di-
cat dicas quod subdebatur primis
erudicionibus mediantibus ange-
lis intelligendum est quia angeli
instruebant Joseph et matrem
eius in hiis que circa puerum
erant agenda / valde mali sunt
obstinati et desperati a quibus
angeli ministerium suum subtrahunt
quia nichil in eos proficiunt Je-
remie 51 Curauimus babilo-
nem et nō sunt curata derelinqua-
mus eam Mediocrit boni sunt viri
imperfecti sicut layci qui dei precep-
ta custodiunt / Istis angeli ministe-
rium suum impendunt quod eos
ad bona opera semper inducunt
sicut ad oraciones ieiunia et ele-
mosinas que sunt tres partes
satisfactionis hoc signatum
est in angelo qui dixit Tho. 13
Bona est oratio cum elemosina
et ieiunio magis quam thezauros
auri condere quia elemosina a mor-
te liberat et ipsa est que purgat
peccata et facit inuenire misericor-
diam et vitam eternam Mediocres
mali sunt mali christiani qui fidem
habent sed opera bona nō habent

Talibus angeli ministrant quia
eos saepe a peccato revocant. Hoc
signatum est Gen. 19 in angelo
qui eduxit Loth de Sodoma
i. peccatorem de peccati immunditia.
Tertium est scilicet quare angeli domini
ministrant nobis dicunt quod hoc facit honore
Christi nostri et sui ratione. Quidem
Christi quia angelus scit Christum
fratrem nostrum esse et honor qui
nobis ab ipsis impenditur in fratrem
nostrum scilicet Christum refunditur. Nam
ipse dicit Matth. 25 Quod uni
ex minimis meis fecistis mihi
fecistis. Ratione nostri quia scit
nobis valde suo ministerio indigere.
Diabolus enim videtur intelligentiam
nostram excaecare per errorem, vo-
luntatem inquinare per amorem
et memoriam obnubilare per
dei oblivionem. Angelus autem
habet virtutem illuminativam purgativam
et perfectivam et ideo eius ministerio
indigemus ut illuminet rationem
purget affectionem et perficiat me-
moriam. Ratione sui quia rui-
na angelorum debet per salvan-
dos homines restaurari et ideo
de nobis salvandis magna
eis cura imminebit. Dicit enim
Gregorius quod tot homines sal-
vabuntur quot angeli ceciderunt.
Augustinus autem dicit quod angeli re-
manserunt in caelo tot homines
salvabuntur. Aliqui tamen di-
cunt quod in caelo erunt duo
parietes sive duae societates
una angelorum et altera hominum
et quod ruina angelorum restau-
rabitur de virginibus. Et ille
erit unus paries. In alio autem
pariete tot erunt de hominibus
salvandis quot in reliquo sunt
de virginibus et angelis. Quartum
scilicet quae sunt quae ministrant
homini quod sunt bonum triplex. Augustinus

quaedam sunt bona infima quaedam
media quaedam suprema. Bona
infima possumus appellare bona
temporalia quae nobis angeli ministrant
ad sustentationem. Hoc signatum
est III Reg. 19 ubi angelus
ministravit Eliae cibum et potum.
Hoc est etiam signatum Tobiae 12
ubi Thobias post quam multa bo-
na temporalia enumeraverat concludit
et bonis omnibus repleti sumus.
Bona media sunt bona spiritua-
lia quae angeli nobis ministrant
ad iustificationem. Ipse enim illuminat
nostram intelligentiam et cognitionem.
Hoc signatum est Apoc. 18 in an-
gelo de quo dicitur quod terra illuminata
est a claritate eius, et angelo
qui Thobiae oculos illuminavit. In-
flammat nostrum affectum ad amorem.
Hoc signatum est Tho. 11 in an-
gelo qui coram stetit cor piscis
super carbones ardentes et III
Reg. 2 in angelis qui in curru
igneo et in equis igneis appa-
ruerunt. Perficit nostram operationem
conservando omnem corporem.
Hoc signatum est Zach. 1 ubi dicitur
angelus domini loquitur in me
quasi homines qui loquitur cum socio.
Etiam dirigit nostram interpreta-
tionem ordinando omnem locu-
tionem. Hoc signatum est Is. 6 ubi
per angelum Ysaiae labia sunt purgata.
Bona suprema sunt bona caelestia
quae angelus nobis ministrat ad glo-
rificationem portat enim animas nostras
in caelum et hoc ipsas animas in ma-
nibus suscipiendo. Per hoc In ma-
nibus portabunt te etc. Unde can-
tat ecclesia Archangele Michael
constitui te principem super omnes
animas suscipiendas susceptas per
viam deducendas. Exo. 23 Ecce
ego mittam angelum meum

qui te custodiat in via et intro-
ducam in terram quam promisi
patribus tuis. Susceptas et edu-
cas deo reputando, hoc signatum
est Luce 16 In illo mendico quem
angeli in celum deduxerunt et deo
representaverunt / de quo dicitur factum est
ut moreretur mendicus et portaretur
ab angelis in sinum Abrahe. Circa
quartum scilicet quod ministrat exortando
quod angelus ministrat in vita et in
morte. Primo dum custodit unde dicitur
nota scilicet pro angelus suum quantum ad custo-
diam in vita et contra tum quantum ad
custodiam in morte. In vita quidem
aut conservando baptismalem inno-
centiam, aut baptismos seu bapti-
zatos reducendo ad penitentiam delinqui-
antibus impetrando dei misericordiam /
Conservat quidem homini innocentiam
baptismalem. Hoc signatum est Exodi 12
ubi dicitur Quod angelus percussit pri-
mogenita egyptiorum et conservavit
primogenita hebreorum. Primogenitum
animali est voluntas prava, primoge-
nitum dei est baptismalis innocentia.
Sicut igitur angelus occidit primogenitum
egyptii et conservat primogenitum filii
dei, quando in homine voluntatem
pravam occidit et innocentiam
baptismalem custodit. Si vero labitur
post baptismum ut perdat innocentiam
angelus suo ministerio ipsum revocat
ad contritionem et penitentiam. Hoc signatum
est Tho. 11 ubi Thobias ad do-
cumentum angeli linivit oculos patris
de felle per quod signatur amaritudo
contritionis / Linivit autem oculum intellectus
ut peccatum agnoscat et oculum affectus
ut peccatum detestetur et abhorreat. Si
vero homo patitur tedium defendendo
...iam angelus ad hoc ut sibi impetrat

dei misericordiam. Hoc signatum est Zach. 1
ubi angelus ad misericordiam inclinabat dominum
dicit dominus exercituum quousque non mi-
sereberis Jerusalem et urbium Iuda. Cetera
...atus est. Et vero tamen angelus adiu-
vat in vita sed etiam in morte ...
vat ab iniquis spiritibus animam defendit
ut inde refert Beda. Quod dum
anima sancti Fursei episcopi in celum ab an-
gelis duceretur demones ei obviaverunt
et multis modis eam accusare conati sunt
primo opponendo verba ociosa que
diceret dicentes ociosos sermones
sepe dixit et ideo celestibus non debet
celestibus adire. Sed angelus eum defendit
dicens nisi principalia vicia contra eum proba-
veritis minima non peribit. Secundo obiciunt
ei iram et impacientiam quam
aliquando habuerat et ymo fecit contra
illud verbi quod scriptum est Nisi efficiamini
sicut parvuli non intrabitis in regnum
celorum. Sed angelus eum defendit
dicens Quamvis passione aliquam commo-
tus fuit sed iram nihil in corde pro-
tenuit. Tertio opposuit ei avariciam
quia ab iniquis dona recepit. Sed
angelus eum defendit de avaricia
dicens Hoc non fecit de avaricia sed
de cognoscencia quia credidit quod homines
essent ... Quarto opposuit ei cupidi-
tatem aptam quia sanctus a quodam
usurario quandam vestem acceperat
tunc demones permittente angelo
usurarium illum sic torserunt et in
ipsum proiecerunt quod pectus ipsum
gravit incendit et dolor gravi-
gravavit incendit et dixit ei angelus
primo creavit et dixit ei angelus
quod incendisti exarsit in te. Si enim
huius domini non accepisses in te
pena non exarsisset / Quinto obiciunt
ei negligenciam quia ut debuit
non predicavit. Cum scriptum sit

Si non annunciaveris malo iniquitatem
suam sanguinem eius de manu tua
requiram sed angelus eum defendit
d. Quarto auditores verbi dei impugnant
in scripturis predicatores verba dei di-
mittere possunt / Sexto obiciunt ei di-
vini precepti transgressionem Cum deus
dixit. diliges dominum deum tuum etc.
Istud autem preceptum non servat quia
tamquam scriptum est proximum non diligit
Sed angelus eum defendit d.
proximum suum ipse diligit quia di-
lectionis opere ei impendit Et de-
mones propter hoc non diligit pro-
ximum suum sicut scriptum Et ange-
lus ad observationem huius precepti su-
fficit quod homo proximum non odiat
sed obsequium caritatis dei impen-
dat Septimo obiciunt ei amorem
mundi quia scilicet mundo abrenunciat
sed divitias diligit cum scriptum
sit Nolite diligere mundum neque ea
que in mundo sunt Sed angelus
eum defendit d. Cum divitias propter
se non retinuit sed propter indigentes
quibus ea dispensavit et sic de-
mones confusi recesserunt et ani-
ma sancti per ministerium angeli defen-
sa liberata fuit / Sequitur

Sermo de festivitate angelorum sanctorum etc.

Numquid nosti ordinem celi
et pones racionem eius in
terra Job 38 Cum de celestibus
per triplicem modum noticia habeatur
scilicet per revelacionem divinam per erudi-
cionem humanam et per inquisicionem
propriam Ordinem celi qui consistit
in ierarchiis et ordinibus ange-
lorum Beatus paulus usque ad tercium
celum raptus cognovit per
divinam revelacionem dyonisius cognovit
per pauli erudicionem / Primus enim
dicat paulus quod illa secreta que
vidit ibi homini loqui non licuit
de homine carnali intelligendum
est cui non licuit ea revelare / dyonisius
non fuit homo carnalis sed spiritua-
lis et ideo licuit ea sibi loqui
Hugo autem et Gregorius et ceteri
doctores cognoverunt illud hono-
ordinem celi per revelacionem dei
et per revelacionem dyonisii et per
inquisicionem proprii studii Quod ergo dy-
citur Numquid nosti ordinem celi etc.
intelligendum est quod per proprium studium
nullus hoc scire voluit nisi hoc per
divinam revelacionem doctus fuerit Nos
igitur et si revelacionis dei digni
non sumus et ea que sunt supra
nos investigare non sufficiamus
ea tamen que a sanctis patribus de isto or-
dine celi tradita sunt hic breviter ponimus
De isto igitur ordine celi tria sunt
videnda Primo qualiter ipsi ordines
ab invicem distinguuntur Secundo quare
nomines ad ipsos angelorum ordines
assumuntur / Tercio qui et qualiter
mittantur / Circa primum notandum quod ipsi
angeli sunt tres ierarchie scilicet
suprema media et infima Suprema
nunc continet tres ordines scilicet sera-
phin cherubin et thronos Media secundum
assignacionem dyonisii continet
dominaciones virtutes et potestates Ulti-
ma secundum assignacionem eiusdem continet
principatus archangelos et angelos
Racio autem huius distinccionis
talis haberi potest in palacio sequi-
aule imperii quidam circa personam
imperatoris assidue conversantur Similes
huius sunt ordines prime ierar-
chie Secundam ea circa negoci-
a tocius imperii generaliter occupan-
tur Similes huius sunt ordines sec-

ierarchie. Quidam ad loca deti-
nata vel negocia certa specialia
deputantur. Sicut multi hiis sunt
ordines trine ierarchie eorum at
qui certam personam circa imperatorem
obseruant. quibusdam hoc competit
racione familiaritatis et amici-
cie. vt sunt imperatoris filij socij
et cubicularij. Et istud spectat
ad seraphin qui diuina familia-
ritate amicicia et dileccione pre
ceteris sunt repleti. Gregorius Sera-
phin vocantur illa agmina que ex
singulari propinquitate conditoris
incomparabili ardent amore.
Seraphin namque ardentes vel
incendentes vocantur. Quibusdam
hoc competit racione sapiencie ut sunt
consiliarij et istud spectat ad che-
rubin qui diuina cognicione et
sapiencia sunt preditti. Gregorius
Cherubin plenitudo sciencie dicitur
et sublimiora illa agmina Cherubin
vocata sunt quia tanto per-
fecciori pleni sunt sciencia quanto
claritatem dei vicinius contempla-
tur. Quibusdam hoc competit racione
iusticie ut sunt iudices et assesso-
res et istud spectat ad thronos.
Gregorius Throni dicti sunt hij qui
tanta dignitatis gracia replentur
ut in eis deus sedeat et per eos
iudicia sua decernat. Eorum vero
qui certa circa imperij negocia ge-
neralit occupantur quidam hoc
competit per modum imperandi ut sunt
marscalchi et imperiales curie domini
et istud spectat ad dominaciones ad
quas pertinet alijs inferioribus preesse
et eis diuina misteria imperare et
annunciare Zach. 10 vbi vnus an-
gelus alteri imperauit dicens. Curre
et loquere ad puerum istum etc. Gregorius
dominaciones vocantur quia ceteris prin-
cipatuum potestates transcendunt Ra-
cione operari et inter aliquos poter-

exercere. Quorum vero est subiectus
quos que possidet. Quidam hoc fa-
ciunt per modum operandi ut sunt camera-
rij et senescalci et iusticiarij.
Et istud spectat ad virtutes quorum
est ardua operari et mirabilia
eis impossibile ad consequendum quia
datum est eis posse super omnia di-
ficilia ad ministerium diuinum pertinencia.
Et ideo eis attribuitur operacio mira-
culorum. Gregorius Virtutes vocantur
illi spiritus per quos signa et miracula
frequencius fiunt. Quidam hoc fa-
ciunt per modum pugnandi ut sunt
milites legiones et militum magistri.
Et istud spectat ad potestates que
contra demones habent pugnare.
Et omnia impedimenta contrariorum
demonum. Gregorius potestates vocantur
hij qui hoc potencius ceteris
perceperunt ut eorum dicioni virtu-
tes aduerse subiecte sunt quorum
potestatem refrenantur ne tantum tempta-
tare pro siminant quantum volunt. Eorum
vero quidam temporalia negocia impe-
rij deputantur. Quidam hoc exe-
quuntur per modum legatorum. Et istud
spectat ad principatus. Quidam
per modum simplicium ministrorum
Et istud spectat ad archangelos.
Quidam per modum nunciorum
et cursorum. Et istud spectat ad an-
gelos. Vel dicendum est quod quidam
preesunt vni prouincie et isti sunt
de ordine principatus sicut erat
princeps persarum de quo habetur
Dan. 12. Quidam deputantur
ad regionem multitudinis sicut
vnius ciuitatis. Et isti sunt de
ordine archangelorum. Quidam
deputantur ad regimen vnius persone
singularis. Et isti sunt de ordine
angelorum de quibus dicit Gregorius
Hij qui minima nunciant angeli.
Qui vero summa nunciant archan-
geli vocantur angeli cum dicunt.

minima nunciant quia eorum ministerium
ad unum hominem limitatur. Archan-
geli vero dicuntur maiora nunciantes quia
bonum unius multitudinis maius est
quam bonum unius hominis. Viso qua-
liter ordines distinguuntur videndum
est qualiter homines ad ipsos ordines
assumantur. Circa quod notandum quod
hominum quidam assumuntur ad ordines
infime ierarchie et istorum tria
sunt genera. Quidam enim sunt sim-
plices et illiterati verbo tamen et exem-
plo quantum possunt alios edificantes.
Isti assumuntur ad ordinem angelorum.
Gregorius. Sunt plerique qui parva capiunt
sed tamen hec pie annunciare fratribus
non desistunt. Isti itaque quo nisi
in angelorum numerum occurrunt. Quidam
sunt magna intelligentes et sol-
licite alios ammonentes. Isti assu-
muntur ad ordinem archangelorum.
Gregorius. Et sunt nonnulli qui divine
largitatis munere refecti secreta
celestium summa capere prevalent
et nunciare. Quo igitur isti cum nisi
in archangelorum numero deputantur.
Quidam sunt per vite perfectionem
scilicet inferiorum numerum transcendentes. Isti
assumuntur inter ordines principatuum.
Gregorius. Sunt nonnulli qui acceptis
virtutibus etiam electorum hominum merita
transcendunt. Cumque et bonis me-
liores sunt electis quoque fratribus
principantur. Quo ergo isti sortem
suam nisi inter principatuum numerum
acceperunt. Vel potest dici quod ad ordi-
nem principatuum assumuntur illi
qui bene rexerunt suam provinciam;
ad ordinem archangelorum qui
bene rexerunt suam ecclesiam; ad
ordinem angelorum illi qui bene
rexerunt suam personam. Tales as-
sumuntur ad ordines secunde ierarchie.
Et ista tria genera similiter inveniuntur.
Quidam enim sunt de aliorum corpori-
bus et cordibus peccata et demones
expellentes, et isti assumuntur in-
ter ordines potestatum. Gregorius. Sunt
nonnulli qui etiam de obsessis
corporibus malignos spiritus fugant
virtute orationis eosque et vi accep-
te potestatis eiciunt. Quo isti itaque nisi
sui nisi inter potestatem celestium
numerum sortiuntur. Quidam sunt sig-
na et miracula operantes et isti assumun-
tur inter ordines virtutum. Gregorius. Sunt
aliqui qui mira faciunt signa valenter
operantur. Quo ergo isti nisi ad su-
pernarum virtutum societatem et numerum
congruunt. Quidam sunt omnibus
in se viciis dominantes et isti assu-
muntur inter ordines dominationum.
Gregorius. Sunt nonnulli qui sic in
se metipsis cunctis desideriis om-
nibusque viciis dominantur. Et ipsi mun-
dicie dii inter homines vocentur.
Quo ergo isti nisi inter numerum domina-
cionum currunt. Alii sunt eciam
qui assumuntur inter ordines supreme
ierarchie et istorum tria sunt
genera. Quidam enim sunt valde spiri-
tuales et ideo de aliis multo iudicant
de quibus dicitur 1 Corinthiorum 2 Spiritualis
autem homo iudicat omnia et ipse
a nemine iudicatur. Isti assumuntur
inter ordines thronorum. Gregorius.
Sunt nonnulli qui dum sibi metipsis
vigilanti cura dominantur dum se vi-
gilanti cura discuciunt divino timo-
re inherentes hoc in munere virtu-
tis accipiunt ut iudicare et alios recte
possint quorum contemplationi mentibus
divina dum contemplatio presto est in
hiis velud de throno suo dominus
presidens aliorum facta examinat. Quo
ergo isti nisi throni sui conditoris
sunt. Quidam sunt dei et pro-
ximi caritate flagrantes. Isti
assumuntur inter ordines cherubin.
Gregorius. Sunt nonnulli qui tanto
dei et proximi dilectione pleni
sunt ut cherubim iure nominentur
quia cum plenitudo legis est caritas

Quia ergo qui dei et proximi cari-
tate ceteris amplius pleni sunt meri-
torum suorum sortem inter cherubin
reperiunt. Quidam sunt valde
in ignem amoris sui et in solo
conditoris desiderio anhelantes isti
sunt qui assumuntur inter ordinem
seraphin. Gregorius. Sunt nonnulli qui
superne contemplationis facibus
accensi in solo conditoris sui desi-
derio anhelant nichil itaque in hoc
mundo cupiunt solo eternitatis amore
pascuntur terrena queque abiciunt
cuncta temporalia mente transcendunt
amant et ardent atque in ipso amore
requiescunt amando ardent et lo-
quendo alios accendunt et quos
verbo tangunt ardere protinus in dei
amore faciunt. Quid ergo istos
nisi seraphin dixerim quorum
cor in ignem conversum lucet et urit
quia mentes proximorum ad superna
lucent et compungendo in fleti-
bus rubiginem viciorum purgant.
Qui ergo ita ad amorem conditoris
sui inflammati sunt quo nisi inter
seraphin numerum sortem sue vocationis
acceperunt. Et subdit Gregorius. Videte
in medio horum agminum que breviter
tangendo perstrinximus sortem vestre
vocationis invenitis. Ve autem anime
que in se de hiis bonis que nominavimus
nichil recognoscit ei quod deterius
est que se privatam bonis hiis in-
telligit et nequaquam gemit. Quisquis
talis est fratres mei gemendum est
valde quia non gemit. Potest aliter
assignari horum ordinum distinctio
et nominum ad ipsos assumptio.
Angeli enim comparationem habent ad summum
primus ad summum intimius ad summum
inferius ad summum superius .i. ad deum
in quo est summa bonitas summa
veritas et summa tranquillitas. Cum
ergo totaliter se convertunt ad deum
per amorem tanquam ad summam
bonitatem dicuntur seraphin qui

totaliter se convertunt per cognitionem
ad deum tanquam ad summam verita-
tem dicuntur cherubin qui totaliter
se convertunt per amorem boni et cog-
nitionem veri in deum per summam tran-
quillitatem dicuntur throni. Assu-
muntur autem ad ordinem seraphin illi
qui ardentissimo amore convertunt se
ad summam bonitatem. Ad ordinem
cherubin illi qui quidem est plene
per plenitudinem cognitionis convertunt
se ad summam veritatem. Ad ordi-
nem thronorum illi qui convertunt
se ad deum per cordis tranquillitatem.
Secundo angeli habent comparationem ad summum
intimius .i. ad seipsos secundum quod ipsi consti-
tuti sunt superpositi et rectores. Sunt
enim ipsorum regimine est super ange-
los bonos. Et hoc spectat ad domina-
tiones que influunt in inferioribus
secundum bonitates scilicet illuminationem
purgationem et perfectionem. Et de isto
ordine videtur fuisse ille angelus
de quo dicitur Apocalypsis 1 Qui clamat
et imperavit quatuor angelis quibus
datum est nocere terre et mari dicens
Nolite nocere terre et mari neque arbo-
ribus etc. Secundum est contra homines
malos et istud spectat ad principa-
tus. Et de isto ordine videtur
fuisse ille angelus qui Jacob appa-
ruit et Esau maliciam compescuit
ut habetur Genesis 32. Tertium est contra
angelos tenebrarum. Et hoc spec-
tat ad potestates. Et de isto ordine
videtur fuisse ille angelus qui catha-
tena draconem antiquum ligavit
ut habetur Apocalypsis 20. Assumuntur
autem ad dominationes qui sapienter
sciunt preesse dantes subditis illu-
minationem doctrine et impartientes eis
purgationem culpe et perfectionem gratie.
Assumuntur ad principatus qui sciunt
malos homines vincere non vindican-
do sed paciendo iuxta illud Ad Ro-
manos. Noli vinci a malo sed vince in
bono malum. Gregorius. Ille igitur ve-

pfectus est qui quia aliorum imperfectionem
impaciens non est/ Assumuntur ad po-
testates qui demones contra dei adiu-
torio sciunt vincere comprimere et suppla-
tare iuxta illud quod apostolus dicebat
Ro 16 deus autem pacis conterit satha
sub pedibus vestris velociter/ Tercio ipsi
angeli habent comparationem ad summum
infimus i. ad nos qui ministrent et
hoc aut in hiis que sunt naturam
sicut fuit illuminatio thobie et hoc spec-
tat ad virtutes aut in hiis que spec-
tant ad consilia et dei misteria occulta
et hoc spectat ad archangelos vnde
dictum est dan 8 Gabriel fac istum
intelligere visionem aut in hiis que
spectant ad dei precepta et que sunt
spe communia ut sunt operationes malas
defferre et nos custodire iuxta illud
thobie 12 quando orabas cum lacri-
mis etc Et illud spectat ad ange-
los iuxta illud ysaie 62 Super mu-
ros tuos ihrusalem etc Et hoc spectat
ad angelos Assumuntur aut ad virtu-
tes que sunt in caritate perfecta
in illa scilicet qua paratus est animam suam
pro amicis suis ponere/ hoc est enim
quia naturam se amat vitam alterius
plus quam seipsum solus enim non potest
homo cum corpus in hac vita se
extendere vel perficere ad archange-
los qui servant dei consilia ad an-
gelos qui servant dei precepta/ Cuius
aut deus dimiserit ista officiant
angelos qui servant dei precepta ipse
tamen omnia officia nouem ordinum
angelorum in se habet et operatur/
Sicut ostendit Bernardus 8 Deus
enim amat ut caritas nouit ut
maiestas tenetur ut salus operatur
ut virtus assistit et archangelus
reuelat ut lux/ visum qualiter
angelorum ordines distinguuntur
et qualiter ad ipsos homines assumun-
tur dicendum est qualiter mittuntur
Suspendo aut quod omnes mittantur
iuxta illud hebr 1 Omnes sunt

amministratorii spiritus/ dicendum est
tamen quod seraphym mittuntur ad cor-
dium inflammationem Et de ordine
erat ille angelus qui labia ysaie
prophete purgauit et inflammauit
de quo dicitur ys 6 Volauit ad me
vnus de seraphyn et in manu
eius calculus forcipe tulerat de al-
tari/ De isto etiam ordine videtur
esse ille angelus de quo dicitur Iud
6 Cuius summitate virge petram
tetigit et ignem excussit et car-
nes consumpsit Carina cum sum-
tati ardentes Iste duos quos
tangunt intendunt et omnes car-
nalitatem consumunt// Cherubin
mittuntur ad sacram erudicionem
hoc signatum est Apoc 10 in an-
gelo qui habebat librum in ma-
nu hoc signatum est etiam Apoc 8
vbi dicitur/ post hoc vidi alium an-
gelum descendentem de celo haben-
tem claritatem magnam et terra i-
luminata est a gloria eius Throni mi-
ttuntur ad iudicum informationem
habent enim iudices docere et in-
formare ut legem intelligant Actus
Accepistis legem in disposicione
angelorum ut malos obstinatos
ab omnibus per eq[u]itatem excludi
Mat 13 Exibunt angeli et se-
parabunt malos de medio iu-
storum et ut sinas suas malum
conferant Vnde dictum est ange-
li prelato Apoc 12 Mitte falcem
tuam acutam i. auctoritatem
et iurisdictionem tuam et vindemia
botros vinee terre quia matu-
rae sunt vue eius// Dominaciones mi-
ttuntur ad sensum sub dominacionibus subi-
cacionem hoc signatum est Gen 16
vbi angelus domini dixit agar an-
cille ut ad saram dominam suam rediret
et se sibi humiliaret// Virtutes mittuntur
ad miraculorum operationem hoc signa

Hoc signatum est in Raphaele in misterio Thobie iunioris deductionem pisces cuspit et patrem eius illuminavit / potestates mittuntur ad demonum et temptationum repressionem hoc signatum est Apocalipsis 20 in angelo qui cathenam suam demonem religavit / principatus mittuntur ad summi pontificis magistratus et regum instructionem hoc signatum est Dan. 10 ubi ponuntur tres principes persarum grecorum iudeorum / archangeli mittuntur ad singularum rectorum et eorum eruditionem et maiorem revelationem unde Gabriel archangelus zachariam pontificem de nativitate precursoris edocuit et incarnationem filii dei annunciavit / angeli mittuntur ad singularum personarum tuitionem et minorum revelationem et animarum deportationem Luce 16 scriptum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe etc.

Seraphim
Cherubim
Throni
Dominationes
Virtutes
Principatus
Potestates
Archangeli
Angeli

Angeli

Sermo nonus de festivitate angelorum sanctorum sequitur et tercia

Angeli eorum in celis semper vident faciem patris mei qui in celis est Matth. 18

In predictis verbis beati angeli describuntur quales sunt / quantum ad officium seu officii impositionem cum dicitur angeli secundo quales sunt quantum ad humilem subministrationem cum dicitur eorum scilicet parvulorum tercio quales sunt quantum ad felicem et beatam visionem cum dicitur semper vident faciem patris mei qui in celis est describuntur primo quantum ad officii impositionem in eo quod angeli nuncupantur iuxta illud Gregorii angelus est nomen officii non nature / est enim duplex officium scilicet contemplandi et operandi ad perfectionem autem contemplativam pertinent tria scilicet diligere cognoscere et cognito et dilecto quiescere et perfrui ex quorum excellentia igitur dilectionis dicuntur seraphim ex excellentia cognitionis cherubim quietis throni operari vero dicitur quis dupliciter vel imperando vel ministerium exequendo ad tres ordines pertinet imperium scilicet dominationes principatus et potestates dominationes enim habent potestatem ordinativam super angelos confirmatos in bono principatus super homines viatores in bonum et malum / potestates super angelos obstinatos in malo ad ministerium pertinet ad inferiores scilicet virtutes archangelos et angelos / virtutum est miracula facere archangeli dicti sunt ad enunciationem factorum excellentium angeli ad enunciationem minorum secundo describuntur angeli ab humili subministratione cum dicitur eorum scilicet parvulorum humilitas autem angelorum ostenditur magna ex quintuplici consideratione scilicet illorum qui ministrant loci ubi ministrant officii in quo ministrant status in quo homini ministrant ipsi autem qui ministrant sunt magni principes dei et tamen magna humilitas est quando tales principes nobis ministrare dignantur ps. prevenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuvencularum tympanistriarum a deo cum nobis libenter ministrant quod innuitur in suis obsequiis se prevenerunt ideo dicitur prevenerunt /

principes / Libenter autem ministrant deo gratis de suo ministerio affectibus Ideo dicitur Conuincti psallentibus / Libenter ministrant in dei amore feruentibus Ideo dicitur In medio iuuencularum i. feruentium animarum Sicut enim aqua tepida quodammodo est vetula Sic et aqua feruens quodammodo potest dici iuuencula / Libenter ministrant christum in corde portantibus Ideo dicitur tympanistriarum / per tympanum enim christus signatur in quo fuit [illegible] perita diuinitatis et pellis humanitatis Secundo humilitas angelorum est magna ex consideratione illorum quibus ministrant Cum enim angelus ministrat homini quasi aurum ministrat luto vili Nos enim quidem sumus valde inferiores eis quantum ad corpus et animam sicut dicit Augustinus in libro de natura boni Sicut autem aurum corruptum melius est quam argentum incorruptum et argentum corruptum melius est quam plumbum incorruptum Sic est corruptus quilibet spiritus melior est quam incorruptum corpus et hoc est propter simplicitatem nature spiritus / Sumus etiam inferiores eis quantum ad animam et hoc propter statum Unde dicit dominus de Johanne baptista Math. 11 Qui minor est in regno celorum maior est illo / Licet autem simus eis inferiores tamen nos custodiunt et in nostro principio i. in natiuitate / et in nostro medio i. in vita / et in nostro ultimo i. in morte Judith 13 Custodiuit me angelus eius et hinc euntem quantum ad natiuitatem per quam homo venit in mundum et ibi commorantem quantum ad vitam et inde reuertentem quantum ad mortem per quam homo in patriam celestem reuertitur / Tertio humilitas eorum est magna ex parte loci ubi ministrant quia scilicet in mundo quasi in stabulo Zach. 1 Quam grauiter reputaret in celo quos tam grauiter dispu-tant in sterquilinio Non enim nobiscum dedignantur stare in stabulo quod est propter fructum quem sepe

a demonibus vulnerata in hoc stabulo auant ministerio angelorum sicut patet luce 10 In illo vulnerato qui in stabulo est curatus Cum propter exemplum quia scilicet dominus nascens non est dedignatus in stabulo poni et in presepio reclinari sicut habetur luce 2 Cum etiam propter consortium quia scilicet in hoc stabulo sancti viri consocii angelorum futuri et ideo non dedignantur cum eis sunt comitibus stare sancti angeli quorum etiam consortium non dedignatur dominus angelorum Math. 18 ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum / Quarto humilitas eorum est magna ex parte officii in quo fuerunt quia scilicet animas electorum in celum deportant Hec autem deportatio fit in signum fiducie ut scilicet ex hoc detur intelligi quod secure sunt electorum cum de hac vita exeunt et in celum ascendunt cum tales defensores et portatores habere merentur psalmus Angelis suis deus mandauit de te et in manibus portabunt te ne forte offendas etc. Fit etiam in signum reuerentie sicut cum aliquando episcopi portantur non propter indigentiam sed propter reuerentiam Sic et angeli dicuntur portare animas electorum non ratione necessitatis uel indigentie sed in signum honoris et reuerentie Anima enim cuiuslibet electi a carne soluta et a peccato purgata cum sit subtilis nature in celum ascendere posset sine adiutorio angelorum Sed tamen angeli ipsas animas deportant ut eis reuerentiam et honorem exhibeant Sic honorare voluerunt animam illius mendici in hoc mundo despecti luce 16 Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe / Fit etiam illa portatio in signum laudis et letitie sicut cum aliquando socius in itinere constitutus dicitur aliquando

...portare non sunt grauati sed
...nis solaciis et cantilenis Sicut
... angeli animas sanctorum depor-
...ce dicuntur quia ante eas dul-
...ter iubilant et cum laudibus
... cantilenis usque in celum asport-
...ant ys. 55 In leticia egrediemini
... in pace deducemini montes
... maiores angeli / et colles i.
... minores animas sanctorum
...m canticis et laudibus in ce-
...m deducent Tercio utilitas
...orum est magna ex parte homi-
...atus in quo ei ministrant quia
...am in statu peccati ipsum peccatorem
...o derelinquunt sed adhuc eum
...ustodiunt Quia si angelus pecca-
...em non custodiret demones ipsum
...uffocaret Et licet dicant angeli
...uraumus babilonem et non est
...nata derelinquamus eam tamen non est
...ntelligendum quod peccatores penitus
...relinquant sed quod non ita eos
...beant custodiant Quartus autem
...x parte angelorum magna humili-
...as videatur quod pueris ministrent
...) post cristi incarnacionem iam non
...putant sibi ... humilitate sed
...d multum honorem quia sumus
...ribus domini ... cum homo ab-
...ret cristo quam angelus Quod
...bus modis ostendi potest primo
...ma deus angelum de progenie
...m fecit cum scilicet ipsum ad ymaginem
...t similitudinem suam creauit Ho-
...minem vero fecit de progenie sua
...m ad ymaginem et similitudinem
...mulit cum fecit unde dicit
...aulus actus 17 ipsius enim et genus
...mus et tandem fecit de progenie
...ra cum scilicet verbum caro factum est
...eo dicitur hebreorum i. nusquam enim an-
...los apprehendit semen abrahe
...apprehendit / Secundo quia angelus attinet
...risto tamen ex parte patris sed homo
attinet cristo ex parte patris sicut
et angelus Et ex parte matris quia
mater cristi fuit soror nostra scilicet virgo
beata / Tercio quia deus contraxit pa-
rentelam cum angelo solummodo dando
quantum scilicet filiam suam i. ymaginem
suam sibi dedit Cum homine vero
contraxit dando filiam suam et re-
cipiendo sororem nostram i. humanam
naturam Tercio describuntur angeli a
beata et felici visione Cum dicitur
Semper vident faciem patris mei qui
in celis est Ipsi cum angeli vident
et semper vident faciem patris videt
et in celis vident / De quibus verbis
datur intelligi quod angeli in ipsa dei
visione habent quatuor beatitudi-
nes Primo habent claritatem Cum
dicitur vident cherubin Quando enim quod
non videant qui videntem omnia
vident Propter hanc claritatem osten-
dendam triplici denominantur
scilicet luna sedes radiantes specula
pura a dyonisio Et astra matu-
tina a dicto / Sicut dicitur Job 38
Angeli cum dicuntur lunari aut per
comparacionem ad nos qui diuinas illumina-
ciones quas a deo recipiunt ad
nos refundunt et sic dicuntur
luna seda / Sunt per comparacionem ad se
ipsos quia non solum dona gratuita
sed eciam naturalia habent lucidissima
et clarissima a deo / ut eciam de
angelis malis dicat dyonisius data
eis angelica dona scilicet naturalia
nequaquam mutata esse dicimus
sed sunt in eis integra et splen-
didissima Et quantum ad hoc ange-
li dicuntur specula pura Sunt per
comparacionem ad deum in quo omnia
clare cognoscunt Et quantum
ad hoc astra dicuntur matutina
Ipsi cum non solum cognoscunt omnia
in propriis generibus cognicione vespertina

Sed cum in vespera cognitione matutina
Sedeo in ipsa dei visione habet con-
tinuitatem. Cum dicatur semper coram
eius visio nullam habet interpolla-
tionem sed quamquam mittuntur semper dei fa-
ciem contemplantur. Unde Augustinus
de diuinis nominibus distinguit tripli-
cem motum ipsorum angelorum scilicet
circularem rectum et obliquum. Circulari
quidem motu mouentur cum ad deum
mouentur. Recto autem quo ad nos mit-
tuntur. Obliquo vero qui ex circulari et
recto componitur. Moueri dicuntur quando
et nos videt et in deo immobiles
manent. Sunt ad nos cum mouentur
ut a deo nuncii mittuntur. Tercio habent
ardentissimam caritatem. Cum dicatur
faciem patris mei. Illa enim facies per
nimia sui pulchritudine ardenti-
ssimo amore diligitur a beatis. Unde
propter istum ardorem significandum ipsi an-
geli quadrupliciter nominantur. Dicuntur
enim ardores sempiterni. ys. 33. Quis
ex vobis habitare poterit cum ardo-
ribus sempiternis. Dicuntur lapides
igniti. Ezech. 28. In medio lapi-
dum ignitorum ambulasti. Dicuntur
carbones accensi. proverbia. Carbones
succensi sunt ab eo. Dicuntur sa-
gitte acute potentis dei. psalmus.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi etc. Sagitte potentis acute
cum carbonibus desolatoriis. i.
volo quod detur michi custodia an-
gelorum qui sunt sagitte penetran-
tes et carbones succendentes.
Ideo autem hec quadruplici nomine
designantur. Quia sicut dicit dionysius
loquens de Seraphim ipsi habent
amorem indeficientem calidum
superfluidum et acutum. Habent
quidem amorem indeficientem
quia ipsorum amor per nullo unquam
fine concluditur. Et quantum ad hoc
dicuntur ardores sempiterni. Habent
amorem calidum quia feruentissime
deum diligunt et quantum ad hoc di-
cuntur lapides igniti. Habent amo-
rem calidum et nunquam tepescunt sed
semper inardescunt. Et quantum ad
hoc dicuntur carbones accensi. Habent
amorem acutum quia vis amoris
ipsorum intrat et penetrat usque ad
rem amatam. Et quantum ad hoc di-
cuntur sagitte acute potentis dei.
A deo quidem est amor ipsorum potens
quod usque ad interiora cubiculi penetrat
et sponsi archana subtiliter investi-
gant. Quarto habent in hiis plenam
securitatem. Cum dicatur in celis etc.
Enim que in celis sunt tuta et secura
sunt propter eorum visionem dei. Augu-
stinus super hoc ponit triplicem declara-
tionem thesaurum. Si enim deus michi
lapidem preciosum tradiderit eo possum
aut si sponte perdo aut tu qui de-
disti repetis et tollis aut si aliquis
aufert violenter ut predo fraudulenter
et latro. Sed sancti angeli nunquam dei
visionem sponte dimittunt sed fortiter
tenent et obtinent. Tenens eum
nisi sit insanus illud sponte dimittere
quo conspicit beatus fit. Deus qui
ipsos ad suam visionem recepit nunquam
eos eicit seu eiciet. Joh. 6. Eum
qui venit ad me non eiciam foras.
Nec demon aliquis violenter aut fraudulenter
ab eis aufert. Math. 7. Thesaurizate
vobis thesauros in celo ubi fures
non effodiunt quantum ad violenciam
nec furantur quantum ad fraudulenciam.
Demon aliquis enim est fur violentus cum
rapit et est fur fraudulentus
cum fraudulenter decipit. Istam similitudinem
ponit Crisostomus super Mattheum. Certe ita ce-
ciderunt nunquam illud bonum eis defuturum
sicut certi erunt se non suum sponte
illud amissuros nec dilectorem eorum deum
illud dilectoribus suis ablaturum
nec aliud deo potencius inventum
iri eum et illos separaturum etc.

Sequitur sermo primus de sancto Jeronimo

[I]psum deduxit dominus per vias
rectas. Ipsum sumptum est de libro
Sap. 10 ubi inter multa alia dicitur
in commendationem sapientie: Hec profugum
ire fratris deduxit per vias rectas
et est dictum specialiter de Jacob iram
fratris sui Esau fugiente. Potest autem con-
venienter dici de beato Jeronimo qui
iustus fuit quia propter amorem
Christi parentes suos et omnia sua
reliquit. prima s[ecundo] cum negligit
imperium propter amicum qui iustus est
... cum quorundam emulorum suorum
... fugiens Romam reliquit
... mare transivit et in illa via ipsius
... custodivit. Possumus autem dicere
ipse quatuor vias fecit per quas
... dominus custodivit sive duxit et
... in omnibus conservavit. Prima est
... de oppido Stridonis quod est inter
Dalmatiam et Pannoniam in qua
natus fuit Romam in adolescentia
venit. Secunda qua de Roma Constanti-
nopolim adiit. Tertia qua de Constanti-
nopoli Syriam petens desertum
petivit. Quarta quia de deserto red-
iens ad Bethleem oppidum remeavit.
In prima vero via scilicet qua Romam
venit divina sapientia ipsum duxit
et custodivit. Ibi enim adeptus est
... scientiam magnam perfectione
magnam promotionem magnam passus
... mundis persecutionem et magnam
a deo flagellationem. Magnam quippe
perfectionem enim scientiarum ibi ac-
quisivit qui in grammatica magistrum
habuit Donatum, in rethorica Victo-
rinum, qui tante fame et sapientie
extitit quod per beatum simplicianum
ad fidem pari modo quo ipse fuit
conversus fuit ut refert Augustinus in libro confessionum. Ibi
etiam assecutus est magnam promotionem
quia cum esset 29 annorum in Roma
cardinalis presbyter est ordinatus
et mortuus papa dignus summo pon-
tificio ab omnibus acclamabatur. Ibi etiam

passus est ab emulis magnam per-
secutionem. Cum enim quorundam cleri-
corum et monachorum vitam reprehenderet
ei insidias paraverunt et per vestem
muliebrem ut dicit Johannes Beleth
sibi turpiter illuserunt. Unde de ipso
dicit Severus Sulpitius Martini dis-
cipulus in dyalogo suo sancto Jeronimo
iugis adversum malos erat pugna
perpetuumque certamen. Oderunt eum
clerici quia eorum vitam insectatur
et crimina. Sed plane omnes boni eum
mirantur et diligunt. Istas autem
persecutiones ferebat constanter unde ipse ait
ad Asellam: Gratias ago Deo quia
dignus sum quem odiat mundus.
Ferebat patienter unde dicit ad Asellam
me iactavit. Sed scio ad regnum celorum
pervenire per infamiam et bonam famam.
Ferebat desideranter unde dicebat
utinam ob dominum meum nomen atque insti-
tiam universa me infidelium turba
persequatur. utinam in opprobrium meum
solidius consurgat seculum. Tantum
tantum ut merear a Christo laudari
et sue pollicitationis sperare mer-
cedem. grata itaque et desideranda
temptatio est cuius premium a Christo
speratur nec maledictio gravis est que
divina laude mutatur. Ideo autem
ferebat istas persecutiones tam patien-
ter tam constanter tam desideranter
quia sciebat verum christianum per-
secutionem non pati et timuit maiorem
oppugnari si te oppugnari non
sentis. Ibi etiam passus est a deo
magnam flagellationem. Cum quidam
tum ad Quadragesimam venisset libros
seculares nimis ardenter legebat
et quia ad quatuor ibi peccabat
primo quia sic toto tempore tali
lectioni dabat quia de die Tullium
de nocte Platonem legebat. Secundo quia
habebat quod sacras litteras tempus
modicum impendebat. Secundo

lecturus tullium ieiunabat lecturus
evangelium non abstinebat unde
ipse dicit in epistola ad Eustachium
Cum ante plurimos domo parentibus
sorore cognatis et quod hiis diffi-
cilius est consuetudine lautioris
me castrassem/ miser ego lectu-
rus tullium ieiunabat Tertio quia
post lacrimas primo legebat libros
seculares sicque cum potius tunc
sacri libri essent legendi unde
ipse dicit ibidem post nocturnas crebras
vigilias legebat post potorum lac-
rimas plato sumebatur in manibus,
Quarto quia stilum sacre scripture
vilipendebat unde ait ibidem
Si quando prophetas legere cepissem
horrebat sermo incultus. Deo
dum gravi infirmitate sit cum
percussit ut membra ossibus vix
haberent Et sicut in eadem epistola
refert cum exequie pararentur
subito in spiritu ad tribunal iudi-
cis est perductus ubi tanta clari-
tas radiabat ut ipse instratus pro-
iectus sursum aspicere non auderet
Interrogatus autem conditionis esset
cristianum se esse respondebat
Et iudex mentiris ait Ciceronista
nes es et iussus est graviter verbe-
rari et inter verbera ille cepit cum
gemitu et clamare miserere mei
domine miserere mei tunc tandem
qui astabant procidentes ad genua iudi-
cis provoluti rogabant ut ado-
lescentie et errori veniam daret
Ipse vero iurare cepit et dicere domine
si umquam libros seculares habuero
si legero te negavi qui hec
verba dimissus et ad seipsum
reversus invenit se totum lacrimis
infusum esse scapulas lividas
ex plagis quas receperat sic hic/
De cetero autem Jeronimus libros secu-
lares non legit sed in hiis que
in memoria retinebat aut

que in scripturis seu in scriptu-
ris aliis referebat unde ipse
dicit super epistolam ad Galla[tas] plus
quam viginti quinque anni sunt ex quo
numquam in manibus seu in manu
meus gentilium litterarum quilibet
auctor ascendit sed si quid for-
tassis [illegible] obrepit dum lo-
quimur velut antiqui per nebulam
sompni recordamur Tertia via est
qua Constantinopolim est profectus
volens cum emulis suis locum
dare Romam reliquit et ad Gregorium
Nazanzenum Constantinopolitane
urbis Episcopum venit ut qui magistro-
rum fuerat eius discipulus in
scripturis sacris efficitur et abe-
dicitur Dicit autem ille Gregorius qui
maxime in duobus eminebat
scilicet in plenitudine sapientie et in mundi-
cia et puritate vite unde refert
de eo Ruffinus presbiter aquileiensis
in prologo super librum apolo-
geticum de Gregorio greco in latinum
transtulit Quod cum Gregorius philosophie
studiis apud athenas floreret
vidit per soporem sedenti sibi et
legenti a dextra et leva duas
formosas feminas consedisse quas
ille oculo torvo respiciens que-
namque essent et quid sibi vellent
percunctabatur at ille familiarius
cum respicientem amplectentes
aiunt ne moleste accipias iuvenis
nota tibi satis et familiares
sumus altera enim ex nobis sapientia
altera castitas dicitur et misse sumus
a domino tecum habitare quia nobis
gratum et mundum in tuo corde
habitaculum preparasti Et quia Gregorius
magister Jeronimi ista duo scilicet sa-
pientiam et mundiciam habuit Ideo
Jeronimus ista duo ab eo didicit
et fuit cum omni sapientia plenus
unde dicit de eo Sanctus Severus
Jeronimus pater fidei nutu dei

quod studium non solum latinis litteris
sed grecis sed etiam hebraicis ita
instructus fuit ut se illi in omni
via nemo audeat comparare Fuit
etiam multa castitate et munditia
decoratus fuit etiam virgo sicut in cuius
legenda habetur et quamuis ipse di-
cit in epistola ad pammachium virgini-
tatem in celo efferre non quia ha-
beo sed quia magis mirer quod non
habeo credit tamen quod de humilitate
hoc dixit et ideo vel se virgini-
tatem habere non reputabat quia
carnis incentiua sepe perpessus
fuerat unde ipse ait in epistola ad
rusticum monachum Ne nobis
in quo tacens concupiscencie tactibus
irritamur Item etiam dicit contra
Iouinianum illa virginitas hostia
christi est cuius nec mentem cogi-
tacio nec carnem libido macu-
lauit Ex quibus verbis satis
est colligi ex quo sensu dixit
se virginitatem non habere Tandem
postquam a constantinopoli in syriam
profectus ubi heremum petiit et
ibi per quatuor annos in arctissima
vita se afflixit sicut ostendit
in epistola ad Eustochium habuit
enim ibi durum certamen unde ait
Quociens constitutus in illa vasta
solitudine que exusta solis ardo-
ribus horrendum monachis pre-
stat habitaculum putaui me ro-
manis interesse delicijs Habuit
durum certamen unde ait horrebant
sacco membra deformia squalida
cutis situm ethiopice carnis addu-
xerat Habuit durum bellum unde
subdit Si quando repugnantem sompnus
imminens oppressisset nuda humo
vix ossa herencia collidebam Habuit
durum cibum et potum de cibo uero
et potu taceo cum etiam languentes
utantur aqua frigida et coctum
aliquid accepisse luxurie sit
Et tamen post ista omnia tam grauia

que vir sanctus sibi inferebat adhuc
in corpore suo carnis desideria
senciebat unde subdit Ille igitur
ego qui ob gehenne metum tali me
carcere dampnaueram scorpionum
tantum socius et ferarum sepe choris
intereram puellarum pallebant ora
ieiunijs et mens desiderijs
estuabat et in frigido corpore sola
libidinum incendia pullulabant
Sed tamen vir sanctus ita carnis
desideria per quatuor remedia
refrenabat sicut in eadem epistola
ostendit Refrenabat quidem per
lacrimosam et continuam oracionem
unde dicit Itaque omni auxilio
destitutus ad ihesu pedes iacebam
pedes rigabam lacrimis crinibus
tergebam Memini me diem crebro
iunxisse cum nocte nec prius
a pectoris cessasse verberibus quam
a domino rediret tranquillitas Re-
frenabat per carnis diutinam
maceracionem unde dicit repugnantem
carnem ebdomadarum inedia sub-
igebat Refrenabat per scriptu-
rarum feruentem amorem unde
quod in se expertus fuerat rusticum
monachum docebat dicens Ama
scienciam scripturarum et carnis
vicia non amabis Refrenabat
per laborum utilium occupacionem
unde ait ad rusticum monachum
Dum essem iuuenis inquit
et incentiua viciorum crebris
ieiunijs frangerem mens tamen
cogitacionibus estuabat Ad quam
domandam cuidam qui ex hebre-
is crediderat me in disciplinam
tradidi ut discerem hebraicum
alphabetum Quid ibi laboris
ibi sustinuerim testis est conscientia
eorum qui mecum duxerunt vitam
Quam utilis autem sit occupacio
ad concupiscentiam domandam

ipse ostendit ad rusticum monachum
scribens quod cum quidam monachus
adolescens nulla abstinentia flam-
mam carnis posset extinguere
abbas eiusdem viri gratiam perspexit
ut contentiosus cum sepe impeteret
per iurgationem iniuriam ipse ad
querimoniam veniret prius et per se
testes induceret abbas vero
ne in deputationem caderet eum taliter
defendebat Completo anno inter-
rogatus adolescens super cogitationibus
pristinis pape inquit vivere non licet
et fornicari licet per quod vero
Jeronimus sic carnem maceraverit
et lacrimas fundebat compunctiones
miserabiles sentiebat unde
ait in quadam epistola Et ut mi-
chi testis est deus post multas
lacrimas post celo oculis inherentes
interdum michi videbar agminibus ange-
lorum interesse Et narrata
via est quia post ea propriam ad
bethleem oppidum remeavit ubi
monasterium construxit et multos ibi
discipulos congregavit In quo quidem
monasterio per quinquaginta sex
annos totam vitam suam circa
quattuor ad dei honorem expendit
primo videlicet circa scripturarum studium
interpretationem et expositionem unde
ait in libro de viris illustribus
Ego quidem unum grece testimonium
vidi audivi vetus quod iuxta veri-
tatem hebraicam transtuli plura
alia scripsi et transtuli Augustinus
contra Julianum virum contempnendum
arbitratur sanctum Jeronimum qui greco
hebraico et latino eruditus elo-
quio ad orientalem ecclesiam
transiens locis sanctis et litteris sacris
usque ad etatem decrepitam vixit
cuius nos eloquium ab oriente in
occidentem instar solis lampadis
resplenduit ysidorus in quodam libro
Ethimologiarum de eo sic dicit Jeronimus
trium linguarum peritus extitit cuius
interpretatio ceteris anteferatur quia
et verborum tenacior est et perspicuitate
sententie clarior atque ut pote a cristia-
no interprete verior Secundo circa hospi-
talitatem susceptam unde ait contra
Julianum ceterum in monasterio hospi-
talitatem exercere intendimus
et omnes ad nos venientes preter
solos hereticos leta fronte suscipimus
atque venientibus pedes abluimus
nec mirum si homines hospitio
suscipiebat qui etiam animalia recipi-
ebat Cum enim quadam die leo
claudicans claustrum in-
gressus fuisset et ceteri fugerent sanctus
Jeronimus eidem velud hospiti obviat
leo autem pedem lesi pedis sibi obtulit
plantam ille autem lesus pedem
ablui faciens et vulneratum a sordi-
bus inveniens cum curari fecit
Qui omni feritate deposita inter
eos velud domesticum animal moratur
Cui etiam asinum in custodiam
dederunt et ipse eum ad pastum du-
cebat et incolumem reducebat
Tertio circa carnis sui macerationem
tanta quidem lentitudine premitur
labore in ieiunando scribendo et
orando fatigatus est ut in stratu
suo iacens funiculo ad trabem
suspenso suppinis manibus erigeret
ut officium monasterii prout poterat
exequeretur Quarto circa officii ecclesiastici
ordinationem Cum enim ut ait Johannes
beleth in ecclesia unusquisque ca-
neret quod vellet theodosius impera-
tor damasum papam rogavit
ut ipsum officium faceret ordinari Qui
sciens Jeronimum in omni sapientia per-
fectum eidem commisit ipsum officium
ordinandi ipse igitur psalterium
per ferias distribuit et unicuique

zic noct(ur)ni a(n)t(i)ph(on)as assignavit et
in ille v(er)siculus tam beatus sc(ilicet)
gloria patri et filio (et) s(piritu)i s(an)c(t)o cu(m) a(n)i
(que)modo editus fuisset. Non dum
tamen qualit(er) et quid dici debat
licerat ordinatum. Ideo Jeronimus
et in fine cuiusl(ibet) ps(alm)i ... diceretur
instante sp(irit)u s(an)c(t)o statuit ep(isto)las
(que) et ewangelia per an(n)i circulu(m)
decantanda. Ceteru(m) q(uia) ad officiu(m)
p(er)tinenda p(er)tz cantu(m) p(ro)vide ordi(na)t
nu(m) aut(em) officiu(m) totalit(er) ordinatum
ad damasum papam misit q(uod) ille
valde approbans ab o(mn)ib(us) recipiendu(m)
eccl(es)ia demandavit. Hunc v(er)siculus
ille Gl(or)ia p(at)ri et filio et sp(irit)ui s(an)c(t)o
de quo supra dictu(m) est cu(m) multa
devocione est dicendus et tunc
debemus nos inclinare et s(an)c(t)e
t(ri)nitati reverentia(m) exhibe(re). Legitur
Cistercien(sis). Erat quida(m) monachus
legit(ur) q(uod) in quodam monasterio Cisterci-
ensi. Erat quidam monachus ma-
gne p(er)fectionis et vite qui eciam
in statu v(ir)ginem dei genitricem
mariam devocione nimia afficie-
batur. Quodam igit(ur) die dum
officiu(m) solemnit(er) fieret et ip(s)e in choro
cum aliis psalleret vidit ip(s)am b(ea)tam
v(ir)ginem de altari cum magno sple-
dore p(ro)cede(re) et cum ille v(er)siculus
sc(ilicet) Gl(or)ia p(at)ri et filio (et) a monachis
dic(eretu)r illa subsistit et p(ro)funde usq(ue)
ad finem v(er)siculi inclinavit. Quia
cum dictus monachus cum sic
inclinasset se interogar(et) [illegible] et illa re-
spondit. Quando v(er)siculus ille ab
eccl(es)ia dicit(ur) Ego et om(ne)s angeli
in celo inclinam(us) et s(an)c(t)i exhibemus
reverentiam t(ri)nitati. Et sic beatus
Jeronimus in (h)iis quatuor modis totam
suam vitam co(m)plevit et co(m)pletis an-
nis nonaginta octo et mensibus
sex de via ad patria(m) est p(ro)fect(us).

Sermo secundus de s(ancto) Jeronimo

Ecce quam bonum et quam iocun-
dum habitare fr(atr)es in unum
sicut unguentu(m) in capite (et)c(etera).
Sup(ra) q(ue) in(n)uit locu(m) sic dicit b(ea)tus Jeronimus
Iste v(er)sus velud dulcis sonus
et psalmus melodis toti orbi noti-
ssimus ut tuba sp(irit)us sancti divi-
sos corpore congregavit in unum
in mo(na)steria plurima p(er)pepit. Quia vo(ro)
b(ea)tus Jeronimus fuit religiosus et
ideo iste ps(alm)us de eo conveniens
de eo p(otes)t exponi. Pondus autem
q(uod) ip(s)e fuit monachus p(er)fectus
et q(ua)ntu(m) ad hoc sibi convenit quod
dicit(ur) Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fr(atr)es in unum.
Fuit cardinalis reverendus et q(uan)tu(m)
ad hoc sibi convenit q(uod) sequit(ur) Sicut
unguentu(m) in capite q(uod) descendit (et)c(etera).
Fuit doctor egregius et q(ua)ntu(m)
ad hoc sibi convenit quod subdit(ur)
Q(uonia)m illuc mandavit d(omi)n(u)s benedictione(m)
et vitam usq(ue) in seculum. Primu(m)
igit(ur) fuit monachus et religiosus
sibi convenit q(uod) dicit(ur) Ecce qua(m) bonu(m) (et)c(etera).
Tria aut(em) sunt que faciunt monachos
esse p(er)fectos que in isto p(ri)mo v(er)su
notant(ur) sc(ilicet) vite bonitas sive s(an)c(t)itas
cum dicit(ur) Ecce qua(m) bonu(m) a(n)i(m)e vitis
iocunditas cum dicit(ur) Et quam
iocundum. Et cordium unitas cu(m)
dicit(ur) habitare fr(atr)es in unum. Quando
aut(em) in ip(s)a religione est bonitas
sive s(an)c(t)itas tunc ip(s)a religio est
deo gratum habitaculum. Ait Jeronimus
Ubi sunt duo vel tres congregati in
nomine meo ibi sum in medio eo(rum).
Duo dicit (Christu)s, geminam caritatem
tres addit (Christu)s t(ri)nitatis [illegible]
immobilitatem seu immobilem
fidem. Est angelis magnum sola-
ciu(m) p(ro)pt(er) hos p(ro)venerunt p(ri)ncipes coniuncti
psallentibus i(d est) religiosis deum
laudantibus in medio et iuvencularum
i(d est) ancillarum de quibus dicit(ur) in ps(alm)o

Reuelabitur ut aquile iuuentus tua
tympanistriarum .i. corporum mortifi-
catorum qui pellem carnis sue
macerando extendunt Et homo
magnum prodium prouerbiorum xxviii° fra-
ter qui adiuuatur a fratre quasi ciuitas
firma Eccl. 3 melius est esse
duobus simul quam uni habent
enim emolumentum societatis sue
Est diabolo magnum tormentum unde
dicitur de congregatione bonorum Cant.
vi° Terribilis ut castrorum acies
ordinata Iocunditas autem in uiris
religiosis causatur a consciencia tuta
prouerbiorum 17 Secura mens quasi
iuge conuiuium 2 Cor. 1 Gloria
nostra hec est testimonium consciencie
nostre Causatur a spe eterna Ro. xii
Spe gaudentes Ideo propheta habens
hanc spem gaudendo dicebat Le-
tatus sum in hiis que dicta sunt
michi etc. Causatur a societate con-
traria mundi unde Seruilius sine so-
cio iocunda possessio est Unde
poeta Dives est mendicus cui non
est ullus amicus Ideo dicitur Eccl. 25
In tribus placitum est spiritui meo que
sunt probata coram deo et hominibus
Concordia fratrum et amor proximorum
et uir et mulier bene sibi consencien-
tes Tunc enim grata est societas
quando fratres inter se habent con-
cordem ac pacificam conuersacionem
et mutuam ueram dileccionem Ideo
dicitur concordia fratrum et amor
proximorum Et quando prelati ad sub-
ditos habent magnam beniuolen-
ciam et subditi ad prelatos mag-
nam reuerenciam Et ideo sub-
ditur Et uir .i. prelatus et mulier
.i. subditus sibi bene consencien-
tes Causatur a spiritu sancto infu-
sa gratia psalmus Fluminis impetus
letificat ciuitatem dei religionem
dei De isto flumine religionem

irrigantem dicitur Apoc. 12 Ostendit
michi flumen aque uiue splendi-
dum tanquam cristallum procedentem
de sede dei et agni in medio pla-
tee eius Ex quibus uerbis habetur
quod spiritus sanctus in religione nichil
dimittit esse aridum Ideo dicitur
flumen nil mortuum Ideo dicitur
aque uiue Nichil turbulentum
Ideo dicitur splendidum tanquam cri-
stallum Nichil neglectum uel securum
Et ideo dicitur Quia procedit de sede
dei que est sedes iusticie et sedes
agni que est sedes misericordie
Nichil singulare uel proprium
Et ideo non fluit per diuiticula
uel per angulos sed per medium
platee Quia in religione non
debent esse aliqua singularia sed
omnia debent esse communia Unitas
autem in religione causatur ex ca-
ritate multa diuisionum et discordia-
rum inde aufertur et hoc propter uotum
paupertatis obediencie et castitatis
diuisiones enim et discordie sepe
causantur propter auariciam j thi. 6
Radix omnium malorum est cupiditas
Ideo dicit Seneca Quietissimam
uitam ducerent homines si de medio
tollerentur meum et tuum et esset meum
et uestrum Causatur ex superbia
prouerbiorum 13 Inter superbos semper iurgia
sunt Causatur ex carnali concupis-
centia Iacobi iiii° Unde bella et lites
in uobis nonne ex concupiscentiis
uestris que militant in membris
uestris In religione autem est uotum
paupertatis uoluntarie Et ideo non
debet ibi esse aliqua diuisio que
procedat ex radice auaricie Et uotum
obediencie Et ideo non debet ibi
esse aliqua diuisio que procedat
ex radice superbie Et est uotum ca-
stitatis et ideo non debet ibi esse
aliqua diuisio que procedat ex radi-
ce carnalis concupiscencie Istam
unitatem beatus Iacobus habuit

quia et paupertatem elegit et virgi-
nitatem tenuit et castitate fruatur
Ideo fuit cardinalis venerandus et
quantum ad hoc sibi convenit Quod di-
citur unguentum in capite et caput
quidem est summus pontifex in quo
capite est unguentum .i. auctoritatis
et universale dominium Et dicitur aucto-
ritas prelatorum unguentum quia unguentum
quoddam est dulcoratiuum quoddam est
mortificatiuum Et utrumque est sanatiuum
Sic et potestas prelatorum debet esse dul-
coratiua quo ad bonos mortifica-
tiua quo ad malos et sanatiua
quo ad omnes Quia secundum beatum
Augustinum sine placendo sine ag-
noscendo hoc solum bene agitur
ut vita bonorum corrigatur Habet autem
istud caput barbam vestimentum
et horam vestimenti / Per barbam
que est iuxta caput significantur car-
dinales iuxta summum pontificem aliis
prelatis viciniores Est autem barba
indicium discretionis quia indicat
esse virum non mulierem in quo viget
discretio maturitatis virilitatis et
alacritatis Unde dicit Glosa ibidem
Quod descendit in barbam etiam
fortes strenuos alacres que barba
signat que indicium virilitatis Ideo
cum fortem describimus dicimus barba-
tus est Ipsi igitur instar barbe
in causis sibi commissis debent
esse valde discreti in discreta
causarum examinatione / valde ma-
turi in equitatis matura ponde-
ratione / valde viles in ponderatis
potenti diffinitione et executione
valde alacres et benigna exhor-
tatione ut illos quos preunit benigne
ad primam exhortantur Et capite
igitur primo fluit unguentum in bar-
bam quia auctoritas summi pontifi-
cis primo redundat in ipsis deinde fluit
in vestimentum .i. in alios prelatos
qui post sunt maiores postremo in
horam vestimenti .i. in prelatos mi-
nores et inferiores Et quia beatus
Ieronimus fuit cardinalis ideo fuit
barba summi pontificis in quem
fluxit unguentum auctoritatis
et iurisdictionis Sunt enim presbiteri
cardinales Cardinalium enim quidam
sunt episcopi quidam presbiteri quidam
dyaconi Ecclesia enim militans facta
est ad exemplar ecclesie triumphantis
iuxta illud Heb. viii. Vide inquit
omnia facito secundum exemplar quod tibi
ostensum est in monte In ipsa autem
ecclesia triumphante est ierarchia
superior media et inferior Superior
continet ordines assistentes scilicet
Seraphim Cherubim et Thronos
Et ista reputat ierarchiam .i. sacrum
principatum Episcoporum Cardinalium Sicut
enim angeli prime ierarchie sunt
deo viciniores et sibi assistentes
Sic et ipsi sunt summo principi seu
pontifici proximiores et sibi in
magnis solempnitatibus assisten-
tes Unde tanquam assessores et
assistentes ubi cathedris premittuntur
Seraphim autem dicuntur ardentes Sed
cherubim plenitudo scientie Throni
sunt sedes iudicium quia ipsi debent
ardere per caritatem succensam
lucere per sapientiam veram et iudi-
care per iusticiam Sunt autem septem
vel propter septem angelos ecclesiarum
quibus scripsit Iohannes in Apocalipsi
vel quia septemplici gratia spiritus
sancti debent esse repleti vel
quia universali perfectione debent
esse dotati per septenarium enim
universitas designatur ex eo
quod universum tempus per septem dies
agitur Media ierarchia continet
presidentes .i. dominationes principatus
et potestates Et ista representat ie-
rarchiam cardinalium presbiterorum
Dominationes autem presunt bonis angelis

principatus bonus bonis prelatis malis spiritibus et malis hominibus. Similiter et mali presbiteri cardinales sunt presidentes quia presunt quatuor ecclesiis patriarchalibus scilicet ecclesie sancti petri sancti pauli sancte marie maioris et sancti laurencii. Quarum quelibet habet septem titulos quibus ipsi presbiteri cardinales intitulantur. Horum autem quibus presunt quidam sunt innocentes velud angeli. Quidam penitentes velud homines sancti et boni. Quidam persequentes velud spiritus maligni. Debet ergo preesse instar dominacionum innocentibus eos suis consiliis et beneficiis confouendo penitentibus instar principatuum eos de bono in melius promouendo / prauis et persequentibus instar potestatum eorum maliciam comprimendo. Distinguuntur quidam per quatuor septenarios quia quatuor ewangelia debent seruare et septem dona spiritus sancti debent habere et sic in vniverso sunt 28 quia sunt / quia sunt velud vigiliti quatuor seniores de quibus dicitur apocalipsis 3. Quod fidem quatuor ewangeliorum debent dilatare per mundum. Ultima ierarchia que est ordines ministrantes scilicet virtutes archangelos et angelos. Et ista representat ierarchiam dyaconorum cardinalium qui in magnis solempnitatibus summum pontificem induunt ipsum et sibi circa altare sibi ministrantes seruiunt. Ministerium autem virtutum est circa difficilia archangelorum in annunciando maiora / angelorum in annunciando minora. Difficilia autem sunt consilia ewangelica que seruant viri religiosi / maiora sunt diuina precepta que seruare debent clerici et boni layci. Minora sunt

ecclesie statuta que debent seruare omnes christiani. Ministerium autem dyaconorum cardinalium non tamen debent esse circa summum pontificem sed circa difficilia maiora et minora quia laborare debent verbo pariter et exemplo ut a religiosis seruentur consilia a clericis et laycis dei precepta / ab omnibus christianis ecclesie statuta. Sunt autem in vniverso sedecim quia seruare debent decem precepta et sex opera misericordie. Summa autem omnium tam episcoporum quam presbiterorum et dyaconorum est quinquaginta vnus ut per vnum significetur vnitas cordium per quinquaginta qui est annus iubileus in quo omnes serui liberi efficiebantur significetur libertas filiorum quia sicut habuit in via cordium vnitatem percipient in patria ~~vnitatem~~ filiorum dei libertatem. Tercio beati iheronimus sunt doctores egregii. Quod notatur cum dicitur Illuc mandauit dominus benedictionem et cetera Illuc i. celum sanctis mandauit benedictionem et vitam vsque in seculum. Sancti cum doctores habent benedictionem gracie prouerbiorum xi Qui abscondit frumentum maledicitur in populis. Benedictio autem domini super caput vendentium. Doctores cum frumentum i. sacre doctrine pabulum dicuntur vendere quia dant doctrinam et requirunt bonam vitam. Habent etiam vitam eterne glorie danielis 12 Qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. Et vita perpetua est vita beata. Ista tamen duo scilicet benedictio gracie et vita glorie non datur omnibus doctoribus sed tantum illis qui docent verbo pariter et exemplo. Sunt enim quidam doctores gulosi qui tamen volunt docere abstinenciam de quibus dicit ieronimus Ad eliodorum Delicatus magister est qui pleno ventre de ieiunio disputat

Alii sunt doctores formidolosi
qui tamen volunt alios animare ad pu-
gnam. Alii sunt doctores delicati
qui tamen in tirunculatis milicie repre-
hendunt formidinem et verecundiam
de quibus dicit Jeronimus ad Paci-
atium: Delicata doctrina est pugnanti
ictus vitare de muro et tamen ipse
unguentis delibutus sit, sic tiruncu-
latum militem accusare formidinis.
Jeronimus autem non fuit magister delica-
tus quia non fuit gulosus sed
magne abstinentie. Unde ipse
dicit in epistola ad Eustachium: repu-
gnantem carnem ebdomadarum ieiu-
niis subiciebam. Nec fuit formi-
dolosus sed magne constantie quia
nec laudibus movebatur per inanem
leticiam / nec vituperationibus per impa-
cientiam. Unde ipse dicit in prolo-
go super hester: Nec affectamus lau-
des hominum nec vituperationibus de-
pavescimus. Sed vite valde auste-
re. Unde ipse ait de se et fratribus
qui secum degebant in epistola
ad Eustachium de cibo etiam et
potu taceo cum etiam languentes
aqua frigida utantur et coctum
aliquid accepisse luxurie sit etc.

Sermo tercius de sancto Je-ronimo doctore egregio sequitur

Os iusti meditabitur sapientiam
et lingua eius loquetur iudi-
cium lex dei eius in corde
ipsius et non supplantabuntur
gressus eius etc. Iste iustus
fuit beatus Jeronimus qui fuit celebris
doctor quatuor prerogativis excellens
scilicet profundam scientiam cum dicitur
os iusti meditabitur sapientiam
efficacem eloquentiam cum dicitur
et lingua eius loquetur iudicium
divine legis iustitiam cum dicitur
lex dei eius in corde ipsius
et boni operis perseverantiam cum
dicitur Et non supplantabuntur gressus
eius. Circa primum notandum quod ore
suo id est corde suo sapientiam
meditatus fuit et ideo magnam
sapientiam acquisivit. Assimilatur
autem cor iusti ori quia os hominis
ad quatuor datum est scilicet ad lo-
quendum manducandum osculandum
et ad attrahendum et sic ad su-
spirandum / Locutio autem eius cordis
est cogitatio. Comestio eius medi-
tatio. Osculatio eius devotio et
attractio eius affectio. Ista quatuor
circa cor iusti operatur et ideo merito
ori assimilatur. Primo enim os cordis
sapientiam loquitur quando circa ipsam
ponit omnem suam cogitationem
Sapientie 6 Cogitatum habe in pre-
ceptis dei et mandatis eius ma-
xime assiduus esto et ipse dabit
tibi cor et concupiscentia sapientie
dabitur tibi. Secundo enim sapientiam
comedit quando in ipsa ponit suam
meditationem ut dictum fuit Ezechielis 3
Comede volumen istud et vade
et loquere ad filios Israel. Ipse enim
predicator verba comedere et masti-
care debet et postea ea aliis tradere
predicando. Tertio sapientiam
osculatur et amplexatur quando circa
ipsam ponit totam suam devotionem
Proverbiorum 4 Glorificaberis ab ea scilicet
sapientia cum eam fueris am-
plexatus. Quarto sapientiam
attrahit quando circa ipsam ponit
totam suam affectionem. Psalmus
Os meum aperui et attraxi spiritum
ut dictum fuit eidem prophete aperi
os tuum scilicet desiderando et ego
implebo illud scilicet immittendo
Secundo habuit efficacem eloquentiam
cum dicitur Et lingua eius loquetur

iudicium ipse cum sepe loqueb*a*t*ur*
iudicium .i. de iudicio extremo
unde ait in ep*isto*la ad Cromatium
In scelerum meorum latens sepulcro
peccatorum vinculis colligatus diem
illud clamorem expecto. Ieronime
veni foras. Idem sive comedam
sive bibam sive dormiam sive ali-
quid aliud faciam semper videtur
in meis auribus insonare Surgite
mortui venite ad iudicium. vel
lingwa eius locuta est iudicium
quia erant v*er*ba iudicata et exami-
nata et ponderata. Multi tamen
sunt e contra quia in loquendo
sunt nimis complices et incircumspecti
Quod quidem est signum maxime
stulticie Eccl*esiast*i 10 Stultus v*er*ba mul-
tiplicat Salomon plus cum aliis lo-
quentibus tacet interrogatus ape-
riendo virum prout inopiam v*er*borum
aut quia stultus taceret respondit
stultus stultus tacere non potest Est
eciam signum naturalis inpacientie quia
natura ymmo deus tamen nature unum
os homini dedit et duas aures
concessit ad significandum quod quilibet
debet esse promptus ad audien-
dum et tardus ad loquendum
Jaco. 1. Sit autem omnis homo ve-
lox ad audiendum et tardus
ad loquendum. Sunt eciam quidam
a deo in loquendo immoderati
quod non tantum ore sed eciam aliis mem-
bris loquuntur. prov*er*biorum sexto
Homo apostata vir inutilis gra-
ditur ore perverso. Annuit oculis
terit pede digito loquitur. Se-
neca ad ... plus Eundem in v*er*bis suis
ait Audi. os unum a natura
aures duas accepimus Est eciam
causa penitencie quia sepe talis multa
loquitur que penitet se dixisse
Eccl*esiast*i 23 Indisciplinate loquele
non assuescat os tuum est enim
in illa verbum peccati prov*er*biorum 10
In multiloquio non deerit peccatum
Seneca ad ... plus Cum nichil malos
taceret interrogatus cur hoc faceret
Respondit Quia locutum me esse aliquando
penituit tacuisse autem nunquam Est autem
causa displicencie quia tales odio-
si efficiuntur Eccl*esiast*i xxxviii^o Terri-
bilis ... loquitur odibilis est
Eiusdem 20 Est tacens qui inve-
nitur sapiens et est odibilis qui pro-
cax est ad loquendum Seneca ad ...
plus cuidam multa dicenti ait
Si meis inquit auribus te audio
tacebis Est tamen aliquando occasio alicui
paciencie unde refert Seneca
Quod Socrates duas contenciosas
habuit uxores interrogatus autem
quare cum talibus habitaret ait
disco in domo qualis sim in foro
disco in domo pacienciam ut ipsam
in foro exhibeam Tercius Iacobus
verba examinata habeat qui eciam a
bonis sepe tacebat unde ipse
ait in prologo super libros Regum
Ego saciens humilitatem meam illud
semper sic recordabor Dixi custo-
diam vias ut non delinquam in lingwa
mea in lingwa mea posui ori meo
custodiam cum consisteret peccator adver-
sum me obmutui et humiliatus
et silui a bonis Tercio habuit divine
legis custodiam Cum dicitur Lex
dei eius in corde ipsius. Lex dei
dei fuit in corde suo quia eam
valde dilexit ps*alm*us Quam dilexi
legem tuam domine tota die meditacio
mea est. Sed deo quidem eam diligit
Quod illius amore omnia peccata
vitavit ps*alm*us In corde meo abs-
condi eloquia tua ut non peccem
tibi. fuit in ore suo quia eam
sollicite docuit et exposuit In
labiis meis pronunciavi omnia iudicia

cius tui Zach. 13 Labia sacerdotis
custodiunt scientiam et legem requi-
runt in ore eius quia angelus
domini exercituum est / Ideo Jeronimus
quadraginta sex annos apud
Bethleem manens totum mundum
sua doctrina repleuit // Fuit in
manu sua quia ipsam impleuit
Jacobi 1. Estote factores verbi non
auditores tantum Roma. 13 Non enim
auditores legis iusti sunt apud
deum sed factores legis iustificabuntur
Istam legem Jeronimus implebat
qui et arctissimam penitentiam faciebat
et omnes hospites leta fronte re-
cipiebat Fuit in sinu suo quia
quam per longum studium acquisiuit
et eam in sinu memorie recon-
didit Job 23 In sinu meo abscon-
di verba oris eius / Fuit autem a-
deo studiosus quod semper inuenie-
batur aut scribens aut legens aut
meditans aut verbo edificans Unde
ait Seuerus de eo Jeronimus totus
semper in lectione erat totus in libris
nec die nec nocte requiescit Certo
habuit in bonis operibus perseueran-
tiam Unde dicitur Et non supplan-
tabuntur gressus eius Quod quatu-
or modis intelligi potest Supplantantur
enim gressus uel quando quis labo-
rat pro re temporali vel quando aliqua
bona facit in peccato mortali
uel quando cadit a gratia dei uel
quando decipitur in fine obitus sui/
Primo namque gressus supplan-
tantur quando laborat pro re temporali
Multi enim totum tempus suum circa
temporalia exponunt et tamen nudos
et vacuos se inueniunt et ideo
deceptos se reputant qui de
laboribus suis nil nisi afflictionem
et vanitatem reportant Eccl. 2.

Cum me conuertissem ad uniuersa opera
que fecerant manus mee et ad
labores in quibus frustra sudaue-
ram vidi in omnibus afflictionem
et vanitatem animi Tales deus
astutos in sua astutia comprehendit
Job 5 Qui apprehendit sapientes
in astutia sua // Secundo gressus bonorum
supplantantur Quando multa de genere
bonorum in mortali facit que tamen
omnia a demonibus corroduntur
et nil ad beatitudinem acquirendam
sibi prodesse inueniuntur Osee 7°
Comederunt alieni .i. demones
angeli dei [illegible] robur eius et
ipse nesciuit Tales virgines fatue
fuerunt decepte que licet obuiam
sponso procedebant tamen quia non habuerunt
oleum intus clause a nuptiis
fuerunt exclusi // Tertio supplantantur
gressus hominis quando ille qui mul-
ta bona fecit a gratia dei cadit quia
omnia sua bona opera que prius
fecerat perdit Ezech. 18° Si
auerterit se iustus a iustitia sua
et fecerit iniquitatem secundum omnes
abhominationes suas quas operari
solet impius numquam viuet omnes
iustitie eius quas fecerat non
recordabuntur Sciendum tamen
quod quedam opera sunt semper
viua sicut illa que in caritate
sunt facta Ista semper a deo re-
cordantur Quedam sunt mortua
que facta sunt in mortali et
quia numquam habuerunt vitam
numquam resurgent quantumcumque homo
per penitentiam resurgat Et ista numquam
a deo recordabuntur Quedam sunt
viua et mortua sicut opera ypo-
critarum que sunt viua apparenter
sed mortua veraciter De quibus
dicitur Apoc. 3. Nomen habes

q' viuas et mortuus es Et ista
etiam nisi a deo recordantur
nisi ad puniendum Quedam sunt
mortificata sicut sicut opa facta
infra que per pctm advenientis sunt
mortificata Et quia ista opa alij
fuerunt viua ideo cum suo auctore
resurgente resurrexerunt Cum igitur
dicit dns q tales iusticie no re-
cordantur intelligendum est q non
recordantur quamdiu sunt mortifi-
cate Recordantur aut quando resur-
gunt et q primum sunt viuificate
Quarto supplantatur gressus hominis
quando quis in morte sua a serpente
infernali decipitur Sicut cum caput
serpentis ab homine conteritur Sic
sepe homo a dyabolo in suo calca-
neo i. in fine vite supplantatur
sive quia de fide temptatur sive
quia propter peccatorum multitudinem in de-
sperationem trahitur sive quia impeni-
tens moritur sive quia ad aliena
restituenda non mouetur Ideo deus
fuit de serpente et mulier et eius
semine Gen 3 Ipa conteret caput
tuum et tu insidiaberis calcaneo
eius Ideo talis clamare debet
et dicere Surge dne preueni eum
et supplanta eum eripe aiam meam
ab impio Nullo aut istorum modorum
gressus beati Jeronimi supplantari
potuerunt quia et eta temporalia ac-
quirenda no laborauit sed cal-
cauit et opa sua in caritate
fecit et a gratia dei nunquam
cecidit et vitam suam in dei
amore finiuit etc Sequitur

Sermo quartus de sancto Jeronimo doctore egregio etc

Homo accendit lucernam et in
absconso ponit neque sub mo-
dio sed super candelabrum
Luce xi° sicut pctor dicitur
tenebra quia omnia que in eo
sunt sunt tenebrosa Sic iustus
dicitur lux quia omnia que in eo
sunt sunt luciosa Ideo in pnti
ewangelio ostendit de beato
Jeronimo qualiter totus fuit lucidus
habuit enim lucidam doctrinam Cum
dicitur nemo accendit lucernam
etc Lucidam intentionem et conscientiam
Cum dicitur Si oculus tuus fuerit
simplex totum corpus tuum lucidum
erit Lucidam vitam Si ergo totum
corpus tuum lucidum fuit etc Et
lucidam famam Cum dicitur et sicut
lucerna fulgoris illuminat te Quantum
igitur ad lucidam quia fuit lucerna
accensa Lucerna aut lux est in-
tensa Ille igitur doctor est lucerna
qui in sua doctrina habet lucidam
veritatem et veram qualitatem
Cuius eius doctrina maxime opus
erat tempore in quo lux dignitatis
impleuit testam nre mortalitatis
Talis lucerna fuit beatus Jeronimus
De qua etiam lucerna dicitur Luce viii°
Nemo accendens lucernam operit
eam vase aut subtus lectum po-
nit Habemus igitur q lucernam istam i.
sacram doctrinam Quidam ponunt
in abscondito quidam sub modio
quidam sub vase quidam sub lec-
to quidam super candelabrum po-
nunt cum quidam in abscondito
obscuritatis sicut predicatores curiosi
qui cum debent dicere apta dicunt
obscura Quidam sub modio cupidi-
tatis sicut predicatores auari qui pro
questum predicant verbum dei Qui-
dam sub vase timiditatis sicut
predicatores formidolosi qui timore
mundano sive humano tacent veri-
tatem et semper propter timorem
abscondunt veritatem dicunt
Quidam sub lecto carnalitatis

Sunt voluptuosi qui cum ipsi tepe-
ant carne consumunt. Sicut dicit
Ecclesiastici 3. Quidam sunt qui super
candelabrum ponunt sicut sunt predica-
tores veri et apti. Beatus autem
Jeronimus fuit predicator sincerus
quia non fuit sub modio. Fuit
predicator constans et firmus quia
non fuit sub vase timoris operculo.
Fuit predicator mundus et purus quia
non fuit sub lecto. Fuit clarus et
toti mundo manifestus quia fuit
super candelabrum. Esse autem super
candelabrum ~~iustitie~~ ecclesie intel-
ligitur quatuor modis. Primo quantum ad
officium quia factus est doctor v-
niversalis vel quantum ad vite munditiam
quia fuit eminentis virtutis vel
quantum ad locum ~~ut sicut loco est emi-~~
~~nentior~~ quia ad literam predicator
se debet cum populo eminentior
et quantum ad locum ut sicut loco est
eminentior ita sit per exempla
altior. Unde dicit Crisostomus super illud
Mathei 5 ascendit in montem. Qui
in valle stat et de monte loqui-
tur, aut ubi stas inde loquere aut
unde loqueris ibi sta. Si enim in terra
stas de terra loquere. Si autem de celo
loqueris in celo consiste vel quantum
ad gradum qui fuit in ecclesia dei pres-
biter cardinalis. Tales enim in ec-
clesia sunt sublimandi quia vita
et doctrina sunt lucidi. Sicut enim
deus luminaria ~~sua~~ posuit in celo
et bruta animalia in terra dimisit. Sic
et huiusmodi doctores oportet in ecclesia
in gradu sublimari ponendi et
brutales homines in suis sedibus
relinquendi. Ista igitur lucerna i.
beatus Jeronimus radios sue sapientie
non abscondit sed per totum mundum
eos diffudit. Sapientie 7o. Quam sine
fictione didicit et sine invidia com-
munico et honestatem illius non
abscondo. Prius dicit se didicisse

et postea eam communicasse contra illos
qui prius voluerunt esse magistri quam
discipuli. Jeronimus autem prius divinam
sapientiam didicit et postea eam com-
municavit. Didicit autem eam audi-
endo Proverbiorum 3. Fili mi ausculta
sermones meos et ad eloquia
mea inclina aurem tuam. Sic
et beatus Jeronimus audivit Dona-
tum in gramatica, Victorinum
in rethorica, Nazanzenum in
theologia. Unde ipse dicit ad Eli-
odorum: Dum essem iuvenis mira
discendi ferebar ardore nec iuxta
quorundam presumptionem ipse me do-
cui. Audiendo vero plus proficimus
quam legendo. Jeronimus super
epistolam ad Galatas: Scriptura edificat
lecta sed magis proficit si de post
de litteris vertatur in vocem.
Secundo didicit legendo. Augustinus
contra Julianum: Sanctus Jeronimus
omnes vel pene omnes qui ante
ipsum de doctrina ecclesiastica scrip-
serunt legit. Ipse etiam dicit contra
Jovinianum: Operis autem studii mei
est agere ut ex pluribus diversos
flores carpiam que bona sunt
eligam. Ideo etiam dicit ad
Nepotianum: Divinas scripturas sepius
lege immo numquam de tuis ma-
nibus sacra lectio deponatur.
Ipse etiam de Demostene narrat
dicens: Demostenes plus olei
quam vini dicitur se expendisse
et omnes opifices nocturnis vigi-
liis prevenisse. Tertio didicit medi-
tando quia die ac nocte medi-
tabatur iuxta illud Psalmi: In lege
domini meditabitur die ac nocte.
Ideo dictum fuit Ezechielis 3. Come-
de volumen istud. Cibus quidem
comeditur masticatur deinde in-

in stomachum conditur deinde bene
digestus in membra derivatur
deinde incorporatur. Sic sancti doc-
tores cibum verbi masticant et ru-
minant frequenti meditatione et
sic trahunt et recondunt in stoma-
cho memorie et per modum de-
rivat ad subditos per assiduitatem
doctrine et bene eis incorporant
per exemplum vite. Alias cum non
bene incorporarent nisi exempla
preberent. Secundo didicit conferendo
unde ait in epistola ad Augustinum cre-
scat inter dictaminum utrimque incitamentum
amplexus tuos et collatione mu-
tua doceamus aliquid vel discamus.
Necessaria est enim mutua colla-
tio ad discendum. Tercio sicut
dicitur proverbiorum xxvii ferrum ferro
acuitur et homo exacuit faciem
amici sui. Ideo dicit apostolus ad Ga-
latas contuli cum illis evangelium
quod predico gentibus. Quarto didicit
abstinendo quia magnam ab-
stinentiam exhibebat et corpus
suum macerabat. Quia sicut ipse
dicit ad Eliodorum pinguis venter
non gignit tenuem sensum. Ideo illi
tres pueri divinam sapientiam
meruerunt quia abstinentes
fuerunt. Quinto didicit ad senectu-
tem sacris libris insistendo unde
dicit de eo Augustinus quod
ipse in libris sanctis et litteris
sacris usque ad decrepitam ve-
nit etatem. Item sicut dicit
idem Augustinus ad Ieronimum ad
discendum quod opus est nulla
michi etas sera videri potest
quia et si senem magis deceat
docere quam discere magis tamen
discere quam ut doceat ignorare.
Sexto voluit Ieronimus semper esse
tanto sollicitior et fervencior
studiis insistebat unde ipse ait
ad Augustinum in cunctis fulgeas

intellecti et dilectionis splendet. Cui bo-
nus sensus fortitudinem sequitur [illegible]. Tercio
habuit lucidam intentionem et castam.
Unde dicitur Si oculus tuus fuerit
simplex totum corpus tuum lucidum
erit. Unde de isto lumine subditur
unde ne lumen quod in te est tene-
bre sint. Et dicitur ibi corpus universitas
operum. Sicut enim [illegible] corpo-
ris dicitur universitas legum et
corpus civitatis universitas ci-
vium et corpus naturale universitas
membrorum. Sic corpus mortale
dicitur universitas operum. Quemadmodum autem
corporis sunt membra quasi in se
congregatum operum genera. Sic si vult iste actus
intentionis fuerit simplex et lu-
cidus id est purus et rectus omnia
opera eius erunt pura et recta secun-
dum autem quod quatuor sunt que
nocent oculo corporali scilicet fumus
fluxus pulveris et sanguinis. Sic
etiam oculo spirituali nocent fumus
superbie proverbiorum 10. Sicut acetum den-
tibus et fumus oculis sic piger
hiis qui miserunt eum. Fumus
enim quanto altius ascendit tanto
citius evanescit. Sic de superbia
dicitur ysa 20 involvetur in superbia
fumi. Job 28 Elevati sunt ad
modicum et non subsistent. Fumus
autem in oculis lacrimas provocat
pruritum et dolorem generat et eos
claudi facit. Tercio superbi aliquando
habent honorem in persona et tunc
magnum dolorem generant. Aliquando
in temporali re et tunc lacrimas provo-
cant. Aliquando in fama et tunc
oculos claudi faciunt quia illi qui
erant oculis apertis per modicum diffama-
ti vadunt oculis clausis. Nocet
etiam oculis fluxus humorum lu-
xurie. Ezech. 22 Sicut fluxus
equorum fluxus eorum. Verum est

aut aliquis oculus ita clarus
quem iste fluxus non faciat ca-
liginosum Job 20 Oculus adulteri
obseruat caliginem vel prius quam non
facit carneum Job 10 Numquid
oculi carnei tibi sunt etc. Sic ita
cuiusdam quem non faciat infirmum vnde
refert Ambrosius super Lucam Quod
cum quidam vir nomine Theotimus
grauiter oculorum incommodo labora-
ret et amaret vxorem interdictum
est sibi a medico facultas coe-
undi cum vxore et ille vale
inquit amicum lumen et sic prelegit
lumen perdere quam ab vxore abstinere
Secundo caret oculo pulueris aua-
ricie Auaricia enim vnde non potest
permittit tamen cum quia oculos
insaciabiles facit Ecci 13 Insacia-
bilis est oculus cupidi Item quia
eos ad numerum dirigit Prouerbiorum 17
Oculi stultorum in finibus terre
Item quia eos ad terram figit
psalmus Oculos suos statuerunt
declinare in terram Tales enim
qui ad terram sunt inflexi eterna non
possunt intelligere diuina Jeronimus
contra vigilantium Vrorum est cum(?)
hominis quibus nummos et scriptu-
ras probare degustare vina et capillos(?)
et corporales intelligere Tercio caret
oculo sanguinis iracundie Vnde
secundum sapientem Ita est accen-
sus sanguis circa cor et iuxta
visum altius impedit ita animum
ne possit cernere verum psalmus Super
cecidit ignis scilicet iracundie et non
viderunt solem iusticie Nullo
istorum oculus beati Jeronimi ledi
potuit vero fumo superbie quia
humilis valde fuit vnde dicit
in prologo super libros Regum Ego
sciens humilitatem meam illius
semper sine recordabor dicti custo-

diam vias meas etc. Vero fluxu
luxurie quia castitatem seruat
vt vir virgo fuisse credatur vel
pulueris auaricie quia omnia terre-
na despexit Vero sanguine
iracundie quia patiens extitit
vnde in prologo super Josue dicit
vos ad patiam festinantes
mortificabis [illegible] tantum
[illegible] debemus ante suspicere(?)
Tercio habuit lucidam vitam
Item dicit Si ergo totum corpus
tuum lucidum fuit etc. Illa opera
sunt lucida que ab omni amore
mundi sunt purgata sicut sunt
opera ~~purgatorum~~ perfectorum
qui mundum contempserunt
seu contempnunt et solum christum
diligunt Jeronimus ad Eliodorum
perfectus esse vis nichil preter(?) etc.
aut si est perfectus non est cum
se perfectum deo fore pollicitus
sit autem mentitus est Igitur
vt concludam Si perfectus esse vis
bona patrimonii desiderabis Si perfectus
non es tunc fefellisti Beatus
igitur Jeronimus vere perfectus fuit
quia omnia contempsit Sunt enim
quedam in quibus homo solam
ministracionem habet sicut sunt
bona ecclesiastica et ista relin-
quere est perfectio maior Secundum
que homo possidet et per heredi-
tatem successionis sicut sunt
bona patrimonii et ista relinquere
est perfectio maior Tercium
que homo possidet per proprium
studium et operacionem bonam sicut
sunt bona propriis manibus ac-
quisita et ista relinquere est
perfectio maxima Quarta enim
que propriis laboribus acquisi-
uimus maxime vita eterna ten-
sent vnde dicit Jeronimus in
prologo super libros Regum

lege malachi inimicum iniquam
meam Quarto quia cum tenebris
utendo et emendo solicitaus
diditumque et tenemus mirum est/
Quintus igitur Jeronimus tam laute et
perfecte vite extitit quod ipse dereliquit
bona ecclesiastica quia cum esset
cardinalis officio et beneficio
cessit dereliquit bona paterna unde
dicit in epistola ad Eustachium
Cum autem annos plurimos domo
parentibus sorore cognatis et que
hiis difficilius consuetudine lautioris
cibi me castrassem etc. Quintus bona
autem propriis manibus acquisita
si habuisset reliquisset sed non
intendebat corpori opera terrena sed
spiritualia et eterna unde ipse ait in
prologo super Job Si aut fiscellam
in usus texerem aut palmarum folia
complicarem ut in sudore vultus
mei vescerer pane meo nullus
morderet nemo reprehenderet Verum
aut quia iuxta sententiam salvatoris
volo operari cibum qui non perit
orior michi comminus insignitur
etc. Quarto quia lucidam fa-
mam Cum dicitur Et sicut lucta
fulgoris est fama lucide operatoris
sancte aut fame et opinionis fuit
quod toto mundo notissimus fuit unde
dicit sanctus decus Quod lapis
eius eloquii ab oriente in oc-
cidentem resplendeat Item tamen
erant in mundo duo lucerna ma-
gna scilicet Jeronimus et Augustinus
qui totum mundum illuminabant Et
quia omne animal diligit sibi simile
ideo se ad invicem dilexerunt
et licet absentes familiaritatem
plurimam contraxerunt Quod quidem
per multa signa apparet Primum namque
signum vere amicitie est cum amicus
amicum iratum mox reconciliat

Istud signum habuit Augustinus ad Jeronimum
scribens Si quid vero me tene-
re vel scio vel credo vel puto in quo
aliter sentis sine tua iniuria cona-
bor asserere Quod autem pertinet
ad offensionem tuam cum te indig-
natum sensero nihil aliud quam
veniam deprecabor Secundum signum
est quando amicus amicum obiur-
gantem libenter auscultat Istud
signum habuit Augustinus ad Jeronimum
scribens ei dicens oro me si mi-
chi iniueris errorem meum quem
forte inveneris in dictis meis
Item si ea in me reprehendes
que reprehendenda non sunt
te potius quam me per absit a-
moribus in sancto proposito tuo
ut hoc facias Item cum fieri ut
tibi videatur aliud aliter non fiat
quam caritas habet Item ego
amicissimam reprehensionem tuam
si tranquillus accepero non dolebo
Achillis dolor timor capitis do-
let cum tangitur Item dum ei
precatur non parcatur hoc est enim quod
acute vidit tum dixit rethores
esse plerumque amicos iurgantes
quam amicos obiurgantes me-
tuentes Illi enim dum rixantur
dicunt aliqua vera que corrigantur
Isti autem timore nimio quam oportet
exhibent iustitie libertatem dum
amicitie timent exasperare dul-
cedinem Quartum primum et si bos ut
tibi videar lassus senectute for-
te corporis non vigore animi tamen
in area seu in arca dominica fruc-
tuose laborare desudans Ecce sed
si quid perperam dixi fortius fige
pedem Verum michi esse debet mo-
lestum pondus etatis tue dummodo
conteratur palleum culpe mee/

Quartum signum est quod amicus secretum
secretorum suorum communicare dictat et re-
serat. Istud signum ponit ad Augustinum
Jeronimus dicens: Super est ut diligas dilige-
ntem, i. scripturarum arte innuentis
senem ... nolo mea quis
tu et carmina que vir potius mitte te
currente et longa spacia terrarum me-
dia nobis detur. Quintum
signum est quod amicus omnia secreta
revelat. Istud signum ponit Jeronimus
ad Augustinum. De amicitia omnis tolle-
nda suspicio est et sic cum amico
quasi cum alio se se loquendum.
De isto signo etiam sic scribit Augustinus
ad Jeronimum: Cum homines ... fra-
grante atque mihi fidelem amicum
factum esse sensi quicquid ei complo-
rem mearum cogitationum et quid
committitur non homini committo sed illi
in quo manet ut talis sit. Deus
enim caritas est et qui manet in
caritate in deo manet. Sextum signum
est quod amicus amicum etiam
absentem et ignotum facit. Istud
signum Augustinus ad Jeronimum ponit
scribens ei: Si enim absentem te non
novimus quia faciem corporis tui
non vidimus. Hoc modo nec ipse
te nosti. Tu enim quia non vides
eam, si aut tibi non ob aliud notus
es nisi per animum tuum et nobis eum
mediocriter novimus in litteris
tuis in quibus dominum benedicimus
qui nobis et omnibus qui tua legunt
te talem dedit. Septimum signum est
quod amicus amici molestiam mo-
leste portat. Istud signum habuit
Augustinus ad Jeronimum scribens ei: Vide
quam molestum sit in omnibus
angustiis meis quas patior in
difficilimis questionibus quantum
in tam longinqua tue caritatis
absentia ut vix possim mittere dare
vel recipere litteras tuas per intervalla

dierum non mensium sed aliquorum
annorum cum si fieri posset cottidie
te presentem habere vellem cum quo
loquerer quicquid vellem nec
ideo cum non habui facere quod
potui si non potui totum quod volui.
Octavum signum est quod amicus
de amico loquitur frequenter et libenter
eum nominat. Istud signum Jeronimus
ad Augustinum habuit scribens ei:
Omni tempore beatitudinem tuam eo qua
decet honorare veneratus sum et
habitantem in te dilexi dominum
salvatorem. Sed nunc si fieri posset
cumulo aliquid addimus et plene
complemus ut absque tui nominis men-
tione nec unam horam preterire patiamur.

Sequitur primus sermo de sancto Francisco etc.

Omnis sanctus est sanctificetur adhuc
Apocalipsis 22. Sancti vero quidam
tamen sunt sancti in corde
nichilominus tamen sanctificari volunt
in corpore per munditiam renitentes
ut verificetur quod apostolus de muliere
sancta i. Corinthiorum vii° : Mulier sancta
et virgo cogitat que domini sunt ut
sit sancta corpore et spiritu. Et istam
duplicem sanctitatem corporis
scilicet et anime monet nos apostolus
dicens ii. Corinthiorum vii° : Emundemus
nos ab omni inquinamento car-
nis et spiritus. Istam sanctitatem
se gloriabatur habere propheta dicens:
Cor meum et caro mea exulta-
verunt in deum vivum. Super que loca
dicit Augustinus: Cor exultat in deum
quando religiosa opera et deo placi-
ta contemplatur. Caro autem exultat
quando pudica est quando scilicet
nulla impuritate polluitur quando
nullis immundis actibus sordidatur.
Ista duo excellenter habuit sanctus

Franciscus scilicet corpus sanctum
et animam sanctam ut vere possit
dici de eo illud Apostoli Erat
sanctus scilicet in anima sanctificetur
adhuc scilicet in corpore Primo quidem
habuit corpus sanctum quia omnia
que in corpore suo fuerunt sancta
fuisse videntur Incipiamus igitur
a capite et descendamus usque
ad pedes et videbimus quod a planta
pedis usque ad verticem capitis
non fuit in eo nisi sanctitas Sancti
quidem fuerunt capilli eius quia mag-
nam virtutem habuerunt Cum enim
quidam medicus circa ipsum infirmum
valde fuisset sollicitus et domus
eius ob multiplicem fissuram
minaretur ruinam ille cum devotione
modicum de capillis eius accepit
et intra fissuras posuit et domus
omnimodam stabilitatem accepit
Eandem nimirum sancti viri capilli
fragiles stabilivit 2 Regum 20 [?]
Si fuit vir bonus non cadet
nec unus quidem capillus eius
in terram Illud enim in terram cadere
permittimus quod vile et inutile
reputamus Sed beati Francisci ca-
pilli in terram non ceciderunt sed
preciosi et miraculosi extiterunt
Secundo sancti fuerunt oculi eius quia
devotissimas lacrimas emittebant
Tantis quidem lacrimarum imbribus
eius oculi irrigabantur ut infir-
mitatem incurrerent oculorum et
cum a medico suaderetur abstinere
a fletu Ille respondit Non est
frater medice ob amorem luminis
quod habemus cum muscis [?]
communem repellenda visitatio lucis
Ideo potuit dicere illud Job 16°
Facies mea intumuit a fletu et
palpebre mee caligaverunt Tertio
sancte fuerunt aures eius quia
vocem divinam et iubilationem

angelicam meruerunt Tribus [?]
cum vicibus vox divina in auribus eius
insonuit Prima quod prima fuit vox
prime inceptionis [?] tam cum adhuc
laycus esset et in apulia ad quendam
comitem liberalem pergeret vox divina
ad eum facta est dicens Francisce quis
potest facere tibi plus an servus domini
an pauper Et cum respondisset quod domi-
nus et dives ait Cur ergo relin-
quis pro servo dominum pro paupere homi-
nem divitem deum Et ille dixit quid
me vis facere Et dominus ad eum Rever-
tere in suam terram [?] tibi dicetur Quid te oportet
facere Et tunc autem amor temporalis [?]
sibi viluit et in amorem divinum
valde concrevit [?] Revertit [?] cum quod
dicitur Proverbiis 17 Auris que audit
increpationes vite in medio sapien-
tum commorabitur Secunda fuit vox e-
ruditionis magne tam in primor-
dio sue conversionis divina vox ad
eum facta est dicens Francisce
omnia que dilexisti sperne et temporis
contempne si me cupis agnoscere
Et postea dicat [?] ad cognoscendum me
requiritur contemptus mundi et contemptus
sui Et istam eruditionem tamquam sapi-
entis magistri ipse non surda aure
percepit quia et pompam mundi de-
spexit et de suo corpore non curavit
Et ideo potuit dicere illud Ysaie 50
Erigit mane mane erigit michi
aurem ut audiam quasi magistrum
Tertia vox fuit magni amoris quia
scilicet crucifixus de cruce sibi locutus
est dicens Vade repara domum meam
que ut cernis tota destruitur Et ab
illa autem hora in amorem et com-
passionem crucifixi eius anima totaliter
liquefacta est ut posset dicere illud
Cantica 5 Anima mea liquefacta
est ut dilectus locutus est Quarto [?]
audivit etiam angelicam iubilationem
Cum enim semel nimis infirmaretur :

tibus exrogaret. angeli sibi scilicet
celeste volentes exhibere solacium
dulcissimum carmen eo die audiebat
contemptu. Ex qua iubilatione
eius anima suscepit magnum gaudium
et corpus eius infirmitate magnum
alimentum ut posset dicere cum
propheta: Auditui meo dabis gaudium
et leticiam etc. Et tamen creditur quidam sanctos
antequam fuit qui audire meruerunt
vocem divinam et iubilationem an-
gelicam. Quarto sancta fuit oris
decorem preceduntur verba et saliva eius
aut verba tante fuerunt sanctitatis
et si quem bene dicebat erat be-
nedictus et si quem maledicebat
erat maledictus. Unam cum que-
dam mulier conquesta sibi conquesta per
virum suum in dei servicium haberet
contrarium misit ei suam benediccionem
dicens: Virum tuum filia tempus est nunc
per modum caritatis. Ad quod
verbum tantam mutationem suscepit
quod et uxori benivolus extitit et
ipse per modum devote vixit. Cum
etiam sus agnum mitissimum comedi-
sset ille compassione commotus interi-
tu eius qui dicitur agnus sue illa
maledixit. Cuius maledictio totam
fuit virtutem quod illi sui instantum
post infirmitatem intulit mortem. Unde potest sibi
convenire quod dicitur Genesis xxvii^o^ Homini in
quod benedictus sit qui benedixerit
et maledictus in quem maledixerit
confessorum. Saliva eius quod sancta
erat quia per illam cecitatem ab
oculis tamquam per quodam salubre
collirium expellebat. Unam cum cuidam
puelle lumen oculorum perdite in
nomine trinitatis sputo suo oculos
liniisset statim lumen quod perdiderat ipsi
restituit. Unde illi puelle dici po-
terat illud Apocalipsis iii Collirio inun-
ge oculos tuos ut videas. Quinto
sancte fuerunt manus eius que
fuerunt Christi stigmatibus consecrate

a deo quidem fuerunt sancte quod ea que
tangebant efficiebantur sancta. Unam
panis eius manibus tactus tantam
virtutem ex tali tactu accepit quod infir-
mos comedentes sanavit. Quando
etiam cum inter nives gelidas frigoris
asperitate deficeret eius manibus con-
trectatus mox fuit in corpore et cor-
de mirabiliter inflammatus. Nec mirum
si ille manus frigidos inflammabat
que ignitos calculos id est Christi stig-
mata deferebat. Sexto sancte fuerunt ungu-
ues eius. Unam cum quidam frater
gravi temptatione affligeretur cepit
intra se cogitare. Utinam haberem pre-
sciviam unguium patris mei que presen-
tia ab omnes seu omnes temptationes
fugaret. Quod sanctus franciscus
in spiritu recognoscens vocavit
eum dicens: Veni fili et porta
mihi unguem. Ille autem stupens
letus iussa complevit et pro
reliquiis preciosis ipsas servavit
et ideo temptatione fugata con-
solatione multa recepit. Septimo
sacra fuit scriptura eius. Cum enim
quidam frater temptationibus urgeretur
cogitavit quod si de manu patris
aliquam scripturam acciperet omnem
temptationem vincere posset. Quod
ille in spiritu recognoscens ipso fratre
vocato cartulam cum atramento
iussit afferri et quasdam laudes
dei propria manu scribens ei dedit
et illa temptatio ab eo statim ab-
scessit. Octavo sancta fuit crux
signata cum manu eius. Cum enim
quidam religiosus in extremis
laboraret beatus franciscus panis
buccellam in oleo lampadis ante
altare corporis ardentis intinctam
et sua benedictione signatam transmisit
quam ille ad devotionem degustans
et corpore sanitatem recepit et mente
mutatus sancti in ordine intravit

Nono sancta fuit corda eius
Cum enim quidam cordam sancti
francisci qua fuerat accinctus ex
deuocione seruasset cordam illam
et in aqua intinxerat et omnes
infirmi ex illa aqua potati incolu-
mes efficiebantur et sani Decimo
sanctum fuit corpus eius tum quia
fuit laterali cristi vulnere dedicatum
Cum quia fuit in modum crucis
duobus cruribus premunitum Cum
quia fuit omni mundicia et castitate
nitidum Ideo quando nitidum quod vl-
lum paciebatur in sua carne pullu-
lare motum Unde cum quadam vice
carnis temptacio eum inuaderet
ille castitatis amator veste deposita
cum corda se fortissime verberauit
dicens Eya frater asine sic decet te
manere sic subire flagellum Undecimo
sancti fuerunt pedes eius quia scilicet
fuerunt cristi stigmatibus consecrati
Ideo autem eius pedes consecrati fue-
runt quod locio pedum eius magnam
habebat virtutem Cum enim in prouin-
cia reatina oues et boues pestis
seua consumeret vir quidam per visionem
admonitus lotam aquam pedum et
manuum que beata stigmata gestabant
respersit Cum qua quidem aqua mox ut
animalia sunt respersa ab omni morbo
penitus sunt curata Certe quidam
verificatum est quod a vertice capitis
usque ad plantam pedis non fuit in
corpore eius nisi sanctitas/ Si ergo
sanctum corpus eius fecit et tantum
exaltauit in hac vita multo futuro
ipsum exaltabit in resurreccione beata
Et si tam corpus exaltauit quanto magis
eius animam exaltauit / habuit ergo
secundo sanctam animam Unde cum eius
anima beata de corpore exiret et
visa est in specie stelle cuius magnitu-
do instar lune fulgor vero instar solis
esse videbatur Si talis stella hodie
in celo appareret mirabile valde esset
Ista stella fuit anima sancti francisci
que instar lune fuit magna instar
solis fuit lucida instar stelle fuit
incorrupta Magna fuit propter immen-
sum amorem quia secundum Bernardum cuius
anima magna habet caritatem est
magnus qui paruam paruus qui
nullam nullus/ Lucida est propter dei co-
gnicionem Incorrupta propter omnis timoris
exclusionem Anima scilicet de dilecto et
cognito est secura Ecce mirum si est
magna quia immersa est in pelagus
diuini amoris Ecce mirum si est lucida
quia profundata est in abyssum diuine
cognicionis nec mirum si est secura
quia iuncta est vite perpetui vigoris
Hoc signatum est quod beatus franciscus
quibusdam fratribus apparuit quiescenti-
bus in specie currus ignei mirandi
splendoris super quem globus lucidus
residebat qui solis habens splen-
dorem noctem conuertit in diem Ideo
autem apparuit in igneo curru quia
positus est in fornacem caritatis
accense Ideo autem apparuit super eum
globus lucidus quia inclusus in lucem
diuine sapiencie Ideo ille splendor
tenebras fugauit quia in eo non
remanet aliqua tenebra timoris
uel diffidencie etc. Sequitur

Sermo de sancto francisco etc.

Vidi alterum angelum ascenden-
tem ab ortu solis habentem
signum dei viui Apocalypsis vii°
Cum rex aliquis ad ciuitatem aliquam
venturus est solet nuncios multos
premittere qui eius aduentum solent
nunciare Cristus rex glorie du-
plicem habet aduentum Unus
est quo venit in carnem qui fuit
aduentus misericordie Et ante istum aduen-
tum premisit unum angelum suum
nuncium scilicet Iohannem baptistam
qui fuit angelus non per naturam sed per graciam

De quo dicitur Malachie. Ecce ego mittam angelum meum qui preparabit viam ante faciem tuam. Primus adventus est qui ad iudicium est venturus. Et iste adventus erit iusticie. Et ante istum adventum alium misit sive angelum scilicet beatum franciscum de quo potest exponi verba predicta. Cum dicitur vidi angelum alterum etc. In quibus verbis ostenditur quod beatus franciscus fuit homo angelicus. Cum dicitur vidi angelum alterum. Secundo quod fuit homo virtuosus. Cum subditur ab ortu solis. Tercio quod fuit homo dei. Cum dicitur habentem signum dei vivi. Circa primum notandum quod beatus franciscus angelo assimilatur propter quatuor commendabilia que in angelis reperiuntur. De quibus dicit psalmista. Qui facit angelos suos spiritus id est cursores sive nuncios suos. In eis est magna puritas. Ideo subditur spiritus. Spiritus enim de se puri et mundi sunt. In eis est magna humilitas. Ideo dicit. Et ministros suos. Magna quidem humilitas est quod nobis ministrare dignantur. In eis est fervor caritatis. Ideo dicit. Ignem urentem. Assimilatur autem beatus franciscus angelo. Primo propter [deleted] promptitudinem obediencie. Quatuor quidem deus sibi precepit. Primo ut adversa letanter susciperet. Secundo ut seipsum contempneret. De istis duobus dixit ei dominus in primordiis sue conversionis. Cum enim ecclesiam sancti damiani fuisset ingressus et ante crucifixum constitit audivit ipsum sibi de cruce loquentem et dicentem francisce vade et repara domum meam que ut vides tota destruitur. Tercio sibi precepit ut in se tantum et non in alio homine mortali speraret. Unde cum ipse in hospitalia ad quendam comitem liberaliter peteret vox ad eum dixit ut ad propria rediret non in homine sed in deo non in homine paupere sed in deo divite spem suam et fiduciam collocaret. Et ad ista quatuor precepta sanctus franciscus valde obediens extitit. Primo quia adversa mundi et opprobria homini pacienter et gratanter sustinuit. Unde dicitur de eo quod mallebat de se audire vituperia quam laudis preconium. Unde cum pater ipsius eius proposito obviaret et pueri post eum currerent et lutum in ipsum proicerent ipse ad omnia semper paciens fuit. Ideo potest dicere cum psalmista. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Secundo seipsum contempsit quia cum esset sanctissimus se peccatorem maximum reputabat. Unde cuidam fratri interroganti quam de se opinionem haberet respondit. Videtur michi peccator esse maximus. In hoc imitatus est apostolum dicentem i. Thimothei i. Christus ihesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere quorum primus id est magnus ego sum. Tercio ecclesiam dei que tam materialem quam spiritualem reparavit. Materialem quidem sacerdoti pecuniam tribuendo quam cum ille timore parentum recipere renuerit eam in tantum proiciens vilipendit. Spiritualem autem verbo et exemplo edificando. i. Thimothei iii. Scias quomodo te oporteat in domo dei conversari que est ecclesia dei vivi columpna et firmamentum veritatis. Quarto in deum spem suam tantum posuit. Unde frequenter dicere consuevit illud psalmiste. Iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Ieremie xvii. Beatus vir qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius.

Secundo assimulatur angelo quantum ad puritatem
cordis cum suum diligenter custodiebat nec
aliquam impuritatem ingredi permit-
tebat. Dyabolus namque in cor eius
aliquando voluit inmittere suggestionem
fraudulentie aliquando intulit occasionem
peccati sed ipse eius fraudulenciam vi-
cit per sapienciam et discrecionem sicut
cum in oracione consisteret dyabolus cum
nomine tercio vocavit dicens Francisce
nullus est peccator cui si converso deus
non indulgebat sed nimis se affli-
gentem se nudo denegat vir autem
sanctus dei sapiencia illustratus sta-
tim cognovit quod per hoc volebat ipsum
a fervore retrahere et ad torporem
inducere. In Legenda trali anni spiritui
credere sed probate spiritus si ex deo sunt
Suggestione concupiscencie vincebat per
carnis mortificacionem unde non cir-
cumdata fuit sic vberavit eum in nive
magnam se proiecebat modo cibos cul-
cavit sibi appositos ne pallatum
alliceret aqua frigida vel cinere per-
mutabat. Stalla .3. ex corrupcione ve-
bra vestra que sunt super terram
Suggestionem avaricie vincebat per
terrenorum despectionem cum enim in via
sacculum invenisset quasi denariis
tumescentem rogatus a socio ut
acciperet sed nullatenus acquievit
sed tandem molestatus a pice iussit
et cetera. Spernens de sacculo coluber
subito cum ipso exivit et sic illu-
sionem dyaboli fuisse apparuit. Philli. 3.
Omnia detrimentum feci et arbitror
ut stercora ut cristum lucrifaciam. Sug-
gestionem impaciencie vicit per paciencie
perfectionem. Item cum a quodam car-
dinali rogatus cum ipso moram
aliquam contraxisset demones
nocte advenerunt et in eum attrociter
surrexerunt et verbera inferunt. Cui
dixit fratri demones iusticiarii
dei sunt ergo tu alitus peccati

consentus non sum sed forsitan bonum
nos plenius exemplum quia mi-
serum in curiis et sic verbera pa-
cienter sustinens inde abscessit
nec per aliquam impacienciam separari
potuit. Hebreos 10. Paciencia nobis
necessaria est nec mirum si dyabolus
in cor eius intrare non poterat
inmittendo aliquam suggestionem
fraudulencie vel concupiscencie
vel avaricie vel impaciencie quia
cor suum signo sancte crucis erat
clausum et fortissime communitum
habens ipsam crucem per galeam in fron-
te unde quidam vidit in fronte
suo magnum thau colorum varie-
tate distinctum qui eius frontem
mire venustabat ornatum. Ezechiel 9.
Signa thau super frontes virorum
gementium habens ipsam crucem
per lorica et ceteris armis in toto
corpore unde vidit palacium plenum
armis crucis caractere insignitis
cui responsum est quod sua et suorum
militum arma essent. 2 Corinthios 10.
Arma milicie nostre non sunt carnal-
lia sed potencia dei ad destructionem
municionum consilia destruentes ha-
bens ipsam crucem per corpore unde
quidam secularis nomine vidit
beatum Franciscum duobus ensibus
valde fulgentibus in modum crucis
signatum quorum unus a capite ad
pedes, alius a manu ad manum
per pectus transversaliter tendebatur
cum conpunctus ordinem intravit
Si igitur dyabolus volebat in cor intro-
ire a superiori per fraudulenciam
ibi intrudebatur cruce sapiencie. Si
ab inferiori per concupiscenciam ibi
intrudebatur cruce castitatis
et continencie. Si a dextris per
prosperitatem et avariciam ibi intrude-
batur cruce humilitatis et paciencie

Habuit enim sanctam crucem pro
vexillo in Christi acie istud vexil-
lum portavit quando stigmata in
corpore impressa habuit quod instar
vexilli Christi rubei coloris fuit
iuxta illud Ysaie 63 Quare
rubeum est indumentum tuum
et vestimenta tua sicut calcan-
tium in torculari ad istud autem
vexillum et hostes i. demones
fugiebant et peccatores qui fugerant
ad quorum reddiebant et boni
sequerant devotionem maximam
recipiebant Ysaie xi Levavit
dominus signum in nationes et congrega-
bit profugos Israel et dispersos Iuda
colliget a quatuor plagis terre
Tercio assimilatur angelo propter excel-
lentem humilitatem Ipse enim
maxime humilitatis extitit et
quando scriptum est Luce 18 Qui se
humiliat exaltabitur Ideo quadrupli-
cem exaltationem promeruit exal-
tatus est enim in ecclesia in fama
in doctrina et in gloria In ecclesia
quidem quia factus est ecclesie
sustentator unde summus ponti-
fex vidit lateranensem basilicam
subito mutari ruinam quam quidem
homo pauperculus et despectus dorso
supposito sustentabat qui ipsum
intelligens eius regulam confirmat
Eccl. 9 Civitas parva et pauci in
ea viri venit contra eam rex magnus
i. diabolus et vallavit eam scilicet temp-
tationibus et persecutionibus invente
quoque vir in ea pauper et sapiens
scilicet Franciscus et liberavit eam
per sapientiam suam Secundo exalta-
tus est in fama quia factus est
toti mundo amabilis et preclarus
quia prius erat humilis et abiectus
Eccl. 11 Et homo interdum indigens

recuperatione plus deficiens virtu-
te et habundans paupertate et
oculus dei respexit illud in bono
et erexit illud ab humilitate ipsius
et exaltavit caput eius et mirati
sunt multi in illo Tercio propter humi-
litatem exaltatus est in doctrina
quia factus ecclesie fructuosus doctor
doctrina enim tunc est fructuosa
quando est humilitati iuncta unde
cum papa Ostiensis ab illo requireret
si vellet quod fratres sui promoverentur
ad ecclesiasticas dignitates respondit
domine fratres mei ideo minores sunt
vocati ut maiores fieri non pre-
sumant Si ergo vultis ut ecclesia
faciant fructum conservetis eos sub
tenue gradum Eccl. Sapientia humili-
ter beati Francisci exaltabit capud
illius et in medio magnatorum
consedere eum faciet Quarto per
humilitatem exaltatus est in gloria
quia factus est civitatis summe
inhabitator unde quidam frater
in extasi factus vidit inter ceteras
celi sedes unam ceteris digniorem
et in omni gloria refulgentem Et
ecce vox ad eum dicens sedes
ista unius de ruentibus principibus
fuit et nunc humili servatur Franci-
sco sicut enim dicitur Job 22 Qui
humiliatus fuit erit in gloria Pro. 29
Humilem spiritu suscipiet gloria
Quarto assimilatur angelo propter
ardentem amorem Ipse enim totus
fuit igne caritatis accensus quod
quidem patet per quatuor Primo videlicet
per corporis elevationem Ignis enim
semper habet sursum ferri Illi
enim qui isto igne pleni sunt semper
ad celestia elevantur unde beatus
Franciscus aliquando orans ipse
est manibus ad modum crucis
extensis a terra toto corpore sublevari

et nubecula quedam fulgente circum-
dari. Illa autem elevatio corporis
representabat elevationem mentis. Ad
istam elevationem faciendam amone-
mur Thren. 3: Levemus corda
nostra cum manibus ad dominum in ce-
los. Secundo patet per corporis ca-
lefactionem. Interrogatus namque quo-
modo tunica tam tenuis a frigore posset
arceri respondit: Si igne sancti
spiritus nos intus tale facit caro nostra
frigus exterius non sentiet. In cor-
de namque suo erat tamquam magna
fornax amoris que inflammabat animam
pariter inflammabat et corpus. Unde
psalmista sentiens se inflammatum in
corde dicebat: Inflammatum est cor
meum. Deinde per hoc inflammatum
se sentiens in corpore subiungebat:
et renes mei commutati sunt. Tertio
patet per sue mentis deificationem.
Ignis enim sibi assimilat ea in que
agit. Unde ignis divini amoris agens
in animam beati Francisci sic ipsam
sibi assimilaverat quod eam totam
deiformem effecit. Sicut enim ferrum
missum in ignem totum efficitur igneum,
sic anima beati Francisci caritate
succensa tota effecta erat caritas.
Et ideo iam exterioribus sensibus non
utebatur quia interiori amore totaliter
fruebatur. Unde et quadam vice
cum asello subvectus a populo ex de-
votione traheretur et comprimeretur insen-
sibilis ad omnia videbatur. Sancti
enim viri in mentis excessum rapti
insensibiles exterius videntur quia
ab amoris vehementia totaliter
intus absorbentur. Talis erat
apostolus qui dicebat 2 Cor. 12:
Scio hominem sive in corpore sive
extra corpus nescio deus scit quoniam
raptus est in paradisum. Quarto patet
per ignis exterioris extinctionem. Mar-
tires enim in ignem proiecti ideo sepe
illesi exibant quia ignis amoris

interioris frigidum ipsum reddebat. Unde
dicit Maximus de beato Laurentio:
Segnior erat ignis qui exterius arsit
quam ille qui intus accendit. Sed
cum sanctus sanctus Franciscus ad
martirium vehementer sitiret et Solda-
no verbum dei predicaret dixit se paratum
esse cum sacerdotibus Soldani copio-
sum ignem intrare et quem clemen-
tia divina protegeret ille veram fidem
haberet. Sciebat enim sanctus dei quod ignis
exterior cessisset ardori fidei et
ignis amoris interni. Ideo dicit Eccl.
mirabile genus medicamenti ut
ignis ignibus extinguatur. Secundo
beatus Franciscus fuit homo illumi-
natus, quod notatur cum dicitur ascen-
dentem ab ortu solis. In hoc enim
quod ipse ascendit cum sole notatur
quod totus fuit illuminatus, totus in-
flammatus et totus deificatus. Ideo
apparuit in specie ignis currus et
globus super eum lucidus solis
habens splendorem. Ideo namque
apparuit super eum globus lucidus quia
totus erat illuminatus. Ideo apparuit
in curru igneo quia totus erat
inflammatus. Ideo habens solis splen-
dorem quia totus erat deificatus.
Primo igitur ascendit totus illuminatus
et quia erat totus illuminatus ideo
totum mundum illuminavit ut possit
dici de eo illud Apoc. 18: Vidi
alium angelum descendentem de celo
habentem potestatem magnam
et terra illuminata est a gloria eius.
Terra est obscura sicca et frigida
et sic est mundus. Vere sunt multi ob-
scuri et tenebrosi scilicet infideles
et extranei, multi frigidi scilicet ne-
gligentes et tepidi, multi sicci scilicet
duri et obstinati. Ideo dicitur Gen. 1:
Terra autem erat inanis et vacua
et tenebre erant super faciem abyssi.
Esse cum inanis quantum ad dona

cuit sicut dicitur Eccl. 38 Homo
achazis quasi fabula vana et
vacua quantum ad tepidos qui credunt
se plenos et vacui sunt omni bono
Concubire aut super faciem abyssi quan-
tum ad incredulos Venit autem
beatus franciscus totus illuminatus
tribus radiis portans scilicet
doctrinarum exemplorum et miraculorum
Radio doctrinarum illuminavit tenebram
tiam obscuritatem quantum ad infideles
et errores Erat enim de numero illorum
de quibus dicit apostolus philippenses 2 inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo
verbum vite continentes Radio exem-
plorum et illuminavit et inflammavit
tiam frigidam quantum ad tepidos
qui ad sua exempla ignita in-
flammabantur Et ideo exempla viorum
sepe a nobis sunt ymponenda
Iacobi 7 Exemplum accipite fratres
exitus mali longanimitatis et
laboris et paciencie prophetas Radio
miraculorum illuminavit tiam siccam
quantum ad duros et obstinatos qui
aliter noluerunt credere nisi miracula
viderent contra illud psalmi Signa
nostra non vidimus iam non est propheta
De hiis tribus radiis dicitur Eccl. 43
Tripliciter sol exurens montes
radios igneos et exsufflans et
Ipse enim exussit ignoranciam
in erroneis radio doctrinarum
negligenciam in tepidis radio ex-
emplorum et duriciam in obstinatis
radio miraculorum Secundo aspe-
xit totus inflammatus habuit enim
carbones accensos in ore quia
habuit verba ignita ut posset dici
de eo illud Eccl. 48 Surrexit He-
lias quasi ignis et verbum ipsius
quasi facula ardebat In corde
quia habuit ignita desideria ut
posset dici illud Luce 24 Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis
Eccl. 10 Scintille quasi aspectus
eris candentis Sancti enim viri
habent desideria pondere terreno
levia ideo dicit scintille et in
auribus dei sonancia Et ideo
dicit eris Et per amoris ardentia
Et ideo dicit candentis In corpore
quia gessit ignita stigmata ut
posset dici de ipso illud quod dicitur
Eccl. 31 Vapor ignis urit carnes
eius Ignis enim qui ardebat per
amorem urebat exterius carnem
eius per stigmatum impressionem
In tota sua accione quia habuit
opera ignita de quibus ignitis
operibus dicitur Job 37 Nonne vesti-
menta tua i. opera que sunt
vestes anime calida sunt cum per-
flata fuerit terra i. anima que debet
esse per bona opera fecunda austro
i. spiritu sancto calido et accenso
Tercio fuit totus deificatus Ideo
enim quod cum sole ascendit eius
similitudinem induit et confor-
mis extitit Ipse stigmata que in
corpore suo portavit unde Christus
in iudicio erit certis sanctis
eum tamquam similem sibi recog-
noscit in aliis autem dicit Math 25
Amen dico vobis nescio vos Super
quem locum dicit Crisostomus Nescio
vos tamquam pater filios meos
quia meam similitudinem non ha-
betis Nescio tamquam rex milites
meos quia mea vexilla non por-
tatis Nescio tamquam pastor oves
meas quia mea signa abiecistis
Nescio tamquam magister discipulos me-
os quia meam doctrinam contempsi-
stis Contra dicit in beato franci-
sco sua stigmata recognoscens
dicet ei Cognosco te tamquam pater
filium meum quia meam similitu-
dinem tibi impressi tamquam

rex militem meum quia mea ve-
xilla secunda tibi commisi Tanquam
ducem meum quia te meis caract-
teribus consignavi Et tanquam
magister discipulum meum quia meam
doctrinam te servare feci scilicet de qua
dixi Math. 16 Si quis vult post
me venire abneget se metipsum
et tollat crucem suam et sequatur
me Tercio fuit homo dominum quod
notatur cum dicitur habentem signum
dei vivi / portavit in corde propter
amoris vulneracionem ut possit
dicere cum anima cum sponsa vul-
nerata caritate ego sum por-
tavit in corpore propter maceracionem
2 Cor. 4 Semper mortifi-
cacionem ihesu cristi in corpore
nostro circumferentes Ipse enim
mortificacionem in corpore suo sem-
per circumferebat quia frequenter mensam
communem sibi lectus erat lapidem
ad caput ponebat vita tunica
et paupere sibi contentus erat
In magna siti eciam aquam ad
sufficienciam non bibebat sapo-
res ciborum aqua vel cinere im-
mutabat portavit in corpore
tempore corporis propter stigmatum
impressionem Cant. 8 Pone
me ut signaculum super cor tuum
hoc refert ad vulnus cordis
propter amorem ut signaculum
super brachium tuum hoc refert
ad vulnus stigmatum per impressi-
onem quia fortis est ut mors
dilectio hoc refert ad vulnus
corporis per maceracionem
Sancti enim viri per maceracionem
dileccionem quam in corde gerunt
omnia vicia in se mortificant
et extinxerunt etc.

Sequitur sermo tercius de sancto Francisco etc.

Ego enim stigmata domini ihesu
in corpore meo porto Gala. 6 Consue-
verunt reges milites quos
honorare volunt vestibus sue
glorie induere et armis sue victorie
insignire Sicut patet Hester 6 quia
rex Assuero qui Mardocheum
honorare voluit vestibus regiis
eum induit et super caput eius
de stella regis est eius sede stat
Cristus rex glorie fuit vestitus veste
aspersa sanguine ut habetur Apoc.
19 Et sunt stigmata vulnerum
tanquam signa victorie Et quia
beatum Franciscum tanquam suum
fidelem militem honorare voluit
ipsum in veste sua rubea eum induit
dum in corde eius memoriam
sue passionis infixit et signa
sue victorie ei concessit dum beata
stigmata in carne sua impressit
Ideo beatus franciscus de hoc gloriatur
et dicit Ego enim stigmata in corpore
domini mei ihesu cristi meo porto verba
ista implicant scilicet quod stigmata por-
tavit et quod cristi stigmata portavit
et quod in corpore suo portavit Quod
stigmata portavit fuit indicium ma-
xime caritatis quod domini ihesu stigmata
portavit fuit premium maxime
familiaritatis Quod in corpore
suo portavit fuit argumentum
maxime veritatis / portavit igitur
stigmata quod fuit indicium maioris
caritatis Sicut enim ignis materialis
insensibiliter se suggerit donec totam
materiam subiectam in se convertit ut
non tam videatur convicta quam ignea
Sic in corde beati francisci tantus
de cristi passione fuit ardor amoris
quod fortis talis sermo impressit in
omnibus sensibus stigmata passionis
Ut hec omnia fuerunt in eius corde

que fuerunt tam impressionis
stigmatum in corpore: vehemens
ymaginatio, vehemens delectatio,
vehemens admiratio, vehemens
meditatio et vehemens compassio.
Primo igitur impressa fuerunt ex
vehementi ymaginatione. Quod
cum ymaginatio virtutem habeat
imprimendi exemplis pluribus osten-
ditur. Primo ex eo quod legitur Gen.
30 quod sibi Iacob virgas po-
puleas ex parte decorticavit
et varium colorem fecit
et in canalibus posuit ut oves
tales fetus conciperent quales um-
bras intuerentur et aucta in aquis
speculata ymaginatione fuissent
et sic factum est. Secundo alia exem-
pla ponit Jeronimus ut habentur
in glosa super predictum locum. Unum est
quod quedam mulier peperisset
ethiopem et a viro suspecta de adulterio
haberetur. Quintilianus eam defendit
quod sibi accidit ex quadam yma-
ginatione ethiopis quem aliquando
ipsa conspexit. Aliud exemplum est
quod cum mulier puerum pulcher-
rimum utrique parenti per omnia dissimi-
lem peperisset et tanquam adul-
tera morti adiudicata fuisset mo-
nuit ypocras ut in cubiculo quere-
retur si aliqua talis ymago esset
ibi quesitum est et inventum et
mulier liberata est. Aliud exemplum
ponit philosophus in libro de animalibus
quod cum quedam gallina quemdam
gallum vicisset gallina ex ymagina-
tione victorie cristam instar galli
et calcaria sibi excrescere videmus
etiam experientia quod si homo yma-
ginatur victoriam mox rubescit
et si paviscit ymaginatio vel timore
pallescit atque exhorrescit. Beatus
igitur Franciscus ymaginabatur
in sacra visione sibi facta Sera-
phym crucifixum et tam fortis
ymaginatio extitit quod vulnera
passionis in carne sua impressit.
Dicat igitur beatus Franciscus illud
capitulo 2 Cor. 3. Nos vero revela-
ta facie gloriam domini i. glo-
riosam visionem speculantes in eam-
dem i. per eandem ymaginationem transfor-
mamur de claritate visionis yma-
ginarie et claritate impressionis
in carne. Secundo impressa fuerunt
ex vehementi et forti amore.
Quod cum amor virtutem habeat
imprimendi dicit Hugo de sancto
victore in libro de ignibus sicut
massa liquefacta per fistulam et
in unam funditur et formam accipit
ita anima amoris igne soluta
per radium contemplationis usque ad
ymaginem divine similitudinis et
ymo quicquid diligimus ex ipsa
vi dilectionis in eius similitudinem
transformamur. Ignis igitur arden-
tissimi amoris qui in corde beati
Francisci ardebat in corde per
amorem sic foris se manifesta-
vit per stigmatum impressionem. Quia
cum amor dominice passionis in
corde eius fortiter ardebat ideo
in carne sua mirabilia facie-
bat. Prov. 6. Numquid potest homo
abscondere ignem in sinu suo
ut vestimenta eius non ardeant.
Homo i. beatus Franciscus
ignem ardentis amoris in sinu
suo i. in corde suo per abscondere
non potuit quin vestimentum
suum i. corpus suum quod est ve-
stimentum anime non arderet
et stigmata in ipsum non imprimeret.
Dicat ergo beatus Franciscus illud
Jere. 20. Factus est in corde
meo quasi ignis estuans.

clausus est in ossibus meis et
defeci ferre non sustinens. Ignis
enim amoris divine passionis non
tantum cor suum intendit sed etiam
ossa medulitus penetrat et quia
tantum ignem clausum in corde suo
non potuit ideo se in exterius suam
manifestavit. Tercio impressa fuit
ex vehementi admiracione quod
enim admiratio imprimat ostendit
Augustinus magnus contra Julianum
adducens in exemplum oves Ja-
cob que ex ymaginatione et
admiratione quadam concepta fecit
varios conceptus videbantur. Videbat
igitur beatus Franciscus seraphym
crucifixum et admiratione et
stupore nimis implebatur unde potest
dici de eo illud Ezechielis 1. Et erat
visio discurrentis in medio animalium
splendor ignis etc. Mirum si stu-
pore nimio replebatur quia vide-
bat dei filium sic splendentem sic
ardentem sic fulgentem. Ipse
enim seraphym splendebat dum
ipsum celestibus visionibus illustra-
bat / et ardebat dum ipsum in cor-
de inflamabat / et fulgorabat
dum scintillas stigmatum in suo
corpore imprimebat. Quarto impres-
sa fuit ex vehementi et fre-
quenti meditatione. Ipsa enim medi-
tatio habet imprimere et interius
afficere. Ecclesiastici 2 frequens me-
ditatio frequens est afflictio. Et
in corde ardorem psalmus In me-
ditatione mea exardescit ignis.
Beatus igitur Franciscus Christi
passionem continue meditabatur et
in domo sedendo et in itinere
ambulando et in vigilando
et tamquam in manibus eum ha-
beret semper suis oculis mentalibus
intuendo et ideo implevit illud
quod dicitur Deuteronomii 6 meditaberis
sedens tua et ambulans in

itinere et dormiens atque con-
surgens et ligabis eam quasi
signum in manu tua. Quinto impressa
fuerunt ex vehementi et magna
compassione. Compassio enim imprimit
quia lacrimas inducit. Job 30 fle-
bam quondam super eo qui afflictus
erat et compaciebatur anima mea pauperi.
Unde etiam gallina ad suos pullos
propter pullos tanta compassione afficitur
quod tota immutatur et tota infirmari
videtur. Beato igitur Francisco in
orante Christi [illegible] veluti crucifixus
apparuit et sibi locutus fuit. Ad cuius
vocem atque aspectum anima eius sic
est liquefacta et sic memoria pas-
sionis cordi eius impressa ut cum
Christi passio in mente veniret vix
se a lacrimis contineret unde potest
dicere cum sponsa Canticorum 5 anima
mea liquefacta est ut dilectus
locutus est michi etc. / Et cum psalmista
factum est cor meum tamquam cera
liquescens in medio ventris mei.
Sicut enim cera liquescit a facie ignis
sic eius animus tota ex passione
liquefiebat in memoria passionis.
Sexto portavit stigmata domini
Ihesu quod fuit premium maxime
familiaritatis. Christus enim dedit
sibi stigmata sua tamquam arma
sua tamquam vexilla sua tamquam
testimonia sua. Ipse quidem erat mi-
les Christi / signifer Christi legatus
Christi et pro Christi. Quia igitur
erat miles Christi dedit sibi
stigmata sua tamquam arma sua.
Istud ostensum est in primordio sue
conversionis ubi Christus ostendit sibi
palacium magnum armis militaribus
plenum crucis caractere insignitis
que sibi et suis militibus danda
erant. Per quod dabat intelligi quod
ipse in Christi milicia dux et miles
erat futurus et [illegible] signo munitus /

Quod autem iste armis crucis
munitus fuerit patet per illud
quod visus est duobus ensibus
in modum crucis munitus ita quod
diabolus non poterat in terram eius ascen-
dere nec a superiori per aliquam
spem vanam nec ab inferiori
per aliquem inordinatum timorem
nec a dextris per aliquam temporalem
leticiam nec a sinistris per aliquem
dolorem. Unde etiam intra spiritum
se reclusit crucis ymaginem pre-
sentem ut sicut intus cruci-
fixum induerat sic et corpus
eius induerat lucis arma. Ista
vero arma non erant carnalia sed
spiritualia, non debilia sed valde po-
tentia quia per ea destruebat et
confringebat municionem omnem adver-
sariorum, spiritualia demonum,
altam superbiam tyrannorum et
incarcerabat omnem animum inordina-
tum motum. Ista tangit apostolus 2
Cor 10: Arma milicie nostre non
sunt carnalia sed potentia deo
ad destructionem municionum consilia
destruentes et omnem altitudinem
extollentem se adversus scientiam
dei et in captivitatem redigentes
omnem intellectum in obsequium Christi.
Secundo quia fuit signifer Christi dedit
enim ei stigmata sua tamquam
vexilla sua de quibus vexillis
cantat ecclesia: Vexilla regis pro-
deunt fulget crucis misterium. Et
ea vexilla autem regalia hostes
timent et in fugam convertuntur
principes et barones animantur
et ceteri milites congregantur. Sic iste
signifer dei cum vexillis regali-
bus que deferebat et demones in-
ducebat in confusionem et peccatores
qui iam fuerant provocabat ad con-
fusionem et principes celestis curie
i. angelos trahebat in admiracionem

et ceteros Christi fideles animabat
ad devotionem. Hoc signatum est in
hoc quod quadam revelatione divina
sibi facta vidit crucem auream ex
ore Francisci procedentem cuius
summitas celum tangebat. Cuius
brachia usque ad fines mundi vi-
debantur extendi. Per hoc quod summitas
illius celos tangebat signabatur
quod principes celestis curie admiracionem
signatam trahebantur in magnam
admiracionem. Per brachium quod erat
in sinistris signabatur quod demones indu-
cebantur in magnam confusionem.
Per brachium sinistrum quod extendebatur
ad aquilonem signabatur quod peccatores
in amore dei frigidi provocabantur
ad confusionem. Per brachium dextrum quod
extendebatur ad meridiem signabatur
quod fideles in dei amore fervientes
inducebantur ad magnam devo-
tionem. Unde de hoc potest exponi
quod dicitur Ysaie xi: Levabit dominus
signum in nationes et congregabit
profugos Israel et dispersos Iuda col-
liget a quatuor plagis terre. Et
illud quod dicit apostolus Ephes 3:
In caritate radicati et fundati
ut possitis comprehendere cum omnibus
sanctis que sit latitudo longitu-
do et sublimitas et profunditas.
Tercio quia erat legatus dei dedit
ei stigmata sua tamquam sigilla
sua, vulnera cum summi pontificis
secum ferebat. Et ideo quod ipse esset
legatus summi pontificis nullus
dubitare debeat. Unde et in vita
sua signo Thau litteras suas
consueverat sigillare. Unde tamquam
legatus summi pontificis dicere
poterat cum apostolo 1 Cor 7:
Pro Christo legatione fungimur.
Et illud Abdie 1: Auditum audivimus
a domino et legatum ad gentes
misit. Legati autem consueverunt

signa pontificalia de facie peccata
remittere indulgencias facere et be-
nedictionem dare Et beatus Franciscus
tanquam legatus dei pontificalem
mitram multiplici varietate
ornatam in fronte sua portabat
unde quidam vidit in fronte
sancti Francisci magnum thau
colore varietatum distinctum quod
eius frontem mira venustabat
ornatu proverbiorum 1 Ut addatur
gratia glorie id est corona capiti tuo et
torques collo tuo / Habuit enim
ornatum caput mentis caritate
et collum predicationis operationis ful-
gore Item tanquam legatus per vir-
tutem sancte crucis peccata remittebat
unde cuidam apostema patienti
et se invocanti post mortem appa-
ruit et cum suo baculo qui fi-
guram thau in se habebat apo-
stema tetigit et fregit et sanatus
fuit Et illud signum super locum
sanatum ipse remansit per quod signum
quod multis passionibus dura peccatorum
frangit et omnem saniem peccati
inde educit Ipse etiam tanquam legatus
indulgencias faciebat Consueve-
runt etiam legati synodis interesse
et largam benedictionem indulgentie
eis dare unde cum a quodam
provinciali capitulo absens esset
quidam frater probate vite vidit
corporis oculis seu corporeis oculis
beatum Franciscum in aera suble-
vatum brachiis expansis manibus
in figura crucis in modum crucis
benedicentem omnes et qui au-
dierant nimia consolatione sancti
spiritus sunt repleti Quia etiam
erat legatus per virtutem sancte
crucis benedictionem dabat unde
appropinquante die mortis sue
ante eum sedentibus et flentibus
omnibus benedixit in modum

crucis manibus cancellatis Cum
quidem benedictio filios roboravit
et confirmavit Ecclesiastici 3 Benedictio
patris firmat domos filiorum
Quarto quia erat preco dei de-
cebat stigmata sua tanquam testimo-
nia preco cum principis est ob prin-
cipis quia ea que nunciat ex ore
principis nunciat Et quia beatus Fran-
ciscus verba que predicabat ex ore
principis recipiebat et per eum pro-
prietatem omnem a vilitate perti-
pendebat Ideo os dei erat iuxta
illud Jeremie 15 Si separaveris preciosum
a vili quasi os meum eris Dedit
igitur Christus preconi suo stigmata
sua tanquam testimonia sua ut
scilicet ab omnibus preco dei cognosceretur
Et verba illius quasi ex ore dei
reciperentur unde cum quidam
dei per alios tempore quidam rustici
abviantes eidem qui vitam suam
penitentiati sunt Ille autem preconem
dei esse se dixit Tunc illi eum
arripientes in magnam nivium
congeriem proiecerunt Et iacet ibi
rustice preco dei de isto autem
precone dictum fuit moysi Numeri 10
Fac tibi duas tubas argenteas
ductiles quibus convocare possis
multitudinem Iste due tube fue-
runt beatus Franciscus et beatus
Dominicus qui fuit tube ex parte
sua stricte per arctam vitam et
ex parte ipsius ampli per compassionem
et misericordiam / etiam fuerunt argentee
id est sonore per predicationem sollicitam
Et fuerunt ductiles per obedienciam
promptam Et fuit status plenus
id est per inhabitantem spiritus sancti gratiam
Tertio per hoc quod dicitur in corpore
meo porto ostendit quod ista stig-
mata fuit omnino de veritatis /
quod autem vera stigmata fuerunt

patet de multis. Primo de seraphica
visione. Vidit enim in oratione
cum christi passionem meditando
revolveret unde seraph sex alas
habentem splendidas et igneas usque
ad aeris locum viro dei propinquum
de celo descendere et inter alas erat
effigies hominis crucifixi disposi-
tionis autem ipso mirabilem in
suo corde reliquit ardorem et mi-
rabilem in corpore suo similiter reli-
quit effigiem. Secundo de clavorum
infixione ad magnam cum mi-
rabili attencionem hoc facit quia
manus beati francisci et pedes in
ipso medio clavis erant affixe.
Erant quidem clavorum capita in mani-
bus et pedibus rotunda et acuti
repercussa que de ipsa carne surge-
ntia carnem reliquam excedebat.
Tercio de sanguinis effusione. Dex-
trum enim latus eius quasi lancea
transfixum rubea cicatrice obductum
erat quod sepe sanguinem sacrum
emittens tunicam et femoralia
respergebat. Vnde cum sanguine
non emisissent si nisi stigmata
vera fuissent. Quarto de sensibili
dolore. Cum enim frater quidam scapu-
las eius fricaret vulneris lateris
incautius tetigit. Ad cuius tactum
cum dolorem sensit quod fortiter
exclamavit. Nisi enim vulnera vera
fuissent nequaquam dolorem sen-
sisset. Quinto de multorum fidelium
attestatione quia tam in vita quam
in morte multi fratres fidedigni
ista stigmata viderunt tetigerunt
et osculati fuerunt ut possint
dicere illud i Ioh. i. Quod audi-
vimus quod vidimus oculis nostris
quod perspeximus et manus nostre
contrectaverunt de verbo vite annunti-
amus vobis. Sexto de multorum
miraculorum ostensione. Preterquam de
ipsis cicatricibus suis modo certifi-
cat dubios, modo iuvat devotos
modo convincit incredulos que omnia
de subiectis miraculis patent.
Certificat quidem dubios. Cum enim
sepe cuidam de laterali vulnere
dubitatio quedam inesset nocte
sibi in visione sanctus franciscus
apparuit apparens brachium elevat
et vulneris ostenderet ut ampullam
supponeret que sanguinem fluentem
reciperet admonuit. Qua supposita
mox illa sanguine est repleta.
Summus autem pontifex hoc cum lacri-
mis retulit et post modum summa
devotione ad illa stigmata affectus
fuit. Iuvat etiam devotos. Quidam
namque miles francisco sancto de-
votus a quibusdam letaliter vul-
neratus beatum franciscum in suum
adiutorium invocavit. Cui vigilanti
apparuit et sacro unguento vulnera
eius ungens sacris stigmatibus
tangens ipsum perfecte sanavit. Tunc
omnes videntes sanatum quem
videbant sepeliendum deo et beato
francisco gratias obtulerunt. Convincit
etiam incredulos. Quidam namque
clericus cum de viri sancti stigmatibus
dubitaret sensit in sinistra manu
sub cirotheca se graviter percuti
velud cum emisso sonitu spiculo
a balista de quo vulnere tantus
procedebat ardor doloris quod pene de-
ficere videretur. Sed cum veraciter sui pe-
nituisset aptius sanata est eius tacto
a vulnere. Post quam incredulus
sanatus fuit in mente nullum
autem in cirotheca incisionis vesti-
gium apparebat. Ex hiis igitur quod sua

stigmata sic dubii certificantur / sic de-
voti adiuvantur / sic increduli reducun-
tur. nullus iam ergo de ipsis stigmatibus de-
bet esse dubius nullus incredulus.

Sermo quartus de sancto Francisco ordinis fratrum minorum

Venite ad me qui laboratis et
onerati estis et ego reficiam
vos. Tollite iugum meum super
vos. Matth. 11. In hac vita quatuor
reperiuntur incommoda scilicet labor onus
fames atque divisio. In presenti
igitur evangelio quatuor persone
a Christo invitantur ut ad se veni-
ant scilicet fatigati cum dicitur Venite
ad me omnes qui laboratis. Secundo
onerati cum dicitur Et onerati estis.
Tertio famelici cum dicitur Et ego refi-
ciam vos. Quarto separati et divi-
si cum dicitur Tollite iugum meum
super vos. Fatigati sunt avari de
quibus dicitur Eccl. 2. Cuncti dies eius
doloribus et erumpnis pleni sunt
nec per noctem mente requiescit.
Onerati superbi. Gravia superbia adeo
est ponderosa quod etiam celum ipsum
non potuit sustinere sed angelos superbos
ad infimum deiecit. Unde dicitur de
primo angelo Ysaie 14 / Detracta est
ad inferos superbia tua concidit
cadaver tuum / Famelici sunt luxuri-
osi quia ipsa concupiscentia nunquam
satiari potest Proverb. 13. Ignis scilicet con-
cupiscentie nunquam dicit sufficit / Divi-
si sunt discordes de quibus dicitur
Osee 2. Divisi sunt ut essent absque
iugo. Contra autem beatus Franciscus
habuit paupertatem veram / humili-
tatem profundam / dilectionem divinam
et obedientiam perfectam / Dicat igitur
beatus Franciscus Vos fatigati
labore avaritie venite ad me
pauperem et ego refocillabo vos /
Vos onerati pondere / superbie / venite
ad me humilem et ego alleviabo
vos / Vos famelici fame concupiscentie
venite ad me amore deificante
et ego reficiam vos. Vos divisi per
iugo discipline venite ad me iugo
sancte obedientie differente et ego
pacificabo vos / Habuit autem
beatus Franciscus paupertatem veram
per quam fatigatos labore avaritie
reficiebat. Cuius autem paupertas
fuit vera / Primo quia non fuit
coacta sed spontanea. Cum enim
quadam die missam audiret et
evangelium legeretur in quo dominus
discipulos sine auro et argento
et calciamentis mittebat mox
calciamenta de pedibus solvit
baculum deposuit peram contempsit
sine pro corrigia assumpsit unam tunicam
vili se induit / Secundo non fuit eius
paupertas semiplena sed perfecta
et quasi extrema / Tam extrema
quidem quod nudus ad conversionem venit
et nudus de mundo exivit. Nam
in primordio sue conversionis vestibus
etiam femoralibus denudatis patri
avaricie restituit dicens Usque modo vo-
cavi te patrem in terris sed amodo
dicam Pater noster qui es in celis. Episcopus
autem ipsum amplexatus induit. Fecit
nudus etiam de mundo exivit. Nam
appropinquante die mortis super nudam
humum poni se fecit ut nudus cum
hoste confligeret et nudus de mundo ex-
iret. Tam extrema fuit per eum
non paupertas dici poterat sed ipsa pau-
pertas. Unde tres mulieres paupercu-
le statura etate et facie per omnia
similes eidem apparuerunt dicentes bene
ne veniat domina paupertas. Statim-
que disparuerunt. Tam extrema
fuit ut si aliquem pauperiorem se
videbat ab illo se vinci videbat.
Unde cum quandam paupercula obvi-
aret socio suo dixit magnam

327

verecundiam iste nobis intulit quod nos ut videtur in paupertate precedit. Tam extrema fuit quod etiam narra sibi retinere voluit vix tamen quodam mantello paupertulo amictus esset et quendam pauperem obviam esset dixit ad socium oportet ut mantellum pauperi isti reddamus quia ipsius est quantum cum ipsum accepimus donec pauperiorem inveniremus et sic ipsum dedit ei. Tertio eius paupertas non fuit elata sed humilis et devota. Unde propter humilitatem ostendendam libentius utebatur elemosinis hostiatim quesitis quam sponte oblatis dicebam cum elemosinam illam esse angelicam quia suggestionibus angelorum dicebat esse collatam. Iuxta illud panem angelorum manducavit homo. Unde etiam cum in quadam villa paupere hospitatus fuisset et quidam nuncii cum divitibus nichil comestibile repperissent. Ille ait so- nil invenistis quid in vestris nummis i. denariis quod in nomine dei confidistis. Illi vero ad eius imperium mendicantes quod pecunia non potuit stare invenit paupertas. Secundo habuit humilitatem per quam incrassatus pondere superbie allevabat. Sunt autem multi gradus humilitatis quos ipse conscendit et in se habuit. Primus est laudes hominum fugere. Iuxta illud Gal. i. Si adhuc hominibus placerem Christi servus non essem. Istum gradum habuit beatus Franciscus quia mallebat de se audire vituperationem quam laudis preconium. Et ideo quendam fratrem precipiebat ut quando plus in eum mirata sanctitatis vita extolleret ipse in eum verba vilitatis inferret. Et tunc ille sibi respondebat. Benedicaris

tu fili quia tu melius me cognoscis. Secundus gradus est humilia de se cognoscere. Hunc gradum habebat David. Iuxta illud 2 Reg. vi. Ludam et vilior fiam plus quam factus sum et ero humilis in oculis meis. Istum etiam gradum habuit beatus Franciscus qui tam se humiliter sentiebat quod interrogatus a quodam fratre quam opinionem de se haberet respondit videtur michi maximus esse peccator. Tertius gradus est de se in hac vita semper timere. Iuxta illud Prov. xxviii° Beatus homo qui semper est pavidus. Istum gradum habuit beatus Franciscus qui cum populo beatificaret dicebat. Nolite me laudare tamquam securum ad huc filios et filias possem habere continentes ad mundum. Nemo est laudandus cuius incertus est exitus. Quartus gradus est inferioribus subici et obedire. Iuxta illud Phil. 2 nichil per contentionem neque per inanem gloriam sed per humilitatem superiores sibi invicem arbitrantes. Istum gradum habuit beatus Franciscus qui semper magis valebat subesse quam preesse nec tam preesse quam parere. Unde et generali cedens officio guardianum sibi petiit cuius voluntati parebat. Socio etiam quem ad quam ire solitus erat obedientiam promittebat. Quintus gradus est de opprobriis hominum non curare. Iuxta illud i Cor. 4 michi autem pro minimo est ut a vobis iudicer aut ab humano die. Istum gradum beatus Franciscus habuit qui de opprobriis hominum non curavit. Unde cum quodam tempore yemali vilibus panniculis indutus orans tremebundus

insisteret dixit ei quidam ut sibi de
sudario mutatam vendat. Cui ille
respondit: Certe non tibi sed domino
tuo vendam. Tertio habuit dei amo-
rem fervcentem per quem famelli-
cas fame carnalis concupiscentie
refrigebat. Amor enim spiritualis ex-
tinguit famem amoris carnalis.
Et quia beatus Franciscus amore
spirituali plenus erat ideo amorem
carnalem in aliis extinguebat.
Quod ipse amore dei frangeretur
ostenditur per devotas et fervidas
orationes quas habuit. Circa quidem
fuit multe dulcedinis fervoris
admirationis atque virtutis. Tante
quidem fuerunt dulcedinis ut in eo
facerent mentis alienationem quia
sepe intra mentis rapiebatur exces-
sum ut exteriora penitus non
sentiret loquens cum deo. Patie-
batur amoris ebrietatem. Sepius
cum proximis assumebat mentis
sobrietatem iuxta illud 2 Cor. 5:
Sive mente excedimus deo sive
sobrii sumus vobis. Tanti fuerunt
fervoris ut in corpore inducerent
elevationem. Unde aliquando orans
visus est manibus ad modum
crucis extensis a terra toto corpore
sublevari. Hoc totum faciebat ar-
dor amoris iuxta illud Ezech. 3:
Spiritus quoque levavit me et assumpsit
me. Hoc etiam faciebat puritas
intentionis iuxta illud 1 Thi. 2:
Volo viros orare in omni loco le-
vantes puras manus sine ira et
disceptatione. Tante etiam fuit
admirationis ut omnes inducerent
in stuporem. Unde cum episcopus de
Assisio in cella in qua vir dei o-
rabat caput immitteret ipsum
orantem conspexit tanto est tremore
percussus ut membris obrigesce-

ribus loquelam amitteret ut posset
dicere illud Job 26: Stupebant ipsi
super hoc. Et illud Act. 2: Repleti
sunt stupore et extasi in eo quod
contigerat illi. Tante etiam fuerunt
virtutis ut in hominibus facerent magnam
immutationem in diabolo magnam con-
fusionem et in se peccatorum remissi-
onem faciebat quidem eius orationes
in hominibus magnam immutationem.
Unde quidam abbas viro dei in itinere
obvians ab ipso orationum suffragia
requisivit. Quo ipso orante tacta
devotus abbas subito immutationem
sensit et tantam mentis dulcedi-
nem expertus fuit quanta in vita
sua expertus non fuerat. ~~habuit~~
~~eam~~ Faciebat etiam in diabolo
magnam confusionem. Unde cum quidam
vidisset civitatem Assisii et totam
circumadiacentem regionem
a quodam dracone circumdari
et absorberi ad orationem viri dei
draco ille confusus evanuit. Secundo
quidam stultorum aromatibus plenus
odoriferus fumus exibat. Cum adve-
rsum sponsus dyabolus fere non potuit
ut posset sibi competere illud Apo. 8:
Cordis puritatem si super carbones
ponas fumus eius extenuat omne
genus demoniorum sive a viro
sive a muliere. Sibi quoque impetra-
bant orationes sue peccatorum remissionem.
Quadam enim die dum peccata sua
defleret et in spiritu oraret a spiritu
sancto certificationem accepit de peccatorum
omnium remissione. Psalmus: Clamavit
ad me et ego exaudiam eum
orantem pro aliorum culpa cum ipso
sum in tribulatione de aliquo
illata. Eripiam eum ab omni
peccato et offensa et glorificabo
eum salute eterna. Sexto ha-
buit obedientiam perfectam

per quam diversos sopitos pacificabat
Ipse cum non tantum audiebat suo superi-
ori vel deo eius mandata et con-
silia observando verum etiam suo cuili-
bet prelato magnam reve-
renciam exhibendo sed etiam
suo inferiori id est subdito cum eum
guardianum sibi assumebat tum
obedienciam promittebat servans illud
Eccl. 3 Quanto magnus es humilia te
in omnibus Prelatus cum tamen sub-
ditis aliquando se debet humiliare
in omnibus aliquando in aliquibus
aliquando in nullo In omnibus quantum
ad sanctitatis perfectionem se quia sic
debet illos quibus preest superiores
sibi quo ad deum reputare Augustinus in
Regula Honore coram vobis prelatus sit
vobis coram deo timore substratus
sit pedibus vestris Aliquando in
aliquibus sicut in hiis que spectant
ad domesticam conversationem quia
tunc in hiis que eum decent
debent condescendere et se conformare
moribus subditorum ne dicatur de
eo illud quod dicitur Eccl. 4 Noli
esse sicut leo in domo tua evertens
domesticos tuos et opprimens
subiectos tibi Aliquando in nullo
sicut in hiis que spectant ad cor-
rectionem Tunc enim prelatus debet
se subditis humiliare sed etiam
auctoritatem suam debet eis o-
stendere Unde sicut dicit Augustinus
apud eos quos oportet esse subditos
dum nimium servatur humilitas re-
gendi frangitur auctoritas Ideo dice-
bat apostolus viro prelato Thi. 2
Argue cum omni imperio Et quia
beatus franciscus sic erat obediens
ideo sibi obediebant omnia ele-
menta Nam ad eius imperium
aer novam induit claritatem

Cum enim quadam die ipsum cum
socio suo in itinere constitutum tene-
brosa caligo involveret tanta que ad
eius orationem claritas radiavit quod
ipsos usque ad ~~officium~~ hospicium letos
perduxit Ignis induit novam man-
suetudinem et lenitatem Cum enim
ob nimium fletum incurrisset infirmi-
tatem oculorum et oporteret eum ferreo
instrumento fieri sibi cauterium
dixit igni frater ignis est michi car-
nalis rogo illum qui te creavit ut
michi tempores fervorem ardoris tui
Emisso igitur contra eum crucis signo
et in eius carne tenera conprimendo
ferreo instrumento nullum sensit do-
lorem Aqua induit novam tranquilli-
tatem et novam speciem tranquillitatis
quia cum quidam navite seva
tempestate quassati et naufragium
formidarent invocato sancto
francisco lumen magnum in mari
apparuit et maris tranquillitas magna
fuit facta Speciem vero quia cum ma-
gnam habens gravem infirmitatem
incurrisset vinum quod tali infirmitati
necessarium erat deesset allata
aqua et ab ipso benedicta vi-
num optimum est que tanta fuit
virtutis quod sibi beneficium contulit
sanitatis Terra induit novam
fertilitatem Cum enim fratri
sorcta (?) reclamant dicens hodie
est aliquis fratrum super terram quem
quem donec vixerit non permittet
domum fame super homines de fame
tem quid sit evenit quia ipso
vivente terra fructum contulit sed
ipso decedente statim fructum negavit
et sterilitas multa fuit Non tantum
sibi obediebant elementa sed
etiam omnes creature que dicuntur

Obediebant enim sibi creature que
habent tantum esse sicut terra et lapi-
des. Terra quidem quia ad eius orationem
fontem aque dedit. Cum enim cuidam in deserto siti deficienti o-
ratione sua fontem aque vive e
terra produxit quam ille bibens
pristinas vires resumpsit. Lapides
etiam quia cum lapis ingens
super caput cuiusdam femine sancto
Francisco devote cecidisset et
circumstantes crederent caput eius
totaliter esse contritum illa sancto Dei
se recommendans sana surrexit
et cum antea multo dolore capitis fuit
molestata ab illo dolore fuit per
modum aliena. Secundo obediebant
sibi creature que sunt vive ut
sunt vegetabilia. Cum enim in quo-
dam loco deserto egrotaret et petera-
plura [illegible] cuperet mox divina virtute
illius hore [illegible] sunt que tamen
in illo loco numquam amplius visa
fuit. Tertio obediebant creature
que sunt sentientes sicut oves et
aves. Cum enim cum quandam ovium
gregem benigne ut erat solitus
salutasset ille relicto pastu omnes
cucurrerunt ad eum et levatis
capitibus et erectis vultibus in
ipsum intendebant. Aves etiam
plures obedientes sibi fuerunt.
Primus namque homo ex eo quod
Deo inobediens extitit triplex
damnum in avibus incurrit quia et
vocate fugiunt et se contractari non
permittunt et visu hominis a cantu
desistunt. Si autem homo Deo obe-
diens extitisset sibi obedientes
fuissent et quantum ad advocationem
et quantum ad tactum et quantum ad
cantum. Ex quo videtur quod beatus
Franciscus ad primum statum inno-
centie per penitentiam redierat.

[illegible]nia et aves ab ipso vocate
ad eum veniebant et se contractari
permittebant et in eius presentia
dulciter decantabant. Vocate quidem
veniebant unde cicadam quandam
cantantem vocavit dicens: Soror
mea cicada veni huc et ipsa mox
in eius manum volavit. Contrecta-
ri quoque se permittebat. Unde in
quandam multitudinem avium intrans
et eas salutans alloquitur dicens:
Fratres mei volucres debetis laudare
creatorem vestrum qui plumis
vos vestivit pennas ad volandum
vobis dedit aeris puritatem con-
cessit et sine labore vestro alimen-
tum impendit. Ceperunt autem
in eum respicere alas extendere
rostra. Ipse vero per medium incedens
tunica eas tangebat et facto signo
crucis data quod licentia cuius evo-
laverunt. Sepe etiam ab ipso prohibite sub-
ticebant sepe cantum resumebant.
Unde cum semel per paludes Venetiarum
transiens et maximam avium ~~[illegible]~~
multitudinem cantantem reperiens
dixit socio: Sorores aves lau-
dant creatorem suum. Ipse igitur
dum in earum medio horas cano-
nicas cum socio decantaret et ab
earum garritu impediretur dixit:
Sorores aves a cantu cessate do-
nec Deo laudes debitas persolvamus.
Ipse igitur omnes conticuerunt si-
donec ab ipso cantandi licentiam
receperunt. Aliis etiam cum in quodam
loco predicaret yrundines cum suis
garritibus eum impedirent
ait: Sorores yrundines satis
dixistis tacete plenam habete
donec loquar. Ille autem statim
conticuerunt. Quarto sibi obe-
diebant creature que habent

dyscretionem sicut homines et non solum
vivi sed etiam mortui quia plurimos
suscitavit, ymmo creature obediebant
sibi creature que habent intelligere
sicut angeli et non solum boni qui
sibi in summo solacium exhibuerunt
et tandem eo dulciter cantaverunt
sed etiam mali qui ad eius imperium
fugiebant. Unde cum civitas Ret-
tina intestino bello periret vidit
super portam civitatis demones
exultantes et discordias succe-
dentes. Tunc imperium sociis
reclamavit: Ex parte dei omnipo-
tentis et iussu eius servi Franci-
sci discedite demones. Unde si-
mul illis fugientibus ad pacem
civitas est reducta etc. Sequitur

Sermo de sancto dyonisio et sociorum eius et cetera

Quidam viri ad herentes pau-
lo crediderunt in quibus
dyonisius ariopagita et
mulier nomine damaris et
alii cum eis Actuum xvii. In ista
collacione quam habuit paulus
cum dyonisio et stoycis et epycu-
reis quatuor ponuntur differencie sicut
ex ipso textu manifeste habetur.
Primus differencie quia ibi erant
quidam irridentes quidam dubi-
tantes et quidam credentes.
Secunda est quia ibi erant quidam
epicurei quidam stoyci et christiani.
Tertius est quia ibi erant quidam
curiosi quidam superstitiosi et quidam
malitiosi. Quartus est qui con-
sistit in beneficiis a deo receptis
quia ab eo recipimus vitam motum
et esse. Quos primos differencias ex-
ponit Augustinus in sermone de seminatore.

Primus igitur differencie est quia ibi
erant quidam irridentes quidam
dubitantes et quidam credentes.
Irridentes autem qui dicebant Quid
vult seminiverbius hic dicere. Augustinus:
legimus paulum predicatorem verbi
dictum fuisse seminatorem verborum
ab irridentibus sed non respuendum
est hoc credentibus. Erat enim revera
seminator verborum sed messor morum
et nos licet tantilli et nequaquam
ille sic expandi in agro dei quod est
cor vestrum verba dei seminamus
et uberem messem de vestris cordibus
expectamus. Dubitantes erant
qui dicebant Audiemus te de hoc
iterum. Credentes erant dyonisius
et alii multi ad fidem conversi de quibus
sic dicit Augustinus ibidem: Dubitantes
erant qui dicebant Audiemus
te de hoc iterum. Et inter irridentes
et credentes medii sunt dubitan-
tes. Qui irridet cadit, qui credit
stat, qui dubitat fluctuat.
Audiemus te inquiunt de hoc iterum.
Incertum an cecidisse seu casuri essent
cum irridentibus an staturi erant
cum credentibus. Dyonisius autem
non erat de numero irridentium
sed de numero dubitantium et factus
est de numero devote audientium.
Et ideo esse meruit de numero cre-
dencium ut posset sibi convenire quod
dicitur Ecclesiastici xxii: Audi tacens et pro
reverentia accedet tibi bona gratia.
Iste autem differencia hodie multum in-
crescit. Sunt enim multi irridentes
multi dubitantes et utinam multi
essent credentes. Irridentes sunt
qui servos dei in suis operibus
odium detrahunt persequuntur.

et irrident de quibus dicitur
Proverbiorum 17 Stultus irridet disci-
plinam patris sui Thobie 2 parentes
et cognati eius irridebant vitam
eius Sed certe tales in inferno
irridebuntur a demonibus ab ange-
lis a dampnatis a propria conscientia
et a deo Ideo dicitur Job 20 vadent
et venient super eum horribiles
revelabunt celi iniquitatem
eius et terra consurget adversus
eum Apertum erit germen illius
detrahetur in die furoris domini
Demones quidem irridebunt So-
lent irrisores aliorum os vel aliqua
membra corporis in turpem effi-
giem transformare et ante illos
quos irrident saepe ire et transire
Sic demones dampnatis appa-
rebunt et ante eos frequenter
ibunt et transibunt Ideo dicit
vadent et venient super eum
horribiles Angeli etiam eos
irridebunt Solent irrisores
omnia mala que sciunt de illis
turpiter irridere Sic etiam angeli
sancti omnia mala dampnatorum
manifestabunt et de illis eos
irridebunt Ideo dicit revelabunt
celi iniquitatem eius
Ipsi dampnati se invicem
irridebunt unus cum irridebit
alium de superbia alius alium
de avaritia alius alium de lu-
xuria et sic de aliis Et ideo
dicit Et terra consurget adversus
eum Ipsi dampnati qui per amo-
rem terrenorum facti sunt terreni
mutuo adversum se insurgent
et se mutuo irridebunt Irri-
debit etiam eos propria conscientia
quia omnia scelera erunt aperta

et ideo conscientia eos accusabit et irri-
debit Et ideo dicit Apertum erit ger-
men illius Irridebit etiam eos
deus Ipse cum habet diem misericor-
die et in illa peccatores ad bonum
recipit ad veniam // habet diem
furoris scilicet iusticie et in illo
dampnatos irridet ad penam
Et ideo dicit detrahetur in diem
furoris domini In illo enim die furoris
eos irridebit iuxta illud Proverbiorum 1
Ego quoque in interitu vestro irride-
bo et subsannabo cum vobis quod
timebatis evenerit Ab isto furore
dei non irrideri petebat propheta Do-
mine ne in furore tuo arguas me etc
Isti tamen irridentes sunt in parte
cum patientia tollerandi Augustinus ibidem
Si paulus formidaret non credentes
non pervenisset ad credentes Dubi-
tantes sunt qui cadunt cum irriden-
tibus nec stant cum credentibus
sed fluctuant cum temptantibus
de quibus dicitur Jacobi 1 Qui enim
hesitat similis est fluctui maris
qui a vento movetur et circumfertur
Tales dubitantes sunt in fide
instruendi Sunt enim tamquam
claudicantes et ideo sunt reducen-
di in viam Regum 18 Usquequo claudi-
catis in duas partes Si dominus
est deus sequimini eum Sunt tamquam
calami quassationem patientes Et
ideo non sunt conterendi tamquam
fumantes Et ideo non sunt extin-
guendi Isaie 42 Calamum qua-
ssatum non conteret et linum fumigans
non extinguet Credentes sunt
qui fidem cum spe vera dilectione
sinceritate et operatione sollicita

Est enim aliquando fides inanis aliquando mortua aliquando vacua / Inanis est que non habet spem veram de qua dicitur 1. Cor. 15. Si cristus non surrexit inanis est gloria vestra inanis est et fides nostra / Fides mortua est que non habet caritatem sinceram que est vita operum de qua dicitur Jaco. 2. ~~Vis autem scire o homo inanis quoniam fides sine operibus mortua est~~ Sicut corpus mortuum sine spiritu est ita fides sine operibus s. factis in caritate mortua est // Fides vacua est que non habet opinionem sollicitam Jacobi 2. Vis autem scire o homo inanis quoniam fides sine operibus ociosa est // Secundus dicitur Athenis est quia ibi erant quidam epicurei quidam stoyci quidam christiani sicut et sui discipuli dicunt Epicurei ab epicuro et erant sine cutis quia totum studium suum erat super curam vel cutem corporis Et ideo summum bonum ponebant voluptatem carnis vel dicti sunt ab epicuro quod ipsi philosophi nominabant Stoyci erant aliud genus philosophorum et dicebantur a stoa quod est porticus quia athenis porticus quedam erant in qua depicta erant gesta sapientum et virorum fortium Iuxta hanc porticum ipsi morabantur et philosophabantur Isti autem tres scilicet Epicurei stoyci et christiani in aliquibus conveniebant et in aliquibus disconveniebant Conveniebant quidem in appetitu beatitudinis sed disconveniebant in modo appetendi Appetitus enim felicitatis omnibus erat communis unde dicit Augustinus in eodem sermone quod omnes ipsi philosophi studendo disputando vivendo petierunt vitam beatam Hoc philosophi nobiscum habent commune Si enim quereretur a vobis quare in cristum credidistis respondebitis propter vitam beatam Appetitus igitur vite beate philosophis et christianis communis est bonis et malis Verum qui bonus est ideo bonus est ut beatus sit Et qui malus est ut malus non esset nisi posse se esse beatum speraret De bonis facilis questio est de malis forsan aliqui dubitant Sed si interrogaveris eos vultis beati esse nemo dicet nolo Verbi gratia pono aliquem furem quem ab eo queritur furtum fecit Respondebit ut haberem quod non habebam Quare vis habere quod non habebas Respondebit quia miserum est non habere Si ergo miserum est non habere beatum putat esse habere Sed in hoc est error quia de malo vult esse beatus Beata vita merces bonorum est bonitas opus est Dominus opus iubet mercedem proponit dicit enim hoc fac et hoc accipe Malus videt nisi malis factis beatus non esse ad bonum non perveniam nisi malis et non videt quia bona et mala gratia sunt et bonum querere et mala facere contrarium est quomodo pervenies Hec Augustinus In aliquibus autem isti tres disconveniunt sicut ibidem Augustinus exemplificat Si quidem epicurei posuerunt summum bonum in voluptate

corporis. Stoyci in virtute animi.
Cristiani in deo et in gratia dei.
Talem diuisionem ponit Beda licet quasi
ad idem reddeat quia epicurei fe-
licitatem hominis posuerunt in
solo corpore. Stoyci in sola anima.
Paulus et Cristiani in corpore et anima
non in presenti nec esse sed ex gratia
dei. Talem diuisionem ponit Augustinus
ibidem. Quia epicurei et stoyci de
corpore et anima idem sentiunt quia utrum-
que sit mortale et quod detestabilius
est primo animam dicunt dissolui quam
corpus. Paulus autem et cristiani
dicunt animam immortalem esse et
corpus post resurrectionem immortale
futurum. Epicurei igitur ut Augustinus
ibidem dicit possunt dicere Comedamus
et bibamus cras enim moriemur.
Cristiani autem post mortem semper
victuri non dicunt comedamus
et bibamus cras enim moriemur.
Sed dicunt ieiunemus et oremus
et donemus cras enim moriemur.
Aut si omnia hec tria nolunt dicere
saltem dicunt duo scilicet donemus
et oremus potius quam ieiunemus
et non donemus. Stoyci non dicunt
possunt [illegible] Augustinus hoc non putat
virtutem animi habeamus a nobis
et possidemus cras enim moriemur.
Credebant enim virtutis pulcritas
a se ipsis habere et ex hoc beatos
esse. Eos alloquitur dicens Virtus
animi vere laudabilis est pru-
dentia bona et mala discernens
Iusticia sua unicuique distribuens/
Temperantia libidinem cohibens/
Fortitudo molestias equanimiter
sustinens. Magna res laudabilis
res laudas stoyce quantum potes
sed dic unde habes si a deo

habes non virtus animi tui te facit
beatum sed qui tibi velle inspirauit
et posse donauit. Si a te habes ma-
ledictus es. Quia maledictus qui
qui ponit spem suam in homine.
Virtus autem dyonisius licet esset
philosophus/ physicam cristianorum est
secutus ipsum et fuit crucifixum
quod habebat apostolus dicens .1. Corinthios .2.
Non enim iudicaui me aliquid scire
inter vos nisi ipsum christum et hunc
crucifixum. Istam physicam dyonisius
habuit qui verbum de christo intro-
ductus in suo libro ait Amor meus
crucifixus est. Hodie autem multi
epicurei multi stoyci, pauci vero
cristiani. Epicurei sunt illi qui di-
cunt illud Sapientie 2 Coronemus
nos rosis antequam marcescant nullum
pratum sit quod non pertranseat luxuria
nostra. Nemo nostrum exsors sit
luxurie nostre. vbique relinquamus
signa leticie quoniam hec est pars
nostra et hec est sors. De talibus
epicureis dicitur Philippenses 3 Quorum
deus venter est et gloria in con-
fusione ipsorum qui terrena sa-
piunt. In persona talium dicit apostolus
1. Corinthios 15. Manducemus et
bibamus cras enim moriemur.
Augustinus Si vultis dicere cras mo-
riemur non reprehendo sed aliud
scilicet comedamus et bibamus
non dicatis. Epicurei enim velud
non victuri post mortem et nichil
aliud volentes nisi quod carne
delectet. Aliud dicunt multi
cum hodie cetera sunt stoyci qui
de se et de sua virtute confidunt
de quibus dicitur in psalmo Qui
confidunt in virtute sua et in
multitudine diuiciarum suarum

mutantur / de talibus etiam dicitur
Ysaie 36. Confidis in baculo
arundineum confractum. Iste baculus
arundineus quamvis exterius habe-
at aliquem nitorem tamen intus
habet vacuitatem et in se mul-
tam fragilitatem. Sic etiam tales
quamvis exterius videantur nitidi per
quandam honestatem intus tamen
sunt vacui non habentes aliquam
virtutem vel bonam voluntatem
et sunt etiam fragiles contra omnes
adversitates. Pauci autem sunt veri
christiani. Illi autem sunt veri chri-
stiani qui non sentiuntur immunditias
epicureorum nec per superstitiones stoi-
corum sed corpus suum ieiuniis ma-
cerant ne sint epicurei iuxta illud
2. Cor. 11. In fame et siti et
ieiuniis in multis in frigore et
nuditate et totam spem suam
non in se sed in deo ponunt. Unde
psalmista Diligam te domine virtus mea
de quibus etiam dicit psalmista idem
Domine in lumine vultus tui ambulabunt
et in nomine tuo exultabunt
tota die in iustitia tua exalta-
buntur quoniam gloria virtutis eorum tu es.
Augustinus. Virtutem quaerebas dicit beatus
homo quem tu credebas domine
virtutis cum ipsius aut non voluptatis
carnis non virtus propria sed quia
est deus decus ipsius. Deinde sub-
dit Augustinus. Et propria beatitudinis
quam omnes volunt et non omnes
recte volunt quaerunt superaverunt
cum sibi ceteris. Philippenses 1. Alii di-
xerunt hac, alii non hac sed hac
latuit cum via quia deus super-
bis resistit latebat et vobis nisi
venisset ad nos propter viator

venire nolebat ad viam ad te venit
viam. Ego sum inquit via veritas
et vita non errabis per ipsum ibis ad illud
per illud. Et doctrina christianorum incom-
parabiliter profundior est omnibus philosophorum mun-
danis epicureorum superbiis stoicorum
etc. Augustinus. // Tertius curiosus est quia
ibi erant quidam curiosi qui semper
volebant audire vel dicere aliquid
novi de quibus dicitur ibidem. Athenien-
ses autem omnes et advenae hospites
ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere
aut audire aliquid novi. Erant
superstitiosi qui dediti erant cultui
idolorum. Quibus dixit paulus. Viri
athenienses per omnia quasi supersti-
tiosos vos video. Erant malici-
osi et doctrinam pauli attribuebant
idest novorum demoniorum videtur annun-
ciator esse quia ihesum nunciabat
eis et resurrectionem. Iste quadruplex error
multum viget quia hodie sunt multi
curiosi multi superstitiosi et utinam
illi essent maliciosi. Curiosi sunt
qui alienam vitam inquirunt et suam
interiorem relinquunt de quibus dicit
Bernardus in omelia. Genus est curiositatis
vitium quo mente cuiuslibet investiga-
dam vitam proximi exterius ducit
per ea sua intima abscondit ut
aliena sciens se nesciat. Et quanto
fuit peritus aliorum tanto est igno-
rans sui. Ideo dicit Hugo. Stude
cognoscere te ipsum quia melior es
si te ipsum cognoscis quam si te neg-
lecto cognosceres cursus siderum
vires herbarum complexiones hominum
celestium atque terrestrium. Multi etiam
sunt superstitiosi. Sunt plerique falsi re-
ligiosi. Unde secundum ysidorum superstitio dicitur
quasi super statuta vana faciunt.

et super statutis patrum statuta sua ponere satagerunt. Vel secundum eundem superstitio dicitur a superstitibus id est senibus qui multis annis superstites per etatem delirant. Tales enim delirare videntur quia sensum maiorum despiciunt et suum in omnibus fieri volunt. Vel secundum Hugutionem superstitio dicitur a supra superstas quod est super effluere quia tales necessaria contempnunt et de quibus minimis superfluis magnam curam gerunt. Multi etiam malitiosi sunt qui doctrinam veritatis dicunt esse demoniorum de quibus dicitur Ysaie v. Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Tales enim putant doctrinam que sit vera ardenda. Et ideo dicit ponentes lucem tenebras et tenebras lucem doctrinam que sit vera diligenda. Et ideo dicit ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Beatus autem Dyonisius licet aliqui sint avari [illegible] pecuniam amplectendo, licet alii sint superstitiosi superstitiosum cultum ydolorum sectando, licet tamen sint malitiosi [illegible] doctrinam persequendo vel contempnendo, sed potius fuit humilis et devotus eius doctrinam humiliter et devote audiendo. Tertius ternarius est qui consistit in beneficiis a deo receptis que possunt pau[l]is adducere unum a [illegible] quod dicit: In ipso vivimus movemur et sumus. Et ideo quod recepimus esse naturale. Jo. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Ps. Ipse fecit nos et non ipsi nos. Vitam gratie etc. Sapientia filiis suis inspirat et motum operationis bone. Ysaie 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Due ista tria beneficia tanguntur Gen. 1. Fecit deus hominem de limo terre. Ecce esse naturale. Et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Ecce vita gratie. Et posuit illum in paradiso ut operaretur et custodiret illud. Ecce motus operationis bone etc.

Sermo secundus de sancto Dyonisio et sociorum

Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malitie. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Sapie 3. Cum deus habeat duas manus scilicet dextram et sinistram, in sinistra sua habet malos, in dextera vero habet bonos. Malos quidem habet in manu ad puniendum quia illos puniet in inferno. Unde de quodam malo dicitur Jerem. 22. Si fuit Ieconias filius Ioachim regis Iuda anulus in manu mea dextera, inde evellam eum, tamquam si dextera si fieri posset quod peccatores dampnandi qui sunt in sinistra ad dexteram transirent et ibi se occultare vellent, adhuc eos puniret. Bonos autem habet in sua dextera ad servandum ne dyabolus possit eos rapere vel auferre. Ysid. 10. Iustos habet ad contendum sicut peccatores penitentes quos de statu culpe contulit ad statum gratie. Ps. Emitte manum tuam de alto, eripe me et libera me de aquis multis. Item converte domine captivitatem nostram sicut torrentes in austro. Habet ad coronandum. Sapie 7. Accipient regnum decoris et dyadema speciei de manu domini. Tertia igitur

decus beatum dyonisium et socios eius manu christi sue commisit conservavit et coronavit. Ideo ecce verbum conpetit de eis legi tamen dicitur Iustorum anime in manu dei sunt et in quibus verbis describitur ipse cum sociis suis quantum ad quatuor. Primo quantum ad vite perfectionem in eo quod notatur iusti. Secundo quantum ad eius conversionem cum dicitur in manu dei sunt. Tercio quantum ad animi perpetuitatem cum dicitur Et non tanget illos tormentum malicie seu mortis. Quarto quantum ad eorum passionem tamen dicitur Visi sunt oculis insipiencium. Quinto quantum ad eorum glorificationem in qua quidem glorificatione receperunt pacis securitatem. Ideo dicitur Illi autem sunt in pace. Et vite perpetuitatem cum dicitur Spes illorum immortalitate plena est. Circa primum notandum quod beatus dyonisius fuit valde perfectus. Ideo dicitur iustus fuit enim ordinatus quantum ad deum per mentis elevationem et quantum ad proximum per compassionem. Elevabatur quidem in deum per tres gradus contemplacionis tres quos ipse distinguit in libro de divinis nominibus capitulo 7 scilicet per sensibilium manuductionem per intellectualium operationem et per immediatam et felicem unionem. Ipse quidem ante conversionem fuit magnus philosophus postquam modum factus est verus christianus et postmodum a beato paulo et Iohanne factus in divinis valde perfectus. Quando igitur erat philosophus ascendebat in dei cognitionem per sensibilium et creaturarum manuductionem unde dicit apostolus de ipsis philosophis Ro. 1 Invisibilia enim dei a creatura mundi per ea que facta sunt intelliguntur et intellecta conspiciuntur sempiterna quoque virtus eius et divinitas ita ut sint inexcusabiles. In quantum vero factus est verus christianus non iam indiguit manuductione sensibilium creaturarum sed cepit ascendere in deum per intellectuales operationes et sic de facili potuit ipsum invenire Proverbiorum 8 Qui mane vigilant ad me invenient me. Unde rogabat cum psalmista Da mihi intellectum ut discam mandata tua. In quantum vero factus est in divinis perfectus iam non indiguit sensibilibus manuductionibus nec intellectualibus operationibus sed per immediatam unionem ascendebat in deum iuxta illud 2 Cor 3 Nos autem revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transformamur de claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. De isto triplici statu dicitur Proverbiorum 4 Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem. Primo enim iustus incipit de deo habere aliquem splendorem considerando in creaturis tantam magnitudinem pulchritudinem et bonitatem. Deinde procedit ad maiorem cognitionem quando ~~intrat~~ se et in animo suo se ipsum querit tante crescit usque ad perfectum diem cum sibi totaliter per amorem unitur. Secundo beatus dyonisius fuit ordinatus quantum ad proximum per compassionem displicebat enim sibi quando aliquis erat nimis rigidus vel austerus sicut scriptum est Ecc 7 Noli esse iustus nimium. Tempore namque suo erant duo sancti viri qui tamen erant nimis severi scilicet Carpus et demophilus unde volens ipsum demophilum ad compassionem inclinare

Epistolam sibi scripsit in qua tractat
de ipso Carpo quoddam mirabile exem-
plum dicit enim quod dictus Carpus tante sanctitatis
erat quod numquam celebrabat quin sibi
celestis visio appareret. Cum autem quidam
infidelis quendam christianum pervertisset
tantam ex hoc Carpus turbationem
habuit quod infirmitatem incurrit ro-
gans deum cotidie ut inmisericorditer
utrumque puniret. Et ecce circa noctis
medium dum evigilaret quandam
magnam fornacem in domo sua
apparuit. Et illos duos homines
iuxta fornacem tremulos stare
vidit qui retro a quibusdam impin-
gebantur et ante a serpentibus defor-
mate surgentibus trahebantur. Aspi-
ciens quoque Carpus vidit celum apertum
et ipsum Ihesum circumdatum multitudine an-
gelorum sed ipse delectabatur in pu-
nitione istorum quod vix respicere vole-
bat in celum. Tandem Christus de
solio surrexit et cum multitudine
angelorum descendens manum
extendens et ipsos eripuit et Car-
po dixit Percute me paratus sum
enim adhuc pro hominibus salvandis
pati et hoc michi amicum quod non
peccent homines. Ecce tria verba mira-
bilis pietatis. Primum quod dixit
Carpus ut vindictam illorum in se
retorqueret. Aliud quod dixit Ecce
si esset possibile adhuc pro hominibus
salvandis pati paratus esset. Tercium
quod dixit quod valde amicum sibi esset
quod homines sibi abstinerent a peccatis.
Secundo beatus Dyonisius describitur
quietam ad suam conversionem. Cum dicitur
in manu dei sunt. Erat quidem
in manu sinistra venit ad dex-
teram quando Christus ipsum de statu
infidelitatis ad fidem convertit. Cuius
quidem conversionis quatuor causave-
runt scilicet divina inspiratio. Solis

obscuratio. Pauli predicatio. Et quon-
dam ceci illuminatio. Prima quidem
causata est eius conversio ex divina
inspiratione. Unde cum Paulus ipsum
interrogasset quis esset ille ignotus
deus cuius aram invenisset respondit
Ipse est verus deus qui inter deos
non est dinumeratus sed secula ven-
turus futurus et imperpetuum regnatu-
rus. Cui Paulus Homo est an
spiritus. Cui Dyonisius Deus et homo
est ideo non est cognitus quia eius
habitatio est in celis. Manifestum
est autem quod Dyonisius talem cogi-
tationem de deo non habuisset nisi divina
inspiratio talem intelligentiam
sibi dedisset. Iuxta illud Job 32
Inspiratio omnipotentis dat intelli-
gentiam. Sed multi sunt contrarii
Dyonisio qui inspirationi divine
restiterunt iuxta illud Job 33 Ipsi
enim fuerunt rebelles lumini. Item
21 Qui dixerunt deo recede
a nobis scientiam viarum tuarum
nolumus. Secundo eius conversio causata
est ex solis obscuratione. Videns
enim Dyonisius eclipsim factam
in domini passione talem esse non
posse. Cum quia luna tunc erat
imperfecta distantia a sole tunc eclip-
sis lune solis non accidit omnibus
partibus terre. Cum quia per tres horas
durare non potuit dixisse refert aut
deus nature patitur aut elementa
~~patiuntur~~ mentiuntur aut deus nature
patitur et elementa sibi compatiuntur.
Tercio causata est eius conversio ex
Pauli predicatione qui cum predicaret
et converteret Act. 17 quidam viri
adherentes Paulo crediderunt
in quibus et Dyonisius Ariopa-
gita ipse cuius meminit in epistola
ad Epollifane dicens tractatum
fecere dic et eius amicitationis

quam paulus vir auribus intonuit
signis acclamantibus seu quam
paulus manibus expansis seu sus-
pensis intonuit signis acclama-
tibus recordari ceptus dedi vitati(?)
manus et palpitatio sum(?) nexibus
absolutus Secundo causata est eius
conversio ex quadam celi illuminatione
Cum enim quidam cecus inde transiret
Et dyonisius paulo diceret ut ipsum
in cristi nomine illuminaret paulus
ei dixit ut sibi preciperet ut in nomine
ihesu nati de virgine crucifixi vi-
deret quod cum fecisset cecus vidisset
visum recepit et dyonisius
paulo adhesit // Tercio describitur
status dyonisius cum sociis quantum
ad omnis peccati vitacionem cum dicitur
Et non tanget illos tormentum
mortis Peccatorum dicitur tormentum
inquantum conscienciam affligit Istud tor-
mentum mortis dyonisius per quen-
dam non sensit quia semper in summa(?)
puritate se servavit Secundo quidem
explicito signo ostendit Primo ex eo
quod eciam a venialibus impuritatibus se
mundabat unde ipse dicebat in
ecclesiastica ierarchia Et cum acce-
dentes ad divinum sacrificium mun-
dari convenit eciam ab ultimis anime
fantasiis Probabat cum quod dicitur Eccli
de negligencia tua purga te
cum sanctis // Secundo ex eo quod ad puri-
tatem sepe inducebat et de ipsa
sepe tractabat unde ipse dicit
in libro de divinis nominibus Castitas
ut scilicet sim(?) nos dicta est ab omni
immundicia libera et perfecta per omnis(?)
immaculata mundicia sicut cum dicitur
Math . De habundancia cordis
os loquitur // Tercio ex eo quod temporalia
contempnebat unde in libro de divinis

nominibus deridet illos qui dicunt
esse sanctos illos mundos et puros
qui terrena diligunt . Sed illi quos
dicis sanctos diligunt quidem ea que
sunt super terram ab inhiantibus materie
separata omnia a divinis exciderunt(?)
amore Et non novi quod sancti vo-
cantur seu vocentur materia(?) facientes
viris(?) amabilibus et divinis [illegible]
zelabilia et amabilia ab ipsis non
religiose reprobata Secundo cum amor
temporalium immundiciam faciat animam
dicit augustinus in libro musice Amor
inferiorum pulchritudinis polluit men-
tem Idem in libro de utilitate
credendi Sordes anime ut libenter
explicem sunt amor quarumlibet
rerum preter animum et deum // Tercio
describitur ipse cum sociis quantum ad
suam passionem Cum dicitur visi sunt
oculis insipiencium mori Eius enim
passio fuit diversis suppliciis cele-
brata multis privilegiis decorata
et mirabiliter canonizata Diversis
quidem suppliciis celebrata fuit quia
primus fuit cesus multis verberibus
nudissimus flagellatus instar pauli
2 Cor xi Ter virgis cesus sum
Secundo fuit super cratem ferream
igne supposito undique extensus
instar laurencii 2 Mach vii o
Iussit igne admoveri et adhuc inspi-
rantem et sartagine moveri torreri
Tercio fuit ad bestias ferocissimas
multo ieiunio excitatas proiectus
instar danielis ps posuerunt
morticinia servorum tuorum escam
volatilibus celi carnes sanctorum
tuorum bestiis terre Quarto fuit
in clibanum ignis fornacis iactatus
instar trium puerorum ananie azarie
misaelis Sapiencie 3 Tanquam

aureo in fornace probavit illos. Eculeo
fuit crucifixus instar christi. Luce
2 Cristo crucifixus sum cruci.
Scorto fuit cum sociis suis capite
truncatus instar pauli. Sed mirum
est quia flagella amiserunt virtutem
secandi et acceperunt virtutem
muniendi. 2 Cor. 6 per arma iu-
stitie a dextris et a sinistris.
Cratis ferrea amisit virtutem com-
burendi et per intus ignitam
dilectionem habebat enim intus illud
ignem qui exteriorem extinguebat
de quo dicitur Luce 12 Ignem veni
mittere in terram et quid volo
nisi ut accendatur. Unde etiam
crisostomus super mattheum dicebat
Ignita eloquia tua vehementer etc.
Bestie ferales amiserunt virtutem
seviendi et hoc per crucis oppositionem.
Amor enim crucem opposuit et man-
suetas eas fecit. Job 5 Bestie
terre pacifice erunt tibi. Clibanus
accensus amisit virtutem urendi
et hoc per auram spiritus sancti re-
frigerationem. Dan 3 Fecit medium
fornacis quasi ventum roris flantem.
Patibulum crucis amisit virtutem
cruciandi et hoc per dominice passio-
nis recordationem. Quia sicut dicit
Gregorius Si passio christi ad memori-
am reducatur nichil est quod non
equo animo toleretur. Gladius amisit
virtutem necandi et hoc per fidem
et devotionem. Gladius enim eum ne-
cavit sed per mortem duxit ad
vitam. Licet enim quantum corporis
mortuus fuit tamen eius animus
invictus miles evasit. Secundo ipsius
passio fuit multis privilegiis deco-
rata. Fuit enim in sua passione
honoratus a deo ab angelis et
a toto mundo. A deo quidem quia

~~totus mundus~~ Christus ad eum in carcere
cum multo lumine descendit et cum
missam celebraret christus ei panem
obtulit dicens. Accipe hoc care
mi quia mecum erit magna merces
tua. Magnum honorem christus sibi
fecit cum ad ipsum personaliter descendit.
Sapie 12 Tu autem dominator virtutis
cum tranquillitate iudicas et cum
magna reverentia disponis nos.
Honoraverunt ipsum angeli quantum
ad corpus et quantum ad animam.
Corpus quidem sancti dyonisii secum por-
gens caput suum inter brachia tulit
et ferre per duo miliaria deportat
angelis processionaliter eum precedenti-
bus et gloria tibi domine dicentibus
ad monte [illegible] alta. Animam
vero suam et sociorum eius in celum
cum multo iubilo angeli deporta-
verunt quam iubilationem multi pagani
audientes ad dominum sunt conversi.
Ysaie lv In leticia egrediemini
et in pace deducemini montes et
colles cantabunt coram vobis
laudes. Ipsi enim martires cum in
leticia de mundo egressi sunt et
corpus sancti dyonisii in pace
angeli deduxerunt et sua et
sociorum suorum ~~angel~~ animas angeli
tam maiores quam minores
in celum cum multo lumine detulerunt.
Totus mundus etiam istos martires
modo honorat. Unde dixit christus
dyonisio cum ad ipsum in carcerem
descendisset. Memoria tua erit
in laude. Eccl 44 Sapientiam sanctorum
narrant populi et laudem eorum nunciat
ecclesia. Secundo eorum passio
fuit mirabiliter coronata. Beatus
enim regulus episcopus arelatensis
cum missam celebraret nominibus
apostolorum in canone recitatis adiunxit

Et beatus martinus cum dyonisio
rustico et eleutherio. Cum autem mi-
raretur quod eorum nomina qui ad-
huc vivebant sic nesciens
protulisset. Ecce tres columbe super
cornu altaris apparuerunt que
dictorum sanctorum nomina in suis
pectoribus litteris sanguineis
habebant scripta et sic sanctos
migrasse cognovit. Tres enim hic
sunt viandi ad celum scilicet per inno-
centiam primam et martirium. Isti
autem sancti iverunt ad celum per primam
quia sancti ad fidem sunt conversi
per innocentiam quia fuerunt in
baptismali innocentia custoditi
Et per martirium quia pro fide cristi
passi. Ideo dicitur apparuerunt eorum
nomina in pectore columbe sanguine tincte
ad signandum quod ad celum iverunt
per gemitum penitencie. Ysaie 59. Quasi
columbe meditantes gemimus
per simplicitatem innocentie. Mathei 10
Estote prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe. Et per
cruorem passionis domini. Luce 9.
Si quis vult post me venire abne-
get se metipsum etc. Credo dicitur
beatus dyonisius cum sociis quantum
ad suam glorificationem in quadru-
plicem pacis tranquillitatem. Cum
dicitur illi autem sunt in pace. Et
vite perpetuitatem. Cum dicitur
spes illorum immortalitate plena est
sunt igitur in illa pace de qua dicitur
Ysaie 32. Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis in taberna-
culis fiducie et in requie opulen-
ta. Triplex pax est perfecta quando fit
hostibus superatis pax enim que fit
sub vexillo muta non est pulchra
Secunda est secura quando fit hostibus

exterminatis. Tercia quando cum hostes superati
in castris vel in munitionibus
manere permittuntur sepe repellere mo-
niuntur. Tertia est opulenta quando
fit hostibus despoliatis. Sancti igitur
qui sunt in vita beata habent
pacem pulchram quia omnes
hostes sunt superati et subpeditati
Malachie 4. Egrediemini et salietis
sicut vituli de armento et calcabitis
impios cum fuerint cinis subplan-
ta pedis seu pedum vestrorum. Ysaie 9.
Iugum enim oneris eius et virgam
humeri eius et sceptrum exactoris
eius. Superati habebunt pacem secu-
ram quia omnes hostes erunt de
omnibus finibus exterminati et in carcerem
infernalem precipitati. Primo Machabeorum 9.
Exterminavit impios de israel. Levitici 26
Dabo pacem in finibus vestris dor-
mietis et non erit qui exterreat
auferam malas bestias et gladius
non transibit terminos vestros. Ysaie 27.
Super omnes nationes precipitabit
mortem in sempiternum. Habebunt
pacem opulentam quia omnes
hostes erunt despoliati. Tunc enim
despoliabuntur egiptii et ditabuntur
hebrei. Exodi 12. Despoliaverunt
egiptios. Colossenses 2. Expolians
principatus et potestates. Habebunt
secundo vite perpetuitatem quia semper
cum deo vivent. Luce 20. Omnes
enim vivunt ei. Credo autem beatus
dyonisius cum deo vivat probant
beneficia manifesta regis cum
vivere nos invadat non peccatoribus adiu-
vat autem devotos et punit irre-
verentes. Devotos quidem adiuvat
in vita in morte et post mortem
In vita quidem quia dagobertus rex
fundatorem beatum dyonisium

a sua pueritia et multa devotione habere cepit et cum iram patris qui intuebat ad eius ecclesiam confugiebat et ipse pater iram placabat Radiumat in morte vita eum legati michaelis imperatoris Constantinopolitani libros sancti dyonisii de ierarchiis et novo translatos ludovico filio karoli magni detulissent cum magno gaudio sunt recepti et in eius ecclesia 19 infirmi sunt curati Tercium aliqui ad morte erant deputati adiuvat etiam post mortem Cum dagabertus mortuus fuisset cuidam sancto viro monstratum est quod eius anima ad dei iudicium rapta fuit Et cum multi sancti super eius condempnationem contra eum obicerent et mali angeli eam ad penam rape vellent beatus dyonisius affuit et eam liberavit Quartum indevotos etiam et irruentes punit sed penitentibus parcit Unde cum clodoneus rex corpus eius minus religiose discooperiens os brachii eius fregisset et rapuisset in amenciam versus est sed postquam penituit sanitatem recepit etc.

Sermo tercius de sancto dyonisio et sociis eius

Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis Machabeorum 6. Verbis istis ostenditur quod beatus dyonisius cum sociis suis fuit a deo valde illustratus Unde dicitur Refulsit sol. Fuit valde munitus Cum dicit in clipeos aureos. Et fuit aliis ad illuminationem datus

Cum dicitur Et resplenduerunt montes ab eis. Fuit autem valde illustratus quia sol iusticie in ipsum valde refulsit Advertendum autem quod sol suum diurnitatis cursum quadrupliciter videtur tempore mutationis variam in mane rubescit deinde lucescit in meridie fervescit et in vespere pallescit. Istas quatuor mutationes facit sol iusticie in aere mentis nostre quatuor affectionibus quas in anima generat Variam primo in corde peccatoris generat dolorem pro peccatis perpetratis Et tunc anima valde id est magnum ruborem et verecundiam concipit. Iuxta illud Ezechielis [illegible] Erubescere ergo fructum confusionis tunc in illis in quibus nunc erubescitis Deinde generat spem veniam quando anima dolet de culpa tunc sperat de venia et tunc anima valde lucescit quod cum prius erat in tenebris diffidentie modo incipit sperare in lucem divine Iuxta illud Job 11 Rursus post tenebras spero lucem Ideo apostolus hortatur ad Ephesios 5 Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te christus Deinde iste sol generat gaudium et leticiam spiritualem Anima enim que dolet de culpa et sperat de venia incipit valde gaudere de conscientia secundum iuxta illud proverbiorum 15 Secura mens quasi iuge convivium Ecclesiastici 30 vero est oblectamentum super cordis gaudium 2 Corinthios 1 gloria nostra hoc est testamentum seu testimonium conscientie nostre Et tunc anima valde fervescit id est magnum fervorem diligendi et operandi assumit Iuxta illud psalmi Concaluit cor meum intra me

et in meditatione mea exardescit ignis. Ps 38. Sequuntur duo sequentes. Ultimo iste sol pallet dando timorem extremi iudicii ut anima doleat ut in spem venie resurgat et econtrario nimia sit se gaudeat. Oportet tamen quod semper pallescat id est timeat. Iuxta illud Eccli 27 Si non in timore domini tenueris te instanter cito subvertetur domus tua. Vero solis autem istas quatuor mutationes quas sol materialis recipit secundum diversitatem aeris sol iustitie per quatuor affectiones generat in aere nostre mentis. Sed etiam sicut secundum motum solis distinguuntur quatuor tempora anni in maiori mundo, sic et sol iustitie quatuor tempora facit in minori mundo id est in homine per quatuor affectiones predictas. Quando enim infundit dolorem de peccatis tunc facit quandam hiemem interius. Sicut enim in hieme est habundantia aquarum, sic in mente contrita invenitur habundantia lacrimarum. Iuxta illud ps Flavit spiritus eius et fluent aque. Hest 10 Parvus fons crevit in fluvium et in lucem solemque conversus est et in aquas plurimas redundavit. Ipse enim peccator vix unam scintillam habere potest lacrimarum, sed cum sol oritur in ipsum et contritionem infundit, tunc aquas plurimas lacrimarum immittit. Cum vero iste sol dat spem venie tunc facit tempus vernale. Sicut enim in vere producuntur flores ex quibus habentur spes fructuum, sic ex spe accepta venie habetur spes et fructus vere penitentie. Unde dicitur Hest 11 Lux et sol ortus est et humiles exaltati sunt. Anima enim que prius iacebat et desperaverat per diffidentiam ad resurgentiam veri solis exaltatur per acceptam veniam. Tertio autem dat gaudium de securitate conscientie, tunc facit tempus estivale seu estivalis letitie. In estate quidem crescunt dies quantum ad lucem et calorem, quia anima que securam conscientiam habet a deo crescit in dei cognitionem et amorem quod tota fervet et liquescit per devotionem. Iuxta illud Cant 5 Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est mihi. Exo 16 Cumque incaluisset sol liquefiebat manna. Sic sole iustitie incalescente in anima per amorem liquescit anima per devotionem. Quarto cum iste sol pallet infundendo timorem extremi iudicii vel eterni supplicii, tunc in anima facit tempus autumpnale. Sicut enim in autumpno fit fructuum collectio, sic et tunc fiat operum remuneratio. 2 Cor 5 Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bona sive mala. Gen 15 Cum sol occumberet pavor irruit super Abram. Tunc sol nobis occumbit quando timorem extremi iudicii nobis immittit, et tunc debemus horrere quia severitatem divini iudicii valde debemus timere. Hebr 13 Horrendum est incidere in manus dei viventis. Secundo

Secundo beatus dyonisius et socii eius fuit scuto fidei valde muniti sicudo cum est scutum sanctorum in quo omnia arma dyabolo refringuntur Ephe. 6. In omnibus scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. De isto scuto fidei dicitur in psalmo Scuto circumdabit te ~~veritas eius~~ veritas eius non timebis a timore nocturno a sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris ab incursu et demonio meridiano. Veritas enim fidei est tam fortissimum scutum quod dyabolus sibi frangit omnia genera suorum armorum frangit cum ibi temptacionem invenit / unde psalmus quando dixit Scuto circumdabit te veritas eius / statim subiungit non timebis a timore nocturno. Timor nocturnus est impugnatio luxurie quia maxime in nocte regnat et tenebras amat Iob 24 Oculus adulteri observabit caliginem dicens non me videbit oculus. Jo. 3. Omnis qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. Frangit eciam dyabolus ad istud scutum fidei temptacionem vane glorie Ideo subdit et a sagitta volante in die. Vana gloria dicitur volare instar sagitte sive quia subito venit sive quia omnes invadit ~~et~~ dicitur volare in die et non in nocte quia non vadit ad opera tenebrosa sed ad opera lucida et virtuosa. Frangit eciam temptacionem avaricie Ideo subdit et a negocio perambulante in tenebris. Cupidus enim est in ocio sed in labore continuo / et est perambulans in tenebris id est in tractatione et tribulacione mentis. Tercio quarto /

Cunctis diebus vite sue comedit in tenebris et in curis multis et in erumpna atque tristitia / frangit eciam temptacionem superbie Ideo subdit ab incursu et demonio meridiano / per demonium meridianum intelligitur ipse lucifer qui maiorem ceteris habuit claritatem Cuius comparacionem ceteri angeli dicebantur matutini vel vespertini Ille enim meridianus potuit nuncupari qui quidem est rex super bestias iuxta illud Job 41 Ipse est rex super omnes filios superbie Ergo merito demonium meridianum maximum facit qui temptacionem superbie immittit Sed ille qui scuto veritatis fidei est munitus / nec timet temptacionem nocturnam luxurie / nec sagittam volantem vane glorie / nec negocium tenebrosum avaricie / nec demonium meridianum superbie vel secundum Glosam communem per timorem nocturnum intelligitur temptatio dyaboli levis et occulta / per sagittam temptatio levis et aperta / per negocium perambulans in tenebris temptatio gravis et occulta / per demonium nocturnum temptatio gravis et aperta. Istarum omnium temptacionum dardos dyabolus frangit ubi scutum fidei invenit. Tercio beatus dyonisius cum sociis suis fuit testis ad illuminacionem data. Unde dicitur Et resplenduerunt montes altis montibus cum id est viri perfecti ab eo resplendent quia tres fulgentes radios ab ipso habet scilicet radium celestis sapientie revelacionis divine / et oracionis devote. Celeste quidem sapienciam habuit quam quidem

acquisiuit per diligentem contem-
placionem per mentis purificacionem
per Ierothei erudicionem per diuinam
inspiracionem et deuotam oracionem
Hec ipsius quatuor commendat sa-
pienciam Ierothei magistri
sui in libro de diuinis nominibus
ostendens quod post Ierarchias et
epistolas alias componebat theologice
tempus puritate mentis diligen-
cia demonstracionis et locucionibus
sanctis habuit quidem dionisius
celestem sapienciam per diligentem
contemplacionem et hoc notat ipse
in Ierarchia temporis theologice. Illi
enim qui valde fuerunt studiosi nec
vnam horam abire permittunt quin
ipsam tractant et contractant in stu-
dio doctrine vnde dicit Ihesus
filius Syrach in prologo suo multa
vigilia attuli doctrinam inspiracionis
temporis. Istam contemplacionem facere nos docet
Christus dicens Ioh. v Scrutamini
scripturas. Istam contemplacionem dionisius
habuit qui sicut innuit in epistola
ad appollophanem atheniensis venit ad
eliopolim egypti studio sapiencie
acquirende confitens est Secundo
ipsam acquisiuit per mentis puri-
tatem. Prima sicut dicitur Sapiencie I
Sapiencia in animam sanctam se transfert
In maliuolam animam enim non intro-
ibit spiritus sapiencie nec habitabit
in corpore subdito peccatis ut dicitur
Sapiencie primo. beatus autem dionisius
magnam puritatem habuit quod
patet per tria signa quia videlicet et ani-
mas puritatis in se mundabat et
de puritate sepe tractabat et im-
puritatem temporalium contempnebat
ut supra dictum est. Tercio ipsam acquisi-
uit per Ierothei instruccionem

habuit enim duos magistros in diuina
doctrina scilicet paulum tanquam princi-
palem Ierotheum tanquam secundarium
Dum enim Ierotheus sufficienter tradi-
disset diuinas sentencias in regulas
Excusat se dionisius quare postea
ea scripsit librum de diuinis nominibus
dicens quod hoc non fecit in sui
iniuriam cum ipse fuit magister
primus sed quia ipsum rogauit eius
ut planiori stilo ea describeret
vnde in libro de diuinis nominibus
capitulo iiio postquam enim super hoc
excusauit se concludit et iterum
facimus nostro et amico condu-
cti et nos ex eius eloquiis post diui-
num paulum inducti seu introducti
Quarto eam acquisiuit per diuinam
inspiracionem et deuotam oracionem
et hoc potest notari in Ierarchia
locucionis beatas deus enim
loquitur nobis per suam inspiracionem
et nos loquimur cum deo per
deuotam oracionem vnde dicit in
libro de diuinis nominibus oportet
enim nos oracionibus primus ad ipsum
sicut boni principium perduci
et magis appropinquantes in hoc
docti optima dona circa ipsum
collocata Et enim quod vniuersis
adest non omnia autem ipsi assunt
tunc autem cum ipsum inuocamus
castissimis quidem oracionibus et re-
uelata mente et ad diuinam vni-
cionem altitudine tunc et nos
ipsi assumus Quinto habuit radium
reuelacionis diuine Quadrupli-
cem namque reuelacionem habuit
Prima est quia prophetico spiritu claruit
sicut patet in epistola quam misit
Iohanni euangeliste in pathmos
insulam relegato predicens/

ci quod inde esset in assyriam translatum
ubi inter cetera sic dicit Gaude vere delecta
vere amabilis et desiderabilis et dili-
gibilis et valde Et infra Hec custodia
que est in pathmos dimittaris et
in terram asie revertaris et facies ibi
dei boni imitationes et in illis que
erunt post te tradetis Secunda est quia as-
sumptioni beate marie interfuit sicut
ipse de divinis nominibus insinuare videtur
ubi sic dicit loquens ad thimotheum Nos
ut nosti et tu et ultimo sanctorum
fratrum convenimus ad visionem corporis
vite principis et quod deum suscepit
Aderat autem et frater Jacobus et petrus
summa et antiquissima theologorum
summitas post ea visum est post visio-
nem ut omnes yerarchie laudarent
sic ut unusquisque erat sufficiens
infinite virtutis bonitate theandrice
infirmitatis Tertia est quia ordines
officia et dignitates angelorum mirum
agnovit et nobis tradidit dicitur
Job 38 Numquid nosti ordinem
celi et pones rationem eius in terra
Licet enim sanctus paulus ordinem
celi noverat quando in tertium celum
raptus fuit tamen ipsum ordinem in
terra non posuit quia homini loqui
non licuit ~~divinitus~~ dyonisius autem
divinitus inspiravit et ab apostolo
paulo instructus ipsum ordinem ange-
lorum perfecte agnovit et in terra
posuit quia ipsum nobis tradidit
Quarta est quia principes angelorum
scilicet petrum et paulum glorificatos
vidit De qua visione sic dicit
in epistola ad thimotheum post mortem illorum
vidi eos invicem manu ad ma-
num intrantes portas urbis indu-
tos veste luminis et coronis cla-
ritatis et lucis ornatos etc.

habuit radium orationis devote
De qua sic dicit de divinis nomini-
bus capitulo 3 Nos igitur ipsos extendamus
orationibus ad divinorum et beatorum
radiorum altiorem aspectum / per
orationes enim ad divinorum cognitionem
sursum tendimus non deum ad nos
trahentes sed nos ipsos ad deum
extendentes Et ostendit hoc
dyonisius triplici exemplo exten-
sionis et exemplo navis ad petram
impingentis post quam cum dixit
extendamus nos orationibus ad divi-
norum inspectum subdit de primo
exemplo scilicet cathene luminis
Sicut enim multi luminis cathena
ex celesti summitate pendente
ad inferiora autem descendente semper
ipsam mutatis ~~[illegible]~~ manibus
ad anteriores capientes trahere
per ipsam deorsum videamus vero
autem non deponemus illam sursum
et deorsum presentem sed nos ipsi
sursum agimus ad altiores
multorum luminum radiorum splendores
De secundo exemplo scilicet exten-
sionis sic dicit Sicut si na-
vem ascendissemus contra quos-
dam funes ex quadam petra ad
nos tenemus extentos et sic
nos ad auxilium datos non ad
nos petram sed nos ipsos et
navem ad petram adducemus
De tertio exemplo scilicet navis ad pe-
tram impingentis sic dicit Sic
et e contrario si aliquis stans in navi
impingat petram stantem immo-
bilem sed seipsam ab illa separat
Et quanto amplius illam impingit
tanto amplius ab illa impingitur
post ea concludit dyonisius quod
ante omnia et maxime theologiam

ab oracione incipe est utile verum sicut trahentes ubique prime et insequentem virtutem. Sed sicut divinis memoracionibus nos ipsos sibi trahentes et vincentes. In primo igitur exemplo assimilat dyonisius oram cathene et cathene lucide et desuper dependente. Oracio cum dicitur cathena inquantum per ipsam nos ad deum trahimus. Et dicitur lucida inquantum ab ipsa oracione animus noster illuminatur. Et dicitur desuper dependens quia virtus eius non a nobis habetur sed ~~desup~~ desuper nobis a deo infunditur. In secundo exemplo scilicet de terrestri funis et alia ponuntur scilicet navis funis et petra. Navis est anima nostra, funis est oracio devota, petra autem est cristus. Per funem igitur oracionis trahimus animam nostram ad petram i. ad cristum et non ipsam petram ad animam. In tercio exemplo quod potest contrario scilicet navis ad petram impingentis tria similiter ponuntur scilicet navis petra et impulsus ad petram. Anima autem nostra ad petram impingit quando peccatum mortale contra cristum committit et quando impingit forcius et peccat gravius tanto a cristo elongatur etc. Sequitur

Sequitur sermo primus de sancto luca ewangelista

Salutat nos lucas medicus karissimus. Colloquorum iiijo. Ista salutacio propter dignitatem salutantis scilicet luce et propter reverenciam conferentis scilicet pauli est cum attencione audienda cum devocione suscipienda et cum diligencia pertractanda. Ad amorem igitur salutantis venimus quamquam salutacionis pertractemus et dicamus quod ipse salutans in verbo premisso salutacionis a quatuor condicionibus commendatur. Primo autem salutis comunicacione cum dicitur Salutat nos. Secundo a cura curacione cum dicitur medicus. Tercio a sui illuminacione cum dicitur lucas. Quarto a sui laudabili conversacione cum dicitur Karissimus. Commendatur primo autem salutis communicacione in eo quod dicitur Salutat nos i. salutem eternam optat vel salutem nostram procurat. Procuravit quidem nostram salutem verbo ewangeliste conscripcionis et exemplo salutifere informacionis. In eo namque quod ewangelium scripsit nostram salutem procuravit ut possit dicere cum apostolo i Cor. 4 In cristo ihesu per ewangelium vos genui etc. Propterea sibi convenit seu convenit competit quod dicitur Eccl. 38 Sapienciam scribe in tempore vacuitatis. Prius cum quando lucas ewangelium suum scriberet triplex in mundo genus erat vacuitas. Una erat intellectiva que erat vacua dei cognicione. Alia erat in affectiva que erat vacua dei dilectione. Tercia erat autem inoperativa que erat vacua meritoria operacione. Propter istam triplicem vacuitatem que erat in mundo dicitur Gen. 1 Terra autem erat inanis et vacua. Inanis propter defectum divine dilectionis, inanis enim est qui dei dilectionem non habet. Et vacua et hoc propter defectum meritorie operacionis, vacuus enim est qui bonis operibus caret et tenebre erant super faciem abyssi etc.

propter defectum divine cognitionis Teneb-
brosus est qui deum non cognoscit
Tercia igitur ista triplex vacuitas
erat in terra Ideo o bone luca sapiencia
scribe in tempore vacuitatis Contra enim istam
triplicem vacuitatem triplicem scripsit
sapienciam scilicet evangelicam apostolicam
et epistolarem Scripsit namque sapienciam
evangelicam ut primam vacuitatem
excluderet et illuminaret intellectum
in dei cognitione In ipso enim suo
evangelio continetur perfecta cognicio et
illuminacio dei quam tamen impedit excec-
tacio peccati ii Cor iiii deus huius se-
culi excecavit mentes infidelium
ut non fulgeat illuminacio evangelii
glorie cristi Tercia igitur que sit erat
dei scientia vacua per evangelium luce
sit est repleta ut possit dici illud
ysaie xi Repleta est terra sciencia domini sicut
aque maris operientes Ideo scripsit
sapienciam apostolicam id est actum apostolorum
ut aliam vacuitatem excluderet et ani-
maret effectum ad fortem et meritoriam
accionem In ipsis enim actibus ostenditur
qualiter ipsi apostoli fuerunt fortes ad bene
operandum et constantes adversum quodlibet
sustinendum unde dicitur actuum v
Et ipsis denunciaverunt apostolis ne unquam
amplius loquerentur in nomine ihesu
et subditur et illi quidem ibant gaude-
ntes a conspectu concilii quoniam digni habiti
sunt pro nomine ihesu contumeliam pati
Ex hoc igitur animatur nostra operatio ut
scilicet exemplo ipsorum simus constantes
ad sustinendum adversa et fortes ad agen-
dum opera meritoria Iacobi v Exem-
plum accipite fratres longanimitatis
laboris et paciencie prophetas qui locuti
sunt in nomine domini debemus enim acci-
pere exemplum prophetas non tantum anti-
quos sed eciam modernos scilicet apostolos

qui fuerunt apostoli et prophete in exemplum
scilicet laboris ut scilicet eorum exemplo
opera meritoria faciamus et paciencie
ut scilicet adversa constanter sustineamus
et longanimitatis ut scilicet bonam in
operacionem boni quam insufficiencia adversi
longanimiter perseveremus Tercio scripsit
sapienciam epistolarem ad hebreos ut
terciam vacuitatem excluderet et in-
flammaret affectum ad dei dilectionem
veram sicut dicitur in prologo super epistolam
hebreorum Aiunt epistolam fertur apo-
stolus ad hebreos scripsisse et scripta
hebraica lingua misisse Cuius sensum
et ordinem retinens lucas evangelista
post excessum apostoli pauli in greco sermone
composuit In illa autem epistola intendit
apostolus iudeos a legalibus observan-
tiis avertere et ad legem caritatis
et amorem cristi ipsos inflammare
Ideo nos salutavit id est salutem nostram
procuravit exemplo salutifere informa-
tionis Exempla enim sanctorum virorum
sunt sepe causa salutis aliarum
Ideo apostolus monet discipulum
dicens i thimo iiii Exemplum esto
fidelium in verbo in conversatione in caritate
in fide in castitate In cum quidem ~~nobis~~
beatus lucas nobis extitit in exemplo
scilicet in verbo per evangelium quod scripsit
et docuit In conversatione per amabilem
et quietam vitam quam cum ceteris
egit In caritate dei et proximi
qua succensus fuit In fide qua ex-
cellenter claruit et in castitate
quam per ~~virtutem~~ virginitate perpetuo
servavit Attendendum tamen quod ipse beatus
lucas tria specialiter in se habuit per
que nobis in exemplum salutiferum
fuit Habuit namque innocenciam
quia nunquam mortale peccatum commisit

unde dicit Jeronimus de eo Homicida fuit sue carnis. Habuit primam duritiam quia corpus suum dure afflixit unde cantat ecclesia de eo Crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis amore portavit. Habuit in vitiis perseverantiam quia in gratia spiritus sancti vitam finivit. Jeronimus Octuaginta quattuor annorum obiit in Bithinia plenus spiritu sancto. Ecce quam sancte incepit quia ab innocentia quam laboriose prosecutus fuit quia cum prima dura quam feliciter consummavit quia cum spiritu sancto habundantiam. Habes ergo in eo primam innocentie gratiam ad vitam inchoandam, prime certitudinem ad vitam perseverandam et finalis perseverantie gratiam ad vitam consumandam. Secundo commendatur a multiplici illuminatione quod dicitur Lucas quod dicitur a luce. Ipse enim fuit totus lucidus quia quadruplici luce illuminatus scilicet luce spirituali morali intellectuali et celesti. Lux spiritualis est ipsa divina sapientia que ipsum illuminat ab interiori de qua dicitur Sapientie 8 proposui pro luce habere illud Proverbiorum xvii In facie prudentis lucet sapientia. Ista ergo lux ipsum illuminavit quia omni sapientia plenus fuit Ecclesiastici xv Implevit eum dominus spiritu sapientie et intellectus unde dicit Ambrosius super Lucam. Lucas omnes sapientie virtutes in evangelio suo comprehendit. Talia quippe docuit dominum Christum prolis unigenitum dei filium credit et in eius ostendit adventu virtutes celorum moveri predixit. In cuius passione tenebre per diem facte apparuerunt quamquam docuit ut inimicum diligere liberante non reputatur

mutuum gratis dare. Sed et rationabilia docuit deum qui fidelis est in minori et maiori esse ostendit. Ista autem lux sapientie deus illuminare ab interiori dicitur quod cordi infunditur 2 Corinthiorum 4 Deus qui dixit tenebris lumine splendescere illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei. Secunda lux est moralis que est conversatio lucida que ipsum illuminavit ab exteriori de qua dicitur Matthei 5 Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Ista luce morali beatus Lucas illuminatus extitit quia honeste conversationis et famose opinionis fuit 2 Corinthiorum 8 Misimus fratrem nostrum i. Lucam fratrem glosa. Cuius laus est in evangelio per omnes ecclesias. Ubi dicit Misimus fratrem vestrum sed nostrum i. nobis in amicitia et familiaritate coniunctum. Nisi enim per claritatem fame et conversationis honeste fuisset nequaquam ipsum Apostolus in suam familiaritatem admisisset. Item dicit Cuius laus est in mundo sed in evangelio quam non credunt de laude mundi sed de gratia dei. Item dicit per omnes synagogas sed per omnes ecclesias. Volunt enim famosus esse apud bonos et non apud malos. Ostenditur ergo beatus Lucas fame celebris extitisse. Tum quia familiaritate Apostoli decoratus. Tum quia evangelica laude dignus. Tum quia apud omnes fideles acceptus. Ista autem luce morali lucebat ab exteriori quia sancti viri bona opera sua non ab scandalum sed ad honorem dei et edificationem proximi ea ostendunt Matthei 5 Neque accendunt lucernam et ponunt

cam sub modio sed super candela-
brum ut luceat omnibus qui in domo
sunt // Tercia est lux intellectualis
que est virginalis mundicia que ipsum
illuminavit ab inferiori de qua dicitur
Sapie 4 O quam pulchra est casta
generacio cum claritate que per tanto
dicitur intellectualis quia virginitate esse
est proprium angeli non hominis. hanc ha-
buit cum hoc sit preter naturam pro aliquo
homo habet per graciam. Istam lucem
mundicie virginalis Iohannes lucas habuit
quia teste Ieronimo virginitatem perpe-
tuo custodivit habuit autem virgini-
tatem integram et perfectam labo-
riosissime acquisitam longani-
miter consummatam et dono sancti
ce[?]nitatem Integram quippe et perfectam
habuit quia habuit integritatem
carnis et puritatem mentis Ista
duo tangit Ieronimus dicens Prime commen-
datur virginitate per amantis domini
valuit despicere / habuit virginitatem
laboriosissime acquisitam unde dicitur
in ardore Crucis mortificacione
in suo corpore pro tui nominis portavit
habuit virginitatem longanimiter
consummatam unde dicit Ieronimus
bis quoque uxorem numquam habens
neque filios octuaginta quatuor an-
norum obiit in Bithinia / habuit vir-
ginitatem dono sancti spiritus ce[?]nita-
tem unde et post quam Ieronimus dixit
obiit in Bithinia statim subiunxit
plenus spiritu sancto Ideo ille virgines
prudentes que habuerunt istud fo-
mentum a sponso celesti fuit ad nup-
cias introducte sic regulate Ista
autem lux virginalis mundicie ideo di-
citur ab inferiori quia maxime re-
lucet in corpore quod est inferius respectu
anime Sapie viii venit ad corpus
incoinquinatum // Quarta est lux

celestis que est spiritus sancti influ-
encia que ipsum illuminavit a superiori
de qua luce dicitur Eccli 4 [?] circumfulget
eum lux de celo Istam lucem cele-
stem beatus lucas habuit qui spiritu
sancto docente evangelium suum
scripsit unde dicit Ieronimus Beatus
instigante spiritu in achaie partibus
scripsit evangelium De ista luce
celesti de super nobis infusa dicit
propheta Signatum est super nos lumen
vultus tui domine dedisti leticiam in
corde meo Spiritus cum sanctus per graciam
suam et animam illuminat Ideo dicit
lumen et animam sigillat ne dyabo-
lus maligne suggestionis intromittere
audeat Ideo dicitur Signatum est
Et animam deo assimilat ideo dicitur vultus
tui domine Et animam letificat Ideo dicit
dedisti leticiam in corde meo Ipsum
quadruplicem effectum et beatus
lucas habuit Ipsum et ipsum illuminat
per celestem sapienciam et ipsum sigillat
per mentis et corporis integritatem
perfectam Et ipsum letificat per iocun-
ditatem internam Et ipsum sibi assi-
milavit per humilitatem et misericordiam
humilitas quia deo assimulat iuxta
illud Luce 6 Estote misericordes
sicut et pater vester misericors est
Supponendo igitur quod beatus lucas fuit
socius cleophe euntis in emaus
quam opinionem gregorius in moralibus reci-
tat In veniunt in cristo ipso magna
in eo quod cristum quem peregrinum cre-
debat ad hospicium invitavit Ista
autem celestis sapiencia ideo dicitur
a superiori Et quia a deo descendit
Et quia superiori parti hominis infundi-
tur igitur dicitur lucas a luce quia
totus fuit lucidus / Et ab interiori
luce celestis sapiencie et ab
exteriori conversacionis honeste Et

ab inferiori luce videlicet malis iudicie
Et a superiori luce celestis gratie
Tercio commendatur a speciali ~~comme-~~
~~datione~~ curatione. Cum dicitur Me-
dicus ipse cum fuit medicus et qua-
tuor beatitudinibus quas ponit
dominus dicens Luce vi^o Beati pau-
peres spiritu quoniam vestrum est regnum
celorum id est dei etc. Est enim primus
modus curandi per minutionem Et
isto modo curatur infirmitas avaritie
Istum modum tangit cum dicit Bea-
ti pauperes etc. In minutione autem
sanguinis putridus totus est obi-
ciendus superfluus autem diminu-
endus necessarius retinendus
Sanguis putridus sunt divitie
iniuste acquisite iste ex toto
sunt abiciende Sanguis super-
fluus sunt divitie ad superfluita-
tem possesse Iste sunt diminuen-
de id est pauperibus erogande Sanguis
necessarius sunt divitie ad neces-
sitatem retente Sed vide hominem
facientem minutionem sanguinis
putridi secundum totum Luce 19 Si quid aliquem
defraudavi reddo quadruplum Sed
vide eundem facientem minutionem
sanguinis superflui secundum partem Ecce
inquit dimidium bonorum meorum
do pauperibus Sed vide hominem
abicientem ex toto sanguinem
putridum et sanguinem superfluum
et retinentem tantum necessarium I Thi.
Habentes alimenta et quibus te-
gamur hiis contenti simus Secundus
modus curandi est per diete observa-
tionem per quam scilicet curatur infirmitas
gule quod notatur cum subdit Beati
qui nunc esuritis etc. Eccli. xxxvii
Propter crapulam multi obierunt Qui
autem abstinens est adiciet vitam

Propter hoc dicitur Luce xxi^o Attendite
vobis ne graventur corda vestra crapula
et ebrietate. Tertius modus curandi
est per sudorem quo sanatur infirmitas
inepte letitie quod notatur cum dicitur
Beati qui nunc fletis quia ridebitis
Fletus enim aliud est flere nisi quidam
sudor oculorum Sudat oculus per lacrima-
tam Job 16 Facies mea intumuit a fletu
et palpebre mee caligaverunt Sudat
cor per dolorem Eccli. 22 Pungens oculum
deducit lacrimas et qui pungit cor
profert sensum id est dolorem sensibilem
et amarum Quartus modus curandi
est per amare potionis sumptionem
quo sanatur infirmitas luxurie quod
notatur cum subditur Beati eritis
cum vos oderint homines et eiecerint
nomen vestrum etc. Afflictio enim quam
quis sibi sponte imponit vel quam
ab alio sustinet patienter amara potio
est Ys. 24 Amara erit potio bibentibus
illam Medicina autem secundum Cris. Quanto
est amarior ad bibendum tanto est
utilior ad curandum Sic et cura
temporalis quanto magis allicitas motus
contingerit Eccli. 11 Malitia unius
hore oblivionem facit luxurie ma-
gne Istas autem quatuor medicinas
in se assumpsit medicus scilicet Christus
ut et nostras infirmitates sanaret
et ne egrotus eas recipere abhorreret
Ipse primum sanguinem in pedibus et manibus
minutionem accepit. xl^ta diebus
et noctibus dietam observavit fel et
acetum ad bibendum sumpsit Quinto
iucundam et laudabili conversatione cum
dicitur Carissimus Ipse enim fuit carus
regi id est Christo Cum quia fuit eius
discipulus Item cum quosdam fuit
unus de lxx^ta duobus discipulis

unde et illud evangelium Luce vi
depinxit duos et alios lxxii disci-
pulos in festo suo cantatur Item quia
fuit eius notarius ex eo scilicet quod evangelium
Christi notavit et scripsit Ysaie viii Su-
me tibi librum grandem et scribe in
eo stilo hominis Lex mosaica scripta
fuit tamquam stilo dei quia ibi manife-
statur dei potestas Lex autem evangelica
scripta est stilo dei et hominis quia ibi
continetur Christi divinitas et humanitas
et ideo est liber grandis quia gran-
des [illegible] continet Secundo fuit carior
sponse regis id est beate virgini Item
quia eius fuit secretarius Secreta
enim per amphoram que angelus et sola
virgo sciebat solus Lucas disseruit
Item quia eius pictor egregius fuit
dicit enim Damascenus libro [illegible] Quod
ipse pinxit ymagines Christi et matris
eius que Rome habentur Item quia
eius hystoriographus fuit Descripsit enim
Christi annunciacionem concepcionem et nati-
vitatem Tercio fuit carissimus filiis
regis id est apostolis Item quia actuum
ipsorum diligens compilator fuit Item
quia doctrine ipsorum fidelis auditor
fuit Quarto fuit carissimus princi-
pi regis id est paulo Item quia et
eius auditor devotus Comes enim
eius fuit discipulus apostolorum quemadmodum
secundum Jeronimum paulum usque ad consum-
macionem secutus est a quo simul et evangelium
didicit et accepit Ita quod plerique sus-
picentur evangelium Luce esse pauli
unde Jeronimus in libro de viris illustribus
Quidam suspicantur quotienscumque
paulus dicit secundum evangelium meum de Luce
significare volumine Item quia eius co-
mes individuus ii Thi. iiii Lucas est

mecum solus ii ad Thi. iiii Prop-
rium aut ergo sed qui ordinatus
est ab ecclesiis comes peregrinacionis
nostre hoc enim secundum glosam de Luca
accipitur etc.

Sequitur sermo secundus de sancto Luca

Lucas est mecum solus ii
Thi. iiii Lucas interpretatur e-
levans vel consurgens In verbis
igitur premissis ostenditur quod beatus
Lucas habuit mentis elevacionem
quantum ad deum in hoc quod dicitur ele-
vans / Secundo habuit omnis peccati im-
munitatem quantum ad se ipsum in
hoc quod dicitur consurgens Tercio
habuit magne caritatis virtutem
quantum ad proximum in hoc quod dicitur
Est mecum Quarto quandam pro-
gativam ad suum officium in eo
quod dicitur solus / Habuit igitur ma-
gnam mentis [deleted] eleva-
cionem in deum quia elevans interpretatur
Ipse enim tamquam aquila a terrenis
se elevavit et ad deum pennam
contemplacionis volavit ut possit
dici de eo illud quod dicitur Job 39
Numquid ad preceptum tuum elevabitur
aquila Vere nusquam si tam alte se
elevavit quia sex in se habuit
quia ipsum velociter volare et alte se
elevare faciebant / Habuit enim cor-
poris attenuacionem Aves enim
que corporis ponderositate gravantur
velociter volare non possunt unde dicitur
de eo in oratione Crucis mortifi-
cacionem iugiter in suo corpore pro
tui nominis amore portavit Et
in sermone qui per ecclesias legitur
sic habetur [illegible] suo corpori
assiduis lamentacionibus [illegible]
que vigiliis membra sua mace-

cans ipse indixerit. Secundo habuit
plumarum varietatem id est virtutum diver-
sitatem ut posset dici de eo illud
Ezech. 17 Aquila grandis ma-
gnarum alarum plena plumis et
varietate etc. De varietate suarum
virtutum dicitur in sermone qui per octo-
vas legitur Lucas inter angelorum
et gloriosorum apostolorum chorum
atque candencia virginum lilia et
inmarcessibiles rosarum martirum
flores coruscat. Dicitur namque
choruscare inter angelos et
virgines quia virgo extitit. Inter
martires quia martirium per afflictionem
corporis sibi indixit. Inter apostolos
quia evangelista et nuncius dei
fuit. Tercio habuit alarum magni-
tudinem et ideo velociter se in deum
elevabat iuxta illud Ysa. 40 Qui
sperant in domino mutabunt forti-
tudinem assument pennas sicut
aquile current et laborabunt
et ambulabunt et non deficient.
Iste sunt ille due ale de quibus
dicitur Apoc. 12 Date sunt mulieri
ale due aquile ut volaret in
desertum. Iste due ale quibus anima
volat ad celum sunt oracio et
elemosina. Supponendo autem
opinionem Gregorii quod Lucas fuerit
socius Cleophe, ipse devotam
orationem fecit quando dixit Mane no-
biscum domine quia advesperascit etc.
Et elemosinam impendit quando
Christum ad hospicium invitavit. Quarto
habuit acutum sancti spiritus impulsi-
onem. Avis enim cum que a vento im-
pellitur citius currit. Unde dicitur
de Christo ascendente volavit super

pennas ventorum. Et de sanctis
animalibus dicitur Ezech. 1 Ubi erat
impetus spiritus illuc gradiebantur.
Istam impulsionem spiritus habuit
Lucas de qua dicit Ieronimus
Sancto in stigmate spiritu scripsit
evangelium. Quinto habuit esce perspe-
cionem. Avis enim cum que ad destina-
tam escam properat citius currit.
Job 39 Sicut aquila volans ad
escam. Math. 24 Ubicumque fuerit
corpus ibi congregabuntur aquile.
Esca ad quam Lucas festinabat
fuit deus ad quem per ardencia
desideria se elevabat. Unde dixit
ipse et Cleophas Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis etc. Sexto
habuit omnis impedimenti remo-
tionem. Avis enim cum que libere volat ve-
lociter volat. Et Lucas libere se ad
deum elevabat quia nullum impe-
dimentum habebat nec peccati quia
secundum Ieronimum sine crimine fuit, nec
terrene cupiditatis quia omnia terrena
reliquit. Et ideo potest dicere
cum apostolo illud Hebr. 12 Depone-
tes omne pondus et circumstans nos
peccatum per patientiam curramus ad propositum
nobis certamen. Secundo igitur Lucas ele-
vans interpretatur quia ad deum se ve-
lociter elevavit ex eo quod fuit et cor-
pore attenuatus et plumarum va-
rietate circumdatus et alarum magni-
tudine dotatus et vento sancti spiritus
impulsus et ad escam desiderabiliter
destinatus. Et ab omni impedimento
expeditus. Secundo dicit omnis peccati
immunitatem in eo quod interpretatur
consurgens quia ab omni peccato.

consurrexit peccatum cum propter suam
ponderositatem non permittit surgere.
Cuius ponderositas manifestatur.
Primo quia ad aliud trahit. Circa
peccatum quod per penitentiam non diluitur mox
mox suo pondere ad aliud trahit.
Secundo quia ad infernum demergit
Exo 15 Submersi sunt quasi plum-
bum in aquis vehementibus. Tercio
quia deum fatigat et premit. ys 1
Laboravi sustinens. Nam omne autem
ponderosa sunt et precipue peccatum
scilicet superbie luxurie et avaricie.
De peccato superbie patet quia deus
habet invincibilem fortitudinem
Job ix Si fortitudo queritur robu-
stissimus est. Celum autem firmissimam
soliditatem Job xxx Tu for-
sitan cum illo fabricatus es ce-
los qui solidissimi quasi ere
fusi sunt. Terra perpetuam solidita-
tem Eccl. 1 Terra autem in eternum stat.
Et tamen superbia est adeo ponderosa
nec deus qui tantam habet for-
titudinem ipsam potuit sustinere
Luce 10 Videbam sathanam sicut
fulgur de celo cadentem. Nec
terra que tantam habet stabili-
tatem ipsam potuit tollerare. Unde
dicitur de superbis Dathan et Abi-
ron Num xvi Disrupta terra
sub pedibus eorum et aperiens
os suum devoravit eos. Peccatum
vero luxurie est ponderosum
quia animam deicit usque ad animalia
bruta. Proverbiorum vii Vadit sicut equus
et mulus in quibus non est intellectus
usque ad iumenta putredinis. Joelis i
Computruerunt iumenta in stercore
suo usque ad stercus vilissimum
Eccl ix Omnis mulier que est for-
nicaria quasi stercus in via con-
culcabitur. Castitas autem elevat
animam usque ad celestem vitam
unde ipsa virginitas a Jeronimo
celibatus vocatur usque ad dignitatem
angelicam Math xxii In resur-
rectione neque nubent neque nu-
bentur sed erunt sicut angeli dei
in celo usque ad cognitionem divinam
Sapie vi Incorruptio facit esse proxi-
mum deo. Peccatum avaricie est vero
ponderosum et animam deicit et
comprimit. Primo quia homines in terram
supra se respicere facit. Proverbiorum Oculos su-
os statuerunt declinare in terram.
Secundo quia animam in terram convertit. Osee
ix Facti sunt abhominabiles
sicut ea que dilexerunt. Tercio quia
terram super caput ponit. Hamos ix
Avaricia in capite omnium horum autem
quidam male acquirunt sicut rapto-
res et usurarii. Contra quos dicitur
Abacuk 2° Ve qui multiplicat
non sua. Quidam male retinent
sicut immisericordes et impii sicut
ille qui dicebat Luce 12 Anima
mea habes multa bona in annos
plurimos reposita etc. Quidam male
expendunt sicut gulosi luxuriosi
et prodigi. Sicut erat ille de quo
dicitur Luce xvi° Homo quidam erat
dives et cetera. Et male acquisi-
verat. Quia sicut dicit Augustinus Omnis
dives aut iniquus aut heres iniqui.
Et male retinebat quia Lazaro
mendico eciam micas non dabat. Et
male expendebat quia cottidie sple-
ndide manducabat. Ab isto triplici pec-
cato ponderoso liberatus est Lucas qui
consurgens interpretatur totaliter consur-
-git a peccato superbie quia prostratum

humilitatem habuit Secunda sedem/
Greg[orius] nomine cleophe socii apparuit
et suam ex humilitate ostendit Tercio pro-
tate luxurie Quarta sicut Jeronimus virgi-
nitatem habuit et perpetuam conservavit
Quinto peccato avaricie quia nunquam ac-
quisivit eo quod erat medicus cor-
porum et inde multa sibi acqui-
rebat lucra licet male retinuit
quia omnia ad pedes apostolorum seu
discipulorum posuit Sexto gulose
consumpsit sed carnem suam ieiuniis
et abstinenciis maceravit Tercio
habuit magnam caritatem quantum
ad proximum eo dicitur est medicus
Sicut autem tunc cum apostolo fuit ita
et modo nobis non deseruit sed no-
biscum quadruplicatus remansit
scilicet per desideria sua per verba sua per
exempla sua et per auxilia sua
Ipse cum dum vixit quatuor precia
habuit fuit cum carissimus/ fuit et
medicus de hiis duobus dicitur
Collo. 4 Salutat vos lucas me-
dicus carissimus/ Fuit fama et opi-
nione preclarus 2 Cor. viii° cui-
sinus fratrem misi scilicet lucam cuius
gloria cuius laus est in ewangelio
per omnes ecclesias fuit et fidelis so-
cius 2 Cor viii° ordinatus est
ab ecclesiis peregrinacionis nostre
Quia igitur fuit carissimus re-
mansit nobiscum per desideria sua
Quia medicus remansit nobiscum
per verba sua Quia fama preclarus
remansit nobiscum per exempla sua
Quia fidelis socius remansit no-
biscum per adiutoria sua Ille autem
est deo carissimus qui est valde
affectuosus/ ~~Fuit in hac vita mi-
sera etiam~~ Talis fuit lucas qui

tam affectuosus extitit quod
desideria ardencia habuit Luce ultimo
Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis etc. Ipse re et quia tam affectuo-
sus fuit in hac vita misera etiam
quod est affectuosus in vita eterna et ideo
desideria sua nobis dat et multam
salutem nobis exoptat Unde quod
tunc dixit apostolus Salutat vos lu-
cas Modo etiam dici potest veraciter vos
cum salutat id est salutem eternam
nobis exoptat Deus cum desideria
sanctorum cito exaudit psalmus De-
siderium pauperum exaudivit dominus
Apoc. viii° ascendit fumus incen-
sorum de oracionibus sanctorum coram
domino desideria cum sanctorum dicuntur
fumus incensorum Quia et de cor-
de inflammato procedunt et sursum
ad celum ascendunt et deo gratum
odorem faciunt Secundo quia fuit me-
dicus nobiscum remansit per verba sua
anime languentes sunt medicina e-
ius cum verba multam caritatem
curaverunt et viam ad celestem
patriam monstravit Unde dicitur
in sermone qui de eo ~~loquitur~~ legitur
per celicas reclusus lucas qui nescius
lucifer ab orientalibus partibus
remittens nobis lumen fidei et
celestis itineris pateant scandere
callem demonstrat Unde beatus Jacobus
ostendit verba sua et aliorum
talium esse medicinalia quia et caritate
illuminant et viam salutis eterne
demonstrant. Jo. ultimo Hec autem
scripta sunt ut credatis quia Jhesus
est filius dei et ut credentes vi-
tam habeatis in nomine ipsius Tercio
quia fuit preclarus remansit
nobiscum per exempla sua vos

cum in hoc seculo sobrie pie et iuste
vivere debemus sicut dicitur Thi[to] 2
Sobrie quantum ad nos pie quantum
ad deum Iuste quantum ad proximum
Ad ista tria habenda beatus lu-
cas suo nos informavit exemplo
Ipse enim vixit sobrie quantum ad
se quia crucis mortificationem in suo
corpore portavit / virginitatem ser-
vavit / vixit pie quantum ad deum
quia circa pietatem cultus divini
et fidei excellenter claruit / vixit
iuste quantum ad proximum quia in suo
superiori dabat obedienciam sicut pau-
lo cui tanquam fidelis discipulus
semper in omnibus obedivit Et suo equali
dabat concordiam sicut cleophe cum
quo in emaus concorditer ivit et con-
corditer rediit Et suo inferiori scilicet nobis
dedit doctrinam quia per evangelium
fidem docuit et per acta apostolorum mo-
res instruxit Et iterum quia fuit
fidelis socius remansit nobiscum
quantum ad auxilia sua Ipse enim per
merita et orationes suas nobis sepe
auxiliatur unde potest dici de eo illud
2 Macha 17 Hic est frater noster
amator et populi israel Hic est qui
multum orat pro ipso et pro universa ci-
vitate Unde legitur in hystoria anthi-
ochia Quod cum christiani a turcis essent
obsessi apparuit eis quidam vir lu-
cidus et choruscus dicens se esse
lucam evangelistam qui de an-
thiochia veniebat ubi deus militiam
celi et apostolos et martires congregavit
ut pro suis peregrinis pugnaret Et
precepit igitur lucas christianis ut contra tur-
cos ad bella procederent Sed cum illi
trepidarent ante eos se posuit
et victoriam magnam fecit Iterum
sunt quasdam prerogativas legitur

habuisse Fuit enim pictor imaginum
medicus corporum et animarum Compi-
lator librorum et notarius plurium
pictor quidem imaginum fuit unde
dicit Jo damas li 4 Accepimus
lucam evangelistam pinxisse
dominum et matrem eius et horum
imaginibus habere romanorum fa-
mosam civitatem Ideo potest
dici de eo illud Eccli 39 Assiduitas
eius variat picturam cor suum
dabit in similitudinem picture
et vigilia sua perficiet opus Secundo
fuit medicus corporum et animarum
Quod enim fuit medicus corporum
dicit Jeronimus in prologo super lucam
Lucas syrus natione anthio-
chensis arte medicus Et fuerit
medicus animarum testatur Idem Jeronimus
dicens Actus apostolorum medicinam
quidem videntur sonare historiam
sed si noverimus scriptorem eorum
esse medicum advertimus omnia illa
anime languentis esse medicinam
Ideo potest de eo dici illud Eccli 39
Unguentarius faciet pigmenta
suavitatis quantum scilicet ad medicinas
corporum et unctiones perficiet sua-
vitatis quantum scilicet ad medicinas
animarum Tercio fuit compilator et
scriptor librorum compilavit enim
et scripsit evangelium actus apostolorum
et ~~epistola~~ epistolam ad hebreos ut
ab ore pauli audivit Unde potest
dici de eo illud Eccli 12 Quesivit
verba utilia et scripsit sermones
rectissimos ~~quantum ad actus apostolorum~~
et veritate plenos Verba quidem
utilia que sunt quantum ad evangelium
Conscripsit sermones rectissimos
quantum ad actus apostolorum quos compilavit
ac veritate plenos quantum ...

Secundo ad epistolam ad hebreos
quam scripsit sicut ab ore
pauli audivit. Secundo fuit no-
tarius plurium scilicet christi cuius
genealogiam conceptionem nativi-
tatem infanciam predicacionem passio-
nem resurreccionem et ascensionem
fideli stilo scripsit. psalmus lingua
mea calamus scribe velociter
scribentis. Tercio fuit notarius beate
virginis quia scripsit eius secre-
ta. Quarto fuit notarius apostolorum quia
scripsit eorum gesta. Quinto fuit notarius
specialis pauli quia conscriptus est
fidelis actis eius. Sed mirum
si iste notarius tot et tanta opera
scribere sciuit quia ad hec qua-
tuor magistros habuit. Primus fuit
spiritus sanctus de quo dicit Jeronimus
Sanctus instigante spiritu sancto in achaie
partibus scripsit evangelium. Secundus
fuit virgo beata que verba angeli
et pastorum que in corde suo
et ceterorum conferebat sibi ma-
nifestavit. Ecclesiastici 17 Obviavit sibi
luce quasi mater honorificata
et quasi mulier a virginitate sus-
cepit illum. Cibavit illum pane
vite et intellectus. Tercius fuit cetus
apostolorum ut Jeronimus. Lucas non
solum ab apostolo paulo didicit evangelium
qui cum domino in carne non fuit
sed eciam a ceteris apostolis quos ipse
quoque in principio voluminis declarat
dicens Sicut tradiderunt nobis qui
a principio viderunt et ministri fue-
runt sermonis. Quartus fuit paulus
apostolus ut secundum Jeronimum in libro de
viris illustribus Quandoque paulus
in suis epistolis secundum evangelium meum
dicit de evangelio luce intelligit

Sermo tercius de sancto luca

Primum animal simile leoni secundum
animal simile vitulo et tercium animal
habens faciem quasi hominis quartum
animal simile aquile volanti Apocalipsis 4
Per ista quatuor animalia quatuor evangeliste
signantur. Per leonem signatur marcus
per vitulum lucas per hominem ~~matheus~~
matheus per aquilam johannes.
Horum autem racionem quare nobis dedit
deus videamus. Marcus namque per leo-
nem signatur. Leo cum in deserto
rugit propter capiti saltu incedit bestie
tercia die suo rugitu reviviscere fa-
cit. Sic beatus marcus evangelium suum incipit
a rugitu predicacionis Baptiste per
leonem signatur marcus. Secundo sicut
leo terribilem vocem in deserto emit-
tit. Sic marcus a voce in deserto
incipit dicens vox clamantis in
deserto. Tercio sicut saltu compendio-
se abreviacionis. Crisostomus Marcus
compendiosam et brevem narracionem
facit in quo magistrum suum imitatus
est scilicet petrum brevitati studentem.
Quarto autem in voce patrie excita-
cionis quia aptius de resurreccione
ceteris evangelistis est locutus. Et
cum pater filium suum tercia die a mor-
tuis excitavit dicens Exurge gloria
mea exurge psalterium et cythara
etc. Ideo eius evangelium in pascha
legitur ex eo quod tam apte de resur-
reccione loquatur. Nichilominus tamen
quilibet homo iustus significari per
leonem potest. Leo cum est animal forte
et nobile. Fortitudo autem eius atten-
ditur in capite in pectore in corde
et in ungue. Unam in capite habet
firmitatem in pectore fortitudinem
et in corde magnitudinem et in
~~ung~~ unguibus securitatem. Sic
et homo iustus debet esse firmus

in capite sensualitati per orationem
fortiter durando ps. 9 Constitues eum
in caput gentium per gentes intelli-
guntur cogitationes gentiles et car-
nales sapientes super quas caput
rationis debet constitui et eis firmiter
dominari debet. Quarto fortis in pectore
ipsum a pravis cogitationibus muniendo
Apocalypsis 15 Exierunt septem angeli
precincti circa pectora zonis aureis.
Zona aurea est ipsa caritas
preciosa qua si pectus precingitur nullis
malis cogitationibus aditus indul-
getur. Ideo monet sponsus Cantica
8 Pone me ut signaculum super
cor tuum. Debet quinto magnanimus
in corde aggredi dicendo ardua
Ascensiones in corde suo disposuit
Quando est cum ascensiones suas
in corde suo disponit ipse de virtu-
te ad virtutem ascendendo. Sexto
unguibus omnia vicia lacerando. Ancho-
rite sunt cum unguibus lacerantes
quam palpationes adulantes
Proverbiorum 27 Meliora sunt
vulnera diligentis quam fraudulen-
ta oscula odientis. Non omnis
qui blanditur amicus est nec omnis
qui increpat inimicus est. Melius
est diligere cum severitate quam
decipere cum lenitate. Quarto leo
licet fortis tamen quatuor timet
Nam primo secundum Solinum timet tria scilicet
ignem accensum strepitum rotarum
et gallum album. Secundo cum quodam
timet scorpionem venenosum.
Sic quidem homo iustus timet con-
cupiscentiam titillantem carnem
inflammantem mundum precipien-
tem dyabolum persequentem. Sed dyabolus
aliquando persequitur per apertam mali-
ciam et tunc est scorpio venenosus
aliquando per fraudulentiam et tunc
est albus gallus quia in corde cantat

malas suggestiones immittendo
albus sub specie boni decipiendo.
Sed homo iustus habet quatuor contra
dei auxilia unde potest dicere
cum psalmista Dominus illuminatio mea et
salus mea quem timebo. Ecce non
cum timet demonis fallaciam
qui habet deum illuminantem. Ideo
dicit Dominus illuminatio mea. Secundo de-
monis maliciam qui habet deum
salvantem. Ideo dicit Et salus
mea quem timebo. Tercio mundi
pressuram qui habet deum protegentem.
Ideo subdit Dominus protector vite
mee a quo trepidabo. Quarto car-
nis concupiscentiam qui habet deum.
Ideo subdit Dum appropiant
super me nocentes ut edant car-
nes meas. Leo etiam est animal nobile
cuius nobilitas attenditur in qua-
tuor scilicet quia predam solus non
comedit audacius in viis quam
in fenestris. Sic etiam iustus debet
~~audire~~ habere liberalitatem in co-
mmunicando. Ecclesiastici dicit auctor
Ecc 11 Inveni requiem mihi
et nunc manducabo de bonis
meis solus. Secundo pietatem in parcendo
Ecc 44 Viri misericordie sunt quorum
pietates non defuerunt. 3 Regum 20
Audivimus quod reges domus Israel cle-
mentes sunt. Tercio bonitatem in com-
paciendo Job 30 Compaciebatur
anima mea pauperi. Et magnani-
mitatem in puniendo quia prelatus
severus debet punire tyrannos
sevientes quam pauperes mendicantes.
Sed de multis potest dici illud Matthei
23 Duces ceci excolantes culi-
cem camelum glutientes. Quando
per culicem nisi pauperem et quid
per camelum intelligimus nisi tyran-
num et potentem. Quando culpas

pauperum subtilis examinant. Ec-
clesia etiam confluunt quia vicarij
annorum pro tussennit et descendunt
rado pro bovem sive pro vitulum si-
gnatur. Beatus Lucas. Bos enim come-
dabilis est quantum ad sacrificium inte-
rim mansuetudine et laborem
[...]tum quantum ad sacrificium. Secundum
legem bos in sacrificium deo immolabatur.
Sic beatus Lucas bos dicitur ratione
sacrificij. Tum quia carnem suam
per crucis mortificationem deo hostiam
tradidit. Tum quia cristi sacerdo-
talem generationem et passionem in qua
deo se sacrificium ~~deo~~ obtulit ma-
gis evidenter descripsit. Tum quia
circa templum in principio sui evan-
gelij in medio et in fine immoratus
fuit. Ternam rationem ultimam assignat
glosa super Lucam dicens inter Lucas
inter duo animalia vitulo comparatur qui
scilicet alijs hostijs deputatum circa templum
in[...] et Jerusalem narrationis
sue incessu. In principio sa-
cerdotem collocat ad aram orantem
pro populo foris stantem. Mariam
concepto deo Jerusalem mittit ad
domum pontificis. Ibi baptisatam
natum refert. Illuc dominum natum
cum hostia defert. Illuc cum pue-
ri ducit duodennem. Inde templo
[...] doctorum inserit. Post cetera
talia discipulos deum laudantes in
fine evangelium sui concludit. Hic
etiam iustus debet esse bos ratione
sacrificij quia corpus suum debet
macerare ne lasciviat in principio
in medio et in fine id est in iuventu-
te viri etate et senectute. Secundo
commendabilis est bos quantum ad
suum incessum quia non saltu vadit
sed mature incedit. De cuius inte-
ssu dicit Gregorius super illud Ezechielis planta
planta pedis quasi planta pedis vituli
scilicet mature incedentis fortis et divisa.
De quo habetur quod Lucas in suo evangelio
incessit mature fortiter et divise. Mature
matura quidem quia introduxit precurso-
rem regis post eius incepcione regis.
De conceptione processit ad nativitatem
De nativitate ad infantiam. Luce 2.
Postquam completi sunt dies octo et circum-
cideretur puer. Et infra. Cum inducerent
puerum Ihesum in templum. De infantia
ad pueritiam. Luce 3. Cum factus
esset Ihesus annorum duodecim. Et de
pueritia ad iuventutem dicitur Luce 3.
Erat Ihesus incipiens quasi annorum
triginta. De iuventute ad consummationem
Luce 23. Clamans Ihesus voce ma-
gna dixit In manus tuas domine
commendo spiritum meum. Et hec dicens
expiravit. Incessit etiam in suo evangelio
fortiter. Alij evangeliste fortiter incepe-
runt sed non fortiter finierunt. Ma-
theus autem et Johannes narrationem
suam finierunt in Cristi resurrectione
nichil agentes de ascensione. Mar-
cus de iudiciaria potestate. Lucas vero
tam in evangelio quam in actibus
omnia per ordinem consummavit. Incessit etiam
in suo evangelio divisim quia nar-
rationem precursoris et regis non conti-
nuavit sed divisim et separatim utrasque
posuit. Modo cum agens de annuncia-
tione precursoris accedit ad annuncia-
tionem regis. Agens de nativitate
precursoris accedit ad nativitatem
regis. Agens de predicatione precursoris
accedit ad predicationem regis. Homo
etiam iustus debet esse bos ratione
incessus quia debet incedere mature
fortiter et divisim. Mature non festi-
natione sed cum maturitate operando

Quia sicut dicitur proverbiorum Substantia
festinata minuetur que autem paulatim
colligitur monet / Fortis in bonis operibus
perseverando prover 13 / Maximus for-
tius durabit / dividens bona a malis
et magis bona a minoribus separando
Ieremie 17 Si / superaveris prospera vite
quasi ad meum caput Tertius bos commen-
dabilis est quantum ad mansuetudinem
quia verbis pressus stimulis fatigatus
clamoribus lassatus non murmurat
non reclamat Sic etiam sancti viri
Christi inter pene acerbitati sancti persecu-
tionis tyrannidis vel flagellationis
divine lacessiti clamoribus innumere non
murmurant in ore patienter sudant
in corde Iuxta illud quod cantat ecclesia
Non murmur resonat non querimonia
Quartus bos commendabilis est quantum
ad laborem quia terram scindit terram
inserit et grandia pondera trahit
Sic homo iustus debet cor suum
scindere per contritionem Iohel 2 Scindite
corda vestra et non vestimenta vestra
Debet serere per confessionem ubi con-
teruntur plaustra palee peccatorum Ysa. 27
Triturabitur moab sub eo sicut te-
runtur palee in plaustro Debet trahere
pondus per satisfactionem Sed multi sunt
qui prava pondera trahere nolunt Contra
quos dicitur Levitici 19 Nolite facere
aliquid iniquum in iudicio in regula
in pondere in mensura Multi sunt
qui inique iudicant inique regulant
inique ponderant et inique me-
surant Ille inique i. non eque iu-
dicat qui dat se dyabolo et sua deo
dyabolo iuventutem et deo senectutem
deo fidem et dyabolo operationem Ille
non eque regulat qui ad volunta-
tem suam que est tortuosa et curva
vitam suam disponit et non ad vo-

luntatem dei que est recta dirigit
Ille non eque ponderat qui grandia
peccata committit et levem penitentiam
facit Ille non eque mensurat qui
congregat cumulum peccatorum et sustinere
non vult parvam mensuram penarum
Tertio per faciem hominis signatur Ma-
theus Homo quidem comparatur quantum
ad sex status scilicet progeniem conceptionem
nativitatem vitam mortem et statum
post mortem In quibus autem evangeli-
stas Matheus Christum quantum ad istos
status describit ostendit quidem
eius progeniem fuisse gloriosam quia
descendit a patriarchis regibus et
prophetis cum dicit In principio sui
evangelii Liber generationis Ihesu Christi
filii David etc. Secundo eius conceptionem
fuisse miraculosam quia non est facta
naturaliter sed substantialiter non de semine
humano sed de spiritu sancto unde dicit
in sequentibus antequam convenirent inven-
ta est in utero habens de spiritu sancto Et
Quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est Tertio ostendit eius nati-
vitatem fuisse gloriosam quia mox
ut fuit natus fuit gloriose a regibus
adoratus Quarto eius vitam fuisse
graciosam quia tota fuit graciosa
in verbis in miraculis in exemplis
In verbis quidem per que nos docuit sicut
patet in sermone quem fecit in monte
In miraculis per que incredulos ad
fidem convertit Et in exemplis per que
nos utiliter informavit iuxta illud
Math 11 Discite a me quia mitis
sum et humilis corde Quinto ostendit
eius mortem fuisse dolorosam
iuxta illud Math 16 Cepit contristari
et mestus esse Illud Tristis est anima
mea usque ad mortem Sexto ostendit
eius resurrectionem fuisse gaudiosam
Quod signat angelus qui receptus

sola alba apparuit unde dicit Crisostomus
candor et cum vestem splendorem
indicat nove solempnitatis Quarto
aquilam signatur Johannes Et aquila
avis commendabilis est quantum ad vola-
tum raptum visum nidum et reno-
vacionis modum In volatu quia habet
sublimitatem quia altissime volat
Et Johannes altissime volavit Cum
enim sunt tres species visionis scilicet corpora-
lis ymaginativa et intellectualis Jo-
hannes corporali visione volavit alte
qua cognovit humanitatem verbi
unde dixit In principio sue epistole
Quod audivimus quod vidimus oculis
nostris quod perspeximus Et visione
ymaginaria volavit altius per quam
vidit descriptionem corporis mistici scilicet
ecclesie unde dictum fuit sibi Apocalypsis 1
Quod vides scribe in libro et mitte
septem ecclesiis Et visione intellectua-
li volavit altissime per quam vidit in-
quantum fuit possibile divinitatem verbi
dixit In principio erat verbum Et pri-
mam visionem adeptus est per corporalem
Christi instructionem Johannis 13 Vos voca-
tis me magister et domine Et secundam
per angelicam illuminationem unde dictum
fuit Danielis viii° Gabriel fac istum
intelligere visionem Tertiam per spiritus sancti
inspirationem divinam sicut dicitur Job 32
Spiritus est in hominibus et inspiracio
omnipotentis dat intelligenciam Secundo
aquila commendabilis est quantum ad
raptum quia predam sola non comedit
sed victimis avibus partitur pauca predam
quam in tertio celo rapuit sola comedit
quia homini non revelavit Johannes autem
solus non manducavit quia equaliter
sibi scripta et aliis docuit Ezechielis 11
Aquila grandis etc et infra venit
ad libanum id est ad deum sublimem et
altum et tulit medullam cedri
id est divinitatem verbi et supplantavit
eam in terram Canaan id est in hoc mundo
Chanaan cum interpretatur commutatus
et signat quantum mundum in quo sepe
dicitur Ro 1 Homines veritatem dei
in mendacium commutant Cum ergo
supplantavit quando dixit In principio
erat verbum Ista tercia aquila non
venabatur de victima sed de valle
remota talis cum evangeliste ve-
nati sunt in victimas id est in mundo
scribentes Christi humanitatem Iste
autem venatus est in celo scribens
Christi divinitatem Augustinus de concor-
dia evangelistarum Cetera tria per
que tres alii evangeliste designantur
in terra gradiuntur quia in huius vita
omnes occupati sunt que Christus
in carne operatus Johannes autem
super nubila infirmitatis humane
velud aquila volat etc Isto autem
raptu aquile videndum quod est que-
dam aquila que tam rapit in aere
et hec est generosior quedam et hec
minus quedam autem in aqua habi-
tantes et hec adhuc est minus Et
quantum ad hec aquila dyabolum represen-
tat Est enim quidam demon qui
tam rapit in terra laqueo avaricie
sicut mamona Ideo dicitur Ysa 24
Formido et fovea et laqueus super
te qui habitator es terre Alius
qui rapit in aere cum rethe
superbie sicut lucifer Trenorum 1 Ex-
pandit rethe pedibus meis convertit
me retrorsum Ab isto tamen rethe
superbie viri sancti qui sunt oculati
et pennati non rapiuntur Proverbiorum 1
Frustra iacitur rethe ante oculos
pennatorum Tertius est qui rapit
in aqua cum sagena luxurie sicut

Asmodeus. Tertio in convivio ama-
ritatem morte mulierem que la-
queus venatorum est et sagena
eius Abakuk .i. Totum in ha-
mo sublevavit et traxit illud
in sagena. Tertio aquila commen-
dabilis est quantum ad visum. Nam certe
quidem videt ita solem in sua
rota clare irreverberata conspiciat.
Sic et Johannes acutissime vidit
verbum dei. Deinde cum ipsum vidit per
creata ut visibilia in quibus mira
dei vestigia vidit per creata invisi-
bilia quibus lucet quasi per speculum
vidit per enigmata occulta in quibus
patet per allegorie secreta sed vidit
per ipsum lumen divinum. Johannes i: In principio
erat verbum etc. Quarto aquila
commendabilis est quantum ad nidum.
Nam sub pluma in nido suo re-
ponit duos lapides preciosos scilicet
ethitem et ethatem et cum quodam
lapide indico. Unus autem de istis
lapidibus aquilarum partum facit, alius
a morsu serpentis pullos custodit.
Tertius autem contra nimium calorem tempera-
mentum inducit. Iste nidus est sancta
ecclesia in cuius fide quilibet debet et
vivere et mori. Job xxix:
In nidulo meo moriar. In isto
nido ecclesie Johannes posuit tres
lapides scilicet evangelium, apocalip-
sim et epistolas. Unus lapis scilicet
evangelium a morsu hereticorum
defendit. Unde cum Johannes fuit
in pathmos insula relegatus
et diverse hereses pullulassent red-
iens evangelium suum scripsit in quo
omnes hereses eliminavit. Petrus
damianus de sermone: Johannes in evange-
lio contra hereticos fidei puritatem
corrumpit confundit. Unde hec tractatur
ecclesia vacillat fides plurimi

naufragaverunt redit Johannes et quos
invenit errantes ad pristine fidei
renovat sacramentum. Secundus lapis
scilicet apocalipsis ab omni tribulatione protegit.
Ibi enim ostendit qualiter sancti in
hoc mundo tribulationibus premuntur
et qualiter post modum in regno celi
glorificantur. Apocalipsis i: Ego Johannes
frater vester particeps et socius in tribula-
tione regno et patientia in Christo Jesu.
Tertius lapis scilicet epistole calorem ad peccatorum
amorem temperamentum inducit unde dicitur
i Johannis ii: In hoc scimus quoniam
cognovimus eum si mandata eius ob-
servemus. Qui dicit se nosse deum
et mandata dei non custodit mendax
est. Unde ad bene operandum modo in-
ducit infantes, modo adolescentes,
modo iuvenes, modo senes, sicut
patet ibidem. Quinto aquila commenda-
bilis est quantum ad renovationis modum.
Nam sub Augustino cum senserit in alis
gravedinem, in oculis caliginem, in
rostro duriciem, ita quod se cibare non
potest, exusta radiis solis in fontem
se precipit et sic accipit in alis agi-
litatem, in visu claritatem, in ro-
stro habilitatem. Sic Johannes volans
altissime usque ad solem iustitie
defixus igne caritatis immense im-
mersus est in abyssum veritatis
infinite. Et sic renovatus est in alis
quia altissime volavit. Job xxxix:
Numquid ad preceptum tuum elevabitur
aquila. In oculis quia acutissime
vidit. Ibidem: De longe oculi eius
prospiciunt. In rostro quia delectatissime
se cibavit. Ibidem: Unde contempla-
tur escam etc. / Sequitur

Sermo quartus de sancto Luca

In medio sedis et in circuitu sedis
quatuor animalia plena oculis ante

et vetus. Primum simile leoni etc.
Apoc. iiij°. De istis sanctis animalibus
per que quatuor ewangeliste desi-
gnantur quatuor hic determinantur
a Johanne. Primo de corpore eorum figura
oculis et alis. Primo quidem ipsorum
est quod quatuor esse describuntur.
Voluit quidem deus ut ipsi ewangeli-
ste quatuor essent multiplici racione.
Prima est ad innuendum quod quatuor
plagis mundi scilicet orientali
occidentali australi et aquilonari
predicabant predicatores et gentes ad
fidem cristi de diversis regionibus
congregarent. Post hec de regionibus
congregavit eos a solis ortu et
occasu ab aquilone et mari.
Secunda est ad innuendum quod predicato-
res verbi dei non debent esse rotun-
di seu rotundi i. volubiles per
inconstanciam sed firmi per constanciam
figura enim quadrata stabilis est et
Una predicatores namque veteris te-
stamenti sicut scribe et pharisei
fuerunt tanquam lateres scilicet decocti per
concupiscenciam avaricie. Secundo per cali-
ditatem rapinam et longi per aquisita
laudis humanam. Sed predicatores novi
testamenti fuerunt tanquam lapides
quadrati et vivi. Secundo dicitur Ysa. 9.
Lateres ceciderunt sed quadris lapi-
dibus reedificabimus. Tercia est ad in-
nuendum quod debent habere fidem spem
caritatem et opera bona que quidem
faciunt animam quadratam unde dicit
Augustinus. Quarta credis cum speras //
quarta credis et speras cum diligis
quarta credis speras et diligis
cum operaris. Quarta est ad significandum
quod debent habere quatuor dimen-
siones. Debent enim esse alti per
contemplacionis sublimitatem pro-
fundi per humilitatem longi per perseve-
ranciam lati per caritatem amplam.
De hiis quatuor dimensionibus dicitur
Ephe. 3. In caritate radicati et fun-
dati ut possitis comprehendere cum omnibus
sanctis que sit latitudo longitudo
sublimitas et profundum. Quinta
est ad significandum quod debent habere quatuor
virtutes cardinales que animam stabi-
liunt et confirmant. Prudencia enim
retinet animam in veritate ne ab ea
recedat aut per errorem aut per cupi-
ditatem. Temperancia animam tenet
in necessitate ne ab ea recedat
aut per diminucionem aut per superflu-
itatem. Fortitudo animam tenet in equa-
litate ne ab ea recedat aut faciendo
alii quod odit sibi fieri aut non faciendo
alii quod vult sibi fieri. Sexta est ad
significandum quod debent habere quatuor af-
fecciones ordinatas scilicet gaudium
dolorem spem et timorem ut scilicet
non gaudeant de seculi prosperitate sed
de consciencie puritate iuxta illud 2 Cor. 1.
Gloria nostra hec est testimonium
consciencie nostre. Item doleant de amissio-
ne temporalium rerum sed de offensa dei
sicut dolebat propheta qui deum offen-
derat. Ps. Dolor meus in conspectu
meo semper. Item timeant mundi
adversitatem sed dei punicionis se-
veritatem. Tercia sicut dicitur Hebr. 10.
Horrendum est incidere in manus
dei viventis. Item ponant spem in
mundo vel in homine terreno sed in
deo eterno. Iere. xvij. Benedictus qui
confidit in domino et erit dominus fiducia
eius. Secundo videndum est de speciebus
et faciebus ipsorum animalium

Prima unius erat similis leonis aliud
vituli aliud hominis aliud aquile
volanti Per quas quidem quatuor
facies signatur ipse cristus vel ipsi
ewangeliste vel ipsi fideles vel
quatuor virtutes cardinales vel ea
que ipsi ewangeliste erant predica-
turi Per illas enim quatuor facies
signatur cristus nascens moriens
resurgens et in celum ascendens
Istam racionem assignat Gregorius dicens
Ipse unigenitus dei filius veraciter
factus est homo Ipse in sacrificio
nostre redempcionis dignatus est
mori ut vitulus Ipse per virtutem
sue fortitudinis resurrexit ut leo
Ipse eciam ascendens in celum est ele-
vatus ut aquila Secundo per illas qua-
tuor facies signantur quatuor ewangeliste
quorum racionem assignat Gregorius dicens
Prima ab humana generacione cepit
Unde per hominem Matheus Secunda
per clamorem in deserto recte per
leonem Marcus quia a sacrificio
exorsus est ideo per vitulum Lucas
Quarta vero a divinitate ubi cepit ideo
per aquilam signatur Iohannes Tercio
per has quatuor facies intelliguntur
fideles Istam racionem tangit glosa
super Ezechielem Quidam enim eorum
sunt mansueti et racionabiles ut
homo quidam sunt tamen adversa
ferentes ut leo quidam se morti-
ficantes ut vitulus quidam celestia
petentes ut aquila Quarto per
has quatuor facies intelliguntur quatuor
virtutes cardinales Per leonem enim
signatur fortitudo Proverbiorum 30 Leo
fortissimus bestiarum ad nullius
pavebit occursum Per vitulum signatur
temperancia que corpora in hostiam
deo facit Ad Romanos 12 Obsecro vos
per misericordiam dei ut exhibeatis corpora
vestra hostiam viventem sanctam
deo placentem Per aquilam
que habet visum acutum signatur
prudencia Cuius proprium [illegible] est
invigilare rebus disponendis Per
hominem signatur iusticia que secundum
Senecam est vinculum societatis
humane Secundo per has quatuor fa-
cies signantur ea que viri ewangelici
debent predicare Debent inducere
fideles ad dei timorem et tunc
habent faciem leonis Amos 3
Leo rugiet quis non timebit
Secundo ad carnis mortificacionem et tunc
habent faciem vituli Colossenses 3
Mortificate membra vestra que
sunt super terram Tercio ad celestium
contemplacionem et tunc habent
faciem aquile Apocalipsis viii° Vidi
et audivi vocem unius aquile vo-
lantis per medium celi Quarto ad haben-
dam celi in omnibus discrecionem
et hec tunc habent faciem hominis
Ad Romanos 12 Racionabile obsequium
vestrum Tercio de istis animalibus dicitur
quod habebant alas senas Super quo glosa
Prima ala celestis est lex naturalis
Secunda lex Moysi Tercia prophete Quarta ewangelii
Quinta institucionibus apostolorum Sexta
quorumcumque aliorum doctorum vel
potest dici quod per sex alas signantur
sex cogitaciones quibus ipsum homo
ad superna debet volare que ipsum
debent in humilitate tenere Prima
vilis ingressus flebilis status in-
stabilis exitus horribilis dissolucio
miserabilis et detestabilis damp-
nacio De vilitate nostra dixit qui-
dam philosophus Cum quidam eum
interrogavit dicens Quid sum quid
fui quid ero Ille respondit

Spernit fetidum vas peccatorum et
esca vermium filius etiam quesivit
dicens unde venis ubi es quid
portas quo vadis Et respondit de
terra in terra terram in terram q. d.
de terra venio in terra permaneo terram
porto in terram vado Et ingressu
flebili dicit Sap 7 Primam vocem
similem omnibus emisi plorans
Omnes enim dicunt e vel a Secundo sicut
sunt nascuntur abeunt De statu in-
stabili dicitur Job 13 Quasi flos e-
greditur et conteritur et fugit velud
umbra et numquam in eodem statu per-
manet Seneca Si iuvenis es in
senectute debilis Si sanus es infir-
mitate laborabilis Si vivus es mor-
te morieris Si dives es aut prodigus
aut avarus Si prodigus et non habe-
bis Si avarus et non habes Habet
etiam homo exitum horribilem quia
horribiles in morte demones sibi
apparent Sap 17 Perpone tristes
illis apparentes pavorem illis presta-
bant Habet etiam post morte dissolu-
cionem miserabilem quia corpus
eius in pulverem resolvitur Gen 3
pulvis es et in pulverem reverteris
In putredinem dilabitur Job 27 Ego
putredo et filius hominis vermis
Serpentes bufones et vermes de
eius corpore generantur Ecc 10 Cum
enim moritur homo hereditant ser-
pentes bestias et vermes Habet
etiam post mortem detestabilem
dampnacionem quia corpus peccatoris
ignis comedit et vermis consciencie
eius animam torquet Ecc vii°
Vindicta carnis impii ignis et
vermis Creature dicuntur de istis ani-
malibus quod erant plena oculis ante
et retro intus et in circuitu

ante ut iudicium dei timeant
primus de iudiciis enim tuis ti-
mui ut peccata futura fugiant
Ecc 21 Quasi a facie colubri
fuge peccatum et ut mortem ad me-
moriam sepe reducant Ecc vii°
In omnibus operibus tuis memorare
novissima tua et in eternum non
peccabis Debent oculos habere
retro ut dei beneficia recogitent
ad regraciandum ~~Deut 31~~ Deut
31 Memento dierum antiquorum
cogita generaciones singulas Item
ut dei iudicia que de demonibus
iam fecit cogitent ad timendum
Sed prius 28 viri mali non cogi-
tant iudicium ut peccata preterita cogi-
tant ad dolendum Ys 38 Reco-
gitabo tibi omnes annos meos Item
Debent etiam habere oculos intus
et in circuitu intus et purgent
sua vicia Exercitabar et scopebam
spiritum meum Mar 13 Videte vos-
metipsos In circuitu ut componant
sua exteriora Reg In necessa-
tatu sitis et in omnibus moribus
vestris nichil fiat quod cuiusquam offendat
aspectum sed quod vestram deceat sanctitatem
In tus ut caveant ab offensa in
aspectu proximi Intus ut vigi-
lent deo per contemplacionem In circuitu
ut vigilent proximo per sollicitam
administracionem Mar 13 Videte vi-
gilate et orate Videte ut scilicet
ut coram vobis sitis puri et bene
compositi Vigilate et coram proximis
sitis innocentes et solliciti Et ora-
te ut coram deo sitis de peccato
immunes et per contemplacionem devoti

Sermo primus de sancto Symone et Juda apostolis

Symon frater vester servus dei vir
apostolicus est ipsum audite semper
et ipse erit vobis pater. Et
Judas Machabeus fortis viribus
a iuventute sua erit vobis princeps
milicie et ipse aget bellum populi.
1 Machabeorum 2. De istis beatis apostolis
quatuor considerantur que in premissis
verbis notantur scilicet quales fuerunt in-
tuitu ad se. Secundo quales intuitu ad bo-
nos et fideles. Tercio quales intuitu
ad persecutores. Et quales contra de-
mones. Primo quidem intuitu ad se fuit
magne sanctitatis quod notatur in eorum
nominibus scilicet Symone et Juda. Secun-
dum intuitu ad bonos fuit magne cari-
tatis sapientie et pietatis. Quod notatur
cum dicitur Symon frater vester servus
dei boni consilii est et ipse erit vobis
pater. Tercio intuitu ad persecutores fuit
magne probitatis et magnanimitatis.
Quod notatur cum dicitur de Juda
fortis viribus a iuventute sua. Con-
tra demones fuit magne potestatis
quod notatur de eo cum dicitur Et ipse
aget bellum populi. Primo igitur intuitu
ad se ipsos fuit magne sanctitatis.
Quod quidem notatur in nominibus eorum.
Judas enim interpretatur glorificans
vel dicitur Judas quasi iubilum dans.
Symon interpretatur obediens vel ponens
tristiciam. Eorum enim sanctitas in quatuor
attenditur. Scilicet in exterioris operis clari-
tate, in interioris mentis puritate, in oris
facundia et in potentia virtuosa.
Habuerunt quidem exterioris operis cla-
ritatem in ecclesiastica hystoria
de Juda. Quod cum venisset ad
Abagarum regem vidit rex in vultu
eius quendam mirum et divinum
splendorem. Ille enim splendor

significabat eius opera luminosa.
Sicut enim peccatores habent opera tene-
brosa sic ipsi habebant opera lucida.
1 Thessalonicenses 5. Omnes enim vos filii
lucis estis et filii dei non estis
noctis neque tenebrarum. Et istud
accipitur penes interpretationem huius
nominis quod est Judas scilicet glorificans.
Quia per opera lucida sanctorum
glorificamus deum. Mathei 5.
Sic luceat lux vestra coram hominibus
ut videant etc. Secundo habuerunt
interiorem mentis puritatem.
Unde cum rethores et advocati
eos tanquam viles et pannosos
despicerent [dicens] dixit eis Symon:
Sepe evenit ut intra scrinia sti-
mea aurea et gemmata vilia quoque
habeantur intus et intra viles
et ligneas capsas sunt gemmarum
monilia preciosa composita. Similiter
igitur aliquam rem cupit esse posses-
sor non magnus esse compositorum
sed ipsum quod gestat expectat
Et quod habetur. Quamvis licet isti apostoli
exterius viderentur esse despecti in-
terius tamen erant in anima preciosi. Iuxta
quod sponsa glorificatur. Canticorum 1.
Nigra sum scilicet exterius per humili-
tatem sed formosa interius
per puritatem. De ista pulchri-
tudine interiori dicitur in psalmo:
Omnis gloria eius filie regis ab
intus. Et istud accipitur penes
ethymologiam huius nominis Ju-
das id est iubilum dans quia puritas
consciencie est in sanctis causa iubila-
cionis et leticie. Iuxta illud 2 Cor. 1.
Gloria nostra hec est testimonium
consciencie nostre. Tercio habuerunt
oracionis facundiam. Unde demones

p[er] calamitates clamabat dicen-
tes Quid nobis et vobis apostoli dei
vivi. Ecce in ingressu vi[rtute] flaminis
exurimur. Ille flamma flamme que
demones exurebant erat car-
bones ignite que demones cru-
ciabant unde dicitur Eccl. vi Car-
bo eius p[ro]tellam si sup[er] carbones
ponas statim eius exurit omne
genus demoniorum sive a viro
sive a mulier[e] statim cordis super
carbone positi est cor cordis in-
flamati Que quidem demones ex-
cruciat combussit ardet. De tali corde
dicitur in ps[alm]o Concaluit cor meum
in conspectu meo. Statim intensus exi-
ens ab igne est cor exiens ab
inflamato corde Et talis oratio
est deo gratum sacrificium, et dyabolo
grave incendium Et istud accipitur
penes interpretationem primi nominis
quod est symon per ponte[m] tertiam
quia talis cor dyabolum conturbat et
conterat per hoc Contribulasti capita dra-
conum in aquis .i. in orationibus lacri-
mosis Quarto habuerunt poten-
tiam lacrimosam que apparuit in mi-
raculorum operatione quia dii ab
hominibus putabantur unde dixit
dux regi isti sunt dii latentes
in effigie hominum Et istud accipitur
penes aliam interpretationem Symonis
qui dicitur obediens Quia cum ipsi
deo perfecte obediebant Ideo omnes
creature sibi obedientes erant ipsis
habuerunt enim posse super elemen-
ta sicut super aquam aerem et ignem
Terram mare mortuos triginta sex
mensibus ipsis reddidit quos Sy-
mon suscitavit ut dicit Glossa
super actus apostolorum Aer cum
esset valde serenus in eorum morte
in tempestatem magnam conversus
est Ignis celestis pontifices

ydolorum combussit et in carbones
convertit Habuit posse super demonia
quia de corporibus ea eiciebant Mathei
x Dedit eis potestatem spirituum immun-
dorum ut eos eicerent. Habuit posse
super corpora quia ea curabant Unde
subditur Et ut curarent omnem
languorem et infirmitatem. Ha-
buerunt posse super animas quia eas
a peccatis et ab errore purgabant
Unde per annum et tres menses
sexaginta milia hominum ad fidem
cristi converterunt. Secundo isti apostoli fue-
runt magne caritatis sapientie
et pyetatis quo ad bonos Sunt
cum sicut sup[ra] dictum est de Symone
Machabeo frater meus Et ideo magne
caritatis ... et ideo magne pyetatis
sapiens pater meus, et ideo magne
pyetatis Eorum autem caritas sapientia
et pietas quantum ad quatuor mani-
festantur aliquando cum subveniebat
in corpore et anima aliquando in rebus
et persona aliquando in fama et
in innocentia aliquando in tribula-
tione magna subveniebat quidem
aliquando in corpore et anima sanitatem
integram conferendo sicut patet in Ab-
agaro rege Sicut in hystoria
ecclesiastica legitur Cum enim cristus
sibi scripsisset Cum assumptus fuero
aliquem de discipulis meis mit-
tam ad te ut curet et vivificet te
Judas post ascensionem domini ad ipsum
regem quandam lepra perfusum
accessit Et cum dictus rex ha-
beret epistolam cristi quam sibi mi-
serat et ymaginem vultus cristi
quam in linteo cristus impresserat et
sibi destinaverat Venit Thadeus
qui et Judas Jude cum ymaginibus, et
epistola salvatoris ipsum regem curavit
Mox cum ut et ipsa epistola eius
faciem conspexit et ymaginem

tum devotione adoraret fecit tam(en)
in corpore quam in anima perfecte
eum restituit sanitati. Secundo aliis
subveniebat in rebus et personis bel-
la compescendo et humani sanguinis
effusionem prohibendo. Unde cum dux
Babilonie contra indos proficisceretur sanctis
annunciantibus in crastinum sine aliqua
humani sanguinis effusione pacti vic-
toriam consecuti sunt. Hoc etiam patet in
civitate edissa in qua super dicta
epistola salvatoris cum reverentia serva-
batur quia nullus ibi hereticus vel paganus
vivere potuit nec tyrannus nocere vale-
bat. Verum si aliquando contra illam
civitatem hostes insurgerent infans
super portam civitatis epistolam illam lege-
bat et illa die hostes aut fugie-
bant aut componebant [illegible] xvi.
Cum placuerunt duo vic(e)homi-
micos quos civis contulit in parcium
Tertio aliquando subveniebant ipsorum
fama et innocentia conservabat(ur).
Cum enim quidam dyaconus scilicet Eu-
frosinus sceleris et innocens de qua-
dam iuvencula scilicet filia ducis
Varardach per fornicationem impregna-
ta false infamatus fuisset apostoli
infanti eadem die nato preceperunt
ut diceret si ille hoc scelus facere
presumpsisset. Qui ait iste dyaconus
sanctus est nec unquam carnem
suam immaculavit et sic apostoli
fama et innocentia dyaconi mi-
raculose defenderunt et detrac-
tores mendaces ostenderunt qui
maculaverant eum. Secundo aliquando
subveniebant in tribulatione magis
morbos et pestilencias auferen-
do. Cum enim duo tygrides fer-
ram disruerunt et omnes occur-
rentes occiderent apostoli ad eas acce-
dentes et in nomine christi eis
precipientes velud agnos mansue-
tissimas eas fecerunt. Laudes 2o

auferant malas bestias et gla-
dios non timebunt timidos vestros. Tertio
contra persecutores fuit magne benigni-
tatis et magnanimitatis. Quod
notatur in eo quod dicitur de iuda ma-
chabeo quod erat fortis viribus a iu-
ventute sua. Hec quidem benignitas
et magnanimitas in quatuor atten-
ditur scilicet in eo quod circa persecutores
habuerunt magnam benivolentiam
iusticiam constantiam et morte vic-
toriosam. Benivolentiam quidem
ostenderunt. Quod cum dux pon-
tifices ydolorum interficere volebat
prohibuerunt dicentes non missi
sumus ut viventes occidere sed
mortuos vivificare. Item quidam
angelus dixit eis unum ex duo-
bus eligite aut hos repentinam
interitum aut vestrum martirium subire.
eligenda est dei via ut istos
convertat et nos ad martirii palmam
perducat. Item cum magi nollent
converti dixerunt eis. Non dignatur
deus hic coacta servitia. Ideoque
abite illesi habentes libertatem
faciendi quod vultis. Ecce quanta
benivolentia quia persecutorum
suorum nolebant occisionem
sed vivificationem; nolebant interitum
sed conversionis fructum; nolebant
coactam sed spontaneam volun-
tatem. Secundo habuerunt circa per-
secutores magnam iusticiam. Cum
enim magi multitudinem serpentum
advocassent, apostoli pallia sua de
ipsis implentes ad magos proiece-
runt. Cum autem serpentes carnes
eorum macerarent et ipsi gemitus
magnos emitterent apostoli serpen-
tibus preceperunt ut venenum quod
infuderant revocarent maio-
res quoque dolores magi senserunt
in revocatione quam in infu-
sione. Iusticia ergo fuit ut penam
quam volebant infligere in eos

retorqueret ut impleat quod dicitur Prov. xxvi Qui fodit foveam inci-
det in eam. Magnum quidem dolorem
senserunt et in suarum artium
cavillatione et veneni renovatione
et in sua confusione quia vide-
bant se tam turpiter superatos. Contra
habuerunt gaudia persecutoribus magnam
constanciam. Cum enim dux eos
interrogasset de genere condicione et
causa adventus. constanter responderunt
Si genus queris hebrei sumus
Si condicionem servos ihesu cristi nos
esse fatemur. Si causam salutis vestre
causa hic venimus Matth. 10 Ego
dabo vobis os et sapienciam cui non
poterunt resistere et contradicere omnes
adversarii vestri. Quarto habuerunt
mortem victoriosam. quia pro fide
cristi fuerunt ab infidelibus cruciati
seu trucidati. Crudelibus enim infi-
delibus corpora occiderunt animas tamen
occidere non potuerunt sed ad celum
cum palma martirii ascenderunt
Matth. 10 Nolite timere eos qui
occidunt corpus animam autem non
possunt occidere. Quarto tamen de-
mones fuerunt magne potestatis. Quorum
potestas in quatuor attenditur
ipsi enim demones homines quatuor
modis decipiebant aut per frau-
dulenciam dando falsa responsa
aut per violenciam trahendo ad diver-
sa vicia aut ~~propter per~~
per prestigia ludificantes eorum
sensus et corda aut per simulacra
fingentes in eis divina esse numi-
mina. Sed apostoli detegebant eorum
fraudulenciam quibus dabant falsa
responsa modo scilicet ut per simulacrum
loquatur prohibendo modo ut re-
sponsa dent compellendo ut demum
falsa respondent eorum fraudu-
lencia cognoscatur. Sapie. 14 Aut
enim dum letantur insaniunt aut
eciam vaticinantur falsa. Eze. 13 Videt
vana et divinat mendacium. Secundo

aut duos eorum domum non miserit eos
refrenabant aut eorum violenciam
per quam ad diversa vicia pertrahe-
bant. Unde duo potentem apostolorum
quam super demones videbantur
habere agnoscens dixit eis dominus
maiores potenciores vos esse video
Matth. 10 Dedit eis potestatem spirituum
inmundorum ut eicerent eos. Similiter
labant eorum eciam prestigia per que
ludificabant hominum sensus et corda
unde cum magi quibusdam abstu-
lissent loquelam gressum et visum
et ipsi de talibus prestigiis abhomina-
bilibus gemerent et dolerent et in
cristum credere promitterent apostoli signum
crucis in eorum frontibus fecerunt
et ultra talia magi in eos facere
non presumpserunt. Ezechiel. 9 Signa
thau super frontes virorum gemen-
cium et dolencium super cunctis ab-
hominacionibus eorum. Omnem autem super
quem videritis thau ne occidatis.
Simulacra eciam in quibus finge-
bant esse divina numinia fragi
faciebant. Unde ad eorum preceptum
duo ethiopes nigri et nudi de
simulacris exeuntes ea penitus con-
fregerunt. Osee vi. Ecce ego
inducam super vos gladium et dis-
perdam excelsa vestra et demoliar
aras vestras et confringent si-
mulacra vestra etc.

Sequitur Sermo de sancto Symone et Juda apostolis et cetera

Manete in me et ego in vobis
Johannis 15. Notandum est quod
cristus est vitis et nos palmites
iuxta illud Johannis eiusdem Ego
sum vitis et vos palmites. Est
radix et nos rami iuxta illud Ro.
xi Si radix sancta et rami. Non
tu radicem portas sed radix
te. Est sol et nos radii iuxta

illud Eccl. xlii. Tripliciter sol exurens
montes radios igneos exsufflans
Item est fundamentum et nos edifica-
tio iuxta illud Ephe. 2. In quo scilicet
fundamento omnis edificatio constru-
cta crescit in templum sanctum in domino
Est caput et nos membra iuxta
illud Collo. 1. Ipse est caput corpo-
ris ecclesie Est ergo sensus Ma-
nete in me et ego in vobis Ma-
nete inquam sicut palmites manent
in vite / rami in radice / radii in
sole / edificium in fundamento mem-
bra sub capite suo / Palmites enim
manentes in vite accipiunt ab ipsa
fertilitatem / rami a radice virdita-
tem / radii a sole claritatem edifi-
cium a fundamento firmitatem me-
bra a capite sensum et mobili-
tatem Istis quatuor modis apostoli Symon
et Judas et ceteri sancti manserunt
et manent in Cristo et Cristus in eis
Primo namque sicut palmites in vite
accipientes ab ipso fertilitatem unde
ibidem dicitur Qui manet in me et
ego in eo hic fert fructum multum
palmites autem manentes in vite
primo producunt gemmas / deinde flo-
res / deinde folia / deinde uvas /
quia sancti viri in Cristo manentes
producunt gemmas i. cogitationes bonas
deinde flores i. odoriferas volun-
tates deinde folia i. salutifera verba
deinde uvas i. operationes bonas ista
autem non habent ex se sed ex vite Ideo
enim a se possunt habere bonas cogi-
tationes 2 Cor. 3. Non quod su-
fficientes simus cogitare aliquid ex
nobis quasi ex nobis sed sufficien-
cia nostra ex deo est Item bonas
voluntates. Phi. 2. Deus est qui
operatur in nobis et velle perficere pro
bona voluntate Item bonos sermones
Sapie. 7. In manu illius nos et
sermones nostri Item bonas operationes
Ysaie . Omnia opera nostra operatus

es in nobis domine Joh. 15 Sine
me nichil potestis facere sed multi
sunt palmites degeneres qui
faciunt labruscas producendo ma-
las gemmas flores folia et fruc-
tus et malas cogitationes volun-
tates verba et opera Ysaie 5 Expec-
tavi ut faceret uvas et fecit labru-
scas De talibus dicitur Ysaie 14 Perdam
Babilonis nomen et reliquias pro-
geniem et germen dicit dominus
germen Babilonis i. peccati sunt
ipse male cogitationes que sunt
quasi germen sequentium peccatorum Re-
liquie Babilonis sunt ipse male
voluntates sive delectationes quas
homo retinet aliquando post peccatum
Nomine Babilonis sunt verba ipsa
lascivia / progenies Babilonis sunt
ipsa mala opera Quilibet igitur cavere
debet ne producat malum germen
i. cogitationes nequias / ne produ-
cat reliquias i. pravas delecta-
tiones ne producat Babilonis nomina
i. lascivia verba / ne producat progeni-
em i. operationes carnales Sed omnia
ista quilibet vir iustus debet perdere
et annichilare Et dicit Perdam Ba-
bilonis nomen et reliquias et
progeniem et germen dicit dominus
Ista cum in nobis perdit deus quia
ipso operante ista facere possumus
Secundo manserunt in Cristo sancti
sicut rami in radice accipientes
ab ipso boni operis viriditatem Greg.
Nichil viriditatis habet ramus
boni operis nisi manserit in ra-
dice caritatis Tales enim qui habent
caritatem semper sunt virides quia
si patiuntur adversa ibi virescunt
per patientiam / si succedunt prospera
ibi virescunt per temperantiam Ergo
illi qui non sunt in radice cari-
semper sunt aridi quia in adversi-
tatibus arescunt per impatientiam
In prosperitatibus marcescunt per
ingratitudinem Item sicut in sanguine

homo aliquando est bonus inter bona, aliquando bonus inter mala, aliquando malus inter bona. Habens enim caritatem est bonus inter bona quia bonis scit uti ad sustentacionem et subvencionem suam. Unde dicit idem Augustinus: Bone sunt divitie sed unde facis bona non que te faciant bonum. Iste bonus inter bona tua est etiam bonus inter mala quia malis scit uti ad ~~sustentacionem et subvencionem suam~~ pacienciam. Unde dicit Gregorius: quod pateris non est malum, malum enim non pateris si tu non es malus. Ille vero qui non habet caritatem est malus inter mala quia adversa que patitur faciunt eum peiorem ut dicitur de eis illud Jeremie xvii: Dupplici contricione contere illos. Jeremie vi: Frustra conflavit conflator, malicie enim eorum non sunt consumpte. Jeremie: Argentum reprobum vocate eos. Est etiam malus inter bona quia prospera que sibi succedunt faciunt eum elaciorem. Augustinus: Erubesce bonis tuis; noli esse malus in eis ne pereas cum eis. Et sicut non habens caritatem est malus inter bona ita turpis inter pulchra licet. Quia secundum Augustinum cum malis sunt omnia pulchra licet in se sint turpes. In libro etiam Confessionum dicit: In ista formosa que fecisti deformis irruebam. Tercio manserunt in Christo sicut radii in sole accipientes ab ipso sapiencie claritatem per quam totam ecclesiam illuminavit. Unde cantatur de eis: Horum doctrina fulget ecclesia ut sol et luna. Et ecclesia quidem est luna quia ab ipsis apostolis valde fuit illuminata. Sed secundum Augustinum luna tripliciter obscuratur: aut quando

eclipsatur, aut quando nubibus tegitur, aut quando renovatur sicut patet in novilunio. Sic etiam ecclesia ab apostolis illuminata hiis tribus modis obscurata videtur. Habet enim triplicem statum, scilicet primitivum, modernum et ultimum. In primo statu per tyrannos fuit eclipsata. Luna autem quando eclipsatur tota sanguinolenta esse videtur. Sic ecclesia que tunc fuit sanguinolenta id est sanguine martirum rubricata. Apocalypsis vi: Luna tota facta est sicut sanguis. In statu autem modernorum obscuratur per nubes id est per terrenas cupiditates que nubes sunt et quia mentem obnubilant et quia cito pertranseunt. Sapiencie ii: Transiet vita nostra velud vestigium nubis. Sed hodie potest dici illud psalmi: Qui operit celum nubibus. Deus enim operit id est operiri permittit celum id est prelatos qui debent esse celestes nubibus id est terrenis affectibus. In statu autem ultimo scilicet antichristi obscurabitur per renovacionem quia tunc de fide renovabitur in speciem, de speculo enigmatis transibit in faciem caritatis. Sed tamen antequam renovetur obscurabitur quia multis tribulacionibus deprimetur ut sagittent in obscura luna rectos corde. Sagittabunt id est in corde cruciabunt et hec erit existente luna obscura id est ecclesia tribulacionibus oppressa et persecucionum radiis non illustrata. Quarto manserunt in Christo sicut edificium in fundamento et ideo acceperunt firmitatem et stabilitatem quia et ipsi fuerunt firmati et alios firmaverunt. Adeo quidem fuerunt in hoc fundamento firmati quod non timuerunt ventum id est temptacionem immissam a diabolo qui est in aere caliginoso, nec pluviam id est persecucionem et examinacionem immissam de celo.

nec pluvia, i. impetus persecutionis
inmisse ab homine tiranno. Mat. vii.
Descendit pluvia, venerunt flumina
et flaverunt venti et irruerunt
in illam domum et non cecidit, fun-
data enim erat super firmam petram
i. cristum. Alios etiam in hoc fun-
damento fidei ponebant et funda-
bant per miracula que faciebant.
Sed notandum quod sunt quedam
miracula que habent utilitatem sed
nullam admirationem quia ex frequenti
usu viluerunt, de quibus dicit Augustinus
super Johannem: Miracula quibus
totum mundum deus regit universamque
creaturam administrat assiduitate
viluerunt ita ut pene nemo
dignetur attendere opera dei mira
et stupenda in qualibet seminis
grano. Maius enim miraculum est gu-
bernatio totius mundi quam quinque
milium hominum de quinque panibus satu-
rare et tamen hoc nemo miratur, sed
mirantur homines non quia maius
sed quia rarum est. Quedam enim
sunt miracula que habent tantum
admirationem et nullam utilitatem
sicut sunt miracula magorum et an-
techristi: volare enim per aerem sicut fecit
Symon magus, ignem de celo fa-
cere venire, statuas loqui facere et ta-
lia que faciet antichristus admirationem
faciunt et habent sed utilitatem
non habent, de quibus dicitur secunda
Thessa. ij. Cuius adventus erit secundum
operationem sathane in omni virtute et
signis et prodigiis mendacibus.
Quedam vero sunt miracula que
etsi habeant admirationem et aliquam
utilitatem tamen non habent necessi-
tatem, et talia sunt miracula malo-
rum christianorum. Vero cum faciunt
illa propter necessitatem ut scilicet infide-
les convertantur vel fideles edificentur

sed propter ostentationem ut ipsi sancti
reputentur, de quibus dicitur Mat.
Domine domine nonne in nomine
tuo demonia eiecimus et virtutes
multas fecimus. Quedam autem
sunt que habent admirationem
que sunt preter solitum ordinem
cursum quia rara, et habent utili-
tatem quia sunt propter honorem
dei et edificationem et utilitatem
proximi, et habent necessitatem
quia sunt quando imminet necessitas
fidei vel alicuius periculi, et talia
sunt miracula apostolorum.
De huiusmodi miraculis dicit Crisostomus
super Mat. Virtutes que sunt uti-
les sunt aut inutiles. Utiles
sunt que mirabiliter fiunt et ad sa-
lutem proficiunt, ut puta infirmos
sanare et alia huiusmodi que fecit
christus. Inutiles autem sunt que admi-
rationem quidem faciunt utilitatem
autem non faciunt, ut puta volare
per aerem, statuas facere ambu-
lare et huiusmodi. Deinde subdit
aliud etiam querere debemus
si videlicet necessarium est signum tempus
aut non est necessarium. Si ergo
fecit signum utile tamen non necessa-
rium falsus propheta est quia non
fecit ut alium edificet in opere.
Hii ideo manserunt in cristo sicut
membra sub capite suo, a quo
acceperunt sensum et motum i.
influentiam gratiarum et virtutum.
Oportet autem ut membra capiti
cristo obediant si influentiam
habere debent. Alioquin si deo
inobedientes sunt et insensi-
biles et immobiles sunt quia
nec de deo recte sentiunt nec
ad bonum moveri possunt nec
per consilia nec per flagella nec per
beneficia nec per passionis cristi
memoriam. Et ideo duriores

sunt lapides adamantino sunt
cum quedam dura que in igne
mollescunt ut patet in ferro
Quedam que in aqua liquescunt
ut patet in sale Quedam que
unctione mansuescunt ut patet
in corigio duro Quedam que
ictibus franguntur ut patet in la-
pide Est tamen quoddam genus
lapidis adamantinum quod mal-
leo non frangitur sed tamen sanguine
scinditur Sic etiam sunt quidam
sic insensibiles duri et immo-
biles quod non mollescunt per igni-
ta verba nec liquescunt per collata
beneficia Quemadmodum in prosperis
velud in aqua natare videntur
nec mansuescunt per unctionem
divinam inspiratam gratia nec fran-
guntur per illata flagella scinduntur
tamen quidam per passionis dominice
sacramenta Sunt igitur sic obstina-
ti et obdurati qui nullo statu
modorum ad primam sanandi sunt
Contra quos loquitur divina patria
dicens prover. 1. Convertimini ad cor-
reptionem meam en proferam vobis
spiritum meum et ostendam verba
mea quia vocavi et renuistis
extendi manum meam et non fuit qui
aspiceret despexistis omne consilium meum
et increpationes meas neglexi-
stis Voluit enim frangi et ad pe-
nitentiam emolliri per ignita verba
Et ideo dicit En proferam vobis spiritum
meum et ostendam verba mea
nec per collata beneficia Ideo sequitur
vocavi et renuistis Tunc enim deus
ad se vocat quando sua beneficia
nobis donat Nec per sue passionis
supplicia Extendi manus scilicet in
cruce et non fuit qui aspiceret nec
per inspirata consilia Ideo subdit De-
spexistis omne consilium meum nec
per irrogata flagella Et ideo subdit
Et increpationes meas neglexistis
Sed terribile est valde quod subdit Ego
quoque in interitu vestro ridebo et subsa-
nabo cum vobis quod timebatis eve-
nerit etc.

Sequitur sermo de sanctis Symone et Juda apostolis gloriosis etc.

Hoc mando vobis ut diligatis
invicem Joh. xv. Sunt ma-
data cristi quo dicitur Hoc mando
vobis ut diligatis invicem
attendendum est sicut dilexi vos
Unde in duo in preceptum cum ea
additione tradidit dicens Hoc est pre-
ceptum meum ut diligatis invicem
sicut dilexi vos Istud mandatum
isti duo apostoli scilicet Symon et Judas
perfecte observaverunt quia sicut
cristus eos dilexit pro eis patiendo
Sic et ipsi cristum dilexerunt pro
cristo moriendo Circa istud autem
preceptum de dilectione tria tanguntur
scilicet actor precepti Cum dicitur Hoc ma-
do vobis Materia precepti Cum sequitur
ut diligatis invicem Et forma
precepti In eo quod subintelligitur
sicut dilexi vos Actor autem
precepti est cristus Et quia est optimus
Et secundum dyonisium optimi est op-
tima adducere Ideo optimum preceptum
adduxit Tunc autem preceptum est
optimum quando est facile ad intel-
ligendum leve ad retinendum utile
ad operandum et leve ad portandum
Tale est enim preceptum nobis a cristo
de dilectione datum Est enim facile
ad intelligendum quod patet quia docta
prudentium facilis 1 Johannis v.
Mandata eius gravia non sunt
Non enim necesse est per loca adire
nec mare transire nec celum ascendere

ut preceptum possit quis intelligere
sed in corde potest de facili invenire
Deut. 30 Mandatum hoc quod ego
precipio tibi hodie non super te est
neque procul positum neque in celo situm
neque trans mare positum sed iuxta est
sermo valde in ore tuo et
in corde tuo ut facias illud. Secundo
est breve ad retinendum. Decuit
enim verbum in incarnatione abre-
viatum suam abreviare legem.
Augustinus Si non vacat tempus omnes
paginas perscrutari omnia volumina
sermonum evolvere omnia secreta scrip-
turarum penetrare tene caritatem
ubi pendent omnia. Idem Ille tenet
quod latet et quod patet in divinis
sermonibus qui caritatem tenet in mo-
ribus. Bernardus Ut autem istud mandatum
caritatis sit et facile ad intelli-
gendum et breve ad retinendum
dicit idem Augustinus in libro de doctrina
christiana ut nemo excusationem
habeat in die iudicii voluit deus
consummare et abreviare verbum super
terram hoc primum verbum consummatum et
breviatum non obscurum esse voluit
Ideo breve ut non vacaret legere
Ideo apertum ne quis diceret non
michi licuit intelligere. Thezau-
rus est magnus divinarum scrip-
turarum. Non potest unam marga-
ritam sub lingua ferre et quo
cumque vis ambulare. Istam autem
margaritham Augustinus ipsam vocat
caritatem. Tertio istud preceptum
caritatis est utile ad perveniendum.
Cuius utilitas est in presenti et in futuro.
In presenti quia cum illa omnia
bona optinemus Sapie 7 Venerunt
michi omnia bona pariter cum illa.
Augustinus Attende quanti precii est ca-
ritas que si desit frustra habentur

cetera. Si autem assit habentur
omnia. Idem Ubi caritas est quid
est quod possit obesse. Est etiam
eius utilitas in futuro quia per hanc
celeste premium acquirimus. Jeronimus
Immensa dei benivolentia o ine-
stimabilem eius benignitatem
quis potest estimare premium nobis
pollicetur si invicem diligimus
et si nobis prestamus quibus invicem
~~diligimus sibi~~ indigemus simplex
et nos simul et ingrato animo
ei renitimur tunc impium bene-
ficium est. Est etiam preceptum caritatis
leve ad portandum quia portari
potest a paupere et divite sano
et infirmo sene et iuvene.
Math. 11 Iugum enim meum suave
est et onus meum leve. Augustinus
O iugum sancti amoris quod feliciter
onerat quam dulciter illaqueat
quam suaviter stringis quam utiliter
uris. Unde secundum Bernardum quan-
titas anime secundum quantitatem caritatis
eius estimatur ut si magnam
habeat caritatem magna dicatur
si modicam modica secundum illud
Apostoli 2 Cor 13 Si caritatem
non habuero nichil sum. Secundo
ponitur materia precepti cum dicitur
ut diligatis invicem. Ubi etiam
subiungitur dilectio dei quia nec
deus sine proximo nec proximus
sine deo vult diligi. Propter debemus
autem diligere proximum quia si eum
diligimus omnia mandata adimplemus.
Istud ostendit Crisostomus super Math.
Qui proximum diligit nec occidit
illum. Quem diligit nec falsum
testimonium dicit de illo. Quem
diligit nec mulierem eius viola-
bit. Sicut enim odium suggerit fa-
cere omne malum sic dilectio omne

bonum deum aut debemus diligere
propter amici fidelitatem amicicie
utilitatem amoris debitum exemplum
fidelitatis aut bonus amici est magis
sunt cum quidam amici infideles
qui non diligunt in vita sed dili-
gere se fingunt unde adversitatis
tempore advenientes ostendunt quod veri
amici non sunt Et 2m boecium
de consolatione philosophie Quem felici-
tas fecit amicum infortunium
facit inimicum Eccli 12 Non agno-
scetur in bonis amicus et non
abscondetur in malis inimicus
aut si diligunt in vita non dili-
gunt in morte sed eos deserunt
et delinquunt Eccli vi Est amicus
socius mense et non permanebit
in die necessitatis i. mortis Qui
si diligunt in morte obliviscuntur
post mortem psalmus Oblivioni
datus sum tanquam mortuus a
corde deus aut diligit in vita
veraciter proverbiorum viii Ego dilig-
entes me diligo Et in morte diligit
fortiter quia ab hoste nos defendit
Eccli Amicus fidelis protectio
fortis Et post mortem diligit fide-
liter quia scilicet ad suum regnum nos
perducit psalmus Tenuisti manum
dexteram meam et in voluntate
tua deduxisti me et cum gloria
suscepisti me Tenet cum dexteram
manum in vita bonis que diligit
ne in peccatum cadat deducit in mor-
te ne hostis noceat et suscipit
post mortem ut in regnum suum
perducat // Secundo diligendus est propter
amicicie utilitatem de qua uti-
litate dicitur Ioh. xiiii pater meus
diligit eum et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus
venit pater in nostram memoriam ro-

borando // venit filius nostram
intelligentiam illustrando venit
spiritus sanctus nostram voluntatem
inflamando Et utilitate eciam
caritatis dicitur Ro. viii diligenti-
bus deum omnia cooperantur in bonum
adversa scilicet et prospera adversa quidem
quia eis bene utuntur ad patientiam
Augustinus in libro de vera religione
Iustus quidem est in hac vita utitur
amicis ad rependendam gratiam
iniquo sed patientia utitur quibus
potest ad beneficentiam utitur omnibus
ad benivolenciam Idem in eodem
utitur eciam gentibus ad materiam
operationis sue hereticis ad probationem
doctrine sue // Scismaticis ad docu-
mentum stabilitatis Iudeis ad com-
parationem pulchritudinis Alios ergo
invitat alios excludit alios re-
linquit alios antecedit // peccata
eciam peccata diligentibus cooperantur
in bonum occasionaliter quia scilicet
tales fiunt humiliores cautiores
ferventiores et devotiores // humiliores
quidem sicut patet in petro Augustinus
Audeo dicere superbis esse utile ca-
dere in aliquod apertum et manifestum
peccatum unde sibi displiceat qui
iam sibi placendo ceciderant
salubrius enim sibi petrus displicuit
quando flevit quam placuit quando
negavit Fiunt eciam cautiores quia
post modum cautius sibi cavet sicut
patet in david qui postquam cecidit
cautior fuit Ieronimus Canes recta
que aliqua in easdem peditas recta
que non incidunt Sic boni post
casum occasiones amplius cavent
Fiunt eciam ferventiores sicut patet
in magdalena que ferventius
cristum dilexit Ambrosius Sancti
domini si aliquando cadunt feren-
tiores resurgunt Fiunt eciam

deuociores quia cum maiori deuo-
tione deo seruiunt eo quod ipsos eripu-
it a morte culpe resuscitauit
ad vitam gratie et liberauit a pe-
na gehenne vnde talis aia a
morte resuscitata recitat deo e-
cce li. hanc dabit usque ad mortem
aia mea deum et vita mea
appropinquabat inferno deorsum
Tertio debemus deum diligere propter
amorem debitum quia scilicet propter hoc
factus est homo ut deum summe
diligeret Augustinus propterea facta est
creatura rationalis ut summum
bonum intelligeret intelligendo ama-
ret amando possideret possidendo
frueretur consimiliter debitum a nobis deus
cum minus requirit Augustinus in libro
Confessionum ego quid ut me amare
te iubeas et nisi hoc faciam ira-
sceris michi et minaris ingen-
tes miserias seu miserabilis Quarto
debemus deum diligere propter exemplum
quia scilicet omnis creatura eum amat
Augustinus Domine celum et terra et omnia
que in eis dicunt michi ut a-
mem te nec cessant hoc dicere
michi Item Deus est quem dili-
git omne quod diligere potest sive sa-
ciens sive nesciens Tertio ponitur
forma precepti cum dicitur dilexi
vos Christus enim dilexit nos amore
gratuito recto desiderato utili refri-
gerii et perseverandi Primo gratuito
quidem quia nullis precedentibus
meritis .i. Ioh. iiii.o In hoc est ca-
ritas non quasi nos dilexerimus
eum sed quia ipse prior dilexit nos
Tali amore gratuito debemus dili-
gere deum Primus Diligam te domine
fortitudo mea Et proximus ut di-
ligamus etiam nos non diligentes
Secunda sicut dicitur Math. v Si dili-
gitis eos qui vos diligunt quam

mercedem habebitis Secundo dile-
xit nos amore recto quia non
habendo respectum ad sua utilitatem
sed nostram In isto amore recto de-
bemus diligere deum proximum et
nos ipsos Cant. i. Recti diligunt
te Sed multe sunt qui diligunt
amore obliquo volentes diligere
deum et mundum simul quod quidem
fieri non potest sicut ostendit Augustinus
triplici exemplo scilicet vasis simus et
manus Vasis quidem quia si quis
vult vas plenum aceto implere
balsamo debet ipsum aceto eva-
cuare vnde dicit Si sitat in te
amor mundi non est quo intret
amor dei vas est sed plenum est
funde quod habes ut recipias quod non
habes Effunde amorem seculi
ut implearis amore dei Exemplo
sinus quia si quis habet sinum
plenum luto non potest recipere poma
nisi aperiat et lutum dimittat Vnde
dicit deus In sinu tarditatis tui
indulgentiam patris erat dare Ex-
cusatione claudis sinum includis
peccatum Excludis medicinam peccati
Exemplo manus Si quis habet
in manu plumbum non potest
recipere aurum nisi prius ~~recipiat~~
abiciat plumbum vnde dicit
Augustinus super Io. Sequitur vero potest quis
amare quod eternum est nisi desistat
amare quod temporale est A amore ho-
minis sit puta quasi manum aic
Si aliquid tenet aliud tenere non
potest ut autem tenere possit quod datur
dimittat quod tenet dicit illi deus
tenere quod do qui non vult dimittere
quod tenebat non potest accipere quod offertur
Ita etiam amore recto debemus
diligere proximum scilicet non propter sua sed
propter se Seneca in epistolis Amicus

qui utilitatis causa assumptus
est tam diu placebit quam diu
utilis erit. Augustinus ad macedonium
Vera amicitia non pulsanda est
temporalibus commodis sed gratuito a-
more tenenda. Isto etiam amore
recto debemus diligere nosipsos
ut scilicet nos non diligamus carnaliter
sed spiritualiter non amore privato
sed divino non ad mundanam gloriam
sed ad salutem eternam. De quo dicit
apostolus 2 Thimo. 3. Instabunt
tempora periculosa erunt homines se ip-
sos amantes. Tertio dilexit nos
amore discreto. Amor discretus
est quando quis in homine diligit
naturam et odit culpam. Sic christus
naturam nostram assumpsit et culpam
cavit. Richardus Christus in car-
nis assumptione condescendit nobis
in culpe vitatione consuluit sibi.
In isto amore discreto debemus
diligere proximum nostrum et deum. Sapientia
cum caritas habet zelum mortem
et animas unde dicit Ambrosius
in libro de ysaac. Zelum habet
caritas quam quod zelum quem habet
nec finis perit et mortem habet
caritas. Unia sicut mors pec-
catorum est finis ita et caritas
et animas ignis habet caritas
unde christus diligens moysen
in igne sibi apparuit. Ex quibus
videtur quod illi qui habent caritatem
debent habere ad proximum zelum
vera arguendo. Ad se ipsos mor-
tem contra amorem mundi mor-
tificando. Ad deum animas ignitas
per amorem in ipsum ardenter
tendendo. Quarto dilexit nos
amore utili quia tanto tempore quo
nobiscum fuit nostram utilitatem
procuravit. Actuum 10. Qui per-
transiit benefaciendo et sanando
omnes oppressos a dyabolo. Isto amore
utili debemus diligere deum et pro-
ximum. Deum ut non tantum ore ut lingua
sed etiam opere diligamus. Math.
Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum
Glossa dicat. Qui dicit in semel
domine diligendo me tantum corde
non intrabit // nec qui bis dilige-
do corde et ore confitendo deum
non intrabit // sed qui dicit ter domine
diligendo corde ore confitendo
et opere faciendo scilicet voluntatem
patris mei ipse intrabit. Isto etiam
amore utili debemus diligere proximum
1 Ioh. 3. Non diligamus verbo
neque lingua scilicet tantum hoc quod ad
amorem operis et veritate
hoc quo ad amorem cordis. Gre-
gorius in moralibus. Dilectio vera
semper exhibenda est veneratione
sermonis et ministerio largitionis.
Quinto nos dilexit amore vehe-
menti unde ipse dicit Iohannis 15.
Maiorem hanc dilectionem nemo
habet quam ut quis ponat animam
suam pro amicis suis. Similiter
etiam nos debemus diligere deum
amore vehementi ut ipsum scilicet
toto corde diligas. Mat. xxii.
Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota mente
tua et ex tota anima tua. Secundo
etiam vehementi debemus
diligere proximum ut pro eius amore
res et animas exponamus. 1 Io. 3.
Christus pro fratribus animam suam po-
suit et nos debemus pro fratribus
animas nostras ponere. Sexto dilexit
nos amore perseveranti. Dile-
xit enim nos in principio in-

in medio et in fine In principio
quidem nobiscum putelam contrahendo
Jeremie 31 In caritate perpetua dile-
xi te ideo attraxi te miserans
In medio nobiscum familiariter
conversando Baruch 3 Post hec in
terris visus est et cum hominibus
conversatus est Societas autem istius
amici magis utilis nobis fuit
quam societas eciam patris nostri primo-
rum Prov. 18 Vir amicabilis ad socie-
tatem magis amicus erit quam
frater In fine autem pro nobis morien-
do Joh. 13 Cum dilexisset suos
qui erant in mundo in fine dile-
xit eos Isto amore prevenienti
debemus diligere deum et proximum
propter deum ut diligamus ipsum in principio
in medio et in fine Et in nostra
adolescentia iuventute et senec-
tute proximum vero ut diligamus
in prosperitate et in adversitate Con-
tra quibus Cum quis positus in pro-
speritate diligitur incertum est an
ipse vel prosperitas diligatur Cum i-
pso cum felicitatis mitigatur
amore Quod cum in adversitate
proximum deserit aperte convincitur
quod fuit in prosperis non amator Am-
brosius Caritas debet esse ami-
ticia et perseverare in affectu nec
puerili more amicitias mutare
Eccli 9 Ne derelinquas amicum
antiquum novus enim non erit
similis illi etc. Sequitur

Sermo primus de omnibus sanctis

Mementote quod salvi fiat
patres nostri et nunc clamemus
in celum et miserebitur noster
dominus i Machab. 4 Beata mater
ecclesia de omnibus sanctis solemp-
nisat Quia cum non possumus omnes
honorare singulariter omnibus
hodie honorem impendit
quia nunc cum festa sanctorum
rite veneratur Si eorum virtutes
et sanctitatem aliquatenus imitari
conamur Circa autem istam solemp-
nitatem tria notanda sunt
que eciam in themate proposito auctoritate
notantur scilicet causa modus et fructus
Causa scilicet propter quam instituta est
que nobis debet sepe ad me-
moriam reduci Quod notatur
cum dicitur Mementote Modus
qualiter scilicet sancti salutem eternam
sunt assecuti Quod notatur
cum dicitur Quod salvi facti sunt
patres nostri Fructus quem habemus
ex eo quod sanctos honoramus
et devotis laudibus ad eos cla-
mamus Quod notatur cum dicitur
Et nunc clamemus in celum
et miserebitur noster dominus Circa primum
notandum quod hec solempnitas in-
stituta est quadruplici causa
Prima sumitur a parte cuiusdam ba-
silice consecrate Secunda a parte
nostre insufficientie Tertia a parte
nostre negligentie Quarta a
parte nostre indigentie Circa
primam causam notandum Quod Ro-
me quedam basilica erat dedi-
cata omnibus ydolis sed facta
mutatione de ipsa ecclesia conse-
crata est omnibus sanctis ita quod
ubi colebatur multitudo ydolorum
nunc devote colitur multitudo
sanctorum Secundum autem quod aliqui
faciunt fuit basilica predicta de-
dicata est omnibus sanctis talia
ter adque faciunt festum primum fuit
scilicet dedicata erat omnibus ydolis
festum cum angelorum faciunt hu-
miles Angeli cum magne hu-
militatis sunt ex eo quod nobis

fiunt Hebr. 1. Omnes sunt administra-
torii spiritus in ministerium missi propter
eos qui hereditatem capiunt salu-
tis. Isti igitur festum faciunt angelo-
rum qui per humilitatem hono-
rant deum Eccli. 3. Magna po-
tentia dei solius et ab humilibus
honoratur. Extra festum luciferi fa-
ciunt superbi Job xli. Ipse est rex
super universos filios superbie. Festum
patriarcharum faciunt misericor-
des et pii Eccli. xliiii. Hii sunt
viri misericordie quorum pietates non de-
fuerunt. Extra festum mamone
faciunt avari Matth. 6. Non pote-
stis deo servire et mamone. Festum
prophetarum faciunt deiecti et
despecti de quibus dicitur Hebr. 11
Circuierunt in melotis in pellibus
caprinis etc. Extra festum beel-
phegor faciunt vani gloriosi et
mulieres vane que in vanis
vestibus delectantur. Beelphegor
cum interpretatur deus vestibus Ps.
Initiati sunt beelphegor et co-
mederunt sacrificia mortuorum
Eccli. xi. In vestitu ne glorieris
umquam nec in die honoris tui
extollaris. Festum apostolorum faciunt
fratrum salutem zelantes et
predicantes Ps. xviii. In omnem
terram exivit sonus eorum etc.
~~[struck]~~ Extra festum belzebub
qui interpretatur deus muscarum
faciunt mundi detrahentes qui
fama aliquis non quiescant sed
instar muscarum ad detractores
et minima opera pro volunt
ponentes ac in tela meliorib(us)
se semper detrahentes. Et ideo
alii inferiores turbari non debent
si de eis obloquuntur qui vident

quod maioribus detrahere non desistunt
Matth. 10. Si patremfamilias vo-
caverunt belzebub quanto magis
domesticos eius. Festum martirum
faciunt patientes de quibus
cantatur Non murmur resonat
non querimonia sed corde taci-
to etc. Extra festum martis qui
est deus belli ut creditur et im-
patientes faciunt de quibus
dicitur Jaco. iiii. Litigatis et bel-
ligeratis et non habetis propter quod
non postulatis. Festum confessorum
faciunt abstinentes de quibus
dicitur 2 Cor. xi. In fame
et siti et ieiuniis multis in
frigore et nuditate. Extra fe-
stum baal qui interpretatur devo-
rator faciunt gulosi et carni
intendentes de quibus dicitur
Phil. 3. Quorum deus venter
est et gloria in confusione eorum
qui terrena sapiunt. Ro. xvi.
Huiusmodi Christo domino non ser-
viunt sed suo ventri. Iste est
deus bel de quo dicitur Dan.
xiiii. Non tibi videtur quod
bel deus vivens an non vides
quanta comedit et bibat cotidie.
Festum virginum faciunt puri et
continentes de quibus dicitur
1 Thess. iiii. Sciat unusquisque
vestrum vas suum possidere in sancti-
ficatione et honore. Extra
festum asmodei faciunt luxuri-
osi et voluptates sectantes.
Iste cum demon ut habetur
Thobie iii° viros sare inter-
ficiebat odit cum matrimonium
et diligit adulterium. Et ideo
viros legitimos occidebat ut
dum illa habere non possit.

legittimos viros et hoc cogitet
hic amasios de talibus dicitur
Sapie 2° vino precioso et ungen-
tis nos impleamus nullum pra-
tum sit quod non pertranseat luxuria
nostra Secunda causa institutionis su-
mitur a parte nostre insufficientie
Sancti enim sunt quasi infiniti
nec sufficimus omnibus festa spe-
cialia exhibere et ideo ecclesia
hac die honorat communiter quos
non potest honorare singulariter
Quod enim sancti sunt quasi
infiniti dicitur Danielis vij° millia
millium assistebant ei Genesis xxij
multiplicabo semen tuum sicut
stellas celi et velud arenam
maris que est in littore maris
Job xxv numquid est numerus mi-
litum eius Ideo dictum fuit le-
vitici xxvi Comedetis vetustissima
veterum et novis supervenientibus
vetera abicietis) vetustissima vete-
rum sunt tres in trinitate persone
que vetustissime sunt quia nunquam
principium habuerunt / vetera sunt
patres veteris testamenti nova
vero sunt sancti novi testamenti
vetustissima ergo debemus comme-
dere quia sancte trinitati cum
devotione et aviditate debemus
reverentiam exhibere et sic ei per
amorem uniri et incorporari
possimus iuxta illud quod dictum
fuit Augustino Cibus sum grandium
cresce et manducabis me nec
tu me mutabis in te sicut ci-
bum carnis tue sed tu mutabe-
ris in me / vetera vero i. patres
veteris testamenti possumus abicere
i. ab eorum solempnitatibus absti-
nere Nova vero i. patres novi testa-
menti per omnia colere debemus

recollige et eis laudes impende
[illegible] omnibus singulariter Tercia
et ipsi sancti novi testamenti sunt
quasi infiniti - Tercia sicut dicit
Jeronimus in epistola ad Cliodorum
et Cromatium nullus dies est qui
non mille quinque milium martirum
numero reperiri possit ascriptus excep-
to die kalendarum Januariarum
Romani enim preceperunt ne ali-
quis illo die interficeretur Tum quia
prima dies anni erat et ideo festive
sibi volebant Tum quia Jano
qui fuerat primus rex in Italie de-
dicata erat Tum quia in illa
die multa prestigia exercebant
Tum quia tunc suos consules
permutabant Tercia ratio sumitur
a parte nostre negligentie Nos
enim negligenter multorum sanctorum
festa colimus et multa ibi omi-
simus (aut propter quandam fragili-
tatem aut propter ignorantiam et
oblivionem aut propter ignaviam et
remissionem aut propter negotiorum
secularium nimiam occupationem
Ista quatuor tangit Urbanus de-
cretum est ut hac die sanctorum
omnium memoria habeatur ut quid-
quid humana fragilitas per igno-
ranciam vel negligentiam seu
per occupationem rerum secularium
in solempnitatibus sanctorum
minus peregisset in hac sancta
observatione solvatur Ideo dicit
Ecci · De negligentia purgate
cum paucis Datum brachiorum tuorum
Tunc enim cum brachiis de neglige-
ntia nos purgamus vel quando
ad sanctos rogandos manus
extendimus vel quando pauperibus
elemosinas porrigimus vel quando
innocentes a violentia defendimus

Quarta racio sumitur a parte nostre indigencie Nos enim secundum suffragiis multum indigemus Quando vero unius vel duorum sanctorum festa colimus unum vel duos patronos acquirimus Sed quia omnes in simul honoramus omnes advocatos habemus Et quod impossibile est multorum oraciones non exaudiri impossibile valde erit eorum preces a domino non admitti Io regina omnium hodie ab omnibus sanctis incedit associata et pro nobis intercedit Sed quid cum associant modo ut domicelli modo ut milites strenui Quando vero ut domicelli vestes diversorum colorum assumunt tamen vestes deauratas assumunt Apostoli omnibus dignitatibus purpureas martires carmesinas confessores candidas virgines ps. xliiij astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato Quo ad vestes simplices Circumdata varietate quo ad vestes aliorum sanctorum Quando vero cum associant ut milites habent suos clipeos mira varietate depictos In prima igitur acie procedit exercitus patriarcharum et prophetarum qui in suis clipeis aquilam auream gestant Sicut enim aquila de longe ad celum respicit Sic et isti cum nimia aviditate et fervente desiderio suspirabant ad christum unde una de istis aquilis dicebat Iob 9 Sicut aquila volans ad escam et alius suum desiderium ostendens dicebat ysaie lxiiij utinam disrumperes celos et descenderes Quantum autem iste aquile escam istam videre cupierint audit dominus Mat. xiij multi iusti et prophete voluerunt videre que vos videtis et non viderunt Et in secunda acie procedit exercitus apostolorum qui in suis clipeis crucem gestant purpuream Ipsis enim tamquam militibus strenuis rex celi arma sua vexillum scilicet crucem dedit Et ideo in ipsum totum pondus prelii quesitum est Unde unus de istis militibus gloriatur se cuiusque arma gestare scilicet paulus ad Gala. vi. Michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi In tercia acie procedit exercitus martirum qui in suis clipeis leonem gestant purpureum Ipsi enim leones fortissimi extiterunt nullos tirannos vel hostes timentes proverbiorum xxx Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum Ut machabeorum in dicitur de Iuda machabeo Similis factus est leoni in operibus suis In quarta acie procedit exercitus confessorum qui in suis clipeis gestant coronam argenteam qui instar columbe loti lacte munditie et steterunt iuxta fluenta divine sapientie Cant. v. Oculi eius sicut columbe super rivos aquarum que lacte sunt lote et resident iuxta fluenta plenissima In ipsis enim fuit simplicitas innocencie Mat. 10 Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe In ultima acie procedit exercitus virginum que in suis clipeis lilium gestant candidissimum que inter spinas inspicitur virginale lilium servaverunt Cant. 2o Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias Inter ista lilia dilectus libenter pascitur et moratur Cant. 2 Dilectus meus michi et ego illi qui pascitur inter lilia Sed igitur isti modo ut domicelli modo ut milites strenui hac die reginam associant ut cum ipsa pro humanis que intercedant Sicut in quadam visione invenitur est

vbi visa est virgo virginum diademate
radiante post quam sequebatur Johannes
baptista cum suis patriarchis et pro-
phetis post quos petrus cum suis
apostolis post quos multitudo militum
copiosa post quos turba diversarum
gencium infinita qui omnes ante
regem convenerunt ut pro honore
sibi a mortalibus exhibito grates
agerent et pro universo orbe orarent
Deo dicitur Osee 2 In die illa ex-
audiam dicit dominus et exaudiam
celos et illi exaudient terram et
terra exaudiet triticum vinum et oleum
et hec exaudient Jezrahel / Deus n[amque]
exaudit celos i. sanctos qui sunt
in celis et celi exauditi exau-
diunt terram i. homines qui habitant
in terra et terra exaudiet triticum
vinum et oleum quia per merita et
orationes sanctorum homines qui sunt
in terra acquirunt triticum refectionis
glorie et vinum iocunditatis in-
terne et oleum nitide conscientie et hec
exaudient Jezrahel qui interpretatur
fortis dei Et omnia illi qui per merita
sanctorum a deo receperunt gratie
refectionem internam exultationem
et conscientie nitorem deum exau-
diunt dum et ista se ab ipso
se habuisse cognoscunt et preceptis
eius devote obedierunt etc

Sequitur sermo secundus de omnibus sanctis etc

Mementote qualiter salui facti
sunt patres nostri et dicto
in superiori sermone de cau-
sis quare festiuitatis huius dictum
est de modo per quem sancti salu-
tem eternam sunt assecuti Unde
dicitur qualiter salui facti sunt patres
nostri et defunctum quem consequi-
mur ex eo quod orando ad ipsos clama-
mus in celum et miserebitur nostri
deus Circa primum notandum quod duplici

sancti duplicibus modis eternam salu-
tem obtinuerunt Sicut enim modis
sunt quibus castrum aliquod obtinere
possumus per feudariam possessionem
et hoc modo celestem habitationem
obtinet angeli Primus cum sua
confirmatione et beatitudinem me-
ruerunt ex eo quod aliis succumben-
tibus ipsi deo pro amore adheserunt
et ad ipsum taliter sunt quasi tri-
chiliarchi iam tenent solum feodum
et tributum regi et familie regis
quia et deo tenent assistere et nobis
ministrare Danielis vii milia milium mi-
nistrabant ei Ecce tributum familie
regis et decies milies centena
milia assistebant Ecce tributum regis
Luce 1 Ego sum gabriel qui asto
ante deum Ecce tributum assistentie quo
ad regem et missus sum ad te loqui
ad te evangelizare Ecce tributum
ministrationis sollicitate quo ad fa-
miliam regis Istud autem tributum
noluit deo solvere lucifer qui noluit
deo assistere per humilitatem sed voluit
sibi adequari per potestatem et ideo
in infernum deiectus est Ysaie xiiii
Quomodo cecidisti de celo lucifer qui
mane oriebaris etc Isto modo celestem
mansionem acquirere possunt
homines qui corporibus nam et rebus
temporalibus ad feodum receperunt si de
ipsis fideliter sibi reddiderunt tributum
scilicet de corpore mortificationem Collo 3
Mortificate membra vestra que sunt
super terram De anima deprecationem et de-
votionem Ysaie xxvi Anima mea
desideravit te in nocte sed in spiritu
meo in precordiis meis de mane
vigilabo ad te / De rebus liberalem
ad pauperes largitionem proverbiorum 3 Ho-
nora dominum de tua substantia et de primi-
tiis frugum tuarum da pauperibus
Sed multi sunt qui istud tributum
solvunt dyabolo dantes de corpore suo
immunditiam de corde odium et invidiam

et de rebus temporalibus tenacitatem et avaritiam vendo possidet alius castrum per fabricatorem scilicet quando quis sumptibus suis laboribus et expensis illud fabricavit et edificavit Et isto modo acquisierunt sibi celestem palatium patriarche qui hospitalitati dediti per elemosinas quas ~~dederunt in~~ fecerunt in celis domum sibi fabricaverunt De quorum hospitalitate dicitur Hebreorum 13 Hospitalitatem nolite oblivisci per hanc enim placuerunt quidam angelis hospicio susceptis Super fundamentum enim fidei quod habuerunt domum de lapidibus aureis argenteis et preciosis sibi edificaverunt habuerunt enim caritatem auream quo ad deum dilectionem argenteam id est sonoram quo ad proximum Aurum enim dilectio quodammodo est plumbeo quando tamen latet in corde Sed tamen est argentea quando sonat exterius et in ore per affabilitatem et in opere per largitatem habuerunt enim lapides preciosos id est bona opera que habuerunt soliditatem per intencionem rectam et preciositate per caritatem firmam De isto edificio aureo argenteo et precioso dicitur 1 Cor. 3 Si quis superedificat super fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos etc. Talem domum edificant qui pauperibus elemosinas largiuntur Unde licet enim elemosina quando datur quodammodo est terra plumbum et saxum sed ibi terra convertitur in aurum plumbum in argentum saxum in lapidem preciosum propterea Augustinus Super Psalmum laudas mercatorem qui vendit plumbum et acquirit aurum et non laudabis illum qui erogat pecuniam et acquirit iusticiam Tales securi sunt de celesti mansione Unde qui habet deum fideiussorem debitorem et solidatorem solutorem fideiussorem quidem Unde dicit Glossa super Lucam Cum defecerit vos Dives ille torquebatur apud inferos quia Lazarum sibi non fecerat amicum Ecce pauper cui das non habet quod retribuat sed cum parte ad deum oculos quasi dicendo clamat Domine mutuum accepi fideiube pro me Vere Et si non tenes pauperem redditorem idoneum tamen habes fideiussorem habet enim debitorem petentibus Unde Ambrosius Da pauperi panem da panem da vestimentum da tectum si debitorem non inveneris habes deum liberalissimum solutorem Idem Da pauperi terram ut accipias celum da nummum ut accipias regnum dei da micam ut accipias totum Da pauperi ut deus tibi donet quicquid pauperi dederis tu habebis et quod alter non accepit pauper habebit alter Tercio possidet quis castrum per impignoracionem vel arram quando scilicet illud in pignus vel arram accepit Et hoc modo celestem mansionem sibi acquisierunt multi prophete qui in hac vita pignus et arram acceperunt sed modo possessionem intraverunt Istud pignus et arra fuit spiritus sanctus De quo dicitur 2 Cor. 1 Signavit nos et dedit pignus spiritus sancti in cordibus nostris Ephe. 1 Credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre Istud pignus spiritus sancti habuerunt prophete quo ventura predicebant quo divina quo celestia depredicabant quo divina ministeria predicabant Non enim voluntate humana allata est aliquando prophecia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti

dei hominibus unde dicitur de uno ipsorum Sap. ysaie xlviii Spiritu magno vidit ultima et consolatus est lugentes in Syon in sempiternum ostendit futura et abscondita antequam fierent. Isto modo celestem hereditatem assecuntur qui per ... spiritus sancti acceperunt. Sed sicut per istud signum salvati sunt patres nostri. Sic et qui recipere noluerunt dampnati sunt patres nostri sive quia ipsi resisterunt sive quia ipsi contristaverunt sive quia extinxerunt sive quia contumeliis affecerunt. Illi spiritui sancto resistunt qui sibi advenienti cor claudunt Actuum vii Dura cervice et incircumcisi cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resistitis. Illi sibi contumeliam faciunt qui ipsum iam receptum expellunt. Hebr. 10 Spiritui sancto contumeliam facit. Illi contristant qui per sui expulsionem ... advocaverunt. Ephe. iiii Nolite contristare spiritum dei in quo signati estis in die redemptionis. Illi extinguunt qui per quandam ... receperunt nullum bonum nec bonam voluntatem concupiunt. I Thess. 5 Spiritum nolite extinguere. Quarto assequitur quibus castrum per emptionem. Isto modo apostoli acquisiverunt qui terrena ut sibi acquirat celestia contempserunt. Matth. 20 Ecce nos reliquimus omnia etc. premium et in centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis etc. premium quam augustinus in persona dei vendale habeo ait dicitur regnum celorum quo emitur paupertate regnum dolore gaudium labore requies ignominia gloria morte vitam. Debet autem emi instar agri thesauri et margarite ut habetur Matth. 13. Agri quidem quod requirit animum valde cultum Sed de multis dicitur Proverbiorum 24 Per agrum hominis pigri transivi et ecce totum repleverunt urtice operuerunt superficiem eius spine.

Thesauri quidem quia requirit magnum desiderium Proverbiorum 2 Si quesieris quasi pecuniam et sicut thesaurum effoderis eam tunc intelliges timorem domini et scientiam dei invenies. Margarite autem quia requirit magnum studium ut ... mercator studeat eam querere et invenire. Nullus autem se excuset quia modico precio eam emet. Petrus Ravennas: Ecce autem regnum suum vendit et ut quilibet emere valeat per fragmento panis exponit. Nemo igitur excusare non emendo valeat quem tanta venditionis vilitas convenit. Quinto possidetur castrum aliquando per violentiam et direptionem. Et hoc modo possiderunt martires qui sibi vim et violentiam inferentes suo animo et corpori dedati sunt. Matth. 11 Regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud. Rapuerunt autem de manibus dei regnum celorum desiderabilem thesaurum et vitam beatorum. Ambrosius: Aggrediamur in itinere dominum. Si quidem ipse via et veritas ... sunt. Cum spoliare ... Cupimus sibi auferre thesaurum regnum et vitam. Sed ille tam dives et largus est ut non abnuat non resistat et tamen omnia dederit nihilominus omnia possidebit. Aggrediamur ergo nequaquam cum non fuste non ferro non saxo non mansuetudine bonis operibus castitate ... sunt qui violentiam sibi inferunt. Seneca: Innumerabiles quidem sunt qui populos qui urbes habuerunt in potestate paucissimi qui se. Ideo Sicut homines reges ita regibus dominandi desideria dominantur. Ideo quidem curtius dixit quidam ex suis maximis Allexandro Si dii habitum corporis tui aviditati

animi tui pacem esse voluissent
credibus te non carpe altam manu
circuientem alta capere accidentem
Secundo sibi ostendit Apostolus exemplo
quod licet sit modo sublimius et altius
cito potest fieri humilis et deiectus. Sicut
magne arboris que subito caditur
hominibus in altum ascendentibus qui subi-
to casum patitur. Et hominibus qui aliquem
pravum animum atque efficit. Sexto
detinet castrum et hereditariam succe-
sionem. Et hoc modo sibi acquisive-
runt confessores. Quia quid fuerunt
pacifici in se pacem habentes et in
aliis pacem facientes. Et quia paci-
fici ideo filii dei Math. v. Beati
pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Qui
vero filii dei ideo heredes dei Ro. viii.
Si filii et heredes. De ista hereditate
dicitur in psalmo Novit dominus dies
immaculatorum et hereditas illorum
in eternum erit. Ubi ostenditur quod tam-
quam legittimi ex immaculato scilicet
thoro nati sunt heredes instituendi.
Spurii vero hereditate privandi. Ideo
dicitur Novit dominus dies immaculatorum
Galla. iiii°. Non enim erit heres filius
ancille cum filio libere quod in sua he-
reditate sunt perpetuo conservandi quia
nullus tyrannus eos expellere poterit
Johannis x. Non rapiet eos quisquam
de manu mea. Secundo a principio sunt
in possessione mittendi. Ideo subditur
Non confundentur in tempore malo i. in iu-
dicio extremo ubi mali confundentur
quia accepta hereditate expellentur
Math. xxv. Discedite a me maledicti
etc. Boni vero in possessionem mittentur
Unde Venite benedicti etc. Et quia
boni sunt animis saturandi. Mali vero
fame perpetua cruciandi. Ideo subditur
In diebus famis saturabuntur. Ysaie
lxv. Ecce servi mei comedent
et vos esurietis. Quia mali perpetrarunt
crimen lese maiestatis erunt exheredati.

tandi. Ideo subditur. Quia peccatores
exibunt in quibus cum peccato mortali
divina maiestas offenditur. Septima
possidet altitudo castrum quod continua
devotione hoc modo virgines acqui-
sierunt. Sicut cum dono gratuito
habuerunt eternam felicitatem Iuxta
illud Ysaie lxi. Dabo eis coronam
pro cinere oleum gaudii pro luctu
pallium laudis pro spiritu meroris. Pre-
teritis cum sanctis virginibus tres
prerogativas habebunt scilicet coronam
aureolam quam habebunt ex eo
quod carnem suam mortificaverunt et
quasi usque ad cinerem consumpserunt
Ideo dicit Dabo eis coronam
pro cinere. Habebunt celestem melo-
diam quam sole cantabunt ex eo
quod pro sponsi absentia semper in
luctu fuerunt. Ideo dicitur oleum gau-
dii pro luctu. Habebunt vestem
candidam i. carnem virgineam
ex eo quod non delicatis carnibus sed
spiritu meroris secute fuerunt. Ideo
subditur pallium laudis pro spiritu mer-
roris. Sexto ponitur utilitas quam
consequimur ex eo quod ad sanctos lau-
dando et orando clamamus
Unde dicitur Et nunc clamemus in
celum etc. Multa cum beneficia nobis
peccatorum sepe recipimus et ut hoc
melius pateat sciendum quod in Dani-
ele. iiii°. Ipsi sancti sunt promp-
tuaria et tenacula dei sanctuaria dei
alabastra dei templa dei Et spiri-
tus organa spiritus sancti Nobis
autem sunt famelicis sitibundi aridi
desolati dei [illegible] ignorantes ob-
ceci. Quia igitur sunt promptuaria
et tenacula dei et nobis sumus
famelici sitibundi. Ideo accipitis re-
fectionis quo saturamur et
vinum spiritualis exultationis quo
inebriamur Unde dicit David loquens
de sanctis Ipsi cum promptuaria dei

pura tabernacula facti sunt. Tertio
sunt fontes dei et nos aridi
ideo ab ipsis accipimus aquam sapie(ntie)
qua irrigamur. Unde ait Isti
viventes in veritate cum liba
pura deo assistant salutares
fontes multa nobis beneficia irri-
gantes. Quarto sunt alabastrum
dei et nos vulnerati recipimus
ab ipsis unguentum quo sanamur.
Unde ait unguentum boni odoris
ex se manent sanctorum reliquie
nobis habent et nihil est discre-
datum ei cum manavit ex sua petra
et maxilla asini aqua ema-
navit et mirabilis reliquiis un-
guentum boni odoris emanat mi-
rabile nequaquam est. Quinto
sunt exempla dei et nos quasi
sumus muti dei ideo ab ipsis re-
cipimus orationes quibus deo re-
conciliamur. Unde dicit Bernardus
per intelligentiam in corporibus
sanctorum habitat deus ut ait apostolus
honoranda sunt dei templa
et arata dei tabernacula. Greg.
Sicut laborantes ut ducem aliquem
inveniunt qui te mortali regi
adducat et pro te ad ipsum sermo-
nem faciat. Duces igitur omnes
quidam qui reconciliationis pro
nobis ad deum faciunt non hono-
randum est. Septimo sunt orga-
num spiritus sancti per quos lo-
cutus est et nos ignorantes
et ceci sumus ideo ab ipsis reci-
pimus lumen doctrine qua illumi-
namur. Augustinus in li. de civitate
dei non sunt contempnenda
sed potius honoranda sanctorum
corpora quibus dum adhuc vi-
verent spiritus sanctus quasi quibus-
dam organis ad omne opus
bonum usus est. Unde apostolus
an experimentum queritis eius
qui in me loquitur Christus. Et
de Stephano dicitur. Quia non

poterant resistere sapientie et spiritui qui
loquebatur etc. / Sermo tertius

de omnibus sanctis sequitur

Vocate cetum congregate populum
sanctificate ecclesiam coadunate
senes congregate parvulos et
sugentes ubera. Egrediatur sponsus
de cubili suo et sponsa de thala-
mo suo. Joel. 2. Ista ut ecclesia
omnes sanctos hoc congregat ut eis
laudem et honorem impendat et
quia non potest omnes honorare singula-
riter saltem honorat omnes simul. Sunt
autem octo ordines sanctorum quos
hodie ecclesia honorat qui ponuntur
in octo responsoriis que hodie can-
tantur preter ultimum responsorium quod
[illegible] quid octo ordines ut supra
dicta auctoritate notantur. Nos autem
ipsos non prosequimur eo ordine quo
in auctoritate ponuntur sed quo eos
ecclesia in responsoriis prosequitur que
attendit ordinem graduum et nitorum
dignitatis. Sunt autem supradicta verba
ecce verba angelorum alloquentium
illos de ecclesia militanti et dicentium
vobis de ecclesia militanti in nostra
solempnitate vocate cetum etc. Christus est
igitur primus et summus ordo beatifice
civitatis quod notatur cum dicitur Egrediatur
sponsus de cubili suo. Sponsus est
in nomine autem Christi tota trinitas intel-
ligitur sicut dicit Ambrosius. Unde cum
Christus dicatur unctus intelligitur et ungens
scilicet pater et unctus scilicet filius et ipsa un-
ctio scilicet spiritus sanctus. Specialiter tamen
sponsus filius dicitur de quo dicitur Matth.
xxv. Media nocte clamor factus
est Ecce sponsus venit. Iste sponsus
quadruplex habet cubile scilicet patris
sinum Joh. 1. Unigenitus qui est in
sinu patris ipse enarravit. Matris uterum
Cant. 1. Lectulus noster floridus.
Uterus enim beate virginis fuit flo-
ridus id est omnium virtutum flo-

rebus adornatus Crucis patibu-
lum in quo velut in medie re-
quieuit Cant. 1. Indica michi quem
pascas ubi cubes in meridie. Item
monumentum in quo dormivit
et requieuit. Psalmus. In pace in
idipsum dormiam et requiescam.
De primo cubili egressus est per
eternam originem Micheas 5. Egres-
sus eius ab initio a diebus eternitatis.
De secundo per temporalem generationem. Psalmus.
Ipse tanquam sponsus dominus procedens
de talamo suo. De tercio egressus
est per nostram demonis expugnacione.
Abacuk 3. Egressus es in sa-
lutem populi tui in salutem cum
cristo tuo percussisti caput de domo
impii etc. De quarto egressus est
per gloriosam resurrectionem. Genesis 49.
Requiescens leo de cubili suo et per
Ieronimum se leuauit. Ex quibus ergo
quatuor trahitur quadruplex racio
quare iste sponsus a nobis est hoc
tempore totis honorandus scilicet quia
rex noster, iudex noster, factus noster,
glorificator noster. Nam inquantum est
[illegible] egressus est de si-
nu patris est rex noster. Inquantum
est de utero matris est factus noster.
Inquantum egressus de crucis pa-
tibulo factus est iudex noster.
Inquantum est de monumento factus
est glorificator noster. De hiis quatuor
Zach. 9. Ecce rex tuus. Ecce
quia rex noster venit tibi per incar-
nacionem assumendo seu assumat.
Ecce quia factus noster iustus. Ecce quia
iudex noster et saluator. Ecce quia
glorificator noster. Dicat ergo egre-
diatur sponsus de cubili suo id est
cristus de sinu patris exeat et
carnem assumat et hodierne
festiuitati se adiungat. Secundo est
ordo vespertinus qui notatur cum d[illegible]

et sponsus de talamo suo. Ergo
cum ipsa non est in ordine trinitatis
quia ibi non sunt nisi tres persone
nec est in ordine sanctorum vel
angelorum sed super ordines omnium
eorum. Dicitur autem sponsa quia cristus
cum ea matrimonium contraxit cum
quidem matrimonium primo fuit nunciatum
per verba de futuro per Gabrielem nunciantem
cum Ecce concipies et paries filium.
Deinde fuit ratificatum per consensum
per verba de presenti quando dixit Ecce
ancilla domini fiat michi secundum verbum
tuum. Ultimo fuit consummatum quando
filius dei in thalamo uteri virginalis
carnem nostram sibi eternaliter copulauit.
Et tunc cum istud matrimonium fuit com-
pletum unde exclamat ecclesia: Ecce
completa sunt omnia que dicta sunt
per angelum de virgine Maria. Ista
autem sponsa habuit triplicem tha-
lamum scilicet uterum preciosum in quo
habitavit diuina sapientia. Eccli. 24.
Qui creauit me requieuit in tha-
bernaculo meo. Secundum mundum vitiosum
in quo habitauit omnium salute ecclesia.
Omnibus cum electi habitant in ea vi-
sita sue pietatis cum ipsa sit mater
gratie et vite, et sit mater dilectionis
et sancte spei. Eccli. 24. Ego
mater pulchre dilectionis et agnitionis
et timoris et sancte spei. Tercium gloriosum
in quo ipsa habitat sublimata. De
quo cantat ecclesia: Maria virgo assump-
ta est ad ethereum thalamum. Tercia.
Ex hiis ergo tribus trahitur triplex
racio quare ipsa hodierna die est
a nobis cum totis honoranda scilicet
quia est sponsa eterni regis aduoca-
ta humani generis regina et domina
totius curie celestis. Nam inquantum
in eius utero precioso habitauit
diuina sapientia facta est sponsa

eterni regis pulchritudinem in cuius aureo
reclinatorio habitat universalis ecclesia
facta est advocata quam generatis
pulchritudinem in loco glorioso habitat
sublimata facta est domina et regina
totius curie celestis De hiis habetur
dicitur Apocalipsis 12 Mulier amicta
sole et luna sub pedibus eius et
in capite eius corona stellarum
duodecim Mulier amicta sole fuit
quando dei filium qui est sol iusticie
in utero suo habuit Lunam autem
id est ecclesiam sub pedibus habet quam
sub sua protectione tenet Duode-
cim autem stelle sunt novem ordi-
nes angelorum et tres sanctorum
scilicet martirum confessorum et virginum
Quia ergo in sua sunt corona et
ipsa omnium est regina Egrediatur
ergo sponsa de thalamo suo id est
beata virgo de sublimi loco suo se
dignatur inclinare et nostre se solemp-
nitati iungere Tercius est ordo ange-
lorum Quod notatur cum dicitur canta-
te celum unde cantatur Cetus omnis
angelici conspice aut cetus non tamen est
omnis quantum ad numerum sed etiam
ordinatus quantum ad officium Iuxta
sanctum Dyonisium triplex habent offi-
cium scilicet illuminandi quod notatur in facto
Thobie ubi sic dicitur Thobie xi ad
preceptum angeli oculi eius sunt illuminati
Officium purgandi quod notatur
ysaie ubi sic dicitur ysaie vi per
ministerium seraphin labia sua purga-
ta sunt Officium confortandi et robo-
randi quod notatur in facto helie
ubi dicitur 3 Regum xix Helias mi-
nisterio angeli a deo fortificatus est
et perrexit ad montem dei Oreb xl
diebus et xl noctibus ambulat
De hiis ergo tribus trahitur triplex
ratio quare sancti angeli in presenti
solempnitate sunt a nobis honorandi
scilicet quia sunt nostri purgatores

illuminatores et perfectores De
hiis tribus propheta regius dicit id est
In conspectu angelorum psallam tibi
Quare autem psallat subdit dicens
Super nomen tuum quia ministerio angelo-
rum a culpa me purgas et ve-
ritate tua quia dei sapientia me
illuminas Quoniam magnificasti super omne
nomen sanctum tuum id est quoniam in tua gratia
me magnificas perficis et confirmas
Quartus est ordo prophetarum et patriar-
charum quod notatur cum dicitur Co-
adunate senes Cum dicuntur
senes propter reverentiam paternitatem
quia scilicet nos in fide genuerunt
Thobie iiii Filii quippe sanctorum
sumus et Hebr 12 patres quidem
carnis nostre habuimus erudito-
res et reverebamur eos Secundo propter
sensus maturitatem Sapientie iiii
Cani sunt sensus hominis De hac
ipsorum sensus maturitate et pro-
funditate dicitur Ecclesiastici xlviii Spiritu
magno vidit ultima Tercio
propter conversationis gravitatem et ho-
nestatem Sapientie iiii Etas senec-
tutis vita immaculata Et psalmo In
populo gravi laudabo te De hiis
ergo tribus colligitur triplex ratio
quare sancti patres veteris testa-
menti a nobis sunt in presenti solemp-
nitate honorandi scilicet quia sunt
genitores nostri in fide vera ma-
turi in sapientia graves et honesti
in vita De hiis tribus Ecclesiastici xliiii
Laudemus viros gloriosos et pa-
rentes nostros laudare debemus
Secundo patres et degeneres filii in se
erubescant et confundantur
Quia cum laudatur pater aliquis qui
fuit optimus erubescat filius qui
non imitatur patrem In hoc quod
dicitur viros notatur sensus matu-
ritas cum habuerunt sensum puerilem
sed maturum et virilem in hoc quod

dicitur glosa super nota ipsorum conser-
vationis gravitatis et honestatis qua-
fuerunt cum conservationem gloriosam
et cunctis acceptam In hoc quod
dicitur parentes nostros notatur ipsorum
reverenda paternitatis qua nos in
fide genuerunt Tercius ordo est
apostolorum Quod notatur cum dicitur
sanctificate id est sanctam paternitate ecclesiam
Congregatio autem apostolorum antonoma-
sice ecclesia appellatur quia eam ipsi
in fide plantaverunt et ista ecclesia
fuit sanctificata id est de adventu sancti
spiritus confirmata hoc autem quod dicitur
sanctificate includit ipsum sanctum esse
Omnis enim sanctificatus est sanctus sed
non econverso Ergo cum maria et Jo-
hannes baptista in utero et apostoli
non in adventu spiritus sancti fuerunt
sanctificati id est in gratia confirmati quod
numquam ab ista sanctitate cadere potue-
runt Ceteri autem fuerunt sancti non
sanctificati quia gratiam sanctitatis
amittere potuerunt Congregatio
autem apostolorum dicitur ecclesia sancta et
sanctificata ecclesia quia ipsam in fide
fundaverunt et plantaverunt Ephe. 2
Superedificati super fundamentum a-
postolorum et prophetarum 1 Cor. 3
Ego plantavi Apollo rigavit
Sancta quia sanctam vitam habue-
runt que in ~~de~~ duobus consistit scilicet
in doctrina ~~secutta~~ sedula et in
vita perfecta De istis duobus dicitur
ysaie lx° Qui sunt isti qui ut
nubes volant per ecclesiam Ecce doctrina
sedula quia per totum mundum
volaverunt et quasi columbe ad fe-
nestras suas Ecce vita perfecta
apostolorum enim anime fuerunt columbe
et simplices et pure que ad fe-
nestras suas steterunt quia sensus
suos custodierunt Columba
autem Eva ad fenestras suas
non stetit quia sensus suos
non custodivit Primo enim custodit
fenestram auditus quia venenoso
verbo serpentis audivit Nec
visus quia pomum vetitum ~~at~~
nimis attente respexit Nec
olfactus quia ad ~~ad~~ odorem
pomi multum delectata fuit Nec
tactus quia ad pomum vetitum manum
porrexit Nec gustus quia ipsum
comedit Sunt etiam congregatio
apostolorum sanctificata quia a sanctitate
cadere non potuerunt Job xxxvii
Tu forsitan cum eo fabricatus
es celos qui solidissimi quasi
ere fusi sunt Ecce cum quanto
plus malleatur tanto magis reso-
nat Sic apostoli quanto plus affligе-
bantur tanto maiorem sonum
dulce laudis et predicationis redde-
bant Ex istis ergo tribus elicitur
triplex ratio quare sancti apostoli
sunt a nobis in presenti solempni-
tate honorandi scilicet quia in fide
nos plantaverunt suis doctrinis
et firmaverunt suis exemplis et
corroboraverunt suis miraculis
De istis dicitur Apoc. iiii de to-
no procedunt fulgura voces et
tonitrua Licet omnes sancti sint
throni dei in quibus deus sedet
per gratiam precipue tamen apostoli in
quibus deus sedet per plenitudi-
nem gratie Ab istis ergo thronis
procedunt voces predicationis ful-
gura lucidorum exemplorum et
tonitrua terribilium miraculorum
Quartus est ordo martirum quod
notatur cum dicitur Congregate populum
Sancti enim martires dicuntur populi ab
populando seu adpopulando Ipsi
enim depopulati sunt id est confregerunt
et conminuerunt diabolum mundum
et corpus contra ipsam diabolum

vicerunt Jacobi iiii° Resistite dya-
bolo et fugiet a vobis Unde apostolus
contra quosdam qui sequntur resiste-
bant dicebat Hebr. 12 Nondum enim
usque ad sanguinem restitistis
Ille usque ad sanguinem resistit
qui usque ad mortem dyabolo non
consentit Eccli. iiii usque ad mor-
tem certa pro iustitia Contra mundum id est
persecutores mundi vicerunt patien-
do unde cantatur de eis Non mur-
mur resonat non querimonia
sed corde tacito etc. Prov. xvi
Melior est patiens viro forti et
dominatur animo suo expugnatore
urbium Luce xxi In patientia vestra
possidebitis animas vestras Corpus
proprium vicerunt ieiunando id est macer-
ando et castigando I Cor. ix
Sic pugno non quasi aerem verberans
sed castigo corpus meum etc. Ex
hiis ergo verbis colligitur triplex ra-
tio quare sancti martires in presenti solemp-
nitate sunt a nobis honorandi quia
ipsi tamquam strenui pugiles et
domini bellatores vicerunt omnes
hostes triplici genere victorie scilicet dya-
bolum resistendo mundum per modum
resistendi mundum per modum patien-
di Corpus proprium per modum ieiunandi
De hoc triplici genere victorie dicitur
Hebr. 11 Sancti per fidem vicerunt
regna scilicet regnum dyaboli mundi et
carnis Deinde subdit modum
vincendi et genus victorie obtin-
uerunt ora leonum et extinxerunt
impetum ignis effugerunt aciem gla-
dii Ecce primum genus victorie per
modum resistendi Alii vero ludibria
et verbera experti insuper vincula
et carceres lapidati sunt secti sunt
temptati sunt in occisione gladii
mortui sunt Ecce secundum genus vic-
torie per modum patiendi Circuierunt
in melotis in pellibus caprinis

egentes angustiati sunt afflicti
sunt Ecce tertium genus victorie
per modum ieiunandi Septimo est ordo
confessorum Quod notatur cum dicitur
Et sugentes ubera dicitur non dedi-
gnatur aliquando per formam matris as-
sumere Ysaie lxvi Quomodo si cui mater
blandiatur ita ego consolabor vos
Sicut autem ipsa est mater ita habet ubera
pyetatis et consolationis Ex ube-
ribus autem aliquando triplex liquor
effunditur scilicet lac butirum et sanguis
sicut dicitur Prov. xxx Qui fortiter
premit ubera ad eliciendum lac ex-
primit butirum et qui vehementer
emungit elicit sanguinem Sancti
igitur confessores ex uberibus di-
vine pyetatis ista tria suxe-
runt scilicet lac id est intelligentiam divine
scripture Ideo autem suxerunt quia
parvuli fuerunt psalmista Sapientiam
prestans parvulis Math. xi Abscon-
disti hec a sapientibus et pruden-
tibus et revelasti ea parvulis Ysaie
lx Suges lac gentium et ma-
milla regum lactaberis Sancti enim
doctores habuerunt sapientiam
gentilium phylosophorum et regum id est completa-
rum et psaltorum qui laudabiliter
se rexerunt Suxerunt butirum
id est pinguedinem devotionis interne
psalmista Impinguasti in oleo caput
meum Per caput intelligitur mens
Tunc enim caput in oleo impinguatur
quando mens devotione impletur
Job xxix Quando lavabam pedes
meos butiro pedes anime sunt
affectus anime Qui tunc butiro lavantur
quando devotionis pinguedine ir-
rigantur Suxerunt sanguinem
id est memoriam passionis dominice
psalmista Intinguatur pes meus in
sanguine pes tunc in sanguine
tinguitur quando affectus ad memoriam
dominice passionis fortiter inflammatur

hoc significatum primi Machabeorum vi ubi dicitur
quod elephantibus ostendebant sangui-
nem uve et mori ad acuendum
eos in prelium. Sic sancti confessores
ex eo quod hoc sanguine erant inuncti
in dei amorem erant indelebiliter
inflammati. Ex hiis ergo textus thematis
triplex ratio quare sancti confessores
sunt a nobis in presenti solempnitate
honorandi. Scilicet quia fuerunt docto-
res nostri devoti intercessores nostri
et inflammatores nostri. Primam in quantum
fuerunt lac .i. intelligenciam
sacre scripture facti sunt docto-
res nostri. In quantum fuerunt butirum
.i. pinguedinem devotionis inter-
ne facti sunt intercessores devoti
nostri. Tertiam quia erant inflammati
ideo alios inflammabant. Isti fue-
runt animalia dei de quibus dicitur
Ezech. i. Et scintille quasi aspectus
eris candentis. Scintille in quantum
scintille leves sunt in quantum [illegible]-
cris sonores sunt in quantum cande-
tes inflammate sunt. In quantum igitur
sancti confessores fuerunt nostri inter-
cessores sive eorum orationes fuerunt scin-
tille .i. leves propter humilitatem orati-
onis. Humilitatis orationes eorum
leves fuerunt quod usque ad celum ascen-
derunt. Eccli. xxxv. Oratio humi-
liantis se nubes penetrat. In
quantum fuerunt doctores fuerunt e-
nei .i. sonori. Psalmus In omnem terram
exivit sonus eorum. In quantum fuerunt
inflammatores fuerunt candentes
.i. alios incendentes. Octavus
est ordo virginum. Et hoc notatur
ubi dicitur Congregate parvulos vir-
gines cum dicitur parvuli non ratione
etatis sed ratione puritatis. Est autem
triplex puritas in virginibus requi-
renda que notatur in parabola que
ponitur Matth. xxv. Simile est

regnum celorum x virginibus etc.
Puritas vasis liquoris et luminis.
Puritas vasis notatur ubi dicitur accepe-
runt lampades. Lampas enim que
vitrea est puritatem et splendo-
rem habet. Puritas liquoris notatur ubi
dicitur acceperunt oleum. Oleum enim
liquidum est et purum. Puritas lucis
in hoc quod lampades extinguuntur
accenduntur. Puritas igitur vasis
est mundicia corporis. i. Thess. iiii.
Sciat quisque vestrum suum pos-
sidere in sanctificatione et honore.
Puritas liquoris est mundicia spi-
ritualis que dicitur munda ab effectu
quia facit animam mundam. Ezech. 36.
Effundam super vos aquam mundam
et mundabimini ab omnibus inqui-
namentis vestris. Puritas lucis est
claritas sancte conversationis de qua
dicitur Matth. v. Sic luceat lux vestra
coram hominibus etc. Ex hiis ergo
textus thematis triplex ratio quare
virgines in presenti solempnitate
sunt honorande. Scilicet quia sunt
sponse christi templa spiritus sancti
et filie dei. Primam in quantum ha-
buerunt puritatem virginalis mun-
dicie facte sunt sponse christi. Apoca-
lypsis xiiii. Sequuntur agnum quocumque
ierit. In quantum habuerunt puritatem
spiritualis mundicie facte sunt tem-
pla spiritus sancti. i. Cor. 3. Nescitis
quia templum dei estis et spiritus
dei habitat in vobis. In quantum habu-
erunt puritatem conversationis sancte
facti sunt filii. Unde postquam dominus
dixit Sic luceat lux vestra coram
hominibus etc. statim subdit et
glorificent patrem vestrum qui est in
celis. Propter sanctam namque et paci-
ficam conversationem merentur filii
dei filius appellari. Matth. quinto

Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. De hiis tribus dicitur Apoc. xiiii°. Hii empti sunt ex omnibus primicie deo et agno. Item quia sunt sancti cristi et in ore eorum non est inventum mendacium. Item quia sunt filii dei sicut econtra dyabolus est pater mendacii et omnes mendaces sunt filii eius. Sic deus est pater veritatis et omnes qui sequuntur veritatem sunt filii veritatis sine macula. Sunt ante thronum dei. Item quia sunt templum spiritus sancti. Spiritus enim sanctus habitat in cordibus que sunt pura et sine macula. Hoc sciens propheta primo petebat munditiam cordis et post modum infusionem spiritus sancti dicens: Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Sequitur sermo quartus de omnibus sanctis etc.

Venite cetum congregate populum sanctificate ecclesiam etc. Ut supra. Cum triplex est adoratio scilicet dulie yperdulie et latrie, sancta mater ecclesia istam adorationem hodie celebrat. Est autem dulia honor sive adoratio que exhibetur sanctis que greco nomine dulia nuncupatur. Yperdulia est honor sive adoratio que exhibetur beate virgini que addit aliquam maiorem reverentiam super primam. Unde dicitur ab yper quod est super et dulia. Latria vero tercium est cultus soli deo exhibetur quia alio nomine religio sive pietatis nuncupatur. Iste triplex cultus sive adoratio in premissis verbis notatur. Primo enim ponitur adoratio dulie cum dicitur: Vocate cetum et congregate populum. Secundo adoratio latrie cum subditur: Egrediatur sponsus de cubili suo. Tercio adoratio yperdulie cum subditur: Et sponsa de thalamo suo. Primo igitur hodierna die exhibemus adorationem dulie angelis cum dicitur: Vocate cetum. Istud scilicet cetum de quo cantatur: Cetus omnes angelici hic venerant. Aliquando quidem propter suam sapientiam vel amicitiam vel benivolentiam. Angeli igitur a nobis sunt honorandi et adorandi quia sunt dei sapientia illustrati divino amore inflammati et in divina gratia confirmati. Et quia illuminati lumine divine sapientie nobis infundunt. Quia inflammati speciali amore nos diligunt. Quia confirmati nos in gratia dei confirmant. Hec eo autem quod sunt illuminati vocantur adamas. Lima zacharie dyamanto firmata... Job apud matutina Job xxxviii. Ubi eras cum me laudarent astra matutina etc. Hec eo autem quod sunt inflammati dicuntur ardore sempiterni. Job xxxiii. Quis poterit habitare de vobis cum ardoribus sempiternis. Lapides igniti unde dicitur de primo angelo Ezech. xxviii°. In medio lapidum ignitorum ambulasti. Carbones ardentes Ezech. Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium. Hec eo autem quod sunt confirmati vocantur castra dei. Gen. xxxii. Castra dei sunt hec. Columpne. Columpne celi contremiscunt et pavent ad nutum eius. Job xxvi. Et solidissimi celi Job xxxvii. Tu forsitan cum illo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Secundo exhibemus adorationem dulie martiribus quod notatur cum dicitur: Congregate populum

i. martires depopulatos .i. imperfec-
tos Quod quidem quatuor de causis
debemus honorare quas ponit beatus
Maximus. Honoremus sanctos mar-
tires dei tanquam principes fidei
intercessores mundi precones regis
et coheredes dei. Sunt ergo princi-
pes mundi psalmus principes iuda
ducibus eorum principes zabulon prin-
cipes neptalim. Ipsi enim fidem glori-
ficaverunt et ideo dicuntur principes iu-
da qui interpretatur glorificatus / fidem
sustentaverunt et ideo dicuntur principes
zabulon qui interpretatur substantia /
fidem dilataverunt et ideo dicuntur
principes neptalim qui interpretatur
dilatatio. Secundo sunt intercessores mundi
Ceterum qui sunt in regno valde
solliciti orare pro nobis qui remansi-
mus in exilio. Fulgentius Cur non
properamus et currimus ut patriam
nostram videre et parentes nostros salutare
possimus. Magnus illic carorum numerus
nos expectat parentum fratrum filiorum
frequens et copiosa turba desiderat
de sua iam incalamitate secura
adhuc de mea salute sollicita. Ieroni-
mus contra vigilantium Si apostoli et
martires adhuc in corpore positi pos-
sunt orare pro ceteris quando de se adhuc debe-
rent esse solliciti quanto magis post
coronam victorias et triumphos. Tercio
sunt precones regis. ii Petri secundo
Octavum noe iustitie preconem custodivit
Sancti enim martires et predicatores sunt
veri precones que tubam predicationis
applicant ori per meditationem. psalmus
Os iusti meditabitur sapientiam Et
flatum spiritus sancti infundit per orationem
halando aut apiendo os emittit fla-
tum calidum comprimendo vel frigidum
quia per suas orationes frigidos infla-
mavit et tribulatis refrigerium prestat
Et quia difficilius est tepidos inflammare
quam tribulatos refrigerare oportet

ut viri sancti pro illis cum maiori
amplitudine affectus ad deum effundant
ut etiam sicut veri precones debent
habere ex parte sua predicationem arctam
per asperam vitam et ex parte aliorum
predicationem latam per compassionem et misericordiam
Quarto sunt heredes dei. Quamvis enim
omnes sancti sunt heredes dei marti-
res tamen proprie heredes dicuntur quia
hereditas transit ad heredem cum suo
onere. Hereditas celestis habet onus
scilicet tollerantiam passionum cum isto
onere habuit eam christus de quo di-
citur Luce xxiiii Oportuit christum pati
et ita intrare in gloriam suam. Ber-
nardus Si dominus glorie oportuit per
viam crucis intrare in gloriam suam
per quam intrabit servus nisi per illam
in gloriam alienam Habuerunt
eam apostoli qui dixerunt actuum xiiii
per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum celorum. Habuerunt
eam martires de quibus dicitur Mathei v
Beati qui persecutionem patiuntur propter
iustitiam quoniam filii dei vocabuntur
Habent eam omnes fideles ii thimothei iii
Omnes qui pie volunt vivere in christo
persecutionem patiuntur. Qui ergo sine
tribulationibus vult assequi hereditatem
celestem videtur quod velit esse christo
innocentior et apostolis dignior et
martiribus sanctior et omnibus fideli-
bus melior. Tercio impendimus apostolis
honorem dulie Cum dicitur sanctifi-
cate ecclesiam licet enim ecclesia sit con-
gregatio omnium fidelium tamen potest dici esse
congregatio omnium apostolorum ex eo quod
ipsi ecclesiam fundaverunt. Istam eccle-
siam debemus sanctificare i. sanctam
ostendere Sanctam autem Cris. Sanctam faciunt
peccatorum mundicia spiritus sancti presentia
et omnium bonorum affluentia Ista tria
apostoli perfecte habuerunt et ideo sancti
fuerunt Habuerunt enim cordis mun-
diciam Io. xv Iam vos mundi estis

propter sermonem quem locutus sum
vobis. Spiritus sancti percipiunt unde
plenitudinem copiosam. Actuum 2.
Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et
bonorum operum affluentiam quia habue-
runt et actus interiores qui consistunt
in compaciendo et orando et exteriores
in docendo et disponendo. 2 Cor. 11.
Preter ea que intrinsecus sunt instancia
mea cotidiana sollicitudo ecclesiarum.
Quarto impendimus honorem dulie
patriarchis et prophetis. Quod notatur
cum dicitur Quodammodo senes di-
cuntur autem senes non propter temporis antiqui-
tatem sed maxime propter vite sanctitatem
de qua Sapie. 4. Cani sunt sensus
hominis et etas senectutis vita immacu-
lata. Distinguit autem Augustinus triplex
genus vite scilicet ociosum, actiosum et
ex utroque compositum, primum in ocio contem-
plationis, secundum in labore actionis, tercium
in regimine prelationis. Officium enim
prelati est delinquentes corrigere quod
spectat ad laborem actionis et pro-
cibus orare quod spectat ad ocium contempla-
tionis. Istud triplex genus vite isti
sancti patres habuerunt. De labore actio-
nis dicitur Hebr. 11. Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiam etc. De
ocio contemplationis dicitur Eccl. xlviii.
ubi agitur de Ysaia. Et spiritu magno
vidit ultima etc. De regimine prelationis
dicitur Eccl. xliiii. Imperantes in presenti
populo. De hiis tribus dicitur ibidem Homines
divites in virtute hoc refertur ad vir-
tutem contemplationis pulchritudinis
studium habentes hoc refertur ad la-
borem actionis pacificantes in do-
mibus suis hoc refert ad regimen
prelationis. Quinto impendimus hono-
rem sanctis virginibus. Quod notatur
cum dicitur Congregate parvulos di-
cuntur autem parvuli propter puritatem
que tanta est ut etiam puritati

angelice comparetur. Unde tamen
assignat Ieronimus super Matheum dicens
Proprium animalis est lege unius femine
contentum non esse, proprium autem hominis
est lege unius femine contentum esse,
proprium autem angeli est ab omni usu li-
bidinis omnino separatum esse. Qui ergo
inquit unius femine lege contentus non
est hic nec homo est nec angelus
sed brutum animal est. Qui vero lege
unius contentus est hic nec animal est
nec angelus sed homo. Qui vero
ab omni usu libidinis omnino abstrac-
tus hic nec animal nec homo sed an-
gelus est. Sexto impendimus hono-
rem dulie sanctis confessoribus. Quod notatur
cum dicitur Et sugentes ubera.
Ipsi enim de uberibus sacre scripture
suxerunt lac divine sapientie.
In hoc autem quod dicitur suxisse lac
notatur quod habuerunt puritatem
vite de quorum puritate dicitur
Tren. iiii. Candidiores nive ni-
tidiores lacte rubicundiores etc.
Habuerunt gustum divine sapientie
de quo dicitur Cant. iiii. Bibi vi-
num meum cum lacte. Item Cant.
4. Mel et lac sub lingua tua.
Sapientia enim divina dicitur mel quia
habet animam delectare et lac quod
habet animam nutrire. Et vinum quia
habet animam addere amore ine-
briare. Habuerunt et suavitatem
devotionis interne terra enim promissi-
onis fluebat lacte et melle terra
sancti confessores tempore nostro promisso
et vera substancia terena induto
hauriebant mel id est dulcedinem
et contemplationem divinitatis et
lac id est devotionem ex consideratione
humanitatis. Et quia sancti confes-
sores sugendo lac istam terram pe-
perunt scilicet puritatem vite gustum
divine sapientie et suavitatem devotionis

interius. Ideo vident facie ad faciem
deum vident. Augustinus in libro de or-
dine. Ille videt deum qui bene vivit
hoc refertur ad puritatem vite. Be-
ne studet hoc refertur ad gustum
divine sapiencie. Bene orat hoc re-
fertur ad suavitatem devocionis
interne. Secunda est adoracio latrie et
istam exhibemus cristo quod notatur
cum dicitur Egrediatur sponsus de
cubili suo. scilicet ut hodierne se solep-
nitati iungat. Tercia est adoracio yp-
dulie quam beatam virginem adoramus
cum dicitur Et sponsa de thalamo
suo. Inter istum autem sponsum et sponsam
notabile matrimonium est contractum
in quo fuit bonum fidei prolis et
sacramenti. Fidei quidem quia votum
virginitatis quod beata virgo emisit
semper illibatum servavit. prolis autem
quia dei filium de suis castis vi-
sceribus generavit. Sacramenti vero
quia numquam a filio suo divisa aut
separata fuit. Et sicut inter coniuges
est triplex coniunccio una per consensum
animorum alia per commixtionem
corporum Tercia per indivisibilitatem
habitacionis amborum. Sic inter
cristum et virginem beatam fuit con-
iunccio animorum per mutuam cari-
tatem. Cantica vi. Ego dilecto
meo et dilectus meus michi.
Fuit coniunccio corporum per naturem u-
nitatem quia una est caro cristi
et sanguis matris eius. Genesis ii.
Erunt duo in carne una. Duo
enim scilicet spiritus sanctus et virgo fece-
runt corpus cristi in utero
virginali. Fuit etiam indivisibilitas
habitacionis amborum. Quia sicut
in vita dilexerunt se ita et in
morte separari minime potuerunt.
Iohannis xix. Stabat iuxta crucem
ihesu mater eius et soror matris
eius maria cleophe et mari-
a magdalene etc. Sequitur

Sequitur sermo quintus de omnibus sanctis etc.

Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum
laudabunt te. Quamvis omnes
homines naturaliter appetunt beatitudi-
nem sed tamen circa ipsam beatitudinem
diversi diversimode erraverunt. Alii enim
circa beatitudinis subiectum. Alii circa
beatitudinis locum. Alii circa bea-
titudinis duracionem. Alii circa beati-
tudinis occupacionem sive operacionem.
Fuerunt enim plures philosophi qui errave-
runt circa beatitudinis subiectum.
Errorum quidam dixerunt subiectum
beatitudinis esse solam animam et isti
fuerunt stoyci qui posuerunt beati-
tudinem in sola anime virtute. Alii
dixerunt subiectum beatitudinis esse
corpus. Et isti fuerunt Epicurei qui
posuerunt beatitudinem in sola cor-
poris voluptate. Contra quos dicit
propheta. Cor meum et caro mea exul-
taverunt in deum vivum. Si igitur interro-
garetur propheta quid sentiret de beati-
tudine quantum ad subiectum respondet
quod totus homo in corpore et in anima.
Et ideo dicit beati qui habitant.
Qui enim comprehendit tamen in anima tantum
dicunt beate anime que habitant. vel
si tamen in corpore tantum diceret. Beata
corpora que habitant dicendo autem
beati qui habitant totum hominem de-
signat. Alii erraverunt circa beatitudinis
locum ponentes beatitudinem tamen
in hoc mundo scilicet in diviciis et hono-
ribus et aliis prosperitatibus huius mundi.
Contra quos dicit propheta. Beatum
dixerunt populum cui hec sunt. beatus
populus cuius dominus deus eius. Si igitur
interrogaretur propheta quid senciat de
beatitudine quantum ad locum ubi sit
respondet in domo tua. Alii errave-
runt circa beatitudinis duracionem dice-
tes animas a corporibus separatas bea-

beatitudine consequi que tamen post multa
annorum curricula ad corpus iterum
rediret et miseriis huius mundi
subiecte desinunt esse beate et iste
fuit error platonis et sequacium eius
in quem etiam eundem incidit orige-
nes Contra tales loquitur divina scrip-
tura dicens Sapie 2 Hec cogitaverunt
et erraverunt Excecavit enim eos malicia
eorum et nescierunt sacramenta dei
neque mercedem speraverunt iusticie nec
iudicaverunt honorem animarum sanctarum
Si igitur interrogetur propheta de beatitudinis
duratione quid sentiat respondet in
secula seculorum Alii erraverunt circa
beatitudinis occupationem sive operationem
sicut iudei et saraceni qui dicunt
homines beatos vacare comestionibus
et potibus et feminarum commixtionibus
Quod reprobat dominus Mat xxii°
In resurrectione neque nubent neque
nubentur sed erunt sicut angeli dei
in celo Si igitur interrogatur propheta circa
que beati occupantur Respondebit
laudabunt te Ex hiis ergo ostenditur
quod propheta in verbis premissis describit
beatitudinem quantum ad quatuor primo
quantum ad beatitudinis subiectum Cum
dicitur Beati qui habitant Secundo
quantum ad locum cum dicitur In domo
tua 3° quantum ad durationem Cum dicitur
In secula seculorum Quarto quantum
ad occupationem Cum dicitur laudabunt
te Circa primum notandum quod subiectum
beatitudinis est ipse homo dicit At
Augustinus in libro de civitate dei Quod
quando primum homo homines querunt
quid sit homo varie quesiti putat
et ponit ibi Augustinus tres opiniones
quas recitat varro prima est quod
homo sit anima aliquo se habens
ad corpus et ponit exemplum in
equite Eques enim non est homo et
equus sed solus est homo sed ideo tamen
eques dicitur quia aliquo habet
se ad equum et sic anima habet se
ad corpus sicut eques ad equum Alii
dixerunt quod solum corpus sit homo
aliquo se habens ad animam
et ponit exemplum de poculo ad
pocionem Non enim calix simul dicitur
poculum sed calix solus sed ideo dicitur
poculum quod pocioni contente sit accommo-
datus Et sic corpus se habet ad
animam sicut poculum ad pocionem
Alii dixerunt quod nec corpus solum
nec anima solum sit homo sed utrumque
simul Et ponit exemplum in biga
duos cum equos iunctos bigas vocamus
quorum unus sive dexter sive sinister
pars est bige eorum unum non equorum
bigam non dicimus quo se habebat
habeat se alterum sed ambos simul
horum autem trium varro hec
eligit tertium hec Augustinus Beatitudo
autem consistit in glorificatione cor-
poris et anime Corpus quidem in presenti
quadruplicem habet defectum est
enim mortale obscurum ponderosum
et grossum Et quantum ad istos qua-
tuor defectus remotionem et glorifica-
tionem accipiet Et hoc insinuat apostolus
dicens 1 Cor 15 Seminatur in cor-
ruptione seminatur in ignobilitate
surget in gloria Seminatur in infirmitate
surget in virtute Seminatur corpus animale
surget corpus spirituale Ex quibus
verbis habetur quod tota corporis passi-
bilitas transibit in immortalitate
Et ideo dicitur seminatur in corruptione
surget in incorruptione Tota obs-
curitas transibit in claritate et ideo
subdit Seminatur in ignobilitate sur-
get in gloria id est in claritate glorio-
sa Tota ponderositas transibit in
agilitatem Et ideo subdit Seminatur
corpus animale surget corpus spirituale
Dicit enim Augustinus in quodam Erit
corpus non substancia per effectum
potencie spiritualis sed per subtilitatem
per veritatem nature Consisti ...

Beatitudo in glorificatione anime. Anima
enim in presenti similiter habet quadru-
plicem defectum scilicet in meditationibus
affectionibus et cognitionibus et quan-
tum ad istum quadruplicem defectum
renovationem et glorificationem
accipiet. Quod apostolus insinuare
videtur dicens .1. Cor. 13. Cum essem
parvulus loquebar ut parvulus sa-
piebam ut parvulus cogitabam ut
parvulus. Quando autem factus sum
vir evacuavi que erant parvuli. Vi-
demus nunc per speculum et in enig-
mate, tunc autem facie ad faciem. Tunc
anima loquitur quando aliquid meditatur.
Tunc sapit quando aliquid diligit.
Tunc cogitat cum circa aliquid circa agi-
tat. Tunc videt quando intelligit
aliquid et cognoscit. Modo igitur
anima habet puerilles meditationes
quia sepe meditatur inania. Psalmista:
Ipsi meditati sunt inania. Puerilles
affectiones quia sepe diligit vana.
Psalmista: Ut quid diligitis vanitatem
et queritis mendacium. Puerilles cogi-
tationes quia sepe cogitat inutilia.
Ysaie lix. Cogitationes inutiles.
Et puerilles cognitiones quia vix
sufficit cognoscere minima et apta.
Sapie. ix. Que in prospectu sunt
invenimus cum labore. Que in celis
autem sunt quis investigabit. Sed in
vita autem beata anima evacuabit
que erant parvuli et induet viriles
meditationes affectiones cogita-
tiones et cognitiones. Si quidem
meditationes nunc tunc erunt circa
operum dei tam mirandam varietatem.
Psalmista: Memor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus operibus
tuis et in factis manuum tuarum
meditabar. Affectiones circa divine
tam dulcissimam suavitatem. Tunc enim
dicetur eis illud Cant. 5. Bibite
amici mei et inebriamini karissimi.

Eccl. xxiiii. Qui edunt me adhuc
esurient. Et cogitationes circa dei
et sanctorum tam mirabilem eterni-
tatem. Psalmista: Cogitavi dies antiquos
et annos eternos in mente habui.
Sapie. vii. Cogitatio illorum apud
altissimum. Et cognitiones circa
divine visionis tam apertam clari-
tatem. 1. Cor. 13. Tunc cognoscam
ex parte, tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum. Secundo
apostolus describit beatitudinem quantum
ad locum. Cum dicitur in domo tua.
Habet autem domus dei omnes con-
ditiones laudabiles que ad boni-
tatem domus aliquam requiruntur.
Dicit autem beatus Augustinus in libro
de Trinitate: Bona domus pa-
ribus membris disposita ampla
et lucida. Istas tres conditiones habet
domus dei. Primo enim est paribus
membris disposita quia ibi deus
fecit suum consistorium cenaculum cubi-
culum et viridarium. In consistorio autem
ubi cause audiuntur et sententie
dantur ipse in iudicio manebit. Exe-
chiel v. xxx. Sedebit super solium suum
in consistorio palacii. In hoc eodem
consistorio apostolos ponet secum
iuxta illud Math. 19. Sedebitis super
sedes iudicantes duodecim tribus Israel.
In cenaculo ponet martires quia
cum in hoc mundo fuerunt tribulati
afflicti fame et siti afflicti, ideo eos
refectione habundantissima sa-
ciabit. Iuxta illud Luce xxii. Edatis
et bibatis super mensam meam
in regno meo. De istis cenaculis
dicitur 2 Paral. 3. Cenacula
texit auro quia caritate speciali
eos decoravit. In cubiculo ponet
virgines tanquam sponsas suas. Hoc
significatum est Hester 2. Ducta est Hester
ad cubiculum regis Assueri et ipse sub
sponse Christi iuxta illud 2 Cor. 11.

Despondi vos uni viro virginem castam exhibere cristo et ipse est sponsus eorum iuxta illud ps. xviii Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo In viridario ponet concupiscencias in quibus tanquam in vidario et orto ameno spaciatur iuxta illud hest. xvii Intravit rex in ortum nemoribus consitum colligens ibi rosam pacie lilium munditie et violam humilitatis immense Istud viridarium et ortum tam amenum pater plantavit hest. primo Iussit rex parari et convivium in vestibulo orti et nemoris quod regio cultu consitum erat. Filius fonte sapiencie irrigavit Eccl. xx Rigabo ortum plantacionum et inebriabo partus mei fructum Spiritus sanctus calido amore herbas et plantas aromaticas producere eos facit Cant. v Surge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluent aromata illius Secundo illa domus est ampla Baruch 3 O israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius magnus et non habens finem excelsus et immensus De quibus verbis habetur quod illa domus est longa sine fine Et ideo dicit magnus et non habens finem Est alta sine modo et ideo dicit excelsus Est ampla sine mensura Et ideo dicit immensus Ideo dicitur i Cor. 2 Quod oculus non ~~aut~~ vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus hiis diligentibus se Erit enim domus dei sic longa et sine fine quod oculus non poterit ~~ea~~ attingere Sic excelsa et sic alta quod auris non sufficiet audire Sic ampla et inmensa quod cor non sufficiat cogitare Tercio domus est valde lucida Illuminatur enim a luce superiori i. a deo Apoc. xxi Civitas illa non eget sole neque luna ut luceant in ea Nam claritas dei illuminat illam Et lucerna eius est agnus A lumine inferiori quia platee eius sternentur de lapidibus preciosis Thobie xiii De lapide candido et mundo omnis platee eius sternentur Apoc. xxi platee civitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum A lumine exteriori quia corpora beatorum erunt valde luminosa Math. xiii Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum A lumine interiori quia anime beatorum splendore divine sapiencie plene erunt Ysaie lviii Implebit dominus splendoribus animam tuam Per istos splendores divine sapiencie aperte videbunt deum seipsos et alia omnia Augustinus de civitate dei Ita deus erit nobis notus atque conspicuus ut videatur a singulis nobis in singulis nobis videatur ab altero in altero videatur in seipso videatur in celo novo in terra nova atque in omni que tunc fuit creatura Et quia domus illa ipso quadrupliciter lumine sic est illustrata Ideo dicitur Tho. 13 Luce splendida fulgebis Tercio describit propheta beatitudinem futuram ad eternam duracionem Cum dicit In secula seculorum Sancti enim in domo dei perpetuo morabuntur

Quatuor namque de causis potest quis amittere possessionem domus quam inhabitat Aut quia erat ad tempus conducta Aut quia ab hostibus est ablata Aut quia casu et ruine indebita exportata Aut quia est creditoribus assignata Prima quidem racione dispensatur domus venditur et creditoribus assignatur Sed nullo istorum modorum sancti viri possessionem domus celestis amittere poterunt Et hoc quod dicitur Ysaie xxxiii°

Sedebit populus meus in pulchritu-
dine pacis in tabernaculis fidu-
cie et requie opulenta. Isti non
amittant tamquam habitatores can-
ducium (?) quia erunt habitatores
veri ut pote peculiares populi dei.
Ideo dicit Sedebit populus meus
non populus alienus de quo dicitur
in psalmo Filii alieni mentiti sunt
michi. Nec amittent tamquam
ab hostibus expulsi quia ipsi hostes
subiugaverunt atque vicerunt. Et ideo
dicitur In pulchritudine pacis. Pul-
chram pacem facit qui sub vexillo
suo hostem omnino vincere compellit.
Sic et sancti hostes suos scilicet car-
nem mundum et dyabolum sub vexillo
fidei subiugaverunt et servituti spe-
ciei mancipaverunt. Tertio erunt de
possessione domus celestis securi
tamquam de casu vel ruina domus
dedecti (?) quia domus illa est perpetua
et secura. Et ideo dicit In taberna-
culis fiducie. Secura quidem est et fir-
ma erit. Primo quia super monte
divine altitudinis fundata. Psalmus
Fundamenta eius in montibus
sanctis. Secundo quia de vivis la-
pidibus edificata. I Petri 2. Et ipsi
tamquam lapides vivi superedifica-
mini domos spirituales. Tertio quia
caritatis bitumine colligata secundum
illud Colo. 3. Super omnia autem
hec caritatem habentes quod est
vinculum perfectionis. Quarto quia
non manu hominis sed manu divine
sapientie fabricata. 2 Cor. 5 Scimus
quoniam si terrestris domus
nostra huius habitationis dissolvatur
quod edificationem ex deo habemus
domum non manufactam sed eternam
in celis. Tertio erunt de possessione
domus celestis securi tamquam

depauperati quia erunt omnibus divi-
tiis et opulenti. Et ideo subdit
In requie opulenta. Psalmus Fiat
pax in virtute tua et habundan-
tia in turribus tuis. Quarto
propheta describit beatitudinem quantum
ad occupacionem sive operacionem
sanctorum cum tota laudem dei semper
occupabuntur et eorum occupacio
semper erit eterna dei laudatio.
Augustinus in libro de civitate dei. Ipse
deus erit finis desideriorum nostrorum
qui sine fine videbitur sine fasti-
dio amabitur sine fatigatione
laudabitur. Hoc munus hic affectus
hic actus profecto erit omnibus sicut
ipsa vita eterna communis. Et in eodem libro:
Ibi vacabimus et videbimus, videbimus et
amabimus, amabimus et laudabimus.
Ecce quod erit in fine sine fine.
Nam quis alius noster est finis
nisi ad regnum pervenire cuius nullus
est finis. Distinguit autem Boecius
in primo libro de doctrina mu-
sica triplicem sonum qui habet
fieri in cantilenis. Unus qui
fit voce sicut est illorum qui canti-
bus sine organis canunt. Alius
qui fit flatu sicut tubarum
et organorum. Tercius qui fit
pulsu sicut in cytharis et tym-
panis invenitur. Istud triplex genus
armonie in celesti patria erit inter
sanctos cum deum laudabunt.
Primo quidem armoniam oris voce faciat
sancti. Psalmus Laudate dominum de
celis. Secundam armoniam faciat eum flatu
angeli quia flatu sancti spiritus pleni
iuxta illud Ezechielis 1. Ubi erat im-
petus spiritus illuc gradiebantur.
[illegible] dei iubilacionem [illegible]
unde subditur in psalmo Laudate
eum omnes angeli eius laudate
eum omnes virtutes eius. Tercia armo-
niam cum pulsu faciet deus

Si quidem patriarche habent cordam suam, apostoli suam, [..] suam, et sic de ceteris ordinibus. Tanget igitur deus cordam patriarcharum et dulcem sonum reddet. Tanget cordam apostolorum et dulcem sonum emittet. Tanget cordam [..]torum et dulcem sonum faciet, et sic de aliis per ordinem. Tanget autem dissimiliter in cordam et suavem facient melodiam, quia in dispari claritate erit par gaudium. Unde subditur in psalmo: Laudate eum sol et luna, laudate eum stelle et lumen. Per solem, stellas et lunam et lumen intelligitur diversitas sanctorum, quasi diversitas in cithara cordarum. Per solem sancti superiores, per lunam mediocres, per stellas inferiores intelliguntur. Corda igitur superiorum cum tangitur facit vocem octavam. Corda mediocrium seu mediorum facit quasi vocem quintam. Corda inferiorum facit quasi vocem inferiorem et planam. Tanget cum cordam [..] et super omnes dulciorem sonum faciet et altiorem vocem emittet, et sic dulcem faciet melodiam. De ista triplici melodia dicitur in psalmo: Exultaciones dei in gutture eorum, hoc quo ad melodiam que fit a sanctis cum voce. Et iterum: Laudate eum in ~~sole~~ sono tube, hoc quo ad melodiam que fit ab angelis cum flatu. Et sequitur: Laudate eum in cordis et organo, et hoc quo ad melodiam que fit a deo cum pulsu. Propter istam triplicem melodiam dicitur ys. li.: Gaudium et leticia invenietur in ea, graciarum actio et vox laudis. Gaudium propter armoniam pulsus, et leticia propter armoniam flatus, graciarum actio et vox laudis propter armoniam vocis etc. Sequitur.

Sequitur sermo sextus de omnibus sanctis etc.

Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Psalmista describens domum dei premisit dominum domus dicens: Rex meus et deus meus. Postea describit domum dicens: Beati qui habitant in domo tua etc. Quatuor autem sunt que domum aliquam faciunt esse amenam, scilicet liberalitas domini, nobilitas consortii, amenitas loci et inmensitas gaudii. Si enim dominus domus nimis esset avarus vel habitatores essent ignobiles vel domus esset feda et turpis vel ipsi habitatores essent ~~ignobiles~~ tristes, domus non grata esset. Commendat igitur psalmista domum celestem primo a liberalitate domini, cum dicit: Rex meus et deus meus. Secundo a nobilitate consortii, cum subdit: Beati qui habitant. Tercio ab amenitate loci, cum addit: In domo tua. Quarto ab inmensitate gaudii, cum concludit: In secula seculorum laudabunt te. Primo igitur ponitur liberalitas domini, cum dicitur: Rex meus et deus meus. Licet enim rex sit et deus, est tamen noster, quia nobis se et sua totaliter dat. Si enim esset aliquis dominus qui omnes peregrinos faceret cives, esset multum liberalis. Sed si eos faceret perpetuos habitatores et cives, esset liberalior. Si vero eos faceret domesticos, heredes et filios, esset liberalissimus. Rursus si faceret eis instrumentum autenticum de sua civilitate, de perpetua habitacione et de sua adoptata filiacione, esset superliberalissimus. Talis est deus rex et dominus noster, qui cives [..] et domesticos [..]. Ephe. 2: Iam non estis hospites et advene sed cives

cives sanctorum. Ecce prima libe-
ralitas quia omnes peregrinos fa-
cimus. Deinde subdit super edifi-
cati super fundamentum apostolorum
et prophetarum etc. Ecce quia cives
facit lapides vivos i. habitato-
res eternos. Hec vero quarta libera-
litas ei desit facit eos de sua
civilitate de sua perpetua habita-
tione et de sua adoptata filia-
tione autenticum instrumentum. De
quo instrumento dicitur Apocalipsis iii°
Scribam super eum nomen dei mei
s. glo. Hoc nomen quod est eter-
num et nomen civitatis nomen
urbis i. s. glo. nomen habit
a civitate s. civis et nomen me-
um nomen quod est filius dei in
qua autem parte hominis scribatur
hoc instrumentum determinatur
infra xiiii ubi dicitur Et habebat
nomen eius et nomen patris eius
scriptum in frontibus suis. Sancti
igitur in frontibus i. in manifesto
s. glo. hec tria nomina habebunt
scripta scilicet civis eternus et filius
et sic habebunt instrumentum
de sua civilitate de sua eternitate
et de sua filiatione. Ratio autem
huius hec assignari potest. Dato enim
per impossibile quod deus alicui sancto
diceret Egredere de civitate mea
quia peregrinus ingressus es
posset sibi respondere Ecce domine
quia in fronte scriptum habeo quod
civis sum. Et si deus adiungeret
Si ergo civis es mane in civitate
mea per mille annos et postea
inde regredere posset sibi respon-
dere Ecce domine quia in fronte
scriptum habeo quod eternus sum.
Si iterum deus adiceret Si ergo civis
et eternus es in civitate mea ta-
men civis maneas et tamquam
eternus numquam recedas. Nec mea
tamen secreta et ad mea curia

non accedas posset sibi dicere respondere
Ecce domine quia in fronte scriptum
habeo quod filius sum. Tunc non restat
nisi ut sibi dicat deus Ergo ma-
neas in civitate mea ut civis et
semper maneas ut eternus. Et ad om-
nia secreta mea accedas ut filius.
Secundo ponitur nobilitas consortii. Unde
dicitur beati qui habitant in domo.
Erunt enim omnes nobiles quia beati
i. in corpore et in anima glorificati.
Corpus quidem glorificabitur quantum ad
omnes sensus et anima quantum ad
omnes potentias. Visus autem beatifi-
cabitur in beatissima dei visione.
Ysaie xxxiii° Regem in decore suo
videbunt. Hoc spectat ad contempla-
tionem divinitatis que de longe prospicitur
quia super omnes angelos exaltatur.
Secundo autem quod color niger visum
congregat viridis non delectat al-
bus disgregat et obnubilat. Iste
triplex color consideratur in Christo.
Color niger fuit humanitas Christi que
in passione fuit valde nigra. Apocalipsis
Sol factus est niger tamquam saccus
cilicinus. Et iste color debet cogitationes
nostras congregare quia si tanta passus
est innocens et sanctus quid faciet
peccator et iniustus. Luce xxiii Si in
viridi hoc faciunt in arido quid fiet.
Color albus est sua divinitas que
pro sua nimia claritate oculos nostros
nunc disgregat et obnubilat. I Thymotheo
Lucem habitat inaccessibilem. Color
non albus divinitatis coniunctus est in
Christo colori nigro humanitatis et
sic factus est totus viridis et ame-
nus delectabilis in quo visus noster
pascitur et delectatur. Ecclesiastici xl° Gratiam
et speciem desiderabit oculus et super
hoc virides sationes. Auditus bea-
tificabitur in dulci auditione. Audie-
do scilicet dei dulcissima allocutionem. Canticorum

Sonet vox tua in auribus meis vox enim tua dulcis et angelorum suavissima iubilacio Job xxxviii ubi eras cum me laudarent astra matutina et iubilarent omnes filii dei et perpetua honorum laudacio Ys li Gaudium et leticia invenietur in ea graciarum actio et vox laudis. Olfactus delectabitur ex fragrancie sue diffusione que quidem fragrancia causabitur ex odore rose id est ex carnis Cristi purissime Eccli quasi flos rosarum in diebus vernis ex odore unguentorum id est omnium virtutum et graciarum quibus eius anima fuit plena Cant i Curremus in odorem unguentorum tuorum ex odore balsami id est divinitatis Eccli xxiv quasi balsamum non mixtum odor meus ex odore omnium florum id est verborum et operum Cristi Eccli xxiv flores mei fructus honoris et honestatis. Gustus delectatur in plena dei dilectione delectacione quam quidem sentiet in carne Cristi tam suavissima ut dicant omnes illud Job xxxi primo Quis det de carnibus eius ut saturemur Ex anima Cristi tam dulcissima Eccli xxiv Spiritus meus super mel dulcis et ex divinitate Cristi omni saporum tam plenissima Sapie 16 panem de celo prestitisti illis omne delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem. Tactus delectabitur seu beatificabitur in tangendo Luce 6 virtus de illo exibat et sanabat omnes Si enim virtus erat tanta in tangendo fimbriam Cristi quanta delectacio sanctis erit in tangendo personam Cristi In osculando Cant 8 Quis michi det te fratrem meum sugentem ubera matris mee ut inveniam te foris et deosculer te In amplexando Cant 2 Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Secundo anima beatificabitur

quantum ad suas potencias scilicet intellectivam affectivam et appetitivam. Intellectus quidem noster delectabitur in dei veritate. Sciencia autem nostra est in presenti obscura i Cor 13 Videmus nunc per speculum et in enigmate. Est imperfecta ibidem Ex parte enim cognoscimus Est ab homine nunc infusa unde subdit Cum essem parvulus loquebar ut parvulus. Tunc autem sciencia nostra erit clara unde dicit Tunc autem videbimus facie ad faciem. Erit perfecta unde subdit Tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Erit ab ipso deo infusa ideo subdit Cum autem factus sum vir evacuavi que erant parvuli Augustinus Verum ibi dum quanta certa quia preciosa sciencia sine aliquo errore vel labore ubi verbum dei sapiencia de ipso fonte potabitur cum summa felicitate sine difficultate. Affectiva nostra delectabitur in dei bonitate. Bonitates autem que sunt in creaturis sunt accidentales ideo sepe eis expoliantur. Sunt particulares quia nulla creatura est que habeat omnes bonitates sed sunt in eis sparse et divise. Sunt eciam mixte quia nulla creatura habet puram bonitatem. Et ideo affectus noster delectari non potest in creaturarum bonitatibus sit accidentalibus sit particularibus et sit mixtis. Ibi autem est bonitas essencialis ideo dicitur Marc x Nemo bonus nisi solus deus. Bonitas universalis Sapie vii Venerunt michi omnia bona pariter cum illa. Bonitas pura Augustinus Quanta ibi erit felicitas ubi nullum erit malum nullum latebit bonum. Appetitiva nostra beatificabitur in dei satietate. Si aliquis valde siciens guttas lambet non saciatur sed magis sitis augetur. Si vero

mensuratis alix(?) punit appeti-
tus satiat peccatores in tractu(?) quas-
dam delectationes lambunt super
illud psalmi similiter canes terram
lingent et ideo non satiantur
sed miserabili fame torquentur
psalmi famem patient ut canes
Set in patria delectationes reci-
piunt sed mensuratas Ephesiorum iiii°
unicuique nostrum data est gratia secundum
mensuram donationis Christi et
ideo eorum appetitus aliquando que-
rat sed non potest satiari Beati
autem sunt in fonte dei et ideo
non possunt sitire Apocalypsis vii agnus
dei qui in medio throni est de-
ducet eos ad fontes aquarum
Sunt in tabernaculo dei et ideo
non possunt esurire psalmus satia-
bor cum apparuerit gloria tua Sunt
in thezauris dei et ideo non
possunt penuriam sustinere Ecclesiastici xv°
iocunditatem et exultationem
thesaurisavit super eum Sunt
in plenitudine gaudii dei et
ideo non possunt aliquid triste sen-
tire Matthei xxv intra in gau-
dium domini tui Tertio ponitur amoeni-
tas loci cum dicitur in domo tua
Sunt autem domus est amoena quia
est bene ordinata illa et magis
de ordinatione cuius domus dicitur
Ysaie liiii° Ecce ego sternam
per ordinem lapides tuos et funda-
bo te in saphiris et ponam iaspidem
propugnacula tua et portas
tuas in lapides sculptos et omnes
terminos tuos in lapides desidera-
biles per lapides ordine stratos
intelliguntur patriarche et prophete
per lapides desiderabiles apostoli
et per saphiros qui sunt celestis
coloris virgines per iaspidem qui
est viridis coloris confessores per
lapides sculptos martires domus

autem dyaboli est ordinata et inor-
dinata ibi quidem est ordo divine
iustitie suppliciorum et dampna-
torum iustitie quidem quia sicut
dicit Augustinus peccatores in suppliciis
ordinantur ut nichil sit dedecus
culpe sine decore iustitie
Et hoc ostendit exemplis exemplo
Nam in anulo pulchre relucet
gemma latro pulchre apparet
in furca fimus pulchre manet
in cloaca Sic divina iustitia
pulchre relucet in tanto(?) infernali
peccator qui est latro anime sue pul-
chre stat in patibulo dyaboli peccator
etiam qui est fimus peccati pulchre
manet in cloaca gehennali est
etiam ordo ibi suppliciorum quia
non omnes equaliter puniuntur
sed secundum mensuram peccati datur men-
sura supplicii Deuteronomii xxv pro
mensura peccati erit et plagarum
modus Apocalypsis xviii° quantum glo-
rificavit se et in deliciis fuit
tantum date ei tormentum et luctum
Est etiam ibi ordo dampn-
natorum quia ordinate punientur
in penis ut qui fuerunt similes
in culpa sentient in pena Zacharie
12 plangent(?) familie et fa-
milie deorsum Matthei xiii°
Colligite primum zizania et
alligate ea in fasciculos ad com-
burendum de superbis cum fuit
unus fasciculus de luxuriosis sit
alius et sic de singulis aliis
tamen non est ibi ordo quia tractatur(?)
ibi non servant ibi servam(?) distinc-
tionis situationis et proprietatem dis-
tinctionis quia ibi non servant qua-
tuor elementa sunt
distincta et quodlibet tractatur(?) nunc
ab alia sed ibi omnia sunt corrup-
ta pariter(?) et confusa Et ideo vocatur
chaos Luce xvi Inter vos et
nos chaos magnum firmatum est

Istam comparationem notavit propheta
dicens Ignis sulphur spiritus procellarum
etc. Istam similiter etiam ibi suam
situationem quia dampnati de loco
ad locum semper transeunt. Ideo autem
dicitur inordinata quando sequitur
mutat locum Job xxiiii Ad ni-
mium calorem transeunt ab aquis
nivium. Istam similiter etiam ibi su-
am contrarietatem sicut patet in igne
et aqua. Psalmus Cum ignis ardebit
et non lucebit. Sapientie xvii Ignis
quidem nulla vis poterat illis lumen
prebere. Contrarietas ignis est aquam consumere
contrarietas aque est ignem extinguere
ibi autem nec ignis aquam consumet
nec aqua ignem extinguet. Sa-
pientie xix Ignis in aqua va-
lebat supra suam virtutem et aqua
extinguentis nature obliviscebatur.
Contrarietas glaciei et nivis est ad ca-
lorem ignis liquefieri et resolvi
ibi autem non resolvuntur. Sapientie xvi
Nix et glacies sustinebant vim
ignis et non tabescebant. Secundo
domus dei debet esse clara. Ante
incarnationem quidem illuminabat eam
lux divinitatis. Veniunt autem
addita est gloriosa lux humanitatis
Ysaie lx Surge illuminare Iherusalem quia
venit lumen tuum et gloria domini
in te videbitur. Et ideo anime
sancti tanto maiores quantum mi-
nores illuminabuntur a luce divinitatis
et a splendore carnis humanitatis.
Et hoc est quod subditur Et am-
bulabunt gentes in lumine tuo
et reges in splendore ortus tui.
Domus autem diaboli est valde
tenebrosa quia ibi sunt tenebre
superiores que causantur ex priva-
tione visionis divine. Ysaie lix
Impegimus meridie quasi in te-
nebris. Visio enim dei que beatis
est meridies dampnatis erit
tenebra. Ibi sunt tenebre etiam
inferiores quia ipsa terra infernalis
de se tenebrosa est. Job x Ante-
quam vadam et non revertar
ad terram tenebrosam etc. Ibi etiam
sunt tenebre interiores quia omnes
dampnati sunt obtenebrati. Sa-
pientie xvii Ipsi sibi erant gra-
viores tenebris. Ibi etiam sunt
exteriores Mathei xxv Mittite
eum in tenebras exteriores. Et
dicuntur exteriores quia sunt extra
amenam domum. Tertio domus dei
est magna. Baruch iii O Israel quam
magna est domus dei etc. Est enim
alta. Job Altitudinem celi quis
dimensus est. Est lata et est
longa. Ysaie xxxiiii Dilata locum
tentorii tui longos fac funiculos
tuos. Domus autem infernalis vel dya-
boli est lata et profunda ad capien-
dum. Ysaie xxx Preparata est enim
ab heri Thophet a rege preparata
profunda et dilatata sed est angu-
sta ad comprimendum quia ibi peccatores
tanquam pecudes comprimuntur. Psalmus
Sicut oves in inferno positi sunt.
Est etiam apta ad recipiendum. Ysaie v
Dilatavit infernus animam suam
et aperuit os suum absque ullo termi-
no sed est clausa ad consumandum.
Apocalipsis i Habeo claves mortis
et inferni. Domus autem huius mundi
est angusta et parva respectu quia
in hoc mundo manet velud in
puncto. Jacobi iiii Que est vita nostra
vapor ad modicum parens. Gaudet
in puncto Job x Gaudium ypocrite
ad instar puncti. Mittuntur in puncto
Job xxi Ducunt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descendunt.
Sed tamen puniuntur in supplicio eterno
Mathei xxv Ibunt hii in suppli-
cium eternum. Quarto nota immensi-
tas gaudii cum dicitur In secula
seculorum laudabunt te. Secundo

nunquam resumptis corporibus erit
ibi laus vocalis. Dicendum quod lingua
data est homini ad quadruplex officium.
Primo ad cogitationes hominis notificandum.
Augustinus in Enchiridion: verba quidem sunt
instituta non per que homines se invi-
cem fallant sed per que in alterius
quisque notitias cogitationes suas
perferat. Secundum ad istud officium nam
erit ibi lingua quia manifesta
erunt omnium corda. i. Cor. iiii° il-
luminabit abscondita tenebrarum
quo ad manifestationem cordium repro-
borum et manifestabit consilia cor-
dium quo ad manifestationem cordium
electorum. Secundo data est homini lingua
ad erudiendum. ysa. 50. Dominus dedit
michi linguam eruditam ut sciam
sustentare eum qui lapsus est verbo.
Non quantum ad istud officium ibi erit li-
gua quia omnes erunt sapientes et
docti. Jeremie xxxi° non docebit
vir ultra proximum suum d. cognosce
dominum omnes enim cognoscent me a
minimo usque ad maximum. Tertio data
est homini lingua ad consolandum.
Eccl. xl. cythare et psalterium sua-
vem faciunt melodiam et super utra-
que lingua suavis. Job xvi° videte (?)
esset anima mea pro anima vestra consolarer
et ego vos sermonibus. Secundum etiam
ad istud officium non manebit lingua
quia omnes erunt consolati. Quando cum
dominus converterit captivitatem Syon et
libertatem tunc planam habebimus con-
solationem. ysa. xxxv. Gaudium et le-
ticiam obtinebunt fugiet dolor et
gemitus. Quarto data est homini
lingua ad deum laudandum. Eccl. 21.
Dedit michi dominus linguam mercedem
meam et in ipsa laudabo eum.
Et quantum ad istud officium creditur
quod ibi remanebit lingua. Unde dicit
Remigius: quando tunc cessabit
omnis lingua et sola lingua
remanebit hebrea que creditur
fuisse lingua Ade et sancti eo
lingua sua glorificata semper
laudes dei narrabunt. ysa. xliii°
populum istum formavi michi laudem
meam narrabit. Sancti igitur
laudabunt et peccatores semper
ululabunt. ysa. lxv°. Ecce servi
mei laudabunt pre exultatione
cordis et vos clamabitis pre do-
lore cordis et pre contritione
spiritus ululabitis etc.

Sermo septimus de omnibus sanctis sequitur

Beati pauperes quia vestrum est
regnum dei. Quamvis istud ewan-
gelium in vigilia legatur
potest tamen in festo conveniri. Ecclesia enim
de sanctis vigilias facit et fe-
sta celebrat. Quia vigilias com-
petit nostre devocioni et edifica-
tioni et festorum commemorationi
devotioni quidem quia per abstinentiam
vigiliarum sanctiores efficimur ut
sit festum sequens devotius cele-
bremus. Josue vii. Sanctificamini
in crastinum .i. post crastinum. Com-
petit etiam nostre edificationi quia
per hoc instruimur ad festum quod
per afflictionem vigilie temporalis pervenimus
ad festum consolationis celestis. ii
Cor. i. Sicut socii passionum
estis sic eritis et consolationis.
Competit etiam festorum commemora-
tioni qui nos ad memoriam reducuntur
quod per vigilias tribulationis mo-
mentanee pervenerunt ad festum
perhenne glorie sempiterne. Super illud
Actuum xiiii per multas tribulationes
oportet nos intrare in regnum dei.
Celebrat etiam ecclesia festa templi

de causa scilicet propter imitationem virtutum
participationem et eorum intercessionem
Istas tres causas assignat Beda de
festivitatibus sanctorum antiqui patres
veneratione celebrare consueverunt vel
ad imitandum invitamur vel ut virtutibus
eorum consociemur atque orationibus adiu-
vemur. Dicit ergo Beati pauperes spiritu
etc. Olim inter philosophos magna contentio
fuit in quo consisteret vita beata sicut re-
fert Ambrosius in libro de officiis. Quidam
posuerunt ipsam in non dolendo
sicut Jeronimus quidam in sciencia
sicut Tulius quidam in voluptate
sicut epicurei alii in virtute sicut sto-
ici alii in virtute et honeste ample-
xi autem ipsam dixerunt corporis volup-
tate et corporis bona qualitatione sicut
aristoteles et peripatetici. Deinde subdit
Ambrosius scripturalem autem divinam vitam
beatam posuit in cognitione divinitatis
et fructu bone operationis. Quod autem
dicit Ambrosius Jeronimus posuit vitam
beatam in non dolendo nullo modo
intelligendum est de beato Jeronimo
sed de quodam philosopho sic vocato.
Quia igitur inter mundi sapientes
tanta erat diversitas vite beate et
eorum errorem concludens audit
in hoc ewangelio duplicem esse
beatitudinem scilicet vie et patrie. Bea-
titudinem vie dicit consistere in quatuor
scilicet in paupertate voluntaria in
temperantia in salubri tristitia et in
adversitate mundana. Beatitudinem
autem patrie similiter in quatuor partibus
scilicet in habendo regiam dignitatem
plenam sacietatem mentis io-
cunditatem et in celestibus copiosam
felicitatem. Ista autem quadruplex
beatitudo patrie causatur a quadru-
plici beatitudine vie. Qui enim in
via habuit paupertatem in patria
recipiet dignitatem regiam

Et hoc est quod dicit pauperes
quoniam ipsorum est regnum dei. Qui ha-
buerit temperantiam recipiet satietatem
plenam. Et hoc est quod dicit Beati qui
esuriunt quia saturabuntur. Qui habuerit
salubrem tristiciam recipiet iocundi-
tatem eternam. Et hoc est quod subdit
Beati qui nunc fletis quia ridebitis.
Qui passus fuit adversitatem mun-
danam recipiet in celestibus copiosam.
Et hoc est quod dicit Beati eritis
cum vos oderint homines. Consistit
igitur prima beatitudo vie in paupertate
voluntaria. Paupertas autem voluntaria
facit hominem beatum triplici de causa.
Prima quia pauperes spiritu diversoriis
divitiarum non subiacent. De quibus
dicit Bernhardus Beatus est qui post
illa non abiit que possessa one-
rant amata inquinant amissa cru-
ciant. Secundo pauper dicitur quia pauper
non sentit dampna rerum neque in-
iurias passionum. Et ideo dicitur beatus
quia stolam corporis glorificati iam
possidet. Efficitur enim quodam modo
impassibilis. Unde dicitur Hebr. 10 nam
et vinctis compassi estis et rapinam
bonorum vestrorum cum gaudio susce-
pistis. Efficitur agilis per obedientiam.
Qui enim pondus divitiarum deponit
per cursum sapientem velociter currit.
Bernhardus super illud Mat. xix Ecce
nos reliquimus omnia etc. Bene
fecisti petre quia aliter non poteras
sequi illum qui exultavit ut gigas
ad currendam viam suam. Efficitur
subtilis per ingenii perspicacitatem
quia sicut pinguis venter tamen sensum
gignit. Efficitur clarus per conscientie
serenitatem. Sicut enim dicit Augustinus Ver-
mis divitiarum est superbia. Ab isto
vero pauperes spiritu sunt immunes.
Et ideo in conscientia semper sunt alacres

Tercio paup(er) sp(iritu) dicitur beatus quia habet quicquid vult et quia nichil mali vult Augustinus sic describit beatum beatus est inquit qui habet quicquid vult et nichil mali vult pauper igitur nichil mali vult alioquin pauper spiritu non esset si aliquid mali vellet habet etiam omnia que vult et quantum ad temporalia et quantum ad eterna de temporalibus habet enim quicquid vult et aliquando plus quam vult sicut habetur apostolus ad Thimotheum vi habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus eterna iam habet in spe et quodammodo in re in spe etiam possidendi in re felicitate acquirendi de spe dicitur Ro. viii^o spe et enim salvi facti sumus talis non sunt pauperes sed valde divites tales enim sunt pauperes homines qui quamvis nichil habent in spe sed qui ad magnam aliquam dignitatem electi sunt qui in loco tuto thezaurum aliquem reposuerunt et qui sunt heredes principum tales sunt pauperes christi de quibus dicitur Jaco. 2. Nonne elegit deus pauperes in hoc mundo ecce quia sunt ad celestem dignitatem electi et sequitur divites in fide ecce quia thezauri sunt in tuto repositi divicie enim spirituales que in virtutibus et in fide consistunt a nullo auferri possunt et heredes regni quod promisit deus diligentibus se ecce quia sunt dei heredes futuri habent etiam bona eterna felicitate acquirendi et ideo quia sunt super mundum et ideo contemnendo se super mundum appropinquant ad celum sicut appropinquabat qui dicebat 2 Cor. vi tanquam nichil habentes et omnia possidentes.

tes eternum quia habent in terra pressum securum sicut enim dicitur de dyabolo Job xviii^o absondita est in terra pedica eius tamen dicit glossa super illud proverbiorum 1 frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum facile evadit laqueos in terris qui oculos habet in celestibus eternum quia habent etiam regnum celorum Apoc. iii^o ecce dedi coram te hostium apertum et nemo potest claudere quia modicam habes virtutem virtus modica est ipsa humilitas que est comes paupertatis christi sunt beatitudini vicaddit promissio premii cum dicitur quoniam ipsorum est regnum dei pauperes enim non tantum habent regnum ad possidendum iuxta illud Math. xxv^o venite possidete paratum vobis regnum sed etiam ad vendendum deus quod habet regnum celeste terrestre et infernale celeste dedit pauperibus infernale demonibus terrestre divitibus mercantur tamen quia si divites volunt recipere pauperes in terra regnum suum pauperes recipient divites in terra regnum suum celeste Luce xvi facite vobis amicos de mamona iniquitatis ut cum defeceritis recipiant vos in eterna thabernacula Augustinus regnum celorum pauperum est quia pauper nichil habet in mundo et dives nichil habet in celo ecce quam discrete fecit deus omnia bona sua dedit hominibus duobus divitibus terrena pauperibus celestia sed volens deus utrumque salvare constituit ut hii divites in sua hereditate recipiant pauperes et pauperes in sua hereditate eos collocent.

hec (augustinus) diuites aut qui uo-
lunt recipere pauperes in suum regnum
tenui recipientur a demonibus
in suum regnum infernale Unde le-
gitur quidam uidit per uisionem Neronem
apud inferos in auro et argento
liquefacto se balneantem et cum
uidisset cateruam aduocatorum dicit
eis uenite huc uenale genus hominum
et mecum balneamini in hoc vase
quia locum vestrum vobis seruaui Secundo
beatitudo vite consistit in esurie sine
temperantia Quod notatur cum dicitur Beati
qui nunc esuritis Sancti enim viri de-
bent fastidire temporalia et esurire ce-
lestia propter quatuor causas que ponuntur
Job vii Sicut enim ceruus desiderat
et sicut mercenarius prestolatur finem
operis sui sic et ego menses vacuos
et noctes laboriosas enumeraui Cutis
mea aruit et contracta est Ex
quibus verbis habetur quod sancti viri
desiderant ire ad deum quia hic
sunt estuantes laborantes vigi-
lantes vacui et aridi / sunt enim
estuantes estu multiplicis tribulacionis
Et ideo desiderant ire ad umbram
refrigerantis consolacionis / ideo dicit
Sicut desiderat ceruus umbram
Sic estuabat qui dicebat Gen 31
Die noctuque urebar estu et gelu
Ista umbra celestis ~~desiderii~~ re-
frigerii fruebatur in hac vita virgo
beata cui dictum est Luce 1 Virtus
altissimi obumbrabit tibi Unde
dicitur de sanctis Apoc vii Non
esurient neque sicient amplius
neque cadet super eos sol neque ullus
estus Sunt eciam laborantes Et
ideo desiderant repausare Et ideo
sequitur Et sicut mercenarius prestola-
tur finem operis sui De labore dicitur
Job quinto Homo nascitur ad labo-
rem De pausacione et quiete di-

Apoc xiiii Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis
Sunt eciam vigilantes Et ideo de-
siderant cum christo dormire in
pace Et ideo dicit Et noctes la-
boriosas enumeraui michi Gen
xxxi Fugiebat sompnus ab oculis
meis De spirituali sompno dicitur
in psalmo In pace in idipsum dor-
miam et requiescam Sunt eciam
vacui / et ideo desiderant ad-
impleri Sicut stomachus vacuus
desiderat saciari Et ideo dicitur
habui menses vacuos Iram im-
plet vasa vacua Luce 2 Esuri-
entes impleuit bonis Sunt eciam
instar terre aridi Et ideo celesti
pluuia desiderant irrigari Ideo
subdit Cutis mea psalmus Sicut
terra sine aqua tibi Et cetera Tercio
nostre sicut vehementer sitiunt
beatitudinem vite additur plenitudo
patrie Cum dicitur Quia satura-
bimini Deus enim grande conuiuium
parauit in quo electos suos sa-
tiabit De quo dicitur Hester primo
Assuerus anno tercio imperii sui
fecit grande conuiuium cunctis
principibus suis et pueris suis
fortissimis persarum et medorum
inclitis et prefectis prouinciarum
Assuerus qui interpretatur beatus significat
christum qui est gloria et beatitudo
sanctorum Conuiuium enim primum fuit
tempus legis mosaice in quo fecit
conuiuium valde paruum Secundum
autem fuit tempus gracie in quo fecit
conuiuium semiplenum Tercium
est status glorie in quo fecit con-
uiuium plenum et grande fecit
autem principibus id est apostolis qui partici-
pantur in celo Mathei xvi //

Tibi dabo claves regni celorum
In mundo scilicet quodcunque ligaveris
super terram Et in inferno et ideo
dicitur Et porte inferi non prevale-
bunt adversus eam Fecit eciam
penis et verberibus in quibus fuit
penitentis contricio mentis intencionis
et operis Fecit eciam fortissimos pre-
sertim in martiribus qui se cum in-
[illegible] sua latera dividentes quia
[illegible] habuerunt sua latera
divisa et corpora lacerata Isti fue-
runt fortes inquantum vicerunt
mundum carnem et dyabolum
Hebr. 11 Fortes facti sunt in
bello Fortiores inquantum rapue-
runt celum Math. xi Regnum
celorum vim patitur et violenti
rapiunt ~~illud~~ Fortissimi inquantum
vicerunt deum Genes. xxxii
Si contra deum fortis fuisti quanto
magis contra homines contra ho-
mines prevalebis Fecit eciam
nobilis medicus in confessoribus
Quadi cum [illegible] ad equati
quia magnitudini fidei adequa-
verunt magnitudinem spei cari-
tatis et operacionis Tercio beati-
tudo vie consistit in salubri tri-
sticia Quod notatur cum dicitur
Beati qui nunc fletis [illegible]
quia lacrime sanctorum habent deum
inebriare Ysaie lxiii [illegible] la-
[illegible] non inebriasti me
Habent deum pungere glosa super
[illegible] Oracio deum ungit lacrima
pungit sicut cum aliquis stimulo pun-
gitur ut citius currat Sic deus
quodam modo lacrimis nostris pun-
gitur ut cito subveniat Unde
cum deus contra Ezechiam regem
sentenciam protulisset Et ille lacrimas
funderet mox deus ad Ysaiam
[illegible] dicens ut ad ~~regem~~ re-
diret et sibi diceret Audivi ora-
cionem tuam et vidi lacrimam tuam
ut hic xxxviii Habent
deum tangere et vincere Osee 12
Invaluit Jacob ad angelum et con-
fortatus est flevit et rogavit
eum Augustinus Oracio deum lenit
lacrima cogit Habent animam
clarificare [illegible] Anima lacrimis
baptizata videt in contemplacione
limpidius Habent dyabolum
submergere et necare Psalmus Con-
tribulasti capita draconum in aquis
Quarto beatitudini vie additur pro-
missio patrie Quod dicitur Qui
ridebitis Proverbiorum ultimo Ridebit
in die novissimo In celo quidem
est risus plenus Job viii ~~Do-~~
~~nec~~ Donec impleatur risu os
tuum In mundo semiplenus
Proverbiorum xiiii Risus dolore mi-
scebitur In inferno autem nullus
risus sed irrisio Irridebuntur
quidem a parentibus et cognatis
Thobie ii parentes et cognati
eius irridebant vitam eius Ab a-
micis et notis Job xx Frater
non erat amicus et non est grata
bonus illius qui edunt panem
illius Falsi lingue sunt adula-
tores et [illegible] irridebunt eos
[illegible] deo Psalmus Qui habitat
in celis irridebit eos [illegible] dyabolo
Trenorum primo Viderunt eam hostes
et deriserunt sabbata sua a
semetipsis mutuo Ysaie xiiii
Tu vulneratus es sicut et nos
nostri similis factus es Quarto
beatitudo vie consistit in tolle-
rancia Quod notatur cum dicitur

Beati homines cum vos oderint
homines ubi ponitur malicia perse-
quencium secundum quantum ad actum cordis
Cum dicitur Cum vos oderint ho-
mines Secundo quantum ad actum oris cum
dicitur Et exprobraverint vos et eicient
nomen vestrum tamquam malum vos in-
sufflamando et calumpniam im-
ponendo Tercio quantum ad actum operis
cum dicitur Et sequestraverint vos
scilicet a synagoga scilicet vos percuciendo
vel etiam a corpore dividendo Secundo
dicit quare sancti viri ista tapa-
ciuntur scilicet odia cordium opprobria
linguarum manus persequencium
esse potest quia hereditas cum suo onere
devolvitur ad heredem sed adam quia
offendit deum corde creatorem nimis
amando ore fatue se excusando
et opere manum pomum vetitum accipi-
endo Et ideo celestem hereditatem
obligavit odijs opprobrijs et sup-
plicijs Quia qui celestem heredita-
tem vult assequi oportet quod pacienter
portet malorum odia eorum opprobria
et ipsorum supplicia Unde dicit Bernar-
dus super cantica letari inter odia cor-
dium, inter opprobria linguarum inter
manus persequencium letari corde
descendit intuitu superne mercedis Ter-
cio beatitudini vie correspondet
beatitudo patrie Cum dicitur Ecce enim
merces vestra multa est in celis Non
multa quia eterna lata et copio-
sa Ista tria tangit Ysaie
xxxiii Intrabimus ad sanctos in
regionem latissimam tradet quod dominus
nobis locum in quo nichil iam est
penurie Ideo dicit i Cor ii
Quod oculus non vidit nec auris
audivit etc. Est enim tam lata quod
oculus non sufficit considerare tam
copiosa quod auris non sufficit au-
dire tam eterna quod cor non suffi-
cit cogitare Et vide quod convenienter
correspondet ista beatitudo patrie beati-
tudini vie Quia enim sancti passi
sunt a malis odia cordium recipi-
ent tantam mercedem quantam
cor non potuit cogitare Quia passi
sunt audiendo opprobria linguarum
tantam recipient mercedem quantam
auris non sufficit audire Quia passi
sunt manus persequencium videndo
corpus laceratum recipient in cor-
pore tantam mercedem quantam o-
culus non sufficit considerare Vide-
bunt enim corpus suum glorificatum
quod prius sic viderunt laceratum

Sequitur sermo octavus de omnibus sanctis etc.

Beati pauperes spiritu quoniam
ipsorum est regnum celorum
Mathei v Secundum beatum Thomam
triplex est beatitudinis scilicet in
optimis moribus in preclaris vir-
tutibus et in gaudijs celestibus
Ideo Cristus ponit hic quasdam
beatitudines quantum ad optimos
mores scilicet quod homo sit pauper
voluntarius quod sit mansuetus
quod sit pacificus Quasdam quan-
tum ad preclaras virtutes que sunt
spirituales tristicia iusticia munda
et mundicia Quasdam quantum
ad gaudia celestia sicut sunt
ipse promissiones que ipsas beati-
tudines consequuntur sicut cum dicitur
Quoniam ipsorum est regnum celorum
et quoniam ipsi possidebunt terram
et quoniam ponitur autem hic septem
beatitudines que septem ordini-
bus coaptantur Prima est Beati
pauperes spiritu et ista convenit ordini

celorum quia certi sunt premii
qui et certam animam contempserunt
Istam beatitudinem paupertatis et
nos debemus habere ut vel pauperta-
tem voluntariam habeamus vel saltem
pacienter necessariam sufferamus
Cum tria sint genera paupertatis scilicet
necessaria voluntaria et simulatoria
recte dividentibus recte affectibus recta
simulatione necessariam paciens et
voluntariam amplectens pauper
efficitur spiritu Ista paupertas ut sit
voluntaria tria debet habere que tan-
guntur et eliciuntur de textu ut scilicet
terrena despiciat Quod notatur cum
dicitur Beati pauperes ut in hoc
rectam intentionem habeat Cum
dicitur spiritu .i. spirituali intentione et
ut celestia concupiscat Cum dicitur
quoniam ipsorum est regnum celorum
habent enim iam ipsum in desiderio
et voluntate Ista tria tanguntur
in prologo super libros de vegeta-
bilibus Tria sunt ut ait Empe-
docles in tota rerum varietate
precipua scilicet nobilis affluentie
contemptus Item contemptus terrene
future felicitatis appetitus Item
appetitus celestium et mentis il-
lustratio Item recta intentio cor-
dium / Huic beatitudini additur
promissio cum dicitur Quoniam ipsorum
est regnum celorum Tales enim
pauperes spiritu iam habent hic
celum manendo et dant celum ad pos-
sidendum Luce xii Nolite timere
pusillus grex quia complacuit
patri meo dare vobis regnum
Et ad beatificandum Luce xvi facite
cite vobis amicos de mammona
iniquitatis etc Quantum ad do-
minandum 2 Cor 6 tanquam
nihil habentes et omnia posside-
ntes Quantum ad hereditandum Iudicum 18
In terra eorum nihil possidebitis
nec habebitis partem inter eos Ego
pars et hereditas vestra dicit dominus
dicit Augustinus Nulla erit deo
possessio nisi quem ipse possidebit
Istam voluntariam paupertatem
sic describit Secundus philosophus paupertas
est odibile bonum sanitatis mater
curarum remotio / sapientie repara-
trix negotium sine damno / pos-
sessio absque calumpnia / sine solli-
citudine felicitas Secunda beatitu-
do est Beati mites Et ista con-
venit angelis quia aliis cade-
ntibus ipsi deo adheserunt Sunt
enim tante humilitatis quod nobis
tam vilibus ministrare non dedignantur
Istam beatitudinem et nos habere
debemus Quis autem sit mitis
dicit Aug. Glo. Mitis est ille
quem mentis asperitas seu a-
maritudo non exasperat sed sim-
plicitas fidei ad omnem iniuriam
sustinendam patienter instituit
Ex hoc igitur videtur Quod illi
non sunt mites qui sunt adver-
sus impatientes Quod tribus
modis fieri potest aut quando quis
movetur magis quam debeat aut
antequam debeat aut cum omnino
non debeat ut dicit Seneca in
libro de virtutibus Quedam nos
torquent magis quam debeant
quedam antequam debeant quedam
cum omnino non debeant Sic quod a
aut augemus dolorem aut precipi-
mus aut fingimus / Primum est
aut quando irascimur ut frequenter
magis quam debeamus quia tunc

tristicia est sicut ventus urens
et exsiccans. Quare in glossa pro-
verbiorum xvii Spiritus tristis exsiccat
ossa. Est sicut tinea vestimento
et vermis ligno ita tristicia nocet
viro. Peccatum etiam est quando contrista-
mur antequam debemus. Secun-
da ibidem plura sunt que nos terrent
quam que nos premant et sepius
opinione quam re laboramus. Illud
tibi Papias ne sis miser ante
tempus cum illa que [illegible]
ex pavisti forte tibi nunquam evenie-
ent. Peccatum etiam est quando
contristamur de hiis de quibus non de-
bemus sicut de adversitatibus mundi.
Sunt enim sicut flatus quo ignis
spiritus sancti accenditur. Gregorius Sicut
flatu ignis premitur ut crescat
sic ignis spiritus sancti tribulatio-
nibus affligitur ut fortius invalescat.
Sunt etiam sicut gemme quibus
corona nostra ornatur. Bernardus Si prima
vita crudeli misericordie munu-
itur gemmis corona vita preparatur. Sunt
etiam sicut fornax in qua ligna
viciorum nocens incinerantur. Gre-
gorius Fornax tribulationis ligna
viciorum incinerat et aurum purgat.
Quinte beatitudini addit promissio-
nem dicens. Quoniam ipsi possidebunt
terram id est corpus suum tercio possi-
debunt glorificatum ut sicut cor-
pus possiderunt dominando sic
eciam possideant glorificatum re-
cipiendo. Bernardus Habitat gloria
in terra nostra id est in corpore nostro quod
ex quatuor elementis constat esse
compactum postquam ei subdit. Habeat
ergo corpus ex terra immortalita-
tem habeat ex aqua quemadmodum
impassibilitatem habeat sicut eam
quam habet ex aere porcione

levitatem habeat ex igne pro claritate
pulchritudinem. Beda Si celorum
regnum pauperibus et terra mitibus
promittitur. Quid ergo restat superbis
et contumeliosis nisi infernus.

3 Tercia beatitudo est Beati qui lugent.
Et ista convenit mitibus quibus
dictum est Johannis xvi. Amen dico
vobis quia plorabitis et flebitis
vos mundus autem gaudebit. Istam
et nos debemus habere dicit autem
beatus Augustinus Quando meus iusti qua-
drupliciter conturbatione afficitur con-
siderando scilicet ubi sit ubi erit
ubi est et ubi non est. Ubi fuit
in culpa in peccatis. Ubi erit in iudicio
ubi est in miseria et ubi non
est in gloria. Debemus igitur
flere considerando quia sumus in peccatis.
Psalmus Lavabo per singulas noctes
lectum meum. Quia erimus in terribili
iudicio. Sophonie primo Dies tene-
brarum et caliginis dies tube et
clangoris etc. Quia sumus in ex-
ilio. Romanorum vii Infelix ego ho-
mo quis me liberabit de corpore
mortis huius. Psalmus Heu michi
quia incolatus meus prolonga-
tus est. Et quia non sumus in regno.
Psalmus Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur per
singulas noctes ubi est deus tuus.
Quarte beatitudini addit promissio-
nem dicens. Quoniam ipsi consolabuntur.
De ista consolatione dicitur Apocalypsis vii
Absterget deus omnem lacrimam ab
oculis sanctorum. Bernardus Felix lac-
rima que pia manu conditoris
meretur abstergi. Tanta autem eos
erit consolatio quod omnis consola-
cio terrena videtur esse respectu
illius feda et amara. Bernardus

Illud enim unum est et solum gau-
dium quod non de creatura sed de creatore
concipitur cui comparata omnis aliunde
iocunditas meror seu merorem est
omnis suavitas dolor omne dul-
ce amarum omne decorum fedum
omne aliud quod delectare potest
molestum. Quarta beatitudo est
Beati qui esuriunt et sitiunt iusti-
ciam Et quia venit prophetis qui eo
veniebant esuriebant illud pa-
nem qui ait Joh. vi Ego sum
panis vivus Sitiebant illum fon-
tem de quo dicitur in psalmo Quoniam
apud te est fons vite Desidera-
bant illud iustum de quo dicitur
Ysa. xlv Rorate celi desuper et
nubes pluant iustum Unde unus
ex eis esuriens dicebat Ysa. lxiv
utinam disrumperes celos et descen-
deres Istam beatitudinem iusticie
et nos esurire debemus Est autem
iusticia ut ibidem dicit glosa reddere
cuique quod suum est deo sibi et pro-
ximo Deo autem debemus honorem
et timorem Malach. i Si ego
pater vester sum ubi honor meus
Si ego dominus ubi timor meus
Nobis autem debemus tranquillita-
tem et puritatem in corpore Hebr.
12 pacem sequimini et sanctimoniam
sine qua nemo videbit deum
Proximo autem debemus reddere
quod suum est scilicet superioribus inferioribus
et equalibus de hoc sic dicit Ber-
nardus Redde prelato reverenciam
et obedienciam quarum altera cordis
altera corporis est Redde autem sub-
ditis custodiam et disciplinam
custodiam ut possit cavere peccatum
disciplinam ut quod minus cavit non
remaneat impunitum Equali de-
bes consilium et auxilium consilium
quo caveat ignoranciam auxilium
quo iuvetur infirmitas Quando
sunt beatitudini addit promissio
Quoniam ipsi saturabuntur
Quando quid est magnum esuries
in omnibus potenciis anime de quo-
rum esurie et saturitate sic
dicit Bernardus super Cant.
Cor meum conturbatum est in me
et inde dolor Dereliquit me virtus
mea et inde pavor Et lumen
oculorum meorum et ipsum non est
mecum et inde error veritatis
Quare tristis es anima mea
et quare conturbas me Spera in
deo quoniam confitebor illi Quando
racione error a voluntate dolor
a memoria timor omnis rece-
sserit et successerit illa quam
non speramus mira claritatis ple-
na suavitas et eterna securitas
primum faciat veritas deus secundum
caritas deus tercium summa potestas
deus ut sit omnia in omnibus
dicit et idem ibidem Qui re-
plet in bonis omnium desiderium
tuum anime ipse racioni futurus
est plenitudo lucis voluntati
plenitudo lucis voluntati ple-
nitudo pacis memorie continua-
cio eternitatis Quinta beatitudo
est Beati misericordes Et quia
patriarche qui hospitalitati et
elemosinis ceteris que operibus misericordie
tam corporalibus quam spiritualibus in-
stiterunt istam beatitudinem et
nos habere debemus ut scilicet misericordie
operibus tam corporalibus quam spiritua-
libus instamus De corporalibus
dicitur Visito poto cibo redimo

tecto collige tumbos. De spiritualibus dicitur: Consule castiga solare remitte fer ora. Consule i. date ignoranti et dirige dubitantem. Et sic in hoc intelligitur duplex elemosina spiritualis scilicet doctrina et consilium. Castiga delinquentem. Solare tristem. Remitte iniuriam delinquentem seu delinquentibus. Fer i. patienter porta aliorum defectus. Ora pro omnibus. Quinte beatitudini additur promissio cum ipsi misericordiam consequentur. Quam quidem misericordiam consequitur in vita et in morte. In vita quia ipsa misericordia impetrat remissionem culpe. Ecclesiastici iii^o. Sicut in sereno glacies ita soluentur peccata. Impetrat benedictionem gratie. Apostolus Cor. ix. Qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet, hoc est qui seminat benedictionem elemosine metet a deo benedictionem gratie. Impetrat etiam consummationem perseverantie. Ecclesiastici xxix. Elemosina viri quasi sacculus cum ipso et gratiam hominis conservat. In morte ipsa cum elemosina animam egredientem de corpore associat. Ambrosius: Tecum sunt omnia bona que secum fert non pecunia. Misericordia comes est defunctorum associando patronos in auxilium invocat scilicet pauperes quos sibi patronos et suspendarios fecit. Crisostomus: Pauperes non sunt tantum contempnendi ut egeni sed colendi ut patroni et advocandi. Hostes expugnat. Unde dicitur de elemosina Ecclesiastici 29. Super scutum potentis et super lanceam adversus inimicum pugnabit. Expugnando viam que ducit ad paradisum demonstrat et dilatat. Proverbiorum 18. Donum hominis dilatat viam eius demonstrando et dilatando viam inferni devitat. Tho. 3. Elemosina a morte et a peccato liberat et non patitur animas ire in tenebras. Devitando animas in celo collocat. Ibidem. Et ipsa est que facit invenire vitam eternam. Collocando celestibus reputat seu liberalis reputat et liberalis simplicitatis iustitie. Illas scilicet de quibus dicitur Luce vi. Dimitte et dimittemini, date et dabitur vobis. Et liberalis gratuite misericordie. Illas scilicet de quibus dicitur hic: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et litteralis superhabundantis gratie. Illas scilicet de quibus Luce 6. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum.

6 Sexta beatitudo est: Beati mundo corde. Et convenit hominibus qui munditiam cordis et corporis habuerunt. Istam munditiam et nos habere debemus. Secundum autem quod in veteri lege triplex fiebat mundatio scilicet per aquam expiationis de qua habetur Numeri xix^o. Per sanguinem de quo Hebr. ix. Omnia pene in sanguine mundantur. Et per unctionem sicut tabernaculum et vasa et Aaron cum filiis suis unctione mundantur. Per aquam expiantem i. per divinam scripturam nos mentis maculas ostendentem. Hoc signatum est Exodi xxxviii^o per lavatorium quod habebat specula ex omnibus et aqua intus ut ingredientes sacerdotes tabernaculum

maculas suas in speculo conspiciunt
et eas in aqua lavaverint. Ita
homo in speculo scripture maculas
suas cognoscit et aqua spiritus sancti
abluit. Vel per sanguinem. i. lacrimis mor-
tificacionis. Sicut enim confricatio cum pan-
no mateali valet ad munditiam
corporalem, sic vite asperitas ad spiritua-
lem. Glossa vi. Qui autem christi sunt
carnem suam crucifixerunt cum vi-
ciis et concupiscenciis per unccionem
i. gratie infusionem. i. Johannis secundo
unctio eius docet nos de omnibus.
Sequitur beatitudini additur promissio
cum dicitur. Quoniam ipsi deum videbunt.
Tanta enim puritas tanta maiestas
tanta claritas non posset videri ni-
si ab oculis puris per munditiam. Clarus
per sapientiam et sanus per innocentiam.
De ista visione dicit Richardus in
sermone de omnibus sanctis. Ibi fue-
runt deus tribus modis videntes
eum in omnibus creaturis habentes
eum in nobis ipsis. Et quod huius est
ineffabilius atque iocundius est atque
beatius ipsam cognoscentes in se
metipsa veritate. Septima beatitu-
do est. Beati pacifici. Et convenit
confessoribus qui in se metipsis pacem
conservare habuerunt. Istam pacem et
nos habere debemus. Tum quia
omnibus naturaliter est insertum pacis de-
siderium. Augustinus de civitate dei. Sicut
nemo est qui gaudere nolit, ita ne-
mo est qui pacem habere nolit.
Tum quia tantum bonum est quod per
bella acquiritur. Idem ibidem. Ipsi qui bel-
la volunt nihil aliud quam vincere
volunt. Ad gloriam quidem pacem
bellando cupiunt pervenire. Nam quid
aliud est victoria nisi subiectio

repugnancium. Quod cum factum
fuit pax erit. Idem ibidem. Debet quidem
voluntatis bellum necessitatis vero
pax querit ut bellum excitatur, sed bellum
geritur ut pax acquiratur. Tum quia
est omnium bonorum finis et complemen-
tum. Glossa super illud psalmi ponet fines
tuos pacem. In hoc verbo omnia bona dixit.
Tum quia futura pacis est circa
atque vestigium. Quod sit circa dicitur
Ysaie lxvi. Erit sabbatum in sabba-
to. Qui enim hic habebit tranquilli-
tatem pectoris ibi habebit pacem
eternitatis. Quod sit vestigium dicit
Gregorius. Quid est pax temporalis nisi
quoddam vestigium pacis eterne. Quod
ergo de mente esse potest qui vesti-
gia impressa plurimum diligere et
ipsum a quo impressa sunt non amat.
Tum quia nihil est gracius amicibus
ad audiendum, nichil desiderabi-
lius cordi ad diligendum, nichil
utilius nostro studio ad inveniendum.
Augustinus de civitate dei. Tantum
bonum est bonum pacis ut eciam in rebus
terrenis atque mortalibus nihil soleat
gratius audiri, nichil desiderabilius
concupisci, nihil possit postremo
utilius inveniri. Sequitur beatitudini
additur promissio cum dicitur. Quoniam
ipsi filii dei vocabuntur. Tunc enim
vere apparebit quod sunt filii dei per
apertam similitudinem. i. Johannis
Scimus quoniam cum apparuerit simi-
les ei erimus. Vel per hereditatis paterne
percepcionem. ii Cor. 12. Nec enim
debent filii parentibus thezaurisare
sed parentes filiis. Et per famili-
aritatis magne ostensionem. Ce-
nabit cum eos in mensa sua.

psalmus. Filii tui sicut novelle olivarum
in circuitu mense tue. In sede sua
psalmus. Et filii eorum usque in se-
culum sedebunt super sedem tuam.
In camera sua Luce xi. Pueri
mei mecum sunt in cubili. Et
constituet eos super omnia bona
sua Mathei xxv. Super pauca
fuisti fidelis super multa te consti-
tuam. Quod autem sequitur Beati
qui persecutionem paciuntur propter iusti-
ciam secundum glosam non est octava
beatitudo sed est precedentium osten-
sio in precedentibus cum est perfectio
in tollerancia passionum est per-
fectionis manifestatio atque com-
probatio proverbiorum xvii°. Sicut igne
probatur argentum et aurum in ca-
mino ita corda probat deus.
Istis promittitur regnum celorum
sicut pauperibus per quod datur
intelligi quod pauperes et mar-
tires emunt sibi regnum. Promittitur
eciam istis merces copiosa. Unde
dicitur Gaudete et exultate ecce
enim merces vestra copiosa est
in celo. De qua mercede copio-
sa sit dicit beatus Bernardus
Deus qui erit omnia in omnibus
mensuram plenam dedit in v-
niversitate creaturarum confertam
in interiori homine coagitatam
in exteriori superefluentem. Nota
beatitudines. Beati pauperes beati
mites beati qui lugent beati
qui esuriunt beati misericordes beati
mundo corde beati pacifici. Econtra
ve qui coniungitis domum domui
et agrum agro ysaie v. Ve multi in
[illegible] et multi in mari sonantes
ve vobis divitibus qui habetis
hic consolationem vestram Luce vi. Ve
qui mane surgitis ad sectandum
ebrietatem ysaie v. Item ve qui
iustificatis impium pro muneribus
seu pro muneribus. Ve qui in viam
Caym abierunt et errore Balaam
perierunt Jude i. Ve genti peccatrici
ve civitati sanguinum etc.

Sequitur sermo primus de animabus et cetera

Memorare novissima tua
et in eternum non peccabis Ecclesiastici vii°. Valde est utile
servis dei sepius ad memoriam
reducere sua novissima et extrema.
Dirigit enim hominem inter prospera
et adversa. Sicut enim aves cauda
se regunt volando per aere et pi-
sces natando in aqua. Sic homo
per mortis memoriam se regit
in prosperis ne elevetur per super-
biam. Per impatientiam dirigit ne se-
ducatur per ineptam leticiam. Sic-
ut vinum purum cito inebriat ap-
tum ad sobrietatem facit. Sic
mundana leticia cito animum
resolvit mixta ad tum mortis
memoria temperamentum accipit.
Proverbiorum xiv. Risus dolore misce-
bitur et extrema gaudii luctus
occupat. Dicit ad iudicandum
de presenti et futura vita talis
cum in medio ponitur utrimque vite
et utrumque de prope videt et ideo
non fallitur visus eius. Ideo spiritus
sanctus nos ammonet ad nostre
mortis memoriam habendam
cum dicitur Memorare novissima
tua. Deinde ponit eius memorie
utilitatem magnam cum subdit
Et in eternum non peccabis. Ecclesiastici

memorabilia sunt: primordia, media, infima

primum nouissima. Et quod hoc sit dicit nouissima includit prima media et infima ut sit sensus memorare primordia tua, media tua et nouissima tua. Et in hoc sensu loquitur Richardus dicens: Recole primordia tua, attende media, memorare nouissima. Hec pudorem inducunt, ista dolorem ingerunt, illa metum incutiunt. Cogita unde venis et erubesce, ubi sis et ingemisce, et contremisce. Primo igitur debemus memorari primordia et inde debemus erubescere. Omnia enim que in nostris primordiis sunt ad humilitatem et erubescentiam nos inducunt, scilicet reatus, status et ortus. Reatus quidem quia puer cum peccato concipitur. Propter quod dauid visione pura psalmo: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Status vero quia sicut asserunt qui de naturis rerum agunt puer in utero matris non stat rectus sed curuus, genua et oculos suppositos genibus habens. Unde et agenis genua sunt vocata. Et ideo inter genua et oculos est quedam affectio naturalis. Unde est quod valde flexis genibus oculi homini citius lacrimantur. Quando ergo quis vult ab oculis lacrimas elicere, super genua sua oculos ponere consueuit, tanquam gene et genua collectanea et inter ipsa sit affectio naturalis. In hoc igitur quod puer in utero matris non stat rectus sed curuus datur intelligi quod homo non debet erigi per elacionem sed curuari

Reatus, Status, Ortus — verecundiam inducunt

per humiliacionem. Ortus etiam inducit nos ad erubescentiam et humiliacionem. Ex eo quod puer cum fletu nascitur. Experimur in libro de bono patientie unusquisque qui nascitur initium sumit a lacrimis et ea ad quem enim rerum sit ignarus prouidentia nature lamentatur mortalis vite procellas quas ingreditur in ipso exordio suo mox. Augustinus testatur de ciuitate dei: Infancia quia non a risu sed a fletu orditur. Vnde liquet quid malorum passurus sit nescia prophetat. Quendam nam tamen solum quando natus est ferunt risisse Zoroastrem, nec tamen illi ad bonum monstruosus ille rursus peruenit. Nam magicarum artium fuisse perhibetur inventor. Que quidem illi nec ad presentis vite felicitatem vanam contra inimicos suos prodesse potuit. A Nino quippe rege Assiriorum cum esset ipse rex Bacthanorum bello superatus est. Ista scilicet reatum, statum et ortum propheta in persona quasi omnium deplorat dicens: Miser factus sum propter culpabilem reatum et curuatus sum propter situm tam enormem. Contristatus incedebam propter flebilem ortum. Secundo debemus memorari nostra media et ingemiscere quia positi sumus in hac vita miseriis et vanitatibus plena. Iuxta illud Hugonis de Sancto Victore: Est vanitas in rebus conditis, in operibus humanis et in corporalibus et in mentibus. Prima igitur vanitas est in rebus conditis que quidem ... secundum hoc

vanitas

considerantur sine quia ipse
creature inanes sunt sine quia
transitorie inanes quia ostendunt
quod non habent transitorie quia
non permanent in eo quod sunt
a non esse in non esse psalmus
vane constituisti omnes filios
hominum talia in ipso esse quia
in eodem non permanent statu
et etiam ad nichilum tenderent
nisi manus omnipotentis eos
teneret Rom. viii vanitati sub-
iecta enim est omnis creatura
subiecta est talia sunt ab
esse in non esse psalmus veruntamen
in ymagine pertransit homo
Ista triplex vanitas tangitur
Eccl. 3 Cuncta subiacent va-
nitati hec quo ad vanitatem
quam habet ab esse ad non
esse etc. Secunda vanitas est in o-
peribus humanis. Opera autem
humana sunt circa divitias de-
lectationes et honores. De vanitate
in divitiis et honoribus sic
dicit Ieronimus Ecce homines [illegible]
nundinas perambulant alii di-
vitias querentes alii honores
Sed divitie cum labore acqui-
runtur cum timore possidentur
cum dolore omnia amittuntur
post ea succedit. Quid de honori-
bus? Si in loco sublimi positus
es vide si non indicandus es
sis ab omnibus spectandus ab om-
nibus lacerandus. Quicquid in
placatione sine turba in honore
sine dolore in sublimitate
sine vanitate esse quis poterit.
Tercia delectatio etiam vanitas
invenitur. In aliis labore obtine-
tur cum labore distinguitur sine
labore nescimus cum labore
sustinemus sine labore mentis
summa talia mutabilitas mentis
est qui animo ardenter appe-
tit modo fastidit Gregorius in moralibus.

Dum mens incitatur cogitanda
appetit et repente cogitata fasti-
dit decet quod alicubi pendet que
quodlibet posita non requiescit et que
ad deum solum applicuerendum
facta est dum quod infra appeti-
mus ei sufficit quod deus non est.
Talia mutabilitas mentis est quia
affectionum varietatibus ipsam sepe impel-
lit [illegible] a secreto intimi
gaudii exclusa modo spe decipitur
modo timore vexatur modo dolore
deicitur modo falsa hilaritate re-
pellitur. Tercio debemus memorari
nostra novissima. Eccl. dicit novissima
in psalmo quia debemus memorari
nostram mortem tam periculosam quam
post mortem tam dubiam et for-
midolosam vitam extremi iudicii
sententiam. Mors quidem periculosa
est quia dia tunc quadruplex
bellum patitur. Ideo est magnum
periculum ne succumbent. Unum
est cum morbo ~~separando~~ separante
anima quidem natura refugit a corpore
separari morbus autem invalescens
nititur separare et sic inter animam
separationem fugientem et morbum
separationem inducentem sanguinolentum
et volentem est grande certamen
unde dictum est 1 Reg. xv Siccine
separat amara mors. Secundum habet
cum dyabolo infestante. Quamvis
enim dyabolus hominem in vita
sepe temptaverit de multis vi-
ciis in morte tamen de articulis
fidei temptare laborat unde
dictum fuit Gen. iii Ipsa conteret
caput tuum et tu insidiaberis
calcaneo eius. Et ideo inter dya-
bolum de fide temptantem et ani-
mam fideliter credentem est grande
certamen. Tertium habet cum peccato
ingerente se per eum sit dyabolo
procurante ut anime in [illegible]

[illegible] bellum in morte

posite omnia peccata sua ad memoriam reducant ut exeat de suspectionis baratro plorat. Anima vero sancta que fecit ad memoriam sibi reducit satagit ut exeat ad spem venie sublevatur. Et sic ut peccatorum multiplicitatem animam ad desperationem trahentem et meritorum consideratio animam sublevantem est in qualibet anima grave certamen. Et ideo non est tutum aliquem inducere ad recordationem suorum peccatorum sed potius ad piorum memoriam meritorum. Unde sanctus Ezechias rex in morte positus bona sua ad memoriam reducebat dicens in iiii Regum xx Memento queso domine quomodo ambulaverim in veritate coram te et in corde perfecto. Tertio certamen habet cum deo rationem exigentem. Anima enim scit quod de omnibus que fecit rationem divine iustitie reddere oportet. Et ideo inter divinam iustitiam rationem exigentem et animam rationem reddere formidantem est grande certamen. Debemus etiam memorari viam tam dubiam et formidolosam de qua dicit psalmista In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum michi. Via enim qua anima de corpore egreditur est facta longa periculosa tenebrosa et dubia sive ignota ideo datur viaticum in domicilio corporis sacrum. Quia via cum est via longa datur sibi ad reficiendum. iii Regum xix Surge et comede grandis enim tibi restat via. Secundo quia est periculosa datur sibi tanquam pugil ad defendendum. Job xvii Libera me domine et pone me iuxta te et cuiusvis manus pugnat contra me. Tertio quia est tenebrosa datur sibi tanquam lucerna splendens ad illuminandum. Job viii Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tenebris. Quarto quia est dubia et ignota datur sibi tanquam ductor ad precedendum. Deut viii Dominus ductor eorum fuit in solitudine magna atque terribili. Et Exo xv Dux fuisti in misericordia tua populo tuo quem redemisti. Debemus etiam memorari certamen novissimum scilicet diem iudicii tam severum. Quid quid severa quia tunc rationem nobis reddere oportebit de omnibus commissis omissis et oblitis. De commissis quidem et minimis sicut de verbo ocioso Math xii De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddent rationem in die iudicii. Sicut de cogitatione minima Ezech ... Sit deus malis inquirit quod sapit ut nec minimissime cogitationes que apud nos usu latuerunt indiscusse remaneant. Sicut de quibuslibet gressibus meis Job xiiii Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis. Reddetur etiam ratio de omissis sicut patet in servo qui pecuniam domini sui noluit ponere ad lucrandum de quo dicit Math xxv Inutilem servum proicite eum in tenebras exteriores. Reddetur etiam ratio de omnibus oblitis. Unde psalmista rogat deum ne in iudicio recordetur peccatorum quorum oblitus est ipse Delicta iuventutis mee et ignorantias meas ne memineris. Idem Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo. Secundo ponitur mortis memorie utilitas

Dies iudicii severa

Ratio de commissis omissis oblitis

In morte via dubia et formidolosa longa tenebrosa

memoria mortis expellit peccatum

magna cum dicitur et in eternum
non peccabis nec peccato superbie
nec luxurie nec avaritie. Memo-
ria enim mortis expellit peccatum
superbie. Eccl. 10. Quid superbis
terra et cinis. Ceterisque dicat Ecce re-
soluendus es in terram et cinerem
et ubi habes elationem. Ecce sub
te instrata [illegible]
et tu nunc superbe i. super alios
ut dicit quod pauo in expul-
sione caude sue gloriatur sed
consideratione pedum suorum mox
ad humilitatem reducitur. Gregorius
in mor. Despecti iacent in pu-
tredine qui prius tumescebant
in vanitate. Quid superbis terra
et cinis cum conceptus culpa na-
sci miseria viuere pena mori
angustia. Expellit enim peccatum
etiam luxurie. Greg. in mor.
super illud 23. Dulcedo illi ver-
mis. Qui enim carnis desideriis
anhelat quid aliud quam vermes
amat. Quid enim sit carnis sub-
stantia testatur sepultura. Nichil
quod sit ad domandum carnis desi-
derium valet quam ut quisque quod
quod diligit quale sit mortuum pro-
spiciat. Magna quidem est stultitia
corpus suum impinguare deli-
ciis carnalibus quod modicum est cibus
futurum vermibus secundum serpentibus
subiectum bestiis ambulantibus
istam turpitudinem hereditatem corporis
habiturum est scilicet vermes ad come-
dendum serpentes ad assandum
et bestias ad conculcandum. Eccl. 11.
Cum enim morietur homo heredita-
bit serpentes et bestias et vermes
sicut igitur homo rationalis
quod facit bestia brutalis ut sic
tunc cauda i. mortis memoria

heredes hominis post mortem

expellat munsoris i. cogitationes
mundanas. Beda de muneribus super
illud [illegible] 1° Herodes cuius in pe-
dibus eius i. in affectibus eius.
Et quare quia non est recordatio
sui finis expellit etiam memo-
riam mortis peccatum avaritie sicut
enim sapiens debet divitias ap-
petere cum per meditationem exiturus
sit aut nudus aut sacco tectus
aut cinere respersus. Job 1. Nudus
egressus sum de utero matris
mee nudus revertar illuc. Job 16.
Saccum consui super cutem meam et
operui cinere carnem meam. Ideo
propheta alloquitur superbos et avaros
et luxuriosos. Naum 2. State
state et non est qui revertatur. Diripi-
te argentum diripite aurum
et non est finis divitiarum ex omnibus
vasis desiderabilibus. Dissipata est
et scissa et dilacerata et cor ta-
bescens et dissolutio geniculorum
et defectio in cunctis renibus
et facies eorum sicut nigredo olle.
Primo igitur alloquitur superbos mori-
entes. State state dicat Deus
qui consuevistis tam potentes in
mundo stare et quasi soli in terra
habitare. De mundo nolite exire sed
statum et spiritum retinete. Respondet
propheta Et non est qui revertatur q.d.
Quamvis sit eos alloquatur tamen non est
aliquis qui possit stare i. statum
retinere quia Deus potens et ter-
ribilis spiritum eorum aufert. Ps. terri-
bili et ei qui aufert spiritum
principum. Eccl. viii. Non est in po-
testate hominis cohibere spiritum nec
habet potestatem in die mortis nec
sinitur quiescere ingruente bello.
Deinde alloquitur divites morien-
tes. Diripite argentum diripite
aurum sacque dicat ad regione

[i]gnotam pertus de auro et argen-
to vobiscum feratis ut in vris
necessitatibus vobis succurre possit
et respondet glosa Nam ipso est fi-
nis divitiarum et omnibus vasis
desiderabilibus Item dicit finis
i. mors non est divitiarum sed e
mors non est deputata ut ibi di-
uicie deferent et vasa aurea
vel argentea apportent Secundo
ergo de ipso dicite quare et divi-
tiis eius fiet subdit dissipata
est i. eius substantia appare-
tibus sparsa est eius anima a de-
monibus et dilacerata eius caro
a vermibus Secundo ponit quid
fiet luxuriosis et gulosis cum
cor tabescens et dissoluta geni-
culorum et defectio in cunctis
renibus Ipsi enim luxuriosi ha-
buerunt renes inflammatos igne
concupiscentie sed tunc defici-
ent contremiscenti et consumpti igne
iehenne Ipsi gulosi habuerunt
genua non infirmata a ieiuniis
sed impinguata nimio cibo Et
ideo deficient fame et siti consu-
mati in inferno psalmus famem
patientur ut canes ysaie hominum
Ecce servi mei comedent et vos
esurietis Ecce servi mei bibent
et vos sitietis Ipsi enim tam lu-
xuriosi quam gulosi tot tormen-
ta patientur quod cor eorum tabescet
et in stuporem nimium convertentur
prebeni anima eorum in malis ta-
bescebat Tercio vero aut de omnibus
tam superbis quam avaris quam
eciam deliciosis et luxuriosis
Subdit facies eorum quasi nigredo
olle Quare enim facies habent
macerimas per nimia ignis ad-
ustione ysaie capitulo facies

combuste vultus eorum per nimia
famis attenuatione Trenorum iiii° me-
lius fuit occisis gladio quam inter-
fectis fame quia illi contabuerunt
consumpti a sterilitate terre
per nimia fumi infernalis offusca-
tione Baruch vi nigre sunt
facies eorum a fumo qui in do-
mo fit sapore ascendit fumus
putei sicut fumus fornacis ma-
gne et quia sic sunt defeccati
et denigrati non cognoscentur
a deo nec ab angelis nec a sanctis
qui in plateis celestis urbis com-
morantur Trenorum denigrata est
super carbones facies eorum et non
sunt cogniti in plateis etc.

Sequitur sermo secundus de animabus et cetera

Que parate erant intraverunt
cum eo ad nuptias Mathei xxv
Anime fidelium dicuntur virgines
nam quedam cristo sponso fidem invio-
labilem servaverunt et dicuntur quedam
nam quedam sensus corporis
custodierunt Et dicuntur prudentes
nam quedam more serpentis Caput
mentis sue a peccato mortali cu-
stodientes corpus macerando
exposuerunt Sic igitur virgines
i. anime fideles debent se preparare
ut cum cristo sponso ad celestes
nuptias possent intrare Debent
aut se preparare in vita in morte
et post mortem Primo in vita quidem
quia per bona opera que faciunt
in terris debent sibi domum edifi-
care in celis Edificantium autem
quidam sunt valde boni Ipsi
edificant domum suam de auro
argento et lapidibus preciosis
Secundi mediocriter boni Ipsi edificant

de ligno feno et stipula crematur
valde mali isti edificant domum
de luto plumbo et spinis // valde
igitur boni sunt vel perfecti qui super
fundamentum fidei quod acceperunt
domum celestem de auro et argen-
to et lapidibus preciosis edificant
1 Cor 3 Fundamentum aliud
nemo potest ponere preter id quod po-
situm est quod est Christus Ihesus Si quis
autem superedificat super funda-
mentum hoc aurum et argentum
et lapides preciosos etc. Per istud
fundamentum intelligitur fides Christi
que non est in terra sed in celo con-
versa ibidem Notandum est quod
sicut fundamentum corporee fa-
brice est in ymo ita fundamen-
tum incorporee fabrice est in
supremo Ideo quia sicut pondus
parietum tendit ad yma ubi suum
est fundamentum ita et spiritualis
edificatio tendit ad summa ubi suum
est fundamentum // post ea subibit
grave et ponderosum suo sunt
contra alia yma petunt ut lapis
super aquam positus et aqua super
oleum Alia summa petunt ut ignis
et oleum Sic igitur Ecclesia non in
ymo posita ad celum ubi funda-
mentum eius est Christus tendit
Per aurum autem intelligitur dilectio
dei que est incorruptibilis sicut
aurum fides cum evacuatur et eo
quod sibi succedit melius scilicet aperta
visio Spes evacuatur quia sibi
succedit melius scilicet eterna possessio
Caritas autem non evacuatur quia carita-
ti nichil melius succedere potest
quia ipsa caritas que est deus Per
argentum intelligitur dilectio proximi
sicut enim metallum preciosius post

aurum est argentum sic mandatum
maius est post mandatum de dilec-
tione dei est mandatum de dilectione
proximi Mat 22 Diliges do-
minum deum tuum etc. Hoc est ma-
ximum et primum mandatum Secundum
autem est simile huic Diliges pro-
ximum tuum sicut te ipsum // Per
lapides preciosos intelliguntur
bona opera que debent esse lu-
cida per intencionem rectam solida
per perseveranciam et virtuosa
per caritatem veram Nullius enim
ullius essent virtutis nisi ex ca-
ritate Sicut dicitur 1 Cor 13
Si distribuero omnes facultates
meas in cibos pauperum carita-
tem autem non habuero nichil
michi prodest De istis talibus dicitur
Cant 5 Caput eius aurum
optimum crura illius columpne
marmoree Sunt que fundate sunt
super bases aureas vel secundum aliam
litteram super bases argenteas
manus eius tornatiles auree
plene iacinctis Sancti vero tunc
habent caput aureum quando deum
qui est caput omnium intuitu cari-
tatis diligunt Tunc crura illorum
sunt columpne marmoree fun-
date super bases argenteas quando
proximos qui infra deum sunt fir-
miter et stabiliter amant Tunc
habent manus tornatiles aureas
plenas iacinctis quando habent
bona opera et cum perseverancia
quia tornatiles et cum caritate
quia auree et cum intencione
lucida quia plene iacinctis
Illi igitur super fundamentum edifi-
cant aurum et argentum et lapi-
des preciosos qui habent fidem

fidem veram dei caritatem
[illegible] dilectionem sinceram et
operationem sollicitam. Tales si aliqua
venialia committunt a fervore ca-
ritatis totaliter consumuntur et ipsam
domum celestem intrant ut de hac
vita decedunt perpetuo habituri
in gaudiis dicentes cum apostolo
i Cor. v. Scimus si quis terrestris
domus nostra huius habitationis
dissolvatur edificationem ex deo ha-
bemus domum non manu fac-
tam eternam in celis. Alii sunt
mediocriter boni qui licet super
fundamentum fidei edificaverunt
aurum et argentum et lapides
preciosos non tamen adeo perfecte sed
multa venialia commiserunt
scilicet lignum fenum et stipulam. Er-
go venialia et si non sunt
super fundamentum sicut sunt
perfectionis opera et si non sunt
post fundamentum sicut sunt peccata
mortalia sunt tamen iuxta fun-
damentum et ideo cremabilia.
Per ista autem tria scilicet lignum fenum
et stipulam intelliguntur tres
differentie venialium quorum quedam
sunt in usu et consuetudine
et ista sunt gravia et difficile
cremabilia et signantur per lignum.
Quedam sunt in quadam con-
suetudine et ista sunt leviora
et minora et signantur per fenum.
Quedam accidunt ex quadam
surreptione et ista sunt mi-
nima et novissima. Quamvis
autem stipula grossior sit quam
fenum tamen fenum plus habet de
humore quam stipula et ideo ma-
iorem resistentiam habet ad

ignem. Et ideo difficilius con-
crematur. Vel potest dici quod per ista
tria intelliguntur tres amores
mundiales scilicet amor carnalium
ut est amor uxoris et filiorum
plus debito licet semper sit sub
deo. Amor divitiarum et amor
honorum. Lignum autem plus habet
de humore quam fenum et ideo
tardius concrematur. Fenum minus
est quam lignum sed plus quam
stipula. Stipula vero minus habet
quam lignum et fenum. Qui igitur
ad uxorem vel filios divitias
vel honores maiori fervore id est
intensiori amore afficiuntur seu
afficiuntur habentes plus de hu-
miditate carnalitatis vel cupi-
ditatis vel ambitionis velud
lignum tardius in purgatorio
cremabuntur. Qui autem minus
tenus ut fenum. Qui autem mini-
me citissime ut stipula. Valde
autem mali edificant sibi domum
infernalem de spinis avaritie
luto luxurie de lapidibus et plum-
bo superbie. Per spinas vero
fallacie divitie intelliguntur
ut habetur Mat. xiii. Qui
ergo avari fecerunt sibi in infer-
no domum spinosam et ideo in
ipsa sua domo perpetuo combu-
rentur. Ysaie xxxiii. Spine con-
gregate igni comburentur. Per lutum
luxuria intelligitur iuxta illud Eccl.
ix. Omnis mulier que est forni-
caria quasi lutum in via conculcabitur.
Qui igitur luxuriosi fecerunt
sibi luteam domum ideo ab ipsis
demonibus conculcabuntur. Job
[illegible] eum tamquam [illegible]

i. dyabolum tantum plus furit
mei ut parat illud in conculcatione
sicut lutum platearum ideo ab ipsis
angelis de plateis i. limbo extermi-
nabuntur et in cloacam infernalem
mittentur seu iactabuntur. Per lapides
et plumbum superbia signatur
superbia enim facit cor durum instar
lapidis Job xli° super plumbum
quod gravabitur et quid illi aliud
nomen quam fatuus arenam
et salem massam facilius est
ferre quam hominem imprudentem
et fatuum et impium. Reuera igitur
fatuus qui vult deo resistere
iste tamen plumbum est gravis
in moribus. Reuera igitur superbi
fecerunt sibi domum lapideam
ideo de ipsis lapidibus i. de-
monibus lapidabuntur Eccl. 22
In lapide luteo lapidatus est piger
scilicet ad bene operandum pigrior
quam superbus dedignatur cum pau-
perem recipere erubescit ad ecclesiam
pergere verecundatur ieiunia obser-
vare. Et sequitur Et omnes lo-
quuntur super aspernatione illius
quia per quam fuerit egregie lapi-
datus demones super eum sibila-
bunt et ipsum deridebunt. Sed
de stercore boum lapidatus est piger
per boves intelliguntur viri perfecti
qui sunt per discretionem ungulam
findentes per gravitatem morum
mature incedentes per tolerantiam
adversorum fortes et sustinentes
per mortificationem carnis se ymo-
lantes. Isti boves omnia mundana
stercora reputant sicut ille bos
qui dicebat Phil. iii° Omnia
arbitratus sum ut stercora ut
Christum lucri faciam. Superbi tamen
ea amplexantur Trenorum iiii Am-
plexati sunt stercora per singula
stercoribus boum i. per singulis
mundi honoribus et ambicionibus
que viri sancti stercora reputant
Superbi lapidabuntur et sequitur
Omnis qui tetigit eum excu-
tiet manus quia per quam de-
mones eos lapidaverint in de-
testationem et derisionem ipsorum
manus suas excutiant tamquam
si rem fetidissimam tetigissent.
Reuera quia superbi edificaverunt
domum plumbeam ideo in ipso
plumbo in fornace infernali
liquefacto balneabunt. Ezech.
xxii. Omnes isti plumbum in
medio fornacis facti sunt.
Secundo dico fideles debent se parare
in morte. Reuera quatuor cum ipse anime
exeuntes tunc conveniunt
scilicet laqueos demonum multitudinem
peccatorum acerbitatem penarum et
ignorantiam viarum. Reuera una
illarum ducit ad paradisum alia
ad purgatorium alia ad limbum
et alia ad infernum. Contra ista pericula
quatuor debent assumere in mor-
te quatuor arma. Primo namque
debent se armare per elemosinarum
largitionem. Et istud valet contra
primum periculum scilicet laqueos insidi-
arum demonum. Elemosina enim est
tamquam lancea ad feriendum
et tamquam scutum ad se protegen-
dum unde dicitur de elemosina
Eccl. xxix Super scutum potentis
et super lanceam inimicum pugnabit.
Secundo debet se armare per
puram et devotam confessionem

triplex confessio

et istud valet contra secundum periculum scilicet multitudinem peccatorum Unde dicit laurencius Omnia in confessione lavantur distinctio tamen Eccl. xviii(?) Triplex confessio una fit in vita et sanitate unde dicitur ibidem Et laudabis deum et glorificabis in miseracionibus illius Alia confessio est que fit in morte unde qualiter moriens audivit ibidem ante mortem confitere Et ista talis confessio aut fit timore servili et tunc nulla est miseracionem aut fit timore filiali et tunc meretur divinam compassionem unde dicitur Eccl. xviii Ante iudicium interroga teipsum et in conspectu dei invenies propiciacionem Tercia est que fit post mortem et ista nichil valet nisi ad dampnacionem seu dampnatorum maiorem cruciatum unde dicitur ibidem A mortuo quasi nichil perit confessio De ista inutili dampnatorum prima dicitur Sapiencie v Gementes pre angustia spiritus et dicentes intra se penitenciam agentes etc. Tercio debent se armare per extremam unctionem unde Jacobi v Infirmatur quis in vobis inducat presbiteros ecclesie ut orent super eum ungentes eum oleo sancto in nomine domini et oracio fidei salvabit infirmum et allevabit eum dominus et si in peccatis sit dimittentur ei Ex quibus verbis habetur quod extrema unctio valet ad tria scilicet ad [illegible] liberacionem et ad salvacionem unde dicitur Oracio fidei salvabit infirmum Et quantum ad primum pene aliquam allevacionem unde subditur Et allevabit eum dominus Et ad peccatorum dimissionem unde subditur Et si in peccatis sit dimittentur ei Et istud scilicet extrema unctio valet contra tercium periculum scilicet quantitatem pene purgatorii quia cum virtute extreme unctionis multa venialia dimittuntur tunc minores pene ei infliguntur Quarto debet se armare per sacri corporis Christi perceptionem et istud valet contra quartum periculum scilicet ignoranciam viarum Quia eum habens secum dei filium in via errare non potest quia sicut ipse dicit Joh. xiiii Ego sum via veritas et vita Ipse eum animam in via recta ponit quia est via posita per viam rectam deducit quia est veritas posita et deducta in paradisum introducit dux eius cum ad se qui est vita et beatitudo nostra Tercio debet aut se armare post mortem non quod non post mortem sit locus se armandi sed recipiendi sed homo dum vivit debet se per bona opera disponere ut post mortem suffragia ecclesie possint sibi prodesse videamus autem quod quando aliquis aliquem magnum virum offendit quatuor modis se liberare potest scilicet precibus quia aut ipse illud rogat aut ab amicis rogari facit Et si non valent precibus innuat(?) se muneribus dona scilicet et munera offerendo Et si hec non valet offert se pro pena volunt(?)

extrema unctio

Armari in vita ut suffragia prosint post mortem

puniendum. Quod si sic anima
non possunt recurrere ad deum ut
scilicet eum debeat iuvare et de
manibus eius eripere. Ipsi sunt
quatuor modi primus. Gregorius
Quibus defunctorum anime
liberantur. Dicit enim sic. Anime
defunctorum quatuor modis sol-
vuntur aut oblationibus sacer-
dotum aut precibus sanctorum
aut elemosinis carorum aut
ieiunio cognatorum. Iuvantur
enim igitur primo precibus et orationibus
sanctorum virorum. Sicut enim orationes
sanctorum in celo prosunt sicut patet
in Helia qui oratione sua tribus
annis et sex mensibus celum
clausit et post ea aperuit ut
habetur Iacobi v. Sic prosunt in infer-
no sicut patet in Gregorio qui
orationibus suis de inferno Traia-
ni animam liberavit. Ad idem
Helia qui filium matrisfamilias
defunctum resuscitavit 3 Regum
xvii. Multo fortius poterit
in purgatorio. Ideo dicitur 2 Mach.
xii. Sancta ergo et salubris est
cogitatio pro defunctis exorare
ut a peccatis solvantur. Gregorius
Hinc sunt inventi sive mor-
tui beati sunt pro quibus orat
ecclesia quia celestis sponsus
supplicantis sponse clementer
recipit vota. Idem in mar.
De vota sanctorum supplicatio ple-
rumque indictis iram placat et
egredientes animas ad veniam
reconciliat. Tangit sic aqua pie-
tas illos iuvare qui se iuvare
non possunt ut illos qui per nostra
suffragia liberantur a vinculis

habeantur post modum intercessores
in celis. Iuvantur etiam iuvantibus
i. elemosinis propinquorum ele-
mosine enim sunt quedam munu-
ra que deo dantur ut anime exi-
stentes in purgatorio iuventur.
Luce 2. Date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis. Sunt
etiam quedam aqua celestis per
quam ignis purgatorii extin-
guitur. Eccl. iii. Ignem ardentem
extinguit aqua et elemosina
resistit peccatis. Sunt etiam quoddam
precium per quod anime redimuntur.
Dan. iiii. Peccata tua elemosinis
redime et iniquitates tuas
misericordiis pauperum. Iuvantur
etiam per penam susceptam i.
per ieiunia et carnis maceracionem
assumptam. Sicut enim David pro
filio ieiunavit et se afflixit
credens quod ad liberationem prodesset
eius 2 Regum 12. Et item de ni-
nivitis Ione 3. Sicut sanctus Andre-
as pro quodam nomine Nicolao
in peccatis mortuo 40 diebus
ieiunavit et se afflixit et sic
veniam impetravit. Sic Gregorius
non tantum pro Traiano oravit sed
etiam ieiunavit et sic ille penam
evasit. Credendum est quod ieiu-
nia amicorum animabus prosunt
et quo ad salutem seu ad salva-
cionem quale erat ieiunium ni-
nivitarum et David regis
et quo ad satisfactionem quale erat
ieiunium sancti Andree et quo ad
pene evasionem quale fuit ie-
iunium Gregorii. Ad idem de Abacuc
cui dixit angelus fer prandium
tuum quod habes in Babilonem

dan. xxiij. Jeronimus tribaculi
pramdiu d'uicli sup lacum
lomnio portat quociens sacerdos
hostias salutares pro fidelibus
defunctis immolat et tamber
sup lucam Cristus in cruce
moriturus discipulis misterium
corporis et sanguinis sui perpe-
tuo celebrandum tam pro salute
viuorum quam pro remedio mor-
tuorum commendauit dicens hoc
quocienscumque facitis in meam
memoriam facietis quasi diceret
Sicut ego immolor in cruce pro
viuis et defunctis sic et vos
ad memoriam mei et salute
viuorum et defunctorum fidelium
Idem sacramentum in corporis et
sanguinis consecratione immolat-
tiam pro recursum ad deum et
per altaris sacrificium ubi ad deum
recurrimus quia ipsum dei filium
pro animabus defunctorum interpel-
lamus Et istud est efficacissimum
et defunctis valde gratum vnde
refert petrus Cluniacensis quod
cum quidam sacerdos pro defunctis
cottidie celebraret capud cum
accusatus ab officio est suspensus
Cum vero episcopus per cimiterium
ad matutinas pergens transiret
omnes mortui ibidem sepulti ge-
mum insurrexerunt dicentes Iste est
nullas missas nobis impendit
et insuper capellanum nobis abs-
tulit Sed iste nisi se correxerit
morietur Episcopus vero sacerdotem
absoluit et ipse similiter libenter
pro mortuis celebrabant etc.

Sermo tercius de anima-
bus Sequitur et tercia

Memor esto iudicij mei sic
enim erit et tuum michi heri
et tibi hodie Eccl. xxxviij^o.
Cum sit duplex iudicium scilicet
particulare quod fit in cuiuslibet ho-
minis morte et vniuersale quod
fit in generali resurrectione Hic tamen
accipitur iudicium pro ipsa morte
cuiuslibet ubi mortuus alloquitur
viuum dicens Memor esto iudicij mei
etc. Ex eo quod ipsa mortis memo-
ria est valde utilis et necessaria
Ita adeo quod eciam ipsi philosophi multum
ipsam commendauerunt Vnde dicit
Jeronimus platonis est summa
cum sapiencia meditacionem
esse mortis Vnde eciam dixit quidam
alius philosophus Summa philosophia est assi-
dua mortis meditacio Valet
autem ipsa memoria mortis ad
quinque Primo ad ostendendum
vitam nostram quante sit breuitatis
Istud patet in xerse potentissimo
rege de quo dicit Jeronimus in epistola
ad eliodorum Xerses ille poten-
tissimus rex qui subuertit mon-
tes maria que strauit cum de sub-
limi loco infinitam hominum mul-
titudinem et exercitus fleuisse dicitur
eo quod post centum annos nullus
eorum quos tunc videbat superesset
victurus Deus quidem tres
terminos humane vite imposuit
Primo quod usque ad millenarium
possit extendi Et iste terminus
in prima hominis creacione incepit
et usque ad diluuium perdurauit

memoria mortis utilis

tres termini vite humane

tamquam brevis vite est
et ... ad ... abbreviat

hominis millenarium nemo attingerit videmus autem deus quod quanto homo erat longeuioris vite tanto maioris erat malicie Iuxta illud Genesis viii° Sensus et cogitatio humani cordis in malum proni sunt ab adolescentia sua ipsum terminum abbreviavit Et ad centum viginti annos posuit dicens Genesis vi Non permanebit spiritus meus in homine in eternum quia caro est Erunt que dies vite illius centum viginti annorum Et iste terminus post diluvium incepit et usque ad tempora David perduravit Tercia vero vita hominis adhuc videbatur longa ex eo quod homo non desistebat in malitia ipsum terminum iterum abbreviavit Et ad lxx vel ad lxxx annos posuit Et iste terminus tempore David incepit et adhuc nostris temporibus currit Quantum autem duraturus sit solus deus novit et si forte aliquis invenitur terminum illum transire eius vite ideo non est tota vita sed labor et miseria Ideo dixit David Dierum annorum nostrorum in ipsis lxx anni Si autem in potentatibus lxxx anni et amplius eorum labor et dolor Et si forte aliquis invenitur qui ultra illam etatem videatur esse aliquid roboris et vigoris ex speciali privilegio meruit adeo hec privilegia non faciunt communem legem facit nec mirum si tam brevis est vita Quia sicut Barlaam dicit vita nostra est sicut arbor quedam cuius radices duo

mures unus albus et alter niger id est dies et nox semper rodunt comedunt et consumunt Et quia tam brevis est vita Consuetudo erat antiquitus sicut refert Iohannes presbiter Alexandrinus Quod ea die qua imperator coronabatur artifices fragmenta marmorum diversorum colorum in manu accipiebant et ad imperatorem coronatum portabant dicentes de quo marmore iubet imperium tuum ut tibi fiat sepultura et oportebat quod ipse eligeret Itaque ea die qua sibi imponebatur corona parabatur sepultura ut cognosceret brevitatem vite sue cognosceret et nequaquam in imperio superbiret Licet autem vita hominis sit valde brevis Deus tamen ex sua misericordia adhuc aliquibus aliis abbreviat magis quam aliis ne plura committant mala et sic maiora patiantur tormenta Psalmus Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos Et aliquorum hominis ne mutentur et depravantur a mundi malitia Sapientie iiii° Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius etc Unde quidam philosophus interrogatus qualiter sibi esset respondit Sum in magno timore et desiderio constitutus In timore quidem ne penitus deserat me deus quam vita in desiderio autem ut penitus me vita deserat quia honestius non est vivere optandum vivere sed mori honeste Unde refert Seneca Quod cuidam dolenti quod moriebatur sapiens quidam dixit aliter non est magis vere vivere ... fratri tui et

non est optandum vivere sed honeste mori

bestie. Magnum est honeste mori fortis et prudentis. 2. Secundo memoria mortis utilis est ad ostendendum labores qui non sunt propter deum esse vanitatis. Istud patet in Virgilio qui circa finem vite sue quatuor versus fecisse narratur in quibus ostendit se in compilando tres libros breviter laborasse scilicet librum de bucolicis in quo tradit artem pastoralis cure. Librum de georgicis in quo tradit artem agriculture. Et librum eneidos in quo docet artem militie et pugnative. Et tamen conqueritur quod de toto suo isto labore nichil secum in monumentum portavit. Prima nec de capris sive ovibus tam bene pastis portat lac. Nec de agris tam bene cultis et cultis portavit segetes. Nec de hostibus victis et superatis portavit spolia. Non dicit pastor arator eques vel equos pavi colui superavi capras rure hostes quos labore extremi de capris pastis de rure sato hoste fugato nec lac nec segetes nec spolia ulla tuli. Hec autem omnia Virgilius figurative locutus fuit. Verumtamen cum in morte de suis deliciis lac portare potest alicuius dulcedinis nec de suis divitiis segetes alicuius refectionis nec de suis dignitatibus vel triumphis titulum alicuius honoris. Ideo bene timeri [illegible] cum diceretur factus fuit homo hoc quantum ad carnales delicias homo enim pro carnali aliquando accipitur. Juxta illud Johannis vi. Non permanebit spiritus meus in homine quia caro est. Et illud i Cor. iii. Nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis. Quantumcumque aliquis sit dives et plenus deliciis nichil tamen secum portabit. Sequitur: Et cum multiplicata fuerit gloria domus eius hoc quantum ad dignitates mundanas et honores. Cum enim interierit non sumet omnia secum hoc quantum ad divitias temporales. Et signanter dicit omnia quia de deliciis et de honoribus aliqua secum portat. Verumtamen de deliciis portat secum contrariam amaritudinem. Proverbiorum v. Novissima illius amara quasi absinthium. De deliciis extremam esuriem. Job xxvii. Dives cum dormierit nichil secum afferet aperiet oculos suos et nichil inveniet. De honoribus quemadmodum deiectionem. Primi Machab. ii. Gloria eius stercus et vermis est. Hodie extollitur et cras non invenitur. 3. Tercio memoria mortis utilis est ad ostendendum statum hominis quem hic potest miserie et penalitatis. Status enim hominis consideratur quantum ad nativitatem vitam mortem et post mortem. Et omnis status isti in malis penales sunt. Istud patet in Aristotile qui dum in infirmitate ultima laboraret discipuli ad eum accedentes dixerunt ut eis aliquam sententiam suam diceret quam ipsi pro testamento tenerent. Tunc ille ingemiscens ait: Flebilis in hunc mundum intravi anxius vixi conturbatus egredior nescio et ignarus fuit nempe status

cuius miserabilis quantum ad ingressum
Et ideo dixit / Ululatus in quem
mundum intravi vel ululatus quia
cum culpa cum fletu pauper et
nudus / Fuit etiam status eius mi-
serabilis quantum ad progressum Ideo
dixit [illegible] mei Est autem
triplex laboris anxietas una
est laudabilis et meritoria de
qua dicitur in psalmo Laboravi cla-
mans raucae factae sunt fauces
meae Alia est vituperabilis et dia-
bolica de qua dicitur Jeremie ix ut
inique agerent laboraverunt
Alia est indifferens et penosa
de qua dicitur Job v Homo nascitur
ad laborem et avis ad volandum
Labores autem quos iste pertulit in
meditando scribendo et docendo
non fuerunt sibi meritorii quia
hoc non faciebat propter deum sed
propter favorem humanum / Fuit etiam
status eius miserabilis quantum
ad egressum / Et ideo dixit Con-
turbatus egredior ~~Terrebat~~ At
conturbatus vel quia mundana que
diligebat dimittebat Ecclesiastici xli O
mors quam amara est memo-
ria tua homini iniusto et pacem
habenti in substantiis suis
vel forte quia sibi morienti
demones apparebant Gap xviii°
persone tristes illis apparentes
timorem illis prestabant / vel
forte quia sua damnatio ei
revelata fuit prius quam secundum
testimonium perhibente Gap xvii
Semper presumit seva perturbata
conscientia / Fuit etiam status eius mise-
rabilis quantum consideratur eius egressum

Et ideo dixit Justus et equus
Primum cum peccatum acerbitas ani-
mum sauciat in ipso oblivionem
inducit ut nichil aliud preter
suam penam valeat cogitare unde
dicitur Quidam apparuit cuidam suo
discipulo .d. eidem quia tota sua
sciam perdiderit Et nichil aliud
sciat nisi solum penam suam
Ecclesiastes ix Nec opus nec ratio
nec scientia nec sapientia erunt
apud inferos quo tu properas
Quarto memoria mortis est
utilis ad ostendendum omnia
mundana quante sunt vanitatis
Istud patet in Alexandro ma-
gno cuius ossa in quodam vase
aureo fuerunt recondita ad eius
mortem ut ait Petrus Alfon-
sus plures de divitibus mundi philosophi
convenerunt ut quilibet
verbum notabile et sententio-
sum super eius ossa proferret
Ad ostendendum igitur quam
sit vana amicitia divitiarum unus
eorum dixit Heri iste faciebat
thezaurum de auro hodie vero
aurum sibi thezaurum facit de
ipso Alius dixit Heri non su-
fficiebat iste totus mundus hoc
septem pedum sepultura est con-
tentus Ad ostendendum autem
quam sit vana dilectio honores
et mundanas dignitates Alius
dixit Heri ipsum sequebantur
omnes viventes hodie versa
vice omnes sequitur morientes
Alius versificando dixit Quam
cito fugitivus honor quam
nunc inanes fuimus in ex-
emplo qui non sufficeret orbis

septem pedum fabricata domus
sed nobile corpus exiguum
requiescit homo sed ad ostenden-
dum vero quam vana sit potencia
mundi. Alius dixit heri iste
multos a morte poterat libe-
rare hodie mortis iacula non
potuit evitare. Alius dixit heri
iste premebat terram hodie a terra
premitur ipse. Alius dixit heri
iste multos habebat amicos
et inimicos hodie habet equales.
Alius dixit heri omnes gen-
tes istum habebant in timore
hodie ipsum omnes habent in
vilitate et horrore. Tercio me-
moria mortis utilis est ad
ostendendum potenciam mundi
quante sit paupertatis. Istud patet
in dyogene philosopho de quo refert
Ieronimus et Seneca quod fuit
maximus mundi contemptor ita
quod tantum habebat baculum cum
quo se sustentabat et ciphum
cum quo ad fontem bibebat.
Cum autem semel vidisset homi-
nem manibus bibentem ciphum
suum fregit dicens verecunde-
bat quod natura vas ad bibendum
michi ordinaverat. Volebat
eciam in civitatibus habitare
nec domum propriam possidere sed
in deserto in quodam tegete
morabatur ita quod in estate semper
fundum soli opponebat in yeme
vero os ad solem volvebat ita
quod in estate umbram et in
yeme solem habebat. Cum
autem Alexander imperator inde
venatum transiret et ad eum
veniens et ante eum consisteret
umbram sibi faceret et dixit
ei vellem ut michi non aufer-
res quod michi dare non potes.
Quod imperator intelligens ad
aliam partem divertit dicens se
mirari quod non videbatur potenciam
eius timere. Cui ille respondit
potenciam tuam nec timeo nec
formido quia aut preterita est
aut presens aut futura. Illam
que preteriit non timeo quia iam
non est. Illam que futura est
non pertimesco quia dubia et
incerta est. Illa que presens est non
formido quia modica et cito tran-
siens est. Cum autem qui asta-
bant in ipsum vellent irruere precepit
ne quis eum tangeret quia homo
dei erat qui eciam propter timorem
principum veritatem non tacebat etc.

Sequitur sermo quartus de animabus etc.

Preciosa in conspectu domini
mors sanctorum eius. Propheta
mortem sanctorum describens
eam preciosam esse asserit dicens
preciosa in conspectu etc. Et alibi quasi
mortem peccatorum describens ait
Mors peccatorum pessima. Videndum
est igitur qualiter mors sanctorum
sit preciosa et qualiter mors
peccatorum sit pessima. Secundum autem
beatum Bernardum tria sunt que mor-
tem sanctorum faciunt preciosam scilicet
quies a labore, gaudium de no-
vitate, et securitas de eternitate.
Est igitur primo quies a labore.
Apocalypsis xiiii° capitulo Amodo iam dicit
spiritus ut requiescant a laboribus suis.

Tria faciunt mortem sanctorum preciosam

vel requiescet a laboribus suis
i. laboribus suis et mitis laborum
suorum quia laborantibus debetur
requies Ex quo sequitur quod
cordi non requiescent vero cum
remunerabuntur cum valde
bonis in celo vero flagellabuntur
cum mediocriter bonis in purga-
torio sed cruciabuntur cum valde
malis in inferno Quinque autem
sancti tunc requiescunt a labo-
ribus corporalibus non tantum requiescent
a laboribus corporalibus vero tamen
requiescent ab actionibus spiritua-
libus verum cum requiescet me-
moria ab actu memorandi sed
in deum diriget per eternam memo-
rationem psalmo Memorie habun-
dantie suavitatis tue eructa-
bunt Eccl xxiiij Memoria
mea in generatione et generationem
seculorum vero requiescet ratio
ab actu cognoscendi sed in deum
dirigetur per perfectam cognitionem
Ro xiij Nunc cognosco ex
parte tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum, vero
voluntas requiescet ab actu
diligendi sed in deum fertur
per intimum amorem Augustinus
super Gen ad literam Una ibi
et tota virtus est amare quod
videas et summa felicitas habere
quod amas ibi namque beata
vita in fonte suo fonte bibetur
unde aliquid aspergitur
ut in temptationibus huius se-
culi temperanter fortiter iuste prudenter
que vivent Ipsi autem sensus cor-
porales ab operibus suis spiritualibus
non vacabunt Oculi enim non
vacabunt ab officio videndi

sed delectabuntur in videndo
cristi humanitate vero aures
ab officio audiendi sed audiet
celestem iubilationem vero
naris ab officio adorandi in
cristo lilium eternis mundissime
vas plenum unguentis anime
devotissime et balsamum divi-
nitatis suavissime vero os
vacabit ab officio suo sed gustet
cristum divina dulcedine pro-
rumpet in dei laudem osculabitur
dei carnem vero tactus
vacabit ab officio suo sed tanget
cristum per devotionem tenebit
per meditationem amplexabitur
per delectationem Secundum quod facit
mortem secretorum preciosam
est gaudium de novitate Si
quidem tunc omnia novabuntur
verum innovabitur corpus phil 3
Salvatorem expectamus dominum
nostrum ihesum cristum qui reformabit
corpus humilitatis nostre Item in-
novabitur anima psalmo Renova-
bitur ut aquile iuventus tua
Innovabitur celum et terra ysa
lxv Ecce ego creo celos
novos et terram novam et ce-
runt in memoria priora
Innovabuntur omnia per ignem
qui faciem mundi precedet
2 pet iijo Elementa ca-
lore solventur Tunc enim
quicquid in elementis immundum
et feculentum invenitur a celis
separabitur et in cloacam infer-
nalem proicietur Et sicut dicitur
terra remanebit clara sicut vi-
trum aqua sicut cristallus aer
sicut celum ignis sicut astra
celi luna sicut sol et sol

septuplicat iuxta illud ysaie 30
Erit lux lune sicut lux solis
et lux solis erit septuplicit
De ista autem tali novitate sancti
valde gaudebunt / Secundum quod
facit mortem sanctorum preciosam
est securitas de eternitate / Erit
enim sancti securi de sua eternitate
et immortalitate / Nichil enim
in eis remanebit quod mortem
causare possit / mors quidem
aliquando causatur ex actione contrarii
aliquando ex ratione cibi cor-
rupti aliquando ex racione aeris
infecti aliquando ex racione af-
flicti Nichil autem istorum ibidem
erit ideo dicitur I Cor xv Se-
minatur in corruptione sur-
get in corruptione seminatur
in ignobilitate surget in gloria
Seminatur in infirmitate surget
in virtute / seminatur corpus animale
surget corpus spirituale Si quidem
ut dictum est mors causatur
ex actione contrarii quia corpus
humanum compositum ex contrariis
agentibus et pacientibus ad invi-
cem Et ideo corrumpitur sed talis
corruptio ibi non erit Et ideo
dicitur Seminatur in corruptione
surget in incorruptione Causatur
eciam aliquando mors et infirmitas
ex ratione cibi corrupti Ecclesiastici
xxxvii propter crapulam multi
perierunt Sed ista racio ibi non
erit quia sancti non vescentur
cibo animali sed spirituali illo scilicet
cibo qui dicit Joh vi Ego sum
panis vite Et ideo dicitur Se-
minatur corpus animale surget
corpus spirituale Causatur eciam
mors aliquando ex racione aeris
infecti Augustinus cum noceret aer in-
fectus quam cibus corruptus Unde
sepe homines aerem infectum et
corruptum subito moriuntur Unde
narrat philosophus in libro de proprietati-
bus elementorum quod in diebus
philipi regis via erat inter mon-
tes quod quidam ambulantes subito
mortui corruebant Et causam causa
quam sciri non posset Socrates
turrim altam adversa fieri fecit
et in sumitate specula multa
composuit vidit quod in speculis
duos dracones unum ex uno
monte et aliud ex alio ab hinc
aperientes et aerem inficientes
et tunc rex dracones occidi fecit
et aerem sanavit Homo igitur in
hoc mundo in aere ignobilioso
a turpitudinibus et vaporibus
infecto et ideo sepe infirmatur
et moritur Tunc autem erit in aere
glorioso ubi non erit aliqua impu-
ritas sed omnis puritas et mundi-
cia sanctitatis Et ideo dicitur Se-
minatur in ignobilitate surget in
gloria ideo dicitur de civitate cele-
sti ysaie lx Occupabit salus
muros tuos Causatur eciam mors
ex tristicia Proverbiorum xvii Spiritus tristis
exsiccat ossa 2 Cor vii Seculi
tristicia mortem operatur Caro enim
sepe infirmatur ex tristicia mentis
et anima eciam quanta passiones
patitur carnis tunc autem caro
roborabitur et anima divina virtute
firmabitur ita quod nec in carne pas-
sio nec in anima patitur esse dolor
Et ideo dicitur Seminatur in infirmitate
surget in virtute Tunc eciam anima-

Qualiter tria mors peccatorum est pessima

gaudio replebitur et in carne gau-
dium diffundetur ut nulla sit ibi tristi-
tia sed leticia sempiterna. psalmus Cor
meum et caro mea exultaverunt
in deum vivum. Ecclesiastici xxx° Vita car-
nium sanitas cordis. Ibidem xxx°
dulcedo anime sanitas ossium. Viso qua-
liter mors sanctorum sit preciosa
viso videndum est qualiter mors
peccatorum sit pessima. Sicut autem dicit
Bernardus Tria sunt que mortem
peccatorum faciunt pessimam scilicet horror
in exitu dolor in transitu pudor
in dei conspectu. Si quidem cum anima
peccatoris a corpore exit occurrunt
ei demones et inde habet horrorem
deinde transit ad penas infernales
et inde habet dolorem deinde ad
extremum iudicium veniens se iudici
representabit et inde habebit mag-
num pudorem. Primum igitur quod mortem
peccatorum facit pessimam est horror

Horror in exitu

in exitu. Videbunt cum peccatorum
de corpore exeuntibus plura apparent
ex quibus horrorem sentiunt/ habent
enim horrorem ex tanta tenebrarum
densitate. Exodi x° facte sunt
tenebre horribiles in universa terra
egypti. Ex tanta peccatorum suorum
confusio. Osee vi. In domo israel
i. in conscientiis illorum qui videbantur
esse iusti vidi horrendum i. horribile
peccatum ibi fornicatione effraim con-
taminatus est israel. Quia sepe boni
exemplo reproborum efficiuntur mali. Ex
tanta iudicis severitate. Hebr. 10
horrendum est incidere in manus
dei viventis. Sapiencie vi horrende
et cito apparebit vobis quomodo
iudicium in his qui presunt fiant.
Et ex tam horribili demonum visio-
ne/ apparebunt enim eis demones
ab ore [?] spirantes vaporem
igneum de naribus proferentes fete-
rem sulfureum de oculis emi-

ttentes scintillas eructantes [illegible]
ignotas bestias aut vaporem igne-
um spirantes aut odorem fumi
proferentes aut horrendas ab oculis
scintillas emittentes quarum non
solum lesura poterat eos exterminare
re sed aspectus per timorem occide-
re. Secundum quod facit mortem peccatoris
pessimam est dolor in transitu per
ipsa cum horribilia transibunt et
supplicia infernalia ut ibi perpetuum
dolorem et perpetuum sentiant
cruciatum. Qui quidem dolor ma-
gnus ex intensione ex dilatacione
et ex extensione. Ex intensione
quidem quia omnes alios superabit
dolores. Cum enim tres sunt do-
lores intensi scilicet dolor partus
parientis et dolor matris quando
moritur unigenitus. Istis tribus
doloribus ille dolor assimilatur
scilicet dolori partus. psalmus ibi dolo-
res ut parturientis dolori ylia-
to secundi [?] agatha 9 [illegible]
cor dolor diuinus [?] viscerum et a-
maritudo intestinorum tormenta.
De his duobus dicitur ysaie xiii
torsiones et dolores tenebunt
quasi parturiens dolebunt. Assi-
milatur etiam dolori matris unige-
nitum flentis. Amos viii°
ponam eam scilicet peccatoris animam
quasi luctum unigeniti. Ieremie vi
luctum unigeniti fac tibi planc-
tum amarum. Erit etiam dolor
ille maximus quantum ad duracionem
quia perpetuo durabit. Ieremie xv
quare factus est dolor meus perpe-
tuus et plaga mea incurabilis
renuit curari quia sunt imperpetuum
in pena. Et ideo indigni sunt
venia. Sunt imperpetuum dei in-
imici/ et ideo indigni sunt gratia.
Sunt imperpetuum contra deum contumacia

et ideo indigni sunt dei misericor-
dia De isto dolore propheta dicit
Circumdederunt me dolores mortis Horrendo enim modo
erit ibi dolor cum formidine
flamma Cum de scivitate mortis
sine morte finis sine fine de-
fectus sine defectione quia et
mors semper vivit et finis semper
incipit et defectus deficere nescit
erit mirum quia sicut dicit Ce-
sarius Illa penalis execucio que
culpam iubetur inquirere flammam ne-
scit assumere flamma illa non tot-
tum persequitur quandam realem Erit
enim dolor ille magnitudinis quantum
ad extensionem quia per omnes partes
et sensus corporis extenditur pena
enim visus erit pena execrabilis
Apocalipsis ix Ascendit fumus putei
Sicut fumus fornacis magne
Ysaie xxxiiii Ascendet fumus
eius a generatione in generationem
fletus irremediabilis Math. xxii
Ibi erit fletus visio demonum
horribilis Apocalipsis ix De ore eorum
procedit fumus ignis et sulphur
pena auditus erit ululatus damp-
natorum Ysaie xv Super hoc expedi-
ti moab clamabunt quidam fremebunt
super dampnatos modo sibilando
Trenorum ii Transeuntes per viam
sibilaverunt et moverunt caput suum
super filiam ierusalem modo insultando
unde sequitur Hec est urbs
dicentes perfecti decoris gaudium universe
terre Hec ista est dies quam
expectabamus invenimus et vi-
dimus Modo dentibus fremendo
Ibidem aperuerunt super te os suum
et infremuerunt dentibus
Job xvi Comminantes michi infre-
muerunt dentibus suis contra me
Alia pena auditus erit sonitus

tormentorum quia modo auditur
stridor dencium modo stridor flam-
marum modo stridor aquarum
modo rugitus leonum modo sibilus
serpentum et similia pena gustus
famis erit insaciabilis Job viii
Attenuetur fame robur eius et
inedia invadat costas illius
Sitis permanet inextinguibilis Job 18
Exardescet contra eum sitis et po-
tus horribilis Deut. xxxii Fel
draconum vinum eorum et venenum
aspidum insanabile pena olfactus
erit fetor intollerabilis cum quidam
causatur ex fetenti loco Ezech. 32
Irrigabo terram fetore sanguinis
tui Ex fetenti consortio quia demo-
nes erunt valde fetidi Johelis
ii Ascendet fetor eius et ascen-
det putredo eius quia superbe
egit Ex fetenti supplicio quia
fetida pena punietur Job xviii
Aspergatur sulphur in tabernaculo
eius Ex fetenti corpore suo quia
quilibet corpus suum proprium fetidum
gestabit Ysaie xxxiiii De ca-
daveribus eorum ascendet fetor
pena tactus erit estus irreme-
diabilis Apocalipsis xvi Estuaverunt
homines estu magno Et frigi-
ditas intollerabilis Job xxiiii
Ad calorem nimium transient
ab aquis nivium Denotatur
horribilis Deut. xxxii De-
vorabunt eos aves morsu
amarissimo Dicitur quod facit
mortem peccatorum pessima erit
verecundia in dei conspectu Cum
enim scelera peccatorum manifesta
Sicut enim illud quod est in vase
non apparet in obscuro adveni-

cute aut solari radio quicquid
intus latebat clare conspicitur
Sic etiam in pnte vita absconditu
erant ea que sunt in ira gsciam
Tunc aut luce diuine maiestatis
omnia panet in luce et aptissime
visionis Illa aut talis reuelatio
erit ad pctoris magnam gfusionem
Origenes sup illud Ieremie xvij peccatum
iude scriptum est stilo ferreo in
vngue adamantino Si peccatum
meum inquit esset atramento scrip-
tum forsitan illud delerem Nunc
aut scriptum est stilo ferreo in
vngue adamantino ut autem
ad eternal iudicis veniam ubi le-
get multitudo peccatorum in peccato-
rum singulas imagines peccatorum
Ieremie in ij trenorum Ablatio pudenda
tua in facie tua et ostendam
gentibus nuditatem tuam et regibus
ignominiam tuam Erit ad multorum
que bona videbantur Anselmus
Anselmus in meditationibus
O lignum aridum et iuis ignibus
dignum quid respondebis in illa
die cum exigetur ad ictum oculi
omne tempus tibi impensum Quod
peccata ibi occurrent qualiter tibi
fuit expensum Quod ibi occur-
rent ex improuiso velud ex insi-
dijs que modo non vides Quod
que nunc bona esse estimabis
seu estimas in facie mundi
apparebunt nigerrima peccata
Erit ad gfusionem accusationem Bernar-
dus in meditationibus Quando
in diuina fiet ut vniusquisque opa
sua bona vel mala in memo-
riam reducat ut accuset sua
gsciam Sed malus de tanta
numerositate peccatorum mo-
lestior erit oculus suus cui eque
non est affectus sicut in celo est
in terra que tenebrosa gscia

subito surgere magis velit quam
possit Sic est omnibus qui non vi-
dent in speculum memoriam scz pec-
catorum etc.

Sequitur aliud Sermo quintus de animabus

Misereremini mei miseremini
mei saltem vos amici mei
quia manus domini tetigit
me Job xix. Pnt hec verba
esse cuiuslibet anime in purgatorio
posite suam indigentiam
ostendentis et suffragia postu-
lantis pro hac aut quod ge-
minat verbum misereri ostendit
habundantiam sue miserie
Ideo dicit Miseremini mei misere-
mini mei Sed quia ipsa suffra-
gia non pt habere ab extraneis
ideo ea saltem petit ab ami-
cis Cum dicit saltem vos ami-
ci mei Causam aut subdit Cum
dicit Quia manus domini teti-
git me In verbis istis presentibus
ostenditur triplex ratio quare
mortui debent iuuari a viuis
Una sumitur ex parte defunctorum
eorum scilicet mala necessitas Cum
dicit Miseremini mei Secunda ex parte
viuorum scilicet eorum fraterna cari-
tas Cum dicit saltem vos
amici Tertia ex parte iudicis eius
scz pene seueritas Cum dicit
Quia manus domini tetigit me
Petunt igitur duplicem misericordiam
Ideo geminant verbum miserere
pro misericordia anime cum sit in
magna necessitate Et mise-
rendum remedijs Cum sint
in magna infirmitate Primo
igitur anime cum sint in ma-
gna indigentia et necessitate
Quidam enim sunt qui petunt

se adiuuari sicut peccatores qui
dum sunt in via qui possunt se ad
graciam disponere peccata relinquendo
elemosinas largiendo et alia
opera de genere bonorum faciendo /
possunt eciam ab aliis adiuuari quia
sancti viri possunt eis promereri graciam
conuerti Ephe. 5 Surge qui dor=
mis surge inquam bona opera
faciendo qui prius dormiebas
ab operibus bonis torpendo et
exurge a mortuis peccata mor=
talia relinquendo Et illuminabit te
xpistus hunc per gratie aliquorum
sanctorum meritis infundendo
Alii sunt qui non possunt se iuua=
re nec ab aliis adiuuari sicut dam=
nati hoc signum est Math 22o
In illo qui intrauerat absque
ornatu sine veste nupciali Ideo
quod cum dampnatus se iuuare quia
habet ligatam potentiam operatiuam
quia nullum bonum potest facere ideo
dicit Ligatis manibus habeat
ligatam potentiam affectiuam
quia nullum bonum potest diligere
Ideo dicit Et pedibus / pedes enim
anime sunt affectus anime / habet
ligatam potentiam intellectiuam
quia nullum bonum potest intelligere
sed est mutus a laude dei et
ab omni confessione propria Vnde
cum rex eum interrogasset ille
obmutuit Ideo potest eciam ab a=
liis adiuuari tamen quia est
extra ambitum misericordie dei Ideo
iste non fuit proiectus in tenebras
interiores sed exteriores / peccatores
enim quamdiu sunt in hac
vita in tenebris interioribus
quia adhuc sunt intra ambi=
tum diuine misericordie liberalitatis

Alius sit intra ambitum ~~diuine~~
misericordie extra quam dignum punietur
Vnde quia non est dictum ut in
ab aliis adiuuetur ecclesiam quia sicut
caritatem que omnia bona facit
esse quorum hoc signat per hoc quod
iste vestem non habuit nupcia=
lem vnde qui a corpore ecclesie
est precisus Et ideo tamquam mem=
brum precisum non potest meritorum
ecclesie participationem habere Membrum
autem precisum efficitur putridum et
fetidum Sic et dampnatus
tamquam putridus semper saniem
emittit quia ibi erit fetor et
stridor dentium / Alii sunt qui
medium locum tenent qui scilicet non
possunt se iuuare tamen ab aliis possunt
iuuari sicut ille in purgatorio
Ideo enim possunt se iuuare quia
sunt extra statum merendi possunt
tamen ab aliis adiuuari Vnde quia
dum viuent hoc sibi meruerunt
Vnde quia sunt in caritate
que omnia bona ecclesie facit
esse quia Vnde quia membra
ecclesie vnita a spiritu sancto vivi=
ficata / Ideo petunt misericor=
diam remedii Vnde sunt in
magna infirmitate Est autem
quedam infirmitas grauis sed
curabilis qua infirmantur pecca=
tores in via qui sanari possunt
quocumque medicinam requirunt /
Osee 14o Sanabo contriciones
eorum / alia est incurabilis et
desperata qua infirmantur damp=
nati de qua dicitur Jeremie 30
Insanabilis fractura tua pessima
plaga tua est Iohannis 5 peccatum
ad mortem non pro illo dico ut
quis roget ysaie 1 Vulnus

et livor et plaga timoris non
est colligata nec curata medi-
camine neque fota oleo ibi enim non
ligatur vulnus luxurie quia li-
gari non potest nisi gratia divina
iuxta illud Sapientie viii Non possum
esse continens nisi deus dederit
ibi non curatur livor avaritie
quia curari non potest nisi medi-
camento elemosine iuxta illud
Luce xi Date elemosinam et
ecce omnia munda sunt vobis
ibi non fovetur plaga tumens super-
bie quia foveri non potest nisi un-
guento redemptionis dominice
Augustinus Tumor superbie patens que
humilitate filii dei non sanatur
in inferno autem non est gratia ideo ibi
non ligatur vulnus luxurie ibi non
datur elemosina ideo ibi non
curatur livor avaritie illuc se
non extendit passio dominica
quia illam contempserunt ideo
ibi non fovetur apostema superbie
Alia est infirmitas gravis sed
sanativa non tamen perfecte sanata
qua infirmantur illi qui aliquod
peccaverunt sed ad penitentiam redeuntes
satisfactionem debitam morte pre-
veniente complere non potuerunt Alia
est infirmitas levis et curabilis
qua infirmantur illi qui ligna
fenum stipulam portaverunt
Alii vero sunt semper sani sicut
viri perfecti qui aurum argentum
et lapides preciosos edificaverunt
de quibus dicitur Job xxi Iste mo-
ritur robustus et sanus dives
et felix viscera eius plena sunt
adipe et medullis ossa illius
irrigantur Observandi sunt
igitur infirmi laborantes in infir-
mitate gravi et curabili sicut
illi qui venialia portaverunt
adiuvandi sunt infirmi non-
dum perfecte curati sicut illi
qui satisfactionem debitam non com-
pleverunt Congratulandi sunt per-
fecte sani sicut viri perfecti
qui iam ad gaudia transierunt
sed relinquendi sunt in suis
fetibus infirmi incurabiles et de-
sperati sicut illi qui ad inferos
descenderunt Secunda ratio quare
sancti sunt adiuvandi sumitur ex
parte amorum scilicet ipsorum fraterna
caritatis Quod notatur cum dicitur
Saltem vos amici mei Homini
aut amicus quatuor modis
ille scilicet qui alicui tenetur vel ratione
propinquitatis vel ratione fraternitatis
vel ratione amicitie specialis vel
ratione alicuius beneficii recepti Sed
isti amici tenentur iuvare de-
functos primo illi qui tenentur
eis ratione propinquitatis Iste ratione
pater tenetur iuvare filium et filius
patrem et frater fratrem suum car-
nalem Cum enim dives apud
inferos positus fratres suos
iuvare vellet Contra tales
loquitur Augustinus in libro de
decem cordis Si quis propter
filium pecuniam servabat cum
moritur post illud peccatum suam
mittat Cur illam detinet
et forte ubi illam reliquit
amico Sed dicis Sine filius
eius si vixisset non erat cui
fratribus suis dimisissem Et fides
mortua si iste est fidelis
filius tuus omnino nec disce-
ssit sed precessit qua fronte
venturus es ad filium tuum
cui precedenti non mittis

ptem suam Secundo debent ymi-
tare defunctos illi amici qui tenen-
tur eis iure consanguinitatis Sicut sunt
viri religiosi qui bona sua invicem
committunt et in vita et in morte
de quibus dicitur in psalmo Ecce quam
bonum et quam iocundum habitare fratres
in unum Sicut unguentum in capite
id est per unctionem que fuit in capite et
descendit in barbam et vestimenta
et horam vestimenti intelligitur quod
debet sibi committere unctionem id est
meritorum cumulationem per quam
debent mutuo se iuvare ut sint
sublimes in contemplatione viles
in operatione decori et ornati in conversa-
tione et solliciti in hora vestimenti
id est in fine et in morte Tercio debent
iuvare defunctos illi amici qui te-
nentur iure amicitie spiritualis Tales
enim amici aliquando plus iuvant quam
propinqui Proverbiorum xviii° Vir amica-
bilis ad societatem magis amicus
erit quam frater Proverbiorum 17 Omni tempore
diligit qui amicus est Omni tempore
dicit Quia verus amicus amicum
diligit et in vita ipsius semper ad
bonum ducendo et in morte ipsius
ad penitenciam et ad sui preparacionem
sollicite admonendo Et post mortem
ipsius optima suffragia faciendo
Sed de infidelibus amicis dicitur
Job vi Qui tollit ab amico suo
misericordiam timorem domini derelinquit
Item Proverbiorum xix Fratres hominis pauperis
oderunt illum insuper amici procul
recesserunt ab eo Quarto debent
iuvare defunctos illi amici qui
tenentur iure alicuius beneficii
recepti Qui enim receperunt elemo-
sinas et beneficia temporalia defunct-
orum obligati sunt ad exsolvendum
suffragia spiritualia missarum et
orationum Tales dant salubre
consilium dicens Proverbiorum vi Si spo-
ponderis pro amico tuo defixisti a-
pud extraneum manum tuam discurre

festina suscita amicum tuum ne de-
deris somnum oculis tuis nec
dormitent palpebre tue Ille
defuncto spondet qui ex diversis
seu beneficiis receptis obligatus
se videt et ex hoc similiter
defigit manus suas apud extra-
neum id est christum qui modo est nobis
extraneus quia ipse est in gloria
et nos sumus in miseria Tales
debent discurrere crebro elemosinas
faciendo debent festinare scilicet
sacrificium offerendo Item debent dor-
mitare sed in omnibus vigilare Sed
hodie mortui possunt conqueri
et dicere Elongasti amicum id est elon-
gari permisisti amicum id est illum
qui me iuvare tenebatur iure a-
micicie spiritualis et proximum id est
illum qui me iuvare tenebatur
iure propinquitatis et notos meos
In hoc dicit notos in plurali compre-
hendit et notum ex confraternitate
et notum ex beneficiorum receptione
Tunc autem facta est eorum elonga-
cio quando est miserie maior op-
pressio et ideo magis necessaria
esset eorum subventio et ideo dicit
a miseria Quarta racio quare
debemus iuvare defunctos
sumitur ex parte indigencie scilicet pene
severitatis Quod notatur Job xix
Quia manus domini tetigit me
Ex quo colligitur quod eorum punicio
et habet severitatem quia in
manus domini inciderunt Hebreorum 10
horrendum est incidere in manus
dei viventis Et habet pieta-
tem quia eos non subducit ad
condempnacionem sed tangit ad pur-
gacionem Deus enim punit hic
in purgatorio et in inferno
sic punit ad piam correctionem [?]
Hebreorum xii Quem enim diligit
deus castigat flagellat
autem omnem filium quem recipit

In purgatorio punit tamquam momen-
tanea indignatione ysa 54
In momento indignationis
abscondi faciem ~~eam~~ meam parump(er)
a te et in misericordia sempiterna misertus
sum tibi. In inferno autem punit
tamquam perpetua subversione Hebr. 6.
Impossibile est eos qui semel sunt
illuminati et prolapsi sunt in infinitum
rursum renovari ad penitentiam ad
primam vero impossibile est ullum
opus meritorium de cetero facere
poterunt. Et ratio huius assignatur
Eccle. 9. Nec opus nec ratio nec
scientia nec sapientia erunt
apud inferos. Omne enim meritum
aut fit corde scilicet diligendo aut
fit ore proximum instruendo et
docendo aut fit opere misericor-
die seu operibus insistendo. Aut ad-
hibita discretione rationabiliter
seu omnia faciendo. Dampnati quidem
non poterunt mereri corde quia
deum non amabunt sed odio habe-
bunt. Psalmus: Superbia eorum qui te
oderunt ascendit semper. Et ideo
dicit quod non erit ibi sapientia que
sapientia intelligitur amor dei
iuxta illud Eccli. 1. Dilectio dei ho-
norabilis sapientia. Nec potue-
runt mereri ore alios docendo
per illam cum sapientiam habere potue-
runt. Tamen quia in terra oblivio-
erunt. Et ideo dicit quod non erit
ibi scientia. Et dicitur terra oblivio-
nis quia obliviscitur eos divina
misericordia. Job 24. Obliviscatur eius
misericordia. Nec potuerunt mereri
opere quia nulla opera meritoria facere
potuerunt. Et propter debilitatem et
propter crudelitatem. ysa 5. Erit forti-
tudo vestra ut favilla ~~stuppe~~ stuppe
et opus vestrum quasi scintilla.
Et ideo dicit quod non erit ibi
opus. Nec potuerunt mereri ex ali-
qua discretione quia non ducuntur
ratione sed insania et furore.

Jeremie 25. Insanient a facie gla-
dii quem ego mittam inter eos.
Et ideo dicit quod non erit ibi ratio.
Ista triplex scilicet temporalis purgatorii
et infernalis signata est 2 Regum 24.
In ubi David trium optio data
fuit scilicet aut pestilentia trium dierum
aut persecutio inimicorum per tres men-
ses aut fames per septem annos.
Per pestilentiam trium dierum significatur
pena penitentialis in presenti que
tripliciter affligit scilicet per contritionem
confessionem et satisfactionem. Per persecu-
tionem inimicorum per tres menses
significatur pena purgatorii quia
ibi homo punitur propter ligna
fenum et stipulam que portavit.
Per famem septem annorum significatur
pena inferni ubi est defectus
universalis omnium bonorum ubi etiam
corpus ex quatuor elementis
compositum et anima in tribus po-
tentiis existens in perpetuo cruciatur.
Notanda est etiam differentia istarum
trium penarum. Pena enim temporalis
est purgativa meritoria satisfacto-
ria et voluntaria. Pena vero in-
fernalis nec est purgativa nec
satisfactoria nec meritoria nec
voluntaria. Pena autem purgato-
rii est quidem purgativa et satis-
factoria et penitus involuntaria. Est
enim involuntaria in quantum est af-
flictiva sed voluntaria in quantum
est purgativa. Et hoc ostendi
potest exemplo patientis medicine
et navis que cum habent quedam
proiciendum seu venale pretium. Et
ideo sicut contingit in passione
membri corporalis ita passio mem-
bri venalis in quantum
dolorosa est involuntaria. In
quantum vero est anime sanativa est
voluntaria et accepta. Ipse etiam
contingit quod tales sanationem
non compleverunt seu satisfactionem
non compleverunt et ideo tamen

interpretem non deum acceperunt
Et ideo medicinam indigere cogno-
scunt. Quia medicina aut iniquitatem
est anime displicet et iniquitas
est sanativa placet. Tales etiam
non deum ad portum glorie pervenerunt
sed in fluctibus diu sanum penarum
consistunt. Iniquitates igitur fluctibus
gravibus sunt moleste tolerant
iniquitatem non per illos fluctus ad
portum glorie venturi sunt libenter
portant etc. Sequitur et

Sermo sextus de animabus

Audivi vocem de celo dicentem
michi scribe beati mortui
qui in domino moriuntur. Apo-
calipsis xiiii°. Rumores tunc
libenter audiuntur quando sunt boni
quando sunt certi quando sunt de par-
tibus remotis quando sunt de
amicis et ab amicis nunciati.
Tales sunt rumores quos refert
nobis Johannes. Primo enim rumo-
res boni scilicet de nostra salvatione.
Secundo sunt certi quia a Johanne evangelista
fidelissimo teste dei. Tercio sunt de
remotis partibus quia de celo.
Quarto sunt ab amicis id est ab angelis
qui Johanni ista revelabant.
Et sunt de amicis id est de nostris
defunctis de quorum beatitudine
certificamur. Et ideo tales rumo-
res sunt a nobis scribendi
id est continue memorie commenda-
di. Quia sicut dicit Gregorius
Quod loquimur transit, quod
scribimus manet. Circa vocem
autem quam beatus Johannes se au-
disse seu audivisse dicit, duo
videnda sunt. Primum est unde
illa vox venit cum dicitur Au-
divi vocem de celo. Secundum
est propter quid venit ut scilicet nos
circa quatuor certificaret. Primo qua-
lis est homo ex conditione nature
cum dicitur mortui. Et qualis
efficiatur ex dono gratie cum dicitur
qui in domino moriuntur. Tercio
qualis fructus futurus sit ex con-
summatione glorie cum dicitur beati.
Quarto qualiter debeant se gerere
in hora mortis continua meditatione
cum dicitur scribe. Circa primum no-
tandum quod hoc quod dicitur quod
ista vox de celo venit est nobis ad
magnam certitudinem consolationis et
beatitudinem magnam cum securitate
et certitudo testimonii huius apparet
quod in celo non sunt nisi beata
civitas angeli et sancti. Venit
igitur ista vox de celo a deo trino
et uno qui non potest mendacium
dicere. Venit ab angelis qui non
possunt errare. Venit a sanctis
qui non possunt nos decipere. Est
etiam hoc ad nostram magnam con-
solationem. Quia hoc cum dicitur intelligi-
mus quam desiderant nos in celo ex-
pectant beata civitas angeli et
beati. Angeli quidem propter sui numeri
perfectionem. Beati propter suam consumma-
tionem et corporum resumptionem.
Beata civitas propter sue laudis
totalem impletionem. Ista quatuor
tangit Bernardus super Cantica
prout de statu et consummatione
celestis [illegible] omnis pendent tolle-
rant et frustra inferior creatura
filiorum dei revelationem expectat.
Sed et ipsa angelorum societas propter
suam imperfectionem numeri claudicabit.
Nec civitas dei sua integritate
gaudebit. Ceterum putas deum
habiturum totam glorie sue laudem
donat et ipse in conspectu ange-
lorum psallet ei. Est etiam quarto ad nostram
magnam beatitudinem quod celum
cum intelligimus potest altitudo civitatis
dei quid parat dat sua voce et te-
stimonium quod nos expectat tam-
quam filios. Filius quod nos

expectat tanquam filios suos
Christus scilicet quod nos expectat
tanquam pater et filii perfectos a-
matores unde dicit Bernardus
Magnum perfectionis testimonium
habitum sunt quos pater in celo tan-
quam filios et heredes suscepit
filius tamquam fratres et coheredes
acceperit secundum cum indignum esset
deo illorum fieri patrem quorum
Christus se fecerat fratrem et quos spiritus
sanctus adherentes deo unum spiritum
faciet esse cum eo Secundo videndum
est propter quid hec vox venit vel
cum primo ut nos contristaret qualis
homo est ex conditione nostre quia
sit mortalis et moriturus / quod notatur
cum dicitur Mortui Ista cum hoc
mortis universum genus humanum
occupavit et in longitudine
et in latitudine et in sublimitate
et in profundo In longitudine quidem
quia usque ad finem mundi durabit
Sunt autem ipsa mors penitus de-
struetur I Cor xv Novissime
autem inimica destruetur mors Sunt
omnis vinus et potentia ab ea
auferetur Ibidem Ubi est mors vic-
toria tua ubi est mors stimulus
tuus Sunt ipsa in infernum totaliter
precipitetur Apocalypsis xx Precipitabit
deus mortem in sempiternum In la-
titudine vero quia per totum mundum
a puero usque ad magnum a iuventu-
te usque ad senem a divite
usque ad pauperem se extendit
Roma v Per unum hominem pec-
catum in hunc mundum intravit
et per peccatum et mors ita in omnes
homines mors pertransiit In quo
omnes peccaverunt In altitudine
autem quia usque ad altissimum dei
filium se erexit Roma v Cristus
tum adhuc infirmi essemus pro

tempus pro impiis mortuus est
In profundo vero quia etiam usque ad
illum qui est in inferis vitus se in-
mersit Osee xiii Iustitia autem
tissima utere eorum Secundo autem
qualis homo efficitur extra domus gratie
cum dicitur Qui in domino mori-
untur Circa quod notandum quod
quidam moriuntur sine domino
quidam extra domum / quidam
prope dominum Quidam in domino
et quidam cum deo Et ad hoc
intelligendum notandum est quod
secundum Augustinum Triplex
est mors scilicet culpe gehenne nature
mori peccato et mori mundo Mors
culpe est quibus anima separatur
a deo qui est vita Tali sunt
mortui sancti domino propter peccatum
separatur ab ipso Ysaie lix Iniqui-
tates vestre diviserunt inter nos
et deum vestrum Sapientie i Perverse
cogitationes separant a deo / De
talibus qui sunt mortui et sine
deo Ephesios ii Eratis sine Cristo
et sine deo in hoc mundo Secunda
est mors gehenne / de qua dicit
in psalmo Mors peccatorum pessima
De qua etiam dicitur Apocalypsis ii
Qui vicerit non ledetur a morte
secunda id est a morte eterna Que dicitur
secunda respectu precedentis mortis
culpe sicut effectus respectu cause
Quia hec ab illa nascitur Tales
moriuntur extra domum licet cum
primi de quibus supra dictum est
moriuntur sine domino non tamen
extra domum quia per penitentiam possunt
redire ad domum Isti autem mori-
untur extra domum quia ulterius
non possunt redire ad domum Ideo ex-
portatis interim proiciuntur et tanquam
asini putridi in sterquilinium
iactabuntur Ieremie xxii Sepultura

asini sepelietur putre factus
et proiectus extra portas iherusalem
Tercia mors est nature de qua
dicitur Sapientie i Deus mortem non
fecit impii autem manibus et
verbis accersierunt illam impii
cum i adam et eva mortem
acquisiverunt manibus ipsam mag
ad pomum vetitum porrigendo
et verbis serpenti incredibiliter respon-
dendo istam mortem nature
sancti martires libenter pro
cristo sustinuerunt unde dicitur
de quodam i Machabeorum vi ille
gloriosam mortem magis quam
odibilem vitam amplectentes
voluntarie preibat ad supplicium
isti tales moriuntur pro domino et
pro fide et nomine domini ut sic
domino mortuus est pro ipsis ita
ipsi moriuntur pro eo dicit enim propheta
Quid retribuam domino pro omnibus
que retribuit michi calicem
salutaris accipiam et nomen
domini invocabo Quarta mors
est qua quis moritur peccato de qua
dicitur Romanorum vi Qui enim mor-
tui sumus peccato quomodo adhuc vivimus
in illo Tales moriuntur in domino
dicit enim propheta propter te mortificamur
tota die Quinta mors est qua
quis moritur mundo sicut viri
religiosi qui dicunt cum apostolo
Galatarum vi Michi mundus cruci-
fixus est et ego mundo Tales
moriuntur cum deo de quibus
dicitur Colossenses iii Mortui enim estis
in vita vestra abscondita est cum
cristo in deo Tercio ostenditur
qualis homo futurus est ex colla-
cione glorie cum dicitur beati spiritus
cum modo beati unica stola bea-
titudinis i velocitate anime
in resurrectione autem erunt beati
duplici stola scilicet anime felicitate

et corporis claritate Valet quoque
anime diligenti deum corpus suum
sanum valet infirmum valet mortuum
valet resuscitatum Sanum quoque
valet ad fructum penitencie infirmum
ad meritum paciencie mortuum ad
desiderium glorie perficiende et re-
suscitatum ad consummationem glorie
iam perfecte Marito ergo secundum
Bernardum sine corpore anima non
vult perfici quia in nullo statu potest
in bonum subvenire sibi Quarto
ostenditur qualiter homo debeat
se habere in hora tam continua
recordatione scilicet qualis homo
sit ex condicione nature Qualis ex
dono gratie et qualis ex collatione
glorie Et hoc notatur Cum dicitur debe
debet namque prima facere id est
memorie sue frequenter imprimere
qualis homo sit ex condicione
nature quia scilicet mortalis et ma-
riturus et ista memoria valet
ad peccati vitationem Ecclesiastici vii Memo-
rare novissima tua et in eternum
non peccabis Nec peccato superbie
nec avaricie nec luxurie Ysaie
xiiii Detracta est ad inferos
superbia tua concidit cadaver tuum
subter te sternetur tinea et operimen-
tum tuum erunt vermes Superbus quidam
in vita appetit locum sublimem
et altum sed in morte sortitur
locum infimum et subiectum ideo
dicitur detracta est superbia tua
Avarus enim moratur in terra per amo-
rem et cupiditatem ideo in mor-
te habitabit in terra per corporis
putredinem et feditatem et
ideo dicitur Concidet cadaver tuum
Luxuriosus vult habere lectum car-
nalem i deliciosum sed in morte
habebit talem et penosum
Et ideo subditur Subter te sternetur
tinea et operimentum tuum erunt vermes

Secundo debet scribere id est memorie sue imprimere qualis homo sit ex dono gratie quia scilicet in domino moriuntur. Et ista memoria valet ad mortis sanctorum imitationem. Sed qui vult imitari sanctos in morte debet eos prius imitari in vita perfectione. Sed multi qui dicunt cum Balaam Numerorum Moriatur anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia. Iste volebat nunc vitam iustorum sed tamen mori morte iustorum volebat. Erat tamen iustorum novissima non prima nec media nec ultima. Primum hominis est etas iuvenilis, medium etas virilis, ultimum etas senilis, novissimum autem mors finalis. Iste scilicet non appetebat habere vitam iuvenilem nec virilem nec senilem iustorum sed tantum mortem ipsorum. Tertio debet scribere id est memorie commendare qualis homo futurus sit ex collatione glorie quia beatus. Et ista memoria valet ad desiderandum societatem sanctorum. Ipsi enim multum desiderant societatem nostram. Et ideo nos debemus desiderare societatem eorum. Quod autem nostram societatem desiderarent significatur per illud quod scribitur ii Machabeorum i: Fratribus qui sunt per Egyptum et per medium Iudeis salutem dicunt fratres qui sunt Iherosolimis in beata visione divine pacis et pacem bonam et nunc sumus orantes pro vobis. Ex quibus verbis habetur quod beati societatem nostram multum desiderant ex quo quod affectant nostram salutem et ex eo quod affectant appetunt nostram pacem. Et ex eo quod ad deum fundunt pro nobis devotam orationem et cetera sequitur.

Sermo septimus de animabus sequitur

Nolumus vos ignorare de dormientibus ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. i Thessa. quarto. Gentiles miseri et pagani circa statum defunctorum in tribus errant. Primo quia credunt ipsa corpora morte perpetua detineri. Secundo quia credunt animas cum corpore mori. Tertio quia credunt animas suis corporibus imperpetuum coniungi. Fideles autem et catholici econtrario credunt scilicet et quod corpus defuncti non est mortuum sed dormit. Et quod anima tota deo vivit. Et quod anima aliquando suo corpori coniungetur. Et sic totus homo beatus erit. Ista tria tangit apostolus in verbis premissis in quibus monet fideles tribus rationibus ne super mortem carorum suorum debeant contristari sed consolari. Una ratio sumitur ex parte corporis quia scilicet accipit quietem et dormitionem non mortem perpetuam et resolutionem cum dicit Nolumus vos ignorare de dormientibus. Secunda sumitur ex parte anime que habet immortalitatem et glorificationem. Cum dicitur ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent qui scilicet non credunt animas vivere sed cum corporibus interire. Tertia sumitur ex parte utriusque scilicet corporis et anime que in beata resurrectione accipient felicem unionem. Cum dicitur Si enim credimus quod Christus mortuus est et resurrexit ita et deus eos qui dormierunt per ipsum adducet cum eo. Prima igitur corporis

consolatur fideles ex ratione cor-
poris. Unde dicitur Lazarus non est
mortuus sed dormit. Nemo enim
contristatur de suo amico si dormi-
erit sed potius congaudet. Di-
cuntur autem mortui dormientes
triplici ratione scilicet ratione quietis
visionis et resurrectionis. Primo
quidem quia sicut dormientes a
laboribus cessant Apocalypsis xiiij°
Amodo iam dicit spiritus ut re-
quiescant a laboribus suis. Re-
quiescunt autem ab illis laboribus
de quibus dicitur Ysaie xiiij° Et
erit in die illa cum requiem
dederit tibi deus a labore tuo
et a concussione tua et a servi-
tute dura qua ante servivi-
sti. Primo igitur requiescent a labo-
ribus suis, concussione et servi-
tute. De labore quidem quem pacie-
bantur in mundo ii Cor xi°
In laboribus plurimis in car-
ceribus habundancius in plagis
supra modum et in mortibus
frequenter. De concussione id est temp-
tatione quam paciebantur a dyabolo
de qua concussione dicitur Luce
xxij Simon ecce sathanas
expetivit vos ut cribraret
sicut triticum. De servitute dura
quam paciebantur a corpore suo
quia sepe animam condescen-
dere et servire in multis suo cor-
pori oportebat et ideo quodammodo
sui corporis serva erat aliqua
servitute. Tunc libera erit Ro. 8
Ipsa creatura liberabitur a servi-
tute corrupcionis in libertatem
glorie filiorum dei. Secundo
mortui dicuntur dormientes

ratione visionis. Dormienti-
bus enim multe conveniunt
diverse visiones. Quidam enim sunt
qui nullas habent visiones sicut
pueri parvuli. Quidam qui ali-
quas habent. Et horum quidam
habent bonas et delectabiles sicut
viri perfecti. Quidam malas
et terribiles sicut peccatores im-
pii. Quidam aliquando delectabi-
les aliquando terribiles sicut
imperfecti. Sic etiam de mortuis
est dicendum. Quidam enim
eorum nullas vident visiones sicut
parvuli non baptisati neque enim
habent visiones delectabiles quia
deum videre non possunt neque terribiles
quia demones non conspiciunt
sed in quadam quiete requiescunt
in quorum persona dicitur Job iij°
Quare non in vulva mortuus
sum, egressus ex utero cur non
statim perij. Sicut enim dor-
mientes silent. Ex quo datur
intelligi scilicet non perturbatur
aliqua requie et pausatione.
In hoc autem quod subditur vero
viderunt lucem datur intelligi
quod sunt privati divina visione.
Alij sunt qui habent dulces
et delectabiles visiones sicut
beati qui faciem dei vident
Job xxxiij° Videbunt faciem
eius in iubilo. Sicut autem
dicit Hugo super Gen. ad literam
Illi beati habent triplicem generaliter
visionem quibus eum vident videntur
scilicet corporalem spiritualem et intel-
lectualem. Corporalem quia vide-
bunt cristi humanitatem et
novum celum novum et corpora

beatorum corporalem quia videbunt
beatos spiritus angelorum corda et ani-
mas singulorum intellectuale quia
videbunt ipsum deum in quantum eis vi-
dere erit possibile Alii vero sunt qui
habent visiones malas et terribiles
sicut dampnati qui demones semper
vident Sapientie xvii^o supervenientes tri-
stes illis apparentes pavorem illis
prestabunt Job xx vadent et veni-
ent super eos horribiles Ex quibus
verbis habetur quod demones erunt
tristes horribiles et importuni
Tristes quia non cessabunt ante
eos ire et redire Horribiles ut
generent eis timorem Importuni
ut ducant eos ad desperationem Alii
sunt qui habent visiones tristabi-
les et delectabiles sicut illi
qui in purgatorio sunt et cruci-
antur qui vident demones qui e-
os cruciant et angelos qui eos
confortant Job iiii In horrore vi-
sionis nocturne pavor tenuit me
et tremor Hoc quantum ad horribi-
lem visionem demonum et vocem
quasi aure lenis audivi Hoc quan-
tum ad dulcem consolationem angelorum
Etiam mortui dicuntur dormientes
ratione consecutionis / homo dormiens
cum ista consequitur surgit cum integer
et perfectus / surgit magis iocundus
et letus / surgit magis fortis et ro-
bustus et surgit leviter excitatus
Sic et sancti surgent integri et per-
fecti a deo ut nec unus capillus
eorum perire non possit Luce xxi^o
Capillus de capite vestro non peribit
Surgent iocundi et leti Job viii^o
deus non proiciet simplicem nec por-
riget manum suam malignis do-
nec impleatur os tuum risu et labia
tua iubilo Surgent fortes et robu-
sti unde dicitur de deo resurgente
in psalmo Excitatus est tamquam
dormiens dominus tamquam potens
crapulatus a vino surgit enim
robustus ideo dicitur tamquam potens
et iocundus ideo dicitur tamquam
crapulatus a vino quia vinum leti-
ficat cor hominis Surgent leviter
excitati Job xiiii^o vocabis me
de monumento scilicet excitando Et
ego respondebo tibi continuo scilicet
resurgendo Operi manuum tuarum
porriges dexteram scilicet in iudicio
protegendo / Secundo apostolus consolatur
fideles super mortem carorum ratione
anime que habet immortalitatem
et felicitatem Cum dicit ut
non contristemini sicut et ceteri qui spem
non habent qui scilicet non credunt
animas post mortem vivere nec felici-
tatem beatitudinis obtinere Et
ideo fideles qui ista credunt de-
bent desiderare de fragili corpore
exire ut possint eternam aulam stola
glorie possidere Quod quidem per tria
exempla persuaderi potest que ponit
crisostomus ad fortunatum videlicet sicut
desiderat nauta de naufra-
gio peregrinus de exilio et ha-
bitator de hospitio ruinoso De
primo sic dicit Si navigante
te turbida et procellosa tempe-
stas fluctibus vallantibus excitata
fuerit / minaretur futura naufragia nonne
portum velociter peteres Sancta quidem
in corpore posita multa naufragia
sustinet quia modo allidit ad
scopulos quos sepe demon machi-
nat ut sui dei per quod resurge-
rem requiescat Treni i^o Po-
puli torrentium innovati sunt ut
requiescerent in sanguine Modo
opprimitur fluctibus malarum concupi-
scentiarum de carne surgentium
modo conquassatur ventis tempt-
ationum De hiis tribus dicitur
Mathei viii^o Ecce motus magnus
factus est in mari ita ut na-
vicula operiretur fluctibus Sed sepe
deus et ventos sedat et fluctus

tranquillat ibidem Et imperauit
ventis et mari et facta est tran-
quillitas magna/ Secundo debent de-
siderare de corpore exire tanquam
peregrini de exilio unde dicit Ciprianus
Quid [illegible] qui constitutus non procu-
rat ad patriam regendi Sancti
cum viri modo sunt peregrini 2
Cor v Audacter sumus in hoc
corpore peregrinamur a domino ideo psalmista
conquerebatur dicens/ Heu michi quia
incolatus meus prolongatus est
habitaui cum habitantibus cedar
Glossa cum brevem talem ponit ex
quibus verbis habetur quod peregrini
quatuor de causis desiderant ad
patriam suam redire primo quando
peregrinatio est nimis longa et ideo
dicit/ Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est et communis
dies vite hominis breues sunt
iuxta illud Job xiiii Breues di-
es hominis sunt tamen deum a-
manti et desideranti nimis lon-
gi videntur unde dicit Glossa ibidem
Et si breve sit tempus tamen
ex desiderio nimis longum esse
videtur desiderant igitur sancti
ut sua peregrinatio finiatur ut
de exilio ad pallacium transferantur
Sicut peccatores exilium nollent fi-
nire ne ergastulo carceris intru-
dantur Eccl iiii De carcere cathe-
nis que interdum quis egreditur
ad regnum et alius natus in
regno inopia consumitur/ Secundo
quando habet mala hospitia ideo
dicit/ habitaui cum habitantibus
cedar id est tenebrarum Cedar fuit
filius ysmahelis unde sarraceni
descenderunt qui verius aba-
gar agareni dicuntur sed a
sara digniore et libera nomen
sibi vendicauerunt Cedar autem
interpretatur tenebre interpretantur

Thabernaculo autem secundum hugwitionem
dicitur a thaberna eo quod non est fixa
sed sicut aliud quod mutatur et ad
transmigrantes transmigrat Si igitur
viri ad patriam suam desiderant per-
uenire animam quia in paruo vita
non sicut domum stabilem sed rui-
nosam Job viii Innititur super
domum suam et non stabit fulciet
eam et non consurget set tenebro-
sam Sapie xvii Vinculis tene-
brarum et longe noctis compediti
Tercio quando habent viam asperam
[illegible] cum via si est aspera vi-
detur esse multa ideo subdit multum
incola fuit anima mea Aspera
quidem est via quia plena est lapi-
dibus superbie spinis auaricie et
luto carnalis concupiscentie Quarto
quando habent societatem pessimam
que eos perturbat ideo subdit
Cum hiis qui oderunt pacem eram
pacificus Sancti cum viri habent
tres malos socios scilicet mundum car-
nem et dyabolum Mundus conturbat
per afflictionem Johannis xvi In mundo
pressuram habebitis in me autem
pacem Caro conturbat per impugna-
tionem Gala v Caro concupiscit
aduersus spiritum et spiritus aduersus car-
nem Dyabolus conturbat per dissen-
sionem Math xiii Venit inimicus
eius et seminauit zizania
Tercio debent desiderare
exire de corpore tanquam habitator
de hospitio ruinoso unde dicit [illegible]
Ciprianus Si in habitaculo tuo ve-
tustate muri et tecti desuper tre-
merent domus iam fatigatas lassa
edificiis senectute labentibus ruinam
[illegible] minaretur nonne omni ce-
leritate migrares de ista thaber-
naculo ruinoso dicit psalmista tanquam
parieti inclinato et macerie depulse

Item apostolus hebr. viii. Quod
antiquatur et senescat prope interitum
est. Ex quibus verbis habetur quod
habitaculum corporis nostri est habita-
culum inclinatum tamquam cito in ter-
ram casurum quia etiam ipsum corpus est
ex quatuor elementis compositum
contrariis et nullo est temperamento
rationis colligatum ideo est tamquam
una depulsa. Et ideo cito gravis
resolvendum. Et nam est etiam an-
tiquatum ex eo quod ab adam usque
ad nos est propagatum ymo est morti
vicinum. Tertio apostolus consolatur fide-
les eo quod in beata resurrectione
anima corpori coniungetur. Unde dicitur
Si enim credimus quod ihesus mortuus
est et resurrexit etc. Hoc quidem
requirit dei sapientia iustitia muni-
ficentia et bonitas. Et ut hoc
melius pateat. est notandum quod
deus quatuor de causis animam
corpori coniunxit. Primum est ut uni-
versum suum perficeret. Cum enim
sit quedam creatura pure corpora-
lis et creatura insensibilis. quedam
pure spiritualis ut angelus, oportuit ergo ad complecionem universi
ut esset una compositio ex corpore
et spiritu rationali ut est homo.
Decuit ergo divina sapientia ut sit
anima ad perfectionem universi corpori
unitur ita beata vita isto ordine
divine sapientie non pereret sed anima
suo corpori coniungatur ut universum dei
compleatur. Secunda ratio quare scilicet
anima corpori est ~~[illegible]~~ coniuncta
est ut anima in corpore et per corpus
agens meritum acquireret. Tertia
est ut anima dei sua carnem con-
sortem custodiret et superius sedi-
bus collocaret. Istam duplicem
rationem assignat Gregorius Nazanzenus
d. anima colligata est corpori duabus
de causis ut aprimum una est ut
per agens meritum qui cum [illegible]

adversus carnem sicut auriga
prebetur in equis exagitare. Alia est
etiam haec ut spem corporis sociam
[illegible] ac [illegible] in supernis
sedibus collocaret eo sicut [illegible]
subiectam [illegible] et ideo effectus
fidelem consortem. Decet ergo deo
iustitia et sicut anima per diversas
agones meruit in corpore ita re-
muneretur in corpore. Decet etiam
dei munificentia quod non remuneret
animam solam sed etiam cum anima re-
muneret fidelem consortem id est propriam
carnem. Quarta ratio est quare
scilicet anima est iuncta corpori est ut
ipsum corpus vivificaret. Istam ratio-
nem tangit ambrosius de bono mor-
tis dicens hec forte cum infunderetur
anima corpori etiam confundi putetur
exemplum nobis sit [illegible] luminis
gratia. Si quidem ad lumine [illegible] cor-
pori infunditur nec tamen confunditur
[illegible] sit ergo consortia quorum
dispar est [illegible] sed sit anima in cor-
pore ut vivificet corpus et gu-
bernet et illuminet. Hec ambrosius.
Decet ergo dei bonitas ut
sicut corpori mediante anima dedit
vitam nature sic et corpori me-
diante anima dabit vitam glorie.

Sermo octavus de animabus sequitur

Non contristemini sicut et ceteri
qui spem non habent. i.
thessa. iiii. Pagani et gen-
tiles qui de resurrectione nullam
spem habent in morte carorum suorum
plurimum contristantur et hi aliqui pro-
pter [illegible] sunt consolationis
tempore et suam tristitiam temporare
quendam eius [illegible] deformem
habitum induentes. Unde dicit Va-
lerius maximus libro ii [illegible]

mittit luctus mulieribus vestem
induunt ut deformitatem habitus
commoti maius dolorem preferunt
Alii vero sperabant filios suos te-
nere non amantes Unde dicit poli-
tes Persae non aspiciunt filios ante
perfecte septem annos qui ut peri-
culorum amissione se equanimiter
ferrent Alii autem sperabant filios
mortales se genuisse considerantes
Unde refert Seneca quod Anaxagoras
audita morte filii sui dixit Scie-
bam me genuisse mortalem
Jeronimus in epistola ad Thyrasium
Erubescat incredulitas nostra que
nec cum gentibus deo vult esse
subiecta communis est nobis cum illis
exitus mortis et dolores illorum
superamus doloribus nostris Gentiles
saepe dolores contempnunt qui
eos ad penas tartari rapiunt et
nos plangimus euntes in celum
regnandum quidem super morte carorum
nostrorum multis de causis non de-
bemus contristari sed potius consolari
primo propter moriendi necessitatem
Exemplum patet in quodam rege pa-
gano de quo sic dicit Augustinus
in libro de cura pro mortuis Fuit
quidam princeps paganus unum
habens filium satis carum qui cum
in templo diis suis gentili
errore sacrificaret nunciatur ei
quod filius suus obiisset Rex
reliquit sacra que in manibus
gerebat nec lacrimatus est nec om-
nino suspiravit sed ait sepeli-
atur Memini me illum genuisse
mortalem unde dicentem eiusmodi
pagani Regem ecce expectari in-
sit ut vel eo puto tradetur
filius sepulture Quid dicam

coram cristo sunt contra nos di-
centes in iudicio dicat Ecce Sic
cultor meus quem perfidus me-
us despiciebam ut ydolis serviret
qui nec resurrectionem nec paradisum
nec regnum celorum promiserant
pro morte unici nobilis sapientis
filii sacra mea non dereliquit nec
flevit Cum vero christiani quibus
deus mortuus est pro crucifixus
ut mortem non timerent et essent
de resurrectione securi Istos solum
lugent mortuos voce et habitu
sed etiam ad ecclesiam procedere non con-
funduntur Aliquando etiam clerici et
pastores ministerium suum intermittunt
vacantes luctui Item Secundo
debemus consolari propter revocandi
impossibilitatem huius exemplum
habemus in david Qui sicut ha-
betur 2 Regum 12 pro infante in-
firmo se affligebat nudus se-
debat ieiunabat et orabat ut
sibi puer restitueretur Postquam
autem cognovit ipsum esse defunc-
tum de terra surrexit faciem lavit
atque comedit dicens Ego ibo
magis ad eum ipse non revertetur
ad me Et 2 Regum 14 Omnes
morimur et quasi aque dilabimur
in terram que non revertuntur Ipse fle-
mus quando homo tres habuit
status in primo stabat dispositus
tamen erat ad standum et ad defi-
ciendum quia Adam cum in primo
statu erat poterat mori et non
mori Modo autem omnes flent et
nunquam redit quia omnes nascimur
et omnes morimur Ultimo autem
redit et nunquam flent quando
scilicet omnes resurgent et tunc
nunquam flent quia nullus

de certo morietur. Iniquus autem
defuncti non redituri ad vitam
non sunt flendi. Causa autem
quare dominus flevit cum suum ami-
cum Lazarum ad hanc vitam mi-
seram revocaret ostendit Jeronimus
in epistola Tyrasium dicens: Doluit dominus
et flebat quod Lazarus cogebatur
propter salvandos alios seculo re-
vocare. Contra lacrimas tuas pugnant
lacrime eius et amor tuus amori
eius non convenit. Unde apparet
sola eum fuisse causa commotum
quod ad hostilem vitam ipsum revo-
care deinde propter credituros aliquos
et confirmandos incredulos co-
gebatur. Tertio debemus consolari
propter fruendi deo maiorem faculta-
tem. Saepe enim filii et parentes
volentibus deo frui sunt impedi-
mento. Huius exemplum habemus
in sancta Melania de qua scribit
Jeronimus in Epistola ad Paulam.
Sancta Melania inter christianos
christianos vere nobilitatis genus ca-
lescente adhuc mariti corpusculo
nondum humato duos perdidit
filios. Rem dicturus incredulam
sed Christo teste non falsam stetit
immobilis et ad pedes advoluta
Christi quasi ipsum teneret arrisit dicens:
Expeditius tibi serviturum sum domine
quia tanto me onere liberasti.
Sicut enim ait apostolus I Cor. vii:
vir qui habet uxorem vel uxor
que habet virum habet cor divi-
sum quia oportet quod curet ea que
sunt dei et que sunt mundi. Et
sic unam partem cordis sui dat
deo et aliam mundo. Et ubi est
cordis divisio ibi non potest
esse plena dei dilectio. Quarto

debemus consolari propter dei be-
neplacitum et voluntatem. Et hec
sola causa si alia non esset suf-
ficere deberet quia scilicet hoc deus
voluit et mandavit. Huius ex-
emplum habemus in Curtio op-
timo ~~Romano~~ de quo sic dicit
Augustinus in libro de civitate dei:
Curtius armato equo in abruptum
terre hiatum precipitem se dedit
quia iusserant dii ut illuc quod
haberent romani optimum mitteretur.
Si ergo homo paganus et gentilis
nullam spem habens de resurrec-
tione corporis morti se tradidit eo
quod dii hoc iusserant et volebant
quanto magis homo christianus non
debet se de sua et aliorum mor-
te dolere quando scit deum hoc velle.
Tali consideratione divine voluntatis
super morte filiorum consolabatur se
Job i°: Dominus dedit dominus
abstulit sicut domino placuit ita fac-
tum est etc. Glossa ibidem ~~Iustus~~ que
In re que displicet magna est
consolatio si eo ordinante ge-
ritur cui nil nisi iustum placet.
Jeronimus in Epistola ad Tyrasium:
Unum fateremur si mori tantum
properet deus voluntas omnis
utique sufficit ad solacium cui nullo
ponere iubemur affectum. Quinto
debemus consolari propter immor-
talitatis vite adeptionem quam scilicet
illi qui in domino moriuntur ad
vitam immortalitatem perficiuntur.
Huius exemplum habemus in The-
obroto philosopho de quo sic dicit
Augustinus in libro de civitate dei:
Theodobrutus lecto Platonis
libro ubi de immortalitate anime
disputavit se precipitem dedit

de mundo atque ita ut ex hac
vita migraret ad eam quam cre-
didit esse meliorem. Si homo
paganus tantam fidem dedit
dictis alterius pagani quod ob
amorem future vite suam con-
tempsit quanto magis christiani deo suo
de vita sua eternitati non debent
de morte sua vel suorum dolere
ut ad beatam vitam possent
pervenire. Hoc etiam alius paganus
scilicet Tullius in libro de senectute
affectabat. O preclarum diem
cum ad illud divinum animorum
consumptum sic cursum quod proficiscar
cum ex hac turbe collimione
discedam. Proficiscar enim ad viros
sapientes et ad Catonem meum
precipue amicum quo nemo vir
melior natus est nemo pietate
prestantior. Videmus autem quod pa-
rentes gaudent circa presentiam
filiorum quando perveniunt ad asse-
quendam aliquam dignitatem
et tamen dolent quando proficiscuntur
ad vite immortalitatem. Ieronimus
ut supra. Gaudent parentes
tota vita sine filiis commorari
dummodo valeant quod cupiunt
de suis pignoribus adipisci.
Peregrinantur ut ad palacia perve-
niant, navigant ut ad digni-
tates ad studia acquirenda
ad causas patrimonii exple-
tandas cum parvulis et labore
et ut inde redeunt ad patri-
monium possessionis et hanc
cum securitate valeant perve-
nire. Nemo filios suos a se
gratulatur ostendere ad compara-
nda peccata gaudent tam parentes

a filiis quam filii a parentibus propter pro-
cantem dyabolo separari et ad indul-
gentiam percipiendam nolunt
abinvicem deo vocante secerni.
Hec Ieronimus. Sexto debemus con-
solari propter miserie mundi evasionem.
Huius exemplum habemus
in pluribus gentilibus et paganis
de quibus sic dicit Solinus. Tra-
cibus et Barbaris inter gentibus
mundi concordant omnes ad initium
dum nonnulli eorum putent obe-
untium animas reditui, alii non extingui
sed beatas magis fieri. Apud
plurimos luctuosa sunt puerpera,
exequie leta sunt funera a deo ut
exemptos gaudiis prosequantur. Ecce
quia inter ipsos paganos consuetudo
est quando puer nascitur parentes
et amici faciunt magnum planctum
de eo quod in hunc mundum ingreditur
ubi passus est multiplicem penam
quando vero moritur gaudent ut
faciant magnum festum ex eo quod
labores mundi evasit et de mi-
seriis huius mundi exivit. Ambrosius
in libro de bono mortis. Si plena
oneris est vita utique finis eius
alleviamentum est. Tale levamentum
autem bonum. Mors ad finis huius
vite. Mors igitur bona. Alicubi etiam
est consuetudo ut dicit Ieronimus
quod mortuos nunc cum cantibus
sepeliunt. Defunctis adgaudent cum
eum vident mortem subire quod post
ipsum in luctu et statu miserabili
remanent. Septimo debemus con-
solari propter debiti solutionem. Tenemur
enim deo solvere debitum mortis
et ideo nullus debet dolere si solvit
quod debet. Exemplum habemus

in tribus Episcopis Quorum exem-
plorum unum ponit paulinus Unus
namque volebat hoc debitum mortis
exsolvere Alius volebat solvere
si non debebat Si non debebat statim
volebat Tercius ponebat hoc in volun-
tate creditoris paratus retinere quamdiu
creditor vellet De primo narrat Ci-
prianus quod cum quidam Episcopus in infir-
mitate gravi laboraret Quidam
iuvenis speciosus sibi apparens cum
indignacione fremuit et ait pati
timetis exire non vultis quid faciam
vobis Et sicut ab eo iratus recessit
De alio narrat Augustinus quod cum quidam
Episcopus infirmaretur et sibi diceretur
quod adhuc eum dominus liberaret eo quod
ecclesie utilis multum esset Cui ille
ad dominum dixit Si nunquam bene
si aliquando quare non hodie Et ipse
dicebat nunquam debeo mori sic ergo
sine morte differri placet michi
non mori Si autem aliquando mori
debeo cur ultimus differor De tercio
scilicet de beato Ambrosio narrat
paulinus Quod cum senescens esset
et rogaretur ut prolongacionem vite
sibi a domino obtineret ait Sic non
vixi ut me pudeat inter vos vivere
nec mori timeo quia bonum dominum
habemus Et ipse dicit Si placet
deo ut moriar possumus mori
sine timore Talis eciam fuit
beatus Martinus de quo cantatur
Quod nec mori timuit nec
vivere recusavit De isto debito
sic dicit Jeronimus ad Thyrasium
in Epistola Minus est qui plangat
quod ad tempus acceperat deus accomo-
daverat ut haberet quanto tempore
voluisset ut cum vellet rursum
auferret nichil abstulit tuum
qui recepit dignatus est proprium
Creditum suum deberet recepe rece-

dicionem et nichil aliud decet
quam creditori suo gratias agere
mutuatorem Octavo debemus
consolari propter exilii plenam absolu-
cionem Homo enim quando moritur
ab exilio putatus miserie liberatur
sicut dicit Johannes Crisostomus super
Matheum Mundus iste est domus
corporis celum autem est domus anime
Et sic anima hic est peregrina
Caro autem domestica In celo
autem anima erit domestica Caro
vero peregrina Unusquisque autem rex
in sua patria forcior est et
amplius dominatur Cum igitur caro
hic sit in sua patria et anima
peregrina ideo videtur caro anime dominari
Cum quia autem valde potens est
ideo eam in terre aliqualiter
separat Et ponit exemplum Quod
si dives et potens in domo
alicuius pauperis hospitatur pauper
quidem ibi iubet et dominatur quia
in domo sua est dives vero
et si non possit iubere quod vult
quia hospes est magnam tamen
fiduciam habendi fieri aliquid
sibi vendicat quia potens est
Anima in celo constituta potens
est quia in domo propria est et
ideo ibi eterni animo dominatur
et quia potens et quia in do-
mo propria Caro autem de sui natura
est infima et ibi peregrina
et ideo nichil carnale sibi po-
terit vendicare Et ponit exemplum
sicut pauper si in domum divitis
intraverit non est ausus aliquid suum
ibi apparere primo quia peregrinus
est secundo quia pauper est Sic et
caro Cum in illud seculum
resuscitata intraverit nil

anime sibi petit carnale vendi-
care primo quia contraria est
in seculo spirituali secundo quia infirma
est carnis natura / post ea subdit
hec autem diximus secundum rationem
necnon veram in resurrectione muta-
da est carnis natura et nichil car-
nale habet in se nisi forte
tropo formam sicut scriptum
est seminatur corpus animale et
surget corpus spirituale etc /

Sequitur sermo nonus de animabus et cetera

Vir fortissimus iudas colla-
tione facta duodecim
milia dragmas argenti
misit ierusalem offerri pro peccatis
mortuorum in sacrificium 2 Ma-
chabeorum xii. Secundum beatum Grego-
rium fidelium defunctorum qua-
tuor modis solvuntur aut obla-
tionibus sacerdotum aut precibus
sanctorum aut carorum elemo-
sinis aut ieiuniis cognatorum
In verbis autem premissis saltem
tria de suffragiis premissis tan-
guntur . scilicet elemosine Cum
dicitur / duodecim milia drag-
mas argenti misit ierusalem
Sacrificia in eo quod sequitur
offerri pro peccatis mortuorum
in sacrificium Ille cum tanta
pecunia et per elemosinis
orat et per sacrificiis tanguntur
et orationes Cum subdit Sancta
ergo et salubris est cogitatio
pro defunctis exorare ut a peccatis
solvantur videndum est autem
hic primo de loco ubi anime
purgantur Secundo de modo
per quem purgantur Tertio de
suffragiis quibus adiuvantur Quarto
de causis propter quas eas adiuvare
tenemur Circa primum notandum
Quod de loco inferni sive pur-
gatorii ubi sit plures existimant
sic Augustinus cum dicat neminem
posse scire hoc unde dicit in libro
de civitate dei Infernus cuius-
cumque modi sit et in qua parte
mundi sit hominem scire arbi-
tror neminem nisi forte divinus
spiritus hoc ostendat ysidorus vero dicit
locum infernalem esse in aliqua
superficie terre ex quo postquam
sol et luna prebuerunt in habita-
culis suis Sol in puncto orientis
et luna in puncto occidentis
Et ideo illa superficies dampna-
torum tota remanebit horrida
et obscura Ceteris autem creditur
quod infernus sit in medio centro
terre et hoc tangit quedam
glosa super illud Jone 2 proieca-
sti me in profundum et in cor maris
sicut inquit cor est in medio
animalis ita infernus in medio
terre / et talis locus valde con-
gruit dampnatis propter elonga-
tionem obscuritatem et frigidita-
tem propter elongationem quidem quia
nichil tantum distat a deo quantum
peccatum Et quia anime grave tendit
deorsum et peccatum sit gravissimum
Iuxta illud psalmi Iniquitates mee
supergresse sunt caput meum
et sicut onus grave gravate sunt
super me . ideo ducit animam
ad locum infimum ut sicut homo
elongavit se a deo per peccatum
sic etiam elongetur a deo per-

novissimum locum. Congruit etiam
propter obscuritatem multis enim locis
obscurior quam medium terre.
Terra enim in superficie illustratur
sed in suo medio perpetua obscu-
ritate repletur. Et ideo tam ob-
scurus competit peccatoribus tam
tenebrosis. Job x. Dimitte me
ut plangam paululum dolorem
meum antequam vadam et non
revertar ad terram tenebrosam
et opertam mortis caligine //
Competit etiam propter frigiditatem
in medio enim terre summe est
frigus et congruit peccatoribus
qui sunt frigidi a flamma amoris
dei. Tantum autem frigus habe-
bunt quod semper dentibus stridebunt
ut habetur Matth. viii° Ibi erit
fletus et stridor dentium. Insuper
sunt autem loca in parte superiori
locus purgatorii esse perhibetur
diversa tamen loca diversis ani-
mabus propter diversas causas ali-
quando assignantur. Quod quidem
fit aliquando propter levitatem pu-
nitionis sicut aliquibus sanctis
viris ostensum est quasdam
animas in umbra puniri. Ali-
quando propter culpe in loco perpe-
trationem. Unde dicit Augustinus
in libro de sacramentis: Est pe-
na post mortem que purgato-
ria dicitur cuius locus non est de-
terminatus omnino nisi quia multis
exemplis et revelationibus
animarum in eiusdem modi pe-
nis positarum monstratum est il-
lam exerceri in hoc mundo et
forte probabilius erit in huius
potissimum locis ut singulariter
credantur sustinere penam in

quibus commiserunt culpam. Ipsud
etiam patet per quoddam exem-
plum quod narrat Gregorius in quar-
to dyalogorum. Quidam namque
presbiter in balneo quodam ad
suum obsequium paratum semper
inveniebat qui ab eo interrogatus
respondit. Ego aliquando huius
loci dominus fui sed hic sum
deputatus pro culpis meis pu-
niendus sed queso ut pro me
domino deprecaris. Presbiter ergo
per ebdomadam sacrificium
obtulit et sic ille penam evasit.
Aliquando propter celeriorem libera-
tionem ut supple anime possint
a viventibus suffragia petere
et sic citius possint de pena
exire. Sicut refert Gregorius in iiij°
dyalogorum de Pascasio. Qui
cum vir magne virtutis fuit
episcopus quidam Germanus post mortem
sibi in balneo obsequentem
invenit qui ait se in illo loco
penali deputatum esse tormentis
de eo quod in quadam electione
plus iniuste consensisse qui
ab eo orantes petiit et ille
penas evasit. Aliquando propter
mundi terminationem sicut illi qui
in fine mundi illo igne qui
precedet faciem iudicantis pur-
gabuntur. Ille enim ignis valde
malis erit ad corporum incine-
rationem et ad magnam doloris
tenuationem et ad pene eter-
nalis inchoationem. Valde autem
bonis in quibus aliquid est
purgandum erit et ad corporis
resolutionem et ad doloris tenu-
itationem ut per illud temeratum

purgetur plus vel minus
sicut ille ignis plus vel minus
purgandum invenit Secundo
videndum est de modo per quem
purgantur dicitur autem purgari
per demones qui in hoc sunt
ministri dei Romani cum spiritus
non affligunt bonos / forte tamen
verum ut purgentur divina iusti-
cia illo igne agente et de sta-
tu suo illud successivum sed
hijs videtur quod anime propter tria
valde affligantur scilicet propter ignis
acerbitatem et propter demonum
societatem et propter divine visionis
privationem Contra istam autem tripli-
cem afflictionem habent tripli-
cem magnam consolationem
vna est ex crebra angelorum
visitatione prima cum credendum
est quod angeli continue
suos fideles sepe visitant
et eos benigne confortant
alia est ex certa beatitudinis
expectatione certi enim sunt
quod per illam penam transibunt
ad gloriam habent enim dete-
lecti beatitudine minorem
certitudinem quam illi qui sunt
in patria Sed maiorem quam
illi qui sunt in via Certitudo
enim illorum qui sunt in patria
est sine expectatione et sine
timore Certitudo autem eorum
qui sunt in via est cum ex-
pectatione et cum timore Certi-
tudo vero illorum qui sunt in
purgatorio est media quia
est cum expectatione et sine
timore / Tertia etiam alia con-
solatione quando scilicet suffragia

per se fieri sciunt quia ex hoc
cito penas se evadere credunt
vnde refrigerantur deo per illos
qui ista suffragia eis fecerunt
d. etc. Confitebor tibi domine
rex et collaudabo te deum salva-
torem meum Et infra ex pressura
flamme que circumdedit me et in
medio ignis non sum estuatus
dicunt etiam cum propheta Transivimus
per ignem et aquam et edu-
xisti nos in refrigerium Sed qua-
liter ista suffragia que pro eis fiunt
prout scio Scire enim possunt
per divinam vel angelicam reve-
lationem Secundo cum revelari sen-
ciunt tunc suffragia pro se facta
cognoscunt Certum quod qui sunt
in patria prout ea scire que fiunt
in via aspiciendo in speculo
claritatis divine Cum igitur
ad beatam virginem vel aliquem
alium sanctum orantes nostras
fundimus vel vota nostra dirigimus
vel elemosinas ad ipsorum
honorem damus vel aliquod
opus pietatis facimus mox
ipse nostre orantes desideria ele-
mosine et opera in speculo divino
relucent Certa autem virgo et alij
sancti in eo speculo conspiciunt
et ista omnia conspiciendo compa-
cientes ibidem pro nobis ad deum
intercedunt etc. Sequitur

Sermo primus de sancto Martino et ceteris

Quasi stella matutina in
medio nebule et quasi luna
plena in diebus suis lucet
et quasi sol refulgens sic ille
refulsit in templo dei Ecclesiastici 1

Quamvis hec verba ad litteram
dicta fuerint et ad laudem Sy-
meonis Onie filii in lege veteri
summi pontificis / possunt tamen alle-
gorice exponi ad laudem et com-
mendacionem nostri pontificis beati Mar-
tini confessoris cuius hodierna die
solempnia recolit sancta mater
ecclesia In quibus verbis commendatur
quo ad tria scilicet in statu milicie
secularis in observancia discipline
regularis in eminencia excellen-
cie prelacionis et cure pastoralis
Fuit enim primo miles strenuus
et intrepidus postea monachus de-
votus et ordinatissimus demum
episcopus et pontifex sanctissimus
Primo igitur commendatur in statu mili-
cie secularis Cum dicitur Quasi
stella matutina in medio nebule /
Secundo in absolucione discipline re-
gularis Cum additur Et quasi luna
plena in diebus suis lucet Tercio
in excellencia cure pastoralis
Cum infert Et quasi sol refulgens
etc. Primo ergo commendatur beatus
Martinus in statu milicie secula-
ris Cum dicitur Quasi stella ma-
tutina etc. Stella enim matutina est
valde clara / luna clarior / sol
clarissimus pre omnibus astris unde
canit ecclesia Sol luna lucidior et
luna sideribus sic vita beati
Martini processit per augmenta
luminis gracie et divine illustra-
cionis Dicitur ergo Quasi stella ma-
tutina in medio nebule id est in
statu secularis milicie non enim
fuit nebula sed stella unde po-
tuit dicere illud Apocalypsis Ego stel-
la splendida et matutina Stella
propter fulgidam interioris gracie
irradiacionem splendida propter

exterioris conversacionis maturitatem
honestatem et matutina propter
festinam eius conversionem nam
tunc erat annorum x ad ecclesiam
confugit se cathecuminum fieri
postulavit Et factus annorum xii
heremum concupivit Concordat cum
quod in mane iuventutis colligitur
manna spiritualis et consolacionis
Exodi xvi Et sicut ... potest
cum competenter questioni respon-
dere quam iratus iudex vin-
dicte mihi apponet in extremo
examine Job xxxviii Ubi eras
cum me laudarent astra matu-
tina et iubilarent omnes filii
dei id est viri sancti deo devoti /
Dicit carnalis ubi eras domine
in lecto molli et suavi in volup-
tatibus carnis Sed tu bone Mar-
tine dic ubi eras domine non
in comessacionibus et ebrietati-
bus non in cubilibus et impu-
diciciis etc. / Sed in excubiis in
vigiliis et matutinis utique ibi
erat orans et divinam clemen-
ciam totis conatibus implorans
Fuit igitur stella matutina in
medio nebule id est in statu secu-
laris milicie Quandoque status
bene per nebulam designatur
Nebula enim terra in se habet
secundum ventorum agitacionem ortum
de terra et per caracionem sursum
elevata sui ipsius facilem
resolucionem Nebula igitur ventis
agitatur Sic status secularis mi-
licie per superbiam et vanita-
tem ad quam tendit impellitur
ut patet in multis sunt enim
nubes sine aqua que a ventis
circumferuntur Inde est illud quod

flatu superbie agitati discurrentes et se totaliter vanitatibus implicantes de quibus dicitur ii petri secundo hii sunt fontes sine aqua et nebule turbinibus agitate quibus caligo tenebrarum reservatur. Item nebula de terra oritur sic status secularis per rapacitatem ad quam tendit ut patet in multis qui vix habent cum divitiis moriuntur homines monumenta tollentes ab hiis quibus non est compunctio in sepulchro ut dicitur Job xxi° Et hoc in suis vanitatibus et expensis superfluis satis faciant. Item nebula faciliter resolvitur sic status multorum secularium per pusillanimitatem et fidei modicitatem que plerumque est in vanis et avaris hominibus Sapientie v. Transiet vita nostra quasi vestigium nubis et sicut nebula dissolvitur que fugata est a radiis solis et a calore. Unde petro in figura dictum est cum vidisset ventum validum venientem et timuisset modice fidei quare dubitasti Sed tu beate martine nunquam fuisti nebula non sed stella matutina in medio nebule quia integer fuisti ab hiis viciis quibus status secularis homines implicari solet que sunt tria predicta scilicet vanitas rapacitas et pusillanimitas contra quam triplicem defectum nebule triplicem hec stella emisit radium scilicet humilitatis pietatis et probitatis Contra vanitatem quidem emisit radium id est exemplum humilitatis Iterum contentus fuit uno servo cum quo e contrario dominus sicut scutella sepius comedebat quod vita dissolute[?] bat et etiam sotulares tergebat

unde et ei competit illud Judith xi. Ego semper minima in domo patris mei. Certe ipse intellexit illud Eccli. iii. Quanto magnus es humilia te in omnibus et invenies graciam coram deo. Contra rapacitatem emisit radium misericordie et pietatis ut patet quia clamidem suam divisit per se partem retinendo et partem alteram pauperi tribuendo unde audire meruit dominum dicentem Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Ipse utique bene adimplevit verbum ysaie lviii° dicentis Cum videris nudum operi eum et cetera. Contra quod reprehensibiles sunt divites vestimenta superflua multiplicantes parcitate[?] incarcerantes et pauperes Christi nudos dimittentes quando districtus iudex contra eos proponat Nudus fui et non cooperuistis me Et ipsi respondebunt Domine quando te nudum vidimus et non cooperuimus te Et ipse dicet eis Quando uni ex minimis meis non fecistis et cetera Tunc sententiabit contra illos dicens Ite maledicti in ignem eternum super que beatus Bernardus sic dicit Si sterilitas in ignem mittitur rapacitas quo mittetur Et si iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam quale iudicium erit ei qui fecerit rapinam aut quid recipiet qui aliena tulerit Si semper ardebit qui sua non dedit contra pusillanimitatem emisit radium probitatis simplex[?] quando ait Si hoc signaculo munitus[?] non fidei ego crucis signo tutus non clipeo protectus aut galea hostium cuneos et cetera Unde designatur per Judam

p(rim)a Mathei viii° de quo dicitur
similis factus est leoni in operibus
suis et dicta est salus in manu
sua et vere dicta quia merito
eius pax fuit reformata et ipse
mernis barbaris abnegatis ... Secundo
commendatur in observantia disci-
pline regularis cum dicitur Et
quasi luna plena in diebus suis
lucet. Dies beati Martini fuerunt
tres ad abdicationes trium tene-
brarum id est trium concupiscentiarum
que fuerunt in terra egypti In
egypto cum fuerunt tenebre hor-
ribiles ita quod tribus diebus nemo
vidit fratrem suum id est carsam innu-
merabiles trium operum creationis
redemptionis et glorificationis
Tres tenebre sunt tres con-
cupiscentie I° Johannis ij° Omne
quod est in mundo aut concupiscentia
carnis est aut concupiscentia
oculorum aut superbia vite prima
dies est abdicatio proprie voluntatis
per obedientiam secunda abdicatio
carnalis voluptatis per continen-
tiam tertia abdicatio mundane
cupiditatis per paupertatem vo-
luntariam In hiis tribus diebus
placuit deo ut dicitur Eccl(esiasti)ci l°
Ecce sacerdos magnus qui in
diebus suis placuit deo etc. Ipsi
sunt tres dies quibus vtitur
in solitudinem claustri ad
immolandum deo Exodi iii° viam
trium dierum ibimus in solitudine
ad clarificandum deo deo nostro
quod sacrificium laudis psalmus
Sacrificium laudis honorificabit
me / sacrificium contritionis psalmus
Sacrificium deo spiritus contribulatus etc.
Sacrificium iusticie et carnalis

mortificationis psalmus Sacrifica-
te sacrificium iusticie etc. Et alibi
tunc acceptabis sacrificium
iusticie etc. In hiis diebus beatus
Martinus quasi luna plena luxit
quia perfecta tria vota excel-
lenter adimplevit et exemplo
suo statum religionis illustravit
Secundo notatur in luna plena In
qua est triplex plenitudo scilicet figure
lucis et humoris luna cum plena
est plenam figuram id est sphericam
et rotunditatem in quo obediencie
agilitas designatur Bernardus
verus obediens dat suum velle
et suum nolle prefectus cum obe-
diens morem negat etc.
Item luna est plena lucem
in quo castitatis claritas si-
gnatur lucet cum in noctis in-
itio in medio et in termino Sic
beatus Martinus luxit in tri-
plici etate scilicet in puericia in
adolescentia et in senectute
cum post mortem inventa est
in ipsa carnea septenis purior
Sapientie iiii° O quam pulchra
est casta generatio cum clari-
tate Item habet plenum humorem
id est humorem in quo signatur
paupertas quia in vacuis et
in ... habundat hu-
mor gratie et promissionis
regni celi Mathei v° Beati
mundo corde etc. Canticorum pedis
... et acquiris vitam tertio
commendatur beatus Martinus
in excellencia prelationis et
cure pastoralis cum dicitur
Et quasi sol refulgens etc.
id est in ministerio templi domini

Iste est sol qui cognovit occa-
sum suum sicut psalmus quia dis-
cipulis predixit obitum suum. Iste
est sol qui tripliciter comburit
montes Eccl. xliii°. Hunc namque
statum triplici radio illustravit
qui sunt operationes virtutis et ve-
ritatis asperitatis. Unde deformis
habitu videbatur et talibus consuetudine
utebatur. Hic est sol qui factus
niger sicut saccus cilicinus
Apoc. vi. In quo notatur vestis
asperitas et vilitas. Secundo est interior
mentis benignitas. Ipse enim
totius pietatis visceribus afflu-
ebat et aquas cum maris amaritudinis
i. tribulationes attraheret dul-
ces reddidit instar solis. Non
significatur per moysen qui fuit
mitissimus inter omnes homines
qui erant in terra. Tertius est pa-
terna sollicitudo ad subditos
et caritas. Unde cum dixissent
discipuli ad eum Cur nos
pater deseris aut cui nos
desolatos relinquis etc. Et ait
domine si adhuc populo tuo sum
necessarius etc. Unde de eo canit
sancta ecclesia O virum inef-
fabilem nec labore victum nec
morte vincendum etc. Fuit enim totis
cognitionibus ita ut non esset qui
se absconderet a calore eius.
In cuius figura legitur. Quod de
eo quod dum sacramenta offer-
ret globus igneus apparuit
super caput eius ad moralem
informationem per predicta tria
luminaria tres status designantur

in ecclesia scilicet status incipi-
entium proficientium et perfectorum.
Per stellam quippe designantur
incipientes seu penitentes. Et hoc
tria scilicet propter altam et fixam si-
tuationem eminentiam quantitatem de-
coram speciem et nocturnam
irradiationem. Est enim stella situa-
tione sublimis et fixa quantitate
maxima et existentia minima
in apparentia speciei decora et
nocturna irradiatione perfulgida.
Status itaque tria decent scilicet primo
et stabilitas propositi irradiatio
secundo humiliatio iusta interior meritis
pulchritudo et exterior ad proximos
edificatio. Per stellam igitur
designantur penitentes propter
altam et fixam situationem. Sicut enim
stella sita et fixa stat in firma-
mento nec ab eo aliquando separatur
propter ventum aut pluviam
aut aliam supervenientem tempe-
statem sic anima penitentis fi-
xa et firma debet stare in fir-
mamento ecclesie militantis
et triumphantis per boni propositi
constantiam et caritatis radia-
tionem nec adeo separari debet
per aliquam carnis mundi et
dyaboli temptationem. Gen. primo
dicitur quod posuit deus stel-
las in firmamento in summo
vel in infimo. Et hoc quod dicitur
Ephe. iii. In caritate radicati
et fundati ut possitis comprehendere
etc. Caritas est enim radix et
fundamentum omnium virtutum et
bonorum operum sicut enim arbor sine
radice non potest fructificare nec

domus sine fundamento stare sic anima penitentis non potest fructum bonorum operum deo gratum proferre nec etiam impulsus temptationum sustinere propter quod sapiens filium suum erudiens ait Ecclesiastici ii Fili accedentes ad servitutem dei sta in iusticia et timore ista ne cades et cadendo in peccato polluaris et confundaris et prepara animam tuam ad temptationem quasi ad pugnam quia temptatio est vita hominis super terram Sic igitur fixi debent stare in firmamento celi nec aliquo modo avelli ut dicant cum apostolo philippenses iii nostra conversatio in celis est Sed quedam sunt ut stelle erratice inconstantes et variabiles sicut galli super ecclesias et omnem ventum id est rerum eventum de quibus dicitur in canonica Jude fluctus feri maris despumantes suas confusiones sidera errantia quibus procella tenebrarum conservata est in eternum Alioquin si terrenis inhiantes per amorem iam non es stella sed arena Genesis xxii Multiplicabo semen tuum sicut stellas celi quantum ad bonos qui sursum habent corda ad deum Et sicut arenam que est in littore maris quantum ad cupidos et voluptuosos et elatos qui rebus vanis inhiant per amorem in quorum persona dicit psalmus Adhesit pavimento anima mea id est terrenis que velud pavimentum sunt conculcanda Sic igitur debent esse stabiles penitentes per virtutis constantiam sed non volubiles per honores

operum executionem et efficaciam Iudicum v Stelle manentes in ordine et cursu suo adversus Sysaram pugnaverunt id est dyabolum Interpretatur enim exclusio gaudii et signat dyabolum qui a nobis nititur excludere gaudium sempiternum Secundo stella maxima est in existentia licet minima videtur in apparentia in quo designantur penitentes qui etsi magni sunt in se propter quod excellens dei natura vel gracia tamen parvi et humiles debent in reputatione videri et apparere exemplo illius qui ait Corinthiorum xv Ego sum minimus apostolorum etc. Sed heu cauda draconis traxit terciam partem stellarum sicut dicitur Apocalypsis xii Ecce draco magnus et rufus et quibusdam interpositis sequitur Et cauda eius trahebat terciam partem stellarum celi et eas in terram primus cum angelis lucifer de celo cecidit Ysaie xiiii Quomodo cecidisti de celo lucifer qui etc. Non tamen solus sed omnes ei adherentes quia cauda draconis traxit partem stellarum Si ergo stelle ceciderunt de celo per superbiam quomodo illuc homines superbientes intrabunt Numquid certe quia dicit psalmus Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam Immo deus clamat ad portam eius dicens Non veniat michi pes superbie Bernardus Si sic est actum cum angelo quid fiet

de me dune et pulue et nec
solum tunc traxit sed hoc co-
tidie traxit non solum terciam
partem sed maiorem partem stel-
larum quia qui hodie parui a
multi sunt in re et in verita-
te sunt in virtutibus et sciencijs
tondunt apparent Apoc. xij Stel-
le de celo ceciderunt sicut ficus
emittit grossos suos cum a
vento mouetur magno propter
quod conqueritur dominus per Jeremiam
xl Et ad diem ecce paruulum
dedi te in gentibus contempti-
bilis / tu es valde arrogancia
tua decepit te et superbia cor-
dis tui vere superbia celum de-
cepit spirituales homines Jacob
Superbia nacione celestis cele-
stes appetit mentes Unde sepe
sub cinere et cilicio latitat super-
bia per Gregorium glo. Item est
humilitas qua paliari appetit
propriam superbiam hec inlescat
in sequitur in predicta auctoritate
illorum duorum prophetarum qui
dicitis in corde tuo quis
detrahat me in terram si ex-
altatus fueris ut aquila et
si inter sidera nidum tuum po-
sueris inde detraham te dicit
dominus Item stella est per speciem
decora et nocturna irradia-
cione perfulgida per quod
signantur penitentes In quibus
debent esse consciencie pulchri-
tudo et exterior ad proximos
edificacio Ecclesiastici xliij Species
celi .i. ecclesie est gloria stella-
rum mundum illuminans in ex-
celsis Baruch iijo Stelle

dederunt lumen in custodijs
suis penitentes cum scilicet luce
stellarum deuocionis Sapie. x.
Hec vicissim apparent ad aliorum
edificacionem et aliquando clauduntur
quasi sub signaculo ad sui
ipsius renouacionem Job xi Qui
claudis stellas quasi sub signa-
culo sed proh dolor stelle ob-
scurantur hodie / aut propter noc-
tem peccati aut nebulam curiosi-
tatis et infamie ut non possint
lucere Unde Job iijo loquens
de nocte peccati dicit obtenebrentur
stelle caligine eius Nam hodie
stelle retraxerunt splendorem
suum Joelis ijo Certum non est
in eis spiritualis interioris bonitatis
neque decor exterioris honestatis
Per lunam vero signantur perfecti
sunt activi Est cum luna sana
et stans plena et habundans
pulchra et placens Sunt cum
in luna tria scilicet in cursu
stabilitas in effectu humorum
copiositas / in luce mutuata
luminositas Tria cum dicet statu
activorum in prosperis et adver-
sis Prima stabilitas operum nunc
exhibicio veri solis idem est
Christi conformis imitacio ipsa
igitur luna habet in cursu sta-
bilitatem crescit enim et decrescit
et decrescendo cum cursum
suum peragit in qua signantur
activi qui in prosperis et adver-
sis firmi debent stare et cur-
sum sue obediencie constanter
adimplere Item cum habundat
prosperitas tunc luna crescit / cum
impugnet adversa tunc luna
decrescit Abakuk iijo Luna.

1487

Scda pars Jacobini olim Mgri petri de Brze
zinij ppositi Przemislien Canonici Cracovien
confessoris et predicatoris dni kazimiri Regis polonie
magniducis litwanie Russie prussie dni et heredis
donata vniuersitati Studii et pro libraria Collegii
artistarum arte pro eo

N. Inw. 1385.

Pars 2
Jacobini Postille

Cor mundum
crea in me deus
et spiritum rectum
innova in visce-
ribus. Redde
michi leticiam
salutaris tui et
spiritu principali
confirma me. Qui spiritum sanctum
vult recipere debet orationi in-
stare. Ad quod nos docet christus
Joh. xiiii°. Rogabo patrem et
alium spiritum dabit vobis. Do-
cet totus apostolorum cetus qui
medio tempore inter ascensionem
orationi instabat. Actuum 1°. Hii
omnes erant unanimiter per-
severantes in oratione. Docet
divina sapientia que ait Sapientie
vii°. Optavi et datus est michi
sensus invocavi et venit
in me spiritus sapientie. Docet
universalis ecclesia que orando
clamat et docet. Veni sancte
spiritus reple corda fidelium etc.
Docet et ipse propheta primo pe-
tit quedam ante eius adven-
tum cum dicit Cor mundum crea
in me deus. Quedam in eius
adventu cum subdit. Et spiritum
rectum innova in visceribus
meis. Quedam post eius ad-
ventum cum subiungit Redde
michi leticiam etc. Primo quid-
am adventum spiritus sancti petit
duo scilicet cordis mundacionem
cum dicit Cor mundum crea
et cordis creacionem cum subdit
Crea in me deus. Primo ergo
petit cordis mundacionem. Qui
enim vult spiritum cordis recipere
debet cor mundum et purum valde

habere. Et racio est quia spiritus
sanctus est columba celestis hos-
pes honorabilis amicus dulcis
et balsami liquor suavis.
Quod sit columba celestis patet
Luce iii°. ubi dicit Et descen-
dit spiritus sanctus corporali specie
sicut columba in ipsum. Quod
sit hospes honorabilis patet
Sap. xviii°. Solem sine boni
hospicii prestitisti. Et Eccli. xx-
xv°. Tunc hospes et orna men-
sam et que manu cepit cibaria
ceteros. Spiritus enim sanctus animam
in qua hospitatur ornat virtu-
tibus decorando et pascit spi-
rituali dulcedine reficiendo.
Sed de multis potest dici quod
sequitur hospitatur et pascit et
potabit ingratos. Quod sit amicus
dulcis dicitur Sape vii°. Infini-
tus thesaurus hominibus quo qui
usus est usi sunt participes
effecti sunt amicicie dei. Ibidem
In animas sanctas se transfert
amicos dei et prophetas constituit
et eiusdem vii°. In amicicia
illius delectacio bona. Quod
sit balsami liquor suavis
dicitur Eccli. xxiiii° Quasi bal-
samum non mixtum odor meus.
Amor enim spiritus sancti non vult
habere mixtionem amoris mundi.
Quia igitur spiritus sanctus est
columba celestis non quiescit in
luto id est in homine per peccatum
morale inquinato sic signifi-
catum est Gen. viii° ubi dicitur
Cum cacumina moncium appa-
ruissent emisit Noe columbam

que cum non invenisset ubi requi-
esceret pes eius ad archam rever-
sa est. Cum enim terra adhuc erat
paludosa columba que non inhi-
tat in luto sed in loco mundo
requiescere voluit. Sic spiritus sanctus
non habitat in cadavere .i. in carnis
fetore instar porci qui habitat in
luto .i. in corpore immundo. Mathei viii°.
Mitte nos in gregem porcorum.
Quia est hospes honorabilis non
vult habitare in hospitio pulvere
venalium repleto. Ideo fugiendus est
quod dicit dominus Mathei x°. Excutite
pulverem de pedibus vestris. Iob vii°.
Induta est caro mea putre-
dine quo ad immunditiam moralis
et sordibus pulveris quo ad
repercussionem venalis. Gregorius in
omelia. Purgat ergo sordes pravi-
tatis operis qui deo preparat domum
mentis. Quia est amicus dulcis
vult habitare in loco florido et
ameno. Canticorum i°. Lectulus
noster floridus. Ysaie xi°. Flos de
radice eius ascendet et requi-
escet super eum spiritus domini. Quia
et balsami liquor suavis vult
habitare in loco solido et precio-
so. Ecclesiastici l°. Quasi vas
auri solidum ornatum omni lapi-
de precioso. Nullus enim balsamum
fundet in vase fracto et defec-
to. Ideo cor debet esse solidum
per caritatem ornatum omni la-
pide precioso per virtutum varieta-
tem. In corde igitur luto inqui-
nato non habitat sed fugit. Sapiencie
primo. In malivolam animam
non introibit sapiencia nec habitabit

in corde subdito peccatis. In corde
pulvere repleto habitat sed non libenter
quia ibi a multitudine vena-
lium conturbatur. Ezechielis xiii°. Israelite
contristare spiritum sanctum dei. In corde puro
et florido habitat delectabiliter.
Proverbiorum viii°. Delicie mee sunt
esse cum filiis hominum. In corde so-
lido et precioso per caritatem et
virtutum varietatem habitat perseve-
ranter. Iohannis xiiii°. Ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus.
Secundo petit cordis creationem cum dicit
crea in me deus. Creare est de
nichilo aliquid facere. Recte est
ergo ut peccator creatur quia cum
peccat nichil efficitur. Nichil quidem
peccator est respectu dei, nichil
respectu sui, nichil respectu proximi.
Respectu proximi nichil est in va-
lore, respectu sui est in vilitate, respectu
proximi nichil est in utilitate. Primo
quidem peccator est respectu dei in va-
lore tamen quia ipsum deducit ad
nichilum peccatum. Ad nichilum deductus
est in conspectu eius malignus.
Immo melius esset quod nichil esset.
Mathei xxvi°. Bonum erat illi si
natus non fuisset homo ille. Unde
de primo angelo dicitur Ezechielis xxviii°.
Nichil factus es et non eris in
perpetuum. Tamen quia omnes peccatores
non valent istum unum. Ecclesiastici xvi°.
Melior est apud deum unus
iustus quam totus mundus peccatoribus
plenus. Tamen qui peccator non est
sine suo de quo dicitur Ecclesiastici ultimo.
Deum time et mandata eius
observa, hoc est omnis homo. Secundo
peccator nichil est respectu sui in virtute
a deo quidem debilis et infirmus

est quod nec de loco pcluso
pt se movere quia est spiritus va-
dens et non rediens hoc vero
temptacionibus pt resistere plumbum
vero sit impii non pt sed ta-
quam pulvis quem proicit ventus
a facie terre // Tercio peccator in re-
spectu comparatur in vtilitate /
debent quidem homines esse pal-
mites adherentes xpo viti scte
per fidem Sed quia peccator non ad-
heret ad nil vtilis est nisi ut
comburatur Joh xv Si quis in
me non manserit mittetur fo-
ras sicut palmes ut arescet
et in colligent eum et in
ignem mittent et ardet E-
zech xv° Fili hominis quid
fiet in ligno vitis et subditur
Ecce igni datum est in escam /
debet eciam esse sicut sal alios
condiens per bonum sed quia effi-
citur sal infatuatum ad nichilum
vltra valet etc / Debet esse terra
per fecunditatem bonorum operum sed
quia efficitur lutum ad nichil valet
nisi ut impleantur zelum con-
pellatur psalmus Vt lutum platearum
delebo eos et in lacuna infer-
nalem piciatur Eze vii° Calcabo
eos ut sterquilinium erit hoc
cum sanctus adveniens et peccator
credens facit ipsum templum dei vel
de preciosum Ecclesiastici xvi° Me-
lior est vnus timens deum
quam mille filii impii Item
melior est apud deum vnus
iustus quam totus mundus pecca-
toribus plenus / Templum sui
valde virtuosum psalmus Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris
eius o v c Templum comunem

valde fructuosum Ubi in templo
maior ut spiritum sanctum acceperunt
alios trahere ceperunt Actuum secundo
Repleti sunt omnes spiritu sancto
et ceperunt loqui variis linguis
et cetera // Propheta petit quedam
in cuius adventu cum dicit Spiritum
rectum innova in visceribus
meis Et duo petit scilicet cordis
rectitudinem cum dicit spiritum rectum
et cordis innovacionem cum dicit
innova in visceribus meis / pe-
tit autem primo cor rectum quia
non est rectum vel quod est curvum
vel quando est obliquum vel quod
est non debita mensura proporcio-
natum Sed simuli cor est curvum
per amorem ad mundum quando
scilicet temporalibus cupiditatibus in-
imis est intentum Item primo
versum est cor meum in me
metipso Vt ergo cor spiritum sanctum
recipiat oportet esse erectum
per amorem celestium Spiritus
enim sanctus de sursum venit
et ideo cor per amorem ad terram
inclinatum ipsum non recipit Ad quod
signandum discipuli in superiori
parte domus spiritum sanctum rece-
perunt Augustinus super Canticum Anime
et sapere que super terram sunt civi-
tas anime est sed meditari et
querere que sursum sunt recto
debet ibidem Quid indecencius quam
cum recto corpore gerere animam incli-
natam corpus quando incitat bonum
et bestialis spiritus Augustinus Belues
est homo amando talia qua-
lia belue Belvas deus pro-
stratas fecit pastum querentes
de terra / te in duobus pedibus ere-
xit quia de terra tua faciem

sursum et cor deorsum // Secundo cor est obliquum per amorem ad se ipsum Amor enim est ab alio in aliud eundo igitur si aliquis diligit amore ad se reflectit et quandam obliquitatem facit // Spiritus autem sanctus adveniens omne obliquum facit rectum ut homo non diligat se propter se sed propter deum Talis erat apostolus Gal. 2o Vivo ego iam non vivit ego vivit autem in me Christus // Tercio cor non est rectum quando non est in mensura debita proportionatum Sunt quidam qui non dant deo mensuram plenam sed semiplenam ut sunt qui dant fidem et non operationem dant timorem et non dilectionem dant exteriora opera et non interiora vota / dant tremorem delectionem(?) et non cordis affectum sed spiritus sanctus adveniens habet totaliter implere et plenam mensuram facere Actus 2o Repleti sunt omnes spiritu sancto Sap. 1o Spiritus domini replevit orbem terrarum / Secundo petit cordis innovationem cum dicit innova in visceribus meis Spiritus sanctus est ignis dei ut dicitur Luce 12o Ignem veni mittere in terram est fons dei psalmista Domine apud te est fons vite et in lumine tuo etc. Est auster dei Cant. 4o Surge aquilo et veni auster et facit nos habitare in foraminibus petre Quia igitur spiritus sanctus est ignis dei renovatur homo instar argenti deponendo scoriam atque peccata

Ysaie 1o Excoquam ad purum scoriam tuam Proverbiorum 25 Aufer rubiginem de argento et egredietur vas purissimum // Secundo quia est fons dei renovatur homo instar aquile et cervi Nam aquila ad caliginem eius oculi contracta radiis solis in fonte se mergit(?) et caliginem deponit Cervus eciam pugnans cum serpente hausto veneno ad fontem venit et venenum abicit In isto enim igitur fonte spiritus sancti anima renovatur instar aquile cum omnem caliginem intellectus et fumositatem affectus abicit psalmista Renovabitur ut aquile iuventus tua Ephesios 4o Renovamini spiritu mentis vestre / Renovatur eciam instar cervi ad omne venenum adversum expedit(?) psalmista Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum ita etc. Tercio inquantum est auster dei renovatur homo instar accipitris plumas veteres viciorum abicientis et novas inducentis Job 39 Numquid plumescit per sapientiam tuam expandens alas suas ad austrum Et Cor. 4o Licet is qui deforis est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem Christo in quibus facit nos habitare in foraminibus petre i. in vulneribus Christi renovatur homo instar serpentis qui transiens per foramen deponit veterem pellem Sic homo habitans in meditatione in vulneribus Christi renovatur deponendo veterem conversationem et novam

assimuendo Ephe iiij° Deponite vos secundum pristinam conversacionem veterem hominem et induite novum hominem qui secundum deum creatus est / Tercio compuncta petit quedam peccatoribus adventum cum dicit Redde michi leticiam salutaris tui etc. Ubi petit duo scilicet cordis exultacionem cum dicit Redde michi leticiam salutaris tui Et gracie confirmacionem cum dicit Et spiritu principali confirma me Non enim petit gaudium mundi sed dei cum dicit Redde michi leticiam s. t. Gaudium namque mundi a deo est maledictum Luce vj° Ve vobis qui ridetis Item ibidem Ve vobis divitibus qui habetis hic consolacionem vestram Est instar insanie frenetici Gaudet enim de eo de quo esset dolendum Prov ij° letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis est in luctu convertendum Prov xiiij° Extrema gaudii luctus occupat. De gaudio autem spirituali dicit Aug x in libro confessionum Hec est sola beata vita gaudere de te et propter te Cuius Illud revera unum solacium gaudium est quod non de creatura sed de creatore concipitur cui comparata omnis aliunde iocunditas meror est meror est omnis suavitatis dolor omne dulce amarum omne odorum fetidum omne aliud quodcumque delectat pre molestum / Secundo petit gracie confirmacionem cum dicit Et spiritu principali confirma me Spiritus

sanctus comparatur istis aque pupille flamme et lucerne Est enim aqua Joh iiij° Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum que sic conservatur per decursum Sic et spiritus sancti gracia per bonorum operum exercicium Sicut enim aqua stantia putrescit que autem decurrit in suo vigore persistit Sic ociositas graciam perdit bonum autem opus custodit Eccl xxxiij° Multam maliciam docuit ociositas Ideo nos monet Apostolus ij Cor vj° Hortamur vos ne in vacuum graciam dei recipiatis / Secundo spiritus sancti gracia est sicut pupilla que habet illuminare et dirigere Ps Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam Sicut ergo pupilla conservatur per palpebre apposicionem sic gracia per elemosine largicionem Eccl xvij Elemosina viri quasi sacculus cum ipso et graciam hominis quasi pupillam conservabit / Tercio est sicut flamma sive ignis qui sicut conservatur per apposicionem lignorum Sic et gracia spiritus sancti per fervorem desideriorum Levit vj° Ignis in altari meo semper ardebit quem nutriet sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies Eccl xxviij° Secundum ligna silvarum sic ignis exardescit Item autem lignis deficientibus deficit ignis Prov xxvj° Cum defecerit ligna extinguetur ignis / Quarto est sicut lucerna illuminat ea que in domo sunt Matth v° Neque accendunt lucernam etc. Sicut ergo

lucerna conservatur per olei infusionem
sic gratia spiritus sancti per devotionem
tur quod devotio per oleum significatur
quia altam facit rebus mundi
super enatare et in celum ascen-
dere philipp. iii° Nostra conversa-
tio in celis est Joh. iiii° Fiet
in eo fons aque salientis in
vitam eternam Ad quam nos
perducat Sermo secundus de eodem

Super quem requiescet spiritus
meus nisi super humilem
et quietum et trementem sermones
meos Verba ista leguntur ysaie
lxvi° Secundum aliam translationem
Ex quo dicitur super quos spiritus
sanctus requiescat et per consequens
super quos non requiescat Circa
ergo super hoc videnda sunt
primo in quibus spiritus sanctus re-
quiescit Secundo in quibus non requi-
escit Tertio de dicta humilitate [illegible]
Circa primum notandum quod sicut
patet in auctoritate premissa spiritus
domini requiescit super humilem super
quietum amatorem et super precep-
torum dei observatorem Requi-
escit super humilem Jaco iiii° Deus
superbis resistit ~~humi~~ humilibus
autem dat gratiam hoc signatum
est Gen. 1° ubi dicitur Spiritus
domini ferebatur super aquas non
ferebatur super terram quia non requie-
scit in corde terrenis affectibus
occupato nec ferebatur in aere
quia non requiescit in corde
per superbiam et ambitionem e-
recto nec ferebatur in igne
quia non requiescit in corde
igne concupiscentie inflamato
sed ferebatur super aquas quia in
corde molli ductili et mansueto
Unde dicitur Tren. ii° Effunde sicut
aquam cor tuum sic ac si diceret
non effundas cor tuum sicut terram
ut faciunt avari nec sicut aerem
ut ambitiosi nec sicut ignem
ut faciunt luxuriosi sed sicut
aquam ut faciunt ductiles et
mansueti Secundo spiritus mali-
gnus fertur super terram quia data
est sibi ad manducandum Gen. iii°
Terram comedes cunctis diebus
vite tue per quod signatur quod
terrenos et avaros sibi incorporat
ysaie lxv° Serpenti pulvis
panis eius Et Thimo. vi°
Qui volunt divites fieri incidunt
in temptationem et laqueum dyaboli
Tertio fertur super aerem quia da-
tus est sibi ad habitandum Ephe.
ii° Secundum principem potestatis huius
aeris spiritus per quod signabatur
quod ipse principatur aeri id est superbis
et elatis Job xli° Ipse est rex
super omnes filios superbie Quarto
in igne gehenne concupiscentie
et male lingue Sed in igne
fertur ad comburendum quia ibi co-
buruntur et torquentur Math. xxv°
Discedite a me maledicti in
ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius In igne concu-
piscentie fertur ad temptandum
et inflamandum Ozee vii° Omnes
adulterantes quasi clibanus
succensus est a coquente Sed
tota nocte dormivit coquens eos
mane ipse succensus quasi ignis

flame sunt istud ignem concupiscen-
tie multos occidit Math. xxviii.
Domine miserere filio meo nam
sepe cadit in ignem. Sunt in ignem
male luxurie feruentes ad succendendum
Jaco. iiio Lingwa ignis est vni-
versitas iniquitatis In aqua aut
non fertur quia in corde ductili
et mansueto non requiescit
sed ibi submergitur et conbulatur
xvo Exodi Submersi sunt quasi
plumbum in aquis vehemen-
tibus quia nunc totalis virtutes hu-
militate magis prosternitur
psalmus Contribulasti capita draco-
num in aquis. Tercio requiescit
super quietis amatorem. Sicut
post quam dyabolum spoliavit statim
ad.. et quietum. Sunt in tempore
significatum (?) capti receperunt spiritum
sanctum sedentes / in tempore eadem
filii israhel non receperunt
manna quamdiu fuerunt in
egipto et quamdiu habuerunt
secum farinam egipti et do-
nec transierunt mare egipti
Verum in egipto non est quies
nec cum farina egipti est quies
nec ita mare egipti est quies
Illi sunt in egipto qui adhuc
sunt in peccato qui quidem in quiete
esse non possunt. ysa. xlviiio Non
est pax impiis dicit dominus. Et
eiusdem lviio Cor impii quasi mare
feruens quod quiescere non potest.
hec mirum quia qui ad deo
gwarram (?) habet secum pacem
habere non potest Job. xiiio Quis re-
stitit ei et pacem habebit
Illi retinent farinam egipti

qui adhuc retinent reliquias
et occasiones peccati de quibus
sepe fit panis dyaboli ut sunt
male cogitaciones. Tales enim
non sunt in quiete sed in mul-
tiplici turbacione. Job xviio Co-
gitaciones mee dissipate sunt
et torquentes cor meum. Eiusdem
cogitaciones varie succedunt
michi et mens in diversa rapitur.
Illi non dum transierunt mare
egipti qui adhuc premuntur curis
et solitudinibus rebus temporalium
uxorum et filiorum / tales eciam
non sunt in quiete sed in mul-
tiplici fluctuacione. Joh. xvio In
mundo pressuram habebitis
in me autem pacem. Tales mundus
spiritum accipere non potest Joh. xiiiio
Spiritum veritatis quem mundus non potest
accipere. Quarto ista monet Apostolus
Thessalonicenses iiiio Operam detis
ut quieti sitis. Augustinus in libro
confessionum. Jussisti domine ut sic est
ut pena sit sibi omnis inor-
dinatus animus. Idem. Inordi-
nata sunt inquieta ordinata
non quiescunt. Cum igitur velit
ut spiritus sanctus super eum requie-
scat sit quietus. i. exeat de
tenebrositate peccati obiciat reli-
quias et occasiones peccati et de-
serat amoenitates cuiuslibet mundi. Quinto
requiescit super preceptorum dei
conservatorem Joh. xiiiio Si quis
diligit me sermonem meum
servabit et pater meus diliget
eum et ibi spiritus sanctus est / d

ignibus qui ignibus non melius accen-
ditur quam igne et spiritus sanctus
non melius acquiritur quam amore
ideo post quam dixit Si quis dili-
git me protinus addidit et pater
meus diliget eum Item qui
diligit me diligetur a patre
meo Quia vera probatio dilec-
tionis exhibitio est operis ut
dicit Gregorius et ideo post quam
dixit Si quis diligit me sta-
tim intulit sermonem meum
servabit Item qui habet madata
mea et servat ea ille est qui
diligit me Cum autem custodia ma-
datorum est preparatio ad spiritum
sanctum subiunxit Ad eum veniemus
etc. Si quidem in tales venit
spiritus sanctus inflamando venit
filius illuminando venit pater
in amore et cognitione confirma-
do Quod autem custodia ma-
datorum sit preparatio ad spiritum sanctum
dicitur Ioh. xiiii^o Si diligitis
me mandata mea servate
deinde subdit et ego rogabo
patrem meum et alium paraclitum
dabit vobis In quo significatur
spiritus sanctus hodierno die ab a-
scensione datus est quia illi
spiritum sanctum receperunt qui de-
calogum mandatorum observant
Secundo videndum est in quibus
non requiescit Circa quod no-
tandum quod non requiescit in eo
qui hostium cordis in faciem ei
claudit Tales sunt qui indu-
rati et obdurati ~~spiritus sancti~~ spiritui
sancto ad cor volenti eorum
venire contrarie resistunt Act. vii

Stephanus dura cervice incircumcisi cor-
de et auribus vos spiritui sancto
resistitis Secundo non requiescit in
eo qui spiritum sanctum iam receptum
manibus i. pravis operibus a
se repellit Tales spiritui sancto
magnam contumeliam faciunt Ebre.
x^o. Quanto magis putatis de-
teriora mereri supplicia qui fi-
lium conculcavit et spiritui sancto ~~gratie~~ gratie
contumeliam fecit Tertio non
requiescit in eo qui domum
cordis sui luto peccati mortalis
infecit Tales eum spiritum sanctum qui-
dem est in sanctis contristant propter
quod monet Apostolus dicit prima
Thimo. v^o spiritum nolite extin-
guere Quarto non requiescit
in eo qui domum cordis pro[?] hac
venalium replet [?] Tales eum
spiritum sanctum in quibus est in ipsis
contristant Ideo perfectam leticiam
et consolacionem a spiritu sancto ~~nec~~ non
merentur accipere qui multiplica-
tione venalium eum non desinunt
contestare Ideo monet Apostolus
Ephe. iiii^o Nolite contristare spiritum
spiritum sanctum dei etc. Tercio viden-
dum est de dicta eius quiete
Circa quod sciendum quod in
quibusdam non quiescit in qui-
busdam quiescit sed non perfecte
quiescit in quibusdam autem
perfecte quiescit Si quidem in pecca-
toribus est pugna continua In
sanctis peregrinantibus est requies
semiplena In sanctis triumphanti-
bus est requies plena et
perfecta In peccatoribus igitur in quibus
est pugna continua non requiescit
in sanctis peregrinantibus in quibus
est requies semiplena quiescit

sed non perfecte. In sanctis autem per-
severantibus in quibus est requies
plena quiescit perfecte. Istud si-
gnatum est Gen. viii° ubi dicitur
quod Noe transactis xl diebus emisit
columbam de archa. Postquam cum
apparuissent cacumina montium
eam emisit sed quia adhuc
terra sicca non erat et quo modo
paludes erant cum non inveniret
ubi requiesceret pes eius rever-
sa est ad archam quia non mo-
ratur in paludibus vel locis lu-
tosis. Post modum eam emisit
que ad archam veniens ramum
olive in ore suo detulit. Tertio
eam emisit et ultra non rediit.
In prima igitur emissione columba
nullatenus ~~requiescit~~ requievit. In
secunda requievit sed non perfecte. Sed
requievit / requievit quidem quia
super arborem sedit sed non
perfecte requievit quia iterum ad
archam rediit. Per quod datur
intelligi quod spiritus sanctus per
columbam designatus in pecca-
toribus nullatenus requiescit qui
sunt in mundo et ideo intesti-
na pugna carnis sicut dicitur
Ysa. lvii° Cor impii quasi
mare fervens quod quiescere non
potest et redundat fluctus eius
in conculcationem et lutum. In
quibus verbis propheta ponit multa
que faciunt in talibus pugnam
scilicet amaritudinem et perturba-
tionem. Consequenter dicitur quasi ma-
re furorem concupiscentie aut fer-
vens conculcationem temptationis
diabolice cum subdit et redundat
fluctus eius in conculcationem

et in mundiciam culpe eius aut
et luto. Animo enim tam nobi-
lis dedignatur associari immundicie
peccatorum. In cordibus vero sanctorum pe-
regrinantium quiescit sed non perfecte
quiescit. Renati enim in Deo
quietem habeant tamen perfectam
hic non possunt quamdiu caro
concupiscit adversus spiritum et spiritus
adversus carnem. In Christo tamen
quievit et perfecte quievit quia
nullam talem repugnantiam habuit.
Ideo dicitur Ysa. xi° Requiescet
super eum spiritus domini. In archa
cum Noe animalia fuerunt
pacifica quia in Christo qui est
archa sanctificationis omnes
motus qui in aliis fuerunt
bestiales ordinati fuerunt et
rationi concordes. Unde in evangelio
Nazareorum quod ebraice scrip-
tum est ita dicitur Factum est cum
ascendisset de aqua dominus de-
scendit fons omnis spiritus sancti
et requievit super eum
et dixit ei Ego expectabam te
fili mi in omnibus prophetis ut
venires et requiescerem in te.
Tu es enim requies mea tu pri-
mogenitus qui regnas in sem-
piternum. In sanctis autem qui sunt
in patria requiescit perfecte quia
nulla est in eis pugna sed
perfecta requies et concordia. Ysa.
xxxii° Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis et in taber-
naculis fiducie et in requie
opulenta. Multi sunt qui fa-
ciunt pacem tamquam superati et
victi. Tales non faciunt pacem
pulchram sed ignominiosam

Qui vero patrem faciunt tamquam
victores et triumphatores quia
scilicet mundum carnem et dyabolum
superavit tales faciunt patrem
pulcram et ideo dicitur Quod decebit
plus in pulcritudine patris Sed
quia victores de hostibus
quos superavit non confidunt
ideo subditur In habundancia
fiducie Quia vero tales in quo-
plus confiderunt multa corpo-
re expendere et ad ino-
piam devenire ideo subditur
in requie opulenta Thome de ca...

Repleti sunt omnes spiritu
sancto etc. Nota perfecta libe-
ralitas in tribus consistit quando
dat qui dat multum multis et
preciosa Si cum daret modicum
liberalis non esset Rursum si da-
ret multum et daret paucis li-
beralis non esset Item si daret
multis et multum et daret vi-
lia liberalis dici non posset
Deus habet ista liberalis sunt hoc
in maiore sua liberalitatem
ostendit Primo ex eo quod dedit mul-
tum Quod notatur cum dicitur Reple-
ti sunt etc. Secundo ex eo quod dedit
multis ideo dicitur omnes Tercio
ex eo quod dedit preciosum ideo dicitur
spiritu sancto Ostendit ergo primo
liberalitatem suam ex eo quod
dedit multum quia repleti sunt
Magnum est hec gutta sancti
spiritus magnum scilicet in dignitate
quia qui habet spiritum sanctum habet deum
Magnum in valore quia est pre-
cium regni celestis Magnum in
virtute quia sitim mundane a-
varicie sedat Augustinus Qui bibe-
rit de flumine paradisi cuius gut-
ta maior est occeano restat
ut in eo sitis huius mundi pe-
nitus sit extincta Item quod tota
omnia adversa roborat Augustinus
Talis est gratia spiritus sancti que si
tristiciam invenit dissolvit
si desiderium pravum ... consumit
si trepidacionem abicit Si igitur
tantum valet una gutta quantum
valet fluvialis habundancia
quantum valitura est immersio in pe-
lagus infinita Ecce vobis possum
assignare differentiam inter repletionem
quam habent sancti in via qua habent
beati et qua habent mundani Sancti
cum sint in presenti vita quibusdam
guttis divine dulcedinis sunt
aspersi ut possit quilibet dicere illud
Canticorum v° Caput meum plenum
est rore et cincinni mei guttis
noctium Apostoli vero erant fluviali
habundancia pleni Johannis vii°
Qui crediderit in me flumina
de ventre eius fluent aque
vive hoc autem dixit de spiritu
sancto quem accepturi erant creden-
tes in eum Ysaie 3° Spiritus eius
velud torrens inundans us-
que ad medium colli Beati vero
usque supra collum Beati scilicet sunt
in abyssum et impelagus divini
amoris immersi Mathei xxv
Intra in gaudium domini tui Au-
gustinus pleno quidem corde plena
mente pleno toto homine gau-
dio illo adhuc supra modum
superit gaudium illorum cum gau-
dium intrabit in gaudentes
sed ipsi gaudentes tota intra-
bunt in gaudium peccatores aut
et mundani quibusdam respersis

dune dulcedinis sunt innici Su-
auitatis cum que in creatura invenitur
est quedam umbra et quod-
dam vestigium future dulcedinis /
quam tamen cum magna aui-
ditate lingunt. Si igitur tantum
delectantur in umbra et vesti-
gio quantum debet delectari
pervenire ad civitatem et ad fa-
ciem dei per hanc dulcedinem
umbraticam debent manu
duci et pervenient ad dulce-
dinem veram / Fuit autem
apostoli repleti quadrupliciter me-
sura de qua dicitur luce sexto
mensuram bonam et confertam et
coagitatam et supereffluentem
dabunt in sinum vestrum mensu-
ram quidem bonam habuit in
sui sanctificatione Rom. v° Cari-
tas dei diffusa est in cordi-
bus nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis Confertam habuit
in aliorum conversione dictis cum super
id quod eis necesse erat ad sanctifi-
cationem reddit ea que necessaria e-
rant ad aliorum conversionem scilicet
eloquentiam in ardorem zeli
[illegible] ista duo apparuit spiritus sanctus
in linguis igneis auctoritatem
remittendi Joh. 20 Accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis
peccata remittuntur eis Scripturarum
intelligentiam luce 24° Et
aperuit eis sensum ut intel-
ligerent scripturas [illegible]
constantiam Actuum v° Ibant apostoli
gaudentes a conspectu concilii
quoniam digni habiti sunt etc. et in
miraculis operandis magnam
potentiam Actuum v° Per manus
autem apostolorum fiebant signa et

prodigia magna in plebe / Tertio
habuerunt mensuram coagita-
tam in gratie confirmatione quia
numquam deinceps mortaliter pec-
care poterant / psalmus Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris
omnis virtus eorum Job 37°
Tu forsitan cum illo fabricatus
es celos qui solidissimi quasi
ere fusi sunt / Quarto ha-
buerunt mensuram supereffl-
uentem quia impetus fluminis
totum mundum impleverunt psalmus
flumen dei repletum est aquis
De isto flumine derivati sunt multi
rivuli scilicet sancti doctores unde
sequitur Rivos eius inebrians
De istis rivis constructa sunt
multa stillicidia i. modernorum
doctorum dicta unde sequitur In stil-
licidiis eius letabitur germinans /
Secundo ostenditur liberalitas
dei in hoc quod dat multis quod
notatur cum dicitur Omnes [illegible]
repleti sunt spiritu sancto contra pec-
catores qui non sunt repleti
non sunt de primo omnino nec
de uno vivunt ergo nichil
sunt quod [illegible] patet quoniam omnia
que sunt aut debent esse aut
vivere aut sentire aut racionari
aut intelligere / Peccator autem
non habet esse quoniam omne esse est
a forma / forma autem spiritualis
esse spiritualis est caritas [illegible]
[illegible] qui ita am-
bulant sicut habitis forte [illegible]
quia igitur peccator non habet formam
esse spiritualis non habet esse spirituale
licet enim esse habet naturale non tamen
habet bene esse nec habiturus
est feliciter esse / Secundo non habet

peccator non habet esse

vivẽ deo cũ sint signa vite
scz sensus et motus s(ed) peccator
autem nec hẽt sensum divine di-
lectionis nec hẽt motum bene o-
perationis et ideo est sicut ydolum
(?) simulacra gentium argen-
tu et aurum opa manuum hom
os hñt et nõ loquentur oculos
hñt et nõ videbunt aures
hñt et nõ audiãt etc. Ecce q(uod)
nõ hñt sensum pedes habent
et nõ ambulabunt etc. ecce q(uod)
nõ hñt motum sapie xiiij°
Dum cũ confidunt in ydolis q(uia)
sine anima sunt male iurantes
nocere se nõ sperant ipi cũ
confidunt in scripturis cu(m) tu sint
velud ydola sine aĩa quia
nõ hñt sensum nec motum
et sunt male iurantes in eo
qd' iuramentum qd' in baptismo
susceperunt nõ servant et tñ nõ
putant nec sperant se nocere
sed tñ spe sua frustra hñtur
Tercio peccator nõ est sentire nõ
cũ sentit dyabolus temptacio-
nes nec decepciones pu(er) xxiij°
Liberaverunt me sed nõ dolui
traxerunt et ego nõ sensi
Quarto nõ hẽt racionem q(uia)
nõ est racionalis sed bestialis
ps(alm)us facti sunt sicut equus
et mulus in quibus nõ est in-
tellectus Quinto nõ hẽt intelli-
gere vera cũ intelligencia e(st)
deum timere et a malo recede(re)
Job xxviij° Ecce timor domini
ipe est sapia et recedere a
malo est intelligencia Cum
igitur peccator nec deum timeat
nec a malo recedat constat
q(uod) omnino nõ hẽt intellectum
vir insipiens non cognoscet

et stultus nõ intelliget hec
Tercio ondit(ur) liberalitas dei i(n)
hoc qd' dedit sapientibus donum utile
necessarium est et precio sum
q(uod) notatur cu(m) dicitur spu(s) sco
Tale cũ donum sapientibus fuit
necessarium quia passuri erant
multiplex certamen et impedimen-
tum scz potenciam tyrannorum
maliciam demonum sapienciam
philosophorum duriciam iudeorum simula-
cionem fratrum falsorum hoc
figuratum est daniel viij° In illo
hyrco qui habebat cornu in-
signe qd' factum est in quattuor
sed quattuor cornua orta sunt
p(ri)mum potestas in paganis sive
in gentibus ij(m) potestas in iudeis
iij(m) potestas in pravis et hereticis
quartum simulacio in fratribus
falsis De uno autem istorum scz
cornu iudaico ortum est cornu
qd' factum est grande contra me-
ridiem contra orientem contra
fortitudinem quia potestas persequen-
di xp(ist)ianos primo ortum fuit hñt
a iudeis Secundo donatum fuit ad
paganos postea modum ad hereticos
modo ad malos xp(ist)ianos qui
ecclesiam impugnant nõ erroribus
sed malis moribus Sed ipi ad-
iutorio sp(iritu)s sci potenciam ty-
rannorum superaverunt per patienciam
et constanciam quam habuerunt contra
eum quid est esse paciencia
contra irrisiones verborum et fla-
gellorum Quartum est esse forte
contra ad perferendum mortis suppli-
cium constans triplicem constanciam
apli postea adventum sp(iritu)s sci
habuerunt cũ pt esse vero cuius
habet apli dicentibus i primo

factum est cor meum tanquam
cera liquescens in medio ven-
tris mei i. adventu spiritus sancti
instar cere liquide cera in mol-
lis fragilis et infirma Sed postquam
quam sine igne spiritus sancti exerci-
tus aruit tanquam testa virtus mea
et lingua mea adhesit fauci-
bus meis et in pulverem mor-
tis deduxisti me Ipsi cum contra
illorum irrisiones facti sunt val-
de patientes quia nullum verbum
maledictionis vel impatientie
de ore eorum exiebat Et ideo
dicitur Et lingua mea adhesit
faucibus meis Contra verbera
et flagella facti sunt valde
firmi solidi et constantes Et
ideo dicitur Aruit tanquam testa
virtus mea Qui cum prius contra
timore flagellorum erant tanquam
cera mollis facti sunt postmodum
tanquam testa solida et firma Sed
mortis etiam supplicium offendi-
fracti sunt a deo fortes quod
potius dimittebant se occidi
quam in aliquo adversariis ce-
derent Et ideo dicitur Et in pul-
verem mortis deduxisti me
Secundo sapientiam mundanorum
philosophorum superavit per divinam
sapientiam Luce 21 Ego enim
dabo vobis os et sapientiam
cui non poterunt resistere omnes
adversarii vestri // Pulcra coniunctio
eloquentia cum sapientia et constantia
Nam sapientia sine eloquentia
est in utilitatem eloquentia
sine sapientia est garrulitatem
Sapientia et eloquentia sine constan-
tia est timiditatem Dicit ergo
dominus Ego enim dabo vobis os
i. eloquentiam ne sitis inutiles
et infructuosi // dabo sapientiam
tamen eloquentiam ne sitis tamen garru-
li et verbosi / Dabo etiam vobis con-
stantiam cui non poterunt resistere
et contradicere omnes adversarii ves-
tri ne sitis timidi et formido-
losi // Tertio duritiam iudeorum
superavit per miraculorum effica-
ciam quia miracula fecerunt fieri
per spiritum sanctum Luce 11 Porro
si in digito dei eicio demonia
i. in spiritu sancto / Hec autem miracula
ad presens pessimi non fuit quia
modo etiam magis indiget ope-
ratione iudicatorum et quilibet debet
magis desiderare virtutum quam
operatione miraculorum et quilibet
debet magis desiderare bene
vivere quam miracula facere Gregorius
probatio sanctitatis non est miracula
facere sed unumquemque ut se dili-
gat de deo aut vera et de pro-
ximo meliora quam de seipso
sentire // Quarto simulationem falsorum
fratrum superavit per sanctitatem
veram quam quidem habuit a
spiritu sancto Unde dicitur Job 26 Spiritus
domini ornavit celos Ornamenta
celorum sunt virtutes predicantium
tanta quidem fuit eorum vite per-
fectio quod perfecto ipsa rei mani-
festatur in eis Sed eius super omnes
Sicut manifestatur sol in suo splen-
dore ignis in suo calore et
rosa in suo odore Cum igitur
deus sit tam liberalis quod ipse
dat nullum multis et preciosa
similiter et nos liberales esse
debemus ut demus multum
Tobie 4o Si multum tibi fue-
rit habundanter tribue multis
preterea Dispersit dedit pauperibus

utilia et preciosa Contra dicitur
Ecclesiastici 20o est datum quod non
est utile In eodem datum insipi-
entis quod non erit utile tunc autem
ista liberalitas est meritoria
quando fit propter deum non enim dicen-
dus qui ad capiendos pisces
uel aues habundanter escam
proponit / uel qui vinum pleno
vasi infundit vel qui aurum
in latrinam proicit uel qui fer-
mam vento proponit Sic nec
dicendus est liberalis qui multa
multis dat et eorum voces aliqui-
bus uel favorem lucratur Ier 5o
Inventi sunt in populo meo im-
pii insidiantes quasi aucupes
laqueos ponentes et pedicas
ad capiendos viros Sicut ille
qui propter vana laude divitibus
largitur propter quibus dare nichil
est aliud quam perdere nec ille
qui sinistra intentione hystrio-
nibus et aliis personis turpibus
inhonestis tribuit Ecclesiastici 12 Bene
fac humili et ne dederis impio
Sicut ille qui propter ventum vane
glorie multa impendit Osee 13
Adducet deus ventum urentem
de deserto ascendentem Sermo
quartus de eodem sequitur

Repleti sunt omnes spiritu
sancto De hac plenitudine
spiritus sancti tria videnda sunt
scilicet que sunt receptiva que
impedientia et que signa.
Receptiva vero sunt plura
oportet ergo quod cor primo instar
vasis sit erectum non curvum Deus
enim creavit in homine cor am-
plius superius et strictius inferi-
us et quod spiritus secutus ad nobi-
liora et superiora membra
amplius dilataret et ut homo
ad divinam inspirationem accipien-
dam habilior esset Cum igitur
spiritum i. amorem suum non dilatat
ad amandum superiora sed inferiora
vel qui divinam inspirationem non
recipit sed ei contradicit cuius
cor non est erectum sed curvum
[illegible] primo Rubus sunt e cor
meum in hoc meipso Iesu deus
creavit hominem statura recta
faciem elevatam radices i. ca-
pillos superius ut ex hiis detur
intelligi quod homo debet habere
intentionem rectam affectionem
ad celum elevatam et quod deus
fecit eum celestem plantam /
Secundo oportet quod sit vacuum non ple-
num sicut dicitur 4 Regum 4o
Elizeus qui interpretatur deus
meus implevit vasa vacua
non repleta Augustinus Si exitat iste
amor mundi non est qua intret
amor dei vas eius sed plenum
eius sine dat quod habes ut re-
cipias quod nondum habes / Funde a-
morem seculi ut repleaveris
amore dei Debet igitur vas
cordis nostri evacuari quia aqua
amoris dei stare non potest
cum aqua amoris mundi Illa
cum sitis est causativa hec autem
satietatis repletiva Ioh 4o
Omnis qui biberit ex hac aqua
hec non sitiet in eternum Illa est
transitoria ista manens et eterna
Ierem 2o me dereliquerunt
fontem aque vive et fode-
runt sibi cisternas dissipa-
tas que continere non valent a-
quas Illa turbida Ieremie Quid
tibi in via Egipti ut bibas
aquam turbidam Ista clara
et splendida Apocalypsis 22o

ostendit michi fluuium aque
vive splendidum tamquam cristal-
lum. Illa est amara ysaie [illegible]
[illegible] amara potio bibentibus
illam. Hec autem dulcis et ame-
na Ecclesiastici xxiiii° Qui edunt
me adhuc esurient et qui
bibunt me adhuc sicient. Tertio
oportet quod sit apertum non clau-
sum. Quattuor enim sunt que
difficili se infundunt scilicet aer
dum modo attrahatur lux dum
modo fenestra aperiatur aqua
dum modo locum ad depressum inve-
niat et ignis dum modo lig-
num sicca reperiat Sic spiritus sanctus
instar aeris statim se infundit
dum modo attrahitur desiderio cor-
dis Psalmus Os meum aperui et
attraxi spiritum. Instar lucis dum
modo aperiatur hostium volun-
tatis Apocalipsis iii° Ecce sto ad hostium
et pulso si quis aperuerit
michi intrabo etc. Instar aque
dum modo inveniat cor depressum
id est humile et mansuetum Psalmus
Qui emittit fontes in convalli-
bus etc. Instar ignis dum modo
inveniat ligna sicca bonorum
operum Ecclesiastici xxviii° Sicut ligna
silvarum sic ignis exardescet.
Quarto oportet quod sit integrum
non confractum peccatis mortale
est frangit cor in quo sunt
tot foramina quot peccata mor-
talia et que quidem foramina per
gratiam dei inde curantur Ecclesiastici
xxi° Cor fatui quasi vas con-
fractum omnem sapientiam
non tenebit et demones
illud ingrediuntur et egrediuntur
Job [illegible] Vadunt et veniunt

super eum horribiles. Quinto oportet
quod sit mundum non inmundum Cum
enim sit sedes sanctitatis et pu-
ritatis requirit Ephesios [illegible]
Hec est enim voluntas dei sanc-
tificatio vestra et subdit Non enim
vocavit nos in immunditiam vocavit
sed in sanctificationem. Ideo propheta
volens petere spiritum sibi infundi
primo petit vas cordis sibi
mundari dicens Cor mundum
crea in me deus et spiritum
rectum innova in visceribus
meis. Secundo videndum est que
sunt impedimenta. Illa autem
sunt tria peccata scilicet luxuria
superbia et avaritia I Io ii°
Qui diligit mundum non est caritas
caritatis in eo quia omne quod
est in mundo aut est concupiscen-
tia carnis aut concupiscentia
oculorum aut superbia vite. Ista
enim tria vicia specialiter impe-
diunt spiritum sanctum ymmo iam
receptum male remunerant
et remuneratum expellunt.
Primo ergo ne recipiatur impe-
diunt sicut ostendit Crisostomus super
Matheum ponens tria exempla
primum est si leoni ostendatur
stramen virens non excitat eius
appetitum quia non est in natura
sua comedere herbas sed [illegible]
et carnes. Secundum est quod pluvia
super lapidem venit lapis
a foris balneatur intus autem
siccus permanet. Tertium est
quod si vase pleno aceto gutta
mellis immittitur vel perditur
et acetum non immutatur. Consimiliter
cor plenum peccatis impedimentum
spiritui sancto prestat quia cor est

animale siue carnale propter luxuriam
siue gulam. Tale enim cor instar
leonis non appetit celestes amici-
tates sed carnales voluptates.
I Cor. ii^o Animalis homo non
percipit ea que sunt spiritus dei
stultitia enim est illi et non potest
intelligere. In cor igitur luxuriosi
spiritus sanctus non ingreditur. Ecclesiastici
xxxi^o Studiat luxuriosus et displi-
cebit ei. Item tales ponunt cor
sicut ~~acervum~~ acervum luteum. Ecclesiastici
ix^o Omnis mulier que est quasi for-
nicaria quasi stercus in via con-
culcabitur. Spiritus enim malignus
instar serpentis querit loca um-
brosa et humida. Job xl^o Sub
umbra dormit in secreto ca-
lami in locis humentibus. Spiritus
autem sanctus concupiscit loca arida
propterea in terra deserta et in via in-
aquosa etc. Spiritus etiam malignus
instar corvi delectatur cadaveribus
fetidis id est hominibus luxuriosis.
Spiritus vero sanctus instar columbe
pascitur granis mundissimis id est
cordibus puris. Spiritus etiam mali-
gnus intrat porcos id est homines
inmundos et luxuriosos. Mathei
viii^o Demones rogabant eum
si eicis nos mitte nos in por-
corum gregem. Spiritus autem sanctus
intrat in columbas id est in animas
sanctas et mundas. Luce iii^o In
animas sanctas se transfert. Tales
igitur luxuriosi et gulosi quia
sunt serpentini adeo maledi-
cuntur. Gen. iii^o Maledictus eris
inter omnia animantia et bestias
terre. Illa igitur aut maledictione
de qua dicitur Mathei xxv^o Disce-
dite a me maledicti etc. quia

sunt terreni ut ex vincentia in
certam [?] per primam reputantur [?]
viii^o Divisi [?] eorum qui confidebant-
tur et non reputabuntur quia sunt
porcini in inferni baratrum de-
mergentur. Mathei viii^o Ruit to-
tus grex porcorum in preceps et
mortui sunt in aquis. Secundo
impedimentum prestat enim cor
est durum per superbiam. Tales
enim instar lapidis semper perma-
nent propterea anima mea sicut terra
sine aqua tibi. Tales ponunt
murum lapideum id est cor et animam
durum. Job xli^o Cor eius in-
durabitur sicut lapis. Ecclesiastici
iii^o Cor durum male habebit
in novissimo. Quod autem sit
istud malum dicitur Proverbiorum xix^o
Mallei percutientes stultorum cor-
poribus. Sunt enim malleum ab in-
teriori scilicet perturbate conscientie.
Isaie lvii^o Semper presunt sena [?]
perturbata conscientia malleum a su-
periori scilicet ~~sapientia~~ ratione iustitie propterea
tanquam vas figuli confringetis eos
malleum ab exteriori scilicet tribula-
tionibus diversis. Ysaie xix^o Dabo
egyptum in manu crudelium
dominorum. Superbi igitur gratiam spiritus sancti
recipere non possunt. Item quia
sunt spiritus vanitatis et ideo non
possunt recipere spiritum veritatis. Joh.
xiiii^o Spiritum veritatis quem mundus
recipere non potest. Item quia divici-
a et timor obsistunt. Timor enim
infusa repellit. Cui dicitur Ysaie
lxvi^o Super quem requiescet
spiritus meus nisi super humilem
et non super timidum. Item quia
vas cordis habet alienis ipso
fonte. Superba enim deum se potest
dum voluntatem suam in bonis

et malis fici appetit qua re-
liquum dentis in bonis ficu aut
Aqua aut gratie alicuius fonte
ideo non ascendit humilis aut
vas cordis ad fontem gratie
inclinatum sit et ideo habunda-
ter inde aurit et suscipit Tertio
impedimentum prestat quia cor
est acerbum per avariciam Ta-
lis cum eius sit cor plenum ace-
to i. amore terreno dulcedinem
spiritus sancti sentire non potest Et
ideo dicit Augustinus super illud psalmi
Diligite amici domini sancti eius
disce non diligere ut discas di-
ligere deum Crucifige ut caritatis
funde et impleare Tales fa-
ciunt ita sicut fossatum profundum
plenum aqua turbida id est
dilectione ~~plena~~ mundana Rece-
ptus si avarus spiritum sanctum recipe-
re non potest quia spiritus sanctus descen-
dit de sursum Avarus autem non
habet cor ad celum sursum sed
ad terram depressum psalmus Oculos
suos statuerunt declinare in terram
Secundo illa terra vicia spiritum sanctum
male remunerat Sicut dicit
Innocentius tertius in quadam
decretali sua Terra est que
male remunerat hospites
suos scilicet mus in pera ignis
in sinu serpens in gremio
Mus in pera est superbia i. terra
que omnia corrodit et consumit
Ecclesiastici vi° Non te extollas
in cogitacione tua velud thaurus
ne forte elidatur virtus tua per stul-
ticiam et folia tua comedat
et fructus tuos perdat et relin-
quaris velud lignum aridum
in heremo Ignis in sinu est
avaricia in affectu qui ignis i-

saciabitur Proverbiorum xxx° Ignis
numquam dicit sufficit Serpens in
gremio est luxuria que vene-
num diffundit Proverbiorum v° Favus
distillans labia meretricis
novissima autem eius amara
quasi absinthium Eiusdem xxiii°
dicitur de vino in quo est lu-
xuria Ingreditur blande sed
in novissimo mordebit ut
coluber et sicut regulus vene-
na diffundet Tertio hec terra vicia
spiritum sanctum male remuneratum
expellunt sicut autem colligitur
ex verbis Salomonis Tria sunt
que hominem de domo expel-
lunt scilicet fumus stillicidium et
mala uxor Per fumum intelligitur
vicium superbie qui in altum
ascendit psalmus Ascendit fumus
in ira eius Item sicut deficit
fumus ita deficient Per stulticia-
dium intelligitur peccatum avaricie
Stillicidia enim maiore tempore fri-
goris homines inquietant sic
et avaricia Luce viii° a sollicitu-
dinibus et divitiis suffocantur
Per malam uxorem intelligitur
concupiscencia que se eius mente
ligat Gal. v° Caro concupi-
scit adversus spiritum spiritus adver-
sus carnem Hec enim sibi invicem
adversantur Ideo dicitur [illegible]
Proverbiorum xxi° Melius est sedere
in angulo domatis quam cum
muliere litigiosa et in domo com-
muni Angulus domatis est arta
via que ducit ad vitam domus
communis i. eius mulier litigiosa est
lata via concupiscentie que
ducit ad perditionem Tertio
videndum est quomodo sit istis repletor

terra male remunerat
spiritum sanctum

Signum repletionis

Est autem primum signum ponderositas omne vas cum plenum ponderosius est istud autem pondus est timor que animas leves deprimit et ponderosas facit Job xxviij° Qui facit ventis pondus Levis cum istud pondus timoris quodammodo ponderosum animum faciat cita per superbiam evanescit Eccl. xxvij° Si in timore domini tenueris te instanter non cito subvertetur domus tua Apes cum adventum velant lapillos inter pedes portant ut sint magis ponderose ne a vento faciliter rapiantur Exemplo igitur apis et vos pondus timoris dei intra nos metipsos portemus ne aliquando a vento superbie inanis rapiamur Secundum signum est recipere nec plus appetere nec sitim aliquando sentire cum vas aliquo liquore plenum est amplius non recipit Stomachus(?) plenus amplius non appetit vinum copiose haustum expellit sitim Sic apostoli quia pleni erant spiritu sancto recipere non poterant aliud liquorem amoris mundi anima pasta erat in deo cibo celestis quia refici non poterant cibo terrene concupiscencie anima habebat musto spiritus sancti exoleta erat omnis sitis mundi Aug. Qui bibit de flumine paradisi cuius gutta maior est occeano restat ut in eo sitis huius mundi penitus extincta sit Tercium signum est resonare sicut patet in vase pleno quod percussum non resonat Sic sancti viri spiritu sancto pleni et persecucionibus percussi non resonant per inpacienciam aliquam commoti Job vj° Numquid mugiet bos cum ante presepe plenum steterit plenus bos est quilibet sanctus vir incedens per gravem morum composicionem ungulam non findens per discrecionem ruminans per meditacionem hic non mugiet per inpacienciam cum sit repletus per graciam Sed tantum de martiribus eorum inimici resonat vel cerimonia(?) quod signum habuerunt apostoli de quibus dicitur Act. v° Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij Quartum signum est superfluere ut patet in fluvio et in vase inundante Sic apostoli a deo pleni fuerunt quod mox effluere ceperunt loqui scilicet varijs linguis Act. ij Ecce signum plenitudinis plenum vas erupit Sic etiam sancti viri ostenduntur esse pleni qui effluunt verbis edificatorijs Math. xij° Ex habundancia cordis os loquitur Eccl. xxj° Sapientes in verbis producit seipsos vel effluunt oracionibus exemplis Math. v° Sic luceat lux vestra coram hominibus vel effluunt operibus pietatis Math. xij Bonus homo de bono thezauro suo cordis profert bona id est de visceribus misericordie profert bona opera pietatis Sermo quintus de eodem

Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur Luce xij Circa istud

ignem spiritus sancti quatuor sunt
videnda / primo quare spiritus sanctus
apparuit in specie ignis / secundo
qualis sit ignis / tertio qualiter
iste ignis comburit / quarto
qualiter iste ignis extinguitur / primo
circa videndum est quare ap-
paruit in specie ignis. Circa
quod sciendum est quod ignis com-
mendabilis est quantum ad effi-
caciam operationis et virtutem cen-
tum ad comitatem. Tertia sicut
colligitur ex verbis dyonisii in
angelica ierarchia. Ignis
omnibus sine sui diminucione
se communicat in omnibus corporibus
se cuitat propter verum est qui se
abscondat a calore eius.
Cor. xiimo Unicuique datur ma-
nifestatio spiritus ad utilitatem
[illegible] spiritum datur primo Sap. vii
que autem omnia operatur unus atque
idem spiritus dividens singula
sicut vult et ista communicatio
sit sine diminucione. Ideo
vocatur fons vivus qui affluit
et nunquam deficit. psalmus apud te
est fons vite. Apoc. xxiio
Ostendit michi fluvium aque
vive. Secundo ignis in omnibus se
occultat in omnibus enim rebus
invisibiliter est inclusus licet
non videatur quod patet ex hoc
quod ex forti corporum solidorum
collisione ignis comburitur sic
spiritus sanctus in omnibus hominibus
est inclusus Sap. primo Spiritus
domini replevit orbem terrarum
Ioel effundam illum super omnia
ornamenta sua et super omnem
carnem. Secundo igitur peccator sua
mala acta ad Christum petram

allidit et frangit sic ignis
spiritus comburitur in iustificatur
et vivificatur. Eze. xxxviio In-
tromittam in vos spiritum et vi-
vetis. Similiter iustus qui omnes
cogitationes suas ad Christum petram
allidit per assiduam meditationem
sic ignis comburitur quia maior
gratia sibi datur. psalmus In meditatione
mea exardescet ignis. Tertio
ignis se et cetera manifestat
sic spiritus sanctus manifestat se
omnibus. Ioh. xiiiio Vos autem co-
gnoscetis eum quia apud vos
manebit et in vobis erit. Mani-
festat enim quia alia Ioh. xvio
Que ventura sunt annunciabit
vobis Ioh. xiiiio Ille vos doce-
bit omnia quecumque dixero vobis
id est omnia que superiora ad de-
siderandum psalmus Spiritus bonus tuus
deducet me in terram rectam
inferiora ad contempnendum Ioh. xvio
Ille arguet mundum de peccato
et de iusticia et de iudicio mise-
dia id est virtutes ad possidendum
Job xxvio Spiritus domini ornavit
celos ornamenta celorum sunt
virtutes sanctorum. Secundo ignis est
commendabilis quantum ad operationem
eius. Operatio est triplex sicut
colligitur ex verbis dyonisii in eodem
libro est enim purgatio et re-
novatio et immutatio et co-
vertere est quasi et vive / primo
est purgatio et renovacio sicut
patet in metallis que purgat
et renovat sic spiritus sanctus purgat
peccata scoriam auferendo. Ysa. io
Excoquam ad purum scoriam
tuam. Zacha. xiiio Per ignem
uram eos sicut uritur argen-
tum renovat quasi creatorem renovando

p(ro)p(ter) Emitte sp(iritu)m tuu(m) et c(etera) p(ro)u(er)b(iorum) xxv
Aufer rubiginem de
argento et egredietur vas pu-
rissimum Secundo est immutare
et (con)u(er)tere Ca(ndor) cum in que ignis
superius agit in suam sp(eci)em trans-
mittat et (con)u(er)tat Sic est sp(iritu)s
s(an)c(tu)s mentem quam replet in
se transmittat et (con)u(er)tat ii Cor(inthios)
iiio In ea(n)de(m) aut imagine(m)
transformamur a claritate in cla-
ritatem tamq(uam) ad d(omi)ni sp(iritu)m i
Cor(inthios) vio Qui adheret deo unus
sp(iritu)s est cum eo Ideo s(cribitu)r per
sp(iritu)m s(an)c(tu)m deificati dicuntur
p(salmus) Ego dixi dii estis Tercio
est (con)iungere et unire sicut patet
in ferro quod quando alteri ferro
non (con)iungitur nec et unitur nisi me-
diante igne Sic et sp(iritu)s s(an)c(tu)s
cum sit nexus et vinculum
(con)iungit amantem cum amato
i(d est) animam cum deo Colo(ssenses) iiio Sup(er)
omnia aut(em) hec caritatem habete
que est vinculum p(er)fectionis a
deo quidem vim ut nullatenus
separari possit Ro(manos) viiio Quis
nos separabit a caritate dei
etc. Quarto ignis commendatus
est quantum ad virtutem Est enim
virtutem inclinativam quia deor-
sum trahit et humiliat habet
virtutem eleuativam quia sursum
tendit et fert(ur) Est virtutem
adiuuativam quia fluida ad-
iuvat et solidat Sic sp(iritu)s
s(an)c(tu)s s(ecundu)m dyonisium in libro
de diuinis nominibus habet
h(abe)ant triplicem virtutem sc(ilicet)
inclinativam quia quos replet
inclinat per humilitatem ad sui
(con)temptum p(ro)p(ter) q(uo)d Aufert sp(iritu)m

eorum i(d est) sp(iritu)m superbie et deficient
sc(ilicet) a se ip(s)is et in puluerem
suum reuertentur per sui humilita-
tionem Et quilibet cum cogno-
scit se ex nichilo factum et
nisi adeo (con)seruetur in nichilum
redigendum Secundo est virtutem
eleuativam quia eleuat in
desiderium supernorum Eze(chielis) viiio
Elevauit me sp(iritu)s inter celum
et terram et adduxit in ierusalem
in visione dei Tercio habet
virtutem coadunativam per concordi-
am et unionem seu unitatem
morum Ephe(sios) iiiio Solliciti
seruare unitatem sp(iritu)s in vinculo
pacis Secundo iocundum est quantum
est ignis Circa quod sciendum
quod licet sit triplex sp(eci)es ignis
sc(ilicet) flamma carbo et lux sp(iritu)s
s(an)c(tu)s non apparuit in sp(eci)e car-
bonis vel flamme sed lucis
Unde cantat ecclesia Aduenit
ignis diuinus non comburens
sed illuminans non (con)sumens sed
lucens Carbo cum est ignis
in materia terrestri et ideo non
apparuit in sp(eci)e carbonis quia
quos replet non facit deside-
rare terrena sed celestia i Joh(annis) iio
Si quis diligit mundum non
est perfecta caritas in eo pro-
pter quod unum cor duos aduersarios
sibi amatores non capit et
subditur Sicut dilectio dei est
fons omnium viciorum non sentit e-
ternam prosperitatem querit terrenam que-
stum sed celeste premium i Cor(inthios)
ixo Que est merces ut euan-
gelium p(re)dicans sine sumptu po-
nam euangelium Tercio non apparuit
in sp(eci)e flamme quia flamma est
ignis in materia aeris (con)tra sp(iritu)s s(anctus)

quos replet non facit amare
ambitiosos vanitates sed ce=
lestes amenitates et non facit
predicare propter favorem humanum
sed amorem divinum Gal. 1o
si ad huc hominibus placerem christi
servus non essem et ideo dicit
Cor. 10. Ego per omnia homi=
nibus placeo Aug. de sermone
domini in monte tractans predictum
verbum dicit sicut non absurde
loquitur qui dicit in hac opera
qua vane quero sic peccatum
sic sapientibus convenient dicit
in hac opera qua hominibus pla=
ceo quia non hoc appeto sed ad
id refero ut me mittere quos
salvos fieri volo Apparuit autem
in specie lucis que est purissima
et ignis in sui natura quia
quos replet facit esse puros
per intentionis sinceritatem
facit predicare propter dei honorem
et proximi utilitatem 2 Cor.
12 non quero que vestra sed
vos. Philip. 4o non quero quod
datum sed quod fructum habun=
dantem in racione vestra / 3o
videndum est qualiter iste ig=
nis extinguatur Sciendum quod iste
ignis spiritus sancti instar ignis
materialis per tria extinguitur
primo scilicet per ventum superbie
et vane glorie Job 1o Repen=
te ventus veniens vehementer
irruit a regione deserti
et concussit quatuor angulos
quatuor anguli domus
sunt fides spes caritas et
operatio et ideo iste ignis per
ventum superbie non extinguatur
debent fieri fenestre oblique
dicitur enim 3 Reg. 6o quod
Salomon fecit fieri fenestras
obliquas id est exterius angustas
et intus obliquas diffusas quia
ne scilicet ventus directe intraret
et lucernas extingueret / fenestre
sunt sensus corporis mei quia
tunc sunt recte quando videt
oculus vel quod audit auris affert
cordi quia intus voluntas ap=
petit quod videtur et desiderat
quod audit. Tunc autem sunt ob=
liqua quando sensus afferunt
sua sensata rationi ad discerne=
dum et discutiendum et ideo postquam
modum offerat voluntati ad appe=
tendum vel fugiendum Secundo ex=
tinguitur lignorum divisione et
separatione id est per discordie Sicut
enim aqua non vivificat membra
a corpore separata nec ignis in=
flammat ligna divisa Sic nec
spiritus sanctus inflammat illos qui
sunt divisi vel adeo per mortem
culpam Isaie 59o iniquita=
tes vestre diviserunt inter vos
et deum vestrum vel a proximo per
discordiam Luce 11o Omne re=
gnum in se divisum desolabitur
vel ab ecclesia per excommunicationem
sumam quod Math. 18o Si ecclesiam
non audierit sit tibi sicut eth=
nicus vel publicanus Tercio
extinguitur per aquam luxurie
[margin: ff] signatur enim luxuria per aquam
multiplici ratione primo quia sicut
aqua totaliter ignem extinguit
ita ut ibi non remaneat ali=
quis igniculus nec calor iuxta
illud Eccli. 3o Ignem arden=
tem extinguit aqua Sic et
in peccato luxurie invenitur
cetera enim peccata non extinguunt
omnia bona opposita nec omnia
bona desideria immo avarus
et superbus sepe bona opposita

concepit luxuria aut non tantum
contra ignem contingeret sed etiam
calorem omnis boni propositi con-
sumit quia homo totus caro
efficitur. Et in hoc spirituale non potest
cogitare. Job xxxi°. Ignis
est usque ad consumptionem devorans
et omnia eradicans germina.
Tercio signatur per aquam quia
aqua fluvialis semper deorsum
fluit sed numquam retro redit
iuxta illud 2 Reg. xiiii°. Om-
nes velud aqua dilabimur
in terram que numquam revertitur.
Sed quamvis in aliquod peccatum dilap-
sus fuit de facili ad penitentiam
redit. Sed si per longam con-
suetudinem carnalis concu-
piscentie fuerit irretitus a
deo illaqueatur quod inde expe-
dire non potest. Ideo Salomon
vocat mulierem laqueum
et sagenam Eccl. vii°. Statim
eam sequitur quasi bos ductus
ad victimam et nescitur et
velud si avis festinet ad
laqueum. Quarto signatur per aquam
quasi aqua effunditur totaliter
ita quod in vase nihil remanet
nec quantum ad colorem nec quantum
ad saporem nec quantum ad odo-
rem nec quantum ad calorem
non sic in ceteris liquoribus
invenitur. Unde apud anti-
quos consuetudo erat quod quando
convenciones amicitie fiebant
seu frangebant aquam effundebant
acsi dicerent eternaliter sic vel
illud fiat taliter delebitur ut
de ipso vel de aliis seu de
hiis que ad ipsum spectant

aliquid relinquetur. Si quis aliquod
peccatum per confessionem de corde
suo effundere voluit sufficit quod
ipsum effundat quantum ad colorem sa-
porem et odorem id est quantum ad
opus consensum et delectationem
potest tamen sustinere dyabolicam temp-
tationem dum modo non consenciat
sed resistat viriliter sicut dicit
Augustinus. Temptatio cui non
consentitur non est peccatum sed ma-
teria exercende virtutis. Peccatum autem
luxurie velud aqua totaliter
debet effundi et quantum ad opus
et consensum et delectationem et
temptationem quia ibi non est
temptationum conflictus expectan-
dus sed potius fugiendus.
Ideo dicit Apostolus i Cor. vi°
fugite fornicationem. Secundo vi- C.
dendum qualiter iste ignis con-
servatur. Circa quod sciendum
quod ignis materialis quatuor modis
conservatur scilicet per cineris superin-
ductionem per lignorum apposicionem
per insufflacionem et per diligen-
tem ab aqua contrario conservatur.
Cineris superinductio est mor-
tis meditatio. Lignorum appo-
sitio est bonorum operum multi-
plicatio. Insufflatio est frequens
meditatio. Diligens ab omni contrario
conservatio est omnium occasio-
num et maliciosorum societatem
vitatio. Primo igitur conservatur ignis
iste spiritualis mortis medita-
tio que est quasi cineris
superinductio. Homo enim in
morte cinis efficitur. Sap. ii° Extinctus
cinis erit corpus
nostrum. Isto cinere debemus igitur

4 modis conservatur
ignis materialis

spiritus sancti cooperans sicut
cooperabatur Job xxix aperui
tunc cathenam meam et apien-
dum primo homines docuit do-
minus dicens Jerusalem es et in
pulverem reuerteris. i. super Augustinus
amplius animatos quod si in pul-
uerem reuerteris eris maledictus quia
erat talis ipsum thezaurum
operabit apostolus qui dicebat 2
Cor. iiii habemus thezaurum
istum in vasis fictilibus
vas fictile est corpus mortale
si quis balsamum in vase fic-
tili deferret ipsum semper cogitare
oportet quod caute custodiret
si autem vas esset fictum vel
cuneum non sit debet esse soli-
citum oportet Ysa. xl omnis
caro fenum non dixit fenum
iniquit est Job vi nec caro
mea enea est non est enea
sed fiat enea / Sextum continuatum
est bonorum operum multiplicatio
que est quasi quedam lignorum
appositio quando cum ligna bo-
norum operum subtrahuntur et
deficiunt iste ignis extinguitur
Prov. xxvi cum defece-
rint ligna extinguetur ignis
cum autem apponuntur reaccenditur
Eccli. xxviii sicut ligna sil-
varum sic ignis exardescet
cum autem semper continuatur augetur
Levit. vi ignis in altari
meo semper ardebit quem nutriet
sacerdos subiciens ligna per
singulos dies / Septimum continuatum
est frequens meditatio que est
quasi quedam insufflatio psalmista
In meditatione mea exarde-

scet ignis Eccli. xxviii si
sufflaueris quasi ignis exarde-
scet michi et ipse est in quo
ignem insufflat Joh. xx Insu-
fflauit et dixit accipite spiritum
sanctum dyabolus contra sufflat in suo
flatu extinguat ignem gratie
et accendat ignem concupiscentie
Ysa. xliiii Ecce ego creavi
fabrum sufflantem in igne pru-
nas Joh. ii accipite spiritum sanctum
Job xli halitus eius prunas
ardere facit // Octauum continuatum
est occasionum et malarum socie-
tatum vitatio que est quasi quedam
ab omni genere separatio Ex mala
enim societate homo perditur intellectum
quantum ad cognoscendum Prov.
xiii Qui cum sapientibus graditur
sapiens erit et amicus stultorum
efficietur similis. Inquantum in affectu quantum
ad diligenda Eccli. xiii Qui te-
tigerit picem inquinabitur ab ea /
depravantur in affectu quantum ad o-
peranda et ideo deus volebat
ut plures ex pluribus civibus cum babilo-
niis habitarent ne opera eorum
adiscerent Ideo dicit Jer. xv
Recede de medio babilonis et
de medio caldeorum egredimini quia
valde periculosum est bonis stare
seu habitare cum malis Agnet
deus per eundem prophetam dicens Jer.
li Egredimini de medio ba-
bilonis populus meus ut saluet
unusquisque animam suam ab ira
furoris mei et ne forte cor
vestrum mollescat et timeatis au-
ditum qui audietur Ex quibus
verbis habetur quod boni ex malorum
societate sepe circa pericula incur-
runt primo videlicet divinam indignationem

Ideo dixit ut salvet quisque animam suam ab ira furoris inicio mentis enormacionis quia sepe efficiuntur molles et resoluti. Ideo dixit ne forte cor vestrum mollescat. Secundo dyabolice temptacionis quia sepe dyabolus temptat bonos per familiares malos. Et ideo subdit et timeatis auditum i. dyabolice suggestionis qui audietur in terra i. a tecum.

Sermo vj de eodem

De excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me. Trenorum 1o. Possunt hec verba esse verba ecclesie recolentis adventum spiritus sancti in apostolos per quos est ymago ad fidem erudita. In quibus verbis quatuor tanguntur. Primum unde missus est cum dicitur de excelso. Secundo qualis est missus quia in specie ignis cum dicitur misit ignem. Tercio ad quos scilicet missus est ut scilicet ecclesiam per apostolos erudiret et doceret cum dicitur et erudivit me. Primo igitur videndum est unde missus est quia de excelso beatissime trinitatis. Circa quod sciendum quod in trinitate est quadruplex excelsum. Primum est infinite potestatis. Psalmus: In manu potenti et brachio excelso. Job xj: Excelsior celo est et quid facies. Secundum excelsum est infinite veritatis per quod universa respicit et cognoscit. Psalmus: Dominus respexit de excelso sancto suo. Et prima Thimotheum vjo: Lucem habitat inaccessibilem. Lux inaccessibilis est cuius sapiencia incomprehensibilis. Psalmus: Sapiencie eius non est numerus. Tercium est excelsum infinite caritatis. Ysaie vjo: Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum. Seraphim stabant super illud solium [illegible]bant. Datur intelligi quod erat excelsum infinite caritatis. De isto excelso dicit Dyonisius in libro de divinis nominibus: Audendum autem est et hoc pro veritate dicere quod omnium causa pulchro et bono omnium amore propter habundanciam maioris bonitatis extra seipsum fit ad omnia existencia providenciis et sicut bonitate et dilectione et amore trahitur ex eo quod est super omnia et ab omnibus segregatus ad id quod est in omnibus deponitur sed extasim faciente supersubstancialem virtutem a seipso inseparabilem. Quartum excelsum est infinite bonitatis per quam oculo misericordie nos respicit. Psalmus: Excelsus dominus et humilia respicit et alta a longe cognoscit. Propter hoc excelsum bonitatis dicitur Luce xviijo: Nemo bonus nisi solus deus. De isto quadruplici excelso missus est in apostolos spiritus sanctus. Et ut hoc melius pateat sciendum est quod ante adventum spiritus sancti in apostolis erat quadruplex defectus. Primus contrarii ad magnanimitatem quia timidi erant et formidabant loqui de Christo sicut patet in principe apostolorum qui ad vocem unius ancille dum moreri te-

timuit vitam negauit deum quantum ad intellectum quia illa ignorabant que semper corpore dicebat sibi. Joh. xvi. Adhuc habeo multa vobis dicere sed non potestis portare modo. Secundo quantum ad affectum quia ad christum erant frigidi et tepidi quia non diligebant christum eo modo et eo desiderio quo debebant quod innuit dominus Joh. xiiii dicens Si diligeretis me gauderetis utique quia vado ad patrem. Et ideo non diligebant eo affectu et modo quo debebant. Tertio quantum ad operationem quia infirmi et debiles erant ad agendum fortia et virtuosa sicut innuit dominus dicens Matth. ix. Nemo immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus tollit enim plenitudinem eius et peior scissura fit neque mittunt vinum novum in utres veteres alioquin rumpuntur utres et vinum effunditur et utres pereunt. Quia igitur defectum habebant quantum ad instructionem missus est spiritus sanctus de excelso infinite potestatis ut ipsos corroboraret. Unde cum prius erant ad loquendum timidi facti sunt post modum constantes et firmi qui enim prius timebant tacendo postmodum inceperunt cum fiducia loquendo. Act. ii. Repleti sunt omnes spiritu sancto et loquebantur verbum dei cum fiducia et prius timebant christum confiteri in una lingua post modum confessi sunt in omnibus linguis. Act. ii. Primo ceperunt loqui variis qui timebant fragilem mulierem post

modum non timuerunt principes et imperatores ut patet in petro quia qui prius ad vocem ancille christum negaverat post modum principibus respondebat. Act. v. Obedire deo oportet plus quam hominibus. Aug. Ante passionem domini similis timor petri interrogatus a femina similiter post resurrectionem non domini liberat amor eius ab ipso principe libertatis ibi turbabatur hic tranquillatur ibi quem dilexerat negabat sed adhuc tunc ipse circa amor ipsum spiritus sanctus animavit post modum usque ad mortem quem negaverat timens mortem. Secundo quia defectum habebant quantum ad intellectum missus est spiritus sanctus de excelso infinite veritatis ut ipsos instrueret et doceret Joh. xvi. Cum venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem scilicet veritatem vite doctrine iustitie. Sap. viii. Sobrietatem et prudentiam et iustitiam docet sobrietatem quo ad veritatem vite prudentiam quo veritatem doctrine et iustitiam quo ad veritatem iustitie. Spiritus autem sanctus dicitur docere omnem veritatem quia excludit omne mendacium et falsitatem. Mendacia autem et falsa sunt ista mundana. Unde secundum Aug. mendacium est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Ista enim mundana sunt significata falsa quia pretendunt sanctitatem et dant vanitatem consolationem et dant afflictionem stabilitatem et sunt labilitate et ista significatio est cum

intentione fallendi quia
mundus per hoc decipere intendit
Augustinus O vita mundana quan-
tos decepisti quantos excecasti
quantos seduxisti que dum vides
nichil es dum videris umbra
es dum exaltaris fumus es
dulcis es stultis et a-
mara sapientibus via es a-
liis brevis aliis longa aliis
tristis aliis leta aliis dulcis
aliis amara aliis lata aliis
angusta Item aut virtus non
sunt ista mundana sufficientia
falsa / sed significatio vera
de qua significatione sic dicit
Crisostomus super Matheum Considera
quia deus non creavit bona
delectabilia ut eis in hoc mun-
do fruamur sed ut per hoc intel-
ligamus quod si tam diligenda sunt
carnalia intellige magis dili-
genda esse bona spiritualia ut
puta sic quia bonum est gau-
dere carnaliter per hoc intellige
quia melius est gaudere cum anima
spiritualiter Gaudium carnis cum
carne finitur gaudium anime cum
anima perseverat Item quia bonum
est gloriari in terris per hoc intel-
lige quam melius est gloriari in
celis quanto enim clarius est celum
quam terra tanto gloriosior est
illa gloria quam illa Tertio quia
habebat defectum quantum ad ef-
ficaciam missus est spiritus sanctus
de excelso in infinite carita-
tis ut frigidos inflammaret
Inflammavit quidem corda corda
Grecorum / forte apparentibus lin-
guis igneis inde facta sunt
corda inflammata quia dum
deum in specie ignis susceperunt
per amorem arserunt In-

flammavit corda via Gregorius In
linguis igneis apparuit spiritus
sanctus quia omnes quos reple-
verit facit ardentes pariter et
loquentes / Linguas igneas doc-
tores habent quia dum deum aman-
do predicant corda inflammant
audientium Glosa super Actus in
igne datus est spiritus sanctus ut
lingue igne legem in ignea
produceret Inflammavit corda opera
Nonne vestimenta tua sunt cali-
da i. opera tua cum perflata fuerit
terra austro i. spiritu sancto ipsa ea
tangit Ezech. 1° ubi dicitur
de sanctis animalibus et scintille
quasi aspectus eris candentis
Et inquantum est sonorum inquantum
candens est ardens et calidum
inquantum scintillas incensivum
sunt igitur Apostoli et inquantum ha-
buerunt verba sonora / fuerunt
et candentes inquantum habuerunt
corda inflammata fuerunt et scin-
tillantes inquantum habuerunt opera
ignita atque fervencia / Quarto
quia habebant defectum quantum
ad operacionem missus spiritus sanctus
de excelso in infinite bonitate
ut eos perficeret et confirmaret
Illi qui ante erant ad opera
infirmi et debiles facti sunt
post modum constantes et fortes Ro-
manorum 8 Spiritus adiuvat infirmitatem
nostram Et qui prius habebant
opera debilia effecti sunt post-
modum opera virtuosa Ezech. 1°
Ubi erat impetus spiritus illuc
gradiebantur animalia Item beata
Maria postquam de spiritu concepit
in montana habiit quia ille
qui spiritum sanctum recepit opera ardu-
a et virtuosa facit / Sed quid

apli ardua sut aggressi qz
aggressi sut quoddam quod e
9tra natam scz sinare castitate
Cor viio Non sm carnem
ambulemus sed sm spm Qui
em sm carnem sut que car-
nis sut sapiunt Rom viiio
Qui vo sm spm sut que spus
sunt sapiunt Rom viiio Alit
no possum esse 9tinens nisi deus
dat Aggressi sunt quoddam
qd est sup natam scz mortem affec-
tare quia nat quelz horret
mortem apli aut morte non
timebat sed et ipam apte cupi
affectabant Act xxio Ego
em no solu alligari sed etia
mori patus pro nomine domini
Ihu Aggressi sunt quoddam
quod erat 9tra 9suetudinem
humanam scz diuitias 9tempne
quia usqz ad tpus illud diui-
tie no 9tempnebat sed appe-
tebant Act iiio Argentum
et aurum no est michi apli
em nichil pprium habebant
sed in qui omnia possidebat
Act iio Omnes qui credebat
erant pit et habebat omnia
comunia Item Act iiiio Nec
quisqua eorum que possidebat
aliquid esse suu dicebat Sed
erant illis omnia comunia Aggre-
ssi sunt quoddam qd est supra
rationem scz deu crede esse trinu
et unu et virgine natu et passu
Ista em tria secreta et pfunda
no em per spm sanctum credere
potuit i Cor iio Spus omnia
scrutatur etia pfunda dei i qui-
bus latebat sensus diuinus non
nisi per spm sctum scire potuerunt
Sapie ixo Sensum aut tuu

quis sciet nisi tu dederis
sapiam et miseris spm sctum
tuu de altissimis Aggressi
sunt quoddam qd est supra
humanam 9ditionem scz ad malum
pronos no esse Conditio em hu-
mana ad malum prona est Gen
viii Sensus et cogitatio seu
cogitatio hominis ad malum prona
sunt ab adolescentia sua
In apostolis aut no sunt ad ma-
lum prona sed in bono 9firma-
ta pro liquefacta e tra i
homines terrei liquefacti i ma-
lum flexibiles sunt Ego co-
firmavi columpnas eius i apostolos
Ps o videndum est qualis est mi-
ssus quia in spe igneus eu dica
misit igne missus e i spetie
ignis quia ignis hat i se dig-
nitatem pulcritudine utilitate
et virtutem Dignitas aut
eius respectu aliorum elementorum
in tribus comendatur scz quia
hat situm sublimiorem natam
puriore et virtutem fortiorem
Habet situm sublimiorem
per quod pt intelligi quod spus
sctus illos quos replet facit
esse sublimes ut no habitent
in infimis sed in supernis Ezec
io Animalia ibat spus et
rote pit elevabantur Spus
em vite erat in rotis Secdo
habet naturam puriorem quia
modicu het de ma et multu
de forma per quod datur intel-
ligi quod spus sctus carna-
les et terrenos facit spuales
et celestes Greg in omel
Repente eum subito illustrat
et immutat abnegat hoc re-
pente quod erat exhibet repente

quod non erat primo. Ezech.
insiliet in te spiritus domini et
mutaberis in virum alterum. Tercio
est virtutem fortiorem, quia omnia
elementa sibi substernit
in eo quod per materiam eius efficit videtur.
Habet enim pro materia terram in
carbonibus aerem in flamma
aquam in balneo calido per
quod datur intelligi quod spiritus
sanctus sibi incorporat terrenam
cupiditatem. Unde Gregorius in
omelia quod apostolos in tante cel-
situdinis culmine erexit quid
aliud dixerim nisi quod mentes ter-
renorum hominum celestes facit. Ventu-
rosa vanitate que non residet
in sublimi aere elationis sed
in valle humilitatis. Ps. Qui
emittis fontes in convallibus
voluptuosam carnalitatem.
Gal. v°. Spiritu ambulate et de-
sideria carnis non perficietis.
Sexto ignis est pulchritudine
cum pulchritudo in rebus consistit
secundum Augustinum in libro de civitate
dei scilicet in eo quod est flamantem,
in eo quod est virgentem, in eo quod est
lucentem. Unde ait Quid est
igne flamante vigente lucente
pulchrius. Per quod datur intelli-
gi quod spiritus sanctus facit flamantem
per amoris inflammacionem. Ro.
xii°. Spiritu ferventes. Ps. Inflam-
matum est cor meum vigore
per perseveranciam consuetam.
Ephe. iii°. Flecto genua mea
corroborari per spiritum eius.
Ps. Spiritu principali confirma me.
lucente per sapientie irradiacionem.
Ista virtus petit etiam a spiritu

sancto dicens: Accende lumen
sensibus, infunde amorem cor-
dibus, infirma nostri corporis. Tercio
ignis est utilitatem, cuius uti-
litatis in rebus commendatur
secundum Augustinum in libro de civitate
dei scilicet in calefaciendo frigida
maturando et fovendo langu-
ida in coquendo cruda. Luc.
xii°. Ignem veni mittere in
terram etc. Super quo verbo dicit
Gregorius in omelia: Terra vocata
sunt corda terrena que dum semper
in se innumeras in se cogitaciones
agerunt a malignis spiritibus
conculcantur. Sed ignem dominus
in terram mittit cum a flatu sancti
spiritus cor carnalium incendit
et tunc terra ardet cum carnale
in suis pravis voluptatibus fri-
gidum relinquit concupiscens pravis
seculi et incenditur ad amorem
dei. Secundo curat et firmat corda
debilia. Ro. viii. Spiritus adiuvat
infirmitatem nostram. Item Prover. xviii. Spiritus
viri sustentat imbecillitatem
suam. Tercio coquit desideria cru-
da id est insipida et inde nota
facit sapida et devota. Dyabolus
enim requirit cor crudum. Sed deus
vult habere igne spiritus sancti coc-
tum quod significatur i Reg. ii°
Ubi ministri dei volebant co-
quere carnes in sacrificio sed
ministri dyaboli dicebant Non ac-
cipiam abs te carnes coctas sed
crudas. Quarto ignis habet
virtutem cuius virtus secundum
triplex est scilicet urendi purga-
ndi et calefaciendi. Sic spiritus
sanctus unde propheta Zacharie xiii°

p ignem iram cols sicut uitr
argentu sic quia scientia gsuit
et aia illustrat ps. Ure re=
nes meos et cor meu igitat
corda Act. 1o Vos aut baptiza=
bimi .i. mundami spu scto Cale=
facit desideria Greg. in igne
apparuit spus quia ab omi cor=
de q replet torporem frigoris
repellit et hoc in desiderio
sue eternitatis accendit Tercio vi=
dendu est in quos missus est
sz in corpibus Quod notat cu dicit
in ossibus meis .i. in corporibus qui
dicuntur ossa quia sunt firmi contra
omnia adversa sustinenda Job
xxviijo Tu forsitan cu illo fa=
bricatus es celos .i. corpora qui
solidissimi quasi ere fusi sunt
Fuerunt em solidi quia minas
no timebant solidiores quia
verba contempnebant / solidissimi
quia mortem despiciebant
Scdo quia sunt duri Sicut em
ossa sustentat carnes mollio=
res sic corpli tantam eciam ps
Ego confirmavi columpnas eius
.i. corpora qui sunt columpne ecclie
et sicut in ossibus durities est
commendabilis et mollicies in=
culpabilis / sic in prelatis durities
et constantia aliqu commendabil
est / nimia aut mollicies et
remissio vituperabilis Tercio qz
sunt medulla pleni licz em
exterius sunt duri per constantiam
intus tn sunt dulcedine pleni
per devotionem et amorem Job xxjo
Viscera eius plena sunt adipe
et medullis ossa illius irri=
gantur ps. Sicut adipe et pin=
guedine repleatur aia mea vi=
scera ergo sunt corpli sibi per

per amorem in visceratum et
incorporati qui sunt pleni adipe
.i. pinguitate dulcedinis / sunt et
ossa plena medullis .i. pingu=
edine devotionis Medulla
sm Rabanum dicitur eo q molli=
facit ossa et est calide nature et
dulcis saporis quia spualis de=
votio et aiam sanctam et ardorem
liquefacit et frigidam attendit
et amaritudinem mundi in
celestem dulcedinem convertit
Quarto videndum est quare mi=
ssus est q notatur cu dicit et
erudivit me Illi igitur qui sunt
eruditi et docti signum est q
spm sctm sunt assecuti Circa
hoc aut notandum est q spus
sctus quadrupliciter nominatur
Dicitur em spus veritatis quem mundus
no pt accipe Contra spus malus
dicitur spus erroris Unde dicitur
[illegible] Jo. [illegible] .i. Jo. iiijo
In hoc cognoscimus spm veritatis
et spm erroris Scdo dicitur paracli=
tus Jo. xvo Cum venerit paracli=
tus etc. Contra malus spus dr
vexatius Matt. xvo Filia mea
male a demonio vexatur Tercio
dicitur spus sanctus Jo. xiiijo Pa=
raclitus aut spus sanctus etc. Contra
malus spus dicitur immundus
Matt. xijo Cum in mundus spus
exierit ab homine etc. Quarto dicitur
amor sive caritas .i. Jo. iiijo
Deus caritas est Greg. sup
illud Si quis diligit me ipe
spus sctus amor est Contra ma=
lus dicitur spus destructionis Matt.
[illegible] Qui no congregat mecum
dispergit Qui igitur est et dili=
git veritatem signum est q re=
cipit spm veritatis a deo [illegible]

12

ductu est supra a sicut ignis
in ossibus meis statim subdit
et erudivit me. Sepe contingit
quod nescimus quod expediat quod
secundum Gregorium aliquando credimus esse
donum dei quod est ira aliquando
iram dei quod est donum dei. Ali-
quando credimus virtutem quod est
vicium quod est virtus. Item secundum
Gregorium Cum virtus vicium credit
sine metu culpa cumulatur
In talibus autem spiritus veritatis nos
dirigit et informat Ro viij
Nam quid oremus sicut oportet
nescimus sed ipse spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus. Qui vero amat errorem
vel ignoranciam signum est quod
recipit spiritum erroris Joh iij
Omnis qui male agit odit lucem.
Qui autem amat lectionem spiritua-
lem signum est quod recipit
paraclitum id est consolatorem qui
mentem celesti gaudio et spiritua-
li consolatione delectat Eccle
xxiiij Spiritus meus super mel
dulcis. Qui vero amat tristiciam
et furorem signum est quod recipit
spiritum nequam. Reg. i. xvi. Spiritus
domini recessit a Saule et exa-
gitabat eum spiritus nequam. Item
qui amat mundiciam signum
est quod recipit spiritum sanctum. i
Thessa iiij Non enim vocavit
nos deus in inmundiciam sed
in sanctificationem. Ideo dicitur requi-
escet super florem Ysaie xi
Flos de radice iesse ascen-
det et requiescet super eum
spiritus domini. Qui vero amat
inmundiciam signum est quod re-
cipit spiritum inmundum qui li-
benter moram in corde inmundo
[facit.] Signum est quod demones
non petierunt mitti in volu-
tabris sed in porcos sicut ha-
betur Math viij. Qui vero amat
pacem et concordiam signum
est quod recipit spiritum amoris
sive caritatis Ephe iiij Solli-
citi servare unitatem in vinculo
pacis. Qui vero amat discor-
diam et dissensionem signum est
quod recipit spiritum dissensionis
i Cor iij Cum enim sint in
vobis zelus et dissensio nonne
carnales estis et secundum hominem
ambulatis Math xiij Venit
inimicus homo et superseminavit
zizania in medio tritici

Sermo septimus de eodem

Apparuerunt illis dispertite
lingue tamquam ignis Act
ij Circa istas linguas in
quibus apparuit spiritus sanctus tria
videnda sunt Primo quare in
linguis apparuit dispertitis Secundo
a Primo sciendum est quod apparuit
in linguis potius quam in alio
membro Primo quod lingua est
membrum difficile ad regendum
utile tamen recte et ignee re-
gimine inflammatum Quod enim
lingua difficilis sit ad regendum
patet primo quia deus cum unam
creavit quod ipsam incarceravit
et ex eo quod seram et custodiam
amonuit adhibendam esse
primo patet quia cum unam
b creavit Si enim deus duas
linguas creasset ut duas aut
duas manus nullus homo eas
regere potuisset. Sunt enim qui

duas sibi assumit quas tamen deus eis negavit de quibus dicitur Eccli xxviii° Susurro et bilinguis maledictus multos enim turbavit pacem habentes. Bilinguis est qui in facie hominem laudat et in absentia detrahit vel vituperat vel bilinguis est qui aliud habet in corde et aliud in ore vel bilinguis est qui sic laudando detrahit et confundit. Proverbiorum [illegible] Verba bilinguis quasi simplicia et ipsa perveniunt usque ad interiora ventris vel bilinguis est qui alia loquitur et alia operatur. De talibus dicitur Proverbiorum viii° Os bilingue ego detestor. Sunt et quidam qui tertiam linguam sibi assumunt de quibus dicitur Eccli xxviii° Lingua tertia multos commovit et dispersit illos de gente in gentem. Lingua tertia est lingua diabolica que consistit in mentiendo detrahendo et discordias seminando. Et dicitur lingua tertia quia primo locuta est lingua divina. Gen. ii° De omni ligno paradisi comede de ligno autem scientie boni et mali ne comedas. Subsecuta est secunda lingua humana id est lingua mulieris quando serpenti respondit De fructu lignorum que sunt in paradiso vescimur etc. Conclusit tertia lingua diabolica mendaciis et fallaciis plena cum dixit Nequaquam morte moriemini etc. Quicumque mendacia detractionis vel verba discordie loquitur ipse in lingua tertia diabolum imitatur. Secundo patet secundo quod deus eam incarceravit et murum et antemurale circa ipsam scilicet dentes et labia circumdedit. Si cum [illegible] patuisset ut manus vel auris regi nullatenus potuisset. Et ideo tanquam meretricula est custodienda. Et si aliquando aperitur debet statim quantum potest claudi et freno discretionis cohiberi. Eccli xxviii° Verbis tuis facito stateram et frenos rectos ori tuo. Proverbiorum xxi° Verba sapientium statera ponderabuntur. Tertio patet secundo quod post murum et antemurale custodiam et seram secundam esse admonuit Eccli xxii° Quis dabit ori meo custodiam et super labia mea signaculum certum id est firmam seram. Est autem ista custodia et sera diligens deliberatio et consideratio ad loquendum. Quarta igitur lingua est membrum tam difficile ad regendum ideo pre ceteris membris indiget spiritu sancto quo regatur et dirigatur. Proverbiorum xvi° Hominis est animum preparare et dei gubernare linguam. Jacobi iii° Linguam autem nullus hominum domare potest sed nullus hominum ut tu domatur dei sine dei adiutorio dei gratia sicut fatentur. Convenit ergo anima domare linguam et deum domatorem poscat auxilium et oret linguam et dometur lingua domante illo qui dixit ad suos Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quinto apparuit in lingua potius quam in alio membro secundo quod lingua est membrum utile bene regentium sicut dicitur Proverbiorum xviii° Mors et vita in manibus lingue. Sed cum in ipsa tamen esset mors esset abscondenda sed quia etiam est vita ideo est discrete

regenda est aut regenda ut
cum expedit aperiatur. unde propheta
Cum eam non aperuit cum debuit
se reprehendit dicens Ve michi
quia tacui etc. ysaie vi° Item sit
dictum prius de. Lingua vite est in-
sit. Item xv. lingua placabilis
lignum vite Claudo aut non ex-
pedit clausa teneatur prius Obmu-
tui et silui Socrates philosophus cum
taceret inter alios interrogatus cur
sic faceret respondit quia locutum me
esse aliquando penituit tacuisse
nunquam. Item philosophus cum aliis lo-
quentibus taceret interrogatus a pri-
ancipe utrum propter inopiam verborum
aut quia stultus esset taceret
respondit nullus stultus tacere potest
sed animus stultus verba multiplicat
ut ergo discrete regatur sciendum
est quod dixit propheta pone
domine custodiam ori meo et
hostium circumstantie labiis meis
Sunt enim quidam linguam hostium
ponitur quando eam expedit aperitur
et eam expedit clausa tenetur
Tercio apparuit in linguis po-
cius quam in alio membro
ideo quia lingua est membrum
igne iehenne inflammatum
et ideo indigebat igne spiritus
sancti qui ignem iehenne ex-
tingueret Jacobi iii° Lingua
nostra ignis est universitatis ini-
quitatis lingua constituitur in
membris nostris que maculat
totum corpus et inflammat totam
creaturam nostram [illegible] infla-
mata a iehenna quia species
infernalis igne ardet et lin-
guam eius implevit vel dicitur
inflammata igne iehenne

damnatorum corpora et spiritus
unde sicut lingua prava corpora
ledit Ecclesiastici xxviii°. Lingua se-
stimatis effundit sanguinem
et corda penetrat et affligit
prius Lingua eorum gladius acutus
Secundo videndum est quare appa-
ruit in linguis igneis. Et
quod dicendum quod hoc fecit tri-
plici de causa Primo ut simpli-
corde scirent verba ignita ha-
berent Cor est aliquando frigi-
dum per mortale peccatum et ideo
verba que inde procedunt frigida
sunt et non edificant sed pocius
scandalisant. Ecclesiastici v°. Cum prae-
dicatis non funditis fumum Ali-
quando cor tepidum cum caret igne
divino et ideo verba que inde pro-
cedunt si non scandalizant non
tamen accenduntur quia qui non ardet
non accendit Apocalypsis iii° Sed
quia tepidus es incipiam te
evomere de ore meo. Gregorius super
moralia ad summum desiderium
auditores suos accendere nequit
verba que frigido corde proferuntur
Cum enim in semetipso non arse-
rit alios accendere nescit. Ali-
quando est inflammatum per amo-
rem divinum et ideo verba que inde
procedunt inflammant pectus et accen-
dunt. Ecclesiastici xlviii° Surrexit Eli-
as quasi ignis et verbum ipsius
quasi facula ardebat Secundo appa-
ruit in linguis igneis ut
apostoli legem igneam predicarent
que lex amoris de qua dicitur
Joh. xv° Hoc est preceptum me-
um ut diligatis invicem sicut
dilexi vos Tercio ut hic cognosceret

amicos quia mei estis discipuli
si dilectionem habueritis invicem
de hac lege dicitur Deut. xxx-
iij° In dextera eius ignea lex
vetus non fuit in dextera eius
sed in sinistra ysa. 1° Si vo-
lueritis et audieritis me bona
terre comedetis lex caritatis est
in dextera quia ibi promittitur
celestia Math. iiij° penitentiam a-
gite appropinquabit enim vobis re-
gnum celorum Similiter eciam lex vetus
non ignea sed ferrea quia non
fuit lex amoris sed timoris lex
autem caritatis est ignea quia est
lex amoris Rom. viij° Non enim
accepistis spiritum servitutis iterum in
timore sed accepistis spiritum adop-
tionis filiorum Tercio apparuit in
linguis ut quale linguagium
sit in celo ostenderet quia ibi non
sunt nisi verba ignita et verba
amoris Deus tres provincias
fecit et in qualibet linguagium proprium
elegit scilicet provinciam celestem
terrestrem et infernalem Lin-
guagium provincie celestis est
deum benedicere et laudare ps.
Beati qui habitant in domo tua
domine etc. Linguagium provincie
terrestris est de terrenis tractare
Joh. iij° Qui de terra est de terra
loquitur Linguagium provincie
infernalis est deum benedicere
et blasphemare Unde de bla-
sphemis ysa. viij° Cum esu-
rierit irascetur et maledicet regi
suo et deo Cognoscitur autem
qualis et qua provincia sit per
loquelam et linguagium suum
unde dictum fuit petro Math.
xxvi° vere et loquela tua

manifestum te facit Qui igitur
loquitur verba laudis dei et edi-
ficationis proximi signum est quod
est de provincia celi Unde dicebat
dns qui linguam celi habebat
Joh. viij° Non enim a me ipso veni
sed ille me misit quare loquelam
meam non cognoscitis Qui
loquitur verba terrena et munda-
na signum est de provincia mundi
I Joh. iiij° Ipsi de mundo sunt
ideo de mundo loquuntur et mundus
eos audit Qui vero loquitur
verba maledictionis et mendacii
signum est quod est de provincia in-
ferni quia cives illius provincie
tale linguagium habent et est lin-
guagium proprium inferni Joh. viij°
Cum loquitur mendacium ex propriis
loquitur quia mendax est et
pater eius Tercio videndum
est quare apparuit in linguis
dispertitis Ad quod dicendum
est quod hoc factum est explica-
tione primo ad innuendum
quod apostoli non unum tantum sed diversa
dona spiritus sancti erant accepturi
Job xxvi° Spiritus domini ornavit
celos I Cor. xij° Alii datur
per spiritum sermo sapientie alii datur
spiritus scientie etc. Habuerunt enim
septem dona spiritus sancti de quibus
dicitur ysa. xi Requiescet super
eum spiritus domini spiritus sapientie
et intellectus spiritus consilii et for-
titudinis spiritus scientie et pietatis
et replevit eum spiritus timoris
domini Receperunt enim sibi necessaria
quo ad deum quo ad proximum
quo ad demum nam necesse
habebat contemplationem in ipse
et tantum ad hoc receperunt do-
num sapientie Eccli. xxiiij° ... Infinit
ad contemplandum sapientiam

Quo ad quartum notandum est habebant
enim pascere et exemplo et tempora-
li subsidio. Ideo debebant esse
docti et quo ad hoc receperunt
donum linguarum patientes et primi
et quo ad hoc receperunt donum
fortitudinis prudentes in pro-
spere et quo ad hoc recepe-
runt donum intellectus perfecti
in operandis quia non tantum debe-
bant servare precepta sed etiam
consilia et quo ad hoc receperunt
donum consilii. Secundo ad in mundum
quia non tantum apud iudeos sed
per diversas partes mundi erant
predicaturi. Licet enim prius dixit
in viam gentium ne abieritis Matthei
x post in modum tamen dixit Marci ultimo
Euntes in mundum universum pre-
dicate. In omnem terram exivit sonus
eorum. Sonus autem auditu percipitur
verbum corde intelligitur. Tertiam
ergo non capitur capiunt nisi
sonum. Sed illi in quibus tiend
sunt intellectum perceperunt. Tertio
ad uniendum quod enim linguis
erant locuturi contra hanc divisionem
linguarum secuta est divisio con-
fusio et operis dissipatio. Sicut
patet Genesis xi° et quia tamen se mutuo
intelligerent confusi remanserunt
et ab invicem diviserunt et
opus turris intermiserunt. Sed in
apostolis autem hec linguarum divi-
sio non fecit confusionem sed ordi-
nationem quia totum mundum erro-
ribus confusum sub fidei regulis
posuit et legem novam super
veterem ordinavit. Secundo Corinthiorum ordi-
navit testamentum cuius super
sacrificia non fecit divisionem
sed unionem. Actuum iiii° multi-
tudinis credentium erat cor unum
et anima una. Nec fecit operis
dissipationem sed edificationem.

Edificaverunt turrim spiritualem
per quam in celum ascendit. Luce
xiiii° Quis se simulat edifica-
bit. Edificaverunt etiam civitatem
illam que de lapidibus vivis
construit. i Petri ii° Et vos tamquam
lapides vivi superedificamini
domus spirituales. Sermo octavus
de eodem etc.

Si quis diligit me sermonem
meum servabit et pater meus
diliget eum et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus
Iohannis xiiii°. Ante adventum filii
dei eramus omnes servi dyaboli
a divina filiatione exclusi et celestis
hereditatis privati. Tante igitur
misericordie noster pater celestis co-
paciens misit filium suum in pre-
cium nostre redemptionis spiritum sanctum
in privilegium nostre adoptionis
seipsum reservat in hereditatem
adoptantis. Celebravimus festum igitur
preteritis diebus de nostra redemptione
celebramus hodie festum de nostra
filiali adoptione. Celebraturi sumus
in futuro in patria festum de nostra
hereditatis perceptione. Hoc triplex
festum tangit Ro. viii Non
enim accepistis spiritum servitutis
iterum in timore sicut olim
cum servi eratis quia ergo estis
redempti iam estis servi. Ecce fe-
stum de nostra redemptione. Sed acce-
pistis spiritum adoptionis filiorum
dei. Ecce festum de nostra hereditatis
perceptione. Istud triplex festum
tangit Bernhardus dicens. Domine quid
est homo quia memor es eius
aut filius hominis quia visitas
illum. Denique quia mittis ei
unigenitum tuum, committis etiam
vultum tuum et nequid vacet in
celestibus ad opus salutis nostre
etiam super illos beatos fit spiritus

mittite in ministerium nostrum
De primo autem festo scilicet de nostra
redemptione intermittamus
quia ipsum nuper celebravimus
Tertium scilicet de nostra hereditatis per-
ceptione differamus quia in futuro
celebraturi sumus. De medio ergo
dicamus scilicet de adventu spiritus
sancti quem hodie recolimus. Circa
cuius adventum in premissis verbis
tria ponit. Primo spiritus sancti
missionem cum dicitur ad eum veniemus
Secundo ipsius missi confirmationem
cum dicitur et mansionem apud
eum faciemus. Tertio missi et con-
firmati manifestationem cum dicitur
Si quis diligit me sermonem
meum servabit. Et licet ea or-
dine in littera non ponantur nos
tamen ea hoc ordine prosequamur.
Primo ergo spiritus sancti missionem
que subintelligitur cum dicitur ad eum
veniemus. Augustinus: Venit ad nos
pater et filius et spiritus sanctus
et nos venimus ad eos. Veni-
unt subveniendo venimus
amando veniemus imitando
Ista autem missio aptius dicitur
tangitur infra cum dicitur paraclitus
spiritus sanctus quem mittet pater
in nomine meo. Et ut autem
spiritum sanctum recipere possimus nos
disponere et preparare debemus
Sunt autem quatuor que preparant
et disponunt. Primum devota oratio.
Libenter homo ad illud hospicium
divertit ad quod invitatur. Propterea
autem orationes quedam sunt prepara-
tiones invitationes. Cum ergo invi-
tamus eum ei affectu cordis nostri
per orationem aperimus et ipse sua
humilitate statim venit. Apocalypsis
iii Ego sto ad hostium et pul-
so. Sicut autem ipse est velox ad
veniendum Sapientie vii Omnibus

mobilibus mobilior est sapien-
tia. Sic nos debemus esse veloces
ad aperiendum ne contingat no-
bis illud quod dicitur Canticorum v.
Surrexi ut aperirem dilecto meo
at ille declinaverat atque transie-
rat. Secundum est profunda humilitas. Li-
benter homo ad illud hospicium
divertit in quo honorari se cre-
dit. Sed quibus autem honoratur.
Humilitas autem ad receptionem spiritus
sancti disponit. Sicut enim vacuum at-
trahit aquam in qualibet fluit
columba in caverna et foramine
nidum ponit. Unguentum igitur spiritus
sanctus est oleum quod veram
consolationem infundit, requirit vacuum
humilitatis. Quod signatum est iiii Re-
gum iiii ubi Eliseus vasa
vacua adimplevit. Ecclesiastici [illegible]
Sapiam [illegible] in tempore [illegible]
Unguentum vero spiritus sanctus cum aqua
que sitim mundi extinguit non
fluit in montibus sed in valli-
bus id est in humilibus. Psalmus Qui
emittit fontes in convallibus
id est gratiam suam prestat humilibus
inter medium montium pertransibunt
aque scilicet gratie. Duo montes sunt
due partes superbie scilicet temporalis
et spiritualis. In medio horum mon-
tium est humilitas que semper tenet
medium non declinans ad superbiam
que nascitur ex re temporali et ideo
in hoc medio aque pertransibunt
In quibus autem spiritus sanctus cum colum-
ba que gemitu specialis nos facit
non nidificat in monte sed in
caverna et cavo foraminis
id est humili corde. Canticorum ii Co-
lumba mea in foraminibus
petre in cavernis macerie. Tertium
cordis puritas. Libenter homo
habitat in hospicio mundo. Sic et
spiritus sanctus in corde puro per[illegible]

domum tuam decet sanctitudo domine
etc. in omelia Origenis Pensate
fratres karissimi quanta sit ista
solempnitas que in cordibus ho-
spitio adventus dei Certe si
domum vestram quisquam dives aut
potens amicus intraret omni
festinantia domus vestra munda-
retur ne quid forte esset quod o-
culos intrantis amici offenderet
Tergat ergo sordes pravi operis
qui deo parat domum mentis
Intellectus sapiens balsamum mi-
ttet in vase non puro sit nec
deus immittit spiritum sanctum in
corde immundo Ideo propheta sic
petit cordis mundacionem cum
dicit Cor mundum crea in
me deus Deinde spiritus sancti
infusionem cum subdit Et spiritum
rectum innova in viscer-
ibus meis Est autem mundandus
intellectus ab omni errore vo-
luntas ab inordinato amore
et opus exterius a negligentia
et ista hoc signatur Neemie xiij c.
ubi dicitur emundaverunt populum et
portas et murum per ipsum intel-
ligitur turba cogitacionum per por-
tas consensus voluntatis quia
ad animam non intrat nisi per
voluntatis consensum per mu-
rum bona operatio que animam
munit ne ab hostibus superetur
Tercium est mentis tranquillitatis
vacatio libere ut homo ad hospi-
cium illud ducat in quo requie-
scere se credit Animus igitur qui spiritus
sancti adventum desiderat vacare
debet a tumultibus secularium
negociorum et fantasmatibus
malarum cogitationum Ideo dictum
fuit apostolis Luce ultimo Sedete
in civitate quousque induamini

virtute ex alto Sedete id est quieti
vos date legitur iij Regum xix
Tercio quod quamdiu Elias fuit in
solitudine laute a deo pascebatur
postquam autem ad populum se transtulit
vix buccellam panis quere po-
tuit Anima sua diu in solitu-
dine id est in mentis quiete divinis
consolacionibus perfruitur quando autem
tumultus in corde patitur vix mo-
dicum quere meretur Sunt autem aliqui
qui spiritum munde anxietatis vo-
lunt compellere per alias vanitates
Unde Ambrosius in libro de virginitate
de hoc pythagoricum reprehendit
dicens Ipse Pitagoras quamquam
cubitus licet tibicinem videbat
molliora carmine ut anxia cu-
ris secularibus corda mulceret
sed ille sicut is qui lateri
lavat secularia secularibus fru-
stra cupiebat abolere Magis enim
se abluebat luto qui remedium
voluptate inquirebat Quies
autem est perfecta requies in do-
mo anime quando ratio et voluntas
sibi conveniunt Quando enim duo so-
cii simul in una domo conveni-
unt pax est in domo // quando
autem unus alteri non convenit ibi
est turbatio et inquietudo
In domo anime deus duos
socios posuit scilicet rationem et vo-
luntatem ut scilicet ratio bonum agen-
dum discernat et voluntas illud
eligat Quando autem ratio bonum
discernit et voluntas illud contemp-
nit tunc male convenit et ma-
gna in anima turbatio generatur
Ysaie lvij Impii quasi mare
fervens quod quiescere non potest
Quarto ponitur spiritus sancti [illegible]-
tionem cum dicitur Mansionem apud
eum faciemus Et sicut quando

sunt que disponunt ad suscipi-
endam spiritus sancti missionem
Sic quatuor sunt que dispo-
nunt ad eiusdem confirmationem
Primum est memoria mortis
Ignis materialis namque melius ser-
vatur quando sub cinere Similiter
ignis spiritualis non melius con-
servatur quam sub mortis medi-
tatione Memoria enim mortis gratiam
conservat quia facit humilem unde
Eccli. x°. Quid superbis terra et
cinis Unde in Jacobina(?) vitat
Cassianum(?) Ecclesiastici vii° In omnibus
operibus tuis memorare novis-
sima tua et in eternum non pec-
cabis dat confectum(?) Gregorius Val-
de se sollicitat in bono opere
qui semper cogitat de extremo
fine // Secundum est mortificatio car-
nis Melius namque carnes conser-
vantur in sale quam in melle
Sal quidem est quod est mortifica-
tivum et pungitivum signat carnis
mortificationem mel vero carnis
delectationem Deus enim in sa-
crificio suo semper sal requirebat
quia diligit carnis mortifi-
cationem Numquam autem mel sibi offer-
ri volebat quia odit carnis
Marci ix°. Omnis victima sale
salietur Ac si diceret Si carnem
tuam vis in sacrificium victimare
et oblationem ipsam condias per
mortificationem dicit Ambrosius
Renovate aque stantive putre-
scunt sed currentes in suo vi-
gore consistunt Sic ferrum stans
in ocio per pigritiam putrescit
[illegible] autem ut diversis lapidibus
lenimur(?) et exsiliatur(?) frangitur
in gratia conservatur Refert Augustinus
in libro de civitate dei quod
apud Garamantas est fons

tam frigidus diebus et non
bibatur tam calidus noctibus et
non tangatur // Per istum fontem
intelligitur spiritus sanctus de quo
dicitur in psalmo Apud te est
fons vite per diem intelligitur
mundi prosperitas // per noctem
presentis adversitas Iste igitur fons
in die frigescit de nocte ca-
lescit quia gratia spiritus sancti in
prosperitate mundi extinguitur
in adversitate presentis inflamatur
Unde autem virtus spiritus sancti in
carnis mortificatione conservatur
dicitur ii Cor. xii Virtus in infir-
mitate perficitur // Libenter igitur
gloriabor in infirmitatibus
meis id est in mortificatione carnis
mee ut inhabitet in me virtus
Christi // Tertium est [illegible] timoris Sicut
enim domus si non habet stabile funda-
mentum corruit et si non habet
~~stabile~~ tectum stare nequibit
Sic anima sine timore dei per-
severare non potest Timor enim
est fundamentum unde dicitur
Eccli. xxvi°. Si non in timore
domini tenueris te instanter cito
subvertetur domus tua et est
tectum unde dicitur Eccli. xxv°. Ti-
mor domini super omnia se
autem quatuor [illegible] et cetera
que faciunt hominem desistere
a peccato scilicet pudor dolor timor
et amor // Timor autem et dolor
ut dicit [illegible] sunt a deo valde
ad respiciendum quia pudor po-
tentiam(?) aperit desperantem(?) iustitie
dolor de aliqua humana consola-
tione validissimus autem ad re-
spiciendum est [illegible] ~~[illegible]~~
amor dei in [illegible] timor
supplicii Tractatus est custodia
dolor(?) hominis id est [illegible] consu-
mi dolorem enim cum vas plenum

balsamo aptu relinquit bal-
samu cito relinquit effudit Si
cretha in aqua thezaurum recon-
dit aptu relinquit totus the-
zaurus furto surripitur Sic
gra spus sci pdita nisi cu-
stodiat sensibus adhibeat Cui
Gratie fatuorum effudentur
Sic eua gram pdidit Quia
sensus no custodiuit Effusa
est gra per auditu qn vocem
sponsis audiuit p visu quum
pomu p curiose respexit p
olfactu qn [illegible] cuius odore est
delectata fuit per tactu quum
manu porrexit p gustum qn
comedit Tercio pmit spus sci
missi et conformati manifesta-
tionem Cu dicit Si quis dili-
git me sermonem meum seruabit
Bona opa signa manifesta
sunt que spus sanctus ad esse oste-
dit ostendunt Sunt enim secundum
sunt quatuor signa que spus
sanctus demonstrat Primum est
bonis opibus insiste ut pet 1o
[illegible] et p bona opera
[illegible] vocationem et electionem
faciat Hebr. vi Terra sepe
venientem sup se bibens
imbrem et generans herbam op-
timam illis a quibus colitur
accipit benedictionem a deo Secundo
aut opibus insiste malis est
signum diuine reprobationis unde
sequitur proferens aut spinas
et tribulos reproba Tertium est
de omni peccato dolere et satisfacere
ysa lvii Hec dicit dominus
habitans cum contrito et humili spu
et viuificet spm humilium et
viuificet cor contritorum psal Cum
ipso sum in tribulacione Item
cor contritum et humiliatum deus

non despicies Quartum aut si-
gnum reprobationis est non flectere
ad penitentiam et cor durum habere
sicut patet in pharaone De
talibus dicitur Job xli Cor eius
indurabitur quasi lapis et strin-
getur quasi malleatoris incus
lapis non mollificatur contrimacione
incus non formatur percussione
Deus habet duos modos voca-
di peccatores aut beneficiorum
largitatem que est quasi invita-
tio quedam dei aut p adversa-
tionem in missionem que est
quasi quedam percussio dei
Sed tales nec conuertuntur p magnitudinem
beneficiorum quia sunt quasi lapi-
des qui non mollescunt contrimi-
tione nec conuertuntur sed ampli-
us indurantur per flagellatione
et percussione Primum signum est
verba dei libenter audire Joh viii
Qui est ex deo verba dei
audit Secundo signum reprobationis
verba dei nolle recipere unde
sequitur contra vos non auditis
quia ex deo non estis Ergo si
ipse verba dei audit qui ex deo est
audire non potest qui ex deo non est
Interroget se unusquisque si verba
dei in aure cordis percipit et
intelligit unum sit tertium signum
est quod per nulla vita vel morte
mortale peccatum committere Istud si-
gnum habet apostolus qui dicebat Ro
viii Certus sum enim quod neque mors
neque vita etc poterit nos separare
a caritate christi Istud etiam
signum habuit illi sancti machabei
qui elegerunt ut ii machab vii potius
simul mori quam preuaricari dei le-
ges preuaricari tam mors quia
sicut Cantica viii fortis est ut
mors dilectio ii mo [illegible] ipa

dilectio est fortior morte quia
amor occidit mortem sed mors
non occidit amorem. Sicut patet
in sanctis martiribus. Ymmo quia propter
mortem non dimittebant amorem
sed propter amorem contempnebant
mortem. Secundo vero signum divine
est reprobationis non tantum pro vita
danda morte sed etiam pro aliqua
temporali retributione mortale peccatum
committere sicut faciunt multi iudi-
ces et advocati qui propter parvam
temporalem mercedem deserunt veritatem.
Proverbiorum xxviii°. Qui cognoscit in
iudicio facit bene. Iste et pro
buccella panis deserit veritatem.
Vel possunt hec signa aliter assi-
gnari. Spiritus enim sanctus apparuit
in quadruplici signo scilicet nubis
columbe flatus et ignis per que
datur intelligi quatuor esse
signa spiritus sancti. Primum est
habundantia lacrimarum et ideo
apparuit in specie nubis super
corpus Christi signatum. Psalmus. Flavit
spiritus eius et fluent aque scilicet
lacrimarum. Genesis primo. Spiritus domini
ferebatur super aquas. Romanorum viii°.
Ipse spiritus postulat pro nobis id est
nos postulare facit gemitibus
inenarrabilibus. Postulare
enim est dimissio criminum.
Et ideo apparuit in specie colum-
be que felle caret ad signandum
quod spiritus sanctus quod replet fa-
cit sine felle odii et amaritudinis
esse. Quod cum animam a bono o-
pere sterilem reddit. Sed spiritus
sanctus adveniens facit eam
fecundam. Ideo significatur per rorem
unde cantat ecclesia. Qui roris
intima aspersione fecundat.
Caritas inflammat. Sed spiritus
eam refrigerat. Johannis iiii°. Qui
biberit aquam quam ego dabo

fiet in eo fons aque vive. Ca-
rnem indurat sed spiritus eam
mollificat. In Johannis xvi°. Unctionem
habetis a spiritu sancto. Caritas a-
maricat. Sed spiritus sanctus eam
dulcorat. Ecclesiastici xxiiii°. Spiritus
meus super mel dulcis. Qui
igitur omnem fedorem et ranco-
rem deponit signum est quod re-
cepit spiritum sanctum in rorem
fecundantis aque refrigerantis
unctionis mollificantis et mel-
lis dulcorantis. Tertium signum
est contemptus temporalium et ideo
apparuit in specie flatus ad signi-
ficandum quod quando aliquem replet
facit sibi omnia temporalia apparere tamquam
flatum vaporem et fumum. Jaco-
bi iiii°. Que enim est vita nostra va-
por est ad modicum parens. Legitur
iudicum xiiii° iuxta aliis duobus capitu-
lis de Sampsone quia spiritus
domini in eum irruit et sic leo-
nem laceravit, Philisteos ex-
pugnavit et vincula rupit. Per
leonem intelligitur superbia. Per Phi-
listeos qui interpretantur cadentes
intelligitur amator divitiarum.
Proverbiorum xi°. Qui confidit in divi-
tiis corruet. Per vincula intel-
ligitur carnalis concupiscentia.
Ecclesiastes vii°. Dicitur de muliere
vincula sunt manus eius. Si
igitur spiritus sanctus in cor alicuius
venerit modo ille leonem lace-
rat id est superbiam fugat. Phili-
steos interficit id est temporalia et divi-
tias contempnit. Vincula
rupit id est carnalia desideria
a se repellit. Quartum signum
est desiderium supernorum et ideo
apparuit in specie ignis qui semper
est sursum ferri. Ezechielis viii°. E-
levavit me spiritus inter celum
et terram. Et sicut quibus ele-
vatur in celum signum est quod

habet spiritum sanctum. Ubicumque enim fumus signum est quod ibi est ignis. Sic ubicumque est fumus aromaticus sancti desiderii signum est quod ibi est ignis spiritus sancti. Qui mente integra deum desiderat perfecto iam habet quod desiderat.

Sequitur sermo primus de sancta Trinitate etc.

O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum amen. Ro. xi. Festum de trinitate olim non fiebat ab ecclesia. Sed quia circa ipsam trinitatem personarum divinarum multe hereses succedebant, Karulus christianissimus imperator rogavit Alchwinum magistrum suum ut hystoriam de trinitate componeret per quam errores eliminaret et fidem catholicam daret. Ecclesia composita ordinavit ut festum fieret et sic error infidelium confunderetur et devotio fidelium augeretur. Fit autem ipsum festum trinitatis diversimode ad iussum ecclesie. Quidam non faciunt aliquod festum speciale seu spirituale contenti illa laude trinitatis quam dicunt Gloria patri et filio et spiritui sancto et isti indicant quod festum trinitatis oportet esse continuum perpetuum et eternum. Alii illud celebrant in dominica ante adventum volentes ostendere quod ipsa trinitas est principium operum Christi. Alii id celebrant in octava penthecostes volentes ostendere quod ipsa trinitas sit finis et consumatio operum Christi vel potest dici quod dominica que est in octava penthecostes est principium aliarum dominicarum in quibus ecclesia de tempore. Dominica vero ante adventum est ultima aliarum dominicarum. Celebratur ergo festum sancte trinitatis in principio dominicarum ut ostendatur quod est principium omnium celebritatum; ut ostendatur quod est finis omnium celebritatum in omnibus dominicis et diebus singulis celebratur; ut ostendatur quod est conservatrix et gubernatrix omnium. Illi autem qui celebrant in octava penthecostes sicut est ordo noster ordo scilicet predicatorum rationabiliter videntur facere. Celebrantur namque festum de filio et de spiritu sancto. Celebratur similiter in patria festum de patre. Tunc autem videtur esse diversa maiestas quorum sit diversa festivitas. Post celebrationem festivitatis filii et spiritus sancti fit in fine festivitas omnium trium ut in singulari festivitate cognoscatur esse trium personarum trinitas in festivitate communi ostendatur in celis de una et indivisa maiestate. Apostolus autem raptus fuit usque ad tertium celum et in paradisum et ibi audivit divina et profunda misteria tamen non est ausus misterium sancte trinitatis curiose investigare sed in illa admiratione et laudibus prorumpens dicit O altitudo divitiarum etc. Ubi tria ponit. Primo quod ista trinitas et unitas que est deus non est curiose investiganda cum dicitur O altitudo divitiarum sapientie et scientie. Secundo quod fideliter est credenda cum dicitur quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Tertio quod suppliciter

est adoranda et glorificanda Cui dicitur ipsi gloria in secula seculorum Amen. Item est autem hec curiose investigandum quia hoc esset vanum et periculosum et confusione dignum esset quid enim homo non posset consequi sine et intentio sua. Ideo dicitur Ecclesiastici iij° Altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris sed que precepit tibi deus illa cogita semper et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Job xj° Excelsior celo est et quid facies profundior inferno et unde cognosces. Sicut enim vanum esset oculos leuare ultra quam digitum et illud non in profundo terre vel abyssi latet possimus videre cum videri non possit nisi quod exterius sit est Sic vanum est profunda divinitatis velle scrutari. Augustinus de sancta fide quod possit sensus carnis in mundo ut ex hoc intelligatis que possit sensus mentis videre quia mundum istum visibilem oculo carnis et ea que foris sunt percipimus sed ad ea que intus latent sensu penetrare non valemus et si apparuerint quedam que latuerunt adhuc alia multa sunt que comprehendi non possunt vel immensitate quia sensum excedunt vel sublimitatem quia sensum effugiunt vel obscura quia sensum ad se non admittunt. Ita cogita quod sensus mentis si aliquando ad deum contingendum admittitur ea solum que foris sunt percipit et que intus latent abscondita non comprehendit. Legitur in apocrisis Esdre quod sic tibi profunda dei scrutari volenti per angelum est responsum

Si vales flammam ignis ponderare flatum venti mensura dicere iam reuoca. Quasi diceret Si ea que infima sunt et terrea sunt non vales comprehendere quomodo ea que diuina sunt et super te sunt poteris invenire. Legitur de beato Augustino quod eo tempore quo libros de trinitate componebat dum per littus maris solus a longe sequentibus meditando deambularet quia civitas sua scilicet Carthaginensis in Affrica iuxta mare posita erat puerum unum pulcritudinis in littore maris ludentem invenit qui etiam in littore fossam paruam fecerat et cum cocleari argenteo aquam de mari in illam foveam refundebat Cui Augustinus videns inquisiuit quid ageret at ille volo totam aquam maris cum isto cocleari in hanc infundere Cui ait Augustinus in risu prouocatus Et quomodo poteris hoc efficere bone puer cum mare sit magnum coclear modicum fossa parua Et ille possibilius est michi hoc agere quam tibi ea que cogitas adimplere Cui Augustinus inquit quomodo hoc sit Et puer cogitans et laboras breui volumine comprehendere trinitatem incomprehensibile sacramentum cum et liber tuus sit modicus fouea ad recipiendum et ingenium tuum modicum coclear ad inquirendum et trinitas ipsa pelagus infinitum ad exhauriendum. Statim quoque puer disparuit Cui Augustinus deum glorificauit quem puer declarat recognouit. Ideo non est hoc curiose investigandum quia hoc esset periculosum

periculosum

Seraphin velat faciem etc.

Prov. xxv° Sicut qui mel
comedit multum non est ei bonum sic
qui perscrutator maiestatis op-
primetur a gloria. Hylarius de trinitate
Qui intuentibus claritatem solis
visus eciam tanti luminis obstu-
pescit quod nobis indicii rebus et
in sole iusticie conspectandum
est pro racione esse celestis lu-
minis intelligenda est inquan-
tum se permittit intelligi in
tantum conspectanda inquantum ap-
prehendi dedit ne si indulgencie
moderacione non sumus admit-
tamus in dubii. Augustinus in libro
de trinitate ubi queritur trinitas
trinitas patris et filii et spiritus
sancti nec periculosius alicubi
erratur nec laboriosius aliquid
queritur nec fructuosius aliquid
invenitur. Qui ergo vult quod non
sit sibi periculum sicut quod dicit
idem Augustinus in eodem libro qui
hec audit et legit ubi pariter
certus est pergat mecum ubi pariter hesitat
querat mecum ubi errorem
suum cognoscit redeat ad me
ubi meum [illegible] perdidit re-
vocet me ut se dicit ingrediamur
viam caritatis querentes faciem
eius de quo dictum est querite
faciem eius semper. Secundo non est
hoc curiose investigandum
quia hoc esset confusione di-
gnum. Refert rabbi moyses
quod antiqui geometriste dixerunt
quod quicumque posuit ingenium
suum circa ista quatuor recipi-
et confusionem quorum scilicet vult scire
quid sit in summo quid in imo
quid sit in primo et quid fiet
in ultimo. Summum non et ultimum

primum vocat deum inquantum est prin-
cipium. Imum quod et ultimum vocat
deum inquantum est finis et princi-
pium investigabilis est. Ideo
qui circa hoc curiose posuerit
ingenium suum recipiet confusionem
Qui non posuerit in hiis que
sunt medium inter summum et i-
mum inter primum et ultimum et circa
divinos effectus non recipiet con-
fusionem sed instruccionem. Ideo dicitur
Ysaie vi° de seraphin quod dua-
bus alis velabant faciem eius
et duabus velabant pedes. Velant igitur
caput quia ipsum primum principium
est investigabile. Velant eciam
pedes quia ipsum primum principium
sicut est finis similiter est investi-
gabile. Media autem non sunt
velata quia ea que sunt a principio
in fine scilicet divini effectus nobis ma-
nifestata sunt. Tercio promittitur quod
ipsa beata trinitas feliciter creden-
da sit dicitur Rom. quod ex ipso et cum
ipso et in ipso sunt omnia. Est in-
fidelis credendum quod in deo
sit trinitas personarum quod notatur
ubi dicitur Ex ipso scilicet patre de
ipso filio et in ipso scilicet spiritu sancto
et quod ibi sit unitas essencie
quod notatur in eo quod dicitur in sin-
gulari Ipsi gloria in secula
seculorum. Et hoc debet nobis suf-
ficere ut scilicet hoc sciamus et cogno-
scamus per fidem. Augustinus de trinita-
te De cunctis que mente concipis in va-
lida in tam excellenti luce
non figitur nisi per iusticiam fidei
enutritur. Bernardus ad eugenium
dicitque tres sed non ad preiudicium
unitatis dicimus unum sed non

sed non ad confusionem trinitatis
querens quomodo possit hec esse
sufficiat tibi credere sic esse. Scru-
tari hec temeritas est credere pie-
tas non nosse vita est et vita
eterna. Licet autem hoc per fidem
sit tenendum nichilominus tamen
ipsa fides auctoritatibus et ratio-
nibus et congruis similitudinibus
adiuvatur. Unde Augustinus in libro de
trinitate primo secundum auctoritates
sanctarum scripturarum utrum fides
se habeat advertendum est de-
inde adversus garrulos ratiocina-
tores rationibus catholicis et
veris similitudinibus congruis
ad defensionem et assertionem fi-
dei utendum est. Dicendum autem
in universo quod ipsa fides nostra
qua credimus deum trinum et unum
multipliciter adiuvatur. Primo
scripturarum testimoniis. Secundo ra-
tionibus catholicis. Tertio ostensis
miraculis. Quarto creaturarum
vestigiis. Quinto de naturalibus fi-
guris. Sexto orationibus devotis.
Primo ergo adiuvatur scripturarum
testimoniis et ista est forti-
ssima ratio habendi in theo-
logia. In aliis scientiis locus
ab auctoritate debilis est,
hic autem validus est et fortis;
alibi ratio roborat auctoritatem,
hic autem auctoritas roborat
rationem. Ratio autem huius diver-
sitatis est quia alie scientie sunt
ab humana inventione invente
que fallere potest et falli. Theo-
logia autem est ex divina inspira-
tione et incommutabili veritate
que nec fallere potest nec falli.
Hic igitur convenientissimus

modus ostendendi unitatem
essentie et trinitatem personarum
testimonio scripturarum divi-
narum que nobis tradite sunt per legem
et prophetas apostolos et evangelistas
suscepimus et cognoscimus
et veneramur nec ultra sumus
inquirentes ut non tamen
in ore duorum vel trium testi-
monium stet unum. Secundo
per hoc ostendi potest per auc-
toritatem divinam et humanam.
De auctoritate divina dicitur
Gen. 1o Faciamus hominem ad
ymaginem et similitudinem
nostram et hoc unum patris ad
filium et spiritum sanctum. Non enim
potest esse unum ad angelos vel ad
aliam creaturam quia nulla crea-
tura potest creare. Secundo ergo dicitur
faciamus et ad nostram ad plu-
ralitatem personarum. Tertio
si non esset pluralitas personarum
non diceretur faciam sed faciamus
nec nostram sed meam. Quarto
non dicitur ad ymaginem et si-
militudinem ad quod pertinet
unitatem. Quia si ibi non
esset unitas substantie non diceretur
ibi ad ymaginem sed ad y-
magines nec ad similitu-
dinem sed ad similitudines.
In hoc autem quod dicitur ad yma-
ginem datur intelligi quod sicut
homo ad dei ymaginem crea-
tus sit debet eciam esse in
esse in operatione sua et tamen
possit pervenire ad similitu-
dinem in gloria. Sicut filius
carnalis similis est patri
in facie et ipsum imitatur
in operatione [illegible]

tandem filii in hereditate / Secundo ostenditur per auctoritatem angelicam Ysaie vi° Sanctus sanctus sanctus dominus deus exercituum plena est omnis terra gloria eius. Quod ter dicit sanctus pertinet ad trinitatem personarum quod semel dicitur dominus deus sabaoth pertinet ad essentie unitatem / Tertio ostenditur per auctoritatem humanam et hoc per auctoritatem propheticam psalmus Benedicat nos deus deus noster et benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre. Hic ponitur trinitas personarum in hoc quod ter ponitur deus postea unitas essentie in hoc quod in singulari subinfertur et metuant eum omnes etc. / Per auctoritatem apostolicam · i · Joh. quinto Tres sunt qui testimonium dant in celo pater verbum et spiritus sanctus et hii tres unum sunt. Galatas iiii° capitulo Quoniam estis filii dei misit deus spiritum vestrum in corda vestra In hoc quod dicit misit deus persona patris accipitur filius et spiritus sanctus expresse nominantur Per auctoritatem evangelicam Matthei ultimo Baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti Hic aperte tres persone nominantur que eiusdem essentie esse signantur in hoc quod dicitur non in nominibus sed in nomine / Secundo ipsa fides adiuvatur rationibus catholicis / Deus namque est summe bonus et cum boni natura sit sui ipsius communicativa debuit se summe communicare sed in creatura non summe se communicat quia non potest recipere

totam suam bonitatem / Oportuit igitur ut in unitate divine essentie plures essent persone / Deus etiam est summe beatus Summa autem beatitudo non potest esse sine summo gaudio Summum autem gaudium non potest esse sine summo et novissimo consortio Ideo oportuit ut in divinis esset consortium et pluralitas personarum / Tertio adiuvatur ostensis miraculis de quibus tria ponere sufficit Legitur in cronica Euzebii Cesariensis et in historia scolastica quod circa Christi nativitatem apparuerunt tres soles qui paulatim ad se invicem approximantes in unum solem redacti sunt per quod significabatur quod notitia trinitatis et unius dei toti orbi immineret Refert Eutropius vel Euzebius quod cum quidam arrianus quendam baptizaret dicens Baptizo te in nomine patris per filium in spiritu sancto filium et spiritum sanctum minorem esse patre per hoc ostendere volens subito aqua disparuit et baptizandus ad ecclesiam confugit / Legitur etiam in quadam alia cronica et Sigibertus idem testatur quod cum in Gallias arriana heresis pullularet que in divinis trinitatem personarum et unitatem essentie negabat / unitas substantie et trinitas personarum evidenti miraculo demonstratur / Cum enim circa annum domini ccc° in urbe vastensi uel ira ecclesie et tempore misse celebraret quidam vidit tres guttas clarissimas et equalis magnitudinis de celo super

altare emissas que paulatim
ad montem appropinquantes unam
gemmam pulchriorem effecerunt
quam tunc in medio cuiusdam crucis
~~aureae~~ aureae posuissent alie
gemme que ibi erant tantam
eius excellenciam non senciebant
de ipsa cruce ~~de~~ circumquaque descende-
runt. Imperitis autem videbatur obscu-
ra sed mundis lucida infirmis
dabat sanitatem adorantibus
crucem afferebat devocionem.
Tercio fides nostra adiuvatur crea-
turarum vestigiis non est enim alia
creatura que sibi valeat assimi-
lari quia nec umbra omnino
similis est corpori cuius est umbra
nec vestigium pedis omnino est
simile pedi cuius est vestigium
nec ymago omnino similis est
ei cuius est ymago. Potest enim aliqua
similitudo parva inveniri. Inve-
nitur autem hec similitudo in cre-
aturis superioribus inferioribus
et mediis. In creaturis supe-
rioribus sicut in sole in quo sunt
tria sicut ea denominant scilicet
quod est quod lucet et quod calet
id est substancia solis radius et calor.
Radius de sole nascitur quia
filius de patre generatur. Calor
ab utroque egreditur quia spiritus
ab utroque spiratur. Substancia autem
solis a nulla creatura causatur
quia pater a nullo. Secundo
invenitur in creaturis inferioribus
sicut in elemento aque. Secundum
Dyonisium in libro de divinis nominibus
una aqua est in fonte rivo
et stagno. Rivus autem a
fonte stagnum a fonte et rivo
fons vero a nullo. Sic pater et filius

et spiritus sanctus sunt unus
deus. Filius autem est a patre
et spiritus sanctus a patre et filio
pater a nullo et sicut in fonte
rivo et stagno eadem est aqua
quia in patre et filio et spiritu
sancto est eadem substancia. Tercio inve-
nitur in creaturis mediis scilicet in
homine. Sicut enim in homine
est una anima cum tribus potenciis
et quantum ad illas potencias factus
est homo ad ymaginem dei de
quibus potenciis dicit Augustinus
~~de ymaginem dei~~ in sermone
de ymagine trium sufficit solus
intellectus nisi sit voluntas
in amore dei nec voluntas
sufficit nisi memoria addatur
qua in mente intelligentis et
diligentis manet deus. Sic
in deo est una essencia in
tribus personis. Quarto fides
nostra adiuvatur demonstratis figu-
ris. Prima figura una ponitur
Gen. xviii° ubi Abraham
vidit tres pueros et unum
adoravit quod secundum glosam mi-
sterium trinitatis manifestius
declaratur. Vidit enim tres quia
tres sunt in trinitate persone
sed unum adoravit quia in tribus
personis est una essencia. Alia
figura ponitur Gen. xl° Preposi-
tus pincernarum pharaonis vidit
tres propagines. Quid sunt
tres propagines in vite una
nisi tres persone in una divina
essencia. Tercia figura ponitur
Dan. v. ubi dicitur quod Balthasar
vidit tres digitos quasi
scribentes hec tria verba appe-
dit numeravit et divisit. Appe-
dere spectat ad patrem qui

manu sue potencie totum mundum
appendit in esse conservat et
custodit Secundo comparatur ad filium
qui per suam sapientiam
omnia creata scit et cognoscit
Tercio comparatur ad spiritum sanctum
qui per suam bonitatem dona
dividit et distribuit singulis
prout vult Isti sunt digiti in
manu dei scilicet potencia sapiencia
et bonitas de quibus dicitur ysaie
40 Quis appendet tribus di-
gitis molem terre Iste deus
qui omnia potens creavit sa-
piens disposuit clemens
omnia bona fecit De quibus tribus
dicit augustinus in libro de civitate dei
si queratur quis fecit lucem
deus est Si per quid fecit dixit
fiat et facta est Si quare fe-
cit quia bona est nec auctor
excellencior deo nec ars
efficacior dei verbo nec causa
melior quam ut bonum crearetur
a bono Secundo fides nostra
admiratur et intelligenciam tri-
nitatis obtinet orationibus de-
votis luce 11o Commoda michi
tres panes etc Ubi dicit glosa
Intelligenciam sancte trinitatis
per quam in laboribus huius vite
sustentamur flagitare debemus
Est enim pater unus panis in-
firmitatem nostram
corroborat psalmus panis cor ho-
minis confirmet Filius in quantum
ignorantiam illuminat Aliquando
homo ex fame gravatur sed
sumpto cibo illuminatur ut patet primo
Regum 14o de Jonatha qui
dixit vidistis quia illuminati sunt
oculi mei quia paululum gu-
stavi hic cum signatum est luce

ultimo Unde dicitur quod in sancto
penthecostes discipulorum illuminati
sunt Spiritus sanctus in quantum
pietatem nostram dulcorat Sapiencie
16o panem de celo prestitisti eis
omne delectamentum in se habentem
et omnis saporis suavitatem
Tercio dicitur quod ipsa trinitas et unitas
est a nobis suppliciter adoranda
et glorificanda cum dicit Ipsi
gloria in secula seculorum Debe-
mus ergo ipsam glorificare primo propter
debitum quia propter hoc homo est
creatus ysaie 43 Populum istum
formavi michi et laudem
meam narrabit In eadem ser-
monem qui invocat nomen meum
in gloriam meam creavi eum
formavi eum et feci eum Secundo
propter meritum primo Regum 2o Qui-
cumque glorificabit me honorifi-
cabit me et glorificabo eum
Eccl. 24 Qui elucidant me
vitam eternam habebunt Tercio
propter exemplum quia ipsum laudat
et glorificat omnis creatura
scilicet insensibilis patet Celi enar-
rant gloriam dei Sensibilis ysaie
43 Glorificabit me bestia agri
dracones et struciones Intel-
lectualis Job 38 Ubi eras
cum me laudarent simul astra
matutina et iubilarent omnes
filii dei Et ideo debet eum glo-
rificare racionalis alias non esset
vera creatura Omnis enim creatura
deum laudat et glorificat patet
Omnis spiritus laudet dominum Augustinus
Non cessat neque tacet laudes
tuas universa creatura tua Quar-
to propter officium in terra et in patria
et habitum Illud autem officium
est laudare deum psalmista Beati

qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt
te etc. Sermo secundus de eadem

Benedicat nos deus deus
noster et benedicat nos
deus et metuant eum omnes fines
terre. Sicut Ieronimus ad Eliodorum
grandes materias ingenia par-
va non sufferunt nec temptare
valent impedita eloquio et in
ipso conatu ultra vires ausa
succumbunt et quanto maius fuit
quod dicendum est tanto magis ob-
ruitur qui magnitudinem rerum ex-
plicare non potest. Nulla grandior
materia quam loqui de illo qui est
forma sine materia. Trinitas igitur
materia grandis est et ingenia
parva sunt. Ideo difficilia dimitten-
do plana dicemus seu dicamus.
In premissis igitur verbis propheta tria
facit. Primo quid de deo sit
credendum. Secundo quid ab eo sit
petendum. Tertio qualiter ei sit fa-
mulandum. De deo autem credendum
est quod sit trinus et unus. Vera
trinitas personarum ostenditur per
hoc quod deus ter ibi ponitur
et unitas essentie per hoc
quod in singulari ponitur benedi-
cat et eum. Licet autem ipsa trina
trinitas certam rationem excedat
et simpliciter sit credendum potest
tamen humana mens eius vestigium
sive similitudinem aliqualiter inve-
nire. Primo supra se in ordinibus
angelorum. De hoc dicit Augustinus
in libro de civitate dei. Trinitas
sancta que in sanctis angelis est
a sancta trinitate est origo
et informatio et beatitudo eorum
si queratur unde sit deus eam
condidit. Si unde sapiens a deo il-
luminatur. Si unde felix deo fruitur.
subsistens modificatur contem-
plans illustratur inherens iocunda-
tur. Viget amat in eternitate dei
viget in veritate dei lucet et
in bonitate dei gaudet. Secundo
infra se scilicet in creaturis et hoc
quantum ad creaturas in universali
et particulari. In universali quia in ma-
gnitudine in creaturis invenimus
magnitudinem per quam intelligitur
dei potencia. Sapiencie xiii°. A ma-
gnitudine enim speciei in creatura
cognoscibiliter poterit creator horum
videri. Speciem et pulcritudinem
per quam intelligitur filii sapiencia.
Sapiencie 13. Aut gyrum stellarum aut
solem aut lunam rectores orbis
terrarum deos putaverunt quorum specie
delectati deos putaverunt. Sciant
quanto hiis dominator eorum speciosior
est. Sapiencie 11. Creator hec omnia
constituit. Augustinus in libro de uti-
litate credendi. Non frustra
intueor et inaniter pulcritu-
dinem celi ordinem siderum
vicissitudinem temporum. In quorum
consideratione non curiositas est
exercenda sed gradus ad eterna
facienda. Bonitatem per quam
intelligitur spiritus sancti bonitas
et clemencia. Genesis 1°. Vidit
deus cuncta que fecerat et erant
valde bona. Secundo in parti-
culari sicut in igne in quo
invenimus splendorem lucem et
calorem. Et licet calor et lux
sint ab igne tamen coeva sunt
igni. Et licet filius et spiritus
sanctus sint a patre tamen coeterni
sunt patri. Augustinus. Quid possumus
in creatura invenire eterni sine
creatura

a

b

c

Sufficit ad similitudinem
si inveniamus tercium splendorem
est de igne et hic tercia sancta
da nichil si igne sine splendore
et credo patrem sine filio fuisse
Tercio etiam sed et hoc in divinis
scripturis in secularibus dis-
ciplinis et divinis officiis
et in numeris In divinis namque
scripturis cognoscamus misterium
trinitatis verum sicut dicit Augustinus
in libro de utilitate credendi
quod credimus debemus auctoritati
quod intelligimus rationi Idem
in libro de trinitate Omnes
catholici tractatores qui de
trinitate que deus est scrip-
serunt hoc intenderunt secundum
scripturas docere quod pater et fi-
lius et spiritus sanctus sibi sunt
unius Scripture enim divine scrip-
ture deo inspirante invente
sunt et ideo deus per eas
loquitur omne quod in eis continetur
Hylarius Soli deo credendum
qui solus omnia novit Vel
igitur secundum damascenum inquirere
debemus nisi quod accepimus
a scripturis capitulo xv Secundo
addas verbis aliud quod ma-
xime in quibus que sunt superius
tactum est similitudo Ideo in se-
cularibus disciplinis dicit magister
illud quod faustus in fide catholica
dicit Tercio tamen personis etiam
liberalia studia de spiritualibus
disciplinis mutuata senserit
Unde enim in arte gramatica
nisi primam et secundam et terciam
personam inveniens invenitur
etiam una dictio que vincta
est in voce et triplex in signi-
ficatione et hec dictio amor
amor est et est proprium nomen
cuiusdam sancti et est nomen
commune et est verbum passivum
Equaliter est in liberalibus arti-
bus relucet vestigium trinitatis
Sicut dicit Augustinus in libro de trini-
tate philosophi sapientie disciplinam
tripertitam esse voluerunt cum
una pars appellaretur phisica alia
loyca tertia ethica scilicet naturalis
moralis et rationalis Et infra
Quem non qui auctor natura nostra
ut esset deum habuit auctorem
procul dubio ut vera sapiamus
ipsum debemus esse doctorem
et ut beati simus suavitatis
intime largitorem Tercio au-
divimus officiis licet enim tota
trinitas operata fuit beneficium
nostre redemptionis filio tamen
attribuitur redemptio primum sancto
redemptoris adoptatio patri
hereditatis collatio Hoc etiam
ostendit leo papa dicens Sancte
trinitatis et incommutabilis deitatis
una est in substantia indivisa in opere
concors in voluntate par in
omnipotentia equalis in gloria
dumpsit hic opus nostre redemptio-
nis trinitas et pater propiciare-
tur filius operaretur spiritus sanctus
igniret Quarto in numeris et
proprie ut in ternario numero qui
maxime videtur trinitatis mi-
sterium continere Unde ait philosophus
per ipsum numerum scilicet ternarium ad-
hibuimus nos ipsos magnificare
deum unum eminentem proprietati-
bus eorum que sunt creata Hoc
autem non est sic intelligendum
quod ipse ponat ternarium in
personis divinis quia hec non

cognovit. Sed vult dicere quod anti-
qui utebantur ternario numero in
sacrificijs et orationibus propter quan-
dam ternarij numeri perfectionem. Cer-
to intra se i. in anima. Unde
signanter dicit apostolus Ro. 1o Quod
notum est dei manifestum est
in illis. Non enim tantum illis
dixit sed in illis quia homo
per intra se scit potest aliqualiter
cognoscere trinitatem. Unde ait
Augustinus in libro [?] Mens et notitia
eius et amor eius trina quae-
dam. Mens enim novit se et
amat se nec amare se potest nisi
etiam novit se. Item ipsa mens
quasi parens et notitia eius quasi
proles. Mens enim cum se cogno-
scit notitiam sui gignit et est
sola parens suae notitiae. Amor
enim qui de ipsa mente et volun-
tate procedit. Dum enim mens cogno-
scit se diligit se. Non enim posset
se diligere nisi se cognosceret.
Amat etiam placitam prolem et
notitiam suam et ita amor quidam
complexus est parentis et prolis.
Idem in libro de civitate dei Sumus
et nos esse novimus et nostrum
esse ac esse esse ac nosse dili-
gimus. Sed post ista quid a deo
et a sancta trinitate sit petendum
quia petenda est eius benedic-
tio. Unde ait Benedicat nos deus
etc. Circa quod sciendum quod fides
et invocatio sanctae trinitatis
dat nobis quadruplicem bene-
dictionem. Prima consistit in baptismo
et in prima et ultima est fieri
per fidem et invocationem trinitatis
de quo Mathei ultimo Baptisantes
in nomine patris et filij et spiritus
sancti. De secunda dicitur Levitici 2
Quod leprosus pro emundatione
sua afferat decimas tres si-
milae in sacrificio. In quo secundum
glosam signatur quod fides
trinitatis est causa purgationis
animae. Tertia consistit in ternario [?]
despectione et celestium contempla-
tione. Ysaie 40 Quis appendit
tribus digitis molem terrae
q. d. nullus nisi deus trinus
et unus quia sua potentia
scientia sapientia et una mole-
re i. ponderositatem corporis
quam appendit sursum eleva-
do et ad contemplandum celestia
et ad contempnendum terrena sic
erat appensus Job qui dicebat
Job 7 Elegit suspendium ani-
ma mea. Augustinus ad Hebrardum [?] Qui
in Christum non credit non diligit
infimum non superabit in medio
atque ita summus esse non sit
ydoneus ad hoc est totum quod a-
gere debemus moueri et atten-
dere. Sic elevatus erat a terris
et intentus celestibus Augustinus
Cum de trinitatis gloria meditaretur
cum quaedam mulier tribu-
lationibus pressa ad Augustinum
venisset ut consilium peteret et
cum salutasset ille nec ad eam
respexit nec sibi respondit.
Quae tristis recedens cum alia
die missam sancti Augustini
audiret in spiritu rapta et ad ter-
minale trinitatis deducta vidit
ibi Augustinum facie inclinata de
trinitatis gloria disputantem et
facta est vox ad eam dicens
Cum ad Augustinum iuisti ille de
trinitatis gloria altissime disputabat

et ideo ibi furibus non caruit sed ad eum redeas et consilium salubre invenies quod et factum est. Tercia consistit in demonum et temptacionum fugacione quod significatum est Exodi quinto Deus ebreorum vocavit nos et eamus viam trium dierum in solitudinem et sacrificemus ei i. ut per fidem trinitatis ei in hac vita serviamus in qua peregrini sumus Et sequitur ne forte accidat nobis pestis aut gladius per pestem intelligitur contemplacio que est certe per gladium temptacio que est ab hoste Hec autem temptacio vincitur per fidem trinitatis. i. Joh. v° Hec est victoria que vincit mundum fides nostra Quod ostensum est in Constantinopoli cuidam fideli notario quem cum quidam magus ad quendam locum duxisset et divicias ei multas promisisset dyabolus in throno residens cum magorum conventu illuc advenit et cum interrogaret quis ille esset magus respondit famulus tuus et demum ad eum vis esse famulus meus Tunc notarius se signans dixit Ego famulus sum sancte trinitatis et continuo ille disparuit Cum igitur notarius sancte Sophie intrasset ymago crucifixi quocumque per ecclesiam ibat et divertebat semper in eum attente respiciebat. Quarta consistit in tribulacionum et adversitatum expulsione tamen sicut refert damianus Cum apud Constantinopolim gravis pestis esset de medio populi quidam puer

raptus canticum sancte trinitatis scilicet sancte deus sancte fortis sancte misericors salvator miserere nobis ab angelis est edoctus quod cum rediens decantasset mox omnis tribulacio cessavit. Tercio consequenter ponit qualiter deo et sancte trinitati sit serviendum quia cum timore Unde deus grece dicitur theos quod sonat metum quia est metuendus hic notatur cum dicitur Et metuant eum omnes fines terre. Circa quod sciendum quod quidam sunt infra terram sicut dampnati Job xxxvi° Ecce gigantes gemunt sub aquis quidam supra terram sicut beati psalmista Credo videre bona domini in terra viventium De ipsis dicitur psalmo 17 Celum sursum et terram deorsum Quidam in medio terre sicut cupiditatibus terrenorum dediti quos aliquando deus salvat Deut. ij. 32 operatus est salutem in medio terre Quidam sunt in finibus terre sicut viri perfecti in quibus terrena finiuntur et isti tanquam certissimi sunt in manu dei psalmista In manu dei sunt omnes fines terre. Illi autem qui sunt infra terram sicut dampnati deum non metuunt sed blasphemant et odiunt psalmista superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Illi qui sunt supra terram sicut beati et sancto timore metuunt iuxta illud psalmi Timor domini sanctus permanens in seculum seculi tamen toto corde diligunt Tunc cum impletur quod dicitur Math. 22 Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo Et illi qui sunt in medio terre ut avari metuunt timore servili

et carent amore filiali. j Joh. iiij.
Timor non est in caritate. Illi qui
sunt in quibus tre(?), sicut in perfecti
timent filiali timore. Eccli. primo
plenitudo sapiencie timere deum. Ysi.
propterea quod eo quod non dixit metuat cum
omnibus tre sed metuat cum omnibus
sanctis tre, et Secundo justi in quibus
tercia sunt, metuunt eius po-
tenciam ne superbiant. Jeremie 10
Quis non timebit te o rex gen-
cium. Ri(chardus?) Orch. 9: Justum subditum
esse deo et mortalem non paria
deo senciens. Secundo metuunt eius sa-
pienciam ut sui cordis secreta di-
sentiat. Job 40 Timebunt angeli
i. angelici viri et iuti purgabunt.
Eccli. 2o Qui timent dominum prepara-
bunt corda sua et in conspectu
suo sanctificabunt animas suas. Ita
sicut dicitur Eccli. 23 Oculi domini
multo plus lucidiores sole. Tercio
metuunt eius iudicium ne ingrati
existant ideo ut grati sint semper
cum benedicunt et laudant. Psalmus
Qui timetis dominum glorificate eum.
Boll 3 Rerdati ... Econtra non
ille qui sunt in terra sicut super-
bi luxuriosi et avari. Cum non
timent superbi cum non metuunt
eius potenciam Job 21 Quis est
omnipotens ut serviamus ei? Sanctus Augustinus
Cum fortis ille dicatur qui nec
timet penitus fortis est qui deum
non timet ut timendo audi-
at audiendo diligat diligendo
non metuat. Luxuriosi non me-
tuunt eius sapienciam. Job 24 Ocu-
li adulteri observant caliginem
dicentes non videbit me oculus.
Avari non timent eius iusticiam
quia ingrati sunt ad iusticiam

dei. Jeremie 5o Non dixerunt
in corde suo metuamus dominum
deum nostrum qui dat nobis pluviam
temporaneam et serotinam in
tempore suo. Sermo tercius de

Sanctus sanctus sanctus dominus
deus exercituum plena est
omnis terra gloria eius. Ysaie vio.
In hoc cantico angelico sera-
phyn primo glorificant bene-
dictam trinitatem et unitatem
cum dicunt sanctus sanctus sanctus
dominus deus. Secundo glorificant
dei potenciam cum dicunt exercituum.
Tercio dei maiestatem cum dicunt
plena est terra gloria eius. Glo-
rificant primo beatam trinitatem
in eo quod dicunt ter sanctus, uni-
tatem in eo quod in singulari
numero dicunt dominus deus. Circa
quod notandum quod quilibet eorum
trium est sanctus, est deus, est
dominus. Sanctus enim habet tripli-
cem accepcionem. Sanctum enim
idem est quod firmum et quantum
ad hoc dicitur a sanctio sancis
quod est statuere vel firmare. 2o
idem est quod clarum et accipi-
atur Mt. vio. Sanctificetur nomen
tuum i. clarificetur. Tercio idem
est quod mundum et accipitur quo-
niam in libro de divinis nomini-
bus dicitur Sanctitas est ab omni
immundicia libera et perfecta
et omnino immaculata mundicia.
Similiter dominus secundum Dyonisium
tria importat scilicet possidere possessorem
et a possessione non cadere. Cum
autem de omnibus nominibus dica-
tur non peior hoc est sub-
ditorum et cetera non tantum sed et
omnibus et pulcros bonos perfecta
et omnimoda possessio et vera

Creacio dei opatur in nobis sic nobis
de nobis
cum nobis
quedam nos sine nobis

B dei

et tadē nō valens fortitudo/
Similit hoc nomen deus est ex-
plicacionem acceptionem sed damas-
cenus cum atheni quod est tuaē et
fouē quia fouet omnia/ vel
ab ethezi quod est ardē deus
enim ut ignis consumens est/
vel atheaste quod est considerare vi-
dentibus igitur qualis ista virtus
presentibus quod veniat est enim pater
scitus et dicitur deus pater nacte
attribuitur/ potencia et quantum
ad graciam incipientem hec quod
habet considerare est ut dicitur
et hec quantum ad graciam incipi-
entem considerat cum voluntati
ipsam preveniendo et exhortando
ut bonum velit Eccl 7o Excel-
sior excelso alius et super hec
quod eminenciores sunt alii et
insuper vniverse terre rex imperat
preveniens cogitato quidem excel-
celsa affeccio excelsior super
hac excellenciores intencio
que sunt digne affeccionum et co-
gitacionum Super omnes autem est
rex scilicet deus qui imperat co-
gitacioni et sit sancta affeccioni
ut sit munda intencioni ut sit
recta/ Sed habet confouere
et hoc per graciam subsequentem
cum dicitur duo sunt qui fouet
scilicet deus graciam promovendo et
homo gracie cooperando Inunc
enim sunt fouet Eccl iiijo Si
dormierint duo fouebuntur
mutuo vnus quomodo calefiet
fouet autem deus animam ut at-
tendit ipsam per nullam nutat
Cap. ii. ista anima ... nut-
nisti ipsum tuum et frigidam
calefaciat Gen 1o Spiritus domini

C

sonoba super aquas sive aliam
litteram ut attemptatore defendat
Math 23 Conveni volui congregare
filios tuos etc. Tercio est confirmare
prius Confirma hoc deus quod operat-
tus es in nobis et dicit in nobis quod
quedam sunt que deus operatur
in nobis sine nobis inspiracio sine
gracia et multa bona que deus
mittit prestat ysaie xxvio Omnia
opatus es in nobis I Cor iiio
Dei sumus adiutores dei agricul-
tura estis quedam operatur in nobis
de nobis ut opus iusticie et
vindicte ysaie 28 ut faciat
opus suum alienum est opus eius
ut operetur opus suum peregrinum
est opus eius ab eo opus n-
unc sibi est proprium opus vero
iusticie est sibi alienum peregrinum
quedam operantur sine ipso ut est
peccatum sine ipso factum est nichil
quod homines peccant adeo peccata
vacantur tamquam opera hominum et non
dei ... ut non loquar os meum
opera hominum // Filio attribuitur sa-
piencia et quantum ad hec habet
considerare ut deus clarificare
ut spiritus possidere ut dicitur Hebr
iiijo Vivus est enim sermo dei
et efficax et penetrabilior omni
gladio anticipi Sophonie primo
Scrutabor ierusalem in lucernis
considerat enim diligenter ideo
dicit Scrutabor terribiliter
ideo dicit ierusalem Si enim scrutabitur
ierusalem quid fiet in babilonia
Subtiliter ideo dicit in lucernis
Sed habet clarificare ut sciunt
qui quando eum considerauit ... ince-
tem puram invenit ipsam
clarificat ... gracijs et virtutibus
ipsam exornat ... illustra

faciem tuam super servum tuum et
dicit facie quia omnes sensus
vigent in facie Tunc ergo deus
illustrat faciem quando respicit o-
culo misericordie psalmus Oculi domini super iustos et in pau-
perem respiciunt Quando audit de-
siderium anime psalmus Desiderium pau-
perum exaudivit dominus Quando delectatur
in odore fame mee Genesis 27 Ecce
odor filii mei sicut odor agri
pleni Quando pascitur in virtute
consciencie Canticorum 2o Qui pascitur
inter lilia i. corda pura et munda
Quando tangit manu patris discipline
Job vi° Solvat manum suam et
succidat me // Tertio sic possidet
sicut deus propter quam autem deus animam
decoravit et clarificavit ipsam
possidere et inhabitare dignatur Anima
enim iusti sedes est sapiencie Tunc
enim sapiencia divina sedet in anima
i. in intelligentia cum ipsa sa-
piencie intelligit Ro 12 Sapere
ad sobrietatem Sedet in volunta-
te cum sapienciam diligit Canticorum 2
Ordinavit in me caritatem Se-
det in memoria quando dei be-
neficia divina recogitat et reco-
gnoscit Trenorum iii° Memoria
memor ero et tabescet in
me anima mea Spiritu sancto att-
ribuitur bonitatis et quia ad hoc
est mundare et sordes inflammare
ut deus a casu conservare ut
deus ideo vocatur aqua mundi-
ficans Ezechiel 36 Effundam super
vos aquam mundam et munda-
bimini ab omnibus inquinamentis
vestris Et inflammare ut deus
Ideo vocatur ignis Luce 12 Ignem
veni mittere in terram sic et uni-
re et iungere animas deo et

pecca mortem per amorem
ne scilicet dissolvatur et cadat ut
domus ideo dicitur vinculum
Ephesios iiii° Solliciti servare u-
nitatem spiritus in vinculo pacis
Colossenses iii° Super omnia autem
habete caritatem quod est vin-
culum perfectionis // Quarto sera-
phym significant dei potenciam
et dicit exercitum Ex quo appa-
ret sua magna potestas Primus
est exercitus demonum quem
deus venire permittit Habent autem
milites huius exercitus magnam
potestatem Job 41 Non est potestas
super terram que ei comparetur Habent
malam voluntatem i Petri v°
Adversarius vester dyabolus etc Habent
astuciam et caliditatem ii Cor
xi° Timeo autem ne sicut serpens
seduxit Evam astucia sua etc
Deus autem eorum potestatem re-
frenat quod signatum est Thobie
viii° Ubi dicitur Tunc rapha-
el apprehendit demonium et
religavit illud in deserto
Apocalipsis 20 Vidi angelum de-
scendentem de celo habentem
clavem abyssi et cathenam
magnam in manu sua et
apprehendit draconem et alli-
gavit eum Quantum ad malicia vo-
luntatis eius ut ad suam gloriam
Exodi 14° Clarificabor in phara-
one et in omni exercitu eius
vel ad sanctorum coronam Sicut
etiam Job astucia eius depr-
ehendit et revelat Job quinto
Apprehendit sapientes in astu-
cia eorum et consilia pravorum
dissipat // Secundus est exercitus

angelorum quem non tantum venire permittit sed etiam imperio suo mittit. Iste autem exercitus venit ad regis associacionem Apoc. 19 Ecce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax etc. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis. Aliquando ad ecclesie custodiam et conservacionem Ysa. 62 Super muros tuos ierusalem constitui custodes tota die etc. Aliquando ad demonum debellacionem Apoc. 12 Factum est prelium magnum in celo Michael et angeli eius preliabantur cum dracone etc. Tercius exercitus est sanctorum qui sunt in mundo et sicut primum venire permittit et secundum imperio suo mittit. Sic autem istum tercium dux vadit et precipue regit et ducit. Ipse enim per assumptam humanitatem primus est in acie sanctorum Johel 2o Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus

6. sui Josue 5o princeps sum exercitus domini. Milites autem huius exercitus debent esse vigiles et armati predicti per oracionem vigillancia primo Pet. 4o Estote prudentes et vigilate in oracionibus. Matth. 26 Vigilate et orate ut non intretis in temptacionem. Debent esse armis muniti per virtutem et per operacionem bonam. Apostolus Induite vos armaturam dei ut possitis resistere adversus insidias dyaboli Ro. 13 Induamur arma lucis.

debent esse acie ordinati per iusticiam Cant. 6o Terribilis ut castrorum acies ordinata. Secundum magistrum Justicia est singulis rerum et personarum equissima distribucio. Tercio seraphin glorificant maiestatem dei cum dicunt plena est omnis terra maiestate eius. Certum quod nondum quia celum et terra et ceteris sunt pleni gloria dei sed differenter. Celum enim gloria dei id est gloriosa visione divina 2i Regum vii° Impleverat enim gloria domini domum domini. Ysa. 60 Domum maiestatis mee glorificabo. Illa autem visio faciei est tam gloriosa ut si dampnatus eam videret non esset in miseria et beatus si eam non videret non esset in gloria et ideo ut dampnatus semper sit in miseria dicitur Ysa. 26 Domine excelsetur manus ut non videant et ut beatus semper sit in gloria dicitur Ysa. 33 Regem in decore suo videbunt. Terra est plena gloria id est gloriosa dei visio postquam in omni terra gloria tua. Item visio domini plena est terra. Est autem licet visio tam gloriosa quia licet modo de ea sit magna copia in iudicio tamen erit magna indigencia sicut patet in illis virginibus fatuis Matth. 25 que dixerunt date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. In inferno autem erit magna penuria sicut patet in illo divite Luc. 16 Cui aque gutta querere non potuit ymmo ibi erit immo oblivio perpetua Job 24 Obliv-

scantur cuius nunc conferimus
est plenus gloria i. gloriosa iusti-
cia. Exo. 15. Glorificata manus
et brachium dextrum. Et dicitur
dei iusticia in inferno gloriosa pro-
pter quia ibi deus tamquam glorificatur
Ysa. 26. Cum glorificatus fuerit
dominus impii sentient de manu re-
gnavi cum i. dominus non considerat
quomodo impius quo laudabitur
iusticia dei // Secundo culpa ibi
ordinatur Aug. peccatores in sup-
pliciis ordinantur ut numquam sit
dedecus culpe sine decore iusti-
cie. Tercio beatus quilibet de ipsa vin-
dicta letabitur iustus pro letatur
iustus cum viderit vindictam

Sermo quartus de eadem

Tres sunt qui testimonium
dant in celo pater verbum et
spiritus sanctus et hii tres unum sunt
i Joh. 5. Beatus Joh. cuius ca-
put super pectus domini recubuit in
quo erant omnes thesauri sapientie
et scientie dei absconditi. Et idcirco
etiam erat fons redundans sapientie
tanto fuit thesauro sapientie dotatus
et aqua sapientie salutaris potatus
quia profundum misterium sancte
trinitatis beatissime et unitatis
brevibus verbis nobis tradidit
dicens Tres sunt qui testimonium
unum ~~perhibent~~ dant in celo etc.
ubi tria ponuntur primo personarum
trinitatis cum dicitur Tres sunt qui
testimonium etc. // Secundo essentie
unitatis cum in fine includit et
hii tres unum sunt. Tercio ponit
quandam conclusionem(?) cum dicit pater verbum
et spiritus sanctus // Circa primum

notandum quod cum dicitur tres sunt
non debet intelligi tres dii vel
tres domini vel tres substantie sed tres
persone quibus et hic non expresse
dicatur tamen sicut dicitur in primo
sententiarum Quererent heretici quid
tres responderunt catholici quod
tres persone tamen ut illud di-
cerent sed ut aliquid dicerent
asserunt autem numerus trinarius
personis divinis quia numerus
iste traditur prescriptus esse numerum in-
parem immensurabilem et
indivisibilem ut cum sit in
libro predicto. Trinitati inest
omnis numerus impar per numerum u-
tratem et sicut quod est non men-
surari numero ex numeris et non
componi. Est enim numerus impar
et ideo dicit trinitati inest numerus
impar et ideo dicit est numerus
immensurabilis et sicut quod
non mensuratur numero tercio cum
prima mensurari numero i. multi-
plicari per aliquem numerum cubicum
et non cubicum. Sed cum dicatur
bis duo bis octonarius surgit
si bis duo quaternarius ~~surgit~~
surgit si semel unum semel
non tria sed unum surgit. Est
etiam numerus indivisibilis et ideo
subdit et non componi ex numeris
unde dicit Aug. Trinarius
primus numerus est qui indivi-
sibilis est non enim componitur ex
numeris sed unitatibus. Unitas
autem non est numerus nisi poten-
cialiter sed est prin-
cipium numerorum. Recte igitur numerus
trinitatis convenit divinis personis

a

primo quia est nubes nuper pa-
ritatis cum solet esse causa di-
uisionis et scismatis oriuntur
certe cum quis alteri nolunt subi-
ci sed aliis parificari diuisi-
ones et scismata oriuntur quia
tamen impossibile est esse in
diuinis personis uera est summa
concordia et pax inestimabilis
unde dicit apostolus ad philippenses iiii pax
dei que exsuperat omnem
sensum custodiat corda vestra
licet autem sit ibi omnimoda pari-
litatis essencie et omnipotencie
tamen quia filius patri se parificat
ut Joh. 10 Ego et pater unum su-
mus alibi tamen quodammodo
se facit impatrem suum vocat
patrem maiorem sed Joh. 14
pater maior me est Et licet
pater sit maior tamen filius non
est minor unde dicit hylarius
in libro de trinitate donantis
auctoritate pater maior me est non
quid pro doni concessione filius
minor Maior itaque donans est
sed minor iam non est cui unum
esse donatur cum ipso et pater
unum sumus. Item est mirum si
filius defert patri dicendo
pater maior me est qui etiam
voluit subici minori ut legitur luce
ii erat subditus illis qui
voluit minor esse angelis ps. 8
minuisti eum paulominus ab an-
gelis etc. Noluit equalis secundum
philippenses ii Semetipsum exinanivit
formam servi accipiens // Secundo
iste nubes est immensurabilis
quia non potest mensurari id est
multiplicari ut dictum est et co-
gnoscunt diuinis personis in quibus
licet inveniatur pluralitas de
quo dicitur ysaie xl Quis appendit
tribus digitis molem terre Isti
tres digiti sunt potencia que attribuitur
patri / Sapiencia que attribuitur
filio / Bonitas que attribuitur spiritui
sancto Et sicut quilibet digitus habet
tres articulos sic et potencia patris quo-
dammodo tres articulos habet Primus est
quia eius potencie nemo resistere
non potest ps. Terribilis es et quis
resistet tibi // Secundus quia ipsam
nemo valet sustinere de quibus dico-
tibus dicitur Job xli Quis est
similis mei et quis sustinebit
me et quis est iste pastor qui
resistet vultui meo / Tercius est
quia ipsam nemo potest effugere ps.
Si ascendero in celum tu illic es
si descendero ad infernum ades. In
digitis sapiencie filii sunt tres arti-
culi primus est quia nil est
dubium ei / Secundus quia nil est ei
occultum Tercius quia nil est ei opertum
de quibus dicitur hebreorum iiii Non est
nulla creatura invisibilis in con-
spectu eius Certe quia nil est
ei dubium Omnia autem nuda Certe
quia nil occultum et aperta sunt
oculis eius Certe quia quod nil
ei apertum / In digitis vero bonitatis
spiritus sancti sunt tres articuli
primus est gratis penitenti peccatum
dimittit ita quod non vindicat /
Secundus quia ulterius non
recordatur Tercius quia non impropera-
rat de quibus dicitur in proverbiis / Secundo

quorum remisse sunt iniquitates
Ecce quia gratis remittit et quorum
tecta sunt peccata ecce quod non recor-
datur. Beatus vir cui non imputabit
dominus peccatum ecce quod non ingerit / Et
tamen dicit quod in manu dei sunt
quinque digiti i. quinque notiones scilicet
innascibilitas paternitas filiatio
processio et communis spiratio. Ysaias tamen
tantum de tribus facit mentionem / De tribus
digitis enim dicit Quis appendit
tribus digitis molem terre etc.
licet sicut quinque notiones non
sunt tamen nisi tres persone di-
stinguentes. Trinitas ista nulla est
indivisibilis et ideo competit di-
vinis personis que licet distin-
guantur non tamen dividuntur
sed sicut habent unam essentiam
ita habent unam virtutem unam
voluntatem et unam operationem / Sed
quod nichil est in actione divisum
ubi nichil est in voluntate divi-
sum. Quod autem non dividantur
nec in essentia nec in virtute
nec in operatione neque in volu-
ntate ostendit dominus Joh. 5. d. Non
potest filius a se quicquam facere
nisi quod viderit patrem facientem
quecumque ille fecerit hec et filius
similiter facit // Habet enim filius
eandem virtutem cum patre et ideo di-
citur potest filius a se quicquam
facere. Sicut enim filius non
est a se ipso sed a patre ita et
virtutem operandi non est a se sed
a patre / Habet cum patre eandem
essentiam Et ideo subdit nisi
quod viderit patrem facientem
Quia enim illa generatio qua
filius a patre prodit et esse

accepit non est carnalis sed
spiritualis ideo per sensum visus
exprimitur cum dicitur nisi quod
viderit patrem facientem. Vi-
dere enim patrem facientem
nichil aliud est quam ab ipso
accipere essentiam et operandi
virtutem. Habet cum patre eandem
~~essentiam~~ operationem et ideo subdit
quecumque pater fecerit // Habet et e-
andem voluntatem ideo subdit
hec et filius facit similiter. Ex-
ponitur essentie unitas cum dicitur
et ipsi tres unum sunt. Unum
enim dico unum non me trinitas
turbat numerus qui essentiam
non multiplicat non variat non
partitur. Rursum cum dico tria
seu illos tres nec confusionem
cogit nec in singularitatem
redigit. Ista autem unitas essentie
in tribus personis potest aliqualiter
nobis ostendi per unitatem
anime in tribus potentiis. Nam
sicut Aug. in libro de trinitate
memoria intelligentia et
voluntas sunt ad invicem dis-
tincta sunt eiusdem substantie et sunt
equalia distincta. Quod sint
quia sicut [illegible] ostendit per tam(?)
commixtione essent confusi nul-
lomodo tria respectu ad invicem
possent et si tres anuli ex uno
auro fusi iuncti sibi sunt etiam
eiusdem substantie non tamen ut dicit sunt
unum sicut ex vino aqua et melle
fit una species potus quia vinum
et aqua et mel non sunt unius
substantie. Quoniam autem illa tria sunt
unius substantie non video. Sunt etiam
equalia non sunt singula singulis

sed etiam singula omnibus
aliqualiter nam se admixtim ap-
parent per quem modum licet
valde imperfecte dici possimus
quod hii tres unum sint Sunt enim
ipse divine persone et abinvicem
distincte quia est in personis
proprietas et eadem sunt quia est
in essentia unitas et equalitas
in operacione quia in maiesta-
te adoratur equalitas / Tercio pot-
est quedam apparicio tunc dici tres
testimonium dant in celo / secundum
autem quod glosa exponit cristus
habuit triplex testimonium
quod sit deus celestis primum
a patre qui dixit hic est filius
meus dilectus Secundo a corpore
transfigurato est tunc cum potentiam di-
uinitatis et speciem eterne beatitudinis
ostendit / Tercium a spiritu sancto
qui super ipsum baptizatum in specie
columbe apparuit Iste autem tres
apparitiones licet sint trium perso-
narum communes tamen secundum sanctum Augustinum
primus vocis elacio convenit patri
columbe formacio spiritui sancto
transfiguracio filio Secundum igitur ex-
posicionem glose in eo quod dicitur
tres testimonium dant in celo
tria apparata trium personis in-
telliguntur scilicet patri vocis elacio
spiritui sancto columbe formacio
et filio transfiguracio ponunt
tamen alii sancti alia appropriata
personis divinis Augustinus namque
in libro de trinitate tria ponit
in patre unitas in filio equa-
litas in spiritu sancto unitatis

equalitatisque concordia In alio
quoque loco idem Augustinus appropriat patri
potentiam filio sapientiam spiritui
sancto bonitatem / Hylarius vero
in libro de trinitate ponit tria
eternitas est in patre species in yma-
gine usus in munere Ex quibus patet
quod patri appropriatur potencia unitas et
eternitas filio sapiencia equalitas
et species sive pulcritudo spiritui
sancto bonitas nexus et usus
patri namque est fontale principium
et ideo sibi attribuitur potencia
que in se includit racionem principii
est etiam principium sine principio
et ideo sibi attribuitur unitas que
in numeris est principium sine principio
est etiam principium binarum processi-
onum scilicet generacionis et spiracionis
et sibi appropriatur eternitas que est
principium omnium duracionum scilicet
evi et temporis / Filius autem procedit
a patre per modum intellectus qui
sapientia perficitur et ideo attribuitur
sibi sapientia accipit etiam in quantum
filius et a patre genitus eandem
naturam quam est generans / et ideo sibi
attribuitur equalitas Est etiam
verbum patris in quo tamquam in
speculo omnia resplendent atque
relucent / et ideo sibi attribuitur
species sive pulcritudo Spiritus sanctus
procedit a patre et filio ut amor
cuius obiectum est bonum et ideo
sibi attribuitur bonitas Est etiam
amor patris et filii quo uniuntur
et est donum quod deus nobis unit
et ideo sibi appropriatur nexus pater
etiam amore fruitur seipso et dili-
git filium amore fruicionis

et ideo spiritui sancto appropriatur unde eciam augustinus [illegible] fruicionem vel dicamus quod est opus creacionis redempcionis et glorificacionis. Opus creacionis attribuitur patri, redempcionis filio, glorificacionis spiritui sancto. Opus autem creacionis distinguitur secundum tres diversitates creaturarum que sunt corporales spirituales et composite. Corporales creature sunt magne sicut patet in corporibus supercelestibus. Spirituales creature sunt perfecte sicut patet in angelicis spiritibus. Composite vero sunt ex naturis contrariis mirabiliter unite sicut patet in hominibus. Patri igitur attribuitur paciencia eternitatis et unitatis trinitatis. Creaturis corporalibus que creature sunt tam magne manifestavit suam potenciam [illegible] quecumque vis creatura et fiat [illegible] celum et talem terram et posse talem et decam quia deus. Sapiencie xiii a magnitudine speciei et creature cognoscibiliter creator horum poterit videri. Creaturis spiritualibus que creature sunt tam perfecte communicavit suam eternitatem de quibus in Job 38 Tu forsitan cum illo fabricatus es celos i. angelos qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Contrarium autem dicitur de angelis Job 4 Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles, hoc intelligitur per naturam. Sunt autem stabiles per divinam graciam. Compositis creaturis que ex naturis contrariis tam mirabiliter sunt

unite communicavit suam unitatem in eo scilicet quod tria contraria tanto amore univit. Per istam autem unionem nature intelligi quod homo debet facere unionem gracie ut scilicet uniatur deo. Psalmus: Michi autem adherere deo bonum est. Proximo I Cor primo: Id ipsum dicatis omnes et [illegible] cordi suo ne dicatur de eo illud Osee 10: Divisum est cor eorum. In opere autem redempcionis filius dyabolum decepit, pulcrum modum redempcionis invenit et nos in amicos et fratres et coheredes adaptavit. Et ideo filio attribuitur sapiencia [illegible] et equalitatis. In quantum autem dyabolum sapienter decepit ostendit suam sapienciam Job 26: Prudencia eius percussit superbum. Erat quedam superbia in affectu que est amor proprie excellencie quam dyabolus [illegible] contra deum. Erat quedam in intellectu que est appetitus inmoderate sciencie de qua dyabolus hominem temptavit. Est quedam in actu que est violenciam inferre inimice quam dyabolus [illegible] contra christum quando eius mortem procuravit. Sed per prudenciam christus in passione istam superbiam percussit [illegible] et sua excellencia est humiliata et sapiencia est infatuata et inimicicia est in sua morte [illegible] quia quando per suam mortem ipsi accidit. Pro [illegible] christus pulcrum modum redempcionis invenit et quantum ad hoc

communicavit et ostendit suam
speciem et pulchritudinem de
quo pulchro modo potest dici
Augustinus de sancta trinitate In
simplicitate pulchritudinem
amatoris vir cogitate sed mente
in terris regnantem in celis
creantem omnia creatura in toto
equalem patri pulchritudo mori
ad ipsum quod in eo simplici desperando
inspicitate quia de corde honestis
hominibus inspicitate igitur vulnera
pendentis cicatrices resurgentis
sanguinem morientis precium cre-
dentis commercium redimentis
Hoc quanto valeat cogitate et
in statera caritatis appendite
totus vobis figeretur in corde
qui pro vobis totus fixus fuit
in cruce // Tercio nos in amicos
et fratres et coheredes adoptavit
Et quantum ad hoc communicat
nobis suam equalitatem // facit
enim nos amicos suos Johannis 15
Iam non dicam vos servos sed
amicos dei et / vos autem dixi
amicos quia omnia quecumque au-
divi a patre meo nota feci
vobis / facit nos fratres Johannis 20
vade autem ad fratres meos et
facit nos coheredes suos Ephe-
sios 3 esse gentes et promissiones
coheredes eius in cristo iesu ista
autem tria scilicet amicicia fraterni-
tatis et coheredis dicit quandam
equalitatem quia quamvis equa-
litatem angelis non communicavit
hominem cum fecit eos amicos suos
pater tamen facit angelos suos

spiritus trinitatem cum solet esse
inter equales Cristus autem non
sit nam equalem cum angelis
sed cum hominibus similis non fecit
eos fratres suos sed ministros suos
psalmista et ministros suos ignem ure-
ntem Hebreos cum cristus natus est
ex progenie angelorum sed de progenie
hominum Hebreos 2 nusquam enim ange-
los apprehendit sed semen abra-
hae similis licet in quantum sunt
filii dei possunt dici heredes dei
non tamen coheredes cristi / homines
autem et sunt heredes dei in quantum
sunt eius filii / et sunt coheredes
cristi in quantum sunt eius fratres
In opere glorificationis spiritus sanctus
omnia dona sua perfecte communica-
bit deo eternaliter copulabit et
dulcedine divina implebit et
ideo sibi attribuitur bonitas ne-
pius et usus quod adeo quamvis dona
sua communicat sed precipue I
Cor 12 alii quidem datur sermo
per spiritum sapientie alii sermo scientie
etc. Tunc autem omnia dona sua
et omnes fructus communicabit cum
universaliter et perfecte et quantum
ad hoc communicabit sua bonitate
quia bonum naturaliter est sui communicativum
et diffusivum / ponamus autem
de fructu uno et de uno pos-
simus dicere cogitare unus
fructus spiritus est gaudium et istud
fructum quilibet habebit in sua per-
fectione tamen super se habebit
gaudium de dei visione infra se
de loci amenitate intra se de
anime glorificatione extra se de

corporis incorruptionem ad exortus de
felici societate angelorum. Contra superius
de iocunda societate sanctorum aut
de recordacione bonorum que fece-
runt per decrecordacionem malorum
que evaserunt. Secundo deo copulabit
et quantum ad hoc comitabit se magni-
tudinem est neque et vinculum. Sicut
cum deo erunt equalis sociati. Luc.
xi. pueri mei mecum sunt in cubili
meo. Uno erunt deo uniti.
Cor. vi°. Qui adheret deo unus
spiritus est cum eo. Joh. xi. Sint unum
sicut nos unum sumus. Ymmo quo-
dammodo erunt in deum transformati.
Ps. Ego dixi dii estis. Tercio dul-
cedine amoris divini perfecte implebit
et quantum ad hoc comitabit se in-
finitum est visus sine fruicio delec-
tacio autem et suavitatis amoris dei
impermixta est imperfecta quia sepe est
cum cura. quam scilicet diligimus ea
que non sunt diligenda. Osee. iii.
diligunt vinacia uvarum. Aliquando
est cum recordacione quia sepe a
corrupcione hominis recordatur.
Sap. ix. Corpus quod corrumpitur
aggravat animam etc. Aliquando est
cum oblivione quia sepe hac ca-
ligine obnubilati dei obliviscuntur.
Ps. Obliti sunt deum qui salvavit
eos. Tunc autem amor erit perfectus.
Math. xxii. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota
anima tua et in tota mente tua.
Erit enim tunc sine cura. Ideo
dicitur ex toto corde tuo sine
recordacione. Ideo dicitur in tota
anima tua sine oblivione. Ideo
dicitur in tota mente tua. Tercio

Quarto quarta ponit quartam
personam quaternitatem cum dicit
pater et verbum et spiritus sanctus equa-
lis aut personae divine per hec
quatuor distinguuntur ostendit
Dyonisius in libro de divinis
nominibus quatuor exemplis
et similitudinibus .d. pater quod
est fontana deitatis filius et
spiritus sanctus de igne deitatis
sicut pullulaciones
divine etc. et sicut flores et super-
substancialia lumina quos aut hec sit
neque dici neque cogitare est pos-
sibile. Ex quibus verbis colligitur
quod filius et spiritus sanctus a patre
procedunt sicut duo rivi ab
uno fonte sicut due pullula-
ciones ab una radice sicut
duo flores ab una arbore et
sicut duo radii ab uno sole.
Primo igitur procedit sicut duo rivi
ab uno fonte quod notatur cum dicitur
pater est fontana deitatis pater
enim est instar fontis filius in-
star rivi a fonte procedentis
spiritus sanctus instar stagni et
a rivo et a fonte emanantis.
Secundo sicut due pullulaciones
ab una radice. A radice quidem
procedit truncus et a radice et
trunco educitur ramus sic a patre
procedit filius et a patre et filio
procedit spiritus sanctus. Tercio sicut
duo flores ab una arbore
arbor enim est pater flos candidus
instar lilii est filius. Cant. ii.
Ego flos campi et lilium convallium.
Sed quod unum dicit [illegible] [?] patre
nec qui in valle erant descen-
dit in vallem et in valle veniens

fit lilium quod aliud per lignum vi-
te quod plantatum est in medio
paradisi. Flos rubicundus ut rosa
est spiritus sanctus Eccli. 24 quasi
plantatio rose in Jericho
id est in illo qui defectus suos re-
cognoscit quia Jericho interpretatur
defectus et in illo qui per viam
veritatis sic descendit quia
Jericho est in descensu Jerusa-
lem. Unde illud Luc. 10 Homo
quidam descendebat ab Jerusalem in
Jericho etc. Ornatus sicut duo
radii ab uno sole ut pater
sit sol, filius radius sit illumi-
nativus, spiritus sanctus radius in-
flammativus. Augustinus: videmus
solem per celum currentem lu-
centem et calentem. Ista igitur
considerantur in sole scilicet cursus
splendor et calor. Sic etiam et
in divinitate invenimus patrem
currentem id est potenter operantem
Joh. 5o pater meus usque modo
operatur; filium splendentem id est
splendorem sue sapientie infun-
dentem Joh. 1o Erat lux vera
que illuminat etc. Spiritum sanctum
calentem id est corda inflammantem
Luce 12 Ignem veni mittere
in terram et quid volo nisi ut
accendatur etc.

Sermo quintus de eodem

Potestas dei est et tibi do-
mine misericordia quia tu reddes uni-
cuique iuxta opera sua. Ps. 61o.
In divinis etiam inveniuntur quedam
unitas in tribus personis et
nichilominus sunt quedam appropria-
ta ipsis personis. Unitas autem
essentie in tribus personis ostendi-
tur per aliqua vestigia in creatu-
ris in quibus aliquo modo
relucet trinitas. Relucet primo in
triplici creatura scilicet spirituali, corporali
et composita. In spirituali autem relucet
triplici ierarchia scilicet superiori me-
dia et infima. Relucet in quolibet
angelo quia quilibet angelus habet
triplicem virtutem scilicet purgativam
et illuminativam et perfectivam. Similiter
relucet in creatura corporali que
est triplex scilicet opaca lucida et
pervia. Relucet etiam in creatura
composita quia sunt quedam compo-
sita ex corpore et anima sensibili,
quedam ex corpore et anima rationali.
Appropriata vero ipsis personis sunt
potentia que attribuitur patri,
sapientia que attribuitur filio, boni-
tas que attribuitur spiritui sancto. Et
ratio quare appropriationibus talibus assi-
gnari potest. In patribus quidem apud
nos invenitur infirmitas vel
imbecillitas. Ideo ne hic credatur
de patre celesti attribuitur ei po-
tentia. Similiter in filiis invenitur
imperitia propter eorum incipientiam
et iuventutem et ideo de filio
dei ne a simplicibus hoc credatur
attribuitur sibi sapientia. Nomine etiam
spiritus sancti apud nos sonat infla-
tionem et rigorem seu rigidita-
tem. Unde illud Ysa. 2o quiesci-
te ab homine cuius spiritus tamen in
naribus eius. Et ideo ne de
spiritu sancto hic credatur attribuitur sibi
bonitas et misericordia. Tria autem
nomina tribus personis appropriata
tanguntur in verbis premissis. Pote-
stas cum patribus tangitur cum dicitur
potestas dei est. Bonitas spiritus
sancti tangitur cum subditur

Et tibi dicit unica sapiencia
filii cui dicitur quia tu reddes v-
nicuique iuxta opera sua / filio
cui datum est iudicium Joh. quinto
Omne iudicium dedit filio Judex
autem indiget sapiencia ad examinandum
et diffiniendum et ideo per hoc
quod dicitur quia tu reddes unicuique
iuxta opera sua filii persona et
eius sapiencia intelligitur Ista tria
appropriata scilicet potencia sapiencia et
bonitas sicut dicitur ipsi tria philosophi
cognoverunt et ostenderunt Augustinus
in libro de civitate dei dicens
platonici unum deum et verum auc-
torem et veritatis illustratorem
et beatitudinis largitorem esse
dixerunt Item gentes platonici
deo cognito cognoverunt ubi esset
causa constituende universitatis et
lux percipiende veritatis et fons
bibende felicitatis Primo ergo pater
potencia patris Omnium dicitur potestas dei
est Ipse enim est omnipotens quia
potest omnia que vult psalmus Omnia
quecumque voluit dominus fecit Augustinus
Eius posse est a se fieri velle
dicit tamen idem Augustinus preterea quedam
deus non potest ut ea que repugnant
sue sapiencie bonitati et potencie
Sue sapiencie ut posse decipi oblivi-
sci et ignorare Ista enim potius
impotencia improbat et sue sapiencie
repugnat Deus enim non potest
decipi Job 13 Numquid decipietur
ut homo vestris fraudu-
lentiis ymo sicut dicitur Job 12
Ipse novit et decipientem et
eum qui decipitur Sicut tamen deus
aliquando se dimittit decipi

sicut in vendicione commuta-
cione et divisione Deus enim
vendendo regnum celorum dimittit
se decipi infra dimidium iusti
precii Augustinus in sermone primitus agite
esse quam primum precium appropinqua-
vit enim regnum celorum esse quam
precio suo meretur dimittit
etiam se decipi in commutacione
Commutat enim nobiscum aurum
sue gracie in lutum nostre culpe
celum sue glorie in terram nostre
temporalis [illegible] ad eternum gaudiorum
in semina lacrimas Item acci-
pit nostra peccata et ea destruit
Ysaie 44 Delevi ut nubem
iniquitatem tuam accipit nostras
elemosinas et eas celum red-
dit Augustinus in sermone Thezaurizate vobis
thezauros in celo ubi nec eru-
go nec tinea / accipit nostras lac-
rimas et eas [illegible] se ponit
psalmus posuisti lacrimas meas
in conspectu tuo pro hiis autem dat
vobis aurum gracie et celum glorie
pro [illegible] et [illegible] dabit
deus et eternum leticie infinite
pro [illegible] [illegible] et flebat
Dimittit etiam se decipi in di-
visione Deus et nos habemus
communem agrum scilicet corpus nostrum
quod deus colit viciis extirpando
et honestos mores plantando
nos autem colimus [illegible] Augustinus in ser-
mone dei [illegible] cultores [illegible]
dei agricultura estis dei edificacio
estis deus in dividendo hanc
[illegible] sibi partem fecit [illegible] agri
aptam fructificacioni scilicet iuven-
tutem virentem deo autem dat
partem sterilem scilicet senectutem

et comedendus accipit ad potest
unde Bern(ardus) aliam translationem dicit
Gen. iiij^o ironice si recte afferas
et non si recte dividas peccasti
Talis enim recte affert quando
suam senectutem deo affert sed
non recte dividit quia viliorem
etatem dat deo nobiliorem
dyabolo. Item pro eo deus ob-
liviscitur et in memoria ea que spec-
tant ad nostram salvationem. Contra
aut oblivisceretur nisi deus
Ysaie xlix^o Numquid potest oblivi-
sci mulier infantem suum et
non misereatur filie uteri sui
Et si illa oblita fuerit ego tamen
non obliviscar. In inimicis tamen
malis obliviscitur deus. Igitur
inimicos spirituales recordetur inimi-
ciarum oblivisci. Contra quod de
nobis dicit sapiens commemoratio
beneficiorum labilis iniuriarum
tenax. Item pro eo etiam aliquid
ignorare. Leo papa Ista est scien-
tia summi iudicis ipse tre-
mendus aspectus quia omni est
omne solidum et apertum omne
secretum cui obscura clarent
muta respondent silentium
confitetur et sine voce mens lo-
quitur. Item pro eo deus ea
que repugnant sue bonitati
et iustitie ut salvandos damp-
nare peccatorem penitentem
ad veniam nolle recipere. Gratiam
in vita auferre repugnaret
namque sue bonitati dampna-
re salvandos et predestinatum
qui bonitatis tante est quod cum
dolore dampnat prescitum
Crisostomus super M[illegible] Deus in vita
et cum magno dolore compellit

peccatores dampnare. Non cum sic
dolet quod ipse ~~a deo~~ ab eis offendatur
sed quia violenter cogitur aliquem
perdere qui ante tantum cupit salvare.
Repugnaret etiam sue bonitati si
peccatorem penitentem ad veniam
non reciperet. Crisostomus ibidem Deo dicit
aliquis Cum in potestate habeat
deus perdere et salvare quare eum
invitum compellit condempnare si non
vult. Tu qui non desideras veniam
dei tamen qui desideranti veniam
denegat crudelis est si qui non
desideranti veniam prestat iniustus
est. Repugnaret etiam sue bonitati
si alicui in vita gratiam violenter
auferret. Item sicut dicit Anselmus
Cum deus velit quod omnia servant
rectitudinem voluntatum si ab ipsa
invita eam alicui auferret vellet
eam nolle quod vult eam velle. Item
potest ea que repugnant sue po-
tentie sicut posse infirmari posse
mori posse vinci. Ista enim potius
[illegible] impotentiam sicut
tamen quedam qui deum vincunt
licet omnipotens sit. Primum est pie-
tatis viscera. Jere. xxxi Filius
honorabilis michi Effraym si puer
delicatus quod ex quo locutus est
sum de eo adhuc recordabor
eius. Idcirco conturbata sunt
viscera mea super eum miserans
miserebor eius. Osee xi Conver-
sum est in me cor meum pariter
conturbata est penitudo mea
non faciam furorem meum. Augustinus
Sed quid crudelius videtur deo pec-
catori veniam tradere quam
ipsi peccatori accipere. Sed cum festinat
absolutus reum a tormento confite-

[illegible]

sue quasi plus curat de ipsius
compassio miseri quam ipsius mi-
seria passio sui. Jn hac autem
quod deus a sua misericordia pie-
tate se vinci permittit cum deum
se esse ostendit. Unde refert
Eusebius Constantinum impe-
ratorem dixisse. Bene omnium
adversariorum potentiam esse victores
si a sole pietate vincamur
dominum cum deum se esse perdidit
qui sum se pietatis monstrat.
Tertium est oratio lacrimosa quod signatum
est Gen. xxxii. Ubi dicitur
quod cum iacob cum angelo qui
dei personam gerebat luctaretur
angelus dixit ei. Si contra
deum fortis fuisti quanto magis
contra homines prevalebis. Sunt
aut fortis contra deum per lacrimas
quas fudit ut dicitur Osee xii.
dicitur de iacob invaluit ad an-
gelum et confortatus flevit et
rogavit eum. Hoc etiam signatum
est iiii Reg. xx. Ubi cum eze-
chias flevisset statim deus vic-
tus est et dixit. Audivi ora-
tionem tuam et vidi lacrimam
tuam etc. Bernardus. O humilis la-
crima tuum est regnum tua cum
potencia ante conspectum iudicis
intrare non verecunda sola si intra-
veris vacua sola redibis quic-
quid petieris optinebis vincis
invincibilem et ligas omnipo-
tentem. Quartum est caritas
affectuosa ipsa enim tante fuit
potencie quod deum de celo ad
terram deposuit. Bernardus. O cari-
tas quam magnas vires habes

deum de celo ad terram deposui-
sti. Tante fuit potencie quod
ipsum in patibulo crucis ascen-
dere coegit. Luce xii. Baptismo
habeo baptizari et quomodo coartor
usque dum perficiatur. Cum autem
ipse omnipotens esset nullus
eum ad paciendum potuit coartare
nisi infinita caritas qua nos
diligebat. Tante fuit potencie
quod ipsum ad infernum traxit. Zach.
ix. Tu quoque in sanguine testa-
menti tui eduxisti vinctos de
lacu ubi non erat aqua. Testa-
mentum cristi quod nobis reliquit
fuit caritas. Cuius ipse sanguis
fuit sanguis testamenti i.
sanguis amoris. Quintum est
constancia virtuosa. Cum enim quis sibi
et voluntati sue violenciam
infert ipsi deum superant et
vincunt. Matth. xi. Regnum celo-
rum vim patitur et violenti
patitur rapiunt illud. Quintum
est humilitas graciosa. Quod sig-
natum est iii Reg. xxi. Cum
enim deus minatus fuisset penam
achab regi et ille coram deo
se humiliasset. x. mox deus
victus dixit helye. Nonne
vidisti achab humiliatum coram
me. Quia igitur humiliatus est mei
causa fuit non inducam malum
in diebus eius. Hoc etiam patet
in ninivitis quibus cum deus
penam minatus fuisset et
illi humiliter egissent statim
deus victus et conversus est. Unde
dicitur Jone iii. Vidit deus
opera eorum quia conversi sunt a
via sua mala et misertus
est super maliciam quam locutus.

G

fuat cit / Secutu est veritas
virtuosa in Alphino. ii° Irroga-
re semetipm no potest glo
Ambrosia veritas est q falle si
dicta sua no implet Ideo licet
libro alimas probare no esse
omnipotentem sicut refert
dyonisius de divinis noibus
dicebat enim si omnipotens est
est deus aliquid no posse a
vero theologo inspirat enim
beato paulo qui dixit non
posse negare seipm Respondet
aut dyonisius ad hoc dicens
Et enim sui ipius casus est a
veritate / veritas et enim aut ex-
istens est a veritate autem
casus ab existente est casus
Ab existente aute cadere no
pt deus de ipius aut veritatis
virtute et ptate habet iii Esdre
iiii° ubi dicit vinus dixit
forte est vinu plus fortior
est rex fortius fortiores sunt
mulieres Super oia aut vincit
veritas vincit igitur veritas vinu
scz spm sctm de quo dicitur
in ps vinu letificat cor
hominis / vincit regem i. ptrez
de quo dicitur in ps rex ma-
gnus sup omnes deos / vincit
mulierem i. filiu dmni cu sa-
piencia que filius est muli-
er appellatur vn sup illud luce
xv° Que mulier hns drag-
mas decem dicit Glo mulier
i. dei sapiencia decem drag-
mas habuit id homines et an-
gelos ad ymagine sua creat
sed una pdidit cu homo a si-
militudine creatoris recessit p
pctm Sed dei sapia lucernam

accendit tu in carne apparuit
quia lucerna luce est integra Sed
ponitur bonitas que attribuitur
spui scto tu dicitur Et tibi dne
mia / de hac aut bonitate que
spui scto attribuitur sic dicit damas
in libro iiii° Bonus et omis
bonus et superbonus deus totus
ens bonitas propter supabunda-
tes divitias eius bonitatis
no sustinuit esse solu qd bonu
scz sui ipius a nullo participatur
quinimo ei gra fecit primo intel-
lectuales et celestes virtutes de-
inde quibus vult dicitur q deus hic
bonitatem propriam i. a nullo
acceptam Unde notatur id dicitur
bonus propter hic dicitur luce xviii°
nemo bonus scz a seipso nisi
solus deus Ideo ergo Omnis honor
detur illi et attribuatur ei hanc
aut quantum ad hoc no est bonus
quia nil boni hab a seipso
i Cor iiii° Quid hes quod
no accepisti vel nil Omnia
nec bonitatem cogitationis ii
Cor iii° Non q sufficientes
simus cogitare aliquid a nob
quasi a nob nec bonitatem
locucionis Mt x° Non enim
vos estis qui loquimini sed spus
pris vestri qui loquitur in vob
nec bonitatem operacionis ysa
xxvi° Omnia enim opa nostra operatus
es in nobis dne et Joh xv°
Sine me nil potestis facere Ideo
habet bonitatem comunicativam
q notatur id dicitur omnis bonus
Mat v° Solem suum oriri mit-
tit sup bonos et malos q tn
no tm intelligi litteralit sed etc

spualiter. Sicut enim in sole sit splen-
dor et calor sup malos oriri
lucem racionis discernentis sup
bonos facit oriri facit lucem
diuine sapie et calorem pficientis
et pficientis gre sic ipsa om-
nimodam bonitatem dicit' in ps°
Non est qui se abscondat a calore
eius vere non est qui se abscondat
Gratia neqz in celo cum ibi sit mia
saluans ptinge Domine in celo
sedes tua / mia tua / nec in medio
cum ibi sit mia longanimitatis
seu longanimiter expectans ut
ysa° xxx° Expectat dns ut mi-
sereatur uri nec in purgatorio
cum ibi sit mia liberans Eccli
lj° Liberasti me a pdicione sca-
me etc. nec in inferno cum ibi
sit mia mitigans quia ibi pu-
niunt' citra condignum pbus Nunquid
obliuiscetur misereri deus etc. Tercio
est bonitate immensam quod no-
tatur cum dicit' sup bonitatem / Tam
immensam bonitatem scz quod nil
mali facit sed de malis bona
elicit Augus in li° de ciuitate
dei Tam quippe est omnipotens
bonitas dei ut etiam de malis
possit facere bona siue ignoscen-
do siue sanando siue ad uti-
litatem piorum coaptando atqz
vertendo siue etiam iustissime vin-
dicando quid igitur melius
quid omnipotentius eo qui cum
mali nil faciat bona etiam
de malis facit Hec Augustinus
Quinto igitur est magnus [illegible]
est bonus sed est magnus in
infinitum Eccli xviii° Secundum

magnitudinem sit et mia eius
seu ipsius cum ipsa est que cum
ipse sit eternus carens prinpio
et fine et immensus ideo habet
bonitatem eternam ppetuam
et immensam Eternam quia
eius bonitas que in tempore non
incepit sed ab eterno fuit ps.
Confitemini dno quoniam bonus
quoniam in seculum mia eius / habet
bonitatem ppetuam et quia
nunc finem accepit ps. Aut
in finem miam suam abscindet
etc. habet bonitatem et miam
immensam quia in multitudine
ipsam supercedit ps. Secundum multi-
tudinem miseracionum tuarum
dele iniquitatem meam Eccli
li Liberasti me secundum multitudinem
mie nominis tui etc. Ideo que
eius mia sit est eterna ppetua
et immensa dicit' Sape vii°
Infinitus enim thesaurus est
hominibus quo qui usi sunt
participes facti sunt amicicie
dei mia autem hominis vero
modica et cito finit Osee
vi° mia vestra quasi nubes
matutina et quasi ros mane
pertransiens Modica eciam habetur
Eccli xviii° Miseracio hominis
circa proximum suum / mia autem
dei sup omnem carnem
Quarto habet bonitatem essencialem
quod notatur cum dicit' Totus eius
bonitas Unde cum idem est
esse quod bonum esse Non in angelo
etiam ut in homine non est
bonitas essencialis sed acci-
dentalis quod patet quia etc.

angeli ipsum perdiderunt Job
iiij° In angelis suis reperit
pravitatem Et homines tamen
cotidie perdere possunt Augustinus
in libro confessionum Nemo
securus debet esse in ista vita
que tota temptacio nominatur
utrum qui fieri potuit ex dete-
ri melior non fiat ex deteriori
melior quia igitur misereri
et parcere est deo naturale Et quia
homo illud est sibi contra naturam
invite et tarde et tenuiter
agit ideo deus ad opera nostra val-
de est voluntarius promptus et
copiosus ad opera iusticie est
tardus invitus et parcus Secun-
do habet secum participacionem quod
notatur cum dicitur Bonum Sustinuit
solus qui bonum suum scilicet suum ipsius
a nullo participatur Sic participa-
vit cum creaturis suis bonitatibus
quia aliis dedit esse aliis vivere
aliis sentire aliis intelligere Sic
et homo debet aliis participare
aliis suum esse in subsidiis su-
um vivere in exemplis suum
sentire in sermonibus suum intel-
ligere in consiliis Participant eciam
deus bonum essencie gracie et
glorie Sic et homo debet parti-
cipare alia temporalia in subveni-
endo spiritualia mortificando ecclesia
in desiderando Possumus igitur
dicere quod sancti vel sunt boni non
bonitate sua sed bonitate a deo
recepta Sed tamen non omnino boni
id est ex omni parte boni propter corrup-
cionem corporis quam paciuntur et labo-
rem ad quem sunt defectus Ange-
li autem sunt boni et omnino boni

quia cum sint corpori liberi et in
gloria confirmati nullorum possunt
esse defectus sed sunt ex omni
parte boni scilicet in intelligencia
quia sunt eterno speculo illustrati
et in affectiva quia sunt fonte
divini amoris immersi et in opera-
tiva quia sunt dei ministri assidui
et devoti Homo autem sepe de-
fectivus est in intelligencia quia
est sepe erronea et in affectiva
quia est sepe immunda et in opera-
tiva quia est sepe tepida et
remissa Licet autem angeli sint
boni et omnino boni non tamen sunt
superboni quia superbonitatem
angelicam est bonitas divina
in cuius respectu divine bonitatis humana
na bonitas reputatur feda et
iniusta per insolentiam quasi per immundam
inconstanciam universe iusticie nostre
Ecia respectu divine puritatis ange-
lica puritas reputatur immunda
Joh. xxv° Celi id est angeli non
sunt mundi in conspectu eius Bo-
nitatem autem ipsi angeli sua bonitate
quia non est eis bonitas sua
essencialis sed accidentalis pos-
set enim angelus desinere esse bonus
et tamen remaneret angelus sicut
patet in malis angelis Bonitas
autem a deo est deo essencialis
quia sicut non potest desinere deus
sic non potest desinere esse deus bonus
Sicut enim non esset ignis si haberet
frigiditatem sic etiam non esset
deus si perderet bonitatem duplex
enim est ignis qui habet infrigidare
necnon boni non bona producere

Tercio ponit sapiens que attribu-
itur filio cum dicitur Omnia tu red-
des unicuique iuxta opera sua red-
des sine munerum corruptione uni-
cuique sine personarum acceptione
iuxta opera sua sine precii diudere/
Est enim iudex sapientissimus
et non nouit quid quantum et quali-
cuique debeatur et tamen licet sit a deo
sapiens tamen sepe a nobis decipi se
permittit Ille quidem dicitur deceptus
qui aut rem preciosam vili precio
vendit aut rem vilem caro pre-
cio comparat hoc modo deus sepe
decipi se permittit Iam rem
preciosam i. regnum celorum vendit
precio vili vendidit ipsum primo
Apostolis pro nauicula sua et reti-
bus Mathei xix Ecce nos reli-
quimus omnia et secuti sumus
quid ergo erit nobis etc Gregorius
Sancti negociatores preciosam
angelorum vitam rethibus
et naui mercati sunt Quidam
dedit pro dimidio rerum suarum sicut
Zacheo de quo dicitur Luce xix Ecce
dimidium bonorum meorum do pau-
peribus etc Quibusdam dat
pro modica rerum sue parte de
quibus dicitur Luce xi Veruntamen
quod super est date elemosinam
Ecce omnia munda sunt vobis
Quibusdam dat pro duobus mi-
nutis sicut vidue de qua dicitur
Luce xxi Vidit quandam vi-
duam pauperculam mittentem
era duo minuta etc Quibus-
dam dat pro calice aque frigi-
de Mathei x Quicumque potum

dedit uni ex minimis istis
calicem aque frigide tantum
dico vobis non perdet mercedem
suam ubi dicit Glosa Pro dono
ad precium affectum dantis magis
respicit quantum ad quantitatem
rei date Quibusdam dat
pro sola voluntate Iedunus Que
offeruntur non sui pondere sed
offerentium voluntate pensantur
Prouerbiorum xxi Appendit corda
dominus Glosa Regnum celorum
tantum valet quantum habes michil
melius cum emitur nihil carius
cum possidetur/ Secundo permittit se
decipi vilia caro precio comparando
Iam corpus nostrum emit
precio sui sanguinis ideo in
corpore nostro ipsum per bonam
vitam semper portare debemus
I Corinthiorum vi Empti estis precio
magno ideo glorificate et
portate deum in corpore vestro
Tercio animam emit precio anime
sue I Iohannis iii Ille pro nobis
animam suam posuit et nos de-
bemus pro fratribus nostris animas no-
stras ponere Tercio talia ad cen-
tuplum emit Mathei xix Omnis
qui relinquit domum aut fra-
tres centuplum accipiet/ Pe-
nitenciam nostram emit pro
regno celorum Ideo dicit Mathei
iiii Penitenciam agite appropinquabit
vobis regnum celorum etc

Sequitur de sancto Barna-
ba Sermo primus etc

Ioseph qui cognominatus
est Barnabas ab apostolis
quod est interpretatum filius consolacionis

levites cyprius genere cum haberet
agrum vendidit illum et attulit
precium et posuit ante pedes
apostolorum. Actuum quarto. Secundo desideratur
hic liberalitas que adiectionem
requirit. Cum lux cum perfecte
divisus quam in se debet
habere ipse namque debet confiteri
in gratia sperare de venia satis-
facere / de offensa dolere de cul-
pa et de tempore terrena. Ista
quam notatur de deo in verbis
premissis. Primo quidem proficit in
gratia quod notatur in eo quod dicitur
Joseph qui interpretatur augmentum
ipse cum semper de virtute in
virtutem ibat iuxta illud psalmi
ibunt de virtute in virtutem.
Illi autem qui adderi contendunt
semper in gratia et cognitione
domini nostri ihesu christi proficere
debent. Secunda petri ultimo Crescite
in gratia et cognitione domini
nostri ihesu christi salvatoris. Genesis i /
Crescite et multiplicamini
et replete terram et subiicite
eam et dominamini piscibus
maris et volatilibus celi
et universis animantibus que mo-
ventur super terram. Sunt plures
qui gratiam dei recipiunt sed
in ipsa postea non proficiunt et ideo
dicitur Crescite. quos monet
apostolus dicens Secunda Corinthiorum sexto Vi-
dete ne in vacuum gratiam
recipiatis. Ille in vacuum gratiam
dei recipit qui in ea non pro-
ficit. Alii vero sunt qui conten-
ti unam gratiam tantum et unam
virtutem habere in ea proficere

Sed aliam gratiam et virtutes in
se non multiplicant ideo dicitur
et multiplicamini. primus (?). Multi-
plicabis in anima mea virtutem.
Alii sunt qui multas virtutes
et gratias receperunt et multa
bona proposita in se receperunt
et tamen opera virtutis in se non
habent. Et ideo subditur Et
replete terram. parum (?) cum pro-
desset crescere in gratia et multi-
plicari in virtutibus nisi anima
repleatur in bonis operibus. Sic
parum prodesset quod arbores in
orto crescerent et multiplicarentur
nisi pomis in bonis fruc-
tibus repleantur. Unde dicitur
comprimit (?) filius iste Levitici xxvi
Terra gignet germen suum
et pomis arbores replebuntur.
Sed quicumque vult virtutes in
anima servare debet mala compescere.
Et ideo subditur Subiicite terram
et dominamini piscibus maris et
volatilibus celi et universis
animantibus que moventur super
terram. Deus posuit in anima
rationis sursum et terram sen-
sualitatis deorsum iuxta illud
psalmi cxiii (?) Celum sursum
et terra deorsum. Ideo dicitur Subi-
cite terram id est sensualitatem
ut stet inferius. Sensualitas autem
licet terra sensualitatis sit subi-
cienda dominari tamen dicitur
dominamini piscibus maris. Pisces
natantes in aquis sunt ho-
mines affluentes deliciis et
cum ipse delicie sint aque maris

mo illud Cant. iiij° Favus
distillans labia [illegible] tercius no-
uissima aut illud cant. quasi
absinthium debemus duas uo-
lucres superbie. ideo dicitur vola-
tilibus celi. Superbi cum in celo
ascendere voluit dicens super cetera
elevari appetunt. Superbia cum non
in merito volatile celi appellatur
pt quia quantum ad originem
est uel celestis quia orta primo
fuit in celo et in paradiso de-
bemus et evitare tercie avarice
Et ideo dicitur universis animantibus
Comeditur quidam in terra qui ter-
rena appetunt ad necessitatem
de quibus dicitur Ecc. vij° Omni
viventi hoc mundo comedit iusti-
ciam qui pauperis terrena concupis-
cunt qui iam se mortuos repu-
tant et sepultos. Talis erat
apostolus qui dicebat Gal. vj°
michi mundus crucifixus est
et ego mundo. Comeditur super-
terram qui terrena appetunt ad
voluptatem. Talis erat ille qui
dicebat Luc. xij° Anima habes
multa bona reposita in an-
nos plurimos requiesce come-
de bibe et epulare. Ergo spe-
rauit de venia et ideo dicitur
filius consolationis magna cum
consolatio est peccatori quando spe-
rat de nomine salvatoris. Psalmus
Memor esto verbi tui servo tuo
in quo michi spem dedisti
Et Hec talis cum spe et consolatione

aut letificat et ideo sub-
ditur Hec me consolata est in
humilitate mea a morte
culpe vivificat. Et ideo dicit
Eloquium tuum vivificavit me
peccatores aut et obstinati
inde peiores efficiuntur. Et
ideo subdit Superbi inique
agebant usquequaque tam
quo deum nimium sentiunt eo
securius in peccatis consistunt. De
hac spe consolationis dicitur Heb.
sexto Confugimus ad tene-
dam propositam nobis spem
quam sicut anchoram habemus
tutam anime ac firmam et
incedentem usque ad interiora
velaminis. Ista cum spes animam
tenet ne in desperationem cadat
Et ideo dicit tutam anime ac
firmam animam facit ut cele-
stia concupiscat et ideo dicit
incedentem usque ad interiora
velaminis. Tertio satisfecit deo
de offensa. Ideo dicitur levites
Ipsi cum levite erat divinis
officiis mancipati. Beatus igitur
Barnabas fuit levites quia
si aliquando mancipavit se
mundo postmodum totaliter dedi-
cavit se deo. De levite dicitur
per legem Deut. xxxiij ponet thy-
x miamata in furore tuo et olo-
caustum super altare tuum. Benedic
domine fortitudini eius et opera
manuum eius suscipe. Qua-
tuor enim sunt species satisfactionis
satisfecit enim deo per orationes devotas

ad placandum iudicem suum
et ideo dicit ponent thimiama
in furore tuo gratus fit per ie-
iuniorum abstinentias quando
scilicet homo de corpore suo hostiam
et holocaustum facit tercio tercius
mortificacionem et viciorum contri-
cionem et ideo dicit et holocau-
stum super altare tuum gratus fit
deo per fortes tribulationum
oppressiones et ideo dicit bene-
dic domine fortitudini eius gra-
tus fit deo per largitatem ele-
mosinarum largitiones et ideo
dicit et opera manuum eius su-
scipe / Tercio doluit de culpa
quod notatur in eo quod dicitur ciprus
gemens ciprius nichil prestat nemus
de quo nectar dicitur Job in mo-
erore meo deambulabam sine fu-
rore consurgens in turba clama-
bam iste enim dolor de peccato
debet esse magnus et ideo dicitur
merens trenorum trenorum 1o
multi enim gemitus mei et cor
meum merens istum dolorem ma-
gnum habebat augustinus qui dicebat
in libro meditationum da michi
domine in hoc exilio panem do-
loris et lacrimarum quem esurio
super omnem copiam deliciarum
Bernardus Cum sine tribulatione sit
me vivere permittis a tua pietate
me repellis / debet esse continuus
et ideo dicit incedebam iste
enim dolor non debet finiri sed
semper debet crescere et augmentari
unde dicebat augustinus in libro me-
ditationum crescat pena amara

tonibus etatis mee et continuus
dolor insaciabilis tractor vite mee
debet etiam esse dolor iste letus
et spontaneus et ideo dicit
sine furore consurgens augustinus
hec semper doleat et dolore gaudeat
debet etiam esse universalis atque
perfectus et ideo subdit in turba
clamabam / debet etiam quilibet
clamare alto clamore cordis
non tantum contra unum peccatum sed etiam
contra turbam omnium peccatorum Exemplo
trenna contempsit quod notatur
cum dicitur cum esset agrum vendi-
dit agrum illud et attulit precium
et posuit ante pedes apostolorum
Item etiam si ad deum perfecte conti
volumus terrena contempnere de-
bemus iuxta illud quod dixit dominus
ad abraham genesis egredere
de terra et de cognacione tua
et de domo patris tui et veni
in terram quam monstrabo tibi fa-
ciamque te in gentem magnam
Exquibus verbis ostenditur quod
religiosi non debent se non
debent terre mordinatio adhe-
rere et parere et ideo dixit egre-
dere de terra tua terram sicut dicit
Jeronimus monachus in sua patria
perfectus esse non potest et secundum eius
locus aliquis est causa mutationis
animi locus per se non sancti-
ficat hominem nec etiam locus
celi sicut in lucifero nec locus
paradisi sicut patet in adam nec
locus religionis sicut patet in
loth qui in sodoma fuit bonus
et in monte peccavit et ideo

nil valet locutus nisi assit ami-
Secundo debent habere inordinatum a-
morem cognacionis et ideo dicit
de cognacione tua Multi enim
religiosi qui magis diligunt con-
iunctos carnales quam spirituales Eze-
chielis xvi^o In die ortus tui non est
precisus umbilicus / In umbilico
quo fetus matris adheret intelli-
gitur amor carnalis qui eciam in
multis religiosis non preciditur
qui spiritualiter renascuntur non debent
habere inordinatum amorem dome-
sticorum suorum parentum Et ideo dicit
de domo patris tui Causa sicut
dicitur Mathei x^o Inimici hominis dome-
stici eius Ieronimus Quanti mona-
chorum dum patris matrisque miser-
rentur suas animas perdiderunt Nec
debent habere inordinatum amorem
singularem sui ipsius Et ideo dicit
Et faciam te in gentem magnam
Amor enim proprius non extendit se
ad alios sed in claudit intra se
ipsum / debent autem habere amorem spiritua-
lem et divinum Et ideo dicit
Et veni per amorem scilicet
in terram celestem quam monstrabo
tibi scilicet per vitam contemplativam

Sermo secundus de eodem

Miserunt Barnabam usque
Antiochiam et hortabatur
omnes in proposito cordis perma-
nere in domino quia erat vir
bonus plenus spiritu sancto et
fide Actuum xi^o Ex ipsis verbis
ostenditur quod ipse fuit dulcis in
sermone strenuus in operacione
amabilis in conversacione sanctus
in gratiis plenitudine et purus
in affeccione fuit quidem dulcis
in sermone Et ideo dicitur horta-
batur omnes in proposito cordis
permanere in domino predicator quidem
debet habere suavem eloquentiam
ut ad amorem dei possit al-
licere Unde de sponsa Canticorum quarto
Favus distillans labia tua sponsa
In favo est mel quod est dulce et
cera quod est pabulum luminis
per quod ostenditur quod eloquencia
debet esse composita et ordinata
Et tunc est sicut mel dulce Proverbiorum
xvi^o Favus mellis verba compo-
sita / debent eciam esse lucida et
aperta et tunc est sicut cera que
illuminat Proverbiorum xviii^o Sapiens in
verbis producit se ipsum debet eciam
esse discreta et tunc est distillacio
Non enim doctor debet eadem modo
proferre sed parva submissis
verbis humilia modo simili moderata
vero temperate grandia non summo ser-
mone proferre Augustinus in libro
de doctrina christiana Is erit elo-
quens qui potest parva submisse
modica temperate magna granditer
dicere Secundo fuit strenuus in opera-
tione in eo quod dicitur vir non
enim fuit mollis vel remissus
sed virilis et strenuus Causa
sicut dicitur Proverbiorum xviii^o Qui mol-
lis et dissolutus est in opere suo
frater est sua opera dissipantis Differencia
est autem inter ista tria que ponit
Salomon scilicet inter mollem dissolutum
et dissipatum Mollis enim est quod
cedit omni duro / dissolutum est quod
nullo vinculo colligatur / dissipatum
est quod nullo remedio reparatur
Isti ergo sunt molles qui statim
cedunt omni temptacioni et ad-
versitati / de quibus dicitur Mathei
xiii^o Orta autem tribulacione
propter verbum continuo scandalizatur

Illi sunt dissoluti qui non sunt
colligati nec vinculo amoris
nec vinculo timoris Contra
quos dicitur Ecclesiastici ii° Ve disso-
lutis corde et labiis scelestis
et manibus mala facientibus et
peccatori terram ingredienti duabus
viis / Illi sunt dissipati qui per
malam consuetudinem peccandi vix
aut numquam possunt ad penitenciam
revocari penitus dissipati sunt
nec compuncti Ebreorum vi° Impos-
sibile est enim eos qui semel
sunt illuminati et gustaverunt etiam
donum celeste et prolapsi sunt
rursus ad penitenciam / Tertio
fuit amabilis in conversatione
quod notatur per hoc quod dicit Salomon
Proverbiorum xviii° Vir amicabilis
ad societatem magis amicus
quam frater / Istam amicabilem
societatem habebat apostolus qui
dicebat ii^a Cor i° In simplici-
tate et sinceritate dei non in
sapientia carnali sed in gratia dei
conversati sumus in hoc mundo
Ad hoc enim quod sit amicabilis soci-
etas inter aliquos quatuor requi-
runtur quod habeat sanam et inno-
centem conversationem Et ideo dicit
In simplicitate quod non querat
propriam voluntatem sed communem
Et ideo dicitur non in sapientia carna-
li Sapientia enim carnalis est qua
homo sibi ipsi sapiens est Item
requiritur quod ista omnia a dei
gratia se habere recognoscat Et ideo
subditur sed in gratia dei / Quarto
fuit sanctus ex gratie plenitudine
quod notatur cum dicitur plenus spiritu
sancto / fuit enim plenus quantum

[illegible] fuit possibile illa Christi
plenitudine de qua dicitur Johannis i°
plenum gratia et veritate Sunt enim
quidam pleni gratia quantum ad suam
sanctificationem et illa sapientia
quantum ad aliorum instructionem
et hoc perfectum est Quidam
sunt vacui neutrum habent
et hoc damnabile est / Alii
sunt semipleni et horum quidam
habent gratiam sed non veritatem scilicet
habent sanctam vitam et nullam
doctrinam et hoc parvum est Quidam
habent doctrinam sed non vitam
et hoc vanum est / Quinto fuit
purus in affectione quod notatur
in eo quod dicitur quod erat plenus
fide / fides enim est purificativa
Sicut dicitur Act xv° fide puri-
ficans corda eorum / habet enim
purificare intellectum ab omni
errore quia secundum Augustinum fides
est illuminatio mentis qua prima
cognoscit veritatem / Et purifi-
care affectum a terreno amore quia
sicut dicit Augustinus qui veram
fidem habent de deo non ponunt
in rebus mundanis divitiis [illegible] /
habent purificare operativam ab
omni negligentia et torpore /
Sancti enim ut in fide sunt fortes
in tolerando Ebreorum xi° Sancti
per fidem vicerunt regna for-
tes in operando Unde sequitur
operati sunt iusticiam fortes acqui-
rendo Unde subdit adepti
sunt repromissiones etc.

Sermo tercius de eodem

Segregate michi Barnabam
et Paulum in opus ad quod
assumpsi eos Act xiii° Duo

sunt necessaria prelato et predicatori
scilicet sana doctrina et bona vita
ideo non dixit spiritus sanctus in of-
ficium quo assumpsi sed in opus
quia ipsa predicatio despicitur nisi
operibus comprobetur. Requisitis duo-
bus beatus Barnabas commendatur
scilicet a perfectione doctrine et vite
Fuit autem doctrina sive predicatio
eius perfecta quando fuit quadruplicem continen-
tias auctoritatem veritatem
fidelitatem constantiam et effi-
caciam. Talis fuit doctrina
beati Barnabe. Fuit primo ma-
gne auctoritatis non enim misit
se ipsum ad predicandum sed potius
missus est a spiritu sancto Actuum
xiii°. Dixit spiritus sanctus
segregate michi Barnabam
et paulum. Missus fuit ab ipso
discipulorum collegio. Unde sub-
ditur Tunc ieiunantes et ora-
rantes imponentesque eis manus
dimiserunt illos. Missus fuit
a toto ecclesie universali concilio
sicut patet Actuum xv° ubi iaco-
bus ierosolimitanus episcopus con-
cilium tenuit et inde epistolam
scripsit dicens placuit nobis
collectis in unum eligere viros
et mittere ad vos cum carissi-
mis nostris Barnaba et Pau-
lo. Magna fuit eius predicatio
qui missus a spiritu sancto a
discipulorum collegio ab univer-
sali concilio. Ebreorum v° Nemo
quisquam sumat sibi honorem
sed qui vocatur a deo tanquam
Aaron. Secunda eius predicatio fuit

multe veritatis veram sicut dicitur
Actuum xv. Cum quidam a iude-
is quasi ad fidem debent circum-
ciderent Quod non sufficiebat
fides sine lege moysi paulus
et barnabas viriliter resisterunt
veritatem ewangelicam predican-
tes contra illud errorem litteras
ab apostolis impetrantes. Predica-
tor enim est veritatem dicere. Unde
dicitur Exodi xxviii° Pones in
rationali et iudicium et veritatem
que erit in pectore Aaron quando
ingredietur coram domino et ge-
stabit iudicium filiorum israel in
pectore suo in conspectu domini
semper. Ex quibus verbis colligitur
quod ipsa predicatio debet esse discre-
ta cum dicitur Pones in rationali
id est in ipsa predicatione que debet esse
predicata ratione et discretione debet
etiam ipsa predicatio esse ordinata
ut scilicet ipse predicator a seipso in-
cipiat iudicando et corrigendo
seipsum. I Cor. xi. Si nos met-
ipsos iudicaremus non utique a
domino iudicaremur. Et ideo dicitur
quod in hoc rationali debet poni
iudicium debet etiam esse concinna-
ta et premeditata. Et ideo dicitur
quod debet esse in pectore Aaron
debet etiam esse pura. Et ideo dicitur
quod sacerdos debet gestare ipsa co-
ram deo semper. Tertio eius pre-
dicatio fuit multe fidelitatis
veram sicut dicitur Actuum xiiii°. Cum
paulus et barnabas listram
venissent et quendam claudum
illic sanassent viri illi dixerunt
dii similes facti hominibus descen-
derunt ad nos et vocabant

Barnabam Jouem qui erat pre-
torum paulum vero mercurium
qui erat dux belli et volebat
eis hostiam ymolare / Illi aut
tanquam fideles servi noluerunt
honorem domini sui sibi usur-
pare et scissis tunicis clamant
Et quid facitis et nos mortales
sumus similes vobis hominibus
Ecce quam fidelitate predicabant
qui honorem domini sui sibi
usurpare nolebant / tam fidelis
erat predicator paulus qui dice-
bat ij Cor iiij° Non enim nosmet-
ipsos predicamus ostendit quante
sua predicatio erat sinceritatis
Ille enim se metipsum predicat qui
favorem vel comodum temporale
affectat / dicendo vero se dominum
nostrum ihesum cristum predicare ostendit
quante erat fidelitatis dicendo
nos aut servos vestros / ostendit
quante erat humilitatis / Quarto eius
predicatio fuit magne constancie
tam sicut dicitur Actuum xiij° Iu-
dei hiis qui dicebantur a pau-
lo et Barnaba contradicerent
constanter paulus et barnabas
dixerunt vobis oportebat
primum loqui verbum dei sed quia re-
pellitis illud et indignos vos
iudicatis eterne vite Ecce converti-
mur ad gentes / Istam constanciam
dominus se daturum predicatoribus
promisit dicens luce xxj° Ego
dabo vobis os et sapientiam cui
non poterunt resistere et contradicere
omnes adversarij vestri / Sunt
quippe aliqui predicatores quorum
verbis potest contradici sicut aliqui
dicunt et non faciunt de quibus
Mathei xxiij° Super cathedram
moysi sederunt scribe
et pharisei et cetera que dicunt

et non faciunt / Alij sunt quorum
sapientie potest contradici quando scilicet
predicant subtilia non utilia cu-
riosa non fructuosa / Apostoli aut
acceperunt os et sapientiam quibus
nullus contradicere poterat et que
faciebant que dicebant et utilia
predicabant // De constancia predicatoris
dicitur Ezech iij° Ut adamantem
et ut silicem dedi faciem tuam
non enim debet adversitatibus frangi
nec succumbere et talis est silex
sed debet alios attrahere et talis
est sicut adamas / Quinto eius
predicatio fuit magne efficacie / Pu-
te quid efficacie eius predicatio
fuit quod illam magnam civitatem
convertit unde dicitur Actuum xj° quod
paulus et Barnabas docuerunt
turbam multam ita ut cogno-
minarentur primum antiochie
discipuli cristiani / Secundo namque
eius predicatio tam efficax erat
quia animas non res temporales que-
rebat talis erat apostolus qui
dicebat ij Cor xij° Non quero
vestra sed vos dominus non querit
res sed animas ad salvandum Luce
xv° Fili mi tu semper tuo
mecum prelatus bonus non
querit res sed fructum animarum
Philippenses iiij° Non quero
datum sed requiro fructum / dyabolus
non querit res sed animas ad per-
dendum Gen xiiij° Da michi
animas cetera tibi tolle / Malus
aut prelatus videtur esse peior
quam dyabolus quia et querit
animas cum dyabolo ad occidendum
et querit res quas non querit
dyabolus ad devorandum // Sexto
Gestus Barnabas fuit perfectus

vite sunt aut quedam signa
perfectionis scilicet mentis exultacio
divine sapiencie illustracio sensua-
litatis refrenacio miseriorum be-
nigna compassio adversitatis pro
cristo fortis perpessio Ista autem
signa perfectionis habuit beatus
Barnabas habuit enim primo mentis
exultacionem unde dicitur actuum
xjo Quod cum Barnabas ve-
nisset anthiochiam et vidisset
graciam dei gavisus est qui enim
quis gaudet de bono alterius
et tristatur de malo signum est
magne perfectionis in ipso Ro. ca
xijo Gaudete cum gaudentibus
et flete cum flentibus Et hec
causa ostendit apostolus i. Cor xij.
sub exemplo membrorum cor-
dicens et si quid patitur unum
membrum compaciuntur omnia me-
bra sive si gloriatur unum membrum
gaudent omnia membra Ex pa-
ci aut de causa unum membrum
non congaudet nec compatitur alteri membro
aut quia est precisum aut quia
est putridum aut quia est paraliticum
dispositum ubi scilicet unum consequitur
precisi sunt superbi qui precisi a
deo et hominibus quia et deo
nolunt subici nec cum hominibus
sicut pariter non gaudent de
bonis aliorum qui nollent quod a-
liqui haberent bonum nisi ipsi nec
tristantur de malo quia aliorum
deiectionem suam reputant exal-
tacionem prover. xxjo viscera ini-
piorum i. superborum crudelia pu-
tridi aut sunt invidi prover.
xiiijo Putredo ossium invidia
paralitici sunt avari qui habent
cor constrictum ex frigiditate ca-
ritatis et cor frigidum ex ha-
bundancia iniquitatis i. luxurie
rapine et aliorum viciorum Math
xxiiijo Quoniam habundabit iniquitas et
refrigescet caritas multorum Secundo
habuit divine sapiencie illustracionem unde
dicitur actuum xiijo Erant autem in
in ecclesia que erant antiochie
prophete et doctores in quibus Bar-
nabas fuit valde igitur perfectus in
divina sapiencia fuit quia propheta et
doctor esse promeruit Ista igitur
divina sapiencia non est omnium sed
tantum perfectorum Eccl. vo perfectorum
est solidus cibus eorum qui pro
consuetudine exercitatos habent sensus
ad instructionem boni et mali Ex
quibus videtur quod sapiencia divina
que solidus cibus non datur parvulis
sed perfectis nec inceptis sed
exercitatis et aspectis i. Cor.
Animalis homo non percipit que
sunt spiritus dei nec datur inpu-
dis et vanis sed maturis et
discretis de quibus dicitur i. Joh.
iiijo probate spiritus si ex deo
sunt Tercio sensualitatem sub-
iugavit ex eo quod corpus suum
ieiuniis et abstinenciis mace-
rabat unde dicitur actuum xiijo de
Barnaba et quibusdam aliis
discipulis ministrantibus autem
illis et ieiunantibus dixit spiritus
sanctus etc Et taliter corpus suum
subiugavit apostolus qui dicebat
i Cor. ix Ego igitur curro non
quasi in incertum ille enim in incer-
tum currit qui sine spe retribu-
cionis eterne ob humanum favo-
rem aliqua bona facit Sic
pugno non quasi aerem verberans
ille aerem verberat qui tamen verbis
corpus domat sed castigo corpus.

meu sed non alienum. Ille corpus
alienum castigat qui sibi leuia
et aliis grauia imponit et in ser-
uitutem redigit. Ille corpus
castigat sed in seruitute non redigit
cuius corpus semel castigatum
ad culpam pertrauit. Ille in seruitu-
tem redigit cuius corpus lasciuire
non audet sub domini timoris
correctione. Quarto fuit misericordie
benignitatem compassionis habens
sicut dicitur Actuum xi°: Et cum facta
esset fames maxima sub Clau-
dio discipuli prout se collectam
fecerunt et fratribus qui fuerunt
in Judea per manus Barna-
be et Pauli miserunt. De hac
benigna compassione ad pauperes
dicitur Galatas ii°: Jacobus Johannes
et Cephas et qui videbantur
columpne esse dextras dederunt
michi et Barnabe societatis
ut nos in gentes. Ipsi autem
in circumcisione tamen ut pauperum
memores essemus. Et hoc nobis
dicitur Luce vi°: Estote miseri-
cordes sicut pater vester misericors est.
Sicut enim deus habet potentiam
miserandi sapientiam et voluntatem
sic et nos secundum nostrum debemus
habere posse quantum ad commisera-
tionem estimacionem nosse et miseri-
cordie discrecionem et velle quantum
ad mee habundanciam et reple-
cionem. Quinto fuit pro Christo
adimplenda professione. Unde dicitur
Actuum xv°: placuit nobis collectis
in unum eligere viros et mitti-
mus vobiscum Barnaba et Pau-
lo hominibus qui tradiderunt
animas suas pro nomine domini nostri
Jesu Christi. Fuit igitur valde fortis
qui tanta pro Christo supplicia
potuit sustinere. Ille autem est
fortis qui potest hostem for-
tem prouide sapienter ictus de-
clinare et percucientem et constanter
sustinere. Sic fuit beatus Barnabas
dyabolum fortiter percussit quando
ipsum vaga lingua sua de cordibus
multorum eiecit. Quando eiecit
sapienter ictus eius declinauit
quando temptaciones dyaboli pru-
denter vitare sciuit quando usque
ad mortem pro Christo certauit.

Sermo quartus de eodem

Jam non estis hospites et
aduene sed estis ciues sanctorum
et domestici dei. Ephesiis ii°. Apostolus
de sanctis viris duo negat scilicet
quod non sunt hospites vel peregrini
et aduene. Et et duo affirmat
scilicet quod sunt ciues et domestici
dei. Hospites autem siue peregrini
et aduene aliquando in bona parte
accipiuntur sicut dicitur in psalmo:
Quoniam aduena ego sum apud te
et peregrinus sicut omnes patres
mei. Aliquando in mala parte
sicut hic. Sunt igitur quidam
boni et mali peregrini quidam
boni et mali aduene. Ut non
uideamus qui sunt boni et
mali peregrini secundum quod quatuor sta-
tus peregrini triplicater considerantur
aut quantum ad peregrinationem aut quan-
tum ad progressionem aut quantum ad
peruencionem vel quantum ad statum
penitencium continencium et perfecto-
rum. Quantum vero ad peregrinationem quatuor
requiruntur scilicet domus siue dis-
posicio necessariorum preparacio ha-
bitus assumpcio et accepta bu-

ductum debet namque bonus
peregrinus domum suam i. rationem
disponere ut s. rationem dimittat
tanquam dominam percipientem sen-
sualitatem vero tanquam ancillam
obedientem. debet etiam duas
suas filias i. cogitationem et affec-
tionem ordinare ut scilicet ratio
affectionem teneat in puritate
cogitationes et timore. Eccl. vii
filie tibi sunt serva corpus illarum
quo ad puritatem et non oste-
das hylarem seu illarem fa-
ciem tuam ad illas quo ad timo-
rem debet etiam ordinare
duos filios suos scilicet os et manum
i. verba et opera ut scilicet os teneat
sub diligenti custodia. pone
domine custodiam ori meo manum
teneat sub assidua operacione ii
Cor. iiii. operantes manibus
vestris. Mali autem peregrini sunt
domum suam inordinata quia
ibi sensualitas est domina et
affectio immunda et cogitatio
lasciva et verba indiscreta et
opera remissa. Quarto requiritur in bono
peregrino necessariorum provisio i. bo-
norum operacio ut scilicet ita ma-
gna faciat quod parva non negligat.
Eccl. xxxiii. omnimodo per imago
placeat tibi et imperium pere-
grinationis non audias et ipsa
opera sale discretionis condiat.
Unde dicitur de angelo et Tho-
bia peregrinantibus Thob. v. Ce-
tera salierunt quia sufficienter
cibus in via et ipsa opera non
sibi attribuat sed a deo se habere
recognoscat. Deut. x. b. Deus
amat peregrinum et dat ei victum
et vestitum. Mali autem peregrini et
magna et minima negligunt.

et nimio proprietati et improvidi
sunt et si qua bona faciunt
non deo sed sibi attribuunt. Tertio
requiritur habitus assumptio debet
enim assumere pileum in capite
i. spem in mente. Ephe. vi.
Galeam salutis assumite pe-
ram fidei habendo cum fide
et deum. Ephe. iii. habitare
Christum per fidem in cordibus
vestris habendo enim deum
et omnem thesaurum sibi ne-
cessarium unde habens thesau-
rum in archa divites habet deum
in conscientia divitis non est quia
deum et archam et thesaurum
et aurum et conscientiam debet etiam
assumere sclavinam i. caritatem
que est vestis anime sine qua
nullus potest esse peregrinus dicitur
in moralibus qua existens a nup-
tiis dei expellit. Matt. xxii.
Amice quomodo huc intrasti non
habens vestem nuptialem. de his
tribus assumendis dicitur
i. ad Thessa. v. induti loricam
fidei et caritatis et galeam
spei salutis. debet etiam assumere
baculum i. memoriam crucis
iste enim baculus defendit a
casu. Prov. iii. Lignum vite
his qui apprehenderint eam. apprehe-
dens mundum tenet se ad li-
gnum aridum et ideo cito cadit
apprehendens vero deum tenet se ad
lignum vite et ideo cadere non
potest. defendit etiam iste bacu-
lus ab hoste. Ezech. ix.
Omnem super quem videritis
thau ne occidatis. defendit
etiam iste baculus a fatigatione
quia semper auget desiderium boni
spirituali aut peregrini istud [illegible]

non assumit quia nec habet
pileum spei nec scutellum fidei
nec sandalia caritatis nec
baculum i. memoriam crucis sed
assumit habitum victorie et ideo sic
peregrinus dyaboli talibus dominus commi-
natur dicens Sophonie primo Visita-
bo super omnes qui induti sunt
veste peregrina que autem sunt [illegible]
vestis peregrina audit qui sunt
et visitabo qui arroganter
ingrediuntur // Quarto requiritur
benedictio que signat gratie in-
fusionem que tria bona facit
quia sicut bonis in operibus fecun-
dat tribulationes sedat Proverbiorum x
Benedictio domini divites facit
Ecce bonorum operum habunda fecun-
datio nec sociabitur eis afflictio
Ecce tribulationum dulcoratio hec
etiam benedictio a dyaboli temp-
tatione et in vita et in morte
deffendit Deuteronomii xxviii Benedictus
eris ingrediens et egrediens
dyaboli autem peregrini non sunt benedic-
ti et ideo sunt in bonis o-
peribus sterilles in tribulationibus
impatientes contra dyaboli temp-
tationes infirmi et fragiles // Secundo
status peregrini consideratur quantum
ad progressionem et ad hoc quatuor
requiruntur magnanimitas agilitas
prudentia et leticia / debet enim
peregrinus esse magnanimus ne ali-
quibus adversitatibus frangatur Sunt
enim quidam peregrini molles et
nimis qui ut senserint labores
nimios vel ventum contrarium con-
tinuo retrocedunt // Alii qui ad
qualemcumque umbram vel fontem
vel pratum quiescere volunt
Alii qui in qualibet villa vel civitate
mansionem constituunt ad suam pa-
triam non revertuntur Sed qui mag-
nanimus est adversitates tollerat tem-
ptationes superat nec propter ista ta-
lia retrocedit Ille enim retrocedit
qui adversitatibus [illegible] ad patriam
redit / de quibus dicitur Luce ix
Nemo mittens manum suam
ad aratrum et respiciens retro
aptus est regno celorum Magna-
nimus peregrinus prata et [illegible]
oblecta delectabilia i. multa
oblectamenta conculcant et suam
peregrinationem complent i. Petri secundo
Obsecro vos tamquam advenas
et peregrinos abstinere a carna-
libus desideriis que militant
adversus animam Augustinus Cum plus
quam necesse est se mentis ce-
terioribus implicat quasi occu-
pata in mundo obliviscitur
quo tendebat Magnanimus est
peregrinus in hoc mundo per amo-
rem non subsistit sed ad suam
patriam celestem tendit Hebreorum
xi. Iuxta fidem defuncti sunt
omnes non acceptis promissionibus
sed a longe eas aspicientes
et salutantes et confitentes quia
peregrini et hospites sunt super
terram qui enim hec dicunt signi-
ficant se patriam inquirere /
necessaria etiam est peregrinis secunda
agilitas ut scilicet non onerent
se ne sub fasce cadant unde
debent se exonerare omni
peccato Hebreorum xii. Deponentes
omne pondus et circumstans nos

pctm per pacienciam acciam
ad hospitium nobis litamen nec pon-
dere crementum nisi inquantum ne-
cessaria sunt ad vitam Prov. xx-
xo Diviciis enim victui meo ne-
cessaria. Tertio ad Thymo. vi Epistola
alimenta et quibus tegamur
his contenti simus nec pondere
malorum et iniquitatum aggrava-
mur ps. xxxvii Quoniam iniquitates mee
supergresse sunt caput meum
et Cris. super Mt. Quidam iste
via est per quam omnes transe-
unt qui nascuntur via et pere-
gracio est omnibus qui intelli-
gunt quod a deo venerunt ad deum
festinant. Dicitur enim viator
in via non sollicitus est nisi
quod necessarium est ad vitam ita
et homo in hoc transitu mundi
non debet esse sollicitus nisi quod
opus est ad usum necessaria
est circa peregrinus cristi prudencia
ut scilicet tam laborent una die
quod in sequenti die non deficiant
Quinta cum de indiscrete fuerit
a deo se voluit in lamentis et
abstinenciis macerare quod tanguntur
Sexte Tales enim aut variis
temptacionibus feriuntur i. psalmus
nono Insolite peregrinum ad scruta-
rem qui ad temptacionem fit
aut violenter revolvitur Prov.
xxxo Substancia festinata
minuitur aut per impacien-
ciam ad peccatum revolvitur Prov.
xxx Qui nimis emulgit
elicit sanguinem. Tertia est
circa spiritualitatem que consolatur
aut [illegible] [illegible] de na-

racionibus bonis aut de dul-
cibus cantilenis comitatus
refertur ad bonas operaciones que
bona opera post mortem hominem
comitantur Apok. xiiii Opera
enim illorum secuntur ipsos. Illa
narraciones referuntur ad scrip-
turarum exposiciones Luc. xxiiii dominus
cum in specie peregrini discipulis
euntibus in Emaus apparuit
scripturas eis exposuit et corda
eorum ardencia fecit. Cantile-
ne dulces referuntur ad psalmo-
diam et oraciones ps. Cantabi-
les michi erant iusticie tue in lo-
co peregrinacionis mee. Tercio status pe-
regrini consideratur quantum ad peti-
cionem ubi quatuor concurrunt
scilicet devota oracio muneris ob-
lacio reliquiarum consolacio
cum dulcibus crucibus insigniis.
Prima fit in graciarum accione
de eo quod deus ipsos ab lapsi-
mentis seculi et ad [illegible]
bus custodivit et eos reduxit
quod signum est in iii Regum viii
ubi dicitur quod si quis advena
oravit in templo exaudietur
et quicquid peciit obtinebit.
Secunda fit in signum recognicionis
domini Luc. dicitur Deut. xxvi
Cum intraveris terram quam dominus
deus dabit est tibi possiden-
dam tolles de cunctis frugibus
tuis primicias et pones in
cartello pergens ad locum quem
dominus deus tuus elegit tibi.
Tercia fit in signum recapitulacionis
illa enim talis reliquiarum

osculacio significat dei reconcili-
acionem cum homine, ista q' signatur
Luce xv. cum v' dicitur q' pater ce-
cidit sup collum filii qui pegre
profectus fuerat et osculatus est
eum // Quartum sit in signum do-
mestice imitationis illa cum ta-
lia signa signat cristi stigmata
que peregrinus dei portare debet
et gestare in corpore per morti-
ficationem et intus in corde per
meditationem Gal. ult. Ego sti-
gmata domini ihesu in corpore meo
porto // Quod sancti viri non debent
esse advene inquantum advena
accipitur in mala significatione
Et ideo post quam apostolus dixit
iam non estis hospites sed q̄
i. peregrini statum subiungit et
advene. Advena cum quicumque
in civitate moretur tamen nullam
ibi sit civilitatem nec propriam
domum sive propriam habitationem
nec aliquam possessionem nec a-
liquem sibi alimentum prote-
ctionem. Talem advene dicuntur qui
non habent civilitatem in ecclesia
militantium nec triumphantium
sed malignantium quia sunt
de infernali conscripti civibus Jere.
xvii°. Recedentes a te in terra
scribentur quia dereliquerunt te
venam aquarum viventium
dominum // Dicuntur etiam advene
qui non habent domum propriam vel
habitationem nec in civitate mi-
litantium nec triumphantium // do-
mus enim que edificatur in hac
duplici civitate construitur ex
auro dilectionis dei et ex ar-
gento dilectionis proximi et
ex lapidibus preciosis scilicet operi-
bus bonis de qua triumphali
constructione dicitur prima Cor. iii°.
Si quis autem superedificat super
fundamentum hoc aurum
argentum lapides preciosos etc.
Diaboli autem edificant domum suam
in inferno de luto luxurie
gemmis avaricie lapidibus super-
bie // Dicuntur etiam advene qui
in civitate nullam habent in bonis
que sunt in ecclesia militanti pos-
sessionem quibus participes sunt
electi iuxta illud ps. Particeps
ego sum omnium timentium te et
custodientium mandata tua //
Dicuntur etiam advene qui nullam
habent sibi alimentum cum illi
sint sibi filii diaboli / ij. Cor. vi°.
Que conventio cristi ad Belial
Ecc. xiii°. Que conventio hominis
sancti ad canem post quam apostolus
dixit quod sancti viri non sunt
hospites sive peregrini nec ad-
vene consequenter adiungit quod sunt
cives et domestici dei. Quod
autem sunt aliqui cives alicuius
civitatis cognoscitur per tria
signa scilicet per locutionem per
morum similitudinem et per
intensum ad illam civitatem
amorem. Locutio autem que
fit in civitate celesti triplex
est. Una qua sancti loquuntur
ad invicem. Et hec vox est
mutue congratulationis. Sancti
enim ad invicem congratulantur
de bonis que a deo receperunt.
Alia qua loquuntur ad angelos

et hec est graciarum accio qua sancti
gracias agunt angelis dei quod tam
sollicite eius fuerunt et tam fide-
liter eos custodierunt // Tercia est
qua locuntur ad deum et hec est
vox perpetue laudacionis ysaie
li° Gaudium et leticia invenietur
in ea Ecce mutua congratulacio
sanctorum quo ad ipsos et vox lau-
dis et graciarum accio Ecce graciarum
accio quo ad angelos et vox
laudis Ecce eterna laudacio quo
ad deum loquela igitur civitatis
celestis est mutua congratulacio
graciarum accio et eterna laudacio
Illi igitur sunt cives illius civitatis
qui habent verba puritatis et dilectionis
affectionis et laudis Illi autem
sunt cives infernalis qui habent
verba blasphemie mendacii
maledictionis et detractionis
Apocalypsis xvi° Blasphemaverunt
deum celi et pre doloribus et vulne-
ribus suis Secundo ostenditur
quod aliqui sunt cives per morum
similitudinem Cives enim civitatis
celestis habent obedienciam quo ad
deum Matthei vi° Fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra habent con-
cordiam ad proximum Job xxv°
Qui facit concordiam in sublimi-
bus suis // habent puritatem et mun-
diciam quo ad se ipsos Apocalypsis
Non intrabit aliquid in illa
coinquinatum // Sancti enim viri
pertinent ad illam civitatem
celestem quia et deo obedi-
entes sunt et sibi ipsis pudici
sunt Tercio cognoscitur quod aliquis
sit civis per intensum ad sua

civitatem amorem Sancti
enim in civitatem celestem mul-
tum diligunt et ideo illius civitatis
cives sunt // Unde dicebat propheta
in persona talium Quam dilecta
tabernacula tua domine virtutum
concupiscit etc. Ipsi enim concupiscunt
ad illam venire quia ibi est
finis omnium desideriorum et omnium
voluntatum Ipsi enim etiam deficiunt
ab amore sui et mundi et re-
pleti sunt per amorem patrie
celestis Ideo dicit Et deficit anima
mea in atria domini Ipsi enim
corpus et animam ob amorem
ipsius dei deo dedicant // Unde
subdit Cor meum et caro mea
exultavit in deum vivum Anima
enim exultat que est devota
Caro exultat que est pudica
Ad ipsam civitatem intensum
amorem habebat et deo [illegible]
quod dicebat Sitivit anima mea ad
deum fontem vivum Sancti enim
vel per amorem intensum sed
dei erant intus sanctus novi te-
stamenti et veteris Illi enim sa-
ciebant et veniebant sed ante
faciem dei apparebant Illi
autem sciunt et pervenerunt et ante
faciem dei consistunt // Secundo vi sunt
domestici dei et familia dei
et ideo deus eos pascit vestit
victoriam tribuit et suos custo-
dit eos facit quia dei est fa-
milia suam omnem pascit non
igitur debent de necessariis esse
solliciti qui talem habent provisorem
Augustinus pascit et contemplantem
se nec deserit sequentem se

Math. vi° Dico vobis ne solliciti
sitis anime vestre quid manducetis
etc. Tercio homo non debet curare
de cibo vel de ventre qui mili-
tant regno novit rex quemadmo-
dum familiam suam pascat alat
et vestiat. Et habemus certe
rex devotus militibus suis non cibum
providerit alimoniam quibus dux
familiis suis non ministret cibaria
quibus pater non dat filiis necessaria
Secundo Christus domesticos vestit pu-
lchre. Omnes domestici eius vesti-
ti sunt duplicibus vestimentum
autem duplex est illud de quo dicitur
Bissus et purpura indumen-
tum eius quia tales induti sunt
candore puritatis in corpore et
fulgore caritatis in mente. Ali-
qui tamen sunt nudi quibus nec cor-
pus est vestitum castitate quo
ad se nec animus caritate quo
ad proximum. Aliqui vero sunt qui
sunt tantum simplici vestimento
sicut fuerunt virgines fatue que
habuerunt tantum bissum castitatis
et non habuerunt purpuram caritatis
quia non habuerunt oleum in vasis
suis cum lampadibus. Tercio rex
domesticos suis victoriis ditavit
Apoc. iij° dedit predam dome-
sticis suis magnam victoriam
facit et magnam predam inducit
qui ducit vincit mundum dyabolum
proprium corpus animum suum celum
et deum. Istas predas sancti re-
portant ipse enim vincit mundum
i Joh. Hec est victoria que vin-
cit mundum fides vestra. Vincit

dyabolum. Jacobi iiij° Resisti-
te dyabolo et fugiet a vobis
Quando demones qui malas sug-
gestiones ingerunt verum est illis
non consentire. Quociens enim re-
sistimus dyabolo facimus an-
gelos letificamus deum honoramus
Vincit corpus proprium i Cor. ix.
Castigo corpus meum et in
servitutem redigo. Vincit animum
suum Prov. xvj° Melior est
paciens viro forti et qui domina-
tur animo suo expugnatore est urbium
Vincit celum Math. xi° Regnum
celorum vim patitur et violenti
rapiunt illud. Vincit deum et
hoc oracionibus suis. Unde dictum
fuit Jacob Gen. xxxij° Si contra
deum fortis fuisti quanto magis
contra homines prevalebis. Fuit autem
fortis contra deum per oraciones et
lacrimas quas fudit sicut de-
monstratur Osee xij° Et inva-
luit Jacob ad angelum et con-
fortatus est qui sub specie gerebat perso-
nam dei flevit et rogavit
eum. Quarto Christus suos dome-
sticos facit custodes suorum cordium
dicitur domesticus quasi domus
custos quia debeant custodire
domum id est cor suum. Sed multi
non sunt custodes sed proditores
qui cor suum aperiunt et hostem
introducunt. Proditor vero dete-
stabilis fuit valde ex eo quod
alius occidit ex eo quod cum Christo
in mensa simul comedebat et
ex eo ut Christo osculum porrigeret
de eo proximum prodebat. Multi

cum sunt quos cristus in
amicitia sua iungit quos bo-
nis operibus pascit et nutrit quos
ad osculum sue reconciliacionis
recipit, ad hec eum perducit dum
ad patriam redeunt vel autem
domestici sunt tamen custodiunt
nec hostem admittunt / prius in
omni custodia tamen sunt serva
quia ex ipso vita procedit etc.

Sermo primus de sancto Johanne baptista sequitur

Fuit homo missus a deo cui
nomen Johannes erat hic
venit ut testimonium perhiberet
de lumine Joh. 1o. Beatus igitur
Johannes baptista commendabilis
est racione mittentis i. missi
et officii in nobis. Racione mittentis
cum dicitur fuit homo missus a deo.
Racione missi cum dicit cui nomen
erat Johannes. Racione officii
nuncii cum dicitur hic venit ut
testimonium perhiberet de lumine. Circa
primum notandum quod sancti viri
mittuntur a deo quinque modis. Primo
sicut radius a sole sicut scin-
tilla ab igne sicut odor a flore.
De hiis tribus primis modis mittendi
sic dicit Crisostomus in originali super
Mathei misit tribus apostolos sicut
sol radios suos quasi rosa sua-
vitatis odorem quasi ignis scin-
tillas suas dispersit. Quarto mittitur a
deo quasi legatus a princi-
pe. Talis missus erat ille qui
dicebat Ps. lxxxo. Auditum au-
divi a deo et legatus ad gentes
missus sum. Talis legatus
erat qui dicebat 2a Cor. vo.
pro cristo legacione fungimur.
Quinto sicut rivulus a fonte. Ut
scriptum est Gen. 2o. ubi dicitur quod
fons paradisi dividebatur in quatuor
capita. Fons paradisi est ipse deus
in quo emanant quatuor flu-
mina i. quatuor sanctorum chori scilicet
apostoli martires confessores et virgi-
nes. Radius autem missus a sole
accipit ab ipso virtutem illuminandi.
Scintilla missa ab igne accipit
ab ipso virtutem inflammandi. O-
dor missus a flore accipit ab ipso
virtutem afficiendi. Legatus missus
a principe accipit ab eo virtutem
indulgendi. Rivus missus a fon-
te accipit ab ipso virtutem fecun-
dandi et germinandi. Beatus igitur
Johannes baptista hiis quinque
modis a deo fuit missus. Pri-
mo sicut radius a sole. Sol e-
nim cristus Malachie [illegible] Vobis
timentibus orietur sol iusticie.
Iste sol tot habet radios quot habet
sanctos. De quibus radiis dicitur
Eccl. xliiio. Tripliciter sol exurens
montes radios igneos exsuf-
flans et refulgens radiis suis
obcecat oculos. Montes sunt
angeli quos sol divinus tripliciter
exurit quia virtute purgativa
illuminativa et perfectiva. Tercio de-
nique iste sol exsufflans radios
igneos et fulgidos i. sanctos
ignitos caritate et fulgidos
veritate. Primus autem de maio-
ribus radiis huius solis fuit

Johannes baptista a quo accepit
virtutem illuminandi et ideo lucifero
comparatur Job xxxviii numquid
producis luciferum in tempore suo produc-
tus i. contra cursum naturae alii qui na-
scuntur non producuntur sed educuntur
i. extra uterum educuntur Johannes
autem fuit productus i. contra cursum
naturae scilicet ab impotentia gene-
randi quam quidem impotentiam
faciebat et sterilitas et tem-
poris longevitas in utroque paren-
te Et dicit luciferum alii enim prophete
fuerunt stelle nunciantes christi ad-
ventum sed de longinquo iste
autem fuit lucifer nuncians christi
adventum sed de propinquo iste et
Et dicit in tempore suo tempus
enim quo vivimus non est in tempore
suo quia multum magnam partem
consumimus tempus autem quo Johannes
vixit totum suum fuit quia ipsum
totaliter expendit in honorem dei
in sanctificationem sui in utilitatem
proximi. Secundo fuit missus a deo
sicut scintilla ab igne deus
quidem est ignis Exodi xxiiii Deus
ur ignis consumens est Et quasi
ignis tot scintillas emittit quot
sanctos habuit de quibus scintil-
lis dicitur Ezechiel io Scintille quasi
aspectus eris candentis Inter
autem ignis magnaque scintilla
erat Johannes baptista qui acce-
pit virtutem inflammandi quia
totus igne caritatis ardebat
et totus igne zeli succensus
erat propter quem zelum succensus
assimilatur gladio acuto et sagitte

electe Gladio quidem acuto assi-
milatur cum dicitur ys xlix posuit
os meum deus quasi gladium acu-
tum doctrinam enim suam non celi
absconsit sed deus cognovit
Ideo dicit ut gladius Gladius
acutus et secat mundius gla-
dius et penetrat mundius acutus
et vulnerat mundius utrumque fuit
in sancto Johanne et secat
vitia cum dicebat luce iii Ne-
minem concutiatis neque calumniam
faciatis etc. Et penetrabat in-
tima cum dicebat Genimina vi-
perarum quis ostendit vobis
fugere a ventura ira Et vulnera-
bat corda cum dicebat ibidem
Iam enim securis ad radicem ar-
boris posita Sicut enim dicitur
Ebr. iiii Vivus enim vivus
est sermo dei et efficax et pe-
netrabilior omni gladio ancipi-
ti. Assimilatur etiam sagitte e-
lecte Tenuit enim sagitta electa
quando est recta pennata ad
volandum acuta ad penetran-
dum Sic et vox Johannis erat recta
propter contemptum terrenorum eorum enim
predicabat propter terrenum commodum
sed propter lucrum animarum amor enim
terrenorum facit animam curvam Ideo
dicitur Ysa. x Rex incurvabuntur
sub vinculo et cum [illegible] rec-
titudinis fuit pennata per varie-
tatem virtutum Omnia enim virtutes
quas aliis predicabat ipse in se
habebat et ideo de facili cum
[illegible] in cordibus auditorum volabat
[illegible] pennati [illegible] sancti Ja-
cobi [illegible] peccatorum [illegible]

intrinseci pennas sicut columbe
et volabo et requiescam fuit
acutas sagittas fervorem et zelum
per que corda audiencium pene-
trabat de istis sagittis acutis di-
citur psalmo Sagitte potentis acute
Tercio fuit missus a deo sicut
odor a flore flos est cristus
cant ii Ego flos campi iste
flos tot flores emisit quot
sanctos genuit Quorum autem florum
maximus odor fuit iohannes
baptista quo accepit virtutem affi-
ciendi et delectandi Delecta-
tur quidam amici homines ut possit
dici in cant i Cristi odor
summis bonis deo in omni lo-
co delectavit et deum ut ipse
deus possit dicere Gen xxvii
Ecce odor filii mei sicut odor
agri Cui benedixit dominus Odor
quidem sue sanctitatis non fuit orti
sed agri quia non fuit clausus
sed apertus toti mundo et tanta
ista odore fuit referti Impe-
tuosa etiam mortalia unde iste
odor dissimulabatur hodie etiam
non tamen clam sed etiam sarra-
ceni odore sue sanctitatis re-
ficiuntur Et non solum fuit odor
agri sed etiam odor agri pleni
Sicut enim odor agri est plenus
cum ager diversis floribus redo-
lentibus est ornatus Sic iste
agri iohannes fuit ager in quo
fuit rose rubentes passionis
viole celestis contemplationis
et lilia virginee puritatis Et
non solum fuit odor agri pleni
sed etiam agri benedicti in deo dicitur
Cui benedixit dominus ager enim ille
est benedictus qui laudabilem fruc-
tum producit Super illud Ebr vi
Terra enim sepe venientem su-
per se bibens ymbrem et ge-
nerans herbam aptam illis
a quibus colitur sed colligit ac-
cipit benedictionem a deo Sic igitur
iohannes fuit ager benedictus et
eo quod centesimum fructum decer-
pserit in quantum sanctus fuit virgo
predicator et deo Quarto fuit
missus a deo sicut legatus a prin-
cipe Est enim principis qui tot
habet legatos quot sanctos de quibus
legatis dicitur Ier xlix Auditum
audivi a domino et legatus ad gen-
tes missus sum Quorum autem prin-
cipis magnus legatus fuit iohan-
nes baptista qui fuit legatus
a latere quia a deo immediate
missus est Nam secundum Augustinum
Quidam mittuntur a deo sic
homine sicut moyses et apostoli et
et iohannes baptista Quidam
a deo per hominem sicut iosue
et ceteri prelati canonice electi Quidam
ab homine sine deo sicut violen-
ter intrusi Quidam a se ipsis sicut
ambitiosi Iste autem legatus ab
isto principe auctoritatem fa-
ciendi accepit indulgentias
Unde dicit Cris super mat Solet
reges nato sibi filio indulgentiam
in regno suo donare et exacto-
res remittere Deus autem nato fi-
lio suo prolongavit indulgentiam

donare pctm̄ premisit johannem
quasi precursorem dicentem penitentiam
agite appropinquabit &c. Deinde sub-
dit appropinquabit vobis regnum celo-
rum. O creatio que non facit pau-
peres sed divites reddit. Ista tri-
buit debitum sue iusticie reddit
deo nichil prestat sed tibi salutis
lucrum acquirit. Penitencia cor te e-
mundat sensus illuminat et ad
susceptionem cristi preparat humana
precordia. Felix igitur iste legatus
quem non misit cupiditas sed
caritas quia fuit missus a deo
qui est caritas. Joh. iiiio deus
caritas est. Illi autem legati quos
mittit cupiditas non veniunt
de celo sed de egipto propterea ve-
niunt legati de egipto. Felix
legatus quem induxit non sua
sed illorum ad quos missus est uti-
litas quia venit ut testimonium
perhiberet de lumine. Talis erat a-
postolus qui dicebat ii Cor. viiio
Non quero que vestra sunt sed vos.
Talis qui sic facit est fidelis le-
gatus. prov. xiii. capitulo legatus fi-
delis sanitas. Sed dicit Bernardus
Tales boni fuerunt legati non
audivimus sed forte audivissemus
nisi parvus hispanie salus aurum
vilius et felix legatus per quem
preparata est domino pax atque tran-
quillitas quia venit ut omnes cre-
derent per illum. prov. xxv capitulo Sicut
frigus in die messis ita lega-
tus fidelis ei qui misit illum. Sicut
enim nix messem sub se lati-

tantem humectat et omnes
accidit. Sic boni legati subdi-
tos debent humectare verbo doc-
trine et accidere omnes iniurias
atque discordias. Felix legatus
qui non predicabat se ipsum sed
deum quia non erat ille lux sed
ut testimonium perhiberet de lumine.
Talis cum erat apostolus qui
dicebat ii Cor. vo. pro cristo lega-
tione fungimur tamquam deo ex-
hortante per nos obsecramus
pro cristo reconciliamini deo. Nota
missus est a deo sicut rivus
a fonte. Cristus est fons.
Cum apud te est fons vite et
cetera. Licet rivos quot et fecto
plurimos autem fontis magnus ri-
vus fuit johannes baptista
quod accepit auctorem secundum dictum
ps. flumen dei repletum est
aquis. Flumen plenum aquis
est cristus qui fuit plenus
aqua gracie et veritatis. De isto
flumine dirivatur rivus i. secta
a quo aqua sapiencie et gracie ha-
bundanter repletur. Unde subdi-
tur rivus eius inebrians multi-
plicans cives. Ex istorum autem ri-
vorum scaturiginibus i. sectorum
doctrinis auditores per bona
opera fructificant. Unde sequitur
in stillicidiis eius letabitur
germinans. Secundo commendabilis
fuit b. johannes racione sui
ipsius scilicet missi quod notatur cum
dicitur Cui nomen erat johannes.
Circa quod notandum quod nomen

cristi scilicet ihesus inpositum fuit
sibi a deo ysaie 9o vocabitur
tibi nomen eius dum nominatur ab
angelo luce 1o Et vocatum
est ab angelo prius quam in utero
conciperetur a matre Ibidem Ecce conci-
pies et paries filium et vocabis
nomen eius ihesum Et patre
putativo Ibidem Pariet autem tibi
filium et vocabitur nomen eius ihe-
sum Et hoc nomen iohannes in-
positum sibi fuit a deo ysaie
49o De ventre matris mee
recordatus est nominis mei Ab
angelo cum dixit Elizabeth uxor
tua pariet tibi filium et vocabitur
nomen eius iohannes Et matre
cum dixit luce 1o Nequaquam
sed vocabitur iohannes Et pa-
tre Ibidem Innuebat patri eius quem
vellet vocari eum et postulans
pugillarem scripsit dicens
iohannes est nomen eius Ecce
autem hoc nomen iohannes quod inter-
pretatur in quo est gratia fuit
sibi impositum primo quia quod-
dammodo non filius nature sed gratie
eius adhuc existens in matris utero
Tercia enim ipsa deus creavit
que magis ut fuit creata gratia
repleta fuit Secundus fuit iohannes
de quo Spiritu sancto replebitur
adhuc in utero matris sue
Aliud fuit ipso que in utero
matris sue fuit sanctificata ipso
sanctificavit tabernaculum suum
altissimus Quartus fuit cristus qui
in utero matris sue fuit sanctus

luce 1o Quod enim ex te nascetur
sanctum vocabitur filius dei Secundo
dictus est iohannes ex eo quod fuit
finis culpe et initium gratie Ipse
ista tria lucifero comparatur Iob 38
Numquid producis luciferum in tempore
suo Numquid quod dicit non nisi ego
quia non est opus nature sed gratie
luciferum Ecce plenitudo gratie
cristus enim est sol maria est luna
lucifer iohannes baptista Post
solem autem clarior est luna quia
post cristum clarior est maria post
solem autem et lunam lucifer cla-
rior est quia post cristum et beatam
mariam iohannes gloriosior micuit
In tempore suo quia fuit finis cul-
pe et initium gratie Tercius omnium
lucifer est oriri in fine noctis
et in ipsa initium diei Mathei 11o
Omnes prophete et lex usque ad
iohannem prophetaverunt Quarto iohannes
commendabilis est ratione officii
quod fuit de cristo testificari eo dicitur
hic venit ut testimonium perhi-
beret de lumine Sicut autem ait
ysidorus Testis comprobatur tribus
scilicet natura condicione et vita Natura
ut sit vir non mulier Condicione
ut sit liber non servus Vita ut
sit iustus non scelestus Talis igitur
iohannes fuit fidelis testis quia
scilicet fuit vilis constans et fortis
Ideo non fuit arundo sicut dicitur
mathei 11o Non enim potuit flecti
nec timore principis scilicet hero-
dis nec in inclusa carceris nec hor-
rore mortis fuit enim liber

quia libere vitia arguebat. Ideo
non fuit mollibus vestibus indu-
tus sicut sunt illi qui stant in
domibus regum qui loquuntur ad pla-
citum. Fuit etiam sanctus quia non
tantum fuit propheta sed etiam plus quam
propheta. Hic igitur causa fidelis te-
stis de cristo testimonium perhi-
buit. Testimonium autem fidele de
auditu est primum testimonium
vel de visu vel tactu est primum
istud triplex testimonium tangitur
1 Iohannis primo Quod audivimus et
vidimus et manus nostre contrecta-
verunt de verbo vite etc. Testimo-
nium autem de re odorifera vel
fetida habetur per olfactum de re
molli vel aspera habetur per tactum.
Iohannes igitur quantum ad visum
testimonium perhibuit de eius
infinita potestate et maiestate ut
dicitur Iohannis 1o Qui misit me
baptizare in aqua ille michi
dixit super quem videris spiritum sanctum
descendentem et manentem
super eum hic est qui baptizat
in spiritu sancto et ego vidi et
testimonium perhibui quia hic
est filius dei. Quantum ad auditum
perhibuit testimonium de eius cum
patre equalitate. Nam cum eum
baptizasset ecce vox de celo venit
dicens hic est filius meus di-
lectus in quo michi bene com-
placui. Quantum ad tactum perhibuit
testimonium de eius infinita
mansuetudine et humilitate. Nam
cum dixisset cristus Mathei iijo

Sic enim decet nos implere
omnem iustitiam i. perfectam humilitatem
voluit a Iohanne tangi et suis
manibus baptizari. Quantum ad ol-
factum perhibuit testimonium de
infinita odoris suavitate. Nam
sicut habetur Mathei xio Cum Iohannes
in carcere esset audiret odorem
famem cristi ideo tanto odore
attentus misit ad eum duos
de discipulis suis dicens Tu es
qui venturus es an alium ex-
pectamus. Quantum ad gustum per-
hibuit testimonium de eius infi-
nita dulcedine. Nam sicut
habetur Mathei iijo Esca eius
erat mel silvestre. Cristus
dicitur mel in quantum dulcedine
deitatis fuit sed silvestre
in quantum in desertum mundi venit
et naturam alienam assumpsit. Ideo
igitur mel silvestre mistice Io-
hannes comedebat quia cristi
incarnati dulcedinem degu-
stabat per gustate et videte
quoniam suavis est dominus etc.

Sermo secundus de eodem

Erit enim magnus coram
domino Luce 1o Angelus Ga-
briel qui nativitatem precur-
soris nunciare veniebat primo
Zachariam trepidantem con-
fortavit dicens ne timeas Za-
charia. Nam sicut dicit Theo-
philus non difficile est bonos
primum malorum quam districtio.
[illegible] per timorem successerit
gaudium a deo statim venisse
divinum auxilium quia statuta
[illegible]

Si autem michi fuisset formido, confirmavit hostibus, qui videtur deinde angelus orationem suam exauditam esse predixit cum ait: Exaudita est oratio tua. Secundum autem Augustinum non est credendum quod homo senex cum uxorem sterilem et senem pro accipiendis filiis oravit, presertim quia nemo erat accipere quod acceptum esse desperat. A deo autem desperabat quod voce angelo promittente credidit. Sed quod dicitur: Exaudita est oratio tua, intelligendum est de populi salute et redemptione. Et hoc tibi signum quod Elizabeth pariet tibi filium qui erit precursor Christi per quem salus populi et redemptio dabitur peccatoribus. Vel secundum Crisostomum Zacharias petebat populi salutem, exemplum quod deus sepe dat plus quam homo petit, quemadmodum angelus nasciturum promisit cum ait: Et Elizabeth uxor tua pariet tibi filium et vocabis nomen eius Johannes, quod interpretatur in quo est gratia. Secundum Bedam ideo hoc nomen deus ipsum vocari voluit quia datum erat gratiam parentibus filio et populo; parentibus quia ipsis de decrepitis filius ex sola gratia erat daturus; filio autem quia ipse magnus coram deo erat futurus; populo vero quia ipse puer erat populum deo reconciliaturus. Tertio autem ipsum puerum mirabiliter laudat et commendat cum dicit unum premissum: Erit enim magnus coram domino. Magnus secundum Ambrosium non corpore sed animi virtute. Ista autem magnitudo Johannis attenditur circa eius conceptionem, nativitatem, vitam,

doctrinam, obitum et sepulturam. Circa eius quidem conceptum fuit magna, quia a tota civitate mirabatur facta. Pater per eum recepit novam potentiam generandi, nam cum utique pater esset impotens ad generandum quia et pater erat decrepitus et mater senex et sterilis, quod a deo nova potentia generandi perficietur ostendit Crisostomus super illud Luce primo: Sic fecit michi dominus, et [illegible] sterilitatem solvit, donum supra naturam concessit, ex petra infructuosa spicas virentes produxit, decorem abstulit, dum genitricem de sterili fecit. Filius recepit novam sapientiam cognoscendi. Nusquam enim legitur quod aliquis clausus in utero habuit usum rationis et sensus cognoscendi, sicut dicit Ambrosius super illud Luce primo: Ecce ut facta est vox salutationis tue. Vide distinctionem singulorum verborum proprietates. Vocem prius Elizabeth audivit, sed Johannes prius gratiam sensit. Illa nature ordine audivit, iste exultavit ratione misterii. Illa Marie, iste domini sensit adventum. Spiritus sanctus recepit novam gratiam sanctificandi, nam in utero fuit sanctificatus et spiritu sancto repletus. Ambrosius super illud: Spiritu sancto replebitur adhuc in utero matris sue. Talibus est spiritus gratie vite, talibus gratie. Ille nascendo sumpsit exordium, moriendo defectum; iste etatibus non cohercetur, non obitu extinguitur, non alvo matris excluditur. Secundo consideratur magnitudo Johannis circa eius nativitatem que quidem fuit gaudiosa, miraculosa et famosa. Gaudiosa quidem fuit quia in Johannis

nativitate gavisi fuit parentes
Unde dixit angelus zacharie
Et erit tibi gaudium et exultatio
Gavisus est puer unde dixit
Luce 1o Ecce enim ut facta est vox
salutacionis in auribus meis ex-
ultavit infans in gaudio in
utero meo / Gavisi fuit vicini et
cognati eius unde dicitur Audierunt
vicini et cognati eius quia ma-
gnificavit dominus misericordiam cum illa et
congratulabantur omnes / Gavisi sunt
omnes Unde dixit angelus et
multi in nativitate eius gaudebunt
Circa quod sciendum quod gaudium ma-
gnum dicitur quatuor modis Primo
intensive et sic accipitur Math. 2o
Gavisi sunt gaudio magno valde
per illam enim dictionem replicationem in-
telligitur gaudii intensionem /
Secundo per extensionem quando scilicet est gau-
dium in corde quod etiam extenditur
in facie et sic accipitur prover.
xvo Cor gaudens exhilarat faciem
Tertio communicative quando scilicet est
gaudium et quod solus capere non potest
sed aliis communicare studet et sic
accipitur luce xvo Convocat amicos
suos dicens illis Congratulamini
michi quia inveni ovem meam
que perierat / Quarto extensive
quando scilicet est gaudium quod
ad omnes extenditur et sic
accipitur luce 2o Ecce angelus
dixit pastoribus Evangelizo
vobis gaudium magnum quod erit
omni populo In parentibus ergo beati
Johannis fuit gaudium magnum
per intensionem quod notat angelus cum
dicit Et erit tibi gaudium et ex-
ultatio In puero fuit gaudium

magnum per extensionem quia
motu corporis gaudium suum mani-
festavit / In vicinis et cognatis
fuit gaudium magnum per communicationem
quia parentes beati Johannis cum gau-
dium soli non caperent vicinis suis
et cognatis illud communicavit / In
omnibus non fuit gaudium magnum
per extensionem unde dicitur quod super
omnia montana iudee divulga-
bantur omnia verba hec / Fuit miraculo-
sa / Nam miraculum apparuit ipse
qui mox concepte spiritu sancto plenus
fuit / In matre que non pueri
[illegible] concepit / In prole qui
patri loquelam restituit / Efficitur
aut quis famosus aut propter potentie
magnitudinem aut propter vite sancti-
tatem aut propter divitiarum habun-
dantiam aut propter excellentiam
sapientie / Beatus igitur Johannes
fuit valde famosus quia fuit
valde magnus / Unde dicitur erit
enim magnus coram domino / Causa
Johannes non fuerat alienos
expugnavit inimicos non triphos bel-
lici certaminis reportavit / Et est
magnus coram domino / Magnitudo
enim hic est magnitudo virtutis
/ Fuit valde sanctus / Unde sequitur
vinum et siceram non bibet /
Fuit valde gratia dei locupleta-
tus Unde subditur et spiritu sancto
repletus adhuc ex utero matris
sue / Fuit valde sapiens dei plenus
Unde dicit et multos filios
israel convertet [illegible] quod dicitur
magnitudo Johannis qua-
tum ad eius vitam / Siquidem
habuit perfectionem omnium inspira-
tionum scilicet patriarcharum

consortium apostolorum martirum confessorum
virginum et angelorum. Respectu patri-
archarum fuit in fidei magnitudine
magnanimitate, in rerum liberalitate
et in vita cum cristo propinquitate,
Sic beatus Johannes fuit in fide mag-
nanimis, habuit enim fidem de cristi
humanitate cum dixit Joh 1o Ecce
agnus dei et de eius divinitate
cum dixit luce iiio venit fortior
me post me et cetera. Super que loco dicit
Urbanus: Ego enim sum fortis
ad penitentiam invitando, ille fortior
peccata remittendo. Ego regnum
celorum predicando, ille donando. Ego
in aqua baptizando, ille in spiritu.
Fuit etiam in rebus liberalibus
tamen licet parentes hospitalitate
liberaliter exercerent et pauperibus
ministrarent, iste tamen omnia dimisit
et pauper in deserto mansit. Tamen
dicitur quod Johannes xii ab an-
nis xiio sic etiam usque ad xxx-
mum annum fuit in deserto et tamen vi-
no anno predicavit et tribus mensi-
bus fuit cristo coniunctus et attamen
unde dixit angelus marie Ecce
Elizabeth cognata tua. Secundo habuit
perfectionem prophetarum, quecumque per-
fectio consistit in eo quod acciperent
spiritum sanctum aliquando ad cogno-
scendum preterita, aliquando ad sci-
endum futura, aliquando ad intelligendum
oculta presentia. Sic et Johannes
habuit spiritum sanctum de futuris cum dixit
Johannis 1o Ipse est qui post me
venturus est, de preterito qui ante
me factus, de presenti oculto cum
adiungit Cuius non sum dignus
ut solvam corrigiam calciamen-
ti sui. Tercio habuit perfectionem

apostolorum que quidem consistit in
hoc quod fuit spiritu sancto repleti, in
bono opere confirmati et in mundum
a deo missi. Sic beatus Johannes
spiritu sancto fuit repletus luce primo
puer autem crescebat et confortaba-
tur spiritu. Theophilus: Simul cum eo
corpore spirituali domo crescebat et
spiritus operationes magis ac magis
in eo ostendebantur. Fuit in bono
opere confirmatus quia semper stetit et
nunquam in peccatum cadere potuit. Joh
iiio Amicus autem sponsi stat.
Intantum stetit quod de ipso scribit
Ieronimus in exposicione: Quod etiam nunquam
puta verbo vel plenario nunquam
deum offendit et sine peccato
consistens pro exemplo aliorum
vitam duas custodivit. Super que
loco dicit Augustinus: Quante sanctitatis
sit qui non cadit qui similis est
videtur stanti in solido. Non sum
enim dignus ait solvere solvere cor-
rigiam calciamenti eius. Fuit
in mundum a deo missus. Johannis
1o Fuit homo missus a deo
cui nomen erat Johannes. Augustinus
Cristus venit ad nos sicut deus
apparuit homo, quia igitur sic erat
homo ut lateret in eo deus, missus
est ante illum magnum homo per
cuius testimonium inveniretur
plusquam homo. Quarto habuit
perfectionem martirum que quidem
consistit in corde sapientia que apparuit
in responsis. In corde pacientia
que apparuit in iniuriis. In corde
constantia que apparuit in tormen-
tis. Sic beatus Johannes habuit sapientiam
in responsis et dicit similis con
dicit Crisostomus Johannes sanctus

et levitis fuit / ita cum ipsis iudeis
ubi licet et phariseis / cum tanta audacia /
/ cum suis discipulis loquitur conferebat
Sicut sapiencia in responsis apparet
Luce iii° Ubi turbis publicanis
et militibus certas et competentes con-
diciones dabat / Habuit pacienciam
in iniuriis quia propter iusticiam incar-
ceratus fuit et paciencter sustinuit
Mathei xiiii° Caritatis habun-
debat Johanni faciebat etc in mira
/ ille suscipiebat pro beneficio, et
ita illius qui dei misericordia fruebatur
/ quia verum gaudium sanctorum est
de mundo exire / Habuit constanciam
in tormentis Cum mira constancia
mortem constanter sustinuit Mathei
xiiii° ut supra Sicut famulus post quam
commissi operis complevit pensum
/ gaudet ante faciem domini sui appa-
rere / Sic et Johannes commisso
predicationis ministerio consummato, leta-
batur ad deum transire, et non solum
de morte non contristabatur, sed
etiam ipsam dilatatam vite sue
penam putabat / Quinto habuit
perfectam confessionem que quidem
fuit in carnis mortificatione
Luce vii° Sunt ubi vir penitencie
in cibi consumacione non sequitur
Et luxurie ardentibus in mollibus
vestibus in sollicita operatione / non
subditur / Et vocem simulans homines
expectantibus donum suum sic Sic
et Johannes carnem suam
maceravit quia et pilis came-
lorum induebatur et locustis pas-
cebatur Et lucide consumacionis et
fame fuit a deo ut vix credere
crederetur Et sollicitus in dei ser-
vicio extitit quia a pueritia
deo fuit et persequaverunt

Sexto habuit perfectionem virginitatis
que quidem consistit in mentis
et corporis integritate Mathei
xxv° Ornaverunt lampades
suas · i · puram et lucidam car-
nem et mentem suam / Consi-
stit etiam in mentis iocundi-
tate unde subditur quia acceperunt
oleum in vasis suis cum lampa-
dibus / illud scilicet oleum de quo
dicitur in psalmo ut exhilaret
faciem in oleo / Consistit etiam
in virtutum venustate unde
sequitur ornaverunt lampades su-
as / Sic beatus Johannes habuit perfectam
puritatem propter quam etiam ange-
lus appellatur cuius puritati etiam
nimis appellatur comparatur unde
cantatur de eo nescivit laberin-
tinici pudoris / Habuit etiam mentis
iocunditatem unde dixit Johan-
nis iii° Qui habet sponsam
qui stat et audit eum gaudio
gaudet propter vocem sponsi / super
quod verum dicit Crisostomus Non gau-
deo propter vocem meam sed propter
vocem sponsi gaudio ego in
audientibus ille in docentibus ego
auris / ille verum / Fuit etiam virtu-
tibus adornatus habens contempla-
tionis sublimitatis ipsum ornatur
a superiori quia celos apertos vidit
spiritum sanctum in columbe forma a-
spexit et vocem in patris audivit
humilitatis ipsum ornatur ab inferiori
ob nimiam namque humilitatem
dicebat Mathei iii° Cuius non
sum dignus procumbens solvere
calciamentum eius / puritatis ipsum
ornavit ab interiori per quam

angelus meruit appellari secundum
sanctum Jeronimum in ordine non sum-
tamen vite non est humane
sed angelice propter quam puritatem
signandam dicitur Marci 1° Iohannes
habebat zonam pelliceam circa lum-
bos suos. Zona pellicea qua
cinctus fuit mortificacionis car-
nis indicium est. Castitas ipsum or-
navit abiectiori quia veste de
pilis camelorum induebatur et erat
et mel silvestre et locustas co-
medebat et hominum consortia
fugiebat. Paciencia ipsum ornavit
a sinistris adversitatis que ipsum
persequebatur. Herodes ipsum incar-
cerando et Herodias ipsum insi-
diando et puella caput eius
petendo et ministri Herodis ipsum
decollando. Et tamen in omnibus
paciencia fuit. Temperancia ipsum
ornavit a dextris prosperitatis que
cum Iudei ipsum pro Christo recipere
vellent elegit potius solidus per-
sistere intra se quam manere
extra se. Ipse enim in domo summi
sacerdotis nutritus natus ab omnibus
prosperitatibus mundi abstinuit.
Septimo fuit perfectam conse-
cutus que consistit in hoc quod
habuit virtutem purgativam illu-
minativam et perfectivam. Sic Iohannes
fuit virtutem purgativam quia
sicut dicitur Iohannis 5° ipse erat
lucerna ardens. Virtutem illumina-
tivam quia ipse erat lucerna
lucens. Virtutem perfectivam
quia sicut dicitur Luce 1° Venit
parare domino plebem perfectam.
Quarto magnitudo Iohannis

consideratur quantum ad doctrinam
per quam instruxit omnes homines
quantum ad omnem statum. Nam
instruxit maiores minores et
mediocres, peccatores, iustos et
penitentes. Maiores erant
milites per quos intelliguntur
omnes in dignitatibus constituti. Hos
quidem instruebat ut neminem
concuterent in persona, nulli calum-
niam inferrent in fama, nulli
rapinam facerent in temporali substancia
sed suis stipendiis sint contenti.
Unde dicitur Luce 3° Neminem
concuciatis neque calumpniam facia-
tis et contenti estote stipendiis
vestris. Minores fuerunt turbe
et plebes quos instruebat ut
elemosinis et operibus misericordie in-
sisterent dicens eis Luce 3° Qui
habet duas tunicas det unam
non habenti et qui habet escas similiter
faciat. Mediocres erant pub-
licani qui erant rei publice
officiales quos instruebat ut
dei precepta servarent dicens
Luce 3° Nichil amplius quam
constitutum est vobis. Talibus
enim [illegible] qui non sunt magis
perfecti nichil est amplius
quam ut statuta et precepta ob-
servent. Instruebat peccatores ut
penitenciam agerent dicens Mathei 3°
penitenciam agite appropinquabit enim
regnum celorum. Iustos ut viam
domini prepararent. Ibidem Preparate
viam domini rectas facite semitas
eius. Penitentes ut dignos
penitencie fructus facerent. Ibidem
facite ergo dignos fructus

prie / Tertio consideratur magnitudo Johannis quantum ad obitum / Cuius enim mors fuit preciosa superis quia pro sanguinis societatem celestium civium comparavit per preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius / Fuit grata miseris quia prius illis qui erant in limbo seu limbo suum adventum nunciavit Unde dicit glossa super illud Mathei xi° Tu es qui venturus es an alium expectamus / Non apte dicat sicut pro hominibus nasci dignatus es an etiam pro hominibus ad inferos pro hominibus descendere digneris in summa ut qui nativitatis precursor exstiti descensionis etiam precursor fiam et venturum inferno denunciem quem iam venisse mundo denunciavi / Fuit leta hominibus quia eius passio ab ecclesia multa leticia et gloria celebratur quod dicit Gregorius In exaltatione in sanctorum gloria est / Effuit contrarium duobus misteriis / quod misterium Augustinus assignat super illud Johannis iii° Illum oportet crescere me autem minui dicens habent veritatem in passionibus ... cristi et Johannis / Ita Johannes capite minutus est Cristus in cruce exaltatus est / Deinde natus est cum iam incepit crescere dies natus est Johannes cum cepit minui dies / Deinde sequitur Crescat ergo in nobis gloria dei et minuatur gloria nostra ut in deo crescat et nostra Tertio cum magis intelligis deum videtur in te crescere deus / Non autem ipse crescit quia semper perfectus est Sicut si curatur alicuius oculi incipient

videre parum lucis et alia die plus videtur ei lux crescere / lux autem perfecta est sive videatur sive non / Quarto magnitudo Johannis consideratur quantum ad premium Ipse enim habet fructum centesimum inquantum fuit virgo incorruptus Centesimum inquantum fuit predicator doctus et centesimum inquantum fuit martir non victus Unde cantatur de eo Serta ter denis alios coronant aucta crementis Ter novus Elevetur omnibus sanctorum meritorum prerogativis ante conspectum divine maiestatis et non est qui ad Johannis baptiste privilegium audeat aspirare / quia Johannes sit est insertus angelorum ordinibus ut etiam ad apicem seraphim transferatur / Ipse enim mandatum dei docuit et fecit et ideo magnus est in regno celorum Juxta illud Mathei v quicumque fecerit et docuerit hic vocabitur magnus in regno celorum / Vere Johannes est magnus quia fulget ut cedros patriarcharum quia fuit patriarcha candet ut ebur prophetarum quia fuit propheta et plus quam propheta resplendet inter choros apostolorum quia fuit apostolus a deo missus Sparcitur ut rosa martirum quia fuit martir gloriosus / Delectatur ut viola confessorum quia confessus est et non negavit / Redolet ut lilia virginum quia virginitatem perpetuam observavit etc. [illegible]

Sequitur sermo quartus de eodem et tercia

Erit enim magnus coram domino
vinum et siceram non bibet
Luce 1° Angelus volens magni-
tudinem et dignitatem Johannis
ostendere multipliciter hoc facit, dicit
magnum ipsum futurum esse quantum ad deum
valde graciosum cum dicit Erit e-
nim magnus coram domino | Quantum ad cor-
pus suum valde austerum cum dicit
Vinum et siceram non bibet | Quantum
ad animam valde virtuosum cum dicit et
spiritu sancto replebitur adhuc ex utero
matris sue | Quantum ad proximum val-
de fructuosum cum dicit Mul-
tos filios israel convertet ad dominum
| Quantum ad christum valde fidelem mi-
nisterium cum dicit et ipse precedet an-
te illum in spiritu et virtute helye | Fuit
igitur primo quantum ad deum valde
graciosus cum dicit Erit enim mag-
nus coram domino | Voluit enim coram
se esse magnus sed parvus valde
quia non reputabat coram se esse
dignum christi sanctificarum cum dixit
Mr primo Cuius non sum dignus
procumbens solvere corrigiam calcia-
menti eius Et quia fuit parvus
in oculis suis ideo est magnus
in oculis domini 1 Regum 15 Nonne
cum parvulus esses in oculis tuis
caput in tribubus factus sum | Item
voluit esse magnus coram mundo
per temporales scilicet divicias et digta-
tes quia cum esset filius summi
sacerdotis omnia deseruit et in
heremo habitavit | Item voluit esse
magnus coram homine aliquo
sicut sunt multi qui laborant
esse apud aliquos magne fame
Johannes autem cum tante fame esset
apud iudeos esset ut christus crederetur

famam istam contempsit Johannis
primo Confessus est quia non
sum ego christus Item in omni
cum tantis virtutibus esset Johannes
ut christus credi potuisset elegit
solide subsistere sub se nec ina-
ni opinione rapi extra se | voluit autem esse ma-
gnus coram domino Ista autem ma-
gnitudo attenditur secundum quadru-
plicem dimensionem | Fuit enim altus
per celestium contemplacionem Unde
celos apertos vidit spiritum sanctum
in forma columbe conspexit vocem
patris audivit christum deum verum
esse cognovit Ecce quam altus
fuit qui tam alta cognovit |
| Fuit profundus per humilitatem
de qua humilitate christum bapti-
zare refugiebat sanctum dei
verticem tangere non audebat sed
totus tremebat Mathei 3° Joha-
nes autem prohibebat illum dicens
Ego a te debeo baptizari et
tu venis ad me | Fuit longus
per patientiam et longanimitatem
quia se hominibus non ingessit sed
longo tempore in deserto manens
suam disposicionem patienter expec-
tavit Luce 1° Erat in deserto us-
que in diem ostensionis sue ad
israel | Voluit enim se predicacionem
populis ostendere nec de deserto
recessit quousque ad ipsum divina mis-
sio facta fuit Luce 3° | Factum
est verbum domini super Johannem
Zacharie filium in deserto et venit
in omnem regionem Jordanis etc | Fuit la-
tus per caritatem per quam
extendebant se ad desertum
quos ad amicos sicut ad discipulos
suos quos in fide christi instrue-

bat ad sinistram quo ad inimicos
sicut ad herodem quem caritati-
vive corripiebat de latitudine
mandati caritatis sit dicitur
in psalmo latum mandatum tuum
nimis Istas autem quatuor di-
mensiones secundum Augustinum ad eu-
genium quilibet debet habere cari-
tatem ut perseveret usque ad
mortem habet longitudinem
qui amorem suum dilatat usque
ad inimicos habet latitudinem
qui stupet et contemplatur
maiestatem dei habet altitudinem
qui pavet profundum iudiciorum
dei habet profunditatem Et
tamen alia mala quadruplex
dimensio penitus fugienda
de qua sic dicit Bernardus In eodem
libro longitudo continuum habere
solet dilatatio scissuram alti-
tudo ruinam et profundum ab-
sorbeam Longitudo enim sibi lon-
giorem promittit vitam latam
enim nimis superfluas animi distendi-
tur [?] altam enim de se plus
presumit profundum enim de se plus
decipit Secundo beatus Iohannes
quantum ad corpus suum fuit valde
austerus quod notatur cum dicitur Vinum
et siceram non bibet Eius
autem austeritatis magnitudo in
profundum consideratur scilicet cibo potu
vestimento et habitatione Cibus
enim suus fuit locuste et mel
silvestre Quid autem sunt ipse
locuste et mel silvestre tra-
bamus [?] apte dicit Tenui vic-
tu beatus Iohannes contentus
erat ex minutis scilicet volatilibus
et melle invento in truncis

arborum Deinde subdit In-
dicio autem Arnolphi Gallicani
Episcopi ... minimum genus
locustarum fuisse in deserto iudee
que corpusculis in modicum
digiti manibus gracilibus et
brevibus in herbis facile capi-
untur cocte quod in oleo pauperum
prebent victum Similiter narrat
in eodem deserto esse arbores
habentes folia lata et rotunda
lactei coloris et mellici saporis
que natura fragilia manibus
fricantur et eduntur Et hoc est
quod mel silvestre dicitur Habuit
etiam durum potum quia non
bibebat vinum neque siceram sed
tantum aquam quod autem sit sicera secunda
apud d. Sicera interpretatur ebrie-
tas vocabulo omne quod inebriare
potest poculum sive de pomis sive
de frugibus sive de qualibet alia
materia confectum signat Habuit etiam
durum vestitum de pilis camelo-
rum super quo locum sic dicit
Crisostomus in originali Servus dei
non competit vestimentum habere
ad speciem visionis vel ad carna-
lis delectamentum sed tantum
ad tegumentum nuditatis Habe-
bat enim Iohannes vestem non
mollem neque delicatam sed al-
teram gravem et asperam et
conterentem corpus suum pocius
quam foventem ut de virtute
anime eius ipse habitus corporis
loqueretur Ex quibus verbis constat
quod vestimenta quatuor de causis
deferri possunt aut propter appare-
tiam et ostentationem et turpis cu-
riositas est Sic fiebat ille dives

de quo dicitur Luce 16 Homo
erat dives et induebatur purpura
et bysso, aut propter molliciem et de-
lectacionem et tam turpis voluptas
est cum talibus vestibus reprehenditur
Mathei 11 Ecce qui mollibus ve-
stiuntur in domibus regum sunt
aut propter tegumentum carnis
et contra molestiam frigoris
et huiusmodi necessitas est. Unde
modo fecit quod deus Ade et uxori
eius tunicas pelliceas et in-
duit eos cum enim nudi essent
et de paradiso eos eiceret tunicas
pelliceas eos induit que carne
tegerent, aut propter carnis mor-
tificacionem et virtutis incitacionem et
taliter ferebat Job qui dicebat
Job 16 Saccum consui super cutem
meam et cilicio operui carnem
meam. Johannes autem nolebat de-
ferre vestes ad apparenciam et
ostentacionem cum in deserto maneret
Cuius sicut dicit Gregorius Nemo
preciosas vestes querit nisi ut in-
dei se credat nec propter carnis
molliciem unde dicit dominus
de eo Mathei 11 Quid existis
in desertum videre hominem mollibus
vestitum q. d. non nec simpliciter
propter tegumentum quia tales ve-
stes male tegebant et male
frigus arcebant sed ferebat
eas propter carnis mortificacionem
et tamen mortificacione non in-
digebat qui in utero sanctificatus
erat. Habebat eciam durum
et austerum cibum quia non
morabatur in pallacio sed in dese-
rto Luce 1o Puer autem crescebat
et confortabatur spiritu et erat in de-

serto ut exemplo multorum
maliciam vitaret et ut nocentes
arguere vere. Si enim fuisset in
mundo forte fuisset a malicia
et qualicumque homine depravatus
Simul eciam ut esse fide dignus
qui predicaturus erat Christum. Ex
quibus verbis habetur quod quatuor
de causis in deserto voluit co-
memorari seu commorari scilicet ut
sanctam educacionem haberet et pec-
catores liberius argueret. Homo
enim non tam libere arguit illos
cum quibus cottidie conversatur
et vivit et ut malicias hominum
vitaret quia ex cohabitacione
malorum contrahitur aliquando ma-
cula peccatorum et ut testimonium
de Christo fide dignius esset ut
potest qui enim eum quem non vide-
rat nec cum familiaritatem
habuerat. Si enim cum Christo nutritus
fuisset diceretur quod ex malicia per-
testimonium perhibet. Tercio qu-
antum ad animam fuit valde devotus
quod notatur cum dicitur Et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris
sue. Circa quod sciendum quod spiritus
sanctus habet quosdam effectus
generales quosdam speciales et
quosdam singulares et omnes
hos effectus habuit sanctus Johannes
Effectus generales sunt tres scilicet
culpam delere Ysaie 4 Si ab-
luerit dominus sordes filiarum Syon
in spiritu iudicii et spiritu ardoris
animam gratificare et in amicicia
tempore Sapiencie 7 In animas sanctas
se transfert et amicos dei et
prophetas constituit animam virtutibus
exornare Job 26 Spiritus domini
ornavit celos ornamenta celorum

sunt virtutes sanctorum / Istos tres
effectus spiritus sanctus dat omnibus
se digne preparantibus et maiores
dedit beato Johanni / Primo in ipso
omnem culpam originalem dele-
vit / Jer. 1o / Antequam exires
de ventre sanctificavi te / Item
gratiam et amiciciam decrevit [?] / Unde
vocat se amicum sponsi dicens
Joh. 3o / Amicus autem sponsi qui
stetit et audit etc. / Item virtutibus
decoravit de quibus virtutibus
dicit beatus Ambrosius / Johannes
virtutum scola magisterium vite
sanctitatis forma / iusticie norma
virginitatis speculum / pudicicie
titulus / humilitatis exemplar /
penitencie via peccatorum venia /
fidei disciplina / Johannes maior
homine / par angelis / legis su-
mma evangelii sanctio vox apostolorum
etc. / Alii sunt effectus speciales quos
spiritus sanctus non dat omnibus generaliter
sed aliquibus specialiter sicut sunt
apostoli et isti sunt tres scilicet divinas
revelationes [?] / 1 Cor. 2o
nobis autem revelatum per spiritum
sanctum / In plenitudine se diffu-
dit / Aliis enim dat se ad suffi-
cienciam apostolis autem dedit se in
plenitudinis habundancia / Act.
2o Repleti sunt omnes spiritu sancto
/ In gratia stabilitate quia a deo
apostolos stabilivit et confirmavit
quod ultra tunc non poterunt peccare
/ Spiritu oris eius omnis virtus eorum
Istos tres effectus speciales habuit
beatus Johannes / Ipse enim habuit
divinas revelationes / Primo pater
sibi se revelavit proprietatem filii
per assumptam carnem / Spiritus
sanctus per columbe speciem / Ipse
eciam spiritum sanctum in plenitudine

accepit Luce 1o / Spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris
sue / Ipse in gratia stabilitus fuit
a deo quod in peccatum nunquam cadere po-
tuit / Unde cantatur de eo loquens
liberum nunquam [?] coloris pu-
doris / Alii sunt effectus singula-
res qui fuerunt singulariter in
Johanne Christo et virgine domina
tamquam excepti scilicet in utero sancti-
ficatio Christi gaudiosa salutatio /
Unde dixit mater [?] Exultavit in-
fans in gaudio in utero meo
quasi scilicet presentiens dominum suum a-
surgere et ipsum salutare / Et pro-
phetie repletio quo existens
in utero accepit / Crisostomus super Mt.
ostendens qualiter Johannes fuit
plenus quam propheta dicit / Propheta
est primo [illegible] et fidei
prophetiam accepit nunquam qui pro-
phetat propheta quam homo / Circa [?]
quantum ad proximum fuit valde fruc-
tuosus quod notatur cum dicitur
Et multos filiorum Israel convertet
ad deum ipsorum / Convertit autem cor-
da audiencium ad deum preparando
et disponendo / Ideo appellatur
vox sicut dicitur Mat. 3o / Ego
vox clamantis in deserto parate
viam domini rectas facite semi-
tas eius / Dicitur autem vox vel
quia in persona dei nunciata nuncia-
bat / Et hanc racionem assignat
Crisostomus dicens Vox est sonus
confusus nullum secretum cordis
ostendens sed hoc tantum signum
quod vult dicere iste qui clamat / Sermo
autem est sermo misticum cordis ap-
periens / Sed autem vox nec [?] generis
et alia quibus est sermo autem est ho-
minum tamen / Ideo Johannes dicitur

est vox non verbum quia prius
deus sua consilia non demonstravit
sed hoc solum quod deus aliquid
facere meditabatur post ea autem
plenissime per filium suum myste-
rium sue voluntatis aperuit. Sit
dicitur vox quia cristum nunciando
prebat. // Constat enim quod unigenitus
dei filius verbum patris vocatur
et ex ipsa mea locucione cognoscitur
quia prius vox sonat quam verbum
possit audiri. / Vel dicitur vox quia
cum cristo magnam familiaritatem
habet. // Inter vocem et verbum enim
est magnatio et quietio. Unde
dicit Gregorius: Quod magnam
seu maximam habet cognacionem.
Augustinus tamen non habet racionem
assignat Crisostomus dicens: Quod
vox est propinquior seu proximior
verbo non tamen est verbum. Iohannes pro-
pinquior est cristo non tamen est cristus.
Quare autem dicatur vox clamantis
in deserto audit Crisostomus et Remi-
gius. 3. Dicitur Iohannes vox
clamantis in deserto quia clamor
ad surdos et longe positos
sine indignacione fieri solet. Et
iudaicus illud est ipso evenisse dum
longe est a peccatoribus salus et
aures suas obturaverunt sicut as-
pides surde et ex indignacione
et iram et tribulacionem a cristo
audire meruerunt. Clamat autem
vox in via domini preparate. Unde
subditur parate viam domini rectas
facite semitas eius. Qualiter
autem hec via domini sit paranda o-
stendit Ambrosius in libro super mo-
num dicens preparare incumbit via
domini. Si quid igitur fuit in hac
moribus asperum credulitate dura

nam offendatur in nobis sed repiat
viam castitate puram fidei sol-
licitudinem elemosinis eminentem
per omnia plana advenientem pro
Iohannes tramitem vie apposuit
et direxit viam. Fuit enim ieiuniis
humilis parens et ipse hoc Ambrosius.
Qualiter autem semite recte fiant
ostendit Ieronimus 3. Rectas facite
semitas eius ut via regia in-
cedentes proximos nostros ut nos
et nosmet ipsos ut proximos dili-
gamus. Qui enim seipsum diligit
et non proximum ad dexteram
declinet seu declinat // ut sunt
multi qui bene agunt et non bene
corrigunt ut sunt eli. Qui pro-
ximum diligit et seipsum odit
ad sinistram divertit. Multi enim
bene corrigunt sed non bene agunt
ut fuerunt scribe et pharisei et ceteri.
Quarto quantum ad cristi adventum
fuit devotus. Unde notatur cum dicitur
ipse precedet ante illum in spiritu et
virtute elie. // Et quare ante illud
processit in spiritu helie .i. in spiritu
quo fuit plenus helias primo
etiam in maiori. / Secundum quod in
helia fuit spiritus simplex in
elizeo duplex in Iohanne
triplex. Elias quidem fuit plenus
spiritu in vita, elizeus in vita
et post vitam seu post mortem
quia post mortem etiam mortuum
suscitavit. // Iohannes autem
plenus spiritu sancto et ante
vitam Luce 1o et spiritu sancto
replebitur adhuc ex utero matris
sue et in vita Luce 1o puer
crescebat et confortabatur spiritu
et post mortem Ambrosius Spiritus

3m

in spiritu helie

8

qui erat in Johanne non etate cohercetur non abitu contingit non alio nisi concludit. Elyas etiam fuit magne continentie atque servans de quo dicitur Eccl. 48 Surrexit Elyas quasi ignis et sic et Johannes surrexit non surrexit. Alii enim cadunt per peccatum originale a quo surgunt ~~[struck]~~ per baptismum et per peccatum mortale. Ceciderunt cadunt a quo resurgunt per penitenciam et sic surgunt et resurgunt. Johannes autem per originale cecidit a quo per satisfactionem surrexit et ideo non surrexit. Et dicit quasi ignis non quasi ignitus. Multi enim sunt sicut ferrum ignitum id est quod quidem est ignis sed remanet tamen ferri quia licet habeant ignem amoris divini tamen non omnino consumitur amore mundi. Hic autem totus fuit ignis quia nil sibi retinuit de amore mundi nec de amore sui sed totus conversus est in amorem dei. Qualiter autem eum ipsum precessit ostendit Remigius dicens quinque modis venit Cristus per Johannem scilicet nascendo predicando moriendo et ad inferos descendendo. Quare autem Cristus voluit ut Johannes ante ipsum precedet ostendit Cris. per tres causas dicens. Quare necessarium fuit ut Johannes Cristum preveniret. Primo quidem ut lumine Cristi dignitatem discas quia sicut pater et spiritus sanctus habitatis est, sic et filius. Luce 1o. Et tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante illum etc. Deinde ut nullam murmuracionis iudeis causam derelinquat. Quod et ipse demonstrat dicens Venit Johannes neque manducans neque bibens et dicunt demonium habet. ~~venit~~ venit filius hominis manducans et bibens et dicunt ecce homo edax. Tercio necessarium est ut crederet ab illo primus dicta que de Cristo erat et de ipso aliter iudei dixissent. Tu de te ipso testimonium perhibes testimonium tuum non est verum. Hec Cris. etc. Sequitur

Sermo quartus de eodem

Paravi lucernam Cristo meo et inimicos eius induam confusione. Verba autem sunt patris de filio volens enim mittere in hunc mundum verum solem premisit lucernam id est Johannem. Circa que verba quatuor sunt videnda. Primo quare Johannes dicitur lucerna. Secundo qualiter hec lucerna sit parata pro eo quod dicitur paravi lucernam. Tercio cui sit parata cum dicitur Cristo meo. Quarto quid sit parata cum dicitur inimicos eius induam confusione. Circa primum notandum est quod Johannes dicitur lucerna multiplici racione. Primo propter sue lucis mutacionem. Lucerna enim a se ipsa non lucet sed aliunde accenditur et lucem suam mutuat. Sic et Johannes non lucebat a se ipso sed a Cristo. Istam racionem assignat Cris. s. vocando dominus lucernam Johannem ostendit eum lumen a se non habere sed a spiritus sancti gratia. Ideo dicitur de Johanne Joh. 1o. Non erat ille lux sed ut testimonium perhiberet. Erat lux vera etc.

aut dicitur lux vero Johannes lux
mutuata Unde dicit Augustinus
super illud Iohannis quarto dicitur vero
de christo Illuminat dicitur lux Sed vera
lux est que illuminat [?] et
oculi nostri dicitur luna et tamen
nisi per noctem lucerna accenditur
aut per solem sol concedit lucem
sine causa patent // Secundo dicitur
lucerna propter sui obumbrationem
Sicut enim adveniente sole lumen
lucerne minuitur et quodammodo ob-
umbratur Sic fama Johannis
adveniente christo fuit minuta
et quodammodo id est obumbrata Iuxta
illud Joh. 3o Illud oportet cre-
scere me autem minui Et quantum
ad hoc non solum dicitur lucerna sed
etiam lucifer et stella quia ve-
niente sole lucifer obumbratur
stella obscurari videtur De cuius
obscuratione instar luciferi sic
dicit Crisostomus Sicut cum processit lu-
cifer lucem solis non cooperiat
claritatem luciferi sed eo precede-
te egreditur et lucem solis obscu-
rat illius candorem Sic et
christus non cooperuit ut Johannes
cursum suum compleret sed adhuc
eo lucente apparuit // De cuius
obscuratione sive obumbratio-
ne instar stelle sic dicit
Theophilus Sicut aliorum lumi-
num adveniente sole lumen
contingit videtur cum non sit [?]
[?] extinctum Sic et pre-
cursor tanquam stella a sole ce-
latus minui videtur Crescit autem
christus prout paulatim se per mi-
racula manifestat Tertio dicitur
lucerna propter sui consumptionem
sicut enim lucerna in servitio ali-
orum se consumit Sic et Johannes
in nobis contemplando et utilita-
tem consumpsit secularem et utilitatem
suam omnia temporalia despiciendo
consumpsit corpus suum ieiuniis conterendo
et macerando // consumpsit vitam
suam pro iusticia moriendo //
Consumpsit et consumavit vitam suam ut
videtis cottidie predicando // Con-
sumpsit famam suam ipsam di-
minuendo et annichilando quando
cum christus a multis crederetur fa-
mam istam contempsit et se
valde humiliavit Secundo vide-
ndum est qualiter hec lucerna
fuit parata quando bene ardet et
bene lucet Taliter erat parata
ista lucerna id est Johannes de quo
dicitur Joh. vo. Ille erat lucerna
lucens et ardens Secundum
autem quod est quedam lux que lucet
et non ardet sicut lux lune
Quedam que ardet et non
lucet sicut ignis infernalis // Que-
dam que nec ardet nec lucet
[?] sicut putridum lignum quod
in se lucem non habet sed in te-
nebris habere videtur in die autem
non lucet // quedam que lucet
et ardet // sicut lux solis // quedam
que fetet sicut ignis sulphureus
sive sulphureus et ignis ca-
ndele extincte // quedam que
ardet lucet et redolet sicut
ignis aromaticus Sunt igitur
lucentes sed non ardentes et
hoc vanum est Tertium aliud lux est
instar lune que crescit et de-
crescit Tales sunt qui tantum
foris apparere volunt et laudem
hominum appetunt De quibus sic

dicit Seneca Certum conscientias suas in aliis labiis ponunt modo precii modo magni modo nulli sunt enim quae adulatorio hominis vel vituperio placuit vel laudare. De talibus dicitur Eccli. xxvii° Homo sanctus manet in sapientia sicut sol stultus ut luna mutatur. Quidam sunt ardentes sed non lucentes et hoc peius est sicut sunt illi qui confidentes de conscientia non curant de fama cum tamen dicatur Math. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus. Unde sic dicit Glossa quantum ad nos conscientia nostra sufficit nobis quantum ad alios fama nostra non pollui sed pollere debet in nobis. Duae res sunt conscientia et fama. Conscientia tibi fama proximo prodest. Certum conscientiae confidens famam negligit crudelis est. Alii sunt non ardentes ut enim veritatem lucentes. Videntur tamen lucere in tenebris instar ligni putridi sicut illi qui faciunt aliqua opera de genere bonorum sed tamen cum sinistra intentione. Isti e contra videntur lucere in facto aliqua bona agunt sed tamen in tenebris sunt in facto sinistram intentionem secundum Math. vi° Si lumen quod in te est tenebrae sunt ipsae tenebrae quantae erunt. Tales etiam sunt quibus peccatores qui aliqua bona agunt etiam cum intentione qui quidem putridi sunt intus per peccatum et ideo lucent in tenebris id est inter malos qui aliquos ipsos mirantur in die aut inter bonos non lucent qui sciunt quod talia opera nihil illis

proficiunt ad salutem. Alii sunt lucentes et ardentes sicut viri sancti qui lucent per doctrinam et ardent per vitam bonam et hoc perfectum est maxime si lux ex ardore procedat. Si autem fulgor praecedat ex splendore vanum est. Unde in sermone Non ait Christus de Johanne ipse erat lucerna lucens sed ardens et lucens quia splendor ex fervore non fervor praecedebat ex splendore. Sunt enim qui non lucent sed fervent quia lucent emittendo lucem fumi vanitatis non ardorem caritatis. Alii sunt non lucentes sed fumantes sicut illi qui suo malo exemplo ceteros inficiunt et corrumpunt. Legitur in libro de natura animalium ex qua ad fumum candelae extinctae abortum facit. Sic est quando praelati emittunt ex se fumum fetoris per malum exemplum tunc etiam multos quos iam conceperat perdit dum exemplum fetoris praelatorum eos extinguit. Jere. li. Ecce ego ad te mons pestifer qui corrumpis universam terram. Mons est praelatus propter dignitatis eminentiam sed pestifer propter fetentem vitam qui corrumpit universam terram id est totam ecclesiam. Alii sunt lucentes per doctrinam ardentes per vitam et redolentes per bonam famam ex quorum odore boni recreantur et mali quasi invidia moriuntur. Talis erat Apostolus qui dicebat in persona sui et aliorum ii Cor. ii° Christi bonus odor sumus deo in iis

qui talis fuit et in hiis qui perierunt et aliis quibus ardor mortis in mortem et aliis uero vite ardor in vitam. Talis fuit beatus Johannes qui tanti fuit splendoris per doctrinam quod dicitur de eo Ysaie 42 Dedi te in lucem gentibus tanti ardoris per vitam quod dicitur igitur Eccli 48 Surrexit Elias quasi ignis. Tante fame et opinionis quod a Iudeis Christus crederetur. Sed pro isto ardore ab Herode mortem accepit sicut sepe suspense ad ardorem vinee moriuntur quia ipsum incarcerauit et decollari fecit. Ista tria tangit dominus de eo Johannis 5° Ipse erat lucerna ardens. Ecce quanti erat feruoris per vitam lucens. Ecce quanti erat splendoris per doctrinam. Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. Et voluistis eum recipere pro Christo si ipse consensisset. Ecce quante opinionis fuerit ad famam. Tertio videndum est cum hec lucerna parata fuit quod notatur cum dicitur Christo meo. Voluit enim deus per istam lucernam filio suo parare [illegible] de causa primo ut Christum mundo manifestaret. Solet homo quando rem preciosam minimam vult invenire lucernam accendere. Christus factus est minimus iuxta illud psalmi Minuisti eum paulo minus ab angelis. Ideo deus per lucernam accendit primo Johannem premisit ut ipsum minimum quando eum demonstrauit uel demonstraret. Istam racionem assignat Crisostomus dicens. Qualiter Christus non sic videbatur absque lucerna, i. Johannes accensa est. Luce 15 Que mulier habens dragmas decem et si perdiderit dragmam unam nonne accendit lucernam et euertit domum etc. Mulier ista est diuina sapientia que habebat dragmas nouem, i. nouem ordines angelorum habebat et unam dragmam preciosam, i. filium suum carissimum que quodammodo perdidit quando ipsum incarnari constituit. Christus quodammodo tunc hominibus perditus videbatur quia non cognoscebatur. Sed accensa est lucerna quia premissus est Johannes Baptista et sic ista dragma est inuenta, i. populo demonstrata. Ista lucerna in utero matris fuit accensa quando fuit in utero sanctificata sed tamen sub modio erat posita quando per baptismum et predicationem mundo est quasi reuelata visa uero est extincta (?) quando missus est decollari et tamen ista lucerna luxit dum esset sub modio quia Christum in utero cognouit et luxit per eam in candelabro quia Christum in candelabro demonstrauit luxit et cognita in limbo quia veram lucem hiis qui sedebant in tenebris annunciauit. Bernardus: Vere beatus Johannes fuit ardens et vehementer accensus que sic occupauit flamma celestis et iam Christi sentiret adventum quem nondum poterat sentire sensum. Fuit iam tunc lucerna ardens sed adhuc sub modio

ff

in qua tpe no potuit sed im mo-
dium illuminare · t mir sine luce
quo sed nitem domi indicauit
Sic deus pr istam lucernam
accendit ut nos ad eum sole
manu duceret et nre lippitudi
ne conueniret istam racionem assignat
Augustinus sup illud Johannis quito
Vos misistis ad Johannem et
Sol lucernam querebat fulgore
cuiusque solis lippitudo corda ferre
no poterat ideo quesitus est Jo-
hannes qui perhiberet testimonium
veritati ideo loquens de Johanne
sic dicit tante excellencie erat
homo ut ad diem sine luce
non posset ire ideo alibi ab
Augustino ipse Johannes vocatur
mons sine pres radiatus
in quo radius solis vide potu-
erunt qui ipm solem videre
no poterant prvalet et tractatus
eiusdem illud Johannis i° illuminat
omnem hominem venientem
in hunc mundum dicit quem ple-
rumque fit ut mane corpe ra-
diato cognoscatur ortus de sol
que oculis esse no possumus
quia qui sicut oculos ido-
nei sunt vide picturam illuminatio
et aliquid equnquis sic omnes ad
quos venit et nimis erant
ydonei eum vide et io crediderunt
Johannem ut per illum confiterentur
se illuminatum / Tercio istam lucer-
nam deus pr parauit ut ipm
precurreret et ante ipm preiret
Solent enim reges et principes
luminaria deferre sic Johannes
tamquam luminare et lucerna ante
eum preiuit sicut ... in

festis diebus unus cereus
ante eorum defertur In fe-
stiuis autem duo quia primo
aduentu cristi qui totus debet
esse pricipue salutaris precessit
unum luminare sed Johannes secundum
autem aduentum qui erit festi-
uitatis eterne precedent duo
luminaria sed Enoch et Elias
Quarto deus pat istam lucer-
nam xpo preparauit ut ipius veri
solis aduentum venturum esse
ostenderet ad istam racionem
spectat Johannes a Crisostomo
sup ad luciferis et aurore / de
lucifero quidem sic dicit / multe
stelle ante solem precedunt nun-
ciantes cristi aduentum nulla
tamen eorum luciferi nomen habe-
re meruit nisi una que eum
ipa luce precedit Sic omnes
prophete ante faciem cristi pro-
cedunt / solus autem Johannes eum
digito demonstrauit dicens
Ecce agnus dei / de auro d
sic dicit Sol appareat antequam
appareat mittit radios suos
et facit albere orientem ut
precedens aurora aduentum dici
denunciet sic deus natus in mundo
antequam appareret in mundo per
doctrinam spiritus sancti fulgore-
tum misso illuminauit Johannem
ut precedens ille aduentum
denunciet salutare Quinto
deus pr istam lucernam xpo
preparauit ut in eius obsequio
se totaliter mancipauit In ipso
eciam Johanne tamquam in lucerna
fuit tria equalitas olen proprietas
licinius puritas splendor veritas
ardor caritas hec autem omnia
in xpi obsequio mancipauit

scz humilitatem suam qui tam profunde
se humiliat et corrigiam calci-
amenti eius solvere se indignum
reputavit pietate sua scz qui no-
luit volegit dixit et fuit conpa-
sus Math 12 Tu es qui ven-
turus es et ambiguum non fide sed
pietate dubitat / sicut et petrus
dicens propicius esto tibi domine
non erit hoc tibi veritatem sua
tamen vitam testimonium perhibuit Joh
5 Vos misistis ad johannem
et ille testimonium perhibuit veri-
tatem suam quia ipsam ob
sui honore servavit et caritatem
suam quia ipsum super dilexit
unde noluit se dici sui dictis
amicus aut sponsi etc // Certo
videndum est quantum hec bienna
fuit parata scz ut multos cristi
confudit quod notatur cum subditur
invidos eius induit confusione
Confudit enim johannes iniquos
christi de officio suo de testimonio
suo de abstinencia sua et
de vita sua officium aut hostis
fuit baptizare de cuius bap-
tismo iudei sunt confusi ita sicut
dicitur Math 21 Cristus dixit
iudeis Baptismus johannis ex
deo erat an ex hominibus at illi
dixerunt nescimus videbat autem
si respondissent sibi petitur in-
fine quia si ex deo fuissent
ex celo fuisset dixisset respon-
disset quare non credidistis ei
Si dixissent ex hominibus time-
bant populum quia omnes johannem
tamquam prophetam habebat Secundo con-
fudit eos testimonio suo
Erubescere enim iudei quoscumque
quibus esset ut hec johannis jo

Et si dixisset se esse cristum
credidissent ei Sed ipse confessus
est et non negavit Elegit enim
solide subesse quam intra se quam
inaniter rapi supra se // Tercio con-
fudit eos ex abstinencia sua
unde dicitur Math 11 Venit johannes
neque manducans neque bibens et
dicunt demonium habet / venit fi-
lius hominis manducans et bibens
et dicunt ecce homo vorax et
potator vini etc Sancti dicat 2m
Cirsum per contrariam viam veni
ego et johannes et nos sumus sicut
si venatores per duas contrarias
vias aliquod animal insequantur ut in
alterum incidat / Ideo super predicto
verbo Si ieiunium vobis placet Jo-
hannes displicuit Si saturitas est
filius hominis quorum alterum deam
sentem alterum vorate et ebrium
nuncupastis / Quarto Beatus johannes
confundit nos de vita sua
Si enim in utero sanctificatus sine
peccato natus gratia dei plenus
tam asperam vitam duxit et corpus
suum tam dure afflixit quantam
confusionem nos debemus habere
qui et gratia dei sumus vacui et
peccatis infecti hec etiam me-
dicam penam volumus sustinere
Quid eius irrationabilius sicut et
reptilia ... in cibos exquirunt
delicatos johannes homo sanctus
a deo missus immo angelus quo
nullus maior inter natos mulierum
surrexit innocentissimum corpus
illud sic castigavit sic attenua-
vit sic afflixit etc

Sequitur Sermo quintus de eodem seu sancti Jo-hannis baptiste et cetera

Paratam lucernam christo meo. Lucerna convenienter dicitur quam Johannes de quo dicit Joh. 5 Ipse erat lucerna ardens et lucens. Ista lucerna tam splendide luxit quod lux est eciam appellata ysaie 49 Dedi te in lucem gencium et tamen dicitur de eo Joh. 1o Non erat ille lux sed Johannes et erat lux et non erat lux. Est enim quoddam quod tantum lucem influit ut corpus luminosum, quoddam quod tamen lucem recipit et influit ut corpus dyaphonum. Corpus igitur quod bene lucem influit est Cristus. Corpus quod tantum recipit erant iudei et sunt omnes auditores. Corpus quod lucem influit et recipit erat Johannes qui lucem a Christo recipiebat et populo influebat. Unde dicit Alanus Johannes erat lucerna illuminata a Christo luce, ardens fide et dileccione, lucens verbo et accione. Ista igitur lucerna tot ex se radios emisit quot exempla dedit. Primus radius est magne abstinencie. Luce primo vinum et siceram non bibet. Item esca eius erant locuste et mel silvestre. Unde Crisostomus (?) Considera hominem angelicum, primus cibus oracio, contemptum mundi, sanctificacio in veteri et novum in novo homine ... (?) est huius alimenta et quibus tegantur huius contenti sumus Johannes hic contempsit. Audi dominum: venit Johannes neque manducans neque bibens panem neque vescens vel plane neque vestiens sicut ceteri ... eius non ... sed

aliud inrationabilius. Sed nec plus crudeli hominum est indumentum contra. Aut Johannes talibus utebatur non propter superbiam ostendendam sed propter exemplum persuadendam. Augustinus de doctrina christiana: Quisquis enim rebus pretereuntibus restriccius utitur quam se habeant mores eorum cum quibus vivit, intemperans aut supersticiosus est. Quisquis non sic utitur ut metas bonorum morum quibus versatur excedat aliquid significat aut flagiciosus est. In omnibus enim talibus non usus rerum sed libido utentis culpa est. Cum tamen autem Johannes solus in deserto habitabat et ad penitenciam conversus, ideo si strictius vivebat non faciebat hoc ad superstitionem sed ad carnis mortificacionem, cuius mortificacione non indigeret cum ipse in utero sanctificatus fuisset. Secundus radius est vestis aspere defferende. Mat. 3o Ipse autem Johannes habebat vestimentum de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos eius. Gregorius in omelia super illud Mat. 11 Quid existis in desertum videre hominem mollibus indutum. Nemo enim existimat in luxu atque studio preciosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset nullo modo Johannem Dominus de vestimenti asperitate laudasset. Voluit autem Johannes huiusmodi vestem se induere ... de causa. Primo propter carnis mortificacionem. Istam causam tangit Jeronimus (?) dicens zona quoque pellicea Johannes qua cinctus fuit et alias mortificacionis est indicium.

Secundo propter vestitus peccatorum la-
mentationem. Et alius cuius habitus
est fletus et lamenti consimilis
istam causam assignat Remigius
dicens Sub hoc habitu vestimentorum
et vilitate ciborum ostendit Johannes
se peccata totius humani generis de-
flere. Crisostomus In victu et habitu
eius ostenditur non solum secularia bo-
na contempnere sed iniquitatem
mundi tamquam lugere. Tercio propter edi-
ficationem et exempli [illegible]
istam causam tangit Crisostomus dicens
Et mira cum Johannes primum
predicabat primo signa gerebat
in vestitu et cibo. // Quarto propter
conditionis habende ostensionem
istam causam tangit Theo-
philus dicens Vestimentum de pi-
lis camelorum dolorem erat
ostensivum in mente Johannes
penitentiam tollerare oportet
dolorem cum saccus signat
[illegible] propter [illegible] desperationem
quia [illegible] de mundo exire voluit
nisi unum saccum. Istam causam
signat Crisostomus dicens Vestimentum
Johannis erat de pilis camelo-
rum ut ipse conversationibus suis te-
stimonium ostenderet se contempnere
mundum ad homines intravit quando
mundum non ut reciperet cum
mundo sed ut spoliaret mundum
natus est in mundo sed non est
ingressus regna mundi. Et
cum natus est in mundo ipse
non remansit in mundo sed
peccatores vertens ad iustitiam
vocavit de mundo. Quintus est
radius puritatis et mundicie
propter quam puritatem dicitur angelus
immo maior angelo sicut dicit
Crisostomus super Matheum dicens propterea
si non est audacia dicere quod glo-
riosior est Johannes angelo
quia homo fuit et si propter
multum angelus est vocatus est
nomine si angelus et natura
fuisset angelus cum hoc ipso
quod angelus est non tamen laudis
sed quantum nature propter. Iste autem
mirabilis est quia humanam naturam
angelicam transgressus est sancti-
tatem et hoc quod tenuit per
gratiam dei non habuit ex natura
sed aut maxima puritatis et
mundicia nimis apparet iuxta illud
nesciebat laborem nimici puritate
de hoc sic dicit Crisostomus super Matheum
Conversatio Johannis cuius vita
faciebat culpabilem, culpabile
apparere cum quod si videres ve-
stem albam dicis satis candi-
da apparere. Sic quantum ad comparationem
Johannis omnis homo videbatur
immundus. // Quartus est radius
vite religiose assumende quod
notatur per hoc quod de mundo fu-
giens in deserto habitavit. Religi-
osi quidem non debent habitare
in pallaciis regum sed in soli-
tudinibus regionum. Semel Jo-
hannes intravit pallacium non
ad blandiendum sed ad argue-
dum et capitalem accepit
sententiam. Si cum blandire volu-
isset nunc occisus fuisset. Ex
quo datur intelligi quod viri re-
ligiosi qui in curiis tyrannorum
adiuvantur sunt iustitie zelatores
quando vero non adiuvantur sunt tur-
pissimi adulatores. Nolunt
aut habitare in mundo quia
in mundo polluitur visus

Ideo rogat propheta Deus averte o-
culos meos ne videant va-
nitatem. Polluuntur auditu ideo
monentur Eccl. 28 Sepi aures
tuas spinis. Polluuntur olfactu
unde mulier lasciva Prov. 7 vari-
os odores iuvenem invitat
seu mittit decipere dicens Prov.
Aspersi cubile meum mirra et
aloe et cinamomo. Polluuntur
per manus Ys. 1o Manus
vestre sanguine plene sunt.
Habitavit Christus in deserto ut o-
culos impudicos fugeret quibus
dei filium et spiritum sanctum
videre debeat. Aures quibus vo-
cem patris debeat audire. Os
quo Christi testimonium debeat perhibe-
re. Olfactum quo Christi odorem de-
beat sentire. Manus quibus
Christum debeat baptizare et
digito ostendere. Christus e ra-
dicibus vite mundane despicere
ostendit enim sic mundi despecta
quantum ad cibum quantum ad potum
quantum ad indumentum et quan-
tum ad domicilium. Crisost. super Ma-
theum quaerebat Johannes preciosum
mundi vestimentum qui ipsum
mundum contempserat nec opu-
lentas escas expectabat qui
seculi delicias conculcabat. Ubi
enim ei preciosa vestis seculi
optanda erat qui vestimento iu-
stitie indutus erat aut quas
delicatas cibos desiderare po-
terat qui divinis sermonibus
pascebatur. Potuit igitur dicere
de eo venit non manducans
neque bibens quantum potum
nec induens quantum indu-
mentum nec [illegible] quantum

domicilium. Sextus est radix
humilitatis confundere quia cum
crederetur esse Christus confessus est
se non esse Christum sed eius vocem
sive preconem cum dixit Ego
vox clamantis in deserto. Eius
amicum cum dixit Joh. 3o Amicus
autem sponsi. Eius indignum
servitorem cum dixit Math. 3o Cuius
non sum dignus procumbens
solvere corrigiam calciamenti
eius. Eius precursorem devo-
tum Joh. 1o Confessus est
quia ego non sum Christus. Devote
famulus est non solum non rape-
re famam domini sed oblatam a
multis respuit. Causa autem
iudei magis Johannem crede-
bat esse Christum quam ipsum
Christum ostendit Crisost. super
M[atheum] passi erat iudei qui-
dam quandam passionem ad Johan-
nem. Iudicabant enim estima-
bant cum Christo comparantes
multa quae Johannis clari-
tatem demonstrabant. Quorum
primum erat generis illustre
principatus. Erat enim sacerdotis filius.
Deinde disciplina conversatio
quantum vestium despectio. In
Christo autem contrarium videbat
scilicet genus humile quod cum comprobabat
dicens Nonne hic est
fabri filius. Dicta seu ostensa
quibus et vestimenta quoniam Deo ip-
sius est radius magnanimi-
tatis et constantie Christi quia constantiam
ostendendam dixit Christus
ipsum non esse arundinem vento
agitatam neque hominem mol-
libus vestimentis indutum.
Unde dicit Crisost. in omelia
Sicut aliquis est natura dulcis

na. Calamus autem propter sui infirmitatem
longitudinem ita aliquando est mollis
seu mobilis per ventum. Alii vero
sunt per lasciviam. Johannes autem
neque vero mollis erat propterea quod
dicit arundinem agitatam, neque
lascivie deditus seipsum propterea quod
dicit Johannem mollibus in-
dutum. Quod enim non serviebat
lascivie monstrat sola soli-
tudo et carcer. Non igitur Joha-
nes fuit calamus id est instabilis
et levis sed fuit firmus et
magnus. In typo enim qui ca-
lami sunt diaboli requie-
scat Job xl° Sub umbra
dormit in secreto calami.
Quod vero exposuit Crisostomus
super Matheum dicens Juxta ca-
lamum et papirum requiescat.
Calamus enim est inanis et pa-
pirus autem mollis et levis.
Sic omnis homo carnalis inanis fide
et levis in sensu et mollis
in passionibus calamus est
et papirus. De eius constan-
tia sic dicit Crisostomus In omnes
Johannes arundo a vento agi-
tata non erat quia neque aspera
fuit neque blandimenta sensit
sed vigore innocentie in-
fregit. Octavus est radius
discretionis nature quia pau-
latim iudeos ad Cristi magisterium
ducebat unde dicit Crisostomus
super Matheum Quemadmodum aves
pullos non confestim volationem
docent sed primo quidem extra
nidum educunt postea vero alta
multo velociorem apponunt
Sic et Johannes non confestim
iudeos ad alta deduxit sed

interim paulatim seu paulu-
lum evolare docuit. Christus igitur
eos secundum Crisostomum omnino aves
evolare docuit quando Christum
maiorem se esse ostendit dicens
Mathei iii° Qui de celo venit
super omnes est. Secundo autem
maiorem volationem docuit cum
filium dei ipsum esse perhibuit
Johannis 1° Ego vidi et testimonium
perhibui quia hic est filius dei.
Nonus est radius devotionis
et reverentie quia scilicet fuit ad
Cristum magna siquidem reverentia
ad Cristum fuit devotus in utero
quia ipsum reverenter salutavit. Maio-
rem in mundo quia ipsum bap-
tizare contremuit iuxta illud
Baptista contremuit et non au-
debat tangere sanctum dei verticem.
Maximam in sue mortis ar-
ticulo quia precursor suus ad
lymbum esse voluit cum dicit
Mathei xi Tu es qui venturus
es Glossa Sed si aperte dicat sicut
pro hominibus nasci dignatus es
an etiam pro hominibus ad inferos
descendere digneris insinua
ut qui nativitatis tue precursor
extiti descensionis etiam ad
inferos precursor fiam. Decimus
radius est magni zeli et e-
mulationis sancte quia quidem
zelum manifestavit in cla-
mando in obiurgando timo-
rem incutiendo. Clamavit
autem non tantum voce quando fuit
[illegible] Johannes vero cla-
mantis ob fortitudinem pre-
dicationis dicitur. Deinde sciendum
tribus autem modis clamor fi-
eri solet scilicet si longe positis quis
loquatur si surdis si pro indignatione

et habet quandam generacionem arradicat. Clamabat igitur Johannes pro peccatoribus qui erant longe positi. Sic nos verumque invenerunt mine- mores mei iniquitatis quia elo- ngaverunt a me. Ier. 2. Longe est ab impiis dominus. Prov. 15. Longe a peccatoribus salus. Clamabat surdis de quibus dicitur Ysa. 42 Surdi audite. Crisostomus Sicut foras surdum et aures ei sunt. Multi sunt qui aures habent cor- poris, sed tamen sunt surdi aure mentis quia aut audita non aut intellecta non diligunt, aut intellecta et dilecta per bona opera non ostendunt. Clamabat cum indignatione contra vicia et peccata. Eccl. 1. In multa sa- piencia multa est indignacio i. quanto plus aliquis est sapiens tanto magis contra vicia inde- gnatur. Istam indignacionem habe- bat Ezechiel propheta qui dicit Ezech. 3. Abii amarus indi- gnacionis spiritus mei. Gregorius in mor. vera iusticia compassionem habet quia et iusti recte soleant pec- catoribus indignari sed non de- dignantes desperant desperant quia non desperantes persecucio- nem commovent sed amantes quia et si foris increpaciones per disciplinam exaggerant in- tus tamen dulcedinem per caritatem servant. Tho. sermonem istum ostendit obiurgando quando dicebat Luc. 3. Genimina viperarum quis de- monstravit vobis fugere a ven- tura ira. Crisostomus Nam vipera est que cum statim momorderit hominem currit ad aquam quam si non invenerit moritur. Sic istos dicebat confitentes viperarum quia peccata mortifera committentes currebant ad baptismum. Post hoc

ut sicut vipere per aquam periculum mortis evadant. Deinde subdit Item nam viperarum est rumpe viscera matris sue nasci. Cum iudei assidue persequentes prophetas corruperunt matrem suam sinagogam. Ideo confitentes vipe- rarum nuncupantur. Deinde sed vipere a foris speciose sunt et quasi picte intus aut veneno replete ita isti pulcritudinem sanctitatis ostendebant in vultu sed venenum invidie gerebant in pectore. Tercio furorem istum ostendebat timore innuendo eis aliter modo Jam securis ad radi- cem arboris posita est. Que sit ista securis aliter exponit Ieronimus aliter Gregorius aliter Crisostomus. Crisostomus enim dicit securis est acutissima ira consummacionis que totum passura est totum mundum. Ieronimus vero sic dicit securis est evangelii predicacio iuxta Ieremiam qui verbum domini com- parat securi cedenti petram. Gregorius in omelia sic dicit Securis est re- demptor noster que est velut ex manubrio seu ex manubrio ab humanitate et ferro ex deitate constans tenetur ex humanitate sed incidit ex deitate que intelligitur securis ad radicem arboris po- sita est quia ad paccienciam expectat videtur quid futurus sit. Distin- guit autem Rabanus quatuor species arborum dicens Quatuor sunt species arborum quarum una tota est arida cui assimulantur pagani altera viridis sed sine fructu cui assimulantur ypocrite. Tercia viridis et fructuosa sed veneno- sa cui assimulantur heretici. Quarta viridis et fructum bonum faciens cui assimulantur viri catholici.

Ecce quod radiis ista lucerna resplenduit. Quare igitur ad tot radios non omnes homines illuminantur? Sed culpa non est / culpa ex parte lucerne sed hominis / lux enim lucerne vel etiam solis hominem non illuminat aut quando ipse homo in domo caliginosa se includit aut quando oculos claudit aut quando obstaculum interponit / Hunc quippe divine sapientie et gratie non recipiunt vel qui affectant ignorantiam vel qui claudunt voluntatem suam vel qui habent mortalem culpam / illi qui semper affectant esse in ignorantia concludunt se in domo caliginosa ut dicit Theophilus super illud Joh. 1° ut omnes crederent ~~super illud~~ per illum / Si aliqui non crediderunt occultabilis permanet ipse Johannes tra et si aliquis includit se in domo caliginis ut ipsum solis radiis non illustret ipse tamen lucem habuit et non sol fuit Johannes ut omnes crederent missus fuit sed si minime consecutum est hoc non ipse cuius causa erat venit sed gestit / Isti etiam hunc recipere non possunt qui oculos cordis claudunt. Crisostomus / Illuminat Christus omnem hominem quantum ad eum pertinet Si autem oculos nostros claudentes noluerimus recipere huius lucis radios non a luminis natura obtenebratis est illud sed a malitia eorum qui voluntarie privant se ipsos gratie dono / Illi etiam istud lumen non recipiunt qui peccatum obstaculum interponunt ~~Tales enim inter se et deum faciunt divisionem ysa. 59~~ ponunt medium / Trenorum 3° Opposuisti id est opponi permisisti tibi nubem ne transeat oratio / Tales enim inter se et deum faciunt divisionem ysa. 59 / Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum / Tales etiam inter se et deum ponunt murum sive parietem quem ipsum deum ab eis abscondunt unde sequitur / Et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret / Post illum parietem stat Christus non videns tristis peccato persistente Cant. 2° secundo En ipse stat post parietem nostrum / Iste paries est omnino dissipandus Eze. 12 perfode tibi parietem / Taliter perfodebat et dissipabat apostolus qui dicebat In deo meo transgredior murum

Sequitur sermo secundus de sancto Johanne baptista etc.

Non surrexit inter natos mulierum maior Johanne baptista Matth. 11 / Laudari potest homo aliquando a seipso aliquando ab homine malo / aliquando a viro sancto / aliquando ab adversario / aliquando ab angelo aliquando a deo / Laudatio que a seipso est verecunda quia ut laus propria in ore proprio sordescit / Laudatio que fit ab homine malo est ignominiosa. Quia secundum Senecam / Idem est laudari a turpibus et ob turpia / Nullius enim valoris est illa laudatio que fit ab illo qui in nullo laudabilis est / Laudatio que fit ab homine sancto licet non sit penitus ita est tamen fide digna quia non respicit ad ~~carnalem affectum~~ specialem affectum sed pure ad deum / Laudatio que fit ab adversario est firma / Validissimum enim est testimonium ab inimico prolatum /

laudatio que fit ab angelo est
vera et certa quia mentiri non
potest in speculo enim eternitatis
veritatem videt / laudatio que fit
a deo est vera et probata 2 cor
10 non ille qui seipsum commendat
probatus est sed quem deus co-
mendat beatus igitur Johannes
voluit commendare seipsum quia
hec commendatio vetanda est vera
cum interrogaretur a iudeis si cristus
esset respondit se non esse sed
precursorem suum esse prov 27
laudet te alienus et non os
tuum extraneus et non labia tua
hec voluit commendari a malis
i. a iudeis qui pro cristo ipsum
recipere volebant quia hec comme-
datio ignominiosa est et decepto-
ria etiam ysa. 3 et 9 et ierusalem
qui beatificant plus ipsum seducunt
eos et qui beatificantur precipitantur
Commendatus est autem a bonis
quia dicitur marci 6 Herodes sic
(?) reverentiam illum habebat / et hec
commendatio est fidedigna / Com-
mendatus est ab adversario i.
herodem qui eum metuebat et
virum sanctum et iustum sciebat
sicut dicitur marci 6 et hec co-
mendatio est firma Commendatus
est ab angelo sicut dicitur luce 1
erit enim inquit angelus magnus
coram deo et hec commendatio
est certa / Commendatus est a deo
cum dixit in eo proposito Amen
dico vobis non surrexit inter
natos mulierum maior Johanne
baptista / et hec commendatio pro-
bata et gloriosa est 2 cor 10
Et in gloriatur in domino glorietur
non solum autem hec cristus asserit
sed etiam assertioni iuramentum
premisit cum dixit Amen dico vobis

Ista igitur est vera laudatio que
a iudice vel rege aut laudato-
ribus sunt vituperationes pro mo-
dico sunt habende 1 cor
4o michi autem pro minimo ut
a vobis iudicer vel ab humana
die sed neque meipsum iudico
qui autem iudicat me deus est
Bernardus Ut quid alieno vel mei
ipsius testimonio contentus sed
cum nec vituperio reprobus nec
laude dignus invenitur si ante
tribunal verum iudicantis astra-
tum nullo laude presumat gloriari
(?) sunt aut eo solius cristi
iudicio sum putandus contra
insanie est / vestri vel alterius
iudicio gloriari hec Bernardus Vera
igitur et probata commendatio fuit
quia ergo Johannes a cristo lau-
dari promeruit quod cristus
dixit inter natos mulierum
non surrexit maior Johanne
baptista Ieronimus non inquit
inter natos mulierum non virginum
coniugatorum enim opere corrupte vo-
cantur Si autem mulier aliquis
in ewangelio nuncupatur precedit
quod sine interpretatione mulierum pro
femina posuisse sicut ibi mulier
ecce filius tuus In eo autem
quod dixit / non surrexit maior
ipso Johanne 2us sermonem
non ceteris pretulit prophetis et
patriarchis cunctis quam ipsius sed
ipsum ceteris coequavit hoc enim
statim sequitur et si aliquibus
eo maiores non fuit ille ma-
ior aliquis sit hec idem testatur
Crisostomus dicens non dixit Jo-
hannem maiorem esse ceteris
sanctis sed ceteros sanctos non
esse maiores Johanne coequavit

cum tamen non prefuit videtur
tamen Cristus in sequentibus dicere
Johannem omnibus sanctis esse
maiorem. Ait enim sit super aliquem
cum tanta sit iusticie altitudo
ut in illa nemo possit esse per-
fectus nisi solus Cristus. Puto quod
omnes sancti quantum ad subtili-
tatem divini iudicii invicem ce-
teri aut inferiores aut priores.
Ex quo intelligimus quod qui
maiorem se non habet omnibus
maior est. Hoc dominus sequentibus
sermo demonstrat [illegible] de
terum qui autem minor est in regno
celorum maior est illo. Cristus
est minor et maior, minor in
corpore maior in potestate. Videtur ergo
quia omnibus sanctis maior est
cum solus Cristus est prior quod
Cristus dicit autem de Johanne
quod nullus eo maior surrexit
propter quasdam speciales prerogativas
quas habuit ipse. Cum fuit et ab
angelo nunciatus in utero sancti-
ficatus beate marie quodammodo
filius angelus appellatus propheta
et plus quam propheta dictus baptista
Cristi electus sponsi amicus
[illegible] sanctorum [illegible] insignitus
et dies nativitatis eius habetur
solempnitate festivus. Fuit
igitur ab angelo Gabriele nunci-
atus qui quidem angelus nunci-
avit eum in templo et iuxta
altare et a dextris altaris
incensi. Primum autem [illegible] ap-
paruit quia veri sacerdotis ad-
ventum annunciabat. Apparuit
a dextris quia iudeam defe-
rebat et a dextris altaris
incensi quia celeste sacrifi-
cium [illegible] habebat in quo angeli

ministrabat non enim inquit du-
bium est assistere angelum
quando corpus immolatur. Glosa [illegible]
sicut dicit Beda In templo et
iuxta altare et a dextris
apparet et veri sacerdotis ad-
ventum et ministerium sacrificii
et celestis doni gaudium quod
per dexteram significatur predicat.
Secundo fuit in utero sanctificatus
[illegible] quia antequam sanctificatus [illegible] do-
na accepit scilicet per [illegible] mundacionem
[illegible] primo [illegible] quia [illegible]
[illegible] sanctificatum [illegible]
mundum [illegible] spiritu sancto repletus
[illegible] spiritu sancto replebitur
adhuc [illegible] matris sue. De-
[illegible] cognicione [illegible] primo
exultavit infans in gaudio
in utero meo. Augustinus
[illegible] est [illegible] dubium
in infante non [illegible] ab
infante, quasi [illegible] si [illegible]
a deo est in illo puto acce-
leratus [illegible] racionis aut
voluntatis ut intra viscera
materna iam posset cognoscere
credere et sentire hoc [illegible]
[illegible] habendum divine pote-
tie non ad [illegible]
[illegible] nature. Tercio fuit
beate marie quodammodo filius
scilicet per [illegible] per adop-
tionem et spiritualem [illegible]
que [illegible] cum [illegible] ipsa
quantum ad hoc tres filios ha-
buisse videtur scilicet [illegible] de
suis visceribus virgo concepit
virgo peperit et virgo remansit
post partum. Item Johannem
ewangelistam qui fuit eius
filius ad [illegible] secundum

cognacionem legalem / Mulier ceteris
eum sine lesione ex raptu princi-
pis statum accipiunt ad optandi
Ipsa autem Iohannem in filium
adoptando eum non tantum recepta-
tam sed etiam mandatum principe
dei / Mulier ecce filius tuus
Item Iohannem baptistam
que ipsa quodammodo baptizavit
quando matrem eius salutavit
dixit enim [illegible] ex quo facta est
vox salutacionis tue in auri-
bus meis etc. Ex quo datur
intelligi quod ipsa vox saluta-
cionis per aures Elizabeth
ingrediens ad puerum descendit
virtute cuius salutacionis puer
spiritum sanctum accepit per quem
et se fini confudit et a peccato
originali mundatus fuit per quod
baptismus designatur // Quarto
est angelus appellatus Malachie
iii° Ecce ego mitto angelum
meum etc / Dicitur autem angelus
multiplici racione / Primo propter
officii dignitatem hanc racionem
assignat Gregorius dicens Quid enim
grece angelus hoc latine nuncius
dicitur Recte igitur Iohannes
qui nunciare supernum nuncium
veniat angelus vocatur ut dig-
nitatem servet in nomine quam
explet in operacione Secundo dicitur
angelus propter suam reverenciam
et sublimitatem hanc racionem
tangit Theophilus Precursor Christi
angelus dicitur propter vitam an-
gelicam et reverenciam excelsam
Tercio subdit quod autem dixit
ante faciem hoc signat non
te nuncius tuus est unde
ostenditur approximitas precursoris
ad Christum venturum et tunc ante

angelus

nuncta regis ambulant qui
propinqui sunt magis / Tercio dicitur
angelus propter mundiciam et puri-
tatem immo etiam propter hoc maior
angelo dicitur Crisostomus Puto si non
est audacia forte dicere quod glo-
riosior est Iohannes quam fuit
homo et propter mirabilitatem virtutis an-
gelus e vocatus quia si nomine
angelus fuisset et natura angelus
cum sit ipso quod angelus non tamen
est virtutibus quibus non expectatis Quar-
to dicitur angelus propter vitam
celestem hanc racionem tangit
Crisostomus dicens Iohannes non multo
angelus incipit quia in
hoc mundo positus mundum [illegible]
nam angelicam vitam exercebat
Idem super illud Mathei xi Cum
audisset Iohannes in vinculis
opera Christi Iohannes propter homo
gracia angelus quia nil cerebris
ciat in eo nisi nisu sola cor-
pore tenebatur in carcere quod
autem erat in celo Quinto dicitur
angelus propter vehementem fervo-
rem Igitur sicut ait Ambrosius
Angeli sine zelo nil sunt
et hec sue pietatis amit-
tunt nisi causa zeli ardore
sustentantur Psalmus Qui facit
angelos suos spiritus etc Istum
vehementem zeli ardorem
habebat Iohannes de quo dicitur
in persona Elie Ecclesiastici 48 Sur-
rexit Elias quasi ignis // Sex-
to plusquam propheta vocatus
est Quare autem dicatur plus quam
propheta Crisostomus super Mathei multas
raciones assignat / Prima est
ex eo quod prophete Christum fuit venturum
dicunt omnes prophete ante faciem

plus quam propheta

cristi ut prope eum cristo veni-
rent quatuor autem partibus prophetis
Johannes iuxta cristum missus
est tempore iusticie pre illis prophetis quia
semper proximior erat. Quartam ra-
cionem assignat Gregorius. Omelia super
illud Math. xi Ecce ego mitto
angelum meum qui preparet ante
faciem tuam. Secunda est quia sicut
enim que prope ortum radiis inci-
dunt aliis sunt clariores
ita Johannes prope cristum prenunci-
ans. Quarta est eo quod in utero prophetavit
Luc. i. Propheta est de cristo prodire
numquam propheta fuit ut in utero
constitutus deum cognosceret. Idem
propheta est ut pre nimio gaudio cor
et fidei prophetiam accipere numquam
propheta fuit ut plus fieret propheta
quam homo. Tertia est eo
quod cristum baptizavit. Idem
propheta est ideo bifarium accipe
numquam propheta fuit bifarium bap-
tizantis deo dare. Quarta
est eo quod cristum principaliter
demonstravit. Idem propheta est unum
ante tempora significare de cristo
numquam propheta est faciem in facie
digito demonstrare. Quintum est
eo quod de ipso cristum prophetat
fecit prophete ut ipse de deo
prophetaret numquam propheta ut deus
de deo prophetaret. Omelia. Hic est de
quo dictum est Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem
tuam. Sextum est eo quod cristo
viam preparavit. Idem alii prophete
missi sunt ut adventum eius
annunciarent iste autem ut prius
viam prepararet nunciantibus ad-
ventum eius predicationibus communi-

ssimus est preparavit autem vias Que
ille correctionibus operum munita
est. Sic angelus dicit de eo
Et multos filios israel convertet
ad deum suum. Ille ergo corrigebat ut
iste susciperet. Ille mundavit ut
iste sanctificaret. Ille preparavit ut iste
inhabitaret. Septima est eo quod
per alios prophetas de ipso propheta-
tum fuit. Idem de quo propheta a-
liquis prophetatum. Omnes prophete prophe-
taverunt de cristo. De illis autem
prophetatum non est. Ipse autem non
solum prophetavit de cristo sed
eciam alii prophete prophetaverunt
de illo. Octava est eo quod
prophetas instituit. Nam sicut
dicit idem Crisostomus. Ideo ipse
fecit beata maria salutare
elizabeth ut virtus eius descen-
deret ad johannem et ibi eum
ungeret in prophetam. Ipse in
prophetam unctus matrem propheti-
ssam fecit et ori illius in verbo
confessionis apparuit ut cum non
videret personam cognosceret
dignitatem. Omelia. Unde michi
hoc ut veniat mater domini mei
ad me. Nono fuit baptista
cristi electus, ubi quidem meruit
totam trinitatem agnoscere. Un-
de dicit Augustinus de fide ad Pe-
trum. Cuius patris et filii et spiritus
sancti una sit natura per missionem
tamen tres esse personas pa-
trem qui dixit Hic est filius
meus dilectus, et filium solum
esse super quem vox patris inso-
nuit, et spiritum sanctum in specie
columbe qui super cristum bapti-
zatum descendit. Decimo fuit sponsi
amicus Johannes iii°. Amicus autem

J baptista

amicus sponsi

sponsi et efficit aut iste amicus
inter sponsum et sponsam i. xpm
et ecclesiam sicut fideles amici
conveniunt facit ipse enim sponsam
ad sponsam adduxit. Ieronimus super Jo.
sicut per amicum sponsi adducit sponsa
ad cristum sit per puerum ta-
bacta ad ysaac ipse ut sponsa
aliud non diligit et fideliter laborat
Augustinus super illud Amicus autem sponsi
et cum custodit sponsam vel v-
xorem amici sui dat quod oportet
ut nullo alio alius amictur
Sed si amor pro aliquo voluit
et uti commendata sibi qua de-
testanda sit quando quantum appetit
ipse de conivere sponsi eius sponsa
valde gavisus est sicut fuit. Theophilus
super illud Johannis In gaudio
gaudet propter vocem sponsi ego
hic gaudeo scilicet quod omnes illi ac-
cedunt. Si enim non accessisset ad spon-
sum sponsa i. populus ad cristum tunc
dolorem paterer ego ideo ipse spon-
sam in manum sponsi posuit
ut de ea se amplius intromit-
teret. Crisostomus super id Joh. i. Vidit
Johannes Jhesum venientem ad se
et ait Ecce agnus dei etc. Cum
enim sponsum induxit et sponsam
in manum eius posuit qua eo
accipit de ea disponit. Ita et
venit copulaturus sibi ecclesiam
nil ipse dixit sed accessit solum
amicus eius Johannes dexteram
eius sponse imposuit per sermones
suos aures hominum in manum eius
ponens quos et accipiens ita dis-
posuit ut ultra ad Johannem
non redierunt ipse de familiari te
sponsi et sponse gaudium erit

et amplius sibi non assumpsit
Augustinus super illud Johannis tercio
In hoc gaudium meum impletum
est ut gauderem ad vocem sponsi
ideo gaudium mea plus iam non as-
sumo ne et quod accepi amittam
qui enim vult gaudere et tristis
est. Qui autem vult de deo gaudere
semper gaudebit quia deus sem-
piternus est sponsus autem. Crisostomus
de isto sponso aliud misterium
sicut enim sponsa que debet de-
sponsari non vadit ad sponsum
sed sponsus ad eam. Item et ter-
tium dicit. Sicut enim in nuptiis
puella ad sponsum non vadit sed
ipse ad eam et ita contingit. Non
enim ascendit natura hominum sed ad
eam filius dei accessit et ad
domum duxit paternam. Octavo
fuit cibus mittis quibus debet
aureola insignitus quia scilicet predi-
cator martir et virgo fuit et
ideo habuit coronam stellatam
que debetur predicatoribus et docto-
ribus. Danielis xii. Qui ad iusticiam
erudierint multos erunt quasi
stella in perpetuas eternitates. Ha-
buit coronam gemmatam que debetur
martiribus. Psalmus posuisti in capite
eius coronam de lapide precioso. Ha-
buit coronam auream que debetur
virginibus. Ecclesiastici xlv. Corona aurea
super mitram eius. Est enim aurum
et fulgidum et incorruptum et precio-
sum sic et virginitas. Sapientie quarto
O quam pulcra est casta generatio
cum claritate etc. qua fulgida
immortalis est enim memoria illius
etc. qua incorrupta quia apud
deum nota et apud homines etc.
qua preciosa. Nono dicitur nativitas
eius esse festiva a deo ut ex

sacratam eius nativitatem festive
celebrarent / Aliud enim nativitatis
solempniter celebramus scilicet christi
virginis et johannis baptiste. Ra-
tio autem triplex potest assignari
prima est quia omnes fuerunt
sanctificati. De sanctificatione christi
dicitur luce 1 quod enim nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei
De sanctificatione virginis dicitur
in psalmo Sanctificavit tabernaculum
suum altissimus. De sanctificatione
johannis dicitur Jeremie 1 Antequam exires
de vulva sanctificavi te / Secunda
est quia omnes tres fuerunt mira-
culose nati. Scilicet christus natus est
de virgine. virgo nata sterili
matre. Johannes de sterili sene
utroque parente / Tertia ratio est
quia ortus istorum trium fuerunt
gaudio dedicati et ideo conveniens
est ut et nos ortus istorum cum gau-
dio celebremus. De gaudio na-
tivitatis christi dicitur luce 2 Ewan-
gelizo vobis gaudium magnum quod
erit omni populo quia natus est vobis
salvator etc. De gaudio nativitatis
virginis dicitur hester viii° Judeis
nova lux oriri visa est gau-
dium honor et tripudium. De gau-
dio nativitatis Johannis dicitur luce
1 Et multi in nativitate eius gau-
debunt etc.

Sermo primus de sancto petro et paulo

Fecit deus duo luminaria ma-
gna luminare maius ut pre-
esset diei et luminare minus
ut preesset nocti Genesis primo. Per
ista duo luminaria mundi possunt in-
telligi duo luminaria paradisi scilicet pe-
trus et paulus / Per luminare ma-
ius id est solem intelligitur petrus
quia sicut sol est princeps om-
nium luminarium sic petrus est omnium apostolorum
Per luminare minus id est lunam intelligitur
paulus quia sicut luna est ultima
planetarum / Sic paulus fuit ultimus
omnium apostolorum. Unde quia ultimus est
vocatus unde illud 1 Cor. 15 No-
vissime autem tamquam abortivo visus
est mihi. Et nunc quia se ultimum
id est minimum est reputatus ibidem
Ego sum minimus apostolorum / Potest
igitur luminare maius dici quia
petrus fuit apostolus populi iudeorum
in quo erat lux fidei et dicte (?)
legis / luminare vero minus potest nocti
quia paulus fuit apostolus gentilium
in quo erant tenebre ignorantie
et infidelitatis. Petrus autem precessit
in miraculis paulus vero in sapientia
Recte igitur petrus factus est apostolus
iudeorum quia iudei signa petunt
paulus vero gentilium quia greci sa-
pientiam querunt sicut legitur 1
Cor. 1°. Sunt autem ista duo lu-
minaria mundi plura in scriptura
que isti duo apostoli per illa duo
luminaria mirabiliter (?) figurantur. Habent
in inferioribus multiplicem potestatem
quia cooperantur ad productionem et
generationem vegetabilium et con-
sensibilium (?) Hoc innuitur deuteronomii
33 ubi dicitur moyses in be-
nedictione joseph de pomis fruc-
tuum solis et lune id est generatis
et productis virtute solis et lune.
Secundo sunt in motu velocitate unde
Josue volens horum duorum luminarium
velocem motum retardare dixit
Josue 10 Sol contra gabaon ne
movearis et luna contra vallem
hayalon / Tertio sunt in luce maio-
rem claritatem Eccli 50° Quasi
luna plena in diebus suis et
quasi sol refulgens etc. Et 1 Cor.
15 Alia est claritas solis / alia
claritas lune. Quarto sunt in quan-
titate corporali magnitudinem
quia sol est maior aliis plane-
tis quoad ad visionem / Et luna

quantum ad apparentiam. Et ideo vo-
cantur luminaria magna. Qualiter ha-
bitura sunt in iudicio perpetuam
stabilitatem Abacuk iii° Sol
et luna steterunt in habitaculo suo
scilicet post iudicium sol laboris sui
mercedem suscipiet quia ut dicit
ysaias lucebit septempliciter
sicut modo et non veniat ad occa-
sum nec sol nec luna nec in or-
dine quo creati sunt stabunt
ne dampnati sub eorum po-
siti in tormento fruantur eorum
luce / Ista igitur duo luminaria pa-
radisi scilicet petrus et paulus con-
signantur per hec duo luminaria
magna scilicet solem et lunam
primo quia magna sunt in in-
ferioribus potestatem unum unus
est ianitor celi / alius doctor
mundi / ut vix eorum potestatem nec
intelligere valeamus Secundo
quia deus habet triplicem thesau-
rum scilicet thesaurus potencie de
quo dicitur Ieremie l aperuit
deus thesaurum suum et protulit
vasa ire sue / vasa enim ire
id est iusticie proferuntur de thesauro
divine potencie / et iste thesau-
rus est patris / Est thesaurum
sapiencie de quo dicitur Colos ii°
In ipso sunt omnes thesauri
sapiencie et sciencie dei absconditi
et iste est thesaurus filii / Est
thesaurum gracie de quo dicitur
num xx° aperi eis thesaurum
aque vive / fons aque vive
est habundancia refrigerantis
divine gracie. hos thesauros dicitur
Deuteronomii 32 Nonne hec con-
dita sunt apud me et signa-
ta in thesauris meis Omnia
enim in thesauris divine sapiencie
et potencie et gracie condita

et et signata consistunt. Unde
per modum effectus potencie sa-
piencie et gracie proferuntur. Cum
igitur deus habet tres thesauros
ideo voluit tres thesaurarios the-
saurarius thesauri patris est petrus
cui pater commisit thesaurum sue
potencie unde dicit dominus petro
caro et sanguis non revelavit
tibi sed pater meus qui in celis
est Magnum thesaurum pote-
tie petrus accepit quia potestatem
claudendi et aperiendi celum
Qui promeruit thesaurum filii
est paulus cui christus dedit the-
saurum sapiencie sicut ipse innuit
Gal i d. notum vobis facio
evangelium evangelizatum
per me quia non est secundum ho-
minem neque enim ego ab homine
accepi illud neque didici sed per
revelacionem ihesu christi nemo enim
potest intrare in sapienciam dei nisi per
doctrinam et sapienciam pauli /
De istis duobus thesauris dedit
petro sicut bono dispensatori
claves regni celorum seu celestis
Dedit paulo tanquam ideo doc-
tori magisterium cuius iure institu-
cionis innuit scilicet ut quos ille
erudiret ad salutem iste susci-
peret ad quietem et quos ceteri
paulus patefecit doctrina cordibus
eorum eorum petrus aperuit re-
gnum celorum / Ambo enim apostoli
a duo claves acceperunt sic
paulus potencie petri thesau-
raria particeps factus est Virgo beata gracie a
spiritu sancto accepit thesaurum
gracie et unde dictum fuit
sibi luce primo spiritus sanctus super-
veniet in te re ideo dicitur gratia
plena. Istud igitur thesaurum

dependit in hoc mundo, i. de co nin vite et glorie et in celo gratia illis qui sunt in terra celestis civitatis amministrat. Ecclesiastici XX: In habitatione sancta coram ipso ministravi. Vel ista causa potest aliter assignari. Homo enim in via eundi ad celestem patriam habebat ignoranciam et impotenciam quia nec per viam ire sciebat, Psalmus: Viam civitatis habitaculi non invenerunt, nec ab hostium insidiis tutus erat, Psalmus: In via hac qua ambulabam absconderunt superbi laqueum michi. Propter hunc duplicem defectum deus dedit nobis duplicem effectum paulum apostolum ut scilicet per suam sapientiam nos doceret et per suam vitam ab hostibus nos defenderet. Ideo consuevit depingi cum libro quia sua sapientia nos instruxit, cum ense quia ab hostibus nos defendit. Sed pars adesset si homo viam sciret et ab hostibus tutus esset, tamen celestis civitatis ianuam clausam inveniret nec illam intrare posset. Erat enim clausa ianua paradisi scilicet ianua vite et ianua iusticie. Quidam enim ingrediuntur per ianuam vite qui scilicet salvantur ex sola dei gratia non ex propriis meritis sicut sunt pueri baptisati qui statim evolare creduntur. Alii vero sunt qui ingrediuntur per ianuam iusticie sicut illi qui salvantur merito bonorum operum cum auxilio divine gratie. Istam duplicem tangit apostolus ad Romanos iiii: Ei autem qui operatur merces non imputatur. Credenti autem in eum qui iustificat impium reputatur fides eius ad iusticiam secundum propositum gratie dei. Erat igitur clausa ianua vite quia deus nullum recipiebat ex sola gratia; erat clausa ianua iusticie quia nullum recipiebat ex operibus iusticie. Contra illud secundum incommodum deus dedit nobis petrum apostolum cui dedit duas claves scilicet clavem ianue vite et clavem ianue iusticie, et ideo cum duabus clavibus pingi consuevit. Illis igitur qui salvantur ex sola dei gratia aperit petrus ianuam vite; illis qui salvantur ex operibus iusticie aperit ianuam iusticie, qui scilicet dicere possunt illud psalmi: Aperite michi portas iusticie ingressus in eas etc. Secundo ista duo luminaria paradisi habent in motu velocitatem. Per motum autem velocitatem intelligere possumus eorum fervorem et amorem aptus cum anime est amor. Sicut corpus movetur pedibus sic anima movetur affectibus. Est autem triplex motus anime sicut assignat dyonisius in libro de divinis nominibus, scilicet circularis, rectus et obliquus. Possumus autem dicere quod motus circularis est quo movetur aliquis per amorem ad deum, de quo dicitur in psalmo: In circuitu impii ambulant, glossa i. in circuitu rerum temporalium que septem dierum repetitione volvuntur et ideo non pervenient in octavam, i. in eternum quod dabitur in octava. Motus obliquus est quo quis movetur per amorem ad seipsum. De natura enim amoris est ut dirigatur in aliud. Quando igitur quis amorem suum reflectit ad seipsum, tunc quandam curvitatem et obliquitatem facit. De isto amore dicitur ii. Thimo. iii: In novissimis diebus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes

Motus rectus est quo movetur
quis per amorem ad deum de quo
dicitur Cant. 1 Recti diligunt te
et de sanctis animalibus dicitur Ezech.
1o pedes eorum pedes recti Sic
igitur petrus non movebatur mo-
tu circulari per amorem ad mundum
quia omnia mundana despexit qui
dixit Mat. 19 Ecce nos relinqui-
mus omnia et secuti sumus te nec mo-
vebatur motu obliquo per amorem
ad seipsum quia vitam suam ob
cristi amorem despexit quando
se crucifigi permisit Johannis
12 Qui odit animam suam in hoc
mundo in vitam eternam custodit
eam etc. Sed movebatur motu recto
per amorem ad deum quem
super omnia dilexit Jo. ultimo
Etiam domine tu scis quia amo
te Similiter et paulus non move-
batur motu circulari per amorem
ad mundum qui dicebat Gal. vi
Michi mundus crucifixus est et
ego mundo, nec motu obliquo
ad seipsum sed motu recto ad deum
qui dicebat Ro. 5 Caritas dei
diffusa est in cordibus nostris
per spiritum sanctum qui datus est
nobis Tercio ista luminaria paradisi
habuerunt magnam claritatem
id est sapientie immensitatem
petrus quidem tanta luce sapientie
resplenduit quod totum mundum
illuminavit quam tamen a se non habuit
sed a triplici magistro didicit scilicet
a patre revelante Mat. 16
Caro et sanguis non revelavit
tibi sed pater meus qui in celis
est A filio notificante Johannis
15 Omnia que audivi a patre
meo nota feci vobis A spiritu sancto
docente Johannis 16 Cum autem
venerit spiritus veritatis docebit
vos omnem veritatem Similiter
et paulus sapientiam quam habuit
in tribus scolis didicit scilicet in primis
scolis iudeorum in quibus didicit
legem mosaycam Actuum 22
Secus pedes gamalielis erudi-
tus iuxta veritatem paterne
legis In magnis scolis apostolorum
in quibus didicit legem evan-
gelicam quam tamen ab homine
non habuit sed a cristo revelante
accepit Gal. 1o Neque enim
ego ab homine accepi illud ne-
que didici sed per revelationem
ihesu cristi In maximis scolis
celi in quibus didicit legem su-
pernalem et divinam et hoc quando
raptus est usque ad tercium celum
Ibidem didicit ordinem ierarchie
supercelestis que consistit in dis-
tinctione divinarum personarum
quem nobis tradidit Gal. iiiio
Quoniam estis filii dei misit deus
spiritum filii sui in corda vestra
Ordinem ierarchie celestis
qui consistit in distinctione ordinum
angelorum quem nobis tradidit Col.
1. Sive throni sive dominationes
sive potestates sive principatus Or-
dinem ierarchie subcelestis
qui consistit in distinctione sta-
tuum salvandorum scilicet prelatorum
contemplativorum et activorum
Tradens unicuique statui re-
gulam specialem Nam regulam
prelatorum tradidit 1 Thimo. 3
Oportet episcopum irreprehensibilem
esse sobrium pudicum prudentem
et plura alia capitula in ipsa
regula prelatorum ponit Regulam
contemplativorum tradidit 1 Cor.
vii. Qui habent uxores sint
tanquam non habentes qui gaudent
tanquam non gaudentes et qui
emunt tanquam non possidentes
et utuntur hoc mundo tanquam
non utantur Istam eius sapientiam
tam consimilem sicut petrus
annunciat dicens 2 Petri ultimo
Carissimus frater noster paulus

sm datam eius sapientiam
scripsit nobis in quibus sunt
quedam difficilia intellectu / Cer-
to ista luminaria paradisi habent ma-
gnitudinem excellencie quia
sunt omnibus sanctis maiores
quod hominibus honorati sunt aut
cui deus dicit cum contra sanctorum
sit magna inmota illud i Cor
secundo Quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se / Istorum
enim est maxima pro principes po-
pulorum congregati sunt etc Quia
dii for. t. ve. ele. sunt / Quintum
aut contra sectorum sit magna
peccatoribus tamen videtur esse parva
ex eo quod ab ipsa se nimis elon-
gavit et si non per distanciam
localem saltem per vite dis-
similitudinem / Prima enim dis-
tancia secundum basilium errare
facit circa quantitatem qualitatem
et figuram / Circa quantitatem quia
illud quod in se magnum est
propter nimiam distanciam parvum
esse videtur et ponit exemplum
in sole et in insulis maris
Circa qualitatem quia illud
quod est unius coloris alterius esse
videtur et ponit exemplum in
velis navium que cum sint al-
ba ex nimia tamen distancia vi-
dentur esse nigra Circa figuram
quia illud quod est unius figure
alterius esse videtur et ponit
exemplum in turribus civita-
tum que cum sint quadre ex
nimia tamen distancia appa-
rent rotunde Quia igitur
peccatores nimis a celesti gloria
se elongant / Ideo errant
circa quantitatem eius non con-
siderantes quam magna sit
de cuius magnitudine dicitur

Baruch iii° O israel quam
magna domus domini et ingens
locus possessionis eius Errant
circa qualitatem non considerantes
quam preciosa sit et ideo pro nichi-
lo eam habent Ps. Pro nichilo
habuerunt terram desiderabilem
de cuius preciositate dicitur apoc.
xxi Ipsa civitas aurum mundum
Thobie xiii° porte ierusalem ex za-
phiro edificabuntur Errant circa
eius figuram non considerantes
quam stabilis et eterna sit Sicut
enim dicit apoc. xxi Ipsa civitas
in quadro est posita ex eo
quod stabilis et eterna sit / Ipsi au-
tem credunt eam esse rotundam
i. volubilem et caducam de
cuius eterni dicitur ii Cor v Edi-
ficationem ex deo habemus domum
non manu factam eternam in celis /
Quinto ista luminaria paradisi habe-
bunt in iudicio stabilem sess-
ionem Sicut enim in tribunali
suo stabunt quia super duodecim
thronos sedebunt et ista stabilis
sessio est ad sentencie iudicis
temperacionem quia sanctorum iudi-
cis subscribent et ipsam approba-
bunt pro ut faciat in omnibus iudi-
cium conscriptum contra hoc est gloria
sanctis eius / Erit ad ipsorum in-
mensum honorem Proverbiorum xxxi Nobilis
in portis vir eius cum
sederit cum senatoribus terre Ysa iii
Dominus ad iudicium veniet cum
senibus populi sui et principibus
eius Erit ad demonum maiorem
confusionem valde enim confundentur
cum videbunt se ab hominibus iudi-
cari i Cor vi Nescitis quoniam
sancti de hoc mundo iudicabunt
nationes et dominabuntur populis Erit
ad bonorum magna fiducia et
consolacionem quibus scilicet videbunt
fratrem suum scilicet cristum esse

mulierem / sororem suam scilicet
beatam virginem esse mediatri-
cem / fratres suos scilicet apostolos
esse assessores et intercessores

Sequitur sermo secundus de eodem

Dicit Symoni petro ihesus
Symon iohannis diligis me
plus hiis · dicit ei Etiam domine
tu scis quia amo te Ioh. ult.
Inter ceteros sanctos beatus petrus
quatuor prerogativis esse videtur
scilicet cum fervencior in amore
efficacior in virtute / sublimior
in prelacione / gloriosior in passi-
one. Cuius fervens amor notatur
cum dicitur Symon iohannis dili-
gis me plus hiis et in eo
quod dicit Etiam domine tu scis quia
amo te. Prius presumpserat pre
aliis dicens Math. 26 Et si omnes
scandalisati fuerint in te ego
non scandalisabor. Augustinus Ita
fervebat pre me quod ego non dimitte
quod tu presumis audi quid scis
Amen dico tibi non cantabit
gallus donec ter me neges qui
nunc promittis mortem tuam
ter negabis vitam tuam. Credebat
in animo eius esse caritatem vi-
debat quod vicium non videbat vo-
luntatem suam iactabat infirmus
sed aspiciebat valitudinem me-
dicus / Hec Augustinus. Modo autem
non presumpsit sed quod de se sen-
ciebat humiliter asseruit dicens
Etiam domine tu scis quia amo te
Augustinus Audeo dicere superbis
expedire cadere in aliquod apertum
et manifestum peccatum unde
sibi displiceant qui iam pla-
cendo ceciderant. Utile est salu-
brius cum petrus sibi displicuit
quando flevit quam placuit cum pre-
sumpsit / Quia autem tam fervens
amor sit sunt signa unum
fuit ante passionem quia scilicet

amorem cristi omnia terrena
contempsit Cant. viij Si de-
derit homo omnem substanciam
domus sue pro dilectione quasi
nichil despiciet eam Augusti-
nus Minus te domine amat qui preter
te aliquid amat quod non propter
te amat. Secundum autem omnia terre-
na despexit cum dixit Math. 19
Ecce nos reliquimus omnia
et secuti sumus te. Quedam vero
sunt contrastimulantes Et ideo
dicit Ecce. Quedam sunt divisi et dis-
cordes ideo dixit nobis nullis
cum contradixit nec discordavit
Quedam sunt ad tempus
ideo dicit reliquimus non repo-
suimus. Quedam sunt diver-
gentes ideo dicit omnia / Quedam
sunt omnia relinquentes nec
suas tamen voluntates retinentes
ideo dicit secuti sumus te con-
tra illud illos qui non secuntur
regulas divinorum preceptorum
sed motus suarum voluntatum
Secundum eius signum fuit in passi-
one quia scilicet secum mori
voluit cum dixit Luce 22 / Pa-
ratus sum tecum et in carcerem
et in mortem ire. Ideo cum
valebat mori ante eum et
nolebat vivere tam diu ab eo se-
parata / quia sciebat quod beati
oculi qui eum viderunt et
aures qui eum audiebant nec
volebat vivere post eum quia
post eum vivere non reputabat
vitam sed mortem amaram
volebat autem mori secum
quia hoc reputabat gloriam
et coronam. Quod eciam tunc
commisit presumendo elatus
negando prostratus flendo
purgatus confitendo probatus
paciendo coronatus / Tercium
invenit cristum ut eius

nomine perfecta dilectione mo-
reretur cum quo et moriturus
preterea festinacione promiserat
Tercium signum fuit per passionem
quia scilicet semper in lacrimis fuit
Habuit enim lacrimas doloris
quia amicum negaverat Luce
22 Egressus foras flevit a-
mare unde dicit Clemens
Quod quandocumque galli cantum
audiebat post modum lacrimas
emittebat / Habuit lacrimas com-
passionis eo quod amicum
mortem estimabat Marci
16 Maria vadens nunciavit
hiis qui cum eo erant lugenti-
bus et flentibus Johannis 16
vos plorabitis et flebitis vos
unde cantatur Tristes erant
apostoli de nece sui domini / Ha-
buit lacrimas amoris eo quod
quod amicum videre non poterat
et hoc post ascensionem unde
dicit Clemens Quod semper
sudarium in sinu ferebat
quo crebro fluentes oculos
detergebat unde dicit idem
Quod adeo duxerat in consue-
tudinem flere quod tota eius fa-
cies adusta lacrimis videbatur
Quartum signum fuit post re-
surrectionem quia scilicet licet [illegible]
Johanne prior ad mo-
numentum cucurrerit tamen
sicut dicit Gregorius Quod illi
citatius cucurrerunt qui pre-
ceteris amaverunt In isto
autem cursu considerandum est
quod aliquando currebant in
simul aliquando Johannes
petro precucurrit aliquando
petrus Johanne quando mo-
numentum intravit per

quod datur intelligi quod ambo
dilexerunt cristum sapienter
quod significatur per hoc quod ambo
currebant insimul Johannes
dilexit dulciter quod significatur
per hoc quod precucurrit citius
petro / petrus vero magis perfe-
cit fortiter quod innuitur per
hoc quod ipse monumentum intravit
In hac autem interrogacione qua
dominus dixit Symon Johannis
diligis me et ponit dominus
ter nomen Symonis ter nomen
dilectionis ter verbum pas-
cendi semel dicens et non dicit
tuas sed meas / petrus quidem
tenebat typum religiosorum
vocavit eum ter Symon qui inter-
pretatur obediens mandatis dei
statutis ordinis et a primo initio in verbis
tercium et dicit Symon Johannis
qui interpretatur gratia quia obedi-
encia debet esse graciosa quod
est voluntaria Sed multi sunt
Symon cyrenensis qui angariatus
est ut tolleret crucem ihesu
qui obedire nolunt nisi coacti
Tamquam autem obediencie habent spon-
tanee exemplum habemus in cristo qui
patri obedivit et in mundum ve-
niens Johannis vi dicens est ce-
lestis descendi de celo non ut
faciam voluntatem meam sed vo-
luntatem eius qui misit me patris
et de inde dicit In mundo
manens Johannis vi° dicens est
tibi ut faciam voluntatem eius
qui misit me patris et de modo
dicens Matthei 26 Non sicut ego vo-
lo sed sicut tu vis pater Johannis
14 Sicut mandatum dedit michi
pater sic facio / Iniuncta petrus et
typum iustorum ponitur ibi
ter verbum dilectionis ad in-
nuendum quod quilibet

f

Iustus debet diligere deum plus
quam se / plusquam suos / plus
quam sua / vel ad innuendum
quod debemus deum diligere cor-
de ore et opere. Corde ut sit
repletum divino amore / ore ut
sit inflammatum zeli fervore /
opere ut ipsa dilectio ostendatur
exterius in operis exhibitione
Inquantum petrus qui tenet typum
prelatorum ponitur ibi ter verbum
pascendi quia prelati debent pas-
cere subditos verbo et exemplo
et temporali subsidio de exemplo
2 cor. 9 In omnibus teipsum
exemplum prebe bonorum operum
De aliis duobus augustinus Talis
debet esse rector qui proponat ver-
bum doctrine ignorantibus et
mensam suam committat indigen-
tibus / liberaliter cuius lingua aut
loquentem cum [illegible] exortans
corrigentem. Aliam rationem quare
ter interroget assignat augustinus
Reddit trine negationi trina
confessio ne minus amori lingua
serviat quam timori. Ponit autem
dominus bis agnos et semel oves
per agnos quidem intelliguntur in-
cipientes per oves perfecti. Inci-
pientes autem indigent duplici e-
ruditione scilicet verbi et exempli
perfecti autem sive verba habeant
illa renuunt sive exempla
habeant illa mutant // vel
ideo monet petrus bis pascere
agnos qui nec lanam nec lac pasto-
ribus prebent semel autem oves de
utroque ministrat. Quia sciebat esse
pastores etiam patres curantes
de illis a quibus nullam utilitatem
temporalem expectant multo vero
de illis a quibus credunt sibi utilitatem
aliquam provenire / vel per agnos intel-
liguntur iuniores qui indigent
maiori refectione instructionis
et correptionis / per oves intel-
liguntur senes qui minoribus ammo-
nitionibus corriguntur. Gregorius in
pastorali Iuvenes plerumque
severitatis ammonitione ad pro-
fectum dirigit. Senes vero ad me-
liora opera deprecatio blanda com-
ponit / quia cum iuvenes sunt
magis lascivi ideo sunt magis
instruendi tamen sicut dicit glossa
super Beati immaculati Iuventus
est ad amorem liberior ad
lapsum inclinatior ad [illegible]
tatem fragilior ad correptionem
durior. Dicit autem agnos meos
non tuos contra illos qui oves pas-
cere volunt ut suos. Contra
quos dicit augustinus Qui hoc
animo pascunt oves cristi ut suas
velint esse non cristi convincuntur
se amare non cristum et oves
pascere vel gloriandi vel dominandi
vel acquirendi cupiditatem
non obediendi et subveniendi et deo
placendi caritate. Pro quo nos
sed ipsum amemus et in pascendo
ovibus eius ea que sunt eius
non que sunt nostra queramus
Quisquis se ipsum non deum
amat qui se non potest vivere de
se moritur. utique amando se non
recto se amat qui ne vivat se
amat cum non ille diligitur de quo
amatur vivit non se diligendo
magis se diligit quam propterea se
non diligit ut eum diligat de quo
vivit. Secunda progressiva est quia
fuit efficator et erat in virtute
credendi in virtute sanandi in
virtute predicandi in virtute [illegible]
In virtute quidem credendi fuit
dixit Tu es cristus filius dei
vivi ubi utramque naturam

in cristo ostendit scilicet quadruplex
cum dixit Tu es cristus i[d est]
unctus in quantum homo fuit
unctus oleo gracie divinitatem tamen
dixit filius dei vivi Sed quod fi-
lius pertinet ad personam
quod dixit dei pertinet ad na-
turam Sicut enim filius hominis
est homo non equus vel aliquid
aliud Sic filius dei est deus
Sed quod dixit vivi addidit contra
falsos deos quia gentiles
de hominibus vel insensibili
materia sibi deos instituebant
De ipsius fide dicitur Luce 22
Symon ecce sathanas ex-
petivit vos ut cribraret sicut
triticum ego autem pro te oravi
ut non deficiat fides et tu a-
liquando conversus confirma fratres tuos
Ex quibus verbis habetur quod fides
beati petri fuit multum temptata
Cum dicitur Ecce sathanas ex-
petivit vos / hostis enim quando
invenit locum multum munitum
fortius ibi certat Secundo
fuit a cristo valde roborata
Cum dicitur ego pro te rogavi ut
non deficiat fides tua / Fuit a-
liis in exemplo et robore
exhibito cum dicitur Et tu a-
liquando conversus confirma fratres tuos
Fuit efficacior in virtute sanan-
di Ipse enim non solum sanabat
sicut ceteri sancti verbo orationis
iuxta illud Actuum 9 ponens
petrus genua oravit et conversus
ad corpus dixit Thabita surge
Sed eciam sanabat verbo iussionis
sicut patet de enea cui precepit
dicens Actuum 9 Enea sanet
te dominus ihesus cristus surge
et sterne tibi In posicione baculi

sicut patet de illo qui iam per
quinque dietas mortuus qui cum mor-
tuus fuisset in posicione baculi
petri suscitatus est Sanabat
umbra corporis sui sicut habetur
Actuum 5 Si igitur tante virtutis
erat eius oracio dum adhuc esset
in vita ista misera quantum valet
dum modo est coniunctus cum deo in gloria
Si tante virtutis erat eius umbra
quante virtutis sunt nunc apud deum
eius merita si tantum valuit eius ba-
culus quantum nunc valet apud
deum eius plenus affectus / Fuit ef-
ficacior in virtute predicandi Ideo
dicitur Symon petrus in quo est
gratia quia a deo graciose predicabat
quod una sua predicatione tria milia ho-
minum convertebat Hoc enim testimonium
graciosi predicatoris quod scilicet multos
ad deum convertit sicut ostendit
Crisostomus dicens Testimonium studiose
agricole est messis copiosa as-
sidui doctoris documento utilia
plena negociatoris [illegible] [illegible]
[illegible] / et ideo graciosi predicatores
desiderant multos auditores
audire et multos possunt ad
deum convertere unde dicit Crisostomus super
Mattheum Sicut gaudet medicus
quod eum multi de egrotantibus
requirunt sicut letatur [illegible] quando
cum magna [illegible] manu ar-
mata tendat Sic exultat sacer-
dos quod eum audientium [illegible]
plus magis auscultant / Et hoc
est idem Crisostomus super Mattheum ponit
alia exempla dicens Omnis ar-
tifex secundum professionem suam [illegible]
[illegible] optimitatem temporis
videns carpentarius si videat
arborem bonam concupiscit [illegible]
[illegible] ad opus artis sue sic
agricola si videt terram [illegible]

deridebat eam arac Et quod
dico de racionabilibus hominibus
idem irracionabilibus equus de sta-
bulo egrediens si viderit cam-
pos patentes rodit frenum et co-
rdam ad cursum Sic et dominus
videns magnam congregacionem
populi exultatus est ad hoc docere
Sic et omnis sacerdos cum videt
ecclesiam plenam gaudet animus
eius et delectatur ut doceat Si-
cut viderit ecclesiam vacuam confundit
et nil dicit Petrus fuit efficacior in
virtute orandi ideo dicitur filius
yone i. columbe sicut dicitur
Ro viii Nam quid oremus sicut
oportet nescimus sed ipse spiritus
postulat pro nobis gemitibus
inenarrabilibus Oratio autem beati
petri tante fuit efficacie quod ali-
quando celum aperiebat sicut patet
Act 14 ubi dicitur quod super-
cedit mentis excessus et vidit
celum apertum Aliquando spiritum sanctum
descendere faciebat sicut patet
Act viii ubi dicitur de petro
et Iohanne missis Samariam
qui orauerunt pro ipsis ut acci-
perent spiritum sanctum etc Aliquando
demonem vincebat sicut patet
quando demones symonem magi-
strum ferebant Fuit enim petrus orat
et modo a demonibus dimissus
fuit Aliquando in fidem expolia-
bat sicut patet quando defunctum
resuscitauit quem symon magus
suscitare non potuit Tertia prerogatiua
est quia fuit sublimior in
prelatione Tamen cum cristus summum
prelatum eum fecit et sui vicarium
constituit cum sibi dixit pasce
oues meas Ad istam autem pla-
cionem pater ipsum elegit Math xvi
caro et sanguis non reuelauit

m

tibi sed pater meus qui est
in celis Filius electus eorum
et maxime in duobus in quibus
prelati essent commendandi scilicet in fide
certa quando dixit Quem dicunt
homines esse filium hominis et
petrus verum fidem professus
est dicens Tu es cristus filius
dei viui Et in dilectione sin-
cera quando dixit Symon Iohannis
diligis me plus hiis etc Sicut
eius fides est vere fundame-
ntum sic eius dilectio est eius
complementum Spiritus sanctus electum
et eorum confirmauit cum
fuit in penthecosten prelatus
est terra et omnes qui habitant
in ea Ego confirmaui columpnas
eius Tota enim ecclesia conse-
minato et confirmato in iurisdiccione
debuit Habuit magnam iurisdiccionem
super inferna et ideo dicitur por-
te inferi non preualebunt ad-
uersus eam Super celum non
dicitur Et tibi dabo claves re-
gni celorum Super mundum ideo
subditur Quodcumque ligaueris
super terram Quarta prerogatiua
est quia fuit gloriosior in
passione eius cum passio fuit
gloriosa quantum ad modum quantum
ad fructum et quantum ad misterium
Quantum ad modum fuit quia pas-
sus nobiliter magna quidem no-
bilitas fuit quia simili pena
cum cristo consummari meruit
unde specialiter sibi dictum fuit
sequere me i. eodem genere passionis
imitari Iohannis 18 Simul pena
fuit cum eo afflictam et passus
est libenter quod patet quia fugere
noluit et quod tandem rogatus
discessit sponte rediit Tertium
quia passio eius nec impedie

rogavit. Passus est fortis et
instanter. Nam annis quia sic
in legenda habetur. Et ut in sua
passione in adiutorium coronam de
rosis in solatium eorum in secundo
quod dixit: Nemo Romam iterum
crucifigi hic in testimonium. Et ita
cum lapis rotior que apparuit in
lapide sue confac testimonium fuit.
Fuit gloriosa quantum ad fructum
qui quidem fructus triplex est. Unus
quantum ad deum scilicet eius glo-
rificatione. Iohannis ultimo hoc dixit
significans qua morte clarifi-
caturus esset deum. Alius quan-
tum ad se ipsum scilicet sua coronatio.
Unde Dyonisius vidit Petrum
et Paulum post mortem omnibus
laudibus coronatos. 2 Thimo. 4 in
reposita est michi corona iusti-
cie. Tercius est quantum ad nos
scilicet sua pro nobis apud deum inter-
cessio. 2 Petri 1° Dabo autem
operam et frequenter habere vos
post obitum meum. Fuit gloriosa quan-
tum ad misterium in hoc scilicet quod no-
luit pati recte sed transversus et
hoc propter quatuor causas. Prima
est quia non reputabat se dig-
num. Unde dixit quia non sum
dignus ita in cruce esse ut dominus
meus crucem meam gravitate.
Secunda est quia parcebatur propter
acquirendum celum. Unde ait: quia
deus meus de celo in terram de-
scendit recta cruce sublimatus
est. Me autem quem de terra ad
celum revocare dignatur, cru-
cis caput meum in terra debet
ostendere et pedes ad celum di-
rigere. Tercia causa est quia ad
misticandum humani generis
lapsum et reparationem contra
deum. Cristus namque semper

rectus stetit et nuncque per primum
cecidit homo vero caput inclinans
in terram despexit et contra deum
repugnavit unde dixit cum
esset in cruce: Tu hic domine imitari
optavi et recte crucifigi non. Ostendit
Tu semper recte stetisti
et recte nos primi homines hodie
filii qui caput suum divertit
in terram cuius lapsum signat
per conversionem huiusmodi. Sic enim
nascimur ut primi videamur in terram
effundi. Tercia ratio est ad innu-
endum mutationem amoris spiritua-
lis in mundanum. Homo cum rec-
tus in cruce positus si revolve-
retur illud quod erat sibi dextrum
efficitur sinistrum. Sicut autem ego
dexteram in sinistram mutat
quando amorem celestium in a-
morem terrenum convertit. Unde di-
xit cum esset in cruce: mutata
quod conversio est in hoc putat
esse dextrum quod constat esse
sinistrum etc. Sequitur ser-
mo tercius de eodem.

Hic honorabitur quem
rex voluerit honorare.
Hester 6. Hystoria nota est
quod rex Assuerus Mardoche-
um honorare desiderans ve-
stibus regiis ipsum induit super
equum suum ipsum sedere fecit re-
gio dyademate decoravit. Sic
celestis sanctus Cristus sanctum
Petrum honoravit in vita quod
vestibus suis ipsum induit. Ve-
stes Cristi sunt omnes fideles.
Ysaie 49. Vivo ego dicit
dominus quia omnibus istis velud
ornamento vestieris. In ista ve-
ste tot sunt varietates colorum
quot varietates fidelium. Rex consistit
regina a dextris tuis in vestitu

De aurato istis vestimentis Christus
beatum Petrum induit quando
super omnes fideles sibi potestatem
solvendi atque ligandi concessit. Ho-
noravit in morte quia super
equum crucis cum sede sua fecit. Hono-
ravit post mortem quia principa-
tum regni celestis sibi concessit.
Videamus igitur qualiter in his tri-
bus statibus honoravit ipsum dominus
Ihesus scilicet in vita in morte et post
mortem. In vita quidem fuit quia
claves id est potestatem ligandi atque sol-
vendi sibi tradidit. Ista autem
potestas clavium consistit in remissi-
one peccatorum et retencione et
excommunicandi et absolvendi juris-
dictione in indulgenciarum concessi
obiurgacione. Consistit quidem
hec potestas clavium in peccatorum re-
missione et retencione. Johannis
20 Accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur eis
et quorum retinueritis retenta
erunt. Dicitur Luce 7 Quis potest
remittere peccata nisi solus deus.
Deus suscitat peccatores interius
sacerdotes tamen absolvunt exterius.
Quod signatum est in resurreccione
seu resuscitacione Lazari de qua
legitur Johannis 11. Solus namque
ipsum resuscitavit a mortuis. De
sepulchro autem commisit scilicet ut
lapidem tollerent et ipsum solverent
et libere abire permitterent. Lapidem
tollere est penam purgatoriam
~~in satisfactoriam commutare~~ in satisfacto-
riam commutare peccatorem ab-
solvere est ipsum iniuste a deo ab-
solutum esse ostendere libere abire
permittere est sufficienti penitencia in-
iuncta eam a pena purgatorii
ipsum absolvere quia qui sufficienter
complevit aliam penam purgato-
rii non sustinebit. Secundo consistit

ista potestas in excommunicandi et
absolvendi iurisdictione. Iste
autem ligaciones et soluciones non
sunt in celo quia nullus est ibi
ligatus. Ideo nullus indiget liga-
cione absolucione. In inferno
autem nulla est absolucio sed om-
nimoda ligacio Mathei 22 Li-
gatis manibus et pedibus proi-
cite eum in tenebras exteriores.
In terra autem nostra est ligacio et
absolucione et ideo dixit dominus
Mathei 16 Quodcumque ligaveris super
terram erit ligatum et in celo, neque
quod solveris super terram id est in inferno quecumque
ligaveritis et solveritis super
terram. In inferno autem omnes et
ligati et excommunicati per illam
summam diffinitivam summi ponti-
ficis qua dicetur Mathei 25 Disce-
dite a me maledicti in ignem
eternum et ideo eis non loquentur
sed ab eis dividentur post sentenciam
nos iterum per nuncios nostros
nec participabunt cum eis in
divino officio quia in celesti patria
est templum de quo Apocalypsis 21
Templum non vidi in ea. Dominus
enim omnipotens templum illius
est et agnus. In illo templo
fit continua melodia et iubilatio
sanctorum Thobie 13 Per omnes
plateas eius alleluia cantabitur
Psalmus Beati qui habitant
in domo tua domine in secula
seculorum laudabunt te. Extra templum
istud dampnati tanquam excommu-
nicati excluduntur. Apocalypsis ultimo
Foris canes venefici et impu-
dici et homicide et ydolis ser-
vientes et omnis qui facit et
amat mendacium nec ad officium
quod fit in isto templo aliqua-
tenus admittentur Ysaie 27

Ecce servi mei laudabunt pre
exultatione cordis vos autem cla-
mabitis pre dolore et pre contritione
spiritus ululabitis. Beati autem damp-
natos non salutabunt, i. non sa-
lutem optabunt. Beati enim beati
non essent si dampnatos non contradicerent
iustitie. Ideo de iustitia dei gau-
debunt. Psalmus: Letabitur iustus
cum viderit vindictam. Dam-
nati etiam excludentur a percep-
tione sacramentorum et maxime
sacramenti sacramentorum scilicet
panis vite quia datur modo in via
sub sacramento sed in patria sine
velamento. Iste panis canibus non
dabitur quia est panis filiorum
et ipsi sunt canes. Math. 17.
Non est bonum sumere panem
filiorum et mittere canibus ad
manducandum. Item sancti
non participabunt cum dampna-
tis in mensa. Beati quidem sede-
bunt ad mensam dei. Luce
21. Edetis et bibetis super
mensam meam in regno me-
o. Sed ab ista mensa dampnati
tamquam excommunicati excludentur
et fame morientur. Ysa. LXV.
Ecce servi mei comedent et vos
esurietis, bibent et vos sitietis.
Tertio consistit ista potestas prelato-
rum in indulgentiarum largi-
tione. Sed ad hoc autem quod iste in-
dulgentie valeant tria re-
quiruntur. Primum est ex parte
dantis scilicet auctoritas quia si
ille daret qui dare non posset
nichil prodesset. Secundum est ex parte
recipientis scilicet caritas quia
si ille daret qui facit omnes
de ecclesia unum corpus et unam
familiam Christi indulgentie ve-
ro non sunt illis qui sunt in peccato
mortali quia sunt membra

nec sunt de eius familia nec
esset conveniens quod etiam thezaurus
sibi commissus scilicet meritum passi-
onis et vita sanctorum illis qui sunt
de familia dyaboli dispensaret.
Tertium est ex parte cause
scilicet pietas que quidem pietas duo
includit scilicet honorem dei quia
pietas est cultus soli deo dedi-
tus et utilitatem proximi. Pie-
tas enim aliquando [illegible] dicit. Quarto
ista pietas consistit in iudiciorum
et causarum diffinitione. Ad ipsos
enim prelatos spectat subditorum
causas diffinire. Ad hoc autem
ut iuste diffiniant debent tria
servare quod scribitur Danielis 5.
Numeravit appendit et divisit. De-
bent namque numerare i. multum
culpas inquirere et investigare.
Job XXIX. Causam quam ne-
sciebam diligentissime inve-
stigabam. Johannis 7. Nolite iudi-
care secundum faciem, i. secundum cause
superficiem. Plerumque enim causa
in prima facie iusta videtur sed
quando subtiliter discutitur iniusta
probatur. Post discussionem culparum
debet fieri ponderatio ut sciatur
que culpe sunt graves que le-
ves que mediocres. Istam pon-
derationem petebat Job VI. Uti-
nam appenderentur peccata
mea quibus iram merui. Post
discussionem et ponderationem
debet fieri penarum divisio ut
scilicet ipse culpe non equaliter
sed diversimode feriantur ut videlicet gra-
ves graviter leves leviter medio-
cres mediocriter puniantur. De-
uteronomium XXV. Pro mensura pec-
cati erit et plagarum modus. Quinto
consistit ista potestas in maiorum
potentum obiurgatione. Debent
namque prelati tyrannos maledicos

reprimere et eorum vitia destruere.
Jeremie primo capitulo: Ecce constitui te hodie
super gentes et regna ut evellas
destruas et disperdas dissipes
plantes et edifices. Sed hodie
multi sunt adulatores pauci
correctores. Multi sunt qui lo-
quuntur ad placitum pauci qui loquantur
ad verum. Mathei 24: Quia habundavit
iniquitas scilicet in subditis et re-
frigescit caritas scilicet in prelatis.
Et signanter dixit refrigescit.
Multi enim prelati in principio sui
regiminis sunt valde fervidi in
medio sunt valde tepidi in fine
vero frigidi efficiuntur. Tales sunt
sicut chymera que non est animal
verum sed fictum. Fingitur enim
quod in prima parte sui sit leo
in medio capra in fine serpens.
Unde dicitur: Parte leo prima me-
dia caper anguis in yma. Leo
est animal calidissimum. Caper est
de tepidis. Serpens est animal frigi-
dum. Per quod insinuatur quod
prelati in principio sui regiminis
sunt valde fervidi, in medio
tepidi et negligentes, post modum
frigidi et nimie talentes. Iste
triplex status considerari potest
etiam in statu primitivo scilicet tem-
pore apostolorum et martirum fuit valde
fervens et calidus. Illi enim qui tunc
temporis erant spiritu sancto pleni
se ipsos despiciebant et mundana
temporalia postponebant et tunc viri
fuit dicte de anima prima questio
est. Unde dicebant apostoli Actuum
6: Non est equum nos relinquere
verbum dei et ministrare mensis. Ta-
lis erat apostolus qui dicebat 2
Cor. 12: Non quero que vestra
sunt sed vos. Post modum vero
quasi in medio [illegible] cumula-
ta cepit in clericis et prelatis a-

mor dei tepescere et cupiditas
inardescere et temporalia spiritualibus
preponebant et tunc viri sunt
dicte de anima secunda questio est
cum tunc dicitur Mathei 6: Nonne
anima est plus quam esca et cor-
pus plus quam vestimentum.
Querite ergo primum regnum celorum
et hec omnia adicientur vobis.
Temporibus autem nostris quasi
in ultimo amor dei et proximi
a deo refriguit ut de spirituali-
bus iam nihil curet. Sed tota
intencio et sollicitudo circa
acquirenda temporalia dirigatur
et ideo nunc est viri dicere de
anima nulla questio est penitus.
Omnes que sunt temporalia querunt
non que Jesu Christi. Amos 6:
Ve qui opulenti estis in Syon
optimates capita populorum
ingredientes pompatice do-
mum dei qui dormitis in lectis
eburneis et lascivitis in stra-
tis vestris et [illegible] in phialis
vinum bibentes et optimo un-
guento delibuti et nihil compa-
cientes super contricione Joseph.
Bernardus ad Eugenium: De [illegible]
[illegible] et nunc [illegible] eius mi-
seris cotidianis discussio est
rara ad modum et [illegible]
celebratur collacio et de peccatis
populorum cadit asina et est qui
sublevet perit anima et non
est qui reputabit. Ezechielis [illegible] ipsos
[illegible] non [illegible] murmu-
rant omnes et non contra mandata
dei fecit nullus contra decreta. Cum
multi sunt a deo tam quod nesciunt
discernere inter pedum scabellum
et regale [illegible] scabellum enim
est ut solius prelatis contingat
[illegible] non ut in eo quiescat ec-
clesia cum accepit temporalia pro

scabello pedum quia tunc debet
in eis quiete sustentationem spiritua-
lia non accepit ex solio quia ibi
debet quiete mentis quietem
et consolationem. Olim etiam regebat
doctrina divina que predicat tre-
morem nostre de deceptione non
modo ut exitur industria quadam
que est etiam tremorem acquisitionis
multiplicationem seu multiplicatur
et conservationem et in vicem
quoniam etiam regebatur doctrina
divina acquisita sunt sibi bona
temporalia que non sunt quando
industria per leges decretales
et decreta non sufficit conservare
Cristus enim est mirabilis cu-
pulatrinis qui diuitiarum conceptu
et distributionem viam posuit
ad ipsarum acquisitionem. Tempore
aut veniet scilicet in iudicio quando
iste questiones mutabuntur
quia tunc verum erit dicere
de illa districta questio est
Tunc enim deus de quolibet maiore
prelatorum districtam rationem
requiret dicens. Secundo devote
honoravit beatum petrum in
morte eius scilicet contra mortem
preciosam atque sanctam homo
quidem mortem timet consuevit
multiplici de causa primo quia
nescit tempus vel diem vel
horam mortis Matth. 24 Vi-
gilate quia nescitis diem neque
horam qua dominus vester ventu-
rus sit an sero senectutis
iuventutis et adolescentie
infancie quidem est tantum [illegible]
scilicet sensualitatis et gallus dei
scilicet ratio Tunc aut scilicet in ado-
lescentia et iuventute isti
galli cantare incipiunt unus
contra alium quia sit dicit gallus

Caro concupiscit adversus spiritum
et e converso. Secundo nescit etiam homo utrum
moriturus sit in mane pueritie
que est prima etas hominis. Secundo
quia nescit genus mortis utrum
scilicet moriatur morte naturali vel vio-
lenta subita vel deliberata
Eccl. 9 nescit homo finem suum
sed sicut pisces capiuntur hamo et sicut
aves comprehenduntur laqueo sic
subito et improvise sic capiuntur
homines tempore malo scilicet tempore mortis
Tertio nescit ad quam regionem
vadet utrum scilicet in celum vel
purgatorium vel in infernum Eccl. 3
Quis novit si spiritus filiorum
adam ascendit sursum et si
spiritus iumentorum descendat deor-
sum. Quarto quia memoria
eorum cito delebitur Eccl. 9 Oblivio-
ni est tradita memoria eorum
cum sonitu i. ploratu. Quinto
quia demones ibi apparent Job
20 vadunt et venient super eum
horribiles. Mors vero beati petri
fuit preciosa atque sancta fuit namque
mors sua sibi revelata 2 petri 1
Certus sum enim quia velox
depositio tabernaculi mei
scilicet quod dominus ihesus cristus significavit
michi. Ipse etiam genus mortis
sue prescivit Johannis 21 Cum
autem senueris extendes manus
tuas et alius te cinget et ducet
te quo tu non vis. Hoc autem
dixit significans qua morte clarifi-
caturus esset deum. Ipse de sua
beatitudine habuit certitudinem
Tum quia cristus eum
beatum vocavit. Tum quia pro
ipso oravit. Tum quia nomen
eius in celis fuit scriptum. Tum
quia per spiritum sanctum confirmatus
extitit. Eius etiam memoria per-
duravit unde cantat ecclesia

Sapientiam narrant ipsius et laudes
eorum nunciat ecclesia nomina autem eorum
v. m. s. s. Et est scriptum Ecclesiastici 39
Angeli etiam sibi apparuerunt sicut
refert dyonisius in epistola pauli
Tercio honoravit ipsum post mor-
tem quia factus est gubernator
ecclesie cristi advocatus omnium
christianorum et hostiarius paradisi.
Quod factus est quasi gubernator ecclesie
cristi quando dixit ei Super hanc
petram edificabo ecclesiam meam
et porte inferi non prevalebunt
adversus eam porte inferi secundum
Ieronimum sunt false doctrine here-
ticorum secundum rabanum sunt persecu-
tiones tyrannorum secundum crisostomum
Ieronimum sunt vicia et peccata hominum
secundum Origenem sunt demones Iste
porte inferi non possunt preva-
lere adversus ecclesiam cristi eo
quod supra petram edificata e-
rat Mathei 7 descendit pluvia ve-
nerunt flumina flaverunt venti
et irruerunt adversus illam in
domum illam et non cecidit funda-
ta enim erat supra firmam petram
per pluvias intelliguntur false
doctrine hereticorum et persecutiones
tyrannorum ysaie 4 tabernacu-
lum erit in umbraculum diei
et estus et in securitatem et
absconsionem a turbine et a
pluvia. Per flumina intelliguntur
vicia et peccata hominum ipsa enim flu-
mina et peccata sunt fluminum in-
fernalis qui ducunt homines in
baratrum profundum per ventos
intelliguntur temptationes de-
monum sed nichil istorum adversus
ecclesiam prevalet quia fundata
est supra firmam petram. Ipse
est advocatus christianorum omnibus hominibus
autem advocatus debet habere

sapienciam in allegando etc. Unde
sicut dicit Augustinus Ignorantia
iudicum plerumque fit calamitas
innocentum. Secundum in complacendo
quia sicut dicit Gregorius Cum
is qui ad intercedendum mittitur
displicet irati animus ad deteriora
provocatur. Diligentiam in persistendo
et sollicitudinem in [illegible]
[illegible] De quibus omnibus
dicitur 2 petri 1 Certus sum
enim quia velox est depositio
tabernaculi mei secundum quod et dominus
noster ihesus cristus significavit
michi. Dabo autem operam et
frequenter vos habere post obitum
meum [illegible] quod dicit Certus
sum ostenditur quante fuit sapientie
qui etiam futura certitudinaliter
cognoscebat. Et si tante sapientie
erat in statu mortalitatis quante
nunc est videntis in speculo eter-
nitatis. In hoc quod dicit sicut
et dominus noster ihesus cristus si-
gnificavit michi ostenditur quante
fuit gratie ante cristum magna
enim gratiam apud cristum habebat
cui cristus secreta sua tam
familiariter revelabat. In eo
autem quod dicitur Dabo autem operam
et frequenter ostenditur quante fuit
sollicitudinis et diligentie. In
eo quod dicitur habere vos post obi-
tum meum ostenditur quam fuerit
causam nostram prosequutus quia
nichil nisi nostram salutem
intendit. Tercio factus est
hostiarius paradisi. Circa quod
notandum est quod domus est quadru-
plex scilicet ecclesiam militantem
patriam celestem purgatorium et
infernum. In prima habitant peregrini
In secunda filii. In tercia debitores
obligati in quarta incarcerati

Sicut autem quelibet domus
habet suum hostium et suam clau-
suram, nam clavis per quam intra-
tur in ecclesiam militantem est clavis
absolucionis et indulgencie de
qua dicitur Mat. 16 Quodcumque
solveris super terram etc. et Mat. [?] In-
trate per angustam portam. Cla-
vis per quam intratur in patriam
celestem est clavis iusticie. Ista
autem clavis post iudicium claudet
hostium quia iusticia dei nullum
peccatorem introducet ibi sicut habetur
Mat. 25 postquam introducte sunt
virgines sapientes clausa est ia-
nua. Fatue autem cum pulsarent
et dicerent Domine domine aperi
nobis, responsum est eis amen
amen dico vobis nescio vos.
Clavis per quam intratur pur-
gatorium est clavis iusticie iu-
dicii [?] autem dei requirit quod nullum
malum remaneat impunitum.
Ideo illi qui sufficienter non
solverunt debitum pene in hoc
seculo persolvent in purgatorio
Luce 12 Non exies inde donec
novissimum quadrantem, id est donec
punitus es pro minimo peccato.
Clavis per quam intratur in infernum
est clavis mortis et pene
eterne Apoc. 9 Data est illi
clavis putei abyssi. Cum [?]
igitur peccator qui est contra ecclesiam [?]
vult redire [illegible] petrus
aperit sibi hostium cum clave ab-
solucionis et indulgencie. Cum
tamen enim peccator contritus sit a deo
intus absolutus, ab ecclesia
pro ~~[illegible]~~ absoluto non reputatur
nisi ad iudicium sacerdotum venerit.
Leprosis [?] quos mundavit
dicit Luce 17 Ite et ostendite
vos sacerdotibus. Cum autem
aliqui sancti viri qui decedunt in

celesti patria collocantur exeuntes de
ergastulo corporis petrus aperit
sibi hostium cum clave iusticie per quam
animas celi aperuit. Si vero debet
in purgatorio curari aperit sibi
hostium cum clave iusticie. Psalmus
Aperite michi portas iusticie, ingressus
in eas confitebor domino. Ipsi enim iusti sunt aliqua
purganda secum detulerunt. Si vero
debet in inferno torqueri istud
hostium petrus non aperit sed rex
qui eius clavem tenet ipsum ho-
stium aperit et claudit et peccatores
ibi includit Apoc. 1 Habeo cla-
vem mortis et inferni. Apoc. 20
Vidi angelum id est christum qui est ma-
gni consilii angelus descendentem
de celo et habentem clavem
abyssi et cathenam magnam
in manu sua et apprehendit dra-
conem serpentem ~~magnum~~ anti-
quum et ligavit eum etc. Require

Sermo quartus de eodem

Tibi dabo claves regni celorum
et quodcumque ligaveris super
terram erit ligatum et in celis.
Mat. 16. Ex verbis istis ostenditur
quanta sit dignitas prelatorum qui
in beato petro claves regni cele-
stis sortiti sunt. Ut vero que sint
iste claves melius videamus
notandum quod est multiplex clavis.
Est enim clavis potentie unde
cantat ecclesia Habent potestatem
claudendi celum et. ap. p. c.
q. h. ci. el. ra. te. f. sunt
et clavis sapientie Apoc. 3
Habet clavem david qui clau-
dit et nemo aperit. Glosa clau-
dit scripturas obscuras ut que-
ramus, aperit ut inveniamus.
De ista clave dicitur sapientia Luce 11
Ve vobis legisperitis qui tulistis
clavem scientie. Ipsi non intra-
stis et eos qui introibant prohi-
buistis. Est clavis iusticie [illegible]

Dabo clauem domus dauid
super humerum eius Clauis da-
uid fuit vna pia Mathea no da-
uid in sua vita consecutus est cla-
uem sedem regni Istam clauem
nunc cristus non habet in sinu
sed in humero quia non est inclusam
occultam sed apertam et longa-
nimem per quam longanimiter
portat peccatores Est clauis discre-
cionis de qua dicit Rabanus super
illud Tibi dabo claues regni
celorum i. ipsam discrecionem et po-
tenciam, potenciam qua ligat
vel dissoluet discrecionem qua
dignos vel indignos discernat,
Est clauis temperancie vocatur enim
temperancia vno nomine clemencia siue
lenitas Seneca clemencia est leni-
tas dei in potestate vlciscendi vel
lenitas superioris aduersus inferiorem
in penis constituendis Ista clauis
clemencie et lenitatis ianuas
viscerum cristi semper aperuit peccatoribus
ianuas celi aperuit Est clauis iu-
sticie que maxime relucet in
inferno apocalipsis 1o habeo claues
mortis et inferni, de quibus clauibus
clauibus vltimis dicitur ysa 11 Non
secundum visionem oculorum iudicabit
neque secundum auditum aurium arguet
Ecce clauis discrecionis de qua dicitur
Sed iudicabit in iusticia pauperes
Ecce clauis iusticie et arguet
in equitate pro mansuetis terre
Ecce clauis lenitatis et cleme-
cie Siquidem ipsi prelati et iudices
audita et causacio debet iudi-
care secundum auctoritatem et ideo
accepit clauem potencie secundum
veritatem, ideo accepit clauem
sapiencie, secundum pietatem ideo ac-
cepit clauem anie, secundum ma-
turitatem ideo accepit clauem
discrecionis de qua dicitur secundum equitatem,

ideo accepit clauem temperancie
et secundum iuris ordinem ideo
accepit clauem iusticie Debent
igitur prelati primo iudicare secundum
auctoritatem, ideo accepit
clauem potencie Ista autem auc-
toritas et potestas maxime attenditur
in hoc quod peccata remittere possunt
Johannis 20 Accipite spiritum sanctum
quorum remiseritis peccata remittun-
tur eis Et ei dicitur luce 7 Quis potest
remittere peccata nisi solus deus
vtrumque autem verum quod deus remit-
tit et sacerdos remittit sed diffe-
renter Quod peccato cum mortali tria
incommoda in homine generantur
primum est dei inimicicia quia sic
peccator dei inimicus efficitur Secundum
est difformis macula ~~ibi relicta~~
quia in anima peccatoris ymago
et similitudo dei deturpabitur
et quedam difformis macula
ibi relinquitur, Tercium est reatus
i. obligatio ad penam eternam
Ista tria deplorat Jeremias tre-
norum 1o Quomodo obtexit caligine
ecce difformis macula in furore
suo dominus filie syon Ecce offensa
et inimicicia proiecit de celo in ter-
ram inclitam ysrael Ecce reatus siue ob-
ligacio ad penam eternam Ista tria
solus deus virtute contricionis re-
mittit Solus enim remittit o-
ffensam Solus lauat maculam
Solus dissoluit obligacionem in
eternam Ista tria signantur luce
17 In filio prodigo de quo ea
dicitur scilicet quod pater ipsum ample-
xatus et osculatus fuit et quod
stola prima ipsum indui fecit et
quod dixit filius meus mortuus
fuerat et reuixit perierat et in-
uentus est In hoc quod ipsum
amplexatus et osculatus fuit

datur intelligi quod solius dei est
remittere offensam. In hoc quod ip-
se pro ea prima induit datur intelligi
quod eius est lavare maculam et de-
corare animam. In hoc quod dixit
filius meus mortuus fuerat
et revixit datur intelligi quod ipsius
est remittere penam eternam. Quia
vero iustitia dei non patitur ut
aliquod malum remaneat impunitum
ideo peccator remanet obligatus
ad penam purgatorii. Secundo
autem sacerdos tria facit ex parte
sui in absolutione peccatoris. Quia
ipsum absolutum esse iudicat.
Cum itaque peccator a deo sit ab-
solutus intus tamen quod absolutus
non recipitur ab ecclesia milita-
nte nisi ad arbitrium sacerdotis.
In veteri enim lege quicumque le-
prosus esset mundatus tamen a deo mun-
datus non reciperetur nisi ad
iudicium sacerdotis. Ideo dixit
dominus leproso mundato Matthei
viii° vade et ostende te sacer-
doti. Secundum est quia penam purga-
torii cui fuerat obligatus ipsum
deo obligat et pene satis-
factorie iniuncte sive iniungen-
de ipsum ligat ita quod si sufficienter
fecerit aliam penam purgatorii
non sustinebit. Tertium est quod
de ipsa pena satisfactoria iniunc-
ta sive iniungenda partem rela-
xat. ii Cor. ii° Nam et ego
quod donavi si quid donavi
propter vos in persona Christi. Cum
igitur dicitur quod solus deus remi-
ttit peccata intelligendum est quan-
tum ad illa tria prius posita.
Cum vero dicitur quod sacerdos potest
remittere peccata intelligendum est
ad illa tria quia scilicet absolutum
esse iudicat penam purgato-
riam in satisfactoriam commutat
et de ipsa pena satisfactoria partem
relaxat. Secundo prelati et iudices
causarum et alii debent iudicare
secundum veritatem et ideo acceperunt
claves sapientie. Istam autem veritatem
illi falsificant qui non secundum veritatem
iudicant. Veritas enim secundum Crisostomum
super Matthei tribus modis falsi-
ficatur scilicet ut veritatem in menda-
cium convertendo aut veritatem
tacendo aut veritatem non defen-
dendo. Illi namque veritatem in men-
dacium convertunt qui per munera
que accipiunt veritatem in falsi-
tatem convertunt de quibus Ro. i. Qui
commutaverunt veritatem in menda-
cium et servierunt plus creature
potius quam creatori. Illi serviunt
creature potius quam creatori quia
magis serviunt cupiditati quam
veritati magis diligunt pecu-
niam quam iustitiam magis inde-
liunt muneribus quam hominibus.
Contra quos dicitur Isaie v Ve qui
iustificatis impium pro muneribus
et iustitiam iusti aufertis ab eo.
Secundo falsificatur veritas ipsam ta-
cendo. Gregorius Non facies iniu-
riam petens nec dissimules cum
videt ordinem deperire minima
disciplina est consentire cum
possis arguere. Crisostomus Non solus
enim proditor est ille veritatis qui
palam denegat veritatem sed etiam
ille qui propter timorem mortis ta-
cet veritatem. Post ea subdit et
quid dico propter timorem mortis
homines tacent veritatem. Crisostomus
uterque reus est apud deum et
qui veritatem occultat et qui
mendacium dicit. Ille quia pro-
desse non vult iste quia nocere
desiderat. Isidorus in libro de summo

ff

bona Cum metu potestatis veritatem occultat eiusdem virtutis iracundiam sibi celitus provocat quia plus timere scit hominem quam divinam trepidat maiestatem. Ponit autem tres causas in quibus quis tacet propter virtutem. Prima ponit Augustinus in libro de civitate dei dicens Quando a pecca[illegible] quisque obiurgando et corripiendo male agentibus parcit quia aptum tempus inquirit vel de ipso seu de ipsis metuit ne deteriores ex ipsis efficiantur vel ad bonam vitam et piam erudientes impediat alios infirmos ut premant atque avertant a fide. non videtur esse cupiditatis occasio sed consilium caritatis. Tercio falsificatur veritas quando non defendendo veritas namque iusticie est defendenda usque ad irrisionem. Unde de sanctis martiribus dicitur Hebr. 12 [illegible] ludibria usque ad [illegible] [illegible] professionem. Unde sequitur et verbera. Corpori usque ad [illegible] [illegible] unde sequitur Insuper et vincula et carceres usque ad occisionem. Unde sequitur lapidati sunt secti sunt temptati sunt. morte gladii mortui sunt usque ad Gethsemani [illegible] unde sequitur In solitudinibus [illegible] errantes et ideo dicitur Eccl. [illegible] pro iusticia agonizare pro anima tua usque ad mortem certa pro iusticia. Tercio debent induere prelati firmam pietatem et ideo accipiunt [illegible] eciam [illegible] [illegible]. Ista autem pietatis debet esse in corde per compassionem et debet ostendi in opere per pene mitigacionem. In corde quidem debet esse compassio quia quantumcumque iudex iudicet ex iusticia semper in corde debet esse dulcorans mia [illegible]

[illegible] iudicet ex severitate semper corde debet asspergi pietate. Cum [illegible] iudicet ex rigore semper animus debet affici intima compassione. Unde dicit apostolus Gal. 6. Vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis quia aliquibus debent proferre dura verba sed dicit in spiritu lenitatis quia hominibus omnibus debent proferre dulcedinem. Debet eciam esse pietatis [illegible] ad pene mitigacionem. Bernardus Corripite inequitatem in [illegible] debemus namque corripere per punicionem sed in [illegible] per pene mitigacionem ut scilicet vinum mordat iusticie temperet oleo terrere [illegible] seu [illegible] [illegible]. Sed istam autem [illegible] et compassionem peccatoribus [illegible] consuetudinem debent quidem considerare tenentes quod prelatus et iudicium aliis [illegible] [illegible] tres ponit Augustinus duas [illegible]. Prima est quia debet considerare quid est aliud iudicare vel reprehendere si est ei similis vel si est in eadem culpa similis et maiori et tamen si culpa est notoria non debet ipse publice reprehendere sed [illegible] et super ipsum [illegible] [illegible] et ipsum ad correpcionem [illegible] alios [illegible] sibi dicere quod dicitur Ro. 2 Qui alium doces te ipsum instruis qui [illegible] non [illegible] [illegible]. Secunda [illegible] unde [illegible] tenere [illegible] moderamen vite quo iudex [illegible] [illegible] alienus. Refert Augustinus in libro de civitate dei quod quidam pirata captus et magno Alexandro [illegible] cum Alexander [illegible] videtur quod mare [illegible] haberet infestum et ille [illegible] quod videtur quod tu [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vocor tu quia magna classe [illegible] agis imperator

pirata

vocatus Cum ingratus aliquo-
sium quedam fuerit ad penitentiam
tractum facit demonstrans plures
aut maiores fuerit minorem pu-
niunt Si vero non est similis con-
siderare si aliquando fuit similis
et timere sicut in statu illo vole-
bat sibi veniam et compassionem
exhiberi Sic et ipse nunc debet
aliis veniam exhibere Ecclesiastici viii
Ne despicias avertentem se a pec-
cato neque improperes ei memento quoniam
omnes in corruptione sumus Eccle-
siastici Intellige que sunt proximi
tui ex teipso Si vero non est simi-
lis nec aliquando fuit similis debet
cogitare quod debet esse simi-
lis et ideo ratione talis dubii
non debet superbire sed aliis con-
descendere Cor. 1o c. x Qui stat vide-
at ne cadat Gregorius in Registro 2o pe-
ccatur culpa attenuetur ea que nisi districtius
Gregorius in omelia Vere semper
est ut peccatores quos conspicimus
nosmetipsos prius in eorum cala-
mitatibus defleamus quia for-
tasse in similibus aut lapsi sumus
aut labi possumus Si lapsi non
sumus Augustinus Nemo est qui se-
curus sit in hac vita que tota
temptatio nominatur Utrum qui
potuit fieri ex deteriore melior non
possit fieri ex meliore deterior
Si autem non est similis nec um-
quam fuit similis debet re-
currere ad tertiam considerationem quia
iste qui sic videtur esse repre-
hensibilis forte in multis aliis est
commendabilis et si habeat ali-
quos defectus forte multos pro-
fectus et ideo ratione eorum que
habet supportandus est in hiis
que minus habet Tertiam tamen
considerationem Sic docet Apostolus

Laodicie volens cum dicit Episcopum
Ephesiorum reprehendere in quodam
suo defectu quem habebat ait
Habeo adversum te pauca quia
caritatem tuam primam reli-
quisti Sed tamen statim subdit
quoddam bonum quod habebat dicens
Sed hoc habes bonum quia odisti
facta Nicolaitarum que et ego
odi Ecce dominus priusquam posuit
illud in quo erat reprehensibilis
statim posuit seu submisit
illud in quo erat commendabilis
ad innuendum quod si aliquis contra
aliquem deprehendendus si tamen
habet aliquod bonum est supportandus
Item idem similiter ostendit dominus
Apocalypsis iiio ubi ponit primo
quoddam in quo Episcopus Sardis
erat reprehensibilis dicens Non
invenio opera tua plena coram
deo meo Sed statim subiungit
quoddam in quo erat commen-
dabilis dicens Sed habes pauca nomina
in Sardis qui non coinquinaverunt
non coinquinaverunt vestimenta
sua et ambulant mecum in
albis quia digni sunt Si vero quis
omnino videtur esse malus nec
aliquid habere bonum apparet quod sit
tollerandus tunc debet quilibet
recurrere ad quartam considerationem
et cogitare quod forte iste qui
sic modo videtur malus forte
in conspectu dei est sibi in multo
preferendus Et ponit exemplum
Gregorius in Stephano et Paulo
Paulus enim cum Stephanus lapidaretur
consenciente et adiuvante Pau-
lo tunc Stephanus omnino
erat bonus Paulus autem videba-
tur malus esse et tamen in conspectu
dei Paulus erat in Stephano
et in multo et in premio superior
Quanto ipsi prelati debent

iudicare secundum maturitatem et ideo
acceperunt clavem discretionis.
B Unde autem mature et di-
screte iudicant quod significatur id
quod dicitur Danielis v. numeravit
appendit et divisit. Debent nam-
que culpas numerare id est ipsas multum
inquirere et investigare ut nullam
scilicet relinquant indiscussam. Deinde
culpas investigatas debent in statera
sui iudicii appendere et ponderare
ut sciant que culpe sint graves
que leves que mediocres. Postea
debent culpas sic examinatas
et sic ponderatas dividere id est divi-
sas punire. Non enim omnes cul-
pe equaliter et simul sunt pu-
niende sed diversimode potius feri-
ende ut scilicet graves graviter leves
leviter mediocres mediocriter
puniantur. Ista tria tangit Gregorius
super Ezechielem dicens planta pedis eorum
planta pedis vituli id est mature
incedens fortis et divisa quia
unusquisque predicator et venera-
tionis debet esse in maturitate et for-
titudine in operatione et divisione
ungule in discretione. Ex quibus
verbis habetur quod quilibet prelatus debet
esse districtus maturus et fortis.
Districtus in districta culparum exa-
minatione maturus in matura
culparum ponderatione fortis in
potenti culparum punitione. Quarto
prelati debent iudicare secundum
equitatem et ideo acceperunt
C clavem temperantie. Non enim de-
bent iudicare secundum severitatem
iustitie nec secundum remissam man-
suetudinem equitatis censuram
tamen secundum Tullium equitas est
iustitia dulcore misericordie
temperata. De quo temperamento
dicit Gregorius miscenda est lenitas
cum severitate faciendum est quod-
dam ex utroque temperamentum ut neque
multa asperitate exulcerentur subditi
neque nimia lenitate solvantur.
Idem exponens verbum illud Psalmi
Virga tua et baculus tuus ipsa me
consolata sunt ait virga percutimur
baculo sustentamur. Si est districtio
virge que feriat et consolatio baculi
que sustentet. Istud autem temperamen-
tum ex tribus consistit scilicet ex dulce-
dine lenitatis, ex rigore severitatis,
ex virtute discretionis. Siquidem est
lenitas temperet severitatem, severitas
animat lenitatem, discretio autem
ordinat utramque veritatem. Ista
tria significantur per illa tria que erant
in archam Moysi iuxta illud sicut
dicitur Hebr. 12 ibi erat manna
virga Moysi et tabule in quibus
scripta erat sapientia dei scilicet precepta
et mandata vite. Archa igitur
spiritualis est prelatus in quo debet
esse manna id est pietas quo ad
bonos, virga id est rigor severitatis
quo ad duros, et tabula id est virtus
discretionis quo ad omnes. Quinto
debent prelati iudicare secundum iuris
ordinem et ideo acceperunt cla-
vem iustitie. Iste autem ordo iuris
dupliciter ponitur in evangelio Matthei
ponitur ubi dicitur Matth. 25 Tunc
dicet rex his qui a sinistris
eius erunt esurivi et non dedi-
stis mihi manducare, sitivi
et non dedistis mihi bibere etc.
In quibus verbis instruuntur iudices
causarum et alii qualiter in ipsis
iudiciis procedere debeant. Ipse namque
iudex omnium primo causam dili-
genter examinat cum dicit esurivi
et non dedistis etc. Sic et ipsi debent
causam diligenter examinare iuxta
illud Job 29. Causam quam

nesciebam diligentissime inve-
stigabam Iob xxix prolixe iudi-
care sine faciem i. sine cause sup-
ficiem Quae cum contingit quod causa
in prima sua facie videtur iusta
quando aut discutitur et examinatur
apparet iniusta // Hoc examinatam
ponderat cum dicit amen dico vobis
quod uni ex minimis meis fecistis
michi fecistis etc. quia mirabiliter
ponderavit quia ea que pauperibus
non sunt facta sibi reputat de-
negata Sic et prelati debent cau-
ponderare non cum statim post
examinationem cause sententia
ferenda sed examinanda sunt me-
rita et multa personarum et cau-
sarum ut sciatur qualiter possint re-
munerentur vel puniantur
Sed multi sunt qui ferunt sententiam
dolosam et mendacem qui pon-
derant ea que essent allevian-
da et alleviant ea que essent
ponderanda / vel etiam qui de
aliquibus gravia statim credunt
et aliquibus nec etiam levia crede-
nolunt Cum ergo dicat Gregorius
maiora et tarde credenda sunt
cum audiuntur et citius punienda
cum veraciter agnoscuntur / De tali
sententia mendaci et dolosa dicitur
Prov. xx q. Statera dolosa abhomi-
nabilis est apud deum pondus
magna etc filii hominum in stateris
Tertio causam examinatam et
ponderatam sententiat dicens
Discedite a me maledicti in
ignem eternum Eccl. xi pro malis
amicitiabit sinabis quia unam
dictabit pro bonis aliam pro-
fert contra malos // Quarto tam
sententiam contra malos executam
mandabit quod notatur cum dicitur

tenuit in supplicium eternum iusti
aut in vitam eternam // Secundus
ordo notatur Math. xviii ubi dicitur
Si peccaverit in te frater tuus vade
et corripe eum inter te et ipsum
solum et si audierit lucratus eris
fratrem tuum Si aut non audierit
adhibe tecum unum vel duos ut
in ore duorum vel trium testium
stet omne verbum Quod si non audierit
dic ecclesie Si aut ecclesiam non
audierit sit tibi sicut ethnicus
et publicanus Ex quibus igitur
verbis ostenditur quod delinquentes
primo sunt amonendi cum amore
cum dicit vade et corripe eum
inter te et ipsum solum Iste igitur
modus correctionis est modus
caritatis benivolencie et amo-
ris Quod si amoniti neglexerint
corrigi tunc sunt quasi conviccendi
cum ratione Et hoc notatur cum
dicitur Si te non audierit adhi-
be tecum unum vel duos scilicet
testes etc. / per testes enim et a-
lias probationes convincendi sunt
qui caritatis amonicionibus
corrigi nolunt ysidorus Qui
blando sermone correptus et
non emendatur necesse est ut
acrius puniatur Cum dolore
enim abscindenda sunt que
leniter curari non possunt / quod si con-
victi adhuc se non emenda-
verint tunc sunt cohercendi
cum timore Quod notatur cum
dicitur Dic ecclesie i. prelatis ecclesie
qui debent tales cohercere
penis minis et verberibus ne-
non flagellis Quod si penas
et minas non timent tunc tamquam
membrum putridum sunt ab
ecclesia precidendi cum verecundia
et rubore quia sunt excommunicandi
et ab ecclesia separandi Quod

notatur cum dicitur si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus etc. Sequitur

Sermo de commemoratione Sancti Pauli et cetera

Bonum certamen certavi cursum consummavi fidem servavi de reliquo reposita est mihi corona iustitie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex Ad thimotheum 4. Ut aliqua pugna sit strenua debet ibi esse causa constancia i. sapientia et victoria. Causa debet ibi esse cum perseverantia requirit triumphum. Ista quatuor in pugna sua beatus paulus habuit que in verbis premissis notantur. Habuit enim causam iustam cum dixit bonum certamen certavi. Ille enim bonum certamen certat qui pro iustitia certat. Habuit perseverantem constanciam cum dicitur consummavi. Habuit modum sapientem cum dicitur fidem servavi. Ille enim sapienter certat qui nichil obmittit de contingentibus quod est sapientie. Habuit victoriam triumphalem cum dicitur de reliquo reposita est michi corona iustitie etc. Ista quatuor licet fuerunt in quolibet conflictu certaminis quod paulus in tota vita sua habuit, videamus tamen precipue qualiter in ultimo suo certamine i. in sua passione fuerunt qua hodie sollempniter celebramus. Ibi igitur causa fuit iusta multiplex enim de causa sustinuit passionem primo ex eo quod cristum deum esse dicebat. Licet enim roma omnia ydola pene omnium susceperit solum tamen cristum deum suscipere

recusavit, tum ex eo quod per eo auctoritatem senatus deificatus non fuit, tum ex eo quod ipse despectum mundi predicabat et ipsi romani avari et ambiciosi erant, tum quia cristum dicebat esse immundum et superbum, tum ex eo quod nullum deum aliud volebat habere consortem, tum ex eo quia cristus omnium deorum culturam evacuabat per quos rempublicam dirigi credebant. Quia ergo paulus cristum deum constantissime predicabat ideo morti adiudicatus fuit. Secunda causa est quia unitatem asserebat veram cum dicit cristum ad iudicium esse venturum et mundum per ignem esse resolvendum unde ipsum capite truncari iussit. Docuit autem veritatem vite iustitie et doctrine Ad thimotheum 2o. Scribit 3o ad veritatem vite, iuste quo ad veritatem iustitie, et pie quo ad veritatem doctrine vivamus in hoc seculo. Tercia causa est quia ipsum quiescebat nam dicitur in legenda Cum nero tunc vero audisset quod milites suos quieti cum ipso et invitare fecit convertebat ad eos verbis et exemplis et miraculis Ad romanos 15. Non enim audeo aliquid eorum que per me non efficit cristus etc. exemplo ex quo inducit in obedienciam gentium verbo et factis etc. Verba salutifera in virtute signorum et prodigiorum etc. signa coruscantia. Quarta causa est ex eo quod simonem magum nigromanticum superavit et in celum volantem de aere deici fecit Sancti enim in medium ascendere possunt quia habent alas secundum qualitatem que habet

sublevare Luc. 18 Qui se humi-
liat exaltabitur et celestem con-
versacionem que est in celis collocat
Phil. iii° Nostra conversatio in celis
est De istis duabus alis dicitur
Apoc. 12 Date sunt mulieri
due ale / Sunt etiam plumis vesti-
tum et ideo volare potuit put
Ysaie xl Qui sperant in domino
mutabunt fortitudinem assument
pennas sicut aquile current et
non laborabunt ambulabunt et
non deficient ferimur in flatu spiritus
sancti Eze. 1 Ubi non erat im-
petus spiritus illuc gradiebantur
in Reg. 19 post ignem sibi-
lus aure tenuis Secundo autem Sy-
mon magus deiectus est quia
non habebat alas cum esset su-
perbus et carnis in[?]fectus nec
habebat plumas cum esset vi-
ciis plenus / nec habebat spiritum
sanctum regentem sed spiritum ma-
lignum tamquam turbinem impellen-
tem Tercio in pugna sua habet
perseverantiam et constanciam
non enim potuit a mundi adversita-
tibus frangi Ro. 8 Certus sum
quia nec mors nec vita nec
angeli nec principes nec principa-
tus etc. / poterunt me separare
a caritate dei nec potuit per de-
lectationibus carnis abduci 1
Cor. 9 Castigo corpus meum
et in servitutem redigo nec po-
tuit a dyaboli fraudulenciis
decipi 2 Cor. 2 Non enim
ignoramus cogitationes / de quibus
dicitur Ephe. 6 Non est nobis
colluctatio adversus carnem et
sanguinem sic enim quo ad
carnis delectationem sed adversus
principes et potestates quo ad hu-
manas persecutiones Contra spi-
ritualia nequitie in celestibus
quo ad demonum deceptionem / Quarto
in pugnando habuit modum sapi-
entem / iste autem modus attenditur
ante mortem in morte et post
mortem / ante mortem quidem
quia dum debet decollari et ad
orientem se convertit affectans patriam
celestem inquirit quod
tamen ante et post sibi requi-
rit aptaret / deinde deo re-
commendavit In manus tuas
domine commendo spiritum meum
ut ab insidiis dyaboli dyabolicis
tutus esset et in celum assumptus
eum deduceret Sapie. iii° Iusto-
rum anime in manu dei sunt
Deinde faciem sibi velavit
ut totam intencionem ad in-
teriora traheret ut in hoc christo
similis esset ut se mundum ma-
nifestare despiceret Secundo iste mo-
dus attenditur in morte Caput
enim eius resiliens tres saltus
dedit in quolibet saltu fontem
aque vive aperuit qui fontes
usque hodie in loco illo perse-
verant / Paulus quidem in vita
tres saltus fecit unum quo saltat
a synagoga ad ecclesiam et tunc
comparuit i. manifestavit fortem
esse quia in sua conversione mag[na]
dei via monstrata est 1 Thi. 1
Qui prius fuit blasphemus et per-
secutor et contumeliosus sed
misericordiam persecutus sum quia igno-
rans feci in incredulitate / Aliud
quo saltavit de mundo in celum
de quo dicitur 2 Cor. 12 Scio
hominem raptum usque ad ter-
cium celum / Et tunc aperuit
fontem sapie. tunc enim sapientiam
in celo hausit quam post modum
habundanter effudit / Tercium quo
saltavit discurrendo per mundum

Et tunc apparuit fontem doctrine
quia totum mundum spirituali doctrina
repleuit Ro. 15 ab Ierusalem per
circuitum usque ad Illiricum repleui
euangelium Christi. Tunc etiam
Christus ipsius post mortem lingua
eius pluries extra vocem insonuit
nomen Christi quod ipse protulit nimia scilicet
cordis iocunditate condatus con-
nimia dulcedine allectus nimi-
a iubilatione armonica prouoca-
tus. Tunc etiam de eius corpore
quatuor emanauit scilicet unda
lactis quantum ad eius puritatem, un-
da sanguinis quantum ad martirii acer-
bitatem, splendor lucis quantum ad cor-
poris glorificationem pollentem, fla-
grancia odoris quantum ad famam redo-
lentem. Tertio consideratur modo
iste post mortem aliquando ad ter-
rendum obstinatos sicut ap-
paruit Dionisio et Constantino,
aliquando ad reducendum decepta-
tos sicut apparuit Romanis suppe-
dare se volenti, aliquando
ad puniendum malos sicut ap-
paruit Constantino ut refert Gre-
gorius Turonensis. Sub capite
etiam eius detruncato tantus sple-
dor emicuit ad significandum quia
plenus luce fuerat sapientie et scientie
iudicie fuit ipsum caput corporis
sic convenit. Non enim conveniens
erat ut corpus eius sine ca-
pite esset cum ipse Christo capiti
semper fuit coniunctus a quo re-
cipiebat sensum fidei recte ce-
lestis sapientie et dilectionis sine
a quo etiam recipiebat motum ope-
rationis, motum perfectionis et
motum feruoris. Quarto in sua pu-
gna consequitur victoriam triumphalem
et iste triumphus qui ex eius
passione prouenit attenditur
quo ad deum quo ad seipsum

et quo ad nos. Quo ad deum
est eius glorificatio. Phil. primo
Magnificabitur Christus in corpore
meo siue per vitam siue per mor-
tem. Quo ad seipsum suorum deside-
riorum consumatio. Phil. primo Desi-
derium habens dissolui et esse cum
Christo multo magis melius. Sui
corone acquisitio unde dictum est
Superest de reliquo reposita est michi
corona iustitie et salutis eterne
lucratio. Phil. 1o Michi viuere
Christus est et mori lucrum. Quo
ad nos duorum meritorum saluacio
2 Cor. 12 Libentissime impe-
dam et superimpendar ego ipse
pro animabus vestris. Et ad deum re-
conciliatio. Phil. 2o Sed et si immo-
lor supra sacrificium et obsequium
fidei vestre gaudeo et congratulor om-
nibus vobis. Et suorum meritorum apud
deum potens auxiliatio. Dicitur
enim Act. 19 Quod afferebant
sudaria et semicinctia Pauli super
infirmos et sanabantur. Sudaria
et semicinctia sunt vestes
quo uno late deponentes siue
zone siue vestes nocturne vel ge-
nus sudarii quo cibari utuntur.
Quantum ergo valent apud deum
eius orationes si tantum poterat eius
zona. Quantum vero apud dominum potest
eius beata anima si tantum vale-
bant eius vestes nocturne. Quan-
tum vero apud deum eius valent
orationes deuote si tantum valebat
eius sudaria. Quantum apud deum
valent eius merita gloriosa
si tanta virtute tunc fuit in
curatione corporum quantum nunc
est in mundatione animarum. Secundo
est autem quod passiones istorum aposto-
lorum in aliquibus conueniunt et
in aliquibus differunt. Conueniunt

quia eodem die in eadem urbe et
sub uno tyranno passi sunt
que quia a misterio non vacant,
voluit quia deus ut eodem
die paterentur ut sicut habuerunt
unam animam per amorem sic eodem
die reciperent eternam remunera-
tionem. Et sicut ad cristum equaliter
suspirabant sic ad ipsum in simul
pervenerunt. Denique unus sine a-
lio vivere non reputasset vitam
sed mortem amaram. Voluit
etiam deus ut in eadem urbe
paterentur ut sicut roma olim
erat caput orbis sic fieret caput
regni celestis, ex eo quod corpus
possidet eius qui accepit claves
regni celorum et illius qui raptus
est usque ad tercium celum. Convenien-
ter etiam sunt ut qui quieti erant
in vita per dilectionem non divide-
rentur in passione. Coniuncti
ergo sunt in vita in morte et
post mortem per eternam remune-
rationem quia et eorum capita
simul custodiuntur et eorum ossa
invicem conservantur et eorum anime
in simul beatificantur. Passi sunt
etiam sub eodem tyranno scilicet Ne-
rone qui omnes sevitia et crudelitate
superavit ut scilicet eius crudelitas
utrumque reddat clariorem. In duo-
bus autem non convenerunt scilicet nec in
genere passionis nec in loco. Itaque
petrus fuit crucifixus quia sibi
a domino specialiter fuit promissum cum
dixit Iohannis ultimo Sequere me.
Paulus non tamen eius romanus
nobiliori morte caput cum trun-
catione capitis fuit punitus. Dyonisius
in epistola pauli de morte pauli.
Eius non fleret illa hora quando
preceptum finem per agressimum est
ut petrus et paulus decollaretur.
Quibus autem Rome passi fuerint

non tamen in eodem loco passi fu-
erunt. Unde dicit dyonisius ibidem.
Cum autem elongassent eos ab
invicem scissum sanum ingemuit
meum quia non cum in eadem vita
acciderunt eos. Unde cum ab-
invicem separarentur mutuo
se salutaverunt sicut ait dyonisius
in epistola ad Romanos ante
terribilem consummationem ipsorum cum se-
pararentur ab invicem liga-
verunt columpnas mundi non utique
absque fratrum gemitu et plorantium.
Tunc inquit paulus petro pax
tecum fundamentum ecclesiarum
et pastor ovium et agnorum christi.
Petrus ad paulum Vade in pace
predicator bonorum mediator et
dux salutis iustorum. Sermo
secundus de eodem etc.

Cum autem placuit ei qui
me segregavit de utero
matris mee et vocavit per gratiam
suam ut revelaret filium
suum in me ut evangelizarem
illum in gentibus continuo
non acquievi carni et sanguini.
Galatas 1o. Apostolus non fuit ingratus
gratie quam in se habuit recognovit ipse
est quia deus ipsum de utero matris
sue eduxit cum tamen multi abor-
tant ut qui in ipso utero ma-
terno pereunt abortivum. Unde
dicit Cum autem placuit ei qui
me segregavit de utero matris
mee sed parum prodesset ut quis
nasceretur per naturam nisi iustifi-
caretur per gratiam et ideo ponit 2m
effectum quia scilicet ipsum per gratiam
suam vocavit unde dicit Et vo-
cavit me per gratiam suam sed non
sufficit quod homo habeat tamen
gratiam dei pro qua sit anima bona
nisi etiam habeat dei sapientiam

per quam sit aliis fructiferus
et ideo ponit tertium effectum divine
miserationis quia scilicet ipsam di-
vinam sapientiam edocuit cum dicit
ut revelaret filium suum in me
sed quia multi sunt qui per-
cipiunt a deo sapientiam sed tamen
ipsam abscondunt nec aliis co-
municare volunt ideo ponit
tertium effectum quia scilicet ut ipsum
ewangelizarem in gentibus
et predicatorem sue sapientie me
fecit tunc dicit ut ewange-
lizarem illum in gentibus
quia vero sunt multi quibus
deus multa beneficia sue
miserationis impendit ipsi
tamen sunt pigri et tardi ad o-
bediendum ideo ponit quintum
effectum quia scilicet de voluntate
velociter obedivit cum dicit Conti-
nuo non acquievi carni et san-
guini Primo igitur recognoscit effe-
ctum divine miserationis quod de
utero matris ipsum eduxit cum dicit
Cum autem placuit ei qui me
segregavit de utero matris mee
Circa quod notandum quod est qua-
druplex uterus primus est
uterus matris generalis scilicet terre
Secundus est uterus matris carna-
lis scilicet matris proprie de quibus du-
plicibus matribus utero dicitur Eccli xl°
Grave iugum super filios Adam
a die exitus de ventre matris
eorum usque ad diem sepulture
in matrem omnium / de quibus etiam
duplicibus matribus utero dicitur Iob i°
Nudus egressus sum de utero
matris mee et nudus revertar
illuc Tertius est uterus matris
figuralis scilicet synagoge que Christum
velud noverca corona spinea co-
ronavit de qua dicitur Cant iii°
Egredimini filie Syon et videte
regem Salomonem in diademate

te quo coronavit eum mater sua
Quartus est uterus matris spiritualis
scilicet militantis ecclesie que quidem
erat sterilis sed nunc filiorum
fecunditate letatur per illud psalmi Qui habitare
facit sterilem in domo matrem
filiorum letantem Quintus est uterus
matris celestis scilicet uterus ecclesie
triumphantis de qua dicitur Gala
iiii° Illa autem que sursum est Jerusalem
que est mater nostra libera est Beatus
igitur paulus fuit in quadruplici
utero a quo fuit per divinam gratiam
segregatus / primo namque fuit in
utero matris carnalis sed de isto
utero deus ipsum segregavit quia
ipsum ad lucem eduxit / ubi a
domino quatuor beneficia recepit
que alii parvuli recipiunt que
notantur in psalmo unum quod in corpore
et anima utilem sue divinitati ipsum
creavit ideo dicitur De ventre
matris mee deus meus es tu
Aliud quod angelum deputavit
per quem eum protexit et defendit
ideo dicitur In te proiectus sum ex
utero de ventre matris mee / tu
es protector meus Aliud quod de
utero matris ipsum salvum fecit et
vivum eduxit ideo dicitur Quoniam tu
es qui extraxisti me de ventre
matris mee Aliud quod per baptis-
mum culpam sibi remisit et gratiam
infudit per quam spem exhibuit appre-
hendende salutis / ideo / sequitur
Spes mea ab uberibus matris mee
Per quam paulus exivit de utero
matris carnalis intravit in uterum
matris figuralis i. synagoge sed
ab utero istius matris deus ipsum
segregavit quia ipsum ad fidem con-
vertit / et ista segregatio figurata
est in Beniamin Rachel enim

mortua est in partu eius ideo
vocavit eum filium doloris pater
vero Iacob vocavit eum filium
dextre // Ex superiori consideratione sy-
nagoga mortem spiritualem incurrit
et multam tristitiam habuit sed deus
pater valde gavisus filium dextre
ipsum vocavit cum dixit Act. 9 vo
vade quia vas electionis michi
est iste / postquam paulus exivit de
utero matris figuralis intravit in
uterum matris spiritualis i. militantis
ecclesie in quo tamen diu permansit
quam diu in hoc mundo post conversionem
vixit Sunt tamen quidam filii degene-
res qui sicut filii uterum
lacerant sicut heretici qui more
viperarum unitatem ecclesie diversorum
errorum in missione lacerare non
desinunt de quibus dicitur Math. 3
progenies viperarum quis demonstravit
vobis fugere a ventura ira Alii
sunt qui in isto utero altercantur
sicut legitur de Iacob et Esau
Gen. 25 Collidebantur parvuli
in utero eius Tales sunt pre-
lati ambitiosi qui tamquam sui par-
vuli cottidie in utero altercantur
ideo dixit Rachel Si sic futurum
erat melius erat non concipere
melius enim esset ut tales prelati
ambitiosi nunquam sicut enim ec-
clesiam virginalem cottidianis
malis alterare student Alii sunt
qui in isto utero abortivum pa-
tiuntur sicut illi qui in peccato mortali
de quibus dicitur Ysaie 37 Ve-
nerunt filii usque ad partum et
virtus non erat pariendi Ab utero
istius matris deus paulum
vocavit in uterum matris gene-
ralis scilicet terre cum per mortem
animam eius a corpore separavit
et tunc corpus intravit in

uterum matris generalis scilicet terre
et animam in uterum matris celestis
scilicet celum superne De utero autem
prime matris scilicet terre deus corpus
eius separabit quando dicet Sur-
gite mortui venite ad iudicium
Johannis 5° Omnes qui in monu-
mentis sunt audient vocem
filii dei et qui audierint venient
seu vivent De utero secunde matris
scilicet celestis animam quodammodo sepa-
rabit cum ipsa coniuncta corpus suum
ingredietur ut totus homo beati-
ficetur // Secundus effectus divine
misericordie est quod ipsum per
gratiam vocavit enim dicitur Et vo-
cavit per gratiam suam Cuius autem
vocatio in multis dissimilis
fuit a vocatione aliorum apostolorum
primo quia petrus et illius qui vocavit
eum celos cum apostolos vocavit
terrestris existens in sinistra misericordie
[illegible] autem existens in dextera
paterne glorie Et ideo paulus ponitur
in bulla papali a dextris
petrus vero a sinistris quia enim
per dexteram vita eterna per
sinistram vita presens significatur
dicit apostolus [illegible] longitudo dierum
in dextera eius et in sinistra
illius divitie et gloria In vita
quidem eterna deus dat eternitatem
In ista autem vita dat donorum
et gratiarum multiplicitatem patet
igitur quod apostolus dicere illud
Canticorum 2 Leva eius sub ca-
pite meo et dextera illius in-
plevit me Quamdiu enim cum christo
[illegible] apostolus fuit erat leva
sua eos sub capite sustenta-
bant eius manu ductione et
dulci instructione // paulus vero
dextera amplexatus fuit quia
subito ipsum circumfulsit et divina
sapientia implevit // Secundo quod

consideracione loci de quo vo-
cavit/ ceteros enim vocavit de mun-
do/ ipsum autem vocavit de celo
quia ipse deus de celo in terram appa-
ruit/ Ideo autem Christus paulum vo-
cavit de celo ad innuendum quod
tatus debeat angelicus totus
celestis ymago et similitudo
deitatis et spiritu deformes oc-
nos deliquit// Tercio consideraci-
one status a quo vocavit/ Ceteros
enim vocavit piscantem ut pe-
trum nec retia reficientem
ut iacobum et iohannem nec
lucris inhiantem ut matheum
sed ardentem iniuriantem per-
sequentem// Persequebatur enim
sanctos ardenti desiderio unde
dicitur spirans minarum et
cedis in discipulos domini pra-
vo studio quia accessit ad princi-
pem sacerdotum presumptuoso consilio
quia petiit litteras sollicito
ministerio quia cum litteris contin-
git ut expugnaret dama-
scum// Quarto ex consideratione
modi quo vocavit Ceteros
quidem vocavit solo verbo dicens
venite post me et cetera Ipsum
vocavit per lucem excecantem
et illuminantem eius superbiam
per vocem obiurgantem et
frangentem eius duriciam/
Quinto ex consideratione sapientie
ad quam vocavit Ceteros quidem
vocavit apostolos et docuit in
scola celesti cum scilicet in tercium celum
raptus fuit Tercius effectus
divine miseracionis est quod ipsam
sapientiam divinam edocuit unde
dicit ut revelaret filium suum
in me/ Istam divinam sapientiam
a quibus magistris quos habuit

et in quibus scolis in quibus ipse
studuit/ Primo namque eruditus
est a moyse .i. a doctoribus
legis moysi actuum 22 Eruditus
secus pedes Gamalielis iuxta
veritatem paterne legis/ Ad Gal
1o Notum vobis facio evangelium
quod evangelizatum est a me
quoniam non est secundum hominem neque enim
ab homine accepi illud neque didici
sed per revelacionem ihesu christi/ et
in ista scola factus est apostolus unde
ille ait Gala 1o Paulus apostolus
non ab hominibus neque per hominem
sed per ihesum christum// Tercio erudi-
tus est a spiritu sancto prima cor 2
nobis autem revelavit deus per spiritum
sanctum et in ~~illa~~ ista scola factus
est legatus dei actuum 13 Dixit
spiritus sanctus segregate michi
paulum et barnabam in opus
ad quod assumpsi eos// Quarto
eruditus est a patre unde
dictum est supra ut revelaret
in me filium suum et in ista
scola factus evangelista dei unde
subdit ut evangelizarem
illum in gentibus// Quinto e-
ruditus est a sancta trinitate 2
Cor 12 Scio hominem in christo
ee raptum usque ad tercium celum
et primum sit celum materiale/ secundum
celum sit intellectuale sive an-
gelica natura// Tercium sit celum super-
substanciale scilicet divina essencia ut ista
scola factus est secretarius dei
unde subdit/ et audivit archa-
na verba que non licet homini loqui/
Quartus effectus divine miseracionis
est quod ipsum evangelizatorem et
predicatorem sue sapientie in gentibus
fecit unde dicit ut evangelizarem

xpm in gentibus. Tunc enim erant
duo apostoli scilicet iudaici et gentilis.
Apostolus autem gentilis ad docendum
accepit et ideo apostolus gentium
est appellatus. In gentibus enim
erat maior pars quia ibi erant
reges et imperatores principes
et tyranni. Maior sapientia
mundana quia ibi erant philosophi.
Maior eloquentia quia ibi e-
rant rethores et oratores. Ma-
ior habundantia viciorum quia
omnibus viciis et flagiciis va-
cabant. Maior varietas errorum
quia omnium ydolorum culturis ser-
viebant. Innuit igitur cum dicit
ut euangelizarem illum in
gentibus, ostendit quod pugna-
turus erat contra potentiam
tyrannorum, contra sapientiam
philosophorum, contra eloquentiam re-
thorum, contra multiplicitatem
viciorum, contra varietatem
errorum. Sed contra ista quatuor arma-
menta accepit a deo quasi adiu-
toria. Primum contra tyrannorum
potentiam accepit virtutem
magnam et constanciam. Unde
dicitur Actuum 23° Sequenti nocte
assistens ei dominus ait Constans
esto paule. Sicut enim testificatus
es de me in ierusalem sic etiam
te oportet de me et rome testi-
ficari. Crisostomus. Tyrannos irri-
dentes furorem quemdam et
culices estimabat, mortem vero
atque cruciatus et mille sup-
plicia quasi ludum putabat
esse puerorum dum pro cristo ali-
quid sustineret. Contra philosophorum
sapientiam accepit simplicem
euangelicam doctrinam. Unde
ipse dicit i Cor 2° Non enim
iudicaui me aliquid scire
inter vos nisi cristum ihesum
et hunc crucifixum. Contra
rethorum eloquentiam acce-
pit facundiam virtuosam. Unde
i Cor 2 Non enim sermo
meus et predicatio mea in per-
suasibilibus humane sapientie verbis
sed in ostensione spiritus et vir-
tutis. Ibidem loquimur non in doc-
tis humane sapientie verbis sed in
doctrina spiritus. Contra multipli-
citatem viciorum accepit plenitudi-
nem omnium gratiarum. Primum contra
luxuriam apponebat virginitatem
quia et ipse dicebat i Cor
vii° Volo autem omnes homines
esse sicut me ipsum. Contra gu-
lam apponebat parcitatem
quam dicebat philipenses quarto
Ubique et in omnibus institutus
sum et saciari et esurire et
habundare et penuriam pati.
prima Thimo vi° habentes autem
alimenta et quibus tegamur
his contenti simus. Contra ava-
riciam apponebat contemptum
mundi et paupertatem. Unde quod
dicebat i Cor vi° Tamquam
nil habentes et omnia po-
ssidentes. i Cor iiii° usque
adhuc et esurimus et siti-
mus. Item phil iii° Que
mihi fuerunt lucra, hec arbitratus
sum ut stercora ut cristum
lucrifaciam. Contra tristici-
am apponebat spiritualem hyla-
ritatem de qua dicebat Ro v°
Gloriamur in spe filiorum
dei. 2 Cor 1° Hec est testi-
monium consciencie nostre. Contra
iram et impacienciam oppone-
bat benignitatem. Unde quod
dicebat prima Cor decimo

Sine offensione estote iudeis
et gentibus ecclesie dei sicut
et ego per omnia in omnibus pla-
ceo non querens quod michi utile
est sed quod multis ut salvi fi-
ant. Contra invidiam oppo-
nebat fraternam caritatem de
qua dicebat Ro. v. Caritas
dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus
est nobis. Contra vanam
gloriam opponebat sui contemp-
tum et humilitatem de qua
dicebat i Cor. xv. Ego enim
sum minimus apostolorum qui non sum
dignus vocari apostolus. Ha-
bebat etiam gentiles errorem
diversitatem. Contra quam
apostolus arripit fidei et sacre
veritatem. Veritatem enim
fidei asserebat seu afferebat
sicut patet Act. xvii. Viri
athenienses per omnia quasi
superstitiosos vos video. Pre-
teriens enim et videns simula-
chra vestra inveni et aram
in qua scriptum erat ignoto
deo. Quod ergo ignorantes colitis
hoc ego annuntio vobis. Aliter
effectus divine inspirationis est
quod cum sibi promptus obedire
fecit. Quod notatur cum dicitur
Continuo non acquievi carni
et sanguini i. amori propinqui-
tatis sed potius amori et re-
velationi deitatis. Hoc autem
quod dicit continuo non acquievi
multipliciter accipi potest. Obedivit
enim divine inspirationi continuo
i. sine contradictione quod est contra du-
ros et repugnantes. Unde sta-
tim dixit Act. ix. Domine
quid me vis facere. Ysaie l°.
Dominus deus aperuit michi

ego autem non contradico retrorsum
sed abii sed de multis potest dici
quod dicitur Act. vii. Dura cervice et incir-
cumcisi cordibus et auribus semper spiri-
tui sancto restitistis. Iob xxiv. Ipsi fuerunt
rebelles lumini. Vel continuo i. sine
deliberatione quod est contra procrastinantes
et nimis consilia requirentes.
Cum enim Christus sibi dixit Surge
et ingredere civitatem etc. non
deliberavit nec consilia requisivit
sed continuo obedivit. Seneca sancte
consulit qui non novit quod inimici ho-
minis domestici eius. Talis erat
qui dicebat Luc. ix. Domine
permitte me primum ire et sepelire
patrem meum etc. Contra tales
dicitur Ysaie viii. Cum dixerint
ad vos querite a phitonibus et divinis
nunquid non populus a deo suo requi-
ret visionem pro vivis et mortuis
ad legem magis et ad testi-
monium. Isti enim qui religionem
intrare volunt non debent consilium
petere a simulatoribus et ypo-
critis. Tales sunt pertinentes quam
animam suam suscitavit quando
ad apparentiam sed in veritate
mortui sunt non a timidis et
dei bonitate non confidentibus
qui de futuris divinare volunt
dicentes quod talem penam sufferre
non poterunt nec ab oblocuto-
ribus qui de fidelibus dei et viris
religiosis detractionibus meditationes
et traditiones perfecte non desinunt
nec ab illis qui habent venatores
et minimum pro deo suo sicut sunt
luxuriosi gulosi et avari sed de-
bent petere consilium ab illis qui
legem noverunt et testimonia per-
hibent veritati. Vel dicitur conti-
nuo i. sine dilatione et retar-
datione quia inimicus non petit

sed eadem hora abscedit quod est
contra procrastinantes contra quos dicitur
Proverbiorum 3: Ne dicas amico tuo va-
de et revertere et cras dabo tibi
cum statim possis dare. Contra
tales dicitur Sophonie 1°: Corvus
cantavit in fenestra et corvus
in superliminari. Vel dicitur cum timore i.e.
sine trepidatione quia intrepide
deo confidit, quod est contra pusil-
lanimes de quibus dicitur Ysaie
35: Dicite pusillanimis confortami-
ni et nolite timere etc. Sequitur

Sermo tercius de eodem etc.

Benedictionem omnium gentium
dedit illi, Ecclesiastici 44. Deus
qui omnes sanctos in benedictio-
nibus dulcedinis prevenit, qui
manum suam aperit et omnes sanctos
benedictionibus adimplet, hic beato
paulo benedictionem omnium gentium
i.e. omnium sanctorum dedit, non quidem
communiter tantum sed excellenter
pre ceteris omnes omnium benedictiones et
gratias quas deus aliis sanctis de-
dit particulariter beato paulo uno
dedit universaliter et magis excel-
lenter sicut ostendit b. Crisostomus in
libro de laudibus pauli. Ostendit
ipsum habuisse omnes gratias et bene-
dictiones omnium sanctorum. Primo in quan-
tum deinde in speciali. In quantum ostendit
dicens: Nichil preciosius creavit
qui precium pro quadam insignire vi-
tam et paradisum spiritualem pauli
animam mercaverit. Nunc autem legem
laudibus eius invenitur equalis
cum omnia que sunt in hominibus
bona possidet et ea
cuncta plene ac cumulate. Nec
solum hominum sed etiam quod amplius
est angelorum. Nec tamen ideo reti-
cemus quod potius pauca dicta
est omni habet maiorem laudis.

generis tum ardoris copiam
virtus superat et magnitudo laudan-
ti sit quod vinci nobis est gloriosum
quam sepe vincentes ostendit. Et
in speciali ipsum scilicet comparando primo
preferendo aliquibus sanctis veteris
testamenti et aliquibus sanctis
novi testamenti. Primo quidem
prefert ipsum comparando Abel qui duobus
a duobus commendatur, scilicet quod deo
se sacrificium obtulit et quod inno-
center a fratre occisus fuit. Quantum
ad primum paulus sibi prefertur. Ille
quidem de ovibus fecit deo sacri-
ficium, iste vero deo obtulit seip-
sum. At Abel obtulit sacrificium
et inde laudatur. Sed si pauli
hostiam adducamus in medium
quantum celum a terra superapparet.
Sed quidem seipsum per singulos
dies ymolabat. Quam tamen ho-
stiam dupliciter offerebat, unam
in corde, aliam in corpore morti-
ficationem continens. Ille obtulit
pecudes oves suorum gregum, iste
mundum obtulit universum, non
sufficit enim cum oves offerebat
ut homines sed semetipsum dupli-
citer ymolabat. Neque hijs contentus
fuit sed etiam orbem universum
studuit offerre qui terram ac mare
grecam ac barbaricam omnem
quod sub sole regionum quasi vola-
tus transivit ex hominibus angelos
faciens. Cum immo ipsos homines
quasi ex demonibus in ange-
los convertens. Ille obtulit ho-
stiam suam gladio materiali
et super altare terrenum. Iste autem
gladio spirituali ymolavit et
super celeste altare. Quantum ad
secundum scilicet quod Abel a fratre innocenter
occisus fuit paulus sibi prefertur
quia ille occisus est a germano

cui nil mali fecerat. Iste vero
ab illis quibus innumera seu i-
mabilia beneficia contulerat.
Ille tamen semel est desubiecte
cotidie interfectus. Unde subdit
Sed Abel dolo germani passus
occubuit, Paulus ab hiis inter-
fectus est quos ab universis
malis cupiebat eruere. Nos autem
in innumeris curis tibi ostendi
mortes. tot utique sustinuit quot
etiam dies vixit. Tercio conparan-
do ipsum prefert Noe. Ille quidem
commendatur de eo quod archam
ad preceptum dei composuit et in
diluvio semen humani generis
conservavit. Sed quantum ad hec
Paulus superior invenitur. Ille
quidem fecit navalem archam. Iste
vero sanctam edificavit ecclesiam.
Ille edificavit archam de tha-
bulis. Iste edificavit ecclesiam
de hominibus. Ille liberavit de
diluvio seu a diluvio liberavit
animantia et septem. Iste libe-
ravit a naufragio totum mun-
dum. Illius archa tamen in uno loco
est agitata. Istius archa per
totum mundum est dilatata. Ille
linivit archam, Iste spiritus sancti
crismate. Unde dicit idem Crisostomus
Noe se tamen in archa legitur salvas-
se cum liberis. Hic autem multo
seviori inundante diluvio
non archam coaptando compagi-
nibus thabularum, sed epistolas
componendo pro thabulis uni-
versum mundum periclitantem
de mediis fluctibus liberavit.
Hec autem archa non uno loco con-
fertur que orbis terminos compre-
hendit, nec bitumine ac pice sed
spiritu sancto cuius thabule sunt

perlinite. Ponit aliam differentiam
inter archam Noe et archam Pau-
li. Archa enim Noe brutis anima-
libus brutalitatem non abstulit.
corvum et lupum recepit, corvum
et lupum emisit, nec corvo vo-
racitatem nec lupo ferocitatem
auferre potuit. Archa vero Pauli
brutales homines in angelos
permutavit, corvos milvos et acci-
pitres columbos fecit, lupos in
agnos convertit et feritate auferens
mansuetudinem spiritus introduxit.
Unde ait: Hec archa Pauli susci-
piens pene irrationabilibus animalibus
stultiores imitatores effecit an-
gelorum. Hec quoque multa vincit
archam. Quia illa corvum recipiens
corvum rursum emisit et inclu-
dens lupum feritatem eius muta-
re non potuit. Hec vero accipitres
milvosque suscipiens fecit colum-
bas et concludens omnem feri-
tatem mansuetudinem intro-
duxit spiritus. Tercio conparando ipsum
prefert Abrahe qui super ceteris
commendatur. Primo quia patriam
et cognatos deseruit. Sed in
hoc Paulus ei prefertur. Ille quidem
deseruit unam suam, Paulus
mundum contempsit universum.
Ille contempsit terram. Iste propter
xpm patris autem deserat celum
et terram. Ille deseruit societa-
tem propinquorum suorum. Paulus
sine Christi caritate noluit esse
socius angelorum. Unde ait idem
Crisostomus: Abraham mirantur
omnes quod ad dei preceptum patriam
atque cognatos reliquit. Sed quomodo
Paulo posset equari qui non modo
patriam propriam vel cognatos sed
ipsum quoque mundum reliquit.

ymo etiam celum et celum celi et
iustitia quod erat manibus omnibus christi
amore fruebatur cum hoc beatitu-
dinis se putabat sine hoc non
donatum vel preparatum paradisum
esse reprobabat / Secundo commendatur
Abraham quod filium fratris de suo pe-
riculo liberavit / sed in hoc pau-
lus ei prefertur ille cum liberat
fratris filium iste orbem totum ille
liberavit de manu quinque regum
iste de manu demonum ille li-
beravit eum ab aliquibus periculis
iste cum periculis et mortibus
quoque unde dicit ibi Crisostomus Abra-
ham cum periculo se tradens ab
hostibus filium fratris eripuit at
paulus universum orbem de
ipsa dyaboli extrahens manu
innumerabilia pericula sustinuit et per
quas mortes maiorem securita-
tem aliis acquisivit / Tercio commen-
datur Abraham de hoc quod fi-
lium suum voluit ymmolare Sed
in hoc paulus ei prefertur ille
ymmolare voluit filium iste ym-
molavit seipsum ille tantum
semel filium suum offerre voluit
iste seipsum millesies ymmolavit
unde fuerit / filium quoque Abra-
ham voluit ymmolare paulus
vero seipsum millies ymmolavit Quar-
to commendatur pre ceteris ysaac cum
quo laudatur de hoc quod pacienter
puteos a se factos obrui pa-
ciebatur Sed in hoc paulus ei
prefertur ille hostibus cessit iam
tradebat paulus hostes ad celum
per benivolentiam trahebat
illius putei obrutus sustinebat
istius fons amplius emanabat
unde dicit ibi Crisostomus

ysaac pacientiam aliquis ad-
miratur cum puteos a se factos
obrui paciebatur at paulus non
puteos crinis lapidibus obru-
tos sed proprium corpus non sicut
ille recedebat sed etiam eos
a quibus paciebatur in celum vehe-
re studebat / Quanto enim plus ob-
ruebatur fons iste tanto erumpe-
bat magis ac plures ex se
fluvios effundebat seu effunden-
do manabat / Quinto pre ceteris
ipsum prefertur Iacob qui quidem
de tribus commendatur / primo de
longanimitate quia per septem
annis pro sponsa servivit Sed
in hoc ei paulus prefertur quia
totum tempus vite sue pro sponsa
christi expendit / Secundo commendatur
de paciencia in adversitate scilicet
quantum ad hoc paulus prefertur ei
ille cum die noctuque estu et
gelu vexabatur iste vero temptatio-
nes et persecutiones innumeras
paciebatur / Tercio commendatur de
fortitudine et magnitudine scilicet
quantum ad hoc paulus ei prefertur
ille cum tam fortis erat ut cap-
tas oves erueret de manu lupi
iste vero captas animas eripiebat
de faucibus dyaboli unde ait ibi
Crisostomus de longanimitate atque pa-
ciencia Iacob

miratur et que vero nulla est
que pauli pacienciam possit imi-
tare / neque enim septem annos
sed toto vite tempore servitium pro sponsa
pertulit christi non adustus solo
estu diei et noctis gelu sed temp-
tationes mille perpetiens et nunc
[illegible] verberibus nunc vero lapidibus
cessus atque collisus et nunc

etiam vestis confectione captiuos ac carnalibus fauoribus abstrahebat se cristo ipsum comparando
confertur Joseph cui quidem precipue de castitate et pudicicia commendatur Sed paulus maiori pudicicia viguit tunc quia seipsum crucifixit tum quia omnia mundi pulchra feda reputauit / tum quia mundo mortuus est et mundus mortuus sibi fuit vnde dicit
Crisostomus Joseph pudicitie virtute decoratus est et ego vere nec iam ridiculum sit tunc certa paulum laudare qui semetipsum crucifigens non solum humanos corporis pulchritudines sed etiam omnia que videntur rebus clarat decora' probabat Quemadmodum nos fauillam cinerem et despicimus qui quasi mortuus est prorsus ad mortuum in mobilis permanebat Septimo ipsum comparando confertur Job in quo quidem tria commendabilia fuit scilicet forte pugna / hospitalitas magna et paciencia firma / sed in hiis paulus ei confertur Primum in ipso fuit pugna forcior Jlle enim pugnabat aliquibus mensibus Jste annis pluribus Jlle testa saniem radebat Jste lapide firmior in tra ora leonis pugnabat ille a carnibus amicis obprobria sustinebat Jste ab omnibus infidelibus persecucionem paciebatur vnde ait idem Crisostomus Stupent Job omnes homines quia athleta mirabilis ac paulus non mensibus tamen sed annis pluribus in agone perduravit tam clarus enituit non testam et saniem [illegible] carnis radens sed in omnibus intollerabilis ac

leonibus frequenter intrans et pugnans aduersus temptaciones in numerabiles omni erat lapide tollerancior qui non a tribus vel quatuor amicis sed a cunctis infidelibus certa a fratribus obprobria sustinebat // Fuit secundo in Job hospitalitas magna sed maior in in paulo Jlle enim pascebat corpora iterum moritura iste pascebat animas semper victuras Jlle omnibus aperiebat domum suam Jste toto orbi apariebat totam suam animam Jlle erat liberalis de terrena sed sua Jste de propria sua carne subdit Et illi erat magna hospitalitas et cura pauperum Sed quia ille curam impendebat tamen debilibus huic iste curas morbidis exhibebat Jlle enim omni aduenienti aperiebat domum suam / vero animam vniuersus patebat orbi Et ille quidem cum oues et boues habet in nullis erat in pauperes liberalis / hic vero nichil amplius suo corpore possidens de hoc sufficienter indigentibus ministrabat vt alibi commemorans necessitatibus meis et hiis qui mecum erant ministrauerunt manus iste / Fuit tercio in Job paciencia firma quia in magnis doloribus paciens et constans fuit Sed ista maior fuit in paulo Jlle enim paciebatur vlcera et vermes in carne Jste autem paciebatur vulnera in corpore et sollicitudines et anxietates in corde et passiones et tribulaciones in mente vnde subdit Sed et vermes vtique vulnera [illegible] sancte Job [illegible]

dolores Sed si pauli videatur
famem cathechimus pericula que co-
pacies que a domesticis ab exte-
neis et a tota patiebatur orbe
sollicitudinem qua pro ecclesiis in-
ponem qua quod scandalizatus si-
gulis percusserat videbis quod anima
sua que erat dulcior cuncta cinis et
ferro atque adamante m firmiter
superabat Que enim job corpore hic
mente paulus sustinuit que
enim vnicuique molestior et singu-
lis quibusdam labentibus me-
stitia consumebat vnde et largas
lacrimas ex eo fontibus non die-
bus solum sed etiam noctibus
affluebat / omni quoque mulieri parturi-
enti vehementius affligebatur
ipse quod dicebat filioli mei
quos iterum parturio Octauo ipsum
comparando prefert moysi in quo
quidem tria commendabilia fuerunt
scilicet fuerunt caritatis ingentis ma-
gnanimitatis et multe laborio-
sitatis / sed in hiis paulus prefertur
Ille enim tante fuit caritatis quod
volebat perire cum populo pereunte
Ipse vero volebat perire ut alii non
perirent vnde ait idem Crisostomus Mo-
yses pro iudeorum salute elegit
deleri de libro paulus de celo
Moyses itaque cum ceteris se obtu-
lit perire paulus vero pro ceteris
non enim cum pereuntibus perire voluit
sed ut saluarentur alii ipse de
gloria eternitate cupiebat cotidie
Ille fuit magnanimus quia resi-
stebat furenti tyranno iste
resistebat dyabolo vnde subdit
Et ille quidem pharaoni hic dyabolo
cottidie repugnabat Ille fuit
tam laboriosus quia tractabat
et laborabat pro vna gente iste
pro toto orbe Ille sudando iste san-
guine fundendo vnde ait Ille pro

vna gente iste pro vniuerso or-
be certabat non sudore sed
sanguine // Nono ipsum comparando
prefert johanni baptiste johannes
enim commendatur quantum ad situm iste
enim morabatur in deserto Iste vero
tanquam in sollitudine manebat
in mundo Ille quantum ad cibum
quia locustas et mel siluestre
edebat ipse vero ob predicandi stu-
dium in vilioribus contentus
erat Ille quantum ad zelum quia
herodem tyrannum arguebat iste
multos tyrannos corripiebat
vnde ait johannes in cibum locu-
stas et mel siluestre sumebat
Sed paulus ita in mundi preci-
pitio quemadmodum ille in here-
mo est quiete versatus / johannes
quidem pastus est locustis ac
melle siluestri Multo autem
his viliori victu contentus erat
necessario indigens cibos ser-
monis studio predicandi Verum
illius aduersum herodiadem
apparuit magna constancia et
iste non vnum vel duos vel tres
sed innumeros in simili potestate
statu corripuit ymmo longe
illo seniores tyrannos Decimo
comparat ipsum angelis In angelis
quidem quatuor commendabilia
reperiuntur scilicet velox obedientia / ca-
ritatis feruentia / contemplatio con-
tinua et fidelis custodia Et ista
similiter in paulo perfecte reperiuntur
In illis quidem est velox obedien-
tia quia totum mundum percurrunt
paulus similiter totum mundum
percurrit vnde ait Restat ut
paulus angelis comparetur in hoc
deum magnificum predicamus
qui cum dominum suum deum obediunt

Quod david admirans dicebat potentes virtutes facientes verbum illius. Sed in paulo possumus invenire quod velud ignis accensus totum terrarum percurrit orbem percurrendo purgavit. Iam et tamquam pennatus totum discurrendo pervolavit orbem et velud incorporeus labores et pericula queque contempsit. Et quasi iam celum possidens cuncta presentia despexit et tamquam cum ipsis iam incorporeis virtutibus degens ingenti mentis intentione vigilavit. Secundo in angelis est caritas succensa que etiam fuit in paulo. Unde quadre non aliud seraphin in angelis nominatur qui facit inquit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem et sicut enim missum in igne ferrum totum effectum ignis efficitur. Sic paulus caritate succensus totus effectus est caritas qui quasi communis totius mundi esset pater sic ita in amore hominum ipsos imitabatur parentes ymmo patres non solum carnales verum etiam spirituales sollicitudine ac pietate superabat omnem progeniem hominum deo cupiebat. Quasi cum universum mundum ipse genuisset sic omnes in dei regnum festinabat inducere corpus et animam pro quibus quos diligebat impendens et sicut in stipulas aut fenum ignis immissus sic omnia demonum opera igne vehementior paternali lingua consumpsit pauli. Cum insonante lingua et omni igne vehementius urente cedebat omnia / omniaque fugiebat et demonum cultus et tyrannorum

minae et domesticorum insidie aut sicut radiis solis ascendentibus tenebre fugantur et adulteri ac fures occultantur et latrones recedunt et homicide ad antra fugiunt / omnia quoque lucida efficiuntur et celum desuper radiis illustratur. Sic ubique verbum sonante paulo fugabatur error veritas quoque renitebat adulteria et alia dictu feda destruit atque consumpta sunt. // Tertio in angelis ostenditur contemplatio continua que est / fuit in paulo. Unde ait in paradisum quasi [illegible] deus rapuit et in celum tertium sublevavit. Nec immerito siquidem paulus in terra gradiens sic se gerebat in cunctis quasi angelorum societate fruitur. Iam corpori mortali adhuc tamen corpore alligatus illorum perfectione gaudebat / talisque fragilitatibus subditus est in nullo inferior supernis virtutibus apparere certabat. // Quarto in angelis ostenditur fidelis custodia. Ipsi namque in custodiam nobis dati sunt quod quidem similiter ostenditur in paulo. Unde subdit: Et angelis quidem diversarum gentium cura commissa est. Sed nullus illorum creditum sibi populum ita gubernavit ut paulus universum orbem. // Quinto ipsum comparando prefert martiribus qui quidem passi sunt libenter fortes constanter provocantur. Sic etiam paulus patiebatur libenter. Unde subdit: Decorabatur omnium vinculis cathenis magis quam dyademate coronatus et omnium carceratus in carcere habitabat in celo libentius recipiebat verbera et vulnera quam alii bravia diripiunt. Cum que nobis sunt causa tristicie [illegible]

illi faciebant in maximam volup-
tatem. Et infra. Hic enim erat
inuisibile quod tam innumeris vinculis
atque vulneribus longe splendidi-
or erat dyademate purpura quoque
splendentibus. Cumque vinctus per
vastum pelagus duceretur ita gaude-
bat tamquam in maximum imperium
duceretur. Passus est etiam fortiter,
unde ait: Sic despiciebat vniuer-
sa que timemus ut solet herba
putrescens contempni. Tyrannos
atque plebes spirantes furorem
velud quosdam esse culices exti-
mabat. Mortem autem atque cruciatus
et mille supplicia quasi ludum
putabat esse puerorum, dum pro
Christo aliquid sustineret. Ostendit
etiam ipsum passum fuisse perseue-
ranter, quia nunquam potuit frangi
nec superari. Unde ait: Hinc ego
tunc nam rectius potest aliquis compa-
rare cum ferro cum adamanti quid
namque aliquis illam appellaret
animam auream vel magis adaman-
tinam. Nam et omni erat adaman-
te fortior et auro gemmisque pre-
ciosior. Et alteram quidem materiam
firmitate, alteram superabat precio-
sitate. Cui igitur rei huius anima
ab aliquo comparetur? Certe quidem que
sunt omnino nulli, quia si non auri
fortitudo adamantis vel ada-
manti honor daretur, cum tunc
forte ab aliquo comparatio posset
pauli anime conuenire. Sed quid
ego adamantem et aurum ad
similitudinem adduco pauli?
Mundum si quis ad ipsum appendat,
omnem tunc videbis a parte
pauli mergere pondus. Quod autem
mundo igitur et omnibus que in
mundo sunt paulus dignior dici-
tur. Duodecimo ipsum commendo

efficit conspiratoribus, quorum primum
fuit in eo quod terrena despiciebat,
in eo quod pro inimicis orabat et
in eo quod aliorum mala deflebat
et in eo quod amicos actus ad virtu-
tem excitabant. Istas autem amicos per-
fectiones constat esse in paulo.
Primo enim terrena despexit. Unde
ait idem Crisostomus: Extimabat presentem
vitam ob lucrum docendi et
rursum eam valde despiciebat
ob [illegible] ad quam cum mundi
contemptus curreret. Itaque ad
confusiones et iniurias quas ob
predicandi studium sustinebat ma-
gis quam ad honores oblectamenta
computabat, mortis potius quam
vite desiderium appetens paupe-
tatis quam opulentie et multo
amplius laboris quam alii re-
quiem post laborem. Secundo
quia inimicis orauit et eos dilexit.
Unde subdit: Sicut autem aliquis
indulgentissimus pater afficitur
erga filium frenesi conpressum,
cumque quanto magis conuiciis ictibus-
que pulsatur tanto eius potius
miseretur et deflet, ita paulus
ab illis a quibus affligebatur
maiora adhibebat fomenta
pietatis. Sepe namque pro illis
qui eum quinquies flagellauerunt
et eius sanguinem sitiebant la-
crimabatur et vehementer dole-
bat, precibus orabat. Tercio aliorum
mala flebat. Unde subdit: Vehe-
menter quorumque mordebatur et penitus
dissecabatur, cum eos penitus videret
merore, quod maius videbatur. Propter
quod et dicebat: Quis scandali-
zatur et ego non uror? Et si in
merore dicat quis non esse ali-
quam voluptatem, multi enim

qui filiorum mortibus vulnerantur
aliquid consolationis accipiunt cum
suis fletibus non magis relinqui
dolent cum dolore prosequuntur
Sic et paulus die noctu consolacionem
accipiebat in lacrimis nullus
quippe tanto affectu mala propria
quanto ille deflebat aliena. Que-
admodum illum arbitramur afflic-
tum cum predicatorem deflet primum
qui ut salvari alii fierent a celo-
rum gloria cupiebat excludi. Ita
non salvare illos multo acer-
bius estimabat quam semet-
ipsum perdere penitus. // Quartus omnes
actus in virtutem convertebat. Nam
aliquando pericula et mortem time-
bat quod erat prudentie. Aliquando
se ultro exponebat quod erat
fortitudinis et constantie. Aliquando
se laudabat et erat caritatis.
Aliquando se despiciebat et erat
humilitatis. / Aliquando videbatur
iratus quod erat iustitie. Aliquando
benignus quod erat clementie. Aliquando
ostendebat se valde audacem
quod erat magnanimitatis. Aliquando
flexibilem quod erat mansuetu-
dinis. Quinta Crisostomus in subse-
quentibus ostendit. Ad primum
sic dicit Cum videris paulo
pericula fugientem non minus
admirare illum quam periculis
gaudentem opponere. Ut enim hoc for-
titudinis ita illud est sapientie
visus est plagas metuere et
dissimulare / quia cum enim navi
vinctus esset cum pluribus propri-
tatem [?] tamen non solum super uni-
tos homines verum etiam omnes
et angelis erat neque plagas
reprehensione dignum sed pla-
garum metu aliquid indignum
pietate committere. Hoc ipso enim

quod plagas timet qui in certamine
non vincitur admirabilior creditur
quam ille qui non timet. Non enim
nam hec nisi mitatibus non subdi-
tum dicitur qui imbecillitatem
nature voluntatis nec superavit.
Contra ad secundum sic dicit Cum vide-
ris illum aliqua de ipso sonantem
vel sonantem simul admirare
atque videas se metipsum despicientem
ut enim illud humilitatis est ita
illud caritatis magis igitur nichil
loquendo de se quam tacendo
qui nisi istud fecisset culpabilior
illis esset qui se ipsos importune
laudare didicerat nisi enim gloriatus
fuisset creditos sibi amicos per-
didisset quam dum se humiliasset
eos amplius extulisset / Magis
paulus placuit gloriando quam
alii laudes proprias occultando nam
enim quicquid posuit ad sua uti-
litate celaret quitquid iste tunc proposuit / Quan-
tum ad tercium sic dicit Quod si
iohannem qui dicebatur marcus
a consortio separavit erit utique rec-
tissime predicationis officio effi-
cit enim utique qui istud suscepit
non oportet mollem esse aut
resolutum neque attingere quisque
debet precelsi huius muneris
sacerdocium nisi paratus sit animam
milies tradere in mortem atque
discrimine. Si vero aliqua iniusta [?]
facta commotio est noli hoc delic-
tum putare non enim commoveri
malo est / sed irracionabiliter
commoveri hinc enim affectum providens
nobis deus inseruit ut correc-
tos [?] et desides atque resolu-
tos ad vigilancia et desidia susci-
taremus quasi enim gladio acie-
rem ita menti nostre acuimen

exponit ut cum apostolus vtamur. Sci-
entia autem non semper bona est secun-
dum illam tempus afflagitat quando
vero illud non adest etiam illa vi-
tiosa est. Itaque paulus septe hoc
visus est affectu et immodeste lo-
quentibus melior erat iratus
custodia ad quod sit dicit hoc non
mori ad indicatione dignum est te-
cum tam audax esset et veluti
ad pugnam se accinctus et
ignem quendam veluti aspiratus
rursus placabilem atque flexi-
bilem se prebebat. Ipam sitis
precepimus ut nec tussim non re-
cusauit dixerunt quod mirum dixi
oportere et passus est. Hunc rei
gratia ista faciebat ut predicationi
diuinus insisteret et tum nihil
hunc credentibus vitet ad cristum
metuebat propterea ne forte pau-
per hunc atque magis mirorum
salutis abscedere. Et cetera

Incipitur Sermo de Sancta
Margaretha et sequitur

Ipsa conteret caput tuum et tu
insidiaberis calcaneo eius
Gen. iii. Deus dedit pote-
statem homini contra dyabolum ut scilicet
caput eius conterat et dedit
potestatem dyabolo contra hominem
ut scilicet fini eius insidias ponat.
Beata autem margaretha con-
tra dyabolum potestatem suam ostendit
quia caput eius contriuit dyabolus
autem contra eam potestatem suam
exercere non potuit quia fini
id est passioni sue et morti in
nullo preualuit. Notandum autem
quod contritio capitis potest vocari
frustratio intentionis vel hu-
miliatio elationis vel contritio
suggestionis. Habuit namque

Margaretha triplex certame
unum contra patrem suum qui ipsam
intendebat trahere ad culturam
ydolorum sed eius intentionem
frustrauit et sic caput eius
contriuit. Aliud contra prefectum oli-
brium qui in superbiam elatus
cultum cristi volebat euacuare
et cultum demonum ampliare
et ideo volebat ipsam facere
ymolare sed ipsa in nullo ei con-
sensit et ideo caput suum id est
superbiam suam humiliauit. Tertium
habuit contra demonem qui per
suas suggestiones volebat ipsam
decipere. Sed ipsa sue suggestioni
non consensit et ideo caput eius
contriuit. Patet ergo quod ipsa in pre-
sens contriuit caput praue inten-
tionis in patre caput sue elationis
in dyabolo caput sue praue sug-
gestionis. Pater quidem suus cum
esset patriarcha ydolorum eam
ad culturam ydolorum trahere
intendebat. Sed istud tamen vitat
fugiendo consortia reproborum.
Fugit enim domum patris et custo-
diebat oues sue nutricis. Ser-
uauit enim illud quod dicitur Genesis
xii. Egredere de terra tua et de co-
gnatione tua et de domo patris
tui. Periculum namque bonis stare
cum malis. Primo quia sunt
ignee male concupiscentie inflam-
mati. i. Johannis i°. Totus
mundus in maligno positus
est. i. in malo igne et ideo
ab ipsis de facili comburuntur. Prouerbiorum
vi°. Numquid potest homo ab-
scondere ignem in sinu suo
ut non comburat vestimenta
sua. Secundo quia luto auaritie
sunt infecti. Eccli. xiii. Qui tetigerit picem

Aurum nichil est nisi terra rube-
a et argentum nisi terra alba
et ideo dicitur Abacuc 2o Ve
qui multiplicat non sua usque-
quo aggravat contra se densum lutum
Isto luto sepe boni inficiuntur Ideo
dicit propheta David Eripe me de
luto ut non infigar / Tercio quia
sunt pice superbie inquinati /
Superbia naturaliter namque instar
picis est magne adherencie a
deo ut postquam omnia vicia
fuerint superata ipsa adhuc adheret
Ista pice boni sepe inquinantur
Ecc 13 Qui tangit picem inqui-
nabitur ab ea / et qui communicat
superbo induet superbiam Quarto
quia sunt tenebris ignorancie
obscurati Proverbiorum 4o Via im-
piorum tenebrosa quibus tene-
bris boni sepe obscurantur /
Job 3o Obscurentur stelle cali-
gine eius et est peticio non
optacio / Beata virgo Marga-
retha noluit habitare cum malis
ne aut inflammaretur igne con-
cupiscencie aut inficeretur luto
avaricie aut inquinaretur pice
superbie aut obscuraretur tenebris
ignorancie / Quando vero boni
separantur a malis tunc boni re-
manent mundiores contra fetorem
luxurie In cuius significacionem
leprosi precipiebantur in veteri
lege manere extra castra Ideo
dicitur Levitici 13 Qui obscenior fuit
totus lepre post quam vestis
lepre est lota abrumpet eam
et a solido dividet id est peccator qui
fuit permissa si non fuit correctus
a consorcio bonorum excludatur
Remanent solidiores contra in-
iquitatem avaricie Sicut palea
separata grana sola remanent
puriora Jeremie 23 Quid palee
ad triticum dicit dominus Remanent
fortiores contra timorem supplicii
Unde patet quam Jonas qui a fa-
cie domini fugiebat fuit ab illis
separatus et in mare proiectus ti-
mor maris cessavit Remanent
luciores contra tenebrositatem
ignorancie Unde patet quod iudas
recessit a consorcio discipulorum
dixit Cristus Johannis 13 Nunc
clarificatus est filius hominis
Secundum tamen habuit cum
tyrampno a quo passa est qua-
druplex martirium Ipsa enim fuit
in eculeo suspensa in igne ad-
usta in aquis gelidis cruciata
et tandem gladio decapitata
fuit quod primo in eculeo suspen-
sa et in hoc imitata est Cristum
Cristus namque denudatus est in
patibulo quia de nullo indu-
mentum portare volebat Marga-
retha despoliata est in eculeo
ad in iucunditatem quod omnia nuda-
na despiceat Cristus fuit fla-
gellatus ad columpnam ut discip-
linam pro nobis portaret Mar-
garetha est tota virgis lacerata
et disciplinata ne post hanc
vitam aliam disciplinam sentiat
Cristus fuit clavis perforatus
ut ipsi clavi nobis celestem ia-
nuam aperirent Margaretha
fuit tota ungulis laniata ut
abraderet omnem vetustatem ab-
raderet / Cristus fuit totus san-
guine cruentatus ut homo to-
tus sanguine lavaretur Marga-
retha fuit tota sanguine plena
ut in suo sanguine baptizaretur

cristus passus e in patibulo
quod erat supplicium malefactorum
Margaretha passa est in cu-
leo quod erat supplicium latro-
num cristus no est passus sub
tecto sed in aere ad innuendum
quod erat mediator celi et terre
i. dei et hominis Margaretha
similiter est cruciata in aere
ad innuendum quod no dum erat in
celo quia ibi sunt beati nec ha-
bitabat in terra quia ibi habitant
carnales sed erat in medio supra
se habens celum ad despiciendum seu de-
siderandum et infra se mundum
ad despiciendum / Dicit autem au-
gustinus in libro de civitate dei
quod aer aliquando est medius
inter celum et terram sicut patet
quando est serenum aliquando inter
aquosas nubes et mare sicut
enim quidam medii inter celum et terram
ut viri perfecti qui sunt celum sur-
sum et illud concupiscunt / et terram
deorsum ut illam despiciant in
quibus verificatur illud quod dicit psalmista
ps. Celum sursum et terra deor-
sum ps. ascenderunt usque ad celos
scilicet ad ipsos contemplandos et de-
scendunt usque ad abyssos i. usque
ad consideracionem mundi tenebrosi
et periculosi et ipsum contempnendum
Quidam volunt habitare in medio
i. inter aquam et terram ut corpus sup-
ponunt qui cum vellet quod deus
ipsis infunderet aquam gratie et. eum
nolunt deserere cupiditatem sue
avaricie / De talibus dicit crisostomus
Heu potestas deo fuit et ma-
mone quidam habitant in
medio in inter aquas maris in-
feriores et nubes aquosas superio-
res sicut illi qui estimus affli-
guntur amara turbacione
et intus dulcorantur divina
consideracione consolacione qui
possunt dicere illud psalmi Secundum
multitudinem dolorum meorum
in corde meo consolaciones tue
letificaverunt animam meam / Sta-
bat Margaretha in medio
dupliciter modo scilicet inter celum et
terram quia desiderabat celum
et despiciebat mundum et inter
aquas maris et nubes aquosas
quia multas sustinuit tribulaciones
et multas a deo recepit consola-
ciones et delectaciones et
sic patet quod ipsa secuta est
cristum in sua passione Se-
cuta quidem est ipsum in vita in
morte et post mortem / In vita
iuxta illud luce. 9 Si quis
vult post me venire abneget se-
metipsum et tollat crucem suam
et sequatur me Secuta est in
morte iuxta illud sapie 18
Simili pena servus cum domino
afflictus est et popularis homo
regi similia passus Secuta
est post mortem iuxta illud
quod dicitur de virginibus apocalipsis
18 Hii sequuntur agnum quocumque
ierit // Secundo fuit in igne a-
dusta apposite quidem sunt lam-
pades ardentes ad latera eius
et ipsa ardebat sed non comburre-
batur nec mirum quia ipsa sentit
intus graciam dei afflantem
3 Regum 8 post ignem sibilus
aure tenuis et ibi deus Danielis 3o
fecit medium fornacis quasi
ventum roris flantem // Habe-
bat consciencia secundum delectatur
psalmus 12 Secundo nitens quasi
ingente carnium habebat spem

carnem letificantem Ro 12 spe
gaudentes in tribulatione pa-
tientes / Habebat similem
prudentiam refrigerantem unde
dictum fuit Marie Luce 1o et
virtus altissimi obumbrabit tibi
i. te ab omni estu concupiscentie
refrigerabat. Ardorem quodammodo
non sentiebat quia habebat tam
sufflatorium dulce tam dulce
divinum tam immensum gaudium
et tale refrigerium et ideo po-
terat dicere illud Eccli 51 In
medio ignis non sum estuata
Contra quidam igne esse et combur-
ri est magne miserie Sicut
aliquando sunt aliqui religio-
si qui licet mundum egrediantur
tamen concupiscentiis comburuntur esse in
extremo ignis et comburi
est magne verecundie sicut sunt
senes in quibus calor naturalis iam
quodammodo deficit et adhuc multum
ardent et tamen concupiscentiis concu-
piscentia comburuntur esse in medio
ignis et non comburi est magne
virtutis et gratie Sicut sunt aliqui
aliquando iuvenes qui igne con-
cupiscentie virtute constantie extin-
guunt et in carne persistentes
non secundum carnem vivunt / Vel
possumus dicere quod sunt quedam
mulieres que sunt extra ignem
quedam iuxta ignem et que-
dam in igne. Extra ignem sunt
vetule in quibus iam calor
naturalis deficit / sicut muliebria
sicut erat Sara de qua dicitur
Gen 18 quod desiderat in
ea fieri muliebria et ideo tamen
tales mereantur in igne debent
poni ad ignem scilicet in igne
Iuxta ignem sunt puelle
que adhuc non habent carnem

carnem sibi repugnantem
nec dyabolum multum tempta-
tem et ideo debent ab igne
se elongare et ipsum ignem fugere
religionem intrando et virgini-
tatem deo commendando Jere
48 fugite salvate animas vestras
In medio ignis sunt iuvencu-
le qualis fuit beata Margare-
tha que cum esset quindecim an-
norum habebat carnem repu-
gnantem Gal 5 Caro con-
cupiscit adversus spiritum / Habe-
bat demonem insufflantem
Job 41 Halitus eius prunas
ardere facit / Habebat hominem
sollicitantem qui prefectus Oli-
brius eam in uxorem accipe-
re cupiebat / Habebat pulchritudi-
nem allicientem que quidem
iam multos decepit et ad va-
nitatem duxit Proverbiorum ultimo
Fallax gratia et vana est pul-
critudo Margareta fuit quasi ipsa
sic fuit in medio ignis posi-
ta et tamen non fuit estuata. Et non
fuit in aquis gelidis cruciata
postquam enim fuit in igne cre-
mata fuit in aqua frigidissima
posita ut de alteratione penarum
maiorem sentiret dolorem et
ista est tam sevissima pena
ut etiam in inferno sit posita sicut
dicitur Job 24 Ab aquis nivium
transeunt ad calorem nimium
Unde sicut factus est terre motus
ac si terra non posset eum ferre
sustinere. Terre motibus aliquis
fit in detestationem sceleris Ozee
quarto Maledictum et mendacium
et furtum et adulterium in

inundauit et sanguis sangui-
nem tetigit. Ose 4. Propter hoc lugebit terra
et infirmabitur omnis qui habitat in ea
et aliquando fit in signum tristicie
et doloris sicut in Christi passione
Dicitur enim Job 16 Terra ne operias
sanguinem meum nec inveniat lo-
cum in te latendi clamor meus
et ideo ipsa terra ut dolorem de
Christi passione ostenderet et san-
guinem suum revelaret mota fuit
ut milites custodientes sepulcrum
terreret ut mulieres secure accedere
possent. Aliquando fit propter confusionem
peccatorum qui quidem debet valde
confundi quando insensibile elemen-
tum movetur et commovetur quidem aliquis.
terra dei respectu agitata dei
manu. ps. 103 Qui respicit terram
et facit eam tremere qui tangit
montes et fumigant. Aliquando dei
iussu. Joel 3 Dominus de syon
rugiet et de ierusalem dabit vocem
suam et movebuntur celi et terra
et quid ad hoc peccator est insen-
sibilior terra quia nec movetur
tempore divine admonitionis
nec manu divine increpationis
ideo igitur terre motus factus est in
passione sancte Margarethe in
tanti sceleris detestationem in do-
lorem et passionis in timoris
incussionem. Unde tantus timor
factus est quod quinque milia virorum
Christi fidem receperunt et capitalem
sententiam acceperunt. Mota etiam fuit
in horum peccatorum confusionem qui no-
lebant a sua malicia commoveri
Ecce fuit propter Christi nomen decollata
Libenter pro Christo perdidit caput
mobile et miserum ut reciperet in-
mortale et gloriosum. In quo iam
non erunt oculi qui videant lucem
terrenam seu terram. Sed qui pro-
spiciat maiestatem divinam
nec erunt aures que audiant voces
peccatorum et mugitus animalium sed
iubilationes angelorum et erit
olfactus qui sentiat odorem mun-
danum sed qui percipiat odorem
divinum. Non erit gustus qui sapo-
rem mali sed qui repleatur dulce-
dine celesti. In ipso autem suo
martirio tria maxime fuerunt
que ipsam commendabilem reddunt
Primum est oratio devota. Christus
namque in sua passione se patri
commendavit. Luce 23 Pater
in manus tuas commendo spiritum
meum. Et pro suis crucifixoribus
intercessit ibidem Pater dimitte illis
Pro omnibus fidelibus oravit
dicens Joh 17 Non autem pro eis
tantum rogo sed pro hiis qui
credituri sunt per verbum eorum
Sic et Margaretha in sua
passione oravit deum pro se
pro suis occisoribus et ipsam in-
vocantibus unde et vox divina
ad ipsam venit affirmans quod sic fi-
eret ut oraverat. Secundo
fuit angelica custodia. Angeli
enim affuerunt et corpus eius cu-
stodierunt ad martirium properantem
in tormentis pendentem et ad ce-
lum ascendentem. Jud. 13 Cu-
stodivit me angelus eius illuc
euntem et ibi commorantem et
inde huc revertentem et non per-
misit me ancillam suam dominus
coinquinari. Tertio fuit celestis
~~memoria~~ melodia que ibi au-
dita fuit. Solent enim sponse cum
canticis deduci ad sponsum et
quia tunc Margaretha ducebatur
ad Christum sponsum suum angeli
ipsam cum canticis et laudibus

sunt dedicate apoc. 19 gaude-
amus et exultemus et demus
gloriam deo quia venerunt nuptie
agni et uxor eius preparavit se. Ra-
cionem etiam habuit cum dyabolo.
Dyabolus quidem habuit magnam po-
tenciam Job 41 non est potestas super
terram que comparetur ei qui factus
est ut nullum timeret et ideo
assimilatur draconi de cuius pote-
ncia dicitur apoc. 12 draco cauda
traxit terciam partem stellarum
celi et misit eas in terram et
ipse est rex super omnes superbie
et ideo assimilatur leoni 1 petr. 5 a-
dversarius vester dyabolus tanquam
leo rugiens etc. / habet magnam
astuciam 2 cor. 11 sathanas
enim transfigurat se in angelum
lucis / et ideo assimilatur aucupi
Jer. 5 inventi sunt in
populo meo impii insidiantes
quasi aucupes / habet magnam
maliciam ideo anthonomasice
vocatur malus mat. 13 venit
malus homo et superseminat
zizania de cuius malicia dicitur
Joh. 8 ille homicida erat ab
inicio et in veritate non stetit
quia non est in eo veritas et ideo
assimilatur serpenti qui semper por-
tat venenum malicie in ore //
Gen. 3° sed et serpens erat
callidior cunctis animantibus terre
habet magnam [illegible] experienciam
a principio enim bellare cepit et
ideo per longam experienciam
didicit vias impugnandi. Ista quatuor
tanguntur apoc. 12 proiectus est dra-
co ille ecce quante potencie ma-
gnus ecce quante superbie serpens
ecce quante malicie antiquus
ecce quante experiencie qui vocatur
dyabolus et sathanas qui

seduxit universum orbem ecce
quante astucie et fraudulencie.
Istis quatuor armis voluit pugnare
cum beata margaretha sed ipsa
ipsum superavit et vicit. Confregit
quidem ipsius potenciam quia ipsum appa-
rentem in specie draconis virtute
crucis evanescere fecit. Confregit
eius ~~potenciam~~ superbiam quando
super cervicem eius in specie hominis
eius apparentis pedem posuit et
ad terram deiecit dicens sterne-
re superbe demon sub pedibus femine.
Confregit eius astuciam quia ipse
ab ea coactus confessus est et ipsa
hoc ad eam venit ut sibi consuleret
quod monitis prudentibus consentiret seu
obediret. Confregit eius maliciam
quia sicut ipse invidet homini de
felicitate quam ipse amisit et ideo
ipsam aliis auferre contendit. Ista
autem malicia sibi nocere non potuit
quia ipsa celestem gloriam acquisivit.
Confregit eius longam experien-
ciam suam ut ipse ab ea coactus
respondit valde sibi odio inter
homines virtuosos et quamvis sepe
sepe a bonis repellatur tamen desiderio
seducendi infestus persistit. Ista
autem eius crebra infestacio sibi
nocere non potuit qui in nullo sibi
consensit etc. / Sequitur ser-
mo secundus de eadem /

Simile est regnum celorum the-
sauro abscondito in agro
mat. 13. Sicut dicit Crisostomus
super mat. in opere imperfecto regnum celorum
idem [illegible] simile dicitur
ut ex quibus que antiquus novit surgat
ad incognita que non novit et ex
exemplo visibilium se ad invisibilia
rapiat et per ea que visu didi-
cit quasi confirmatus invalescat ut
per hoc quod fecit nota diligere

Desiderat mea anima audire. In verbis
igitur premissis quatuor sunt viden-
da. Primo quid significetur per the-
zaurum sit inquit. 2o quid per a-
grum in quo thezaurus iste invenitur.
Tercio qualiter thezaurus iste absconditur.
Quarto qualiter emitur. Thezaurus
iste potest vocari ille de quo dicitur
i Cor 3o Si quis edificaverit super
aurum argentum lapides preciosos
etc. Aurum potest vocari ipsa virginitas,
argentum fides, lapides preciosi opera
pietatis. Iste triplex thezaurus
fuit in beata Margaretha. Ipsa enim
habuit virginitatem integram, fidem
sinceram et orationem sollicitam.
Signatur autem virginitas per aurum
quia ipsum aurum est preciosum fulgi-
dum et decorum. Propter ista tria beatus
Ambrosius in libro de virginibus
vocat ipsam virginitatem sine con-
tagione regium aurum et pulcritudi-
nem [illegible] quidam [illegible]
[illegible] detulerit
regnum aurum et pulcritudinem est
igitur aurum preciosius aliis metallis
ymo est rex omnium metallorum
et quia ad hoc vocat ipsam virgi-
nem Ambrosius reginam, unde
subdit: Reginam autem vel quia
sponsa est regis eterni vel quia
in victa animi concupiscentiis illecebris
voluptatum non captiva labitur sed
quasi regina dominatur. Ubi ostendit
Ambrosius quod ipsa virginitas dicitur
regina sive quia ipsa virgo est re-
gis sponsa vel quia est suo cor-
pori dominata. Potest tamen et tercia racio
addi et quia sicut regina diver-
sis divitiis circumdatur sic virgini-
tas diversis virtutibus adornatur.
Ista tria tangit propheta dicens
Astitit regina a dextris tuis etc.

quia eterni regis est sponsa
in vestitu de aurato .i. in corpore
incorrupto etc. quia corpori suo
est dominata circumdata varietate etc.
quia est diversis virtutibus adorna-
ta. Ideo ipsa virgo sive virginitas
dicitur aurum propter fulgorem, unde
subdit Ambrosius Et ita sicut illa
materies que arte [illegible] preciosior
est ita corporis eius virginalis
sui [illegible] dum forme sue
acquirit augmentum. Item Ambrosius
Aurum enim non perdit fulgorem
suum nec ignis adustionem nec
luti involucionem nec temporis vetu-
state. Sic fulgor virginalis non
minuitur quia nec igne concupiscencie
nec terreno corpore nec aliqua
longeva etate. Et ideo sapiencia
assimulatur propter luci speculo inma-
culato et divine ymagini, unde
dicitur Sapiencie. Candor est enim
lucis eterne et speculum sine
macula sicut speculum dei maie-
statis et ymago bonitatis illius.
Sicut enim ignis lucem non ledit
sic concupiscencia virginitatem.
Et sicut speculum sine macula
lucet, sic et ipsa in terreno cor-
pore tamen splendet. Et sicut dei
ymago in viris sanctis nunquam
extinguitur, sic et ipsa de diu-
turnitate temporis renovatur unde
dicebat apostolus ii Cor quarto
licet is qui foris est noster homo
corrumpitur sed qui intus est
renovatur de die in diem. Tercio
virginitas dicitur aurum propter fulgo-
rem et pulcritudinem unde
subdit Ambrosius Pulchritudinis
vero quis potest maiorem exi-
stimare decorem eius que a-
matur a rege probatur a iudice
dicatur domino et consecratur deo [illegible]

sponsa semper innupta ex quibus
verbis colligitur. Quod pulchri-
tudo cuiuslibet virginis in quatuor
habetur scilicet primo ex eo quod a rege amatur.
B Si enim rex terrenus nullam fedam
adamaret multo forcius rex
celestis nullam amaret nisi
pulcherrimam. Ideo dicitur in psalmo
Concupiscet rex decorem tuum
etc. Secundo ex eo quia a iudice probatur
illo scilicet iudice qui non potest falli
nec fallere decipi nec decipere decipi-
pe. Ideo dicitur 2 Cor. 12 Non
enim qui seipsum commendat proba-
tus sed quem deus commendat.
Iste autem iudex approbat in sponsa
sua pulchritudinem non exteriorem
sed interiorem. Unde dicitur in psalmo
Omnis gloria eius filie regis ab
intus etc. Tertio ex eo quia ipsi
deo dicatur et consecratur. Si enim homo
fedam sibi in matrimonio non
copularet multo forcius ipse
deus nollet aliquam nisi pul-
chram sibi in sponsam consecrare.
Ideo dicebat apostolus 2 Cor. 12
despondi enim vos uni viro virgi-
nem castam exhibere christo.
Quarto ex eo quod semper sponsa
et semper innupta esse perhibetur
et ideo est secunda mercatrix et
munda ab omnibus maculis. Sa-
pie. vii. O quam pulchra est
casta generatio cum claritate bo-
norum scilicet operum et meritorum. Cuius
autem pulchritudo consurgit et
quia est casta sine pollutione
carnis et quia est clara meritis
C gloriosis. Secundus thezaurus est
fides que signatur per argen-
tum. Ipsa enim fides causatur a divinis
eloquiis iuxta illud Ro. 12 Est
autem fides ex auditu, auditus
autem per verbum christi. De isto argento
dicitur in psalmo Eloquia domini

eloquia casta argentum igne exa-
minatum probatum terre purgatum septuplum. De
quibus dicitur. Habet quod fides
catholica est casta examinata pro-
bata et purgata. Est enim casta
per puritatem sinceram quia nulla
adulterina falsitate polluitur
quod est contra fidem hereticorum. Unde
dicebat apostolus 2 Cor. 12 De-
spondi enim vos uni viro virginem
castam exhibere christo. Ideo time-
bat ne ista talis puritas in
fidelibus corrumperetur. Unde 2 Cor. 10
Timeo autem ne sicut serpens evam
seduxit astucia sua ita corrum-
pantur sensus vestri et excidant
a simplicitate que est in christo ihesu. Est
examinata per tribulationem immensam
quia nullis adversitatibus frangitur
quod est contra fidem instabilium qui
ad tempus credunt et in tempore temp-
tationis recedunt. De quibus
dicitur Mat. 13 Sole autem orto e-
stuaverunt et quia non habuerunt
radicem aruerunt. Est etiam pro-
bata per proprietatem mundanam
quia nulla terrena proprietate alli-
ciatur quod est contra fidem avarorum
qui de nummo faciunt deum sibi
sicut dicit apostolus Coloss. 3 etc.
Avaricia que est simulacrorum
servitus. Est etiam purgata per
spiritus sancti graciam quia septuplici
dono spiritus sancti fulcitur. Quod est
contra fidem malorum christianorum
quia et si fidem habeant tamen
omni gratia vacui sunt de quibus
dicitur ad Tytum primo. Confi-
tentur se nosse deum factis autem
negant. Tercius est lapides preciosi
i. bona opera. Lapis preciosus ex-
cellit aurum et argentum in splen-
dore in valore et in virtute
et ideo nec aurum virginitatis

nec argentum fidei coram deo habet
nec aliquid valent nec aliquid
possunt sine bonis operibus Quando
autem bonis operibus adornatur tunc
magnum habet splendorem valorem
et virtutem Quando autem fides cum
operibus bonis sit splendoris va-
loris et virtutis dicitur Hebr. 11° Sancti
per fidem vicerunt regna quod habet
enim quod dicitur secundum quod vim habet
contra nota vita sancta Et ideo
per fidem vicerunt Etc Quod autem sit
fides virtutis quanti sunt iusticiam
Etc Quod autem splendoris Justicia enim
fulgida est quia semper est fulgo-
rem annexum iuxta illud Sap. 3°
Fulgebunt iusti etc / adepti sunt
repromissiones Etc Quod autem valoris
semper enim opera bona dignitatem
faciunt pulchram virtuosam et
fructuosam Sap. 4° O quam
pulchra est casta generatio cum cla-
ritate Ipsa enim castitas cum clari-
tate honoris est valde pulchra
Etc quia virtus immortalis est
enim memoria illius Etc quoniam
quoniam et apud deum nota est et apud
homines Etc Quod fructuosa Modo
videndum est quis sit iste ager
triplex est scilicet corporalis spiritualis
et temporalis Ager corporalis est ipsum
corpus in quo est thezaurus
dignitatis De quo thezauro et
agro dicitur 2 Cor. 4° habemus
thezaurum istum in vasis ficti-
libus et sublimitas sit virtutis
dei et non ex nobis Magna
sublimitas virtutis dei apparet
quando in vase tam fragili tam precio-
sus thezaurus custoditur Ideo
noluit autem divina sapientia ut istud
vas esset firmum sed tenue quia
si fuisset firmum homo propter ipsius the-
zauri conservationem non fuisset deo

non humilis deo sit gratus nec
in custodiendo sit sollicitus
nec tanto minus dignius eius
aut istud vas tenue debet tamen
esse mundum per puritatem pictum
per morum honestatem et decoc-
tum igne caritatis Ista tria tangit
apostolus 1 Thess. 4° dicens Sciat u-
nusquisque vestrum suum possidere
vas in sanctificatione Etc quia
debet esse mundum et honore Etc
quia debet esse pictum quia vasa
que sunt ad honorabilem usum
depinguntur Non in passione desi-
derii sicut et gentes que igno-
rant deum Etc quia non debet
esse igne concupiscentie sed spiritus sancti in-
flammatum Ager spiritualis est animus
animus et cor humanum in quo quasi
thezaurus fidei invenitur Ro. 10
corde creditur ad iusticiam et digni-
tas quidem est in carne bona
opera sunt in exteriori corporalibus
sed fides in corde Si enim aliquis
oppressor alicui dignitatem ab-
stulerit propter hoc deum ipse non
perdit Unde sicut dixit beata
Lucia Si me in vita violare
castitatis michi duplicabitur ad
coronam Si enim aliquis vio-
lentus raptor alicui temporalem
substanciam rapuerit propter hoc deum
non perdit quia potest mereri in pacientia
et in aliis bonis operibus Sed si
fides surripitur deus perditur et totum
edificium spirituale obruitur De spiritua-
li esse nichil relinquitur quia fi-
des est radix fundamentum
et principium omnium bonorum Ideo
dicitur Hebr. 11 Sine fide impossibile
est placere deo Necesse ergo fuit
ut fides radicaretur mentibus in
agro cordis ne possit violenter
auferri sicut dignitas aut

ff

violent rapi sicut terra substancia-
liter temporalis est ipsa terra posses-
sio in qua debet esse thezaurus
pietatis iuxta illud Thobie iiii
De substancia tua fac elemosinam
Prover. iii° Honora dominum de tua
substancia et de primiciis omnium frugum
tuarum da pauperibus Qui modo
honorabit dominum de substancia sua
deus ipsum honorabit in gloria
sua Honorabit quidem loco quia
statuet ipsum a dextris ut habetur
Math. 25 Honorabit eum dicet
Esurivi et dedistis michi man-
ducare Honorabit facto cum
dicet Venite benedicti patris
mei percipite regnum Tercio viden-
dum est qualiter iste thezaurus
absconditur Certe quadrupliciter
Primo iste thezaurus absconditur
per carnis maceracionem Sic ab-
scondi debebat apostolus dicens
1 Cor. 9 Sic pugno non quasi
aerem verberans sed castigo
corpus meum et in servitutem
redigo Absconditur per sensuum
cohibicionem Sic abscondi debe-
bat Job 31 Pepigi fedus cum
oculis meis ut ne cogitarem
quidem de virgine Absconditur
per fugam et elongacionem
Sic abscondi debebat apostolus
1 Cor. 6 Fugite fornicacionem
Unde dicit Policraticus Iulius
Cezar aiebat in bello compa-
randum gladiis in pace volupta-
tibus vulnerari Senciebat enim
gencium triumphator voluptate
nullo tam facile superari quam
fuga eo quod ipsum qui gentes do-
muerat veneris negocium incli-
navit muliebri impudicia Quen-
dam eciam perhibent videntes aucupe
rethe avibus tendentem et cum

mulierem lactantem dixit illi qui
avibus decipere conaris vide ne an-
cilla sub quoque pisce [illegible]
Absconditur eciam per malorum
cogitacionum vitacionem Sic abscondi
debet Galat. [illegible] Quarto
absconditur sicut homo ignem in si-
nu suo ne comburantur vesti-
menta sua Thezaurus autem fidei abscon-
dendus est cum ipsa sit radix
omnium bonorum Radix autem abscon-
denda est a deo qui sicut patet
in semine quod cum non habet firmam
radicem orto sole aruerunt ut
habetur Math. 13 Abscondenda est
a gelu sicut agricole tempore frigoris
vites sub terra abscondunt Abscon-
denda a verme qualis in morsu-
ram et vermis radicem edere unde
corrosit ut habetur Jone iiii° per
quod signatur quod ipsa fides abscon-
denda est a calore male inflam-
mante et a frigore male congu-
lante et [illegible] et a temp-
tacione dyaboli male infestante
Homo enim sepe a deo recedit
vel quando nimis diligit suum
commodum ut sicut animal [illegible]
quod timet incurrere aliquod ma-
lum adversum vel quando resistit
tante dyaboli insultum ut sunt
neophiti et incepti ab [illegible] cer-
te nos non possumus nisi dei
adiutorio mediante Unde dicit
Glosa Succensa igni quo ad amorem
male inflammantem et suffossa
quo ad timorem male humiliantem
ad increpacionem vultus tui peribunt
Deinde sequitur fiat manus tua super
virum dextere tue que scilicet comprimat
insultum dyaboli infestantem Thezaurus bonorum operum est abscon-
dendus quia multi sunt fures

qui ipsum nobis auferre conantur
Primus est antiquus hostis Osee
septimo Fur ingressus est spo-
lians latrunculus foris / diabolus
enim non ingreditur furando propter
bona / modo foris rapit furando
bona opera // Secundus est appetitus
laudis qui ante nimia furatur Mat.
6 Cum facis elemosinam noli
tuba canere ante te sicut ypocrite
faciunt Amen dico vobis recepe-
runt mercedem suam Gregorius
in omel. Studium celestis desiderii
a malignis spiritibus custodire
non sufficit qui hoc ab humanis lau-
dibus non abscondit In presenti
enim vita quasi in via sumus qua
ad patriam tendimus maligni
autem spiritus iter nostrum quasi quidam
latrunculi obsident / depredari
ergo desiderant qui thezaurum
in via publice portant // Tercius
est negligencia corporis diabolus
enim a negligentibus omne nimium
furatur Osee vii° Comederunt
alieni robur eius et ipse nesci-
vit sed et cani effusi sunt et ipse
ignoravit / Quartus est indiscre-
cio fervoris Ysa. xviii° Ante
messem totus effloruit et in-
matura perfectio germinavit Iste sunt
quatuor pestes de quibus dicitur
Joel i Residuum eruce comedit
locusta / residuum locuste comedit
bruchus et residuum bruchi come-
dit rubigo / per erucam que
nascitur de olere intelligitur vana
gloria que oritur de bono opere
per locustam que volat et postea
in terram cadit intelligitur fervor
indiscretus / tales enim volunt
volare ultra quam possunt et ideo
in terram cadunt / per bruchum in-
telligitur diabolus qui semper malos
devorat et saciari non potest

per rubiginem intelligitur torpor
et negligencia que facit animam
rubiginosam sicut enim gladius
qui non tergitur rubigine consumitur
sic anima que nichil operatur rubi-
ginem induit // Quinto videndum
est qualiter iste thezaurus emitur
quod notatur per hoc quod dicit vadit
et vendit omnia que habet et e-
mit agrum illum Debemus namque
deo dare primum affectum primum
sensum et primum censum Qui enim
vult emere a deo thezaurum
caritatis debet deo primum affectum
ut scilicet nichil diligat nisi celestem
sponsum Est enim zelotypus et
non vult cum deo adulterum dari
Ysa. xxviii Coangustatum est stra-
tum ita ut alter decidat et pa-
lium breve utrumque operire non potest
Stratum autem est ipsa consciencia in
qua deus vult quiescere / pallium
est ipsa caritas de qua deus vult
operiri Sed si quis vult recipere
in stratu consciencie diabolum oportet ut
deus inde cadat Ipsa enim caritas
non potest operire nisi deum / Qui vult
emere thezaurum fidei oportet
quod deo vendat primum sensum
ut scilicet occulta fidei misteria non
velit curiose inquirere nec secundum
suum intellectum commensurare
nec secundum naturalem racionem inve-
stigare / sed debet intellectum suum
in fidei obsequium captivare sicut
faciebat apostolus 2 Cor. 10 In
captivitatem redigentes omnem
intellectum in obsequium Christi Qui
vult emere thezaurum bonorum
operum et virtutum debet deo ve-
dere primum censum id est bona sua
scilicet pauperibus largiendo / iuxta
illud Mat. 19 Si vis perfectus esse
vade et vende omnia que habes et
da pauperibus et habebis thezaurum
in celo etc. Sermo tercius de eodem

28

Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas etc. Iste homo negociator xpistus est qui in hunc mundum venit ad negociandum ut scilicet margaritas id est animas nostras quereret et compararet. De quo quidem negociatore tria possunt notari primo eius affectum cum dicitur homini negociatori. Secundo eius studium cum subditur querenti bonas margaritas. Tercio questum cum dicitur inventa una preciosa margarita etc. De eius autem negociacione et mercatura dicit Augustinus tractans illud VIII capitulo hebr. Liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. In seculo inquit isto maligno quid habundat nisi nasci laborare et mori. Hec sunt merces regionis nostre et ad tales merces mercator ille descendit. Et quia omnis mercator dat et accipit dat quod habet et accipit quod non habet. Cristus in ista mercatura dedit et accipit. Accepit quod hic habundat scilicet nasci laborare et mori. Dedit renasci resurgere et in eternum regnare. O bone mercator [illegible] agnimus tibi fecisti nos et redemisti nos. Emere quis suum potest facere aut non potest ipse enim nos fecit ut essemus et redemit ne frustra fuissemus. Ex hiis verbis beati Augustini patet quod habeamus tres mercaturas scilicet nasci laborare et mori. Cristus autem portavit tres alias scilicet huius contrarias scilicet renasci resurgere et in eternum regnare et sic nobiscum mercaturam fecit et merces suas cum nostris commutavit dando suas et accipiendo nostras. Primo igitur accepit nostram mercem scilicet nasci. Ysaie IX Parvulus natus est nobis. Alia autem translacio quam vetus ecclesia dicit puer natus est nobis. Hoc autem quod dicit puer tria supponit scilicet quod sit homo, pullus enim equi vel alicuius animalis non dicitur puer quia non est homo. Novus enim homo senex non dicitur puer quia non est homo novus et parvus. Homo enim iam magnus effectus non dicitur puer. In hoc igitur quod dicitur puer ostenditur quod cristus qui erat deus factus est homo verus homo novus et homo parvus. Factus est homo parvus ut nos ad se attraheret. Simile enim alteri sibi simile. Ante incarnacionem enim deus nos ad seipsum trahere non poterat quia nimis dissimilis erat sed accepit nostram similitudinem ut de facili traheret nos ad suum amorem. Jere. XXXI In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miserans tui. Factus est homo novus ut nos vetustos renovaret. Ephe. 4 Deponite vos secundum pristinam conversacionem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria carnis. Factus est homo parvus ut nos humiles reduceret. Phil. 2 Hoc sentite in vobis quod et in cristo ihesu qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo sed semetipsum exinanivit etc. Accipiens autem nostram mercem sed nasci dedit nobis suam scilicet renasci. Joh. I Dedit eis potestatem filios dei fieri etc. Ista autem nativitas spiritualis multum distat a carnali. In illa enim nullus potest nasci quando vult. In ista autem sic. Ideo dicit dedit eis potestatem filios dei fieri. Illa generatur ex carne et sanguine id est viro et muliere. Hec autem ex aqua et spiritu. Itaque aqua est ibi pro matre spiritus sanctus pro patre. Ideo dicit nisi quis re

sanguinibus i(d est) ex voluntate car-
nis neq(ue) ex voluntate viri In
illa homo nascitur filius dyaboli
In ista nascitur filius dei i(d est) deo red-
ditur Sed qui ex deo nati sunt Ipse
cristus accepit aliam nostram
mortem scilicet mori philipp(enses) ii Ipse
humiliavit semetipsum factus obe-
diens usque ad mortem morte
autem crucis // Est autem mortuus
non morte simplici sed ignomi-
niosa Quod enim voluit mori fuit
magne caritatis quod morte ig-
nominiosa fuit magne humilitatis
Quod dolorosa fuit magne pacien-
cie tanti enim doloris extitit quod totus
vulneribus plenus fuit psalmus
foderunt manus meas et pedes
meos Est ipse ibi effossus ut ibi
abscondamur a timore divini
iudicii quam a temptacione dyabo-
li De primo ysa(ie) 2 Abscondere
in fossa humo a facie timoris
domini et a gloria maiestatis eius
de 2o Cant(icorum) ii Surge veni columba
mea in foraminibus petre et in
caverna macerie ut sic ab insidiis
accipitris abscondaris Est effos-
sus ut ibi inseramur Cipta quidem
est arbor pro insitionem in latere
et ibi inserti simus Rom(anos)
xio Ex naturali incisus es ex
oleastro et contra naturam insertus
es bone olive Est effossus ut
radices et herbe nocive era-
dicentur et bone plantentur
Ecc(lesiastici) 10 Radices gentium superbarum
arefecit deus et plantavit
humiles ex ipsis gentibus Luce
2o Ut revelentur ex multis
cordibus cogitaciones Est effos-
sus ut eius viscera manifeste
pateant Prius dei iudicia que
occulta erant nunc viscera
facta igitur fovea in latere ut

pateant viscera misericordie
divine Luce 1o Per viscera misericordie
dei nostri etc (Bernhardus) Clavus
penetrans factus seu penetrans
clavus reserans factus est
michi quid ut videam per
foramen // Clamat clavus
clamat vulnus quod deus vere
sit in cristo mundum reconcilians
sibi Patet archanum cordis per
foramina corporis patent viscera
misericordie dei quid in viscera vul-
nera patent In quo enim cla-
rius quam in vulneribus eius
eluxisset quod tu domine suavis
et mitis es et multe miseri-
cordie Et maiorem enim misera-
cionem nemo habet quam ut a-
nimam ponat quis pro amicis suis
Idem Ego confidenter quod ex me
michi deest usurpo michi
ex visceribus domini quoniam misericordie
affluunt nec desunt foramina
per que effluat foderunt enim ma-
nus eius et pedes latusque eius
lancea perforaverunt // Et per has
rimas licet michi sugere sugere
mel de petra oleum que de sa-
xo durissimo Postquam acce-
pit nostram mortem scilicet mori
dedit nobis suam scilicet resurgere
Resurgit autem quod prius cecidit
Ceciderunt enim homo in corpore
per mortem in anima per culpam
in utroque per penam eternam Deus
cristus dedit nobis resurgere
in corpore per suscitacionem Ioh(annis) vi
Ego resuscitabo eum in novis-
simo die In anima per iustifica-
cionem Apoc(alipsis) xxo Beatus et sanctus
qui habet partem in resurreccione
prima In utroque per [illegible] scilicet
anime et corporis beatificacionem

quia et anima beatificabitur ingre-
diendo ad contemplationem deitatis
et corpus beatificabitur egre-
diendo ad visionem humanitatis
et utraque visione erit plena
satietas atque refectio Joh. 10
Ingredietur et egredietur et pas-
cua inveniet / Tertio accepit a-
liam mercedem nostram scilicet la-
borem ipse enim laboravit cor-
de dolorem et compassionem
habendo Hebr. 13 pres q labo-
ravit gemma eius et laboravit
ore clamando et predicando ps.
laboravi clamans rauce facte
sunt fauces mee Jeremie 12o
laboravi rogans / laboravit
oculis plorando pluries pro nobis
flendo psalmus laboravi in ge-
mitu meo per singulas noctes
lectum meum / laboravit toto
corpore penas et supplicia susti-
nendo ysa. 1o laboravi susti-
nens adhuc Etiam laboravit
quodammodo peccatorum nostrorum ponde-
ra portando ys. 43 Servire
me fecistis in iniquitatibus vestris
alia littera laborare ... per
quam accepit mercedem nostram
scilicet laborare dedit nobis suam
scilicet regnare Luce 12 Nolite
timere pusillus grex quia com-
placuit patri vestro dare vobis
regnum posset homo dubitare
rem aliquam habere se posse quia
quid est ingratus / aut quando
ille qui est datum est avarus
aut quando non est amicus / Ista
tria removet dominus homo omnem
confortat nostram indignitatem
cum dicit nolite timere pusillus
grex q. d. licet sitis pusilli
i. abiecti et indigni tamen propter hoc
non timeatis Secundo ostendit
dei liberalitatem cum dicit
quia complacuit per ea ostendit
suam precordialem caritatem

quia non tantum est amicus sed etiam
pater benignissimus ideo subdit patri
vestro dare vobis regnum Secundo
ponitur istius mercatoris studium
cum dicitur querenti bonas mar-
garitas i. animas nostras creatas
una fuit ista que re et nomine
fuit margaritha et fuit bona
quia tota bonitate et sanctitate fuit
repleta et fuit preciosa quia tam
preciosa morte fuit consummata Dicitur
autem margaritha eo quod ipsa
rore celi generata fulgida rotunda
solida et virtuosa Cor namque
suum ad deum aperuit et rorem
gratie celestis suscepit et sic eius
anima preciosa margaritha genera-
ta fuit Et certa dicitur margaritha
quia corpus sine gratia omnis peccato
in anima sua vult concipere debet
aperire ad deum memoriam
et concipiat de continuam recor-
dationem intelligentiam et con-
cipiat dei voluntatem cognitionem
ut concipiat dei amorem quibus
conceptis cor suum claudere debet
ne dyabolus ingrediatur memoriam
obtenebrando per oblivionem
et intelligentiam obfuscando
per errorem et voluntatem
corrumpendo per mundi amo-
rem / Secundo fuit fulgida tam in
carne per virginitate virginale
pudicicia Apoc. 7o Omnis qui vice-
rit induetur vestimentis albis
vestimenta alba sunt corpora
munda quia in mente per inten-
tionem similitudinem Apoc. vi Sed o-
culus tuus fuit simplex totum
corpus tuum lucidum erit / quam
etiam in conversatione per lucidam
famam Apoc. vo Sit lucerna lu-
cens coram hominibus ut videant
etc. / De hiis tribus dicitur

Sapie 8 O quam pulchra est casta
generatio cum claritate habuit enim
pulchritudinem interioris in
mente castitatem in corpore cla-
ritatem in conversatione Tertio
fuit pura per humilitatem et ideo
sequitur primum et secundum quanto quisque enim
quis est magis plenus rore gratie
et et magis fulgidus in conspectu
dei tanto debet magis esse purus
in conspectu suo Sepe enim res ful-
gida nigrum est effectum Sicut dicit
Augustinus in libro de civitate dei per
triplex exemplum Nam olem
lucidum maculas nigras corre-
tum fulgidum lucentes nigras con-
vertit et ignis splendidus cerebro-
nem deformem reddit et nigra
facit universa que ambit Sic et
sancti viri quicumque lucent instar
olei per puritatem et pietatem
instar ignis per caritatem et
veritatem instar argenti predica-
tionis sonoritatem tamen in se
debent nigrescere per humilitatem
ideo dicebat sponsa Canticorum primo
Nigra sum sed formosa filie Je-
rusalem et secundo dicit quod
Margaretha fuit pura magnis
et mediocribus parva coram
se per humilitatem magna
coram tyranno per constantiam
et magnanimitatem mediocris
coram fidelibus per socialem
caritatem Job 30 parvus et
magnus ibi sunt et servus
liber a domino suo In domo enim
dei viri sancti et sunt parvi se-
ipsos humiliando et sunt tyra-
nos non timendo et omnes se
~~liberabit~~ liberi socialiter vivendo
Quarto fuit solida quia non
potuit commoveri a petra per bla-
dicionum adulationum primus impe-
titi sunt sermones eius super
oleum et tamen ipsi sunt iacula
nec potuit frangi a tyranno

per tormentorum illationem cum
tamen fatui atto frangebant Ecclesiastici 21
Cor fatui quasi vas confractum
omnem sapientiam non tenebit nec
potuit perforari a dyabolo per
temptationum immissionem cum
tamen de aliquibus dicatur Job tertio
Quasi rupto muro et aperta
ianua irruerunt super me et ad
meas miserias devoluti sunt
Et ista potest dici de ea illud quod
dicitur Matthei vii Descendit pluvi-
a et venerunt flumina et flave-
runt venti et irruerunt in do-
mum illam et non cecidit funda-
tam enim erat super firmam petram
per pluviam que videtur esse re-
frigerativa significatur adulatio pro-
sperum per ventum temptatio dyaboli
per flumine impetus tyranni sed
ista omnia contra eam nichil facere
potuerunt Quinto fuit virtuosa
ipsa enim ostendit virtutem magnam
in aere quia ibi in eculeo fuit
suspensa nec tamen in animo lesa
In igne quia ibi fuit posita
nec tamen adusta In aqua frigidi-
ssima quia post adustionem ibi fuit
posita sed tamen inde miraculose ext-
racta In terra quia ipsa terra fuit tremo-
re concussa Sexto ponitur istius mer-
cator cameratum ad dicatur Abiit
et vendidit omnia universa que
habuit et emit eam Christus namque
quia habuit secundum deitatem animam
spiritum humanam carnem et sanguis-
nem suum que omnia vendidit
et emit istam margaritham
Deitatem autem tribus modis nobis
vendidit primo quia imaginem
et similitudinem suam intellectui
nostro impressit psalmus Signatum est
super nos lumen vultus tui domine
Secundo quando ipsam nostre carni univit

Ista est illa mulier i. dei sapientia ut legitur Luce 15 que ut dragmam suam ... perditam inveniret lucernam accendit i. mortalitatem nostram lumine sue divinitatis implevit. Ideo enim ipsam divinitatem in premio nobis dedit ps. Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Secundo ut ista ... emit vendidit animam deo patri Johannis 10 Filius hominis non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam in redemptionem pro multis. Et ideo ait Christus sue sunt postquam eas emit Osee 18 Omnes anime mee sunt ut anima patris ita anima filii mea est. Et ideo illi sacrilegium committunt qui animas suas deo auferunt sicut sunt superbi luxuriosi et avari. Superbus enim dat animam suam dyabolo qui est rex super omnes filios superbie sicut dicitur Job 41 et ideo dyabolus animas eorum repetit dicens Gen 14 Da michi animas cetera tibi tolle. Luxuriosus dat animam meretrici Prov 6 Pretium scorti vix unius panis est mulier autem viri preciosam animam capit. Avarus dat animam suam nummo et cupiditati. Unde dicitur de avaro Eccl 10 Hic et animam suam venalem habet qui in vita sua proiecit intima sua. Tercio spiritum sanctum vendidit similiter deo patri quando dixit Luce 23 Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Homo quidem erat mortuus insipidus et a paradiso exclusus et ideo spiritum suum patri vendidit ut mortuos vivificaret Johannis 6 Spiritus est qui vivificat. Ut insipidos dulcoraret Eccl 24 Spiritus meus super mel dulcis. Et ut exules ad patriam celestem reduceret ps. ... Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Quarto deo patri vendidit carnem et sanguinem suum. Homo quidem erat famelicus siticulosus et infirmus. Quia famelicus dimisit nobis carnem suam in cibum, quia siticulosus dimisit nobis sanguinem suum in potum Johannis 6 Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Quia infirmus dimisit nobis utrumque in remedium de quo remedio dicit ecclesia in oratione Hoc tuum sacramentum sit ablucio scelerum sit fortitudo fragilium sit contra pericula mundi firmamentum. Est enim in remedium contra peccata preterita et ideo dicit sit ablucio scelerum, contra peccata presentia et ideo dicit sit fortitudo fragilium, contra peccata et mala futura et ideo dicit sit contra pericula mundi firmamentum.

Sermo primus de sancta Maria Magdalena sequitur

Ego sto ad hostium et pulso si quis audierit vocem meam et aperuerit michi ianuam intrabo ad illum et cenabo cum illo et ipse mecum Apoc 3. Dominus in presenti vita noluit habere hospicium temporale. Unde in nativitate sua fuit in aliena domo sepultus. Matt 8 Vulpes foveas habent volucres celi nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ac si dicat In nativitate mea non habui nidum in quo possent membra mea infantilia confoveri. Nec in vita mea habui reclinatorium in quo caput lassum posset aliqua requie perfrui. Nec in morte mea habui foveam in qua corpus meum possem sepelire. Hospicium tamen spirituale

scilicet tertium verum est quia voluit quod tunc
desideravit quod etiam hospitatim il-
lud quod dicit Ecce sto ad hostium
et pulso Apoc. 3. In hoc tamen hospicium
duplex beata maria magdalena
ipsum recepit et in temporale ut ipsum
corporaliter reficeret unde dicitur Luce
10 Intravit Jesus in quoddam
castellum et mulier quedam mar-
tha nomine excepit illum in
domum suam et huic erat soror
nomine maria magdalena etc.
et in spirituale ut spiritualiter ipsum
pasceret unde dicit Gregorius in omelia
apud phariseum veritas pasce-
batur foris apud mulierem pec-
cantem sed penitentem pas-
cebatur intus. In verbis igitur premis-
sis ponuntur plures cause quare
hospicium domus scilicet sui cordis
nos cristo aperire debemus Prima
sumitur ex consideratione eius pro-
nominis ego Secunda ex considera-
tione sitis corporis cum dicitur
sto Tertia ex consideratione loci
convenientis cum dicitur ad hostium
Quarta ex consideratione affecti-
[illegible] cum dicitur pulso Quinta
ex operatione rei aptatur cum
dicitur Si quis aperuerit mihi ia-
nuam Si quis enim ianuam aperuerit
Sexta ex consideratione tam no-
bilis inhabitatoris cum dicitur in-
trabo ad illum Septima ex
consideratione convivii tam de-
lectabilis cum dicitur Cenabo
cum illo et ipse mecum Prima
igitur ratio sumitur ex consideratione
eius pronominis ego quod quasi
ex verbis nominibus supponit ego
scilicet Jesus Cristus filius dei
homo enim infirmus libenter
aperit suo salvatori homo me-
stus libenter aperit suo consolatori
homo ab hostibus obsessus li-
benter aperit suo liberatori

Ecce dicit Cristus debes mihi
aperire quia tu es infirmus et ego
sum salvator quia sum Jesus
qui salvator interpretatur Mat. 1o
vocabis nomen eius Jesum ipse
enim salvum faciet populum suum
a peccatis eorum Tu es mestus
et ego sum tuus consolator quia
sum Cristus id est unctus oleo scilicet
compassionis et leticie ut tibi
et compassionem exhibeam et le-
ticiam infundam unde psalmus
unxit te deus oleo leticie etc.
Tu es ab hostibus obsessus
et ego sum tuus auxiliator quia
sum filius dei qui te possum
adiuvare et liberare Job 17o
pone me domine iuxta te et cuius-
vis manus pugnet contra me
Beata igitur maria magdalena
erat infirma mesta et obsessa
et ideo intra hospicium suum tam
temporale quam spirituale libenter recipi-
ebat Jesum salvatorem Cristum
consolatorem dei filium auxiliato-
rem Erat igitur infirma et ideo
libenter recipiebat medicum et sal-
vatorem suum unde dicitur Ecca
Egra currit ad medicum etc.
Erant quidem tunc duo infir-
mi unus infirmitatem suam re-
cognoscebat et ideo medicum
querebat scilicet magdalena Alius
de infirmitate sua superbiebat
et medicum refugiebat scilicet phari-
seus Inter istos duos infirmos
medicus stans primum sanavit
secundum in sua infirmitate dimisit
Gregorius in omelia Inter duos egros
medicus aderat quorum unus
febre integrum sensum tenebat
alter vero in febre carnis et sen-
sum perdiderat mentis Sanavit
autem istud infirmum valde feliciter
quia scilicet cum quatuor verbis et

dixit Remittuntur tibi peccata tua
Ipse enim est ille medicus qui in
David sanavit peccatum adulterii et
homicidii cum tribus sillabis
cum dixit peccavi sicut habetur
2 Regum 12 et statim Nathan
propheta dixit Dominus quoque trans-
tulit peccatum tuum non morieris
Non enim quesivit pro sanatione
multas marcas sed paucas sil-
labas Augustinus in libro de pe-
nitentia valent tres sillabe sicut
omnes tres sillabe peccavi sed
in tribus sillabis flamma cordis
ascendit in celum Ipse est qui
in matheo sanavit peccatum ava-
ricie cum quatuor aliis sillabis cum
dixit Mathei 9 Sequere me In
paulo sanavit peccatum superbie
quinque verbis quando dixit Actuum 9
Domine quid me vis facere
In petro sanavit peccatum negationis
paucis lacrimis Mathei 26 Egressus
foras flevit amare Secundo quia
erat mesta libenter recipiebat
christum consolatorem lacrimas omnes
quas fundebat testes erant sue
mesticie et doloris Ipsa quidem
habuit quatuor genera lacrimarum
scilicet lacrimas compunctionis de suorum
peccatorum recordatione Luce 7 la-
crimis cepit rigare pedes e-
ius lacrimas compassionis de fratris
sui morte Johannis 11 Jhesus ergo
ut vidit lacrimantem mariam
et iudeos qui venerant cum ea
plorantes etc. lacrimas doloris
de christi passione Luce 23 Se-
quebantur eum mulieres etc. Conver-
sus christus dixit Filie Jerusalem
nolite flere super me etc. Inter
has lacrimas mulieris maria precipua
erat lacrimas amoris de corporis
christi substractione Johannis 20
Maria stabat ad monumentum
foris plorans Consolatus est ip-
sam christus in lacrimis compunctionis
peccata sua sibi remittendo cum
dixit Remittuntur tibi peccata tua
In lacrimis compassionis fratrem eius
resuscitando In lacrimis doloris
post resurrectionem sibi apparendo
In lacrimis amoris sua sibi presentia
exhibendo cum sibi apparens di-
xit Johannis 20 Maria quere
illa etc. Tercio quia erat obsessa
ab hostibus libenter recipiebat
dei filium auxiliatorem Erat
quidem obsessa a demonibus et
ab hominibus sed christus eam a
demonibus liberavit quando septem
demonia ab ea eiecit ut habetur
Marci ultimo de magdalo ergo ci-
vitas munita ergo civitas ob-
sessa munita per christum obsessa
per dyabolum nec debet obsidio-
nem vereri cui christus adiutor
est Munivit enim gratia spirituali sed
celestibus virtutibus obsidere Erat
etiam obsessa ab hominibus Quidam
phariseus dicebat ipsam esse in-
mundam quando dicebat Luce 7 Hic
si esset propheta sciret que
utique que et qualis est mulier
que tangit eum quia peccatrix
est Martha dicebat ipsam oci-
osam cum dicebat Domine non est
tibi cura quod soror mea reliquit
me solam ministrare Judas di-
cebat esse ipsam prodigam cum
dixit Johannis 12 Quare hoc
unguentum non est venundatum
trecentis denariis et datum ege-
nis Item ut quid perditio hec
unguenti facta est potuit enim
hoc unguentum venundari plus
quam trecentis denariis et dari
pauperibus Mathei 26 discipuli di-
cebant ipsam esse fatuam

quam post resurrectionem Christi primo a-
nunciabat unde dicitur Luce 24
Quod dum Maria et cetere mulieres
nuntiassent apostolis se vidisse do-
minum visa sunt ante quasi
deliramentum verba ista Secundo ta-
liter obsessam Christus adiuvit
iram adiuvit eam contra phari-
seum ostendens ipsam non esse
inmundam sed ab omni peccati contri-
tione purgatam cum dixit
Remittuntur ei peccata multa Adi-
uvit contra Martham ostendens
quod Marie actio melius erat
quam sue ministerium laboriosum
cum dixit Martha sollicita
es etc. Adiuvit eam contra Iudam
ostendens quod illa unguenti e-
ffusio non fuit prodigalitatis vanum
sed sue sepulture sacramentum
cum dixit Math 26 Mittens
enim unguentum hoc in corpus me-
um ad sepeliendum me fecit
Adiuvit contra discipulos ostendens
quod non fuit fatua sed vidua quoniam
scilicet ei primus apparuit et apostolorum
apostolam eam fecit ut dicitur Joh 20
Vade autem ad fratres meos // Secundo
debemus Christo applicare ex conside-
ratione situs corporis cum dicitur
Sto scilicet paratus defendere et adiu-
vare Ps Adiutor in opportu-
nitatibus in tribulatione // Notandum
quod triplex est situs corporis scilicet
stare iacere et sedere Stare autem
est pugnantis iacere quiescentis
sedere regnantis / Christus igitur stat
in activis iacet in contemplativis
sedet in beatis Beata autem Magda-
lena fuit activa contemplativa
et modo est beata / Fuit quidem
activa quia Christo per viam
ministravit Luce 8 Maria
que vocatur Magdalena de

qua septem demonia exierant
et alie multe ministrabant ei
de facultatibus suis quia ad
Marsiliam vadens officium predi-
cationis exercuit quia ad sepul-
crum veniens corpus suum dure
afflixit / Fuit contemplativa quia
ad pedes domini stans verbis e-
ius pascebatur qui in unguento
Christi caput eius et corpus de-
lectabatur quia in deserto septies
ab angelis in celum elevabatur
Modo vero est beata et Christo spon-
so Stabat igitur Christus in ipsa
inquantum erat activa / iacebat
in ipsa inquantum erat contempla-
tiva Modo vero sedet in ipsa
inquantum est beata Ps Tenuisti
manum dexteram meam scilicet in
agendis operibus deducendo et
adiuvando et in voluntate tua
deduxisti me scilicet me ad divina
et celestia sublevando / et cum
gloria suscepisti me scilicet me in
beatitudine glorificando // Tercio
debemus sibi applicare ex conside-
ratione loci convenientis cum dicit
ad hostium q. d. Non sto in viis
vel in plateis quia non diligo
curiosos nec sto in foro quia
non diligo negotiosos sed sto
ad hostium cordis quia diligo
tranquillos atque quietos Ambrosius
in libro de virginibus Circuibo
civitatem in foro et plateis
querens quem diligit anima mea
Nequaquam ibi queramus Christum
ubi invenire non possumus non
est Christus circumforaneus / Christus
enim pax est in foro lites / Christus
iustitia est in foro iniquitas /
Christus operator est in foro actio
inanis // Christus veritas est in foro
obtrectatio inanis // Christus fides

est in foro stans atque necessi-
in curiositatibus atque negociositatibus et
non invenitur quia ibi quiescere
non potest quia ibi quietem non quaerit
Tertium enim tria sunt que naturaliter
quietem appetunt scilicet corpus sensus
et animus Corpus semper est in
labore pro diviciis acquirendis
Ecclesiastici 31 Laboravit dives in con-
gregatione substantie Sensus semper
est in motu et labore pro divi-
ciis custodiendis Divitis enim
consumit somnum Tales
aut si quiescunt somnus fugit
ab eis Ecclesiastes 5 Saturitas divitis
vel habundancia divitiarum non si-
nit eum dormire poeta dormit
nocte parum possessor divitiarum
Augustinus Divicias invenisti requiem
perdidisti cum vigilas decies
cogitas cum dormis latrones
somnias in die sollicitus in nocte
pavidus et semper mendicus Ani-
mus semper est in motu et la-
bore per sollicitudinem pro divi-
ciis ascendendis Jeremie 49 Turbati sunt
in mari pre sollicitudine quiescere
non potuerunt Cor enim avari est
sicut mare de quo dicitur Ysa 57
Cor impii quasi mare fervens
quod quiescere non potest Beata autem ma-
ria magdalena non fuit curiosa
quia domi sedebat ut legitur Joh
11 Nec fuit negociosa quia bre-
am vendidit et contempsit sed
fuit quieta et tranquilla quia verba
dei ad pedes cristi audiebat consedit
Quarto debemus cristo aperire
ex consideratione officii tam crudel
tum dicit et pulso secundum
aut quod homo aliquis domum
intrare volens primo vocat si vo-
canti non respondetur pulsat si
pulsanti non aperitur clamat si cla-
manti non respondetur obiurgat
Cristus igitur ad cor nostrum intrare

volens primo ingerat beneficia
sua largiendo deinde pulsat
cordi bonas aspirationes immittendo
deinde clamat passionem suam
ad memoriam reducendo de-
inde obiurgat flagella infe-
rendo Isti quatuor modi notantur
Proverbiorum 1o Vocavi scilicet per exortationem
exhortacionem et beneficiorum largitionem
et renuistis extendi manus
meas scilicet in cruce et non fuit
qui aspiceret despexistis omne
consilium meum quod vobis inspiravi
et increpationes meas id est flagel-
la neglexistis Cristus igitur
magdalenam modo ad se vocabat
unde dixit ei martha Joh 11
Magister adest et vocat te modo
inspirando ad se trahebat Gregorius
in omelia Ipse enim eam traxit
ad se per misericordiam que eam suscepit
foris per mansuetudinem modo
non credentem obiurgabat Joh
20 Noli me tangere Modo co-
ram ipsa fortiter clamabat Triplex
clamor modo procedebat ex ve-
hementi amore Joh 11 voce
magna clamavit lazare veni
foras Ex amore enim dilecti
flevit et clamavit unde dicitur
ibidem Lacrimatus est dixerunt iudei
Ecce quomodo amabat eum Modo pro-
cedebat ex magno fervore de quo
dicitur Johannis viio In novissimo
die magno festivitatis stabat
Iesus et clamabat dicens si quis
sitit veniat ad me et bibat Mo-
do procedebat ex immenso dolore
Matthei 27 Clamavit Iesus voce
magna Deus deus meus ut quid
dereliquisti me Omnibus istis cla-
moribus magdalena pulsus erat
Quinto debemus sibi aperire ex con-
sideratione rei aptatus et ei non

debent esse rari sed multi immo
omnes cum christus animam quamlibet
alloquitur dicens Cantica v Aperi mihi
soror mea amica mea columba
mea immaculata mea Ecce via
tractanda Secundum Augustinum dicit Aperi mihi
de sanguine meo soror mea
de accessu meo proxima mea de
spiritu meo columba mea de sermone
meo perfecta mea De quibus videlicet
constat Primo quod christus eam sororem
suam fecit quando carni sue et san-
guini communicavit Hebreos 2o pueri
communicaverunt carni et sanguini
et ipse similiter participavit eisdem
Et ideo dicit de sanguine meo
soror mea Secundo fecit eam proximam
suam cum sibi appropinquavit eius
recipiendo viam Ysaie 52 ego
ipse qui loquebar ecce assum
Et ideo dicit de accessu meo pro-
xima mea Tercio fecit eam columbam
suam cum spiritum sanctum sibi dedit
et eam pro peccatis suis gemere
fecit Romanos viii° Nam quid oremus
sicut oportet nescimus sed ipse spiritus
postulat pro nobis gemitibus ine-
narrabilibus Et ideo dicit de spiritu
meo columba mea Quarto fecit eam perfectam
et immaculatam suam per sermones
quos ei dedit Johannis xv Iam
vos mundi estis propter sermonem
quem locutus sum vobis Et ideo dicit
de sermone meo perfecta mea Quin-
to debemus sibi aperire ex considera-
cione tam nobilis civitatis eius
dicit intrabo ad illum In anima
sunt tres domus scilicet memoria
intelligencia et voluntas quas
peccatores deo claudunt quia nul-
lam de deo habent recordacionem
nullam de deo cogitacionem et
nullum dei amorem Sed maria
magdalena christo aperuit hos-
tium sue memorie et ipsi ibi
immisit sui cognicionem unde dicitur

Luce vii aperuit hostium sue vo-
luntatis et ipse ibi immisit dilec-
cionem fervidam unde dixit christus de
ea quoniam dilexit multum ipsum enim
semper in corde portabat quem in
corde aliorum similiter esse credebat
cum dicit Johannis 20 Domine si
tu sustulisti eum etc Et ideo non
dicit quem querit quia credebat
quod quilibet sicut ipsa in corde teneret
veram sui cognicionem christus sibi dedit
quando ei dixit Maria et illa mox
ipsum recognoscens dixit Raboni
ipsam in sui amorem totaliter accendit
quod notatur per hoc quod dicitur Maria sta-
bat ad monumentum foris plorans
unde cantatur de ea recedentibus
discipulis non recedebat et amoris
igne succensa ardebat desiderio
Septimo debemus sibi aperire ex
consideracione convivii tam excellentis
quod notatur cum dicitur Cenabo cum
illo et ipse mecum non dixit gu-
stabo vel prandebo nec meren-
dinabo sed cenabo Consuetum
est aliquos bolos recipere circa
cenam Deo voluit gustare faciens
duos bolos in corde primum dat
deo scilicet intellectum per fidem
aliud dant mundo scilicet affectum per
amorem Duos de etate sua u-
num dant dyabolo scilicet iuventutem
aliud volunt dare deo scilicet senec-
tutem Duos de seipsis et rebus
suis unum scilicet seipsos dant dyabolo
aliud scilicet sua volunt dare deo Ma-
ria magdalena ad deum gustare
noluit quia de seipsa bolos non
fecit sed deo dedit corpus suum totum
totam suam seipsam et omnia sua
nec dixit ipsis prandebo quia
post prandium aliud restat convivium
Illi igitur cum christo prandium faciunt
qui post primam acceptam iterum
ad peccatum redeunt nec dixit etc

meridianabo quia hoc est tempus
qui in meridie refitiuntur a deo .i.
est perfecta hora contemplationis et ar-
dor amoris. Istam refectionem me-
ridianam petebat sponsa dicens
Cant. 1o Indica michi .v. pascas
ubi cubas in meridie. Dixit
autem Christus cenabo quia post cenam
nichil aliud restat convivium. Cum
illis igitur cenat qui semper in gratia
perseverat. Maria autem Magda-
lena ante suam conversionem cum deo
gustavit quia cum esset iudea vi-
nus dei vel notitia fuit sed
serpenti dyabolo dedit. Post conversi-
onem autem suam cum Christo prandium
fecit quia tempore passionis Christi
per infidelitatem cecidit post
resurrectionem autem suam cum Christo
cenavit quia semper ad Christo per-
severavit in gratia. Modo non cum
Christo in meridie comedit quia
ibi plena est hora caritatione
ferventi amore et dulci frui-
tione. Gustant igitur cum Christo si-
mulantes, prandent recidivantes
cenavit perseverantes sed meridiant
triumphantes. Unde dixit Christus
tunc cenabo cum illo vel ipse mecum
sed utrumque posuit ubi cum dico ce-
nabo tecum et tu mecum hoc est
hoc est ponere in symbolum scilicet
comedendo de tuo et de meo.
In hac igitur cena spirituali dominus
cenat cum penitente et penitens
cum deo quia ambo partes suas
ibi ponit dominus autem tres partes
ponit ibidem scilicet culpe remi-
ssionem gratie infusionem et glorie
collocationem. Similiter et penitens
tres partes ibi debet ponere scilicet
contritionem confessionem et satisfactionem.
Sed multi sunt sicut oculato-
res qui nunquam vellent comedere
de suo sed semper de alieno vel-
lent omnia quam dominus partes suas

ibi poneret sed ipsi partes suas po-
nere nollent. Vellent magis quam deus
ipsis culpam remitteret sed sine con-
tritione quam gratiam infunderet sed sine
confessione quam gloriam donaret sed
sine satisfactione. Maria autem mag-
dalena in hac cena spirituali istas
tres partes posuit scilicet contritionem
que quidem apparuit per tot lacrimas
quas effudit. Confessionem quando
peccata sua quodammodo publice confes-
sa fuit quando inter convivantes lacri-
mas obtulit. Satisfactionem quia sicut
dicit Gregorius convertit ad virtutem
numerum criminum ut totum serviret deo
in penitentia quicquid de se deo
contempserat in culpa. Et quia tres
partes suas posuit cum Christo tres
suas sibi concessit scilicet culpe remi-
ssionem. Unde dixit remittuntur ei peccata
multa. Gratie collationem unde addidit
quoniam dilexit multum. Et eternam sal-
vationem unde subiungit fides tua
te salvam fecit etc.

Sequitur sermo secundus de eadem

Mulierem fortem quis inve-
niet Prov. ult. Tempore
Salomonis nulla mulier
inventa est fortis et ideo a-
mirando dixit mulierem forte
quis inveniet. Tempore autem gratie
invente sunt multe fortes mu-
lieres sicut regine et etiam virgines
que mundum cum seculo vicerunt.
Inventa est una fortior scilicet Ma-
ria Magdalena que carnem
vicit mundum contempsit invincibili
amore flagravit. Inventa est
una fortissima scilicet virgo beata
que prima votum virginitatis emi-
sit et deum de celo ad terram tra-
xit. Fuit igitur una Maria Magda-
lena fortis mulier que quidem

Fortitudinem habuit ex caritate
qua caritas accensa fuit Ro(mano)rum
aut q(uod) Salomon alibi sc(ilicet) Cant(icorum) 8
ponit sex fortissimorum fortissima
d(icens) fortis est ut mors dilectio du-
ra sicut infernus emulacio lampa-
des eius lampades ignis atque
flamarum aque multe non potu-
erunt extinguere caritatem nec flu-
mina obruent illam si dederit
homo omnem substanciam domus
sue pro dilectione quasi nichil
despiciet illam Eccl(esiastici) sex forti-
ssimorum fortissima sc(ilicet) mors in-
fernus ignis aqua flumen et
pec(uni)a temporalis Mors quidem fortis
est in separando quia ea que
fortiter sunt iuncta sc(ilicet) animam
et corpus dividit et separat
1 Reg(um) 15 Siccine me separat
amara mors Et sicut dicit dy-
onisius Mors non est rei con-
sumpcio sed unitorum separacio Infernus
est fortis in retinendo et co(n)-
servando quia animas semel re-
ceptas semper retinet et conservat nec
illam perdit nullam amittit Ho(mo)
aliquando evadit de carcere sem-
per sequia que custodibus nec
aliquis impendit solvendo per
allegaciones suas s(ive) innocenciam
coram iudice ostendendo aliquis
per astucias et ingenia carcerem
frangendo et fugiendo Sed sic
dicitur Eccl(esiastici) 9 nec opus nec racio
nec sciencia nec sapiencia erunt
apud inferos quo tu properas ibi
non erit opus innocencie nec
temporum nec racio allegacionum
nec sciencia nec sapiencia ingeni-
orum Ignis est fortis in consu-
mendo Job 31 Ignis est usque
ad consumacionem devorans de-
vorans et omnia eradicans
genimina Ideo dicitur prov(erbiorum) tercio

Ignis nunquam dicit sufficit
Aqua est fortis in extinguendo
quia fortissimam virtutem ignis
aqua extinguit Eccl(esiastici) 3o Ignem
ardentem extinguit aqua Flu-
men est forte in obruendo unde
dicitur Math(ei) 7 venerunt flumina
et flaverunt venti et irruerunt
in domum illam et cecidit et
fuit ruina magna Ideo dicitur
Job 20 Si emiserit aquas sub-
vertent terram Pec(uni)a temporalis est for-
tis in appetendo sive desidera-
ndo Quia sicut dicitur Eccl(esiastici) 5
Avarus non implebitur pecunia
Iterum quo plus sunt pote plus
sitiuntur aque Item crescit amor
nummi quantum pecunia crescit Dilec-
cio ergo dei fuit fortis in mag-
dalena instar istorum sex forti-
ssimorum que Salomon assignat primo
videlicet sicut mors Item sicut mors
animam a corpore dividit sic et
amor dei magdalenam ab a-
more mundi totaliter separat et
amori cristi firmus univit et
ideo poterat dicere cum apostolo Gala-
tarum vivo ego iam non ego vivit
autem in me cristus Delinquerat
quidem omnia sensibilia dimisit o-
mnia intellectualia et deiformibus
affecta amori cristi se inmedi-
ate adiungebat Distinguit namque
dionisius tres gradus ascendendi
in deum primus est per sensibilium
manuduccionem et hic est incipi-
encium de quo dicitur Ro(manorum) 1o In-
visibilia enim dei per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur
Isto gradu maddalena usa est
in primordio sue conversionis cum
ad pedes cristi stetit per pedes

qui sunt corporis scabellum sen-
sibilia accipiuntur unde dicitur ysaie
lxvi Celum michi sedes est terra
autem scabellum pedum meorum. Secundus
gradus est per intellectualem
speculationem et iste est proficientium
de quo dicitur Proverbiorum 8 Qui ma-
ne vigilaverint ad me invenient
me. Isto gradu magdalena
usa est in suo progressu quia
scilicet sensibilia dimittebat et spiritua-
libus et divinis intenta erat
unde dicitur Luce 10 Que etiam
sedens secus pedes domini au-
diebat verbum illius. Tertius gradus
est per immediatam unionem
de quo dicitur 2 Corinthiorum 3 Nos vero
omnes revelata facie gloriam domini
speculantes in eandem ymagi-
nem transformamur de claritate
in claritatem tamquam a domini
spiritu. Isto gradu magdalena
usa est in sua perfectione quod si-
gnatur per hoc quod dominus ei
dixit Luce 10 Maria optimam
partem elegit et per hoc quod iam
non pedes sed caput unxit
ad significandum quod amori divinitatis
sine aliquo medio se univit. Erat
igitur totaliter christo per amorem
se univerat totaliter a se defecerat
et insensibilis effecta sibi et mun-
do mortua erat. Gregorius Quid
aliquid fecerat mors in maria
magdalena et sensus non sen-
tiebat videns non videbat au-
diens non audiebat Sed neque ibi
erat ubi erat quia tota ibi erat
ubi magister suus erat. Secundo amor
dei fuit in ea fortis sicut infernus
qui est fortis in retinendo. Amor
enim dei eius mentem cum deo
sic fortiter colligavit quod numquam
ab eius amore cadere potuit.

Rari sunt qui amicum bene di-
ligunt. Ideo dicitur Ecclesiastici 6 Est amicus
secundum tempus suum et non permanebit
in die tribulationis. Rariores qui
diligunt in morte ymmo etiam
ubi filii parentibus quos in vita
dilexerant in morte adversantur
cum ea que saluti sue sunt
ordinare disponunt. Ideo Job qui
quasi erat ab omnibus derelictus
etiam a propria uxore derelictus
dicebat Job 19 Fratres meos lon-
ge fecit a me et noti mei
quasi alieni recesserunt a me.
Rarissimi qui diligunt post mortem
ymmo sicut dicitur in proverbio pe-
riit memoria eius cum sonitu
scilicet clamorum palmarum et campa-
narum. Cum enim dicat Seneca
amicorum defunctorum dulcis
est cogitatio ac blanditia habui
enim istos tamquam amissurus a-
misi tamquam habeam. Maria autem
magdalena dilexit christum
in hoc triplici statu. Nam dile-
xit eum viventem unde dicitur
Luce vii Quoniam dilexit multum
dilexit morientem Johannis 19
Stabat iuxta crucem ihesu mater
eius et maria magdalena
dilexit mortuum. Unde et unguen-
ta paraverat et ipsum inungere
volebat ut quem viventem di-
lexerat mortuo dilectionis obsequium
quia debebat. Dilexit sepul-
tum. Ideo ad sepulcrum eius
stabat et flebat quia ipsum
invenire non poterat. Tertio amor
dei in ea fuit fortis sicut ig-
nis qui est fortis in consumendo
et ascendendo. Ignis amoris
in sanctis viris quadruplex
incendium operatur scilicet cremationem

et consumpcionem criminis Ezech. 10
Deus tuus ignis consumens est ysa.
Si sanguinem ierusalem lauerit de
medio eius in spiritu iudicii et
spiritu ardoris // Facit incendium cordis
Luce xii Ignem veni mittere in
terram et quid volo nisi ut accen-
datur Luce vltimo Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis etc.
Facit incendium sermonis Eccli. 48
Surrexit helias quasi ignis et
verba eius quasi facula ardebat
Facit incendium operis Job 37
Nonne vestimenta tua i. opera
tua calida sunt cum perflata fuerit
terra i. anima que debet esse fe-
cunda austro i. spiritu sancto incen-
dio Istud quadruplex incendium
habuit magdalena scilicet consumpcionem
criminis Luce vii Remittuntur ei
peccata multa quoniam dilexit multum
Gregorius Intendit plene peccati ru-
biginem qui ardent valde per
amoris ignem Incendium cordis
Gregorius Cumque eum pueri frigida
remansit per modum amando
fortiter ardebat vir caritate deca
Bernhardus Igne succensa arde-
bat desiderio Incendium sermonis
vnde dixit Johannis 20 Domine
si sustulisti eum dicito michi
aut ubi posuisti eum et ego eum
tollam Ecce verba mirabilis fer-
uoris quia una mulier fragi-
lis tamen corpus hominis se gesta-
re putabat Sed vis amoris
nichil sibi impossibile reputa-
bat Origenes O ineffabilis sin-
gularis amor nullum locum re-
cepit sine timore dicit absolu-
te permittit ego eum tollam
Fuit incendium operis nam sic
dicit Johannis 20 Cum adhuc te-
nebre essent ipsa venit ad mo-
numentum Ecce quia aliis dormi-
entibus et quiescentibus ipsa
sola quiescere non valebat Data
fuisset propter custodes et iudeorum
persecucionem et pilati et pilati ti-
morem in meridie venisse
Sed in nocte venit non preterita
tempore non iudeorum persecucione non mor-
tis horrore non armato custode
non pilati timore // Certo amor
dei fortis fuit in ea sicut aqua
que fortis est inget inguendo
Extinxit eciam in ea amorem
carnalem quia postea caste
vixit Gregorius Gustato spiritu de-
sipit omnis caro vel desipit
Extinxit amorem terrenum quia
omnia contempsit Gregorius Vere
non habet in terra quid amet que
dominum celestem in veritate gu-
stauit Extinxit amorem pri-
uatum quia de seipsa nil penitus
curauit sed heremita annis xxx corpus
suum afflixit Glosa contra Crimi-
nant sunt cristi carnem suam
crucifixerunt cum viciis et con-
cupiscentiis Extinxit amorem
domesticum quia fratrem sororem
et putens descendens heremita annis
solitaria mansit Augustinus Aman-
dus creator sed preponendus est
creatori Nec mirum si tot amores
extinxit quia magna aquarum
i. lacrimarum habundancia habuit
Cristus namque noster sinus quatu-
or vicibus flevisse legitur Primo
in sua infancia quando ne
ostensione Bapte A Secundo ro-
tem omnibus sinulem eius planc-
tentus Secundo de magna compassione
de quo dicitur Luce 19 videns
ciuitatem flevit super illam
Tercio de magno amore de quo
dicitur Johannis 11 Cum missus ad lazarum
resuscitandum lacrimatus est ...

Dixerunt ergo iudei ecce quo
amabat eum / Quarto fuit ex
magno dolore de quo dicitur
Ecc. v Qui in diebus carnis
sue i. passionis sue preces i.
supplicationes quia deum qui
possit illum salvum facere cum clamore
valido et lacrimis offerens exau-
ditus est pro sua reverentia Sicut
et magdalena emisit quatuor genera
lacrimarum scilicet lacrimas compunctionis
que fuerunt in conversione sue vel
prime luce vii Cum cepit riga-
re lacrimis pedes / lacrimas com-
passionis quas fudit in morte
fratris de quibus dicitur Joh. xi Jhesus
ergo ut vidit mariam plorare et
lacrimas doloris quas fudit pro
cristi passione de quibus dicitur
luce xxiii Sequebatur autem
illum euntem ad passionem multa
turba populi et mulierum que plange-
bant et lamentabantur eum et
lacrimas devotionis quas fudit
ad monumentum pre desiderio quod ha-
bebat videndi domini de quibus
dicitur Johannis 20 / Maria stabat
ad monumentum foris plorans et
Cuius amor dei fuit in ea fortis
sicut flumine quod est forte in ob-
ruando vel obruendo Ante con-
versionem aut sua dyabolus de ca
castro suo fecerat quod in pace possi-
debat omnibus quibus amoris i.
peccatoris ipsum muniverat Sed advenit
impetus divini amoris et ipsum
castrum funditus destruxit et deo
dignam civitatem fecit Quod patet
per hec quia sicut dicit augustinus
in libro de civitate Bona domus
est paribus membris disposita
ampla et lucida Sic ipsa fuit
pariter disposita per virtutum varie-
tatem de quo dicit beatus Gregorius
Quantum credis peccatis et diligibus in

eius operibus / fuit lucida per sere-
nitatem et ampla per caritatem
de his tribus dicitur prov. ult.
Stragulatam vestem fecit sibi
i. diversorum colorum et hoc quantum
ad virtutum varietatem / Byssus et
hoc quantum ad suam claritatem
et purpura indumentum eius et
hoc quantum ad caritatem / Certo
amor dei fuit in ea fortis sicut
sed temporalis quia quanto quis terrena
sed magis et magis habundat
tanto magis habundare desiderat
Sic sancti viri quanto magis amore
dei sunt pleni tanto magis affec-
tant impleri Sed est quoddam
quod valde verendum videtur quod scilicet
avari maiori ardore terrena di-
ligant quam viri celestes celestia
concupiscant et similiter figantur in corde
de avari amor terrenorum quam
in corde viri iusti amor eterno-
rum i. generatio advenit et generatio
preterit / terra non inetermino stat quia
bona proposita in corde alicuius
generata modo adveniunt per me-
ditationem assiduam modo rece-
dunt per negligentiam / terra aut
cupiditatis semper stat per firmam habi-
tationem In corde enim luxuriosi et
generantur mala desideria que in
advenerunt non preterunt in senec-
tute / terra aut i. cupiditatis in cor-
de avari inetermino stat quia et in
iuventute advenit et in senec-
tute non recedit In corde enim gu-
losi multe male concupiscentie ge-
nerantur que eis advenerunt in
esurie et recedunt in sacietate
Terra aut cupiditatis in corde
avari semper stat et quando est
vacuus et quando est divitiis plenus
Causa aut quare terra firmiter stat
dicitur quia celi dignitatis sunt puita

celum cum ipse sua dignitate
et puritate ex omni parte sui terram
tanquam fecem a seipso expellit
Sic eciam viri celestes terrena desi-
deria tanquam feces a seipsis expel-
lunt et ex omni parte abiciunt
Si quidem memoria abicit quia
nullam vult habere inde recor-
dacionem Intelligencia abicit
quia nullam vult habere de talibus
presumpcionem / voluntas abicit
quia non vult habere in talibus af-
fectionem Celestes igitur viri terre-
na omnino abiciunt avari eciam re-
cipiunt et sic in corde suo facta
consistunt Sic abiciebat apostolus
qui dicebat philippenses 3o Omnia detri-
mentum feci et arbitror ut ster-
cora ut cristum lucri faciam
Sic recipiebat ille dives de
quo dicitur luce xvi Homo qui-
dam erat dives qui induebatur
purpura et bysso et epulabatur cotidie
splendide Alia causa quare
terra in medio stat dicitur esse terre g-
ravitas cum qua est ipsa tendere ad cen-
trum Terrena quidem omnia sunt
et ideo semper descendere appe-
tunt Sancti autem viri habent
cor suum sursum iuxta illud philippenses
iiio Nostra conversacio in celis est
et ideo terrena cupiditas aut
ad eos non attingit aut si atti-
ngit mox descendere appetit Ava-
ri vero habent cor deorsum / ideo ter-
rena ad eos tanquam ad suum
centrum descendunt et ibi quie-
scunt Sic verificatur quod dicitur proverbiorum 25
Celum sursum terra deorsum
quia celestia appetunt ascendere
ad cor sanctorum quod est sursum
Terrena vero appetunt descendere
ad cor avarorum quod est deorsum
ideo dicitur in proverbio ascendunt

usque ad celum et descendunt
usque ad abyssum Quia si terrena
cupiditas aliquando cordi hominis
celestis adheserit quia in suo loco
non est mox descendit et in cor-
de avari quiescit Sic quiescebat
in corde illius avari de quo
dicitur luce xii Anima mea habes
bona multa reposita in annos
plurimos requiesce comede bi-
be et epulare Avare enim in
terra stat dicitur esse tam perfecta
terrenitas que est in medio Et
quia simile attrahit suum simile
ideo attrahit ad medium aliis partibus
terre In corde avari est perfecta terre-
nitas quia totum est terra iuxta
illud Augustini Talis est unus-
quisque qualis est dilectio sua
Si terram diligis terra es Cor vero
sancti totum est celeste et divinum
unde subdit Augustinus Si
deum diligis deus es et quia
omne simile appetit sibi simile
iuxta illud Ecclesiastici 13 Omne animal
diligit sibi simile Ideo avari
attrahunt terrena Spirituales autem
viri appetunt celestia Ecclesiastici 13
Que communicacio sancti ad canem
aut que pars bona diviti ad pau-
perem Iterum nulla quia sanctus appe-
tit pura et munda avarus vero
qui tanquam canis saciari non potest
appetit terrena et immunda pars
pauperis cristus est ipse deus / pars
divitis est ipse mundus Sequitur

Sermo Tercius de eodem

Et stans retro secus pedes
eius lacrimis cepit rigare
pedes eius et capillis capitis
sui tergebat et osculabatur pedes
eius et unguento ungebat luce
vii Sicut dicitur sapiencie xi per que
peccat quis per hec et torquetur

Quia igitur terra maria magdalena que
multiplicaverat deum offendit ideo
multipliciter satisfecit. Offenderat
quidem oculis ad vanitates ceteras
sepe et sepius .s. intuendo. Offen-
derat ore illud impudicicias eructando
polluendo. Offenderat in naso
odore unguenta odorifera sue
carni sepius adhibendo. Offen-
derat capillis colla vane componendo.
Sed sicut dicit Gregorius quot
in se habuit oblectamenta tot de
se invenit holocausta. Convertit
ad virtutum numerum criminum ut
totum deo serviret in penitentia quicquid
deum contempserat in culpa. Satis-
fecit quidem oculis per habunda-
ntem lacrimarum effusionem / satisfecit
capillis per quos eos tersit.
Satisfecit ore sacra oscula cristi
pedibus infigendo. Satisfecit odore
unguentum preciosum cristi pedes
inungendo / Primo igitur satisfecit
oculis per habundantem lacrima-
rum effusionem quod notatur cum dicitur
lacrimis cepit rigare pedes eius.
Gregorius in omelia oculis terrena
concupierat sed hos iam per penitentiam
conterens flebat. Voluit cum cristi
pedes lavare aqua exteriori sed
aqua procedente ab interiori scilicet
lacrimis propriis ad significandum quod ve-
ras et perfectas lacrimas in se
habebat // lacrima cum est clara
est humida et calida est salsa. Terra
autem magdalena ante sui conversi-
onem erat tenebrosa erat im-
munda erat frigida et erat insipi-
da / habuit igitur lacrimas claras
ut tenebrosam ~~lacrimas~~ illuminaret /
lacrimas humidas ut immundam
lavaret lacrimas calidas ut fri-
gidam inflammaret / lacrimas sal-
sas ut insipidam sale sapientie condi-

ret. Erat igitur tenebrosa et
ideo effudit lacrimas claras ut ipsam
tenebrosam illuminaret. Gregorius sic
autem ubi vehementis imbris precipi-
tatur serenitas sic lacrimis effusis
apparet tranquillitas et perit
caligo reatuum. Et sicut per aquam
et spiritum renascimur sic lacrimis
et confessione denuo mundamur.
Dicitur Genesis primo Terra .i. maria mag-
dalena viciis tincta erat inanis
et vacua quia nulla in se bona
habebat opera et tenebre erant
quia habebat obscuritatem et
nocturnitas super faciem abyssi
quia habebat profunditatem vi-
ciorum quia facta est in ea mu-
tacio dextere excelsi. Quamdiu si-
cut terra facta est arida. Unde
dicitur congregentur aque que sub
celo sunt in locum unum ut appa-
reat arida. Aque que super ce-
los sunt / sunt cogitaciones
celestes et spirituales. Aque vero
que sub celo sunt / sunt cogita-
ciones fluxibiles et carnales
que tunc in locum unum congregantur
quando sub racionis dominio colli-
guntur. Et tunc illa que erat terra
.i. diversis viciis attrita efficitur arida
.i. ab omni humore carnalis concupi-
scencie exsiccata. Terra que erat
inanis et vacua facta est bonis
operibus locupletata. Unde dicitur
Germinet terra herbam virentem
et facientem semen et lignum
pomiferum faciens fructum. Ista
enim produxit herbas virentes
.i. spirituales cogitaciones produxit
et semen .i. rectas intenciones
que opera bona necesse faciunt
coram deo produxit / lignum
pomiferum .i. ad dei [illegible] affe-
ciones et voluntates / et fa-
cientem fructum idest bonam

operationes. Item que erat tene-
brosa facta est luminosa unde
dicitur: Dixit quoque deus fiat lux
et facta est lux et divisit
lucem deus a tenebris. Sicut
deus lucem a tenebris divisit
ita omnem tenebrositatem igno-
rantie ab ea repulit et luce
sapientie celestis infudit. Item
que erat abyssus per profunditatem
viciorum habuit habundantiam
lacrimarum ut ipse fluvius lacrimarum
exsiccaret abyssum omnium viciorum
de quo dicitur: Spiritus domini ferebatur super
aquas, id est super lacrimas. Item
eius lacrime fuerunt calide ut im-
mundam lavaret. Lacrime enim
certo quod calide sunt ablutive sicut
[illegible] monitus. Cum enim tur-
pitudinis sue maculas aspexit
lavanda ad fontem misericor-
die cucurrit unde poterat dicere
cum propheta: Lavabo per singulas noc-
tes lectum meum lacrimis meis
stratum meum rigabo. Deus mun-
dum duplici elemento purgat
scilicet elemento aque in diluvio et
elemento ignis in iudicio. Isto
duplici modo mariam magdalenem
purgavit scilicet aqua lacrimarum
et igne amoris. Ipse quidem spiritua-
le lavacrum fecit quo mariam
suam lavit in quo lavacro
fuit aqua habundantis
lacrimationis unde dicitur
lacrimis cepit rigare pedes e-
ius posuit crinibus capitis tergebat-
tionis unde dicitur: Stetit
retro secus pedes domini et
cum lavacrum calefecit igne amoris
unde dicitur: Quoniam dilexit multum
et igne doloris [illegible] sicut dicit
Augustinus: lacrime sunt testes
doloris. Tercio ipse lacrime fuerunt
calide ut frigidam inflamma-
rent [illegible] que prius fuit

frigida ad fervorem amoris
venientis recessit nimium infla-
mata adeo quod de ipsa fornace
templi incendium reportavit scilicet
incendium amoris. Nam cum
de ea recedentibus discipulis
non recedebat et amoris eius
igne succensa ardebat desi-
derio. Reportavit incendium
sermonis [illegible] cum petrus et
iohannes frigidi in domo sede-
rent ipsa eos igniculis sermonibus
calefecit dicens: Dominum tulerunt
de monumento et nescio ubi
posuerunt eum. Qui ad eius ser-
mones tam calefacti fuerunt
quod mane surgentes ad monumentum
cucurrerunt. Reportavit incen-
dium operationis. Ipsa enim sic infla-
mata erat quod prius esse non poterat
sed media nocte surgens ad
monumentum cum adhuc tenebre es-
sent veniebat modo ad disci-
pulos currebat modo ad monumentum
intrans corpus requirebat. Quar-
to ipse lacrime fuerunt salse ut
insipidam sale sapientie condiret
hoc signatum est iiii Reg. ii
ubi dixit Elizeus: Afferte mihi
vas novum et mitte in illud
sal. Ipsa quidem fuit vas vetustum
vetustate culpe sed post [illegible]
facta est nova novitate gratie.
Ipsa fuit prius vas contumelie et
turpitudinis sed postmodum
facta est glorie et honoris. In
isto vase prius habuit septem
demonia id est universa vicia sed
postmodum habitavit spiritus septem
dona scilicet spiritus sapientie et intellectus
[illegible] Gustavit et vidit
quoniam bona est negociatio eius. Habet
spiritus sapientie que habet celestia
pregustare unde sapientia quasi sa-
pida scientia non extinguetur in

nocte lucerna eius / lucerna ho-
minis est intellectus mentis qui
in ipsa erat in nocte adversitatis
in nullo potuit obscurari. In
isto vase habitavit spiritus consilii
et fortitudinis unde dicitur
ibidem Quesivit lanam et li-
num etc. Spiritus fortitudinis et
operata est consilio manuum suarum
etc. Spiritus consilii. Ista deo fortis
fuit et magnanimis quod fecit
sibi vestem bene operte circumdatis
et fecit sibi sindonem mundi-
ciæ affectionis et ista cum dis-
cretione fecit quia operata est
consilio manuum suarum. Ista ma-
gnanimitas et fortitudo tangitur
ibi Cum dicitur Accinxit forti-
tudine lumbos suos etc. quia
fortis fuit in acquirendo bona
opera. In isto vase habitavit
spiritus sciencie et pietatis unde dicitur
ibidem Consideravit agrum
et emit eum etc. Spiritus sciencie opera
enim nostra debet precedere consideratio
Proverbiorum 4o Oculi tui recta
videant et palpebre precedant
gressus tuos. De fructu manu-
um suarum plantavit vineam
ut scilicet pauperes portaret etc. Spiritus
pietatis unde subdit Manum
suam aperuit inopi et palmas
suas extendit ad pauperes. In
isto vase habitavit spiritus timoris
domini unde subditur Fallax
gratia et vana est pulcritudo mulier
timens deum ipsa laudabitur /
Istud igitur vas quod erat vetustum
quia in eo habitabant septem
demonia eo modo factum est
vas novum quia in eo habitavit
septem spiritus sancti dona. Ideo
bene dicitur Affer mihi vas
novum etc. et mitte in illud

sal, i. celestem sapienciam et
doctrinam. Istud sal ante conversionem
suam non habuit. Ezechielis 16 Et
aqua non es lota in salutem
nec sale salita. Non enim erat
plena sale celestis sapiencie
sed melle carnalis concupiscentie
per modum autem istud vas sa-
pientia erat repletum et ideo fuit
deo sacrificium gratum. Levitici 2
In omni oblatione offeres sal.
Ergo quia deum offendit in capil-
lis ipsos vane componendo sa-
tisfaciebat de eis eius pedes
humiliter extergendo. Gregorius in omelia
Capillos ad compositionem vultus
exhibuerat sed capillis lacri-
mas tergebat. / Per capillos
autem capitis intelligi possunt
cogitationes mentis quarum
quedam sunt bone quedam
male quedam in divitiis ce-
larum quedam sunt nocive
quedam inutiles et vane.
Ista quadrupliciter dicta tangit
Ezechielis 5 ubi dicitur Sume
tibi gladium acutum radentem
pilos et duces per caput tuum
et per barbam tuam. Terciam
partem igni combures et assumes
terciam partem et concides gladio
in circuitu eius / terciam vero ali-
am ventis disperges et gladium
nudabo post eos et assumes
inde parvum numerum et ligabis eos
in summitate pallii tui. Sed
cum nimi aliquando habuit cogitatio-
nes igne spiritus sancti inflamma-
tas et ideo dixit terciam partem
igni combures non nimis non ex
infirmitate carnis habens
aliquas cogitationes volatiles
et vanas quas non possunt
ex toto comburere sed saltem
per sententiam confessionem et

ostentacionem debent eius ecclesie
et ideo dicit Et assumetis etiam
latronem et conscidetis gladio in
uultu eius Non uidetis vero sci-
mi sunt aliquantis curis et solli-
citudinibus temporalibus et ideo dicit
Et assumetis inde primum ipsum
et ligabitis eos in similitudine pal-
lii tui / debent enim sollici-
tudinibus quidem mundi temporalibus ex
necessitate Et ideo assumetis inde
primum ipsum / nec debent affectum
mentis penetrare sed quadam
a foris et in exterioribus ipsorum
debent attingere Et ideo dicit
Et ligabitis eos in similitudine
pallii tui Cogitationes autem va-
ne sunt penitus expellende
nec ullatenus admittende et si
forte redierint satisfacient contra
eas diuine seueritatis gladius
est opponendus Et ideo dicit
Tertiam aliam in ventum disperges
et gladium nudabis post eum In
hoc quod dicitur disperges notatur
quod sunt expellende In hoc quod
dicitur in omnem ventum notatur
quod non sunt ullatenus reuocande
in hoc quod dicitur gladium nuda-
bis post eos uel secundum aliam literam
nudabis ostenditur quod si ullatenus
animum pulsaret contra eos est di-
uine seueritatis gladius oppo-
nendus / Tertio deum osculatur ore
carnali contra uel illud impudicis
osculis polluendo sed deo
displicuit eius pedes cum de-
uotione nimia osculando
virgo ore superba despexit sed
sedes deo osculantes os in re-
demptoris sui vestigia figeret
eorum aut quod osculum aliquando
est signum amoris sicut quis
uel osculatur filium / uel amicum

amicum aliquando est signum
reuerentie et deuotionis sicut
cum osculamur manus uel pedes
sublimium personarum aliquando est si-
gnum pacis et reconciliationis
sicut quando homines post longas
discordias ad pacem reducti se
inuicem osculantur aliquando est
signum proditionis sicut legitur
ii Regum xx° cum ad Ioab vnam ma-
nu quasi osculans eum et cum
alia ipsum gladio perforauit ven-
trem ad ista quatuor signa quatuor
persone Christum osculate sunt scilicet /
virgo beata Symeon maria mag-
dalena et Iudas Virgo beata
vnica ipsum osculata est in amore
gestans eum infantem ut eccle-
sia virginea sepe in ipsum beata
infixit oscula unde forte sepe
sibi dixit illud quod dicitur Genesis xxvii
Da michi osculum fili mi
Ysaac et Iacob Illi igitur cum
beata virgine osculantur Christum
osculo amoris qui pleni sunt
suauitate diuine dilectionis Et istud
osculum diuini amoris habet dup-
lex labium vnum superius scilicet amorem
dei et vnum inferius scilicet amorem
proximi de isto duplici labio Iohannis
prima canonica iiii° hoc mandatum ha-
bemus a deo ut qui diligit deum
diligat et fratrem suum Symeon
osculatus fuit Christum deuotionis
Credendum est enim quod postquam
Christum in vlnas suas suscepit
nimia deuotione affectus ipsum
pluries osculatus fuit Illi igitur
osculantur Christum cum Symeone
qui intima repleti sunt deuo-
tione et istud osculum deuo-
tionis habet duplex labium vnum
inferius scilicet intellectum aliud superius

sed affectum competit cum quod intellectus
afficitur in deum per fidem et affectus
per amorem. De isto duplici
labio osculi devotionis dicitur
1 Cor 14 Orabo spiritu orabo et
mente psallam spiritu psallam et
mente. Hoc est affectiones spirituali
deum hoc est intellectum per fidem
et mente id est affectu per amorem
Magdalena osculata est cristum
in signum reconciliationis. Quia
cum fuerit dei inimica ideo pedes
cristi osculabatur ad signandum
quod deo fuerat reconciliata. Illi igitur
osculantur cristum cum magdalena
qui prius inimici dei effecti predicto modo
sunt ad pacem per primam reduc-
ti. Et istud osculum divine recon-
ciliationis habet duplex la-
bium unum superius scilicet mandatum dei
indulgentis aliud inferius scilicet
satisfactionem requirentis. De isto
duplici labio huius osculi dicitur
psalmista Misericordia et veritas
obviaverunt sibi iusticia et pax
osculate sunt. Misericordia
scilicet remittens et veritas scilicet
iusticia satisfactionem requirens
obviaverunt sibi in peccatore scilicet pe-
nitente et satisfaciente et in
eo ad invicem reconciliate sunt
Unde subditur Iusticia et pax
osculate. Iudas osculatus est
cristum in signum proditionis. Mathei
26 Qui autem tradidit eum dedit
eis signum dicens Quemcumque o-
sculatus fuero ipse est tenete eum
Illi autem osculantur cum Iuda qui
per quam cristum in domum cordis
sui introduxerunt ipsum expellunt
et inimicum capitalem suum scilicet
dyabolum introducunt. Et istud o-
sculum proditionis habet duplex
labium unum superius scilicet aversionem

aversionem a bono incommutabili
et aliud inferius scilicet conversionem
ad bonum commutabile. De isto du-
plici labio huius osculi dicitur
Prov 1o Usquequo parvuli infan-
ciam et prosperitas stultorum perdet eos
vel istud duplex labium est
amor male inflammationis et
timor male humilians. Unde
dicit Augustinus super illud Incen-
sa igni et suffossa et cetera. Omne
causatur vel de amore male in-
flammante et hoc est incensum
vel de timore male humiliante
et hoc est suffossum. Ista duo tra-
xerunt iudam ad peccatum scilicet amor
male inflammans quia pecuniam
nimis ardenter amavit et timor
male humilians quia de dei misericordia
desperavit. Quarto quo affectum
deum in variis odoribus
satisfecit pedes cristi ungentem
odoriferis in unguento. Hoc
autem quod unguentum odoriferum est
penetrative locum inveniendo ex a-
critudine est lavare ex sua pin-
guedine habet dolorem mitiga-
re ex sua suavitate habet
redolere ex sua aromaticitate.
Ex hiis quatuor proprietatibus unguen-
ti potest accipi quadruplex unguen-
tum spirituale. Unum in quantum
unguentum habet penetrare
ex sua acredine accipitur unguen-
tum contricionis. In quantum habet
lavare ex sua pinguedine
accipitur unguentum devotionis
In quantum est mitigare ex sua
suavitate accipitur unguentum
compassionis. In quantum habet redo-
lere ex sua aromaticitate acci-
pitur unguentum odoriferi opi-
nionis et ad ista quatuor unguenta

spiritualia siquidem maria magdalena
quadruplicat [?] unguentum unxit primo
namque unxit pedes eius in
galilea / de qua unctione agitur
in ewangelio hodierno deinde un-
xit eum in bethania ubi po-
suit eius caput de qua unc-
tione agitur in ewangelio matthei xxvi
et marci xiv / deinde unxit eum
in pedibus de qua unctione johannis
xii deinde ultimo voluit ungere
corpus defunctum de quo agitur
marci ultimo / Est igitur unguentum
contritionis devotionis compassionis
et odoriferi opinionis et quodlibet
de hiis unguentis habet suas spe-
cies de quibus conficitur / Species
unguenti contritionis sunt
peccata / Species unguenti devotionis
sunt dei beneficia / Species un-
guenti compassionis sunt proximorum
afflictiones et calamitates / Species
unguenti odoriferi opinionis
sunt bone operationes et actus
virtutis / Primum igitur unguentum
scilicet contritionis significatur per primam
unctionem qua maria magdalena
pedes christi unxit / lacrimis
rigavit et capillis tersit
et hec species sunt peccata que
quidem species sunt valde amare
que debent in mortariolo /
memorie sue conteri [?] rotundi
et pilo doloris contriti lacrimarum
habundantia impinguari et
igne amoris coqui / Tale un-
guentum psalmista conficiebat dicens
Recogitabo id est sepe et sepius
cogitabo / Contra illos qui
tantum semel de peccatis suis cogi-
tant sive dolent tibi vel vi-
cario tuo / Contra illos qui peccata
abscondunt omnes annos meos id est
omnibus annis peccata que feci
scilicet pueritie adolescentie iuuen-
tutis virilis etatis et senectutis
meos non alienos / Contra illos
qui aliorum peccata respiciunt et sua
negligunt in amaritudine non
delectatione / Contra illos qui
de peccatis suis cogitant non ad
dolendum sed ad delectandum
anime mee / Contra illos qui
querunt dolorem verbalem vel su-
perficialem non intima anime
penetrantem / Secundum est unguen-
tum devotionis quod signatur
per unguentum quo unxit christum
in capite post [?] / Impinguasti in
oleo caput meum / Tunc caput
oleo impinguatur quando christus
nostra devotione pascitur vel quando
mens nostra sua devotione re-
pletur / Species cuius unguenti secundum
bernhardum in cantica sunt divina
beneficia que sunt ibidem [?] conferenda
studiose debent colligi et
intra mentis oculos digna cum
gratiarum actione reduci vasculo
pectoris recondi igne sancti de-
siderii decoqui et demum oleo
letitie impinguari / Tertium est
unguentum compassionis quod signatur
quo maria pedes ihesu in be-
thania unxit / per pedes
christi intelliguntur illi qui vi-
dentur esse in ecclesia ultimi
et abiecti id est pauperes et afflicti
qui ultimo unguento compassionis
sunt inungendi / Cuius autem
unguenti species sunt proximorum afflic-
tiones et calamitates quas
debemus in corde recondere
et inde unguentum conficere vel
in affectu misericordie / i johannis iii
Qui habuerit substantiam huius mundi
et viderit fratrem suum necessi-
tatem habere et clauserit visce-
ra sua ab eo quomodo caritas dei

manet in eo vel in affectu
consolacionis Eccl 18 Nonne ar-
dorem refrigerabit ros sic et
verbum melius quam datum
Nonne ecce verbum super datum
bonum et utrumque cum homine iu-
stificato vel saltem in affectu
compassionis Job 30 Compaciebatur
anima mea pauperi 2 Cor 11 Quis
infirmatur et ego non infirmor
quis scandalizatur et ego non
uror Quia cum non potest dare bo-
num datum de bonum verbum et
qui nescit dare verbum saltem
dat cordis affectum // Quartum
est unguentum odoriferum opinionis
quod signatur per aromata que ma-
ria emit ut corpus cristi unu-
geret / Quia unguenti preciosi sunt
bona opera et virtutes unde
ait Beda super illud Emerunt
aromata ut venientes ungerent
eum Si odore bonorum operum re-
ferti cum opinione bonorum operum
dominum querimus quasi sepulto cum a-
romatibus venimus Ille autem
mulieres angelos vident que cum
aromatibus veniunt quia videlicet ille men-
tes supernos cives aspiciunt que
cum virtutum odoribus quasi sancta desi-
deria proficiscuntur / Istud autem un-
guentum odoriferum opinionis conficitur
ex tribus odoriferis speciebus scilicet
ex odorifera consciencia ex odorifera
vita et ex odorifera fama Ta-
li enim unguento delectat deum
nos ipsos et proximos / Deo
debemus odoriferam conscienciam
nobis odoriferam vitam / pro-
ximis odoriferam famam De
odorifera consciencia dicit Prov 27
unguento et variis odoribus

delectatur cor Istum odorem consciencie
sepius maculant cogitaciones vane
Eccl 10 Musce morientes perdunt
suavitatem unguenti // De odori-
fera vita dicitur Cant 4o Odor
vestimentorum tuorum sicut odor
thuris / Que vestimenta sunt
bona opera que tunc instar thuris
sunt odorifera cum sunt deo accep-
ta Sicut odor thuris deo erat
acceptus De odorifera fama
dicitur Prov 22o Melius est nomen
bonum quam divicie multe Eccl 7
Melius est nomen bonum quam
unguenta preciosa Quia igitur
beata maria magdalena tam
mirabilis in vita fuit et tam
de omnibus peccatis suis satisfecit
Ideo cristus de ea dicere potuit
quod dicitur Ysa 21o Babilon di-
lecta mea dicit deus posita
est in me in miraculum Quoniam
prius fuerat babilon id est confusio
propter peccatorum multiplicitatem post-
modum facta est dilecta propter
ferventem caritatem et miracu-
lum propter mirabilem conversionem nec
tantum dixit deus ipsam in conspectu
suo esse mirabilem sed tamen
esse quodammodo miraculum In conspec-
tu hominum dicitur esse miraculum
quando aliquid fit contra solitum
cursum nature ut quando
ceci vident claudi ambulant
et cetera In conspectu angelorum
dicitur esse miraculum quando ali-
quid evenit contra cursum su-
periorum glorie sicut fuit illud
una mulier scilicet virgo beata
assumpta est super choros ange-
lorum de quo miratio Apoc
12 Signum magnum apparuit in
celo mulier amicta sole et
luna sub pedibus eius

In conspectu dei dicitur esse miraculum
cum aliquid evenit contra solitum cursum
inferioris nature sicut fuit quod paulum
tam magnum persecutorem tam
subito et tam perfecte gratia divina
convertit. Isto triplici modo beata ma-
ria magdalena in sua conversione
miraculum fuit. Fuit quodammodo contra
solitum cursum inferioris nature cum
scilicet tot lacrimas de oculis suis fu-
dit quod inde pedes christi lavit quod
sine natura posse fieri non videtur.
Ibi fuit quoddam contra solitum cursum
superioris celestis sicut quod ipsa ad-
huc in corpore mortali degens
cottidie singulis horis canonicis
ab angelis in aera portabatur
et sic ibi singulorum angelorum con-
centus audire merebatur. Ibi fuit quo-
dam contra solitum cursum inferioris
nature sicut quod deus ipsam tam
maximam peccatricem tam subito
et tam perfecte convertit et tantis
virtutibus et donis gratie adimplevit
ut possit de ea dici quod dicitur
Ro. v. Ubi habundavit ~~delict~~
delictum superhabundavit et gratia

Sermo quartus de eodem

Remittuntur ei peccata multa quia
dilexit multum. Luce vij.
Amor dei non fuit in beata mag-
dalena ociosus sed magna multa
et mirifica operatus est. Fecit enim
in ea primo mentis purgationem,
secundo mentis liquefactionem, tercio
mentis inflammationem, quarto
mentis vulnerationem, quinto mentis
alienationem, sexto mentis inebria-
tionem. Fecit igitur primo in ea mentis
purgationem quia ipsam ab omni
peccato purgavit. Unde dictum
est in verbo proposito Remittuntur
ei peccata multa id est omnia quia dile-
xit multum. Circa quod intendit ple-
ne peccati rubiginem qui ardet
plene per amoris ignem. Tanto
namque amplius peccati rubigo
consumitur quanto peccatoris cor magno
caritatis igne concrematur. Istud
incendium scilicet igne purgato peccatorum
est illud magnum debitum quod christus
sibi se donasse asserit scilicet quingentorum
denariorum cum dicit duo debitores
erant cuidam feneratori etc. Iste
fenerator est christus qui in baptismo
gratiam nobis donat. In iudicio autem
requiret ipsam gratiam tamquam sortem
et bona opera ultra sortem. Isti
feneratori quicquid sumus debemus
tamquam emptori. i. Cor. vi. Empti
estis precio magno. Quicquid habemus
ut creatori. i. Cor. iiii. Quid
habes quod non accepisti scilicet a fenera-
tore id est deo. Quia ut dictum est ad
gratiam quam accepimus tanquam
sortem debemus addere bona
opera ultra sortem. Unde quidam
reprehenditur Luce xix. Et quare
non dedisti pecuniam meam ad men-
sam et ego veniens cum usuris
utique exegissem illam. Duo autem
debitores cuius feneratoris erant
phariseus et magdalena. Phari-
seus erat debitor quinquaginta
denariorum magdalena quingentorum
quia ille minus se peccasse credebat
immo se iustum reputabat. Uterque
autem numerus per quinarium et denarium
multiplicatur et significat penam quam
peccator solvere debet eo quod quilibet
sensus male regit et decalogum
preceptorum contempsit. Neuter tamen
per se satisfacere potest et ideo dicit
non habentibus illis unde red-
derent donavit utrisque. Deinde
interrogavit phariseum quis ergo
eum plus diligit. Et ille existimo
quod is cui plus donavit. Deinde
sua sententia phariseus convincitur finem
portavit cum quo legitur. Plus

igitur tenebatur peccatrix diligere
ex dimisso / phariseus autem plus
ex commisso / Omnes autem tenentur
deum diligere non tantum ex di-
misso quia sicut dicitur Ro. iii
Omnes peccaverunt et egent
gratia dei Non tantum ex commisso
quia sicut dicitur Mat. 25 vni
dedit quinque talenta alij duo
alij vero vnum Sed etiam ex immi-
sso quia per se et angelos
suos sepe bonas affectiones i.
concepta et voluntates immittit
Ps. lxxxxij Immisit in os meum canticum
novum etc. Item immittit angelus
domini in circuitu timentium eum
etc. et etiam ex promisso quia sic
dicitur i Cor. 2o Quod oculus
non vidit nec auris audivit nec
in cor hominis ascendit que preparavit
deus diligentibus se Quia igitur
Magdalena sic fuit a peccato pur-
gata ideo peccatoribus in exemplum est
data Quia enim due vie erant
eundi ad vitam scilicet innocentie
et penitentie Ideo deus duas nobis
mediatrices vnam scilicet virginem mariam
et in exemplum innocentie aliam
scilicet peccatricem et penitentem in
exemplum penitentie Gen. 1o fecit deus
duo luminaria magna luminare ma-
ius scilicet virginem mariam ut preesset
diei i. ut luceret innocen-
tibus // et luminare minus ut preesset
nocti i. peccatricem ut exemplum
daret nocentibus seu penitenti-
bus Secundo amor dei facit in
ipsa liquefactionem mentis / ps
liquefacta est terra i. magdalena
que prius fuerat a demonibus
conculcata et omnes qui habitant
in ea i. omnes cogitationes in-
tentiones et affectiones Anima n.
que in ipsa erant in amorem
liquefacta sunt Maria Magdalena

ab igne concupiscentie postmodum
liquefacta est a sole iustitie Qua-
tuor sunt que ingenue lique-
faciunt et ad mollitiem perducunt
scilicet ignis sicut patet in cera in
re dura sicut in cera et metallo
aqua sicut patet in re arida
ut auster sicut patet in re aqua
congelata et oleum sive vn-
guentum sicut patet in re hispida
sive aspera Certum magdalena
fuerat dura ad contritionem arida
ad devotionem congelata ad amorem
hispida per gravem famam et opi-
nionem Sed que sic erat dura
sensit ignem i. divinum amorem
de quo dicitur Quoniam dilexit mul-
tum Et ideo liquefacta est ad
primam et contritionem Unde po-
terat dicere cum propheta factum
est cor meum tanquam cera lique-
scens propter quam cum cristus
locutus est illud verbum Remittuntur
tibi peccata tua / cor eius lique-
factum est in primam Cant. 5
Anima mea liquefacta est ut di-
lectus locutus est etc. Quia erat
arida iuxta illud Ps. Anima
mea sicut terra sine aqua tibi /
habuit aquam lacrimarum per quam
tota facta est humida et iocunda
Eccl. xliiiio Effundam aquam
super sitientem et fluenta super
aridam Quia erat tota congelata
iuxta illud Eccl. 43 frigidus
ventus flavit aquilo i. temp-
tatio diaboli ipsam totam congelavit
Ideo flavit auster i.
spiritus sanctus et fugavit aquilo-
nem i. omnem dyabolicam
temptationem iuxta illud Cant.
iiiio Surge aquilo et veni
auster et perfla ortum meum

i. magdalena et per fluit aromata illius i. virtutes eius Job 37 ratione vestimenta tua i. opera tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro i. anima que debet esse fecunda repleta fuit spiritu sancto anima habebat fecundam famam. Sicut per ea odoriferum unguentum i. redolentiam virtutum que sua memoriam toti mundo infudit quod signatum est Johannis 12 Maria accepit libram unguenti nardi pistici preciosi et unxit pedes Ihesu et domus tota impleta est ex odore unguenti. Anima tota ecclesia que est domus dei cuius fama odorifera est repleta. Sicut enim unguentum cor et domus delectat sic fama sanctorum odorifera ecclesias dulcorat. Proverbiorum 27 unguento et variis odoribus delectatur cor et bonis amici consiliis anima dulcoratur. Et sicut odor unguenti postquam unguentum desinit et ad locum alium transfertur adhuc tamen odorem bene retinet et sua suavitate delectat et virtute confortat sic memoria sanctorum postquam eorum transitum de mundo et remanent per recordationem et delectat per meditationem et confortat per bonam imitationem. Memoria autem impiorum nulli animo delectatur iuxta illud psalmi periit memoria eorum cum sonitu et dominus etc. Sicut fecit in illud proverbiorum Memoria iusti cum laudibus nomen autem impiorum putrescet. Memoria autem magdalene suavis est in corde dum cogitatur in aure dum auditur in ore dum dicitur aut predicatur. Sicut dicitur de Josie Ecc. 49 Memoria Josie in compositione odoris in corde ad medicandum et sicut musica in aure ad audiendum et sicut mel in ore ad dicendum et ad predicandum quia tunc suavior efficitur. Quod corda quamvis vino spiritus sancti letificantur. Secundo amor dei facit in ipsa mentis inflammationem ut possit dicere cum propheta In meditatione mea exardescet ignis. Sicut enim ex percussione duriorum lapidum excutitur sic in corde magdalene in suis meditationibus magnus ignis amoris inflammabatur. Duo lapides in magdalena fuerunt scilicet meditatio suorum peccatorum et meditatio divinarum misericordiarum. Istos duos lapides ad invicem conagitabat et inde magnum amoris ignem concutiebat. Vel duo lapides erant dulcia verba Christi que audiebat et facta eius exempla que videbat que in corde suo revolvens magnum ignem inde excutiebat. Vel duo lapides erant timor et amor et quorum agitatione excutiebat ignem doloris propter timorem et sancti desiderii propter amorem. Ideo poterat dicere cum psalmo Inflammatum est cor meum et renes mei commutati sunt et ego ad nihilum redactus sum et nescivi. Ignis enim spiritus sancti ipsam cum esset frigida inflammavit quam inflammationem accepit ex consideratione suorum peccatorum et divinarum misericordiarum et ideo dicitur Inflammatum est cor meum. Ipsam cum esset lasciva et levita immutavit quam immutationem accepit ex cogitatione verborum et exemplorum Christi et ideo sequitur et renes mei

Nota ignis amoris fuit in meditatione

comunicati sunt. Ipsam cum esset
superba humiliavit et ad nichilum
redegit quia humiliacionem accepit
ex consideracione divini timoris et
amoris. Et ideo subditur: et ego
in nichilum redacta sum et
nescivi. Amor enim dei annichi-
lavit in ea omnem terrena [illegible]
quia omnia deseruit. Cant. 8
Si dederit homo omnem substanciam
suam pro dilectione quasi nichil de-
spiciet eam. Annichilavit carnem
suam quia ipsam dure afflixit
et mansit secundum illud quod dicit
apostolus Coll. 3 Mortificate membra
vestra que sunt super terram. An-
nichilavit eius mentem et
voluntatem propriam quia nichil
se esse et nichil se valere estimat.
Galat. 6 Qui putat se aliquid
esse cum nichil sit. Certo a-
mor dei facit in ipsa mentis
vulneracionem. Fuit enim vulne-
rata sagitta doloris qui eius
cor scindit. Joel 2 Scindite cor-
da vestra et non vestimenta
vestra. Sagitta amoris qui cor
eius cum mundo unitum divisit.
Cant. Secundum aliam translacionem
vulnerata caritate ego sum.
Sagitta timoris que omnem sa-
niem peccati de corde eius edu-
xit. Job 6 Sagitte domini sunt
in me quarum indignacio id est
timoris consideracio ebibit id est con-
sumit spiritum meum [illegible]
et superbiam meam. Ecclesiastici 1o
Timor domini expellit peccatum. Sa-
gitta fervoris quo sponsum fervent(er)
inveniendo desideravit et iste
fervor quedam sagitta fuit que
ipsam ad inquirendum excitavit.
De ipsa sagitta fervoris dicitur in psalmo
Sagitte potentis acute. Quinto

amor dei facit in ipsa aliene-
acionem mentis. Amor enim
dei facit hominem magis esse
in deo quam in seipso. Dyonisius
Est enim amor dei extasim
faciens non dimittens sui ipsius
amatores sed amandorum. Sic et
spiritus marie magis erat in christo
in ipsa et forte post resurrectionem
ideo ipsum non cognoscebat quia
in seipsa non erat. Unde Origenes
in omelia loquens ad christum
sic dicit: Joseph posuit in mo-
numento corpus tuum. Maria
ubi prius sepelivit spiritum suum
et ita indissolubiliter coniunxit
et quodammodo univit cum corpore
tuo ut facilius posset separare
animam se vivificantem a corpore
suo quam spiritum te diligentem
a defuncto corpore tuo. Spiritus
enim marie magdalene magis
erat in corpore tuo quam in corpore
suo. Et quamvis ipsa requiescebat cor-
pus tuum requiescebat et spiritum suum.
Quid ergo mirum si te nesciebat
que non habuit spiritum secum quo
scire debebat. Ideo forsitan non
cognoscit te quia non erat in
se sed apud te et extra se.
Sexto amor dei facit in ipsa
mentis ebriacionem. Ebrietatis
enim presumit impossibilia contempti-
bilia parvipendit et dampna.
Quia ista maria spiritu sancto
plena et ebria erat ideo im-
possibilia presumebat quando di-
xit: Domine si tu sustulisti eum
dicito michi et ubi posuisti eum
et ego eum tollam. Non enim
attendebat ad proprii ponderis
femineus nec ad imbecillitatem
mulieris. Amanti enim nichil
impossibile videtur. Ideo ait

christum et facile videbitur omne diffi-
cile. Ipsa enim pericula contempnebat
unde dicit Origenes in omelia. Jo-
seph timuit et non erat ausus tollere
corpus ihesu nisi de nocte et nisi
hoc peteret a pylato. Maria non
postulat nec nocte timet ut
quemquam videt sed audacter
promittit ego eum tollam. Mi-
ra quia si corpus positum esset
in domo principis sacerdotum ubi
principes apostolorum timuit quod idem
eius fuisset. Ego enim eum tollam.
Ipsa etiam temporalia dampna parvi-
pendebat non enim contenta erat
in domum cum sorore sua recipere
sed et in via sibi necessaria mini-
strare. Ipsa unguenta preciosa non
christi pedibus adhibebat modo
super caput infundebat modo totum
corpus ungere volebat. proverbiorum 12
Qui negligit dampnum propter
amicum iustus est etc. Sequitur

Sextus sermo de eodem

Multe filie regnum congrega-
verunt divitias tu sola
supergressa es universas
proverbiorum ultimo. Anime fideles que
sunt filie regis dei multas spiri-
tuales divitias congregant que tamen
maxime consistunt in fide vera
in spe certa in caritate succensa
et in corpore sollicita. In istis di-
viciis spiritualibus beata maria mag-
dalena universas supergressa est
primo videlicet in fide. Habuit autem
fidem magnam vivam perfectam
et veram. Fides magna meru-
it peccatorum remissionem unde dixit
ei dominus luce 7 fides tua te sal-
vam fecit actuum 15 fide purifi-
cans corda eorum proverbiorum 15 per mi-
sericordiam et fidem purgantur peccata.

Fides viva meruit iustificationem
ad romanos 3 arbitramur hominem iusti-
ficari per fidem. Est autem fides
viva quando est operibus coniuncta aliter
non est viva sed mortua Jacobi 2
fides sine operibus mortua est.
Fides prompta meruit christi
visionem. Alii apostoli resurrectionem
christi tarde crediderunt. Marci ultimo
exprobravit incredulitatem
illorum et duritiam cordis. Ipsa
autem ad unum verbum quando christus
dixit sibi Maria ut dicitur Johannis
20. Alii discipuli christum post
resurrectionem audierunt loquen-
tem viderunt comedentem
tetigerunt cicatrices habentem.
Ipsa autem nec comedentem vidit
nec cicatrices tangit sed ad unum
verbum credidit. Quod igitur prius eum
non cognoscebat neque credebat
ex errore sed ex dolore et amore
unde Origenes in omelia. Certe si
errabat errabat indubitanter.
Dico quia ipsa errore se ignora-
bat et quod erat error non procedebat
ab errore sed ab amore et dolore.
Ideo misericors et iustus iudex
amor que habet in te et dolor
que est propter te excusat eam apud
te nec attendas ad mulieris er-
rorem sed ad duplicem amorem
que non pro errore sed pro dolore
et amore plorat. Fides autem
vera meruit eternam remunerationem.
Est autem fides vera de qua dicit
Augustinus. Qui veram fidem habet
de deo non cupiunt in huius mise-
riis divitias fieri. De ista fide
vera dicitur Hebreorum 11 fide moyses
grandis effectus negavit se esse
filium filie pharaonis. Et talem
veram fidem magdalena habuit
quia omnia terrena vendidit et
ad pedes discipulorum posuit.

et ideo etiam renunciacionem requirit unde dicit apostolus de sanctis qui propter christum omnia reliquerant Hebr. 12 Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt iusticiam adepti sunt repromissiones // Secundo requirit spem est autem spes certa expectatio future beatitudinis ex meritis provenientibus et ex dei bonitate procedens In qua descriptione quatuor circumstancie ita ponuntur ibidem Certa enim expectacio de beatitudine futura / ibi secunda (?) ibi est dei misericordia expectatio quidem certa ibi ponitur quia sancti in presenti non sunt in tali vite possessione sed in certa expectatione propterea expecta dominum et custodi vias eius ad phil. 3 Salvatorem expectamus dominum nostrum ihesum christum Istam certam expectationem non habent infideles quia habent vitam nil expectant in quorum persona dicitur Eccl. 3 // Quis novit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum / et si spiritus iumentorum descendat deorsum Prov. 18 Non habent futurorum spem mali Et ista certa expectatio spei est beatitudinis future non miserie (?) pene quia pena non expectatur sed timetur Ab ista tali spe fraudabuntur peccatores inexcusabiles (?) eis vana spes et mendacium (?) inexcusato (?) Ibi est merita requiruntur sine quibus non esset presumptio magna Talem spem non habent presumptuosi qui de dei misericordia nimium presumentes dei bonitate abutuntur et ideo nichil boni operantur Ecce tu (?) dicitur in psalmo labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit Prov. ult. Date ei de fructibus manuum suarum et laudent eam in portis opera eius Certe autem precedentia nil valent nisi adesset dei misericordia

deo quod non cum volentis neque currentis sed miserentis dei // Tercio requirit dei dilectionem mariam et ipsa christum fervente dilexit et christus ipsam vehementer amavit Quod cum ipsa christum fervente dilexit patet ex eo quod ab ipso nunquam poterat separari non cum separari poterat ab ipso comedente Luce vii Ut cognovit quod ihesus accubuisset etc. Joh. 12 venit ihesus in Bethaniam ubi lazarus fuerat mortuus quem suscitavit ihesus / fecerunt autem ei cenam ibi etc. Nec ab ipso docente Luce 10 dicitur de maria que etiam sedens secus pedes domini audiebat verbum illius Nec ab ipso stante Johannis 11 Maria autem cum venisset ubi erat ihesus procidit ad pedes eius etc. Nec ab ipso ambulante sequebatur enim eum in via et ministrabat sibi Math. 20 Erant autem ibi mulieres de longe aspicientes multe inter quas erat maria magdalena secunde (?) sequitur Et cum esset in galilea sequebantur eum et ministrabant ei Nec ab ipso ad passionem pergente Luce 23 Sequebatur autem illum magna turba populi et mulierum et dicitur non est quia nec illa ista (?) prima nec ab ipso in cruce pendente Johannis 19 Stabat iuxta crucem ihesu mater eius et soror matris eius maria cleophe et maria magdalena Nec ab ipso monumentum ingrediente Luce 23 Subsecute autem mulieres que cum ipso venerant de galilea viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus Nec ab ipso in monumento quiescente Math. 16 Maria magdalena et maria iacobi et maria salome emerunt aromata ut venientes ungerent ihesum / Nec ab ipso in

in monumento absente. Johannis 20
Maria stabat ad monumentum fo-
ris plorans. Vel ab isto resurgen-
te. Mathei 28 Vespere autem sabbati
que lucescit in prima sabbati venit
Maria Magdalene et altera Ma-
ria videre sepulcrum et infra et
ecce Jhesus occurrit illis dicens Ave-
te. Ille autem accesserunt et tenuerunt
pedes eius et adoraverunt eum. Vel
ab ipso in celum ascendente. Cre-
dendum est enim quod ipsa cum aliis di-
scipulis presens fuit quando Cristus
in celum ascendit maxime quia
scribitur ~~Mathei primo~~ Actuum 1° quod post
Cristi ascensionem discipuli reversi
sunt in Jherusalem et ascende-
runt in cenaculum ubi apostoli
morabantur et erant perseveran-
tes unanimiter in oratione cum mu-
lieribus et Maria matre Jhesu. Cri-
stus etiam ipsam vehementer
amavit cuius amoris maxime
quatuor fuerunt signa. Primum est quia
eius lacrimas cum ipse pie ex-
audivit. Vidit enim eam flentem
pro peccatis suis et mox peccata
sua sibi dimisit dicens Remit-
tuntur tibi peccata tua. Vidit eam
flentem pro morte ~~eius~~ fratris
sui et lacrimas ipse continere non
potuit sed mox fratrem suum resu-
scitavit. Vidit eam flentem
de hoc quod ipse ducebatur ad mor-
tem et mox lacrimas eius compe-
scuit dicens Luce 23 Filie Jherusalem
nolite flere super me. Vidit eam
flentem pro sublatione corporis
sui et mox se sibi manifestat
dicens Maria. Ecce mirabile signum
amoris quia lacrimas eius susti-
nere non poterat sed mox ipsam ex-
audiebat. Secundum signum amoris
est quia circa pedes suos o-
sculari permisit. Osculum enim
est signum amoris. Fit autem osculum
aliquando ad pedes sicut summo

pontifici, aliquando ad manum
sicut episcopo, aliquando ad os sicut
amicis. Cristus ad osculum pedum
recepit peccatores sed penitentes.
Cuius vero tibi o quicumque es
talis anima non tibi ille locus
vilis atque despicabilis videatur
ubi sancta peccatrix omnia peccata
deposuit et sanctitatem induit.
Igitur hec peccatricibus exemplum pre-
stans. Et tu o misera ut de-
sinas esse misera ad osculum.
Autem manuum recepit quibus
dona gratiarum tribuit. Eccli 29
Donec accipiat osculatur ma-
nus dantis et in promissionibus
humiliat vocem suam. Psalmus
Aperis tu manum tuam et imples
omne animal benedictione. Sed oscu-
lum oris recepit electos quos
de regione longinqua redeuntes
eterna sibi caritate coniungit. Quod
signatum est Luce 15 In filio pro-
digo qui abierat in regione
longinqua cui pater occurrens
cecidit super collum eius et os-
culatus est eum. Sed istud triplex
osculum Cristi Magdalena recepit.
Scilicet ad osculum pedum quando omnia
peccata sibi dimisit. Ad osculum
manuum quando quingentos denarios
sibi donavit id est persona que tene-
batur sibi persolvere ex eo quod quinque
sensus male expendit et decem
precepta dei contempserat sibi remi-
sit. Ad osculum oris recepit eam
quando in eterna beatitudine eam
sibi coniunxit. Quod osculum petit
sponsa dicens Cant. 1° Osculetur
me osculo oris sui. Tertium signum
est quia multa beneficia sibi dedit
et in persona sua quia septem
demonia ab ipsa eiecit. Et in
persona fratris sui quia ipsum qua-
driduanum resuscitavit. Et in
persona sororis sue quia suam

Quibus ipsam a fluxu sanguinis
liberavit et in persona domicelle
sue quia ipsam ut illud Luce 11 Beatus
venter qui te portavit exclamans
dicitur dignam fecit Tertio regis
est quia sua secreta sibi reve-
lavit videlicet tibi predixit suam
passionem Mathei 26 Mittens hec
unguentum hoc in corpus meum
ad sepeliendum me fecit Fecit
eam videre suam resurrectionem et
primo sibi quam ceteris apparuit
Marci 16 Fecit eam audire an-
gelicam iubilationem Ita sicut
in eius legenda habetur quod qualibet
die septem horis canonicis in
ethera ab angelis elevabatur et
celestium agminum gloriosos concen-
tus corporalibus etiam auribus au-
diebant Fecit eam gustare cele-
stem dulcedinem Tamen sit
(?) hec diebus singulis talibus
dapibus satiata corporalibus
alimentis nullatenus Tertio habuit
bona opera scilicet opera pietatis et
misericordie magnanimitatis et constantie
opera humilitatis et ~~[illegible]~~ [illegible]
habuit quod septem opera misericordie
que exercuit erga dominum Ita ipsum
induit bysso puritatis et purpura
caritatis et humilitatis iuxta illud parabola
vestiebatur bysso et purpura indumen-
tum eius ipsum pavit et potavit
et corporaliter Iohannis 11 fecerunt ei
cenam scilicet martha et maria
martha ministrabat lazarus vero unus
erat de discumbentibus et spiritualiter
unde dicit Gregorius Apud phariseum
veritatis pascebatur foris apud ma-
(?) peccatricem sed penitentem
pascebatur intus Ipsum hospitio rece-
pit et ad literam Luce 10 Intravit
ihesus in quoddam castellum et
mulier quedam martha nomine
excepit illum in domum suam

f

Et habuit erat soror nomine ma-
ria et sedit in corde suo quia
de ipso corde suo fecit mansionem
sibi fecerat Iuxta illud Iohannis 14
ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus Ipsum in tribu-
latione positum visitabat visita-
bat enim scilicet in cruce cum crucifixus
erat Iohannis 19 Stabat iuxta
crucem ihesu mater eius et soror
matris eius maria cleophe et
maria magdalene Eius sepulture
obsequium prebuit Marci 16 Maria
magdalene et maria iacobi et
salomee emerunt aromata ut
venientes ungerent ihesum Habuit
secundo opera magnanimitatis et constantia
quia constantia magne extitit
tempore passionis domini respectu
discipulorum Nam illa ungebat
illi murmurabant Illa iuxta
crucem stabat illi fugiebant
Illa stabat ad monumentum
illi latebant in domo ianuis
hostium clausum Illa aromata
portabat illi tamquam desperati
manebant unde dixerunt duo
ex illis Luce ultimo Nos spe-
rabamus quod ipse redempturus esset
israel Habuit tertio opera humilitatis
et penitentie de quibus habetur
Luce vii Stans retro secus pe-
des ihesu etc Illa enim que tunc
fecit christo et fuerunt grata
munera ad largiendum et grata
opera ad satisfaciendum et grata
remedia ad placandum et
mistica ad significandum grata
quidem munera fuit quia christo
dedit munus a corde quod est ve-
hementia amoris cum dicitur
Quoniam dilexit multum Munus
ab ore cum dicitur et osculabatur
pedes eius Munus a manu

cum dicitur unguento ungebat
Animus ab obsequio cum dicitur
lacrimis cepit rigare pedes eius
et capillis capitis sui tergebat
Istud quadruplex antiqui consue-
uerunt suis hospitibus exhibere
et ideo phariseus reprehenditur
quod nullum istorum exhibere christo cu-
rauit Exhibebant enim nimis
a corde quia ipsos excipiebant
ex caritate Istud non exhibebat
phariseus quia parum dilexit
unde dicitur Cui autem minus dimi-
titur sicut cui parum est dimis-
sum putas Animus ab ore scilicet
osculum et hoc in signum securi
hospicii Sed istud phariseus non
exhibuit Et ideo dicit osculum
michi non dedisti hec autem etc.
hec scilicet mulier tu vir // hec peccatrix
tu phariseus hec legis ignara
tu legisperitus Exhibebat eciam
minimus a manu quia scilicet un-
gebant caput oleo confecto ex
speciebus aromaticis habentibus
virtutem refrigeratiuam Et ista
unctio fiebat in magno estu
ad refrigeracionem Sed istud unum
phariseus non exhibuit Et ideo
dicit aquam pedibus meis non
dedisti quod tamen erat facile quia
tale lauacrum est ab exteriori e-
lemento quod hec autem lacrimis (?)
Quod fuit valde difficile quia
tale lauacrum est ab interiori et
de aqua que non est omnibus ob-
uia sed cum cordis contricio Secundo
ista opera que magdalena ex-
hibuit fuerunt grata opera ad sa-
tisfactionem Solent enim vane mu-
lieres multum offendere deum in
osculis in capillis in ore et
in unguentis In oculis quidem
autem impudice respiciendo
(Augustinus) Impudicus oculus impu-
dici cordis est nuncius Aut
lascivos nutus faciendo ysa. 3o

Ambulabant extento collo et
nutibus oculorum ibant et plaude-
bant etc. Aut ipsos oculos aut super-
cilia eleuando Eccli 26 Fornica-
cio mulieris in extollencia o-
culorum et in palpebris illius agno-
scitur In capillis uero uel ipsos
tingendo ut pulchriores appareant
uel ipsos componendo uel auro uel
gemmis ornando Ista duo prohi-
bet apostolus dicens 1 Thimo 2
Mulieres in habitu ornato cum vere-
cundia et sobrietate ornantes
se non in tortis crinibus aut auro
uel margaritis 1 petri 3 Mulieres
subdite sint viris suis
quarum non sit extrinsecus capilla-
tura aut circumdatio auri etc. In ore
autem uel impudica oscula dando
Prouerbiorum 7 Apprehensumque deosculatur
iuuenem uel uerba lasciua
sepe dando Eccli 9 Colloquium
illius quasi ignis exardescit
uel nimis voluptuose comme-
dendo Ieiunia (?) uenter uero comesationibus
estuans despumat in libidinem In
unguentis eciam que faciebus suis
adhibent uel ad dealbandum
Et quia in istis forte magdalena
peccauerat Ideo in omnibus istis
satisfaciebat Sapiencie 11 per que
peccat quis per hec et torquetur
Iheronimus pro unguentis uarijs lacri-
mis et fletu impleuit capit (?)
... (?) quia loca in quibus letari
ante consueuerat tunc in lacrimas
compleuit Gregorius Quod in se ha-
buit oblectamenta tot de se re-
perit holocausta conuertit ad virtutum
numerum // numerum enim ut totum seruiret
in penitencia quicquid de se deum
offenderat in culpa // Tercio hec opera
que fecit christo fuerunt grata re-
media ad deum placandum
Sicut quidam videtur sibi esse

rarus durus elongatus inflexibilis sine impietate. Quia igitur
videbatur rarus adhibuit consulendo
ut ipsum sibi reconciliaret consilium
enim reconciliationis est signum.
Quia durus composuit unguenta
ut ipsum ad misericordiam flecteret et mollificaret. Unde potest cristus dicere
Cant. 1. Currimus in odorem
unguentorum tuorum. Quia erat elongatus composuit unctus de quibus finem facit per quem
cristum ad se traheret nec poterit
ipsa se ad ipsum trahere posset. Deus
enim cum ubique sit prius ad nos
non trahit sed nos ad ipsum trahimur. Johannis vi. Nemo potest venire
ad me nisi pater qui misit me
traxerit eum. Quia videbatur esse
invictus adhibuit lacrimas quibus
ipsum vinceret et superaret. Lacrime
enim non tantum sunt voces quibus
deus audit auditu suo accommodat iuxta illud psalmi. Auribus percipe lacrimas meas. Non tantum sunt
clamores qui ad eum vociferant
et clamant iuxta illud Eccl. 35
Nonne lacrime vidue ad maxillam descendunt et exclamatio
earum super deducentem eas. Sed
et sunt vehementes oraciones que deum vincunt et vicunt
Osee 12. Invaluit scilicet Jacob ad
angelum id est ad deum tamquam prout
ille erebat per que autem modum
invaluit. Subdit autem dicens
flevit et rogavit eum. Quarto
illa opera que cristo fecit fuerit
ministra ad desiderandum. Rigabat siquidem corpus eius lacrimis
quia fuerat sanguine cruentatum
tergebat capillis quia sputis
fuerat deturpandum. Amplexabatur
osculis quia fuerat alapis cedendum ungebat unguentis quia
fuerat vulneribus fodiendum.
Quod enim unctio maie fuit ministerium passionis domini testatur
dominus dicens Math. 26. Mittens
enim hec unguentum hoc in corpore
meum ad sepeliendum me fecit.
Amen dico vobis ubicumque predicatum fuit evangelium hoc in toto mundo dicetur quod hec fecit in memoriam eius etc.

Sermo sextus de eodem

Remittuntur tibi peccata tua
Luce 7. In presenti evangelio
fit mentio de tribus scilicet
de medico qui sanavit et de
remittuntur denunciante quam
sanavit cum dicitur tibi scilicet peccatrici. Et a morbo a quo sanatum dicitur peccata tua. Circa medicum nondum quod ipse sanavit
eam visu iussu tactu et attractu. Sanavit quidem eam visu quia
vidit eius infirmitatem et contritionem et ideo dedit sibi sanitudinem. Unde et pharisei eum
inducit ad videndum dicens
vides hanc mulierem. Quasi diceret
non vides sicut ego video quia
si videres nec me vituperares
nec ipsam contempneres. Et quia
visu cristi sanata fuit potest
dicere illud psalmi. Quia respexisti
humilitatem meam salvasti de
necessitatibus animam meam. Dicitur
quod animal quod vocatur linx radiis
oculorum suorum corpora quecumque
opaca et condensa penetrat
Regulus etiam sive basiliscus aliqua suo visu occidit radiis et
solares terram penetrantes aurum
dicitur in terre visceribus generare.
Cristus igitur suo visu peccatoris
seu peccatricis cor quasi funditus
penetrat et eius contritionem
aspexit et ideo non immergit sibi

alienum coctorem primam quia vidit
eius contritionem perfectam ipse enim
eius animales et brutales motus
in ea occidit et sibi per veram
amorem incorporavit Deut. 32
Ego occidam et ego vivere faciam
ipse est in suo respectu aurum
quem in corde suo conservavit (?) et io-
tria verba sibi christus locutus est
unum per quod eius fidem plenam
et contritionem comprobavit cum dixit fi-
des tua te salvam fecit aliud per
per quod omnia peccata in ea occidit
cum dixit Remittuntur tibi peccata
tua aliud per quod gratiam suam
sibi tribuit cum dixit vade in pace
Secundo sanavit eam iussu cum dixit
remittuntur tibi peccata multa eam
sicut dicitur Omnia divino precepto
obediunt scilicet superiora [illegible] facientes
vim illius ad audiendum etc. Et
corpora celestia Baruch 3o stelle
autem lumen dederunt in custodiis
suis et vocate sunt et dixerunt
adsumus Inferiora sicut elementa Mt
septimo Qualis est hic quia venti
et mare obediunt ei Soli autem
resistentiam invenit in mediis
id est in hominibus qui sepe sibi in vo-
luntate resistunt Iob 21 dixerunt
deo recede a nobis scientiam viarum
tuarum nolumus Tertio sanavit eam
tactu quia scilicet ipsa tangere meruit
pedes eius sicut dicitur Luce 6
virtus de illo exibat et sanabat
omnes Dicitur quod virtus est in tribus
scilicet in verbis herbis et lapidibus
Omnia autem ista christus est in nobis
Est enim verbum quantum ad deitatem
Iohannis 1 In principio erat verbum
Est herba quantum ad carnem Ysa 40
Omnis caro fenum Est lapis precio-
sus quantum ad utramque scilicet naturam divinam
et humanam Ysa 28 Ecce ego mit-
tam in fundamentis Syon lapidem
angularem probatum preciosum
in fundamento fundatum Ideo

ergo fuit mirum si fuit sanata
que tangebat verbum dei tam gra-
ciosum cuius tactus est virtute mun-
dandi Ecce [illegible] Primo illius pietatis plenum
est verbum hominis audiri potest tangi
non potest ipsa autem verba dei et audiebat
aure cordis et tangebat devocione
mentis Nunc tangebat herbam
tam virtuosam que est virtutis ab-
luendi et dealbandi Sicut petebat
psalmista dicens Asperges me domine ysso-
po etc. Nunc tangebat lapidem
tam preciosum qui habebat virtutem
sanandi et vivificandi 1 Pet 2o
Ad quem accedentes lapidem vivum
ab hominibus quidem reprobatum a deo
autem electum etc. Phariseus autem de
isto tactu christum iudicabat dicens
Hic si esset propheta sciret utique que
et qualis esset mulier que tangit
eum quia peccatrix est Gregorius in
omelia Ecce phariseus apud se
vere superbus et fallaciter iustus
egram reprehendit de egritudine
et medicum de subvencione que
profecto mulier si ad pedes pharisei
venisset pro calcibus repulsa disce-
deret Petrus Ravennensis Erras phari-
see lutum tangit solem sed non
inquinat solem medicina cum tangit
vulnera putredo non corrumpit iu-
dicem quamvis tangat reus maculare
non potest Et vocat hic christus solem
medicina et iudicem Magdalena
autem in quantum fuit peccatrix vocat
lutum vulneratam et ream Sol igitur
tetigit lutum et ipsum mutavit in
aurum quando dixit Remittuntur tibi peccata
tua vulnerata tetigit medicum
et reportavit salutis remedium
quando dixit christus fides tua te
salvam fecit rea tetigit iudicem
et reportavit sententiam salutarem
quando christus pro utraque parte allegavit
tandem pro ipsa sententiam dedit (?)
post quod dico tibi Remittuntur
ei peccata multa Quarto sanavit

ipsum et comitatur tantum sue dig=
nitatis Traxit autem ipsam sua ama=
bili visione sua potenti digna=
cione sua interna inspiracione sua
odorifera conversacione et magdalene
devota oracione Traxit quidem
eam sua amabili visione In fa=
cie enim cristi splendor divinitatis
refulgebat qui ad se peccatores tra=
hebat Ieronimus super mathei Certe
fulgor ipse et maiestas divinitatis
occulta que eciam in humana facie
refulgebat Ex primo ad se videntes
trahere poterat aspectu Hester 15 Valde
enim domine mirabilis es et facies tua
plena est graciarum Traxit eciam
sua potenti dignacione unde
subdit Sicut enim in magnete lapide
hec esset virtus dicitur Ita multo magis
dominus omnes creaturas ad se trahere
poterat quos volebat Iohannis 6
Nemo potest venire ad me nisi pater
qui misit me traxerit eum Traxit
ipsam interna inspiracione unde
dicit Bernardus in omelia Quid mi=
ramur sororem mariam venientem ad
dominum suscipientem / suscipientem
dicam an trahentem et suscipi=
entem quia nimirum ipse eam pri=
mitus traxit intus qui postmodum
suscepit foris Traxit eam sua
odorifera conversacione unde poterat
dicere Canticorum 1 Trahe me post te cur=
remus in odorem unguentorum
tuorum Sicut Crisostomus eius mansuetu=
dinem que in te predicatur Curri=
mus post te domine ihesu audientes quod non
spernis pauperem peccatorem non
horrescis Traxit eam ipsius mag=
dalene devota oracione qua devo=
cionem per suas lacrimas ostendebat
Augustinus super Iohannem Quem trahat
et quem non trahat, quare istum
trahat et illum non trahat noli velle
iudicare si non vis errare Ecce multi
per oraciones videntur ad nos trahere
deum / tum ipsi trahimur ad ipsum cum
ipse ubique sit presens sicut ponitur exemplum
de homine in cathena et in fune

Sicut enim per quandam cathenam
sursum trahentes videntur in=
tantum manibus ad nos trahere cathe=
nam revera autem trahimur ad cathe=
nam Sicut eciam in navi existentes
per quosdam funes trahuntur ad la=
pidem videntur lapidem trahere
ad navem revera autem trahimus
navem ad lapidem // Secundo fuit
inventio de infimo eius dicitur in
auctoritate proposita Tibi scilicet pecca=
trici non enim proprio nomine appellat
ubi duo videnda sunt scilicet quare
ipsam proprio nomine non vocavit // 2a
quare peccatum suum specialiter non exprimit
In hoc quod non posuit nomen suum
dat intelligere quod peccatores a
deo non cognoscuntur Psalmus Nec
memor ero nominum eorum per labia
mea Matthei xxv Amen dico vobis
nescio vos Quia enim peccator per=
didit esse ideo perdidit nomen
Amittit quidem esse naturale quia in
bonis naturalibus spoliatur Amittit
esse gracie quia bonis gracie pri=
vatur In convertendo inimicum meum
retrorsum infirmabuntur et pe=
ribunt a facie tua Et post esse
nature tristi ad penam In hoc quod
vocat eum inimicum suum ostendit
quod perdidit esse gracie In hoc quod dicit
infirmabuntur ostendit quod perdidit
esse nature In hoc quod dicit peribunt
a facie tua ostendit quod perdidit
esse glorie Sunt autem tria genera
peccatorum que in scriptura non no=
minantur scilicet luxuriosi sicut hic
avari sicut ille dives de quo
legitur Luce 16 Homo quidam erat
dives proprio nomine non exprimitur
Superbi sicut superbia sicut dicitur
in psalmo Domine deus meus
si feci istud si est iniquitas in
Quod de superbia potest intelligi
Ideo igitur luxuriosi avari et
superbi proprio nomine non nominantur ad in=
nuendum quod a deo non cognoscuntur

Sequuntur peccata carnis que licet fuerint carnalia tamen non exprimuntur sed tantum in generali peccatrix vocatur ad innuendum quod talia peccata non solum non sunt facienda sed nec etiam nominanda Ephe. v Fornicatio autem et omnis immundicia aut avaricia non nominetur in vobis sicut decet sanctos aut turpitudo etc. Quoniam Rabi moyses in lingua ebraica vocat peccata quia et a deo fuit instituta et fuit prima et prius quosdam erit novissima In qua non invenitur nomen per quo turpitudo aliqua nominetur sed per circumlocutionem talia exprimuntur Legitur Apocalypsis 9 quod de ore equorum procedebat ignis sulfur et fumus Isti equi sunt de quibus dicitur Iere. v Equi amatores in feminas ab istorum ore saepe procedunt verba ignita que in auditoribus concupiscentiam inflamant verba fetida que fetorem generant verba tenebrosa que etiam mentem obnubilat Tercio sit inventio de morbo cum dicitur peccata multa Carnis quidem peccata fuerunt multa et publica et carnalia Multa quidem fuerunt quia cum Ex qua septem demonia eiecta fuit quia omnibus viciis plena fuit Causa autem tot peccatorum in ipsa quadruplex esse videtur Una est pulcritudo corporis que multis mulieribus est causa ruine Proverbiorum ultimo Fallax gratia et vana est pulcritudo Est enim fallax quia decipit amantem et videntem Est vana quia habet apparentiam et modicam essentiam et permanentiam Ysaie xl° Omnis gloria eius quasi flos feni Proverbiorum xi Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua Quando mulier habet fatuitatem et turpitudinem non est periculum quia a nullo sollicitatur nec deprecatur Quando habet pulchritudinem et sapientiam simul non est periculum quia sapiens mulier se custodit Sed quando habet pulchritudinem et fatuitatem tunc saepe sicut sus in luto immundicie se ingurgitat Secunda causa fuit habundantia temporalis rei quia valde dives fuit et quia rerum habundantiam voluptas sequitur delicijs corporis effrenate se dedit Psalmus Prodijt quasi ex adipe iniquitas Ezech. xvi Ecce hec fuit iniquitas Sodome sororis tue superbia saturitas panis et habundantia vini etc. Tertia causa fuit securitatis libertas quia sui domina erat et nullius timore coercebatur Mulier autem quando nullum timet et libertatem habet saepe vitam suam maculat et dehonestat Ideo dicitur Eccl. vii Filie tibi sunt serva corpus illarum et non ostendas hilarem faciem tuam ad illas Dicit Ieronimus quod nullum preceptum diligentius uxoris custodia cum impudica custodiri non possit pudica non debeat Quarta causa fuit otium mentis Eccl. xxxiii° Multa enim mala docuit ociositas Ideo dicit Ieronimus Semper aliquid boni facito ut dyabolus te inveniat occupatum Fuerunt ergo eius peccata unde dicitur Que erat in civitate peccatrix Peccatum autem fornicationis dum adhuc in corde est per consensum offendit deum et est grave dum vero exit in actum offendit deum et proximum et est gravius Quando vero exit in publicum offendit deum corrumpit proximum et ecclesiam scandalizat Quia igitur eius peccata fuerunt publica ideo erant valde gravia Sed sicut dicitur Ro. v Ubi autem habundavit delictum superhabundavit et gratia Sunt ergo eius peccata carnalia

que secundum Gregorium sunt maiores inqui-
nacione in actibus cum inquinat quasi cetera
vicia et peccata Ideo rei vilissime
et inmunde comparantur sicut luto et
sterquilinio Ecclesiastici 9 Omnis mulier que est
fornicatoria quasi stercus in via
conculcabitur Invidia quidem et ceteram
inquinat et ledit conscienciam Eciam
invidia conscienciam inficit et cor-
rumpit Proverbiorum 13 putredo ossium invi-
dia Tristicia vero ipsam corruptam
funditus consumit 2 Corinthiorum
septimo Seculi tristicia mortem
operatur Similiter avaricia et vana gloria
ledunt vitam id est bona opera et om-
nia enim avaricia multa bona
facta sunt et si aliquis de domo
facit tota domus conturbat Proverbiorum 17
Conturbat domum suam qui sectatur
avariciam Vana gloria vero si qua
bona facta fuerint perdit et ad
nichilum deducit Unde dicitur de
talibus Mathei 6 Amen dico vobis
receperunt mercedem suam Simi-
liter superbia et ira ledunt famam
et conversacionem mutuam quia superbi-
a facit hominem odiosum Ecclesiastici 10
Odibilis coram deo et hominibus
est superbia Ira vero facit homines
rixosos Proverbiorum 17 Vir iracundus
provocat rixas Similiter gula ma-
culat corpus Ysaie 28 Omnes
mense replete sunt sordium
vomitu Proverbiorum 21 Qui vinum diligit
et pinguia non ditabitur cum inguritat
et plus sitit id est valde depaupera-
bitur Luxuria vero ista omnia ma-
culat et inficit et corrumpit Ita
ledit conscienciam quia ipsam amaricat
Proverbiorum 5 Favus distillans labia
meretricis Novissima autem illius
amara quasi absinthium Ledit vitam
quia omnia bona et omnia merita
annichilat Job 31 Ignis est us-
que ad consumacionem devorans et
omnia eradicans germinia Fa-
mam eciam inquinat Ecclesiastici xlvii
dicitur de Salomone Inclinasti femo-
ra tua mulieribus et dedisti ma-
culam in gloria tua Corpus eciam fedat
Ecclesiastici 23 polluerat carnem stupratus
I Corinthiorum vi Qui fornicatur in cor-
pus suum peccat Substanciam eciam temporalem con-
sumpat ut dicitur Luce 15 de filio
prodigo quod dissipavit omnem substanciam
suam vivendo luxuriose Contra-
ria vero conscienciam delectat meritum
accumulat famam decorat corpus
conservat et temporalia bona accumulat

Sermo primus de sancto Iacobo maiore sequitur

Vidit Ihesus duos fratres Iaco-
bum zebedei et Iohannem
fratrem eius in navi cum zebe-
deo patre eorum reficientes reti-
a sua et vocavit eos Illi autem
statim relictis retibus et navi
et patre secuti sunt eum Mathei 4
Magistras istorum discipulorum qui non quidem
hominem per nec per angelum
sed per ipsum dominum sunt vocati
qui tanti dulcedine sunt affecti
quod omnia temporalia reliquerunt et
patrem senem protinus dimiserunt
Dignitatis autem et commendacionis
beati Iacobi ex verbis premissis quo-
tum ad quatuor colligi potest Primo
quantum ad primus denominacionem
In eo quod dicitur Iacobum et Iohannem
fratrem eius Cognominatus est enim
frater Iohannis sicut dicitur Actuum
12 Occidit autem Iacobum fratrem
Iohannis gladio Secundo quantum ad ipsius
cognacionem in eo quod dicitur cum
zebedeo patre eorum Cum enim ze-
bedeus habuit in uxorem soro-
rem beate marie Si ergo Iacobus
fuit filius zebedei manifestum
est quod ipse fuit nepos beate marie
et consanguineus Christi Tercio quantum
ad vocacionem cum dicitur Et voca-
vit eos Quarto quantum ad perfectionem

cum dicitur Illi autem statim relic-
tis retibus et patre secuti sunt
eum perfecte enim beatus Jacobus a
christo conversus fuit quia nihil sibi
retinuit sicut scribitur Beatus Jacobus
commendabilis quantum ad denominatio-
nem cum tenuit unum nomen scilicet proprium
Jacobus et quatuor cognomina
dictus est enim Jacobus zebedei
frater Johannis Jacobus boanarges
et Jacobus maior que ostendit
quod ipse fuit magne sanctitatis et
vite / et ideo dicitur Jacobus sup-
plantator quia omnia vicia sup-
plantavit et vicit Quod ipse fuit
magne virtutis et gratie Ideo dicitur
Jacobus zebedei qui interpretatur
dotatus quia omnibus virtutibus
et gratie dotatus fuit Qui autem ista
dote caruerit ad amplexum sponsi
celestis pervenire non poterit Quod
ipse fuit magne dignitatis et
excellencie ideo dicitur frater Johannis
magna enim dignitas est esse
fratrem illius quem deus [illegible]
tantum dilexit quod in sinu christi
recubuit cui christus matrem
commendavit qui in paradisum
paradisorum introductus fuit ubi
illud verbum scilicet In principio erat
verbum audire promeruit Quod ipse
fuit gratiosus in predicatione et
ideo dicitur Boanarges id est filius
tonitrui quia vox sue predicationis
audita fuit dormientes id est peccatores
excitavit demones terruit et
fugavit plurima salutare ad-
duxit Quod ipse fuit magne
humilitatis in conversatione Ideo dicitur
Jacobus maior quia qui se humi-
liat exaltabitur Quia enim fuit
primus in sancto magnus meru-
it fieri coram deo / Licet alia
racione dicatur ex eo quod scilicet ante
alium Jacobum est vocatus / Secundo
fuit commendabilis quantum ad co-
gnationem quia fuit nepos virginis

et consanguineus christi et ideo
quadam prerogativa diligitur
a virgine et a christo Sicut enim
mali consanguinei diligendi sunt
inquantum homines et propinqui sed
odiendi inquantum mali Sic boni
sunt inquantum homines et inquan-
tum boni et inquantum propinqui
Cum scribitur christus tenuit ordina-
tissimam caritatem servavit in
diligendis ordinem caritatis
Quis autem sit ordo caritatis
ostendit ambrosius exponens id
Cantic. Ordinavit in me caritatem
multorum quia caritas est inor-
dinata Quod in primo est ponit
tertium vel quartum / primo deus di-
ligendus est secundo parentes deinde
filii post domestici Qui si boni
sunt malis filiis preponendi sunt
Iste est ordo ponitur tertio libro
sententiarum ubi sic dicitur differenti af-
fectu non pari diligamus primo et
ante omnia deum secundo nos ipsos
tertio parentes inde filios et fratres
post domesticos demum inimicos
[illegible] primo deum post [illegible]
post ponis amicos / hostes post
corpus hic hec ostendit amanda
Tertio fuit commendabilis quantum
ad sui conversionem quia ipsius con-
versatio non fuit tarda sed festina
quod notatur cum dicitur statim Eccl. 5
Ne tardes converti ad dominum et ne
differas de die in diem et prov. 3
Ne dicas amico tuo vade et re-
vertere et cras dabo tibi cum statim
possis dare Item fuit semiplena
sed perfecta Quod notatur cum dicitur
relictis retibus et Sunt enim qui
peccatum relinquunt et peccatum reti-
nent sicut ananias et zaphi-
ra Act. 5 Sunt qui nihil habent
in re sed tamen habent voluntatem
habendi proverb. 13 Est quasi
dives cum nihil habeat Sunt qui relinquunt
omnia et re et voluntate tamen

ad illa propter modicum renunciantur
Contra quos dicitur Luce 9 Nemo
mittens manum suam ad aratrum
et respiciens retro aptus est regno
dei. Iste autem omnia reliquit et vo-
luntatem habendi non habuit
et ad ea ultimus non redijt. Pro-
fuit eciam quo ipso singularis sed co-
mitiva quia quatuor primitus vocati
sunt scilicet Petrus et Andreas
Jacobus et Johannes. Cuius racionem
Alanus assignat racionem scilicet isti
quatuor ideo sunt insimul fuit
vocati ut in hoc futurorum evan-
gelistarum quadrangulum mistice pre-
signaretur. Aliam racionem assignat
Rabanus dicens Primus fidelibus
fit Symon abdicendo Petrus
peccatum suum agnoscendo Andre-
as labores viriliter paciendo Jaco-
bus vicia supplantando Johannes
divine gracie ascribendo. Aliam
racionem assignat Remigius dicens
Per hos quatuor principales
virtutes signantur. Prudencia enim
refertur ad Petrum propter divinarum
cognitionem. Justicia ad Andream
propter operum vilitatem. Fortitudo
ad Jacobum propter dyaboli supplan-
tationem. Temperancia ad Johannem propter
divine gracie effectum. Vel ideo qua-
tuor insimul sunt vocati quia
Christi fidem in quatuor partibus
mundi erant predicaturi. Tercio
Jacobus commendabilis fuit quan-
tum ad perfectionem cuius perfectio
attenditur quia omnia reliquit
scilicet hoc tempus i. retia et navem
carnalem affectum i. patrem suum
et proprium sensum quia secutus est
Christum non seipsum. Attenditur
eciam perfectio sua quia tota vita
fuit valde honorabilis coram
demonibus valde terribilis
coram toto mundo valde amabilis.
Honorabilis quidem fuit coram deo

quia tunc rex habet duos
discipulos. Si voluit facere graciam
duodecim de illis eos scilicet in
apostolos eligendo iste fuit unus
de illis xii non quidem ultimus
sed primis duobus primus sicut patet
Mathei 10. Si voluit facere graciam
quatuor ipse fuit unus de quatuor
sicut habetur Mathei 13 Marci 13
secreta de consummacione seculi
quatuor tantum apostolis revelavit
scilicet Petro Andree Jacobo Johanni.
Si voluit facere graciam tribus ipse
fuit unus de tribus sicut ha-
betur Mathei xvii et Luce 9 Petrum
et Jacobum et Johannem admisit
ad suam claritatem transfiguratam (?)
et sicut habetur Mathei 9 et Luce
octavo istos tres admisit ad
filie archisynagogi resuscita-
tionem. Si voluit facere graciam duo-
bus iste fuit unus de duobus
habuit enim rex duo nomina que
apostolis imponere voluit scilicet unum
Petrus quod imposuit Symoni a-
liud scilicet filius tonitrui quod
imposuit filiis Zebedei. Si vo-
luit facere graciam uni iste fuit
unus ante quem apostolos venit
ad gloriam sed iste fuit primus
cui Christus sue gloriam participationem
concessit et qui primus post passionem
passus fuit. Volebant homines
pro dono a rege petere ut habe-
rent primum bellum magnum quod
est pro Christo pati (?) primum
votum datum est non solum ut
eum sequatur sed ut pro illo pate-
retur. Fecit eciam sibi aliam graciam
singularem et honorem. Est
sicut dicit Calixtus papa
Ipse martirium sustinuit in die
qua Christus fuit annunciatus et passus.
Secundo fuit dyabolo valde terribi-
lis sicut in legenda eius di-
citur demones valde timebant

eius sudarium Cremia cum philetus arte demonis immobilis factus esset iussit ei sudarium suum quo tactus continuo est solutus baculum suum unde hermogenes tunc iram demonii petijt ab eo suum baculum. Incendium suum unde demones in aere volare ceperunt dicentes antequam veniat dies mortis iam ardemus. Cubiculum eius unde dicebat prob non possum in formicam que in cubiculo tuo est contingere. Tercio fuit coram mundo valde amabilis et hoc propter graciosam predicationem Ecci 20 Sapiens in verbis amabilem se facit propter gloriosam conversationem proverbiorum 18 vir amicabilis ad societatem etiam propter graciosam famam et opinionem per quam non tantum in conspectu proximorum sed etiam in conspectu magnorum amabilis erat Sapiencie viij° In conspectu potentium amabilis ero propter graciosam mortem et consumationem quia licet esset frater suus et fuit ambo separati per mortem corporis non tamen mentibus gloriosis 2 Reg 1 primo Saul et ionathas amabiles et decori in vita quasi non sunt separati et cetera / Sequitur Sermo secundus de eodem

Occidit autem Iacobum fratrem Iohannis gladio Actuum 12 Prosolum beatus Iacobus multis privilegijs fuit decoratus in vita sed etiam in morte et post mortem De eius morte et passione agitur in verbo premisso ut vero eius privilegia que in morte et post mortem habuit videamus Respondeo quod ipse habuit mortem preciosam translationem miraculosam communicationem gloriosam et subventionem nobilis tequibet fructuosam Eius quidem mors fuit preciosa quia pro fide Christi capite truncatus est Circa quod notandum quod est quadruplex caput scilicet corporale quod deus in homine fecit erectum ut semper intendat in celum Racionale scilicet racio Ephe 4 Caput mulieris id est sensualitatis vir id est racio Spirituale scilicet prelatus 1 Reg 15 Nonne cum parvulus esset etc Supernaturale scilicet Christus Ephe Qui est caput super omnem ecclesiam Infernale scilicet dyabolus qui omnium malorum caput est Iob xli ipsa est caput tuum In hoc igitur quod beatus Iacobus qui fuit caput spirituale inquantum prelatus posuit in morte caput suum corporale id est custodivit caput racionale conservavit in se caput supernaturale et contrivit caput infernale Dicitur autem beatus Iacobus et quilibet prelatus dicitur caput primo quia in capite vigent quinque sensus corporales sic in Christo spirituales scilicet visus quantum ad sciam Ecci 2 Sapientis oculi in capite eius Et dicit oculi quia debent habere sapiam de divinis et prudentiam de humanis Auditus quantum ad examinationem vitam Iohannis 2 Sicut audio iudico Vel quantum ad inspirationem divinam post hec audiam quid loquatur in me dominus deus etc Olfactus sive odor quantum ad famam 2 Corinthiorum Christi bonus odor sumus etc Gustus quantum ad suavitatem internam post hunc Gustate et videte etc Tactus quantum ad operationem sollicitam Ecclesiastes quecumque dicit verbis debes tangere manum operationibus ne dicatur ei illud Math 23 Alligant onera gravia et importabilia etc Secundo dicitur caput quia caput influit sensum et motum ceteris causatis

esse in corpore. Ista tria prelati
debent inesse hic subditis scilicet
sensum cognoscendi et doctrina
motum operandi per bonam vitam
ut esse conformes per orationem devotam
de hiis Zach. ii. In corpore vivus
quantum ad sensum sapientie quia sa-
pientia est vita anime Prov. iii. lig-
lignum vite est hiis qui apprehe-
derint eam. Movens quantum ad
motum operationis bone et firmus
quantum ad esse conformes. Tertio dicitur
caput propter convenientiam et dignitatem.
In corpore enim humano nobilior
portio corporis est caput, nobilior
capitis est oculus, nobilior por-
tio oculi est pupilla. Inter pupil-
las autem quare? Illa est lucidior
que nigrior et minor. In corpore
igitur mistico quod est ecclesia prelati
tenent locum capitis oculi et
pupille. Sunt enim caput inquantum
habent dignitatem ecclesiasticam.
Sunt oculus inquantum habent divinam
sapientiam. Sunt pupille inquantum
habent lucidam vitam. Sunt nigri
et parvi inquantum habent humilitatem
veram. Prelati igitur tenent locum
capitis quia habent sublimitatem
ecclesiastice dignitatis. Sed inter
ipsos quidam sunt digniores
qui habent divinam scientiam quia sunt
oculi. Inter istos autem prelatos fa-
cientes scientes digniores sunt
qui non tantum habent scientiam sed etiam
lucidam vitam. Inter istos luci-
diores sunt qui habent humilitatem
profundam et isti sunt pupilla
nigra et parva. De quibus dicitur
Zach. ii. Qui enim tetigerit vos tan-
git pupillam oculi mei. Sed quid
valet corpus sine capite id est ec-
clesia sine prelatorum regimine et
quid valet corpus sine oculo id est
prelatus sine doctrine magisterio
et quid valet oculus sine pu-

pilla id est prelatus sapiens sine
lucida et honesta vita. Et quid
valet pupilla sine sit parva et
nigra id est prelatus nisi sit parvus
et niger per sui contemptum
et humilitatem? Sed nichil valet
ultra nisi ut foris mittatur
id est deponatur et ab hominibus conculcetur
id est a demonibus puniatur. Tertium
privilegium est quia habuit transla-
tionem miraculosam. Ostendit enim
in sua translatione miraculum
omnibus elementis scilicet in aqua quia
mari se deponentibus sine re-
mige naves litus pervenerunt
et mare tranquillum habuerunt
cantantes eo primo. In ma-
ri tue. In aere quia ventus
ipse sine gubernatore eos dedu-
xit prosperus. Deduxisti eos et per-
et in terra quia cum corpus in terra
depositum fuisset super quendam lapi-
dem lapis corpori cessit et in sepul-
crum se mirabiliter coaptavit. In
ignem quia cum montem ascen-
disset oratione igne spirante
beate ceteris per medium scidit.
Ipsum eius corpus dum transferretur
in convenientia habuit creature
pure corporales sicut lapis de quo
supra dictum est. Creature spiritua-
les sicut Thamir indomiti ut
in legenda habetur. Creature ra-
tionales sicut patet in Lupa re-
gina que per modum facta est.
Agna creature intellectuales quia
angeli duce ipsum corpus in ec-
clesiam deposuit sicut dicit Leo
papa et in legenda habetur. Tertium
privilegium est commendatio gloria
quia ipse pre aliis sanctis recepit et
in corpore et in anima cum
corpus et miraculose gloria illu-
strat et ab omnibus fidelibus
tam devotione mirabiliter visitatur.

ut possit dici de eo illud Ysaie xi° Ipsum gentes deprecabuntur et erit sepulchrum eius gloriosum. Cuius corpus anima divine claritatis radiis illustratur et ab omnibus fidelibus tam devoto corde mirabiliter visitatur ut possit dici de eo illud Ysaie xi° Ipsum gentes deprecabuntur et erit sepulcrum eius gloriosum. Cuius eciam anima divine claritatis radiis illustratur et sit quodammodo visitata et petita quod fecit mater filiorum Zebedei Mathei 20 Dic ut sedeant hii duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram. Vita presens per dexteram vita beata significatur. Sedent igitur duo apostoli a sinistris dei quia eorum corpora in presenti vita in multa gloria et honore habentur. Sedent a dextris dei quia eorum anime in celis beatificantur. Plus igitur Christus eis concessit quam mater petierat. Petierat quidem ut unus ad dexteram et alius ad sinistram sederet et ecce ambo sedent ad sinistram domini in presenti vita quorum corpora tanta gloria illustrantur. Sedent in dextera domini quorum anime divina visione fruuntur. Potest etiam dici quod presens vita quantum ad ipsorum corpora visitata est quod mater petierat. Dextera quidem celi est oriens sinistra est occidens. Sedet igitur Johannes a dextris quia iacet ex parte orientis. Sedet Jacobus a sinistris quia requiescit ex parte occidentis. Ipse tamen post resurrectionem visitabitur plus quam mater petierat ut scilicet ambo sedebunt ad dexteram et ad sinistram. Status cum anime triplicitur considerari potest aut prout est unita corpori aut prout est exuta a corpore aut prout erit resumpto corpore. In primo statu habet laborare ut per laborem quietem eternam acquirat. Job v Homo nascitur ad laborem. Psalmo Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et cetera. In secundo est a laboribus quiescere. Apocalypsis Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis; et stolam impassibilitatis gaudendo accipere. Apocalypsis vi Date sunt illis singulis stole albe. In tertio est regnare et ad dexteram et ad sinistram dei sedere. Per dexteram intelligi potest Christi divinitas, per sinistram eius humanitas. Tunc igitur sancti sedebunt ad dexteram dei quia eorum anime beatificabuntur in contemplatione divinitatis. Tunc sedebunt et ad sinistram dei quia eorum visus corporalis beatificabitur in visione humanitatis Christi. Tunc visitabitur illud quod dicitur Canticorum v Comedite amici mei et bibite et inebriamini karissimi. Vocati cum in primo statu sunt servi dei. In secundo amici. In tertio karissimi dei. Anime igitur sanctorum in primo statu in quo sunt unite corpori habent gustare. Psalmo Gustate et videte quam suavis est dominus. In secundo autem quando sunt exute a corpore habent bibere. Luce 22 Edatis et bibatis super mensam meam. Ecclesiastici 24° Qui beatitudine adeunt sitient. In tertio in quo erunt resumpto corpore habent satiari et inebriari. Ebrietas cum satietate ex hausta causatur. Ideo quando quis bibit et rebibit et frequenter bibit. Ideo anime sanctorum tunc habent tam vinum haustum scilicet delectationem in visione deitatis. Tunc autem bibitur in contemplatione et rebibent in visione humanitatis et sic ebrii erunt. Psalmo Inebriabuntur ab ubertate domus tue. Et Jeremie 13 Ecce ego implebo omnes habitatores istius ebrietate. Quartum privilegium est quia nobis fructuose subvenit per miracula

et beneficia que nobis impendit
Sicut beatus Augustinus dicit Homo
tripliciter consideratur scilicet prout est in vita
prout est in morte et prout est post
mortem scilicet vivens moriens
et mortuus In hoc triplici statu
beatus Jacobus nobis subvenit scilicet
in vita quia dat peccatoribus remis-
sionem Sicut refert Beda de
illo qui peccatum in cedula scripsit
et deletum invenit Desolatis
et afflictis consolationem Sicut refert
Calixtus papa de illo qui ad sanctum
Jacobum vadens uxore in via
mortua et rebus omnibus expo-
liatus asinum a beato Jacobo ac-
cepit quo pueri veherentur
Oppressis revelationem sicut patet
in illo mercatore que iniuste
in carcere positum mirabiliter tur-
rim inclusum sic liberavit Nece-
ssariam patientibus subministrat
Sicut refert Calixtus papa de quo-
dam ad beatum Jacobum proficiscentem
Cui cum necessaria defecissent
beatus Jacobus panem sibi prebuit
de quo quindecim diebus vixit
In devotis dat primam et cor-
rectionem sicut refert idem Calixtus
papa de quodam qui cum sanctum
Jacobum visitasset non salutem
anime petiit sed ne a suis ca-
peretur inimicis potius postulavit
qui rediens ab inimicis capitur
et tandem per beatum Jacobum cor-
rectus liberatur Juvat etiam in mor-
te ne scilicet superetur a morte
vel decipiatur a demone
Primum patet in illo qui iniuste
suspensus fuit ibidem a beato Ja-
cobo in vita conservatus Secundum
quod patet in illo cui laboranti
in extremis apparuit beatus Ja-
cobus burdone utens pro lancea
et sacculo miliceale quem
ille ex compassione minime
portaverat utens pro scuto de-
monem fugavit Juvat etiam post
mortem et quantum ad corpus hono-
rabili sepulture tradendo sicut
ait Hubertus Visontinus episcopus
de quodam in via mortuo Cuius
corpus beatus Jacobus in specie equitis
apparens ad sanctum Jacobum detulit
et ibi sepeliri fecit et quantum ad
animam a penis liberando sicut
sicut refert Hugo de sancto
victore Cum quidam ad sanctum
Jacobum pergeret et ad suasionem
demonis se occidisset et ad vi-
tam ducitur beatus Jacobus ut ille
pristine restitueretur obtinuit

Sermo ceranus de co[...]

Accessit ad ihesum mater filiorum
zebedei etc Math 20 In
hac lectione evangelii de tribus
personis fit mentio scilicet de matre
de filiis et de cristo In matre
tria fuisse fuisse videntur scilicet
fiducia et reverentia et ignoran-
tia Unde dicit Rabanus Si-
militer locum Accessit ad ihesum mater
filiorum zebedei etc In accessu
confidentia in adoratione reveren-
tia in petitione ignorantia
Fiducia vero per quam accessit cau-
sabatur ex eo quod cristus nepotes suos
erat Unde dicit Crisostomus Matthei
hec est salomee vel pacifica que
filios pacis genuit nam temporibus
vocationis apostolorum et temporibus pas-
sionis domini mortuus est zebe-
deus et sic illa secuta est cristum
Accessit autem a filiis submoni-
ta voluntate cum ipsi peterent
sed verecundantes ad impetrandum sic
petendo voluerunt submittere Et
hoc triplici de causa Primo ne
ceteros discipulos scandalizarent

Secundo ut ipsa a Christo citius impe-
traret. Tertio ut si non discrete peteret
Christus sibi facilius indulgeret. Istas
tres causas ponit Crisostomus in persona
filiorum dicens. Qui scimus donat
hominibus quod regni sui societatem
non donabit petentibus negligentiam
reprehendit. Ubi de donante nulla
non dubitatur. Si nos rogamus ingi-
stram forsitan aliorum fratrum corda co-
cutimus. Et si cum nobis accedere
non putant quasi iam spirituales tenuere
petitionem putant quasi adhuc carnales
ergo submittamus matrem nostram
ut suo nomine deprecetur pro nobis
Si cum reprehensibilis inventa fuerit
facile merebitur venia. Ipse enim
sexus excusat errorem. Si autem
non fuit importuna facilius im-
petrabit mater quam filii sui rogantes
Ipse cum dominus qui matres nostras alios
miseratione filiorum implevit facilius
exaudiet maternum affectum. Certa
est ratio ne ipsi notam ambitio-
nis incurrant petere cum primatum pro
aliquo ignorante tollerabile
est quam sciente et sentiente rep-
rehensibile pro se autem petere val-
de est ambitiosum et vitu-
perabile. Secundo fuit in matre
reverentia magne reverentie
ac devotionis licet mater ~~erga~~
erga Christum fuit. Quod Crisostomus
ex tribus ostendit. Primo quia
propter Christum reliquerat virum
suum adhuc vivum. Unde dicit
Crisostomus. Non tam vincit mori-
talis affectus quia ille temporalis
erat maritus iste autem perpetuus
sponsus. Idem cognoverat quod
diu vivus potuisset marito suo
si propter deum relinqueret virum
quam si propter virum relinqueret
deum. Alibi tamen Crisostomus sentire
videtur quod tunc temporis vir suus
mortuus erat. Secundo apparet

eius devotio ex eo quod secutus
fragilis sexus et etate defessa Christum
sequebatur. Tertio quia non terrena
sed celestia filiis suis optabat
sive postulabat. Crisostomus. Denique
quod hec recte peteret scilicet mater sed et
dicimus quia non terrena sed cele-
stia filiis suis optabat. Vera enim
sentit sicut cetere matres que cor-
pora natorum suorum amant animas
autem contempnunt. Desiderant
eos valere in seculo isto et non
curant quid sint passuri in illo
ut videant ... quod corpora sunt
putantes non animas. Tertio in ipsa
fuit ignorantia. Unde Christus
reprehendit filios qui eam sub-
miserunt ad petendum. Nescitis
quid petatis. Ista autem petitio
petentium causabatur ex ignorantia
Unde dicit Jeronimus. Unde opinionem
regni mater habuit Zebedei
Respondeo ac ut reor ex causa
quod dixerat dominus tertia die resur-
gam putavit eum mulier post
resurrectionem illico regnaturum
et quod in secundo adventu promittitur
in primo esse complendum et avida
feminea pervia cupit immemor
futurorum presentium ab invidia filiorum
Timuerunt enim ne Petrus reciperet
principatum. Crisostomus. Crediderat quod super
duodecim thronis sederent
unde primatum Christus cathedre
petebant accipere. Timebant enim
Petrum preferri sibi pre ceteris scilicet a qua-
dam ambitione humana credebant
enim superbi erant et primatum
desiderabant. Crisostomus. Primatus
fugientem se desiderat desider-
antem se horret. Conversatio
igitur melior desideranda est
non dignior gradus. Unde Jero-
nimus igitur dominus duos fratres
et alios indignatos corrigit

C

introduxit discordiam inter princi-
pes mundales et ecclesiasticos con-
tendentes quia principatus in corpo-
re ab aliquo appetendus est non
tamen vel ab aliquo invidendus
est habenti. petiit autem hec mu-
lier tria que multi filiis suis de-
sideraverunt scilicet quietem unde di-
cit ut sedeant honorem unde
subdit unus a dextris et unus
a sinistris et divitias unde
dicit in regno tuo. Secundo
fit mentio de filiis in quibus
tria fuisse videntur scilicet magna-
nimitas in respondendo cum
dicunt possumus. Temeritas in
postulando cum per matrem
petunt sessionem a dextris
et a sinistris et securitas in
patiendo cum apostolus dixit
Calicem quidem meum bibetis magna-
nimitatis autem in sanctis
qua propter christum deum sustinere adversa
causatur maxime ex tribus
primo ex amore dulcorante
Gen. 29 videbantur Iacob dies
pauci pre amoris scilicet magnitudine
Augustinus omnia seva et imma-
nia facilia et prope nulla facit amor
In libro de spiritu et anima dicitur
quod amor est per desiderium
currens et per gaudium conquiescens
per desiderium in appetendo
per gaudium in fruendo. Secundo
causatur ex fiducia de deo
presumente. Isaie 40 Qui sperant
in domino mutabunt fortitudinem. Judith 6
non derelinquis presumentes de
te nil. omnipotentiam verbi
operatorem reddit quia quod omnipotens
facit omnes qui in se sperant
unde dicebat Vincentius Da-
ciano prefecto videbis me dei
virtute plus posse dum torqueor
quam possis ipse qui torques

Tertio causatur ex consideratione premii
minuit vim flagelli. Augustinus labor
te terret unde illud qui agnoscit
premium libenter implent preceptum
Gen. 49 vidit Jacob requiem quod
esset bona et terram quod esset optima
et supposuit humerum suum ad
portandum. Secundo in eis fuit teme-
ritas in postulando que teme-
ritas reprimitur cum dicitur nescitis
quid petatis. Nesciebant cum petebant
principatum terrenum aut celestem
terrenum temeritatis erat quia vo-
lebant nominari in mundo. Sed
nonne apostolus dicit 1 Thymo. 3
Si quis episcopatum desiderat bonum
opus desiderat. Sed hoc respondet
Glossa quod aliud est desiderare opus
bonum aliud principatum terrenum vel
aliud ecclesiasticum principatum. Opus
quidem bonum desiderare bonum est
ut ait desiderare bonum opus
bonum est quia [illegible] voluntatis
et est una meritis. Principatum et
honoris concupiscere vanitatis est
Hoc enim contrarium iudicium dei est
quod ex principatu honore nescio [illegible]
mercedem iustitie meum [illegible]
cum apostolus laudem habebit apud
deum quia apostolus fuit sed si non
fuisset apostolus unde adimplevit. Prin-
cipatum autem ecclesiasticum desiderare
non solum est vanitatis sed etiam
fatuitatis unde subdit principes
enim mundi sunt qui dominantur
minoribus suis et eos sibi
subiciunt et eis utuntur ad suam
voluntatem et gloriam. Principes
autem ecclesie sunt ut serviant
minoribus suis et ministrent eis
et suas utilitates negligant
et illorum procurent et mori
non recusent pro salute minorum
Principatum igitur ecclesie concupiscere

necessarius iustus est nec utile cuius
cum sapiens vult se ultro subicere
servituti. Si aut(em) petebant primatum
celsitatem hoc erat simplicitatis te-
meritas quia volebant illud asse-
qui sine [illegible] merito et labore. Unde
dicit nescitis quid petatis. Crisostomus
Ego vos vocavi ad partem dex-
tram de sinistra et vos vestro
consilio curritis ad sinistram. Vel quod
erat [illegible] Christi dare cuius regnum
sine causa [illegible] illud esse non
[illegible] sed a patre. Crisostomus Omnibus enim q(uod)
est potestatem ab aliis illius [illegible] est
qui dedit [illegible] habebat filios
suum [illegible] esset ipse non similis
patris. Sine non est meum dare
sine vero merito et labore. Crisostomus
Non solum debemus cogitare
qualem gloriam consequamur sed
quo evadamus ruina peccati. Quia
seculari bello qui [illegible] de prede
victoria cogitat difficile vincit.
Rabanus. [illegible] quid pe-
terent quia sedem regni quam
non dum meruerunt a domino
acquirere delectabat [illegible] culmen
honoris sed prius [illegible]
habebant viam laboris. Sine
non est meum dare vobis scilicet superbis.
Remigius. [illegible] non est meum dare
vobis id est superbis talibus quales
vos estis sed quibus corde
quibus paratum est a patre meo.
Sine non est meum dare vobis
ratione cognacionis carnalis. Je-
ronimus. [illegible] non est dantis
sed accipientis. Non enim est per-
sonarum accepcio apud deum sed
quicumque se talem prebuerit ut
dignus fiat [illegible] accipiat. Est
non est persone sed vite paratum.
Tercio in eis fuit [illegible]
in patiendo ad dictum calicem
quem meum bibetis. Bibit Jaco-
bus in [illegible] olei bullientis
missus. Bibit [illegible] capite

truncatus. Bibit Johannes per mo-
dificacionem quod est omnium christianorum.
Augustinus. Tota vita hominis christiani
est crux et martirium. Bibit Jaco-
bus per desiderium martirii et
affectionem quod est omnium perfectorum et co-
[illegible]. Bibit Johannes quia ha-
buit sufficientem causam et si
non [illegible] effectum passionis quia
et venenum bibit et in [illegible]
olei bullientis positus fuit. Bibit
aut(em) Jacobus et quantum ad morti-
ficacionem carnis et quantum ad de-
siderium voluntatis et quantum ad effectum
passionis. Dicitur aut(em) passio calix

f

tum quia ad mensuram bibitur eo
quod deus non permittit hominem
temptari supra illud quod potest ut dicitur
1 Corinthios 10 [illegible] potius dabis nobis
in lacrimis in mensura tum quia
[illegible] instar potus 2 Corinthios
[illegible] quod in principio est [illegible]
[illegible] quia [illegible] delectat 2
Corinthios 12 libenter gloriabor in infirmi-
tatibus meis [illegible]. Calicem
inebrians quam preclarus est.
Tercio fit mentio de Christo in quo
[illegible] fuisse [illegible]
magna benignitatis in [illegible]
~~Crisostomus Bonum erat eos desiderium~~
~~sed inordinata peticio ideo et~~
~~si impetrare non debeat~~ / rectitudo
... in reprehendendo et [illegible]
in [illegible] / fuit quidem in eo magis
benignitatis in [illegible]. Crisostomus
Bonum erat eos desiderium sed
inordinata peticio ideo et si im-
petrare non debeat simplicitatis eorum
peticionis [illegible] non [illegible]
quia de amore domini talis peti-
cio nascebatur [illegible] solum in eis [illegible]
ignorantiam reprehendit nec [illegible]
[illegible] reprehensione eos confundit
et alios irritaret. Crisostomus Ideo non
dicit non sedebitis nec [illegible] irri-
taret [illegible] eos domini [illegible] duc

zebedee mulieri petens cum compu-
sioni simplicitatem antiqui-
tatem et nimium amorem Secundo
in cristo fuit rectitudo zeli in
reprehendendo cum dixit Ne-
scitis quid petatis Rogabant
enim quod peterent volebant
quidem cum cristo regnare sed no-
lebant cum cristo bibere Ideo
dixit eis Potestis bibere calicem
quem ego bibiturus sum Dicitur
autem passio cristi calix quia ca-
lix dicitur a calore vel secundum ysidorum
dicitur a calon quod est lignum Erat
enim vas ligneum in quo potores
medicinales calidos et amore
confortate propinabantur Signat
autem diuturnam passionem que
fuit in ligno consummata Jeremie 11
Mittamus lignum in panem eius
tum quia fuit sanativa ysaie 53
Cuius livore sanati sumus tum
quia fuit cum calore amoris
facta Johannis 15 Maiorem hac
dilectionem nemo habet quam ut animam
suam ponat quis pro amicis suis
tum quia fuit valde amara
Tercio in [illegible] paupertatis
mixte absinthio et felle Tum quia
erat mensurante et bibenda
id est tradenda et mutanda secundum
possibilitatem virium Tercio fuit
in cristo fidelitatis in defendendo
quia pro detulit dicens Non
est meum dare vobis sed quibus
paratum est a patre meo Paratum
est a deo regnum celorum ipsum dili-
gentibus sicut convivium paratur ait
ysaie 64 Oculus non vidit deus
absque te que preparasti contemp-
nentibus mundum expectantibus te
Sicut domus dei vel hospitale
paratur pauperibus qui alias domos
vel pallacia non habent psalmus parasti
in dulcedine tua pauperi deus
varis et quibus Sicut paramentis
paratur cibus et vestitus Johannis

sit abiecto et paucis vobis locum
misericordiam consequimini invenietis
sicut paratur honor pro honore bonis
plenus Mathei 25 Venite benedic-
ti patris mei possidete paratum vobis
regnum finaliter perfruendum
1 petri 1o hereditas conservata vobis
in celis qui in virtute dei custo-
dimini per fidem et salutem paratam
revelari in nouissimo Sequitur

Sermo quartus de eodem

Calicem quidem meum bibetis
Mathei 20 Dicitur autem triplex ca-
lix in presenti et tres in futuro
In presenti quidem sunt tres quorum
primus est plenus balsamo secundus
est plenus absinthio tercius est
plenus sanguine rubicundo primus
igitur est calix innocentie secundus
penitentie tercius passionis sive
martirii In primo calice qui est
plenus balsamo spiritus sancti
et est calix innocentie bibit
cristus qui et innocentia fu-
it et spiritu sancto plenus immo
super plenus fuit Bibit beata
virgo que habuit candorem innocentie
et plenitudinem gratie Biberunt
omnes apostoli in penthecoste qui
spiritu sancto baptizati plenam in-
nocentiam consecuti sunt et
plenitudinem spiritus sancti ha-
buerunt inter quos precipui fue-
runt isti duo apostoli scilicet jacobus et johannes
qui in illo calice biberunt in quo
calice bibit dominus domini qui ple-
nitudinem gratie habuit et virgi-
nem pudicitiam custodivit
Biberunt omnes rebaptizati qui
virtute baptismi spiritum sanctum
receperunt et innocentiam assecuti
Sunt autem tria signa per que
cognoscitur quis in hoc calice
bibisse primum est in celis sitire
Johannis 4o Qui biberit aquam
quam ego dabo fiat in eo fons

acque salientis in vitam eternam
Istud signum habebat apostolus qui
dicebat nostra conversatio in celis
est ut dicitur philippensium iii° Conversatio
autem totam vitam hominis comprehendit
Sunt enim qui videntur esse in celo
corde tantum qui scilicet habent bona proposi-
ta et desideria sicut sunt pro-
crastinantes Quidam sunt in
celis solum ore qui proferunt
devota et salubria verba sicut
sunt verbosi predicatores Quidam
sunt in celo solum opere qui solum
videntur habere bona opera
exteriora sicut ypocrite
simulatores Illius autem conversatio
est in celo qui ibi est et corde
per sancta desideria et ore per salu-
bria verba et opere per edificatoria
exempla Tertium signum est munda-
ne sitis extinctio Johannis iiii°
Omnis qui biberit ex aqua hac
sitiet iterum Qui autem biberit ex
aqua quam ego dabo ei non sitiet
in eternum Augustinus Qui biberit de
flumine paradisi cuius una gutta
maior est occeano restat ut in
eo sitis mundi penitus extincta
sit Et vocat Augustinus flumen pa-
radisi amorem spiritus sancti Occe-
anum autem vocat collectionem o-
mnium amorum mundialium Quando
igitur una gutta amoris spiritus sancti
in cor hominis venit totam col-
lectionem mundialium amorum extingu-
it Quartum est spiritualis spiritus sancti
exultatio Spiritus sanctus conscienciam
facit serenam et in deo letam
proverbiorum xv Secura mens quasi
iuge convivium Vinum enim spiritus sancti
est letificative psalmo Vinum letificat
cor hominis Sicut autem cor iusti
est sicut serenum tranquillum et secu-
rum sic cor peccatoris est sicut in nu-
bilo in tempestate et timore
Sicut enim videmus quod ex turbatione

humorum sequitur infirmitas et
turbatio elementorum in orbe tur-
batio humorum in corpore turbatio
virium in mente Sancte quondam
peccatum ~~habe~~ Unde non erat aliqua
nubes nec turbatio elementorum
sed conturbatio humorum morum secundum
est turbatio elementorum sequitur
et turbatio humorum in corpore
quia peccatum aliquando est causa infirmitatis
corporalis iuxta illud Johannis v°
Ecce sanus factus es iam noli
peccare ne deterius tibi aliquid con-
tingat aliquando est et causa mortis
et spiritualis et corporalis Romanorum vi Per
peccatum mors sequitur et turbatio
virium in mente Turbatur enim vis
concupiscibilis dolore irascibilis
timore rationalis et errore Psalmus Cor
meum conturbatum est in me et me
dolor dereliquit me virtus mea
et inde timor et lumen oculorum
meorum et ipsum non est mecum et
inde error Secundus calix est plenus
absinthio et iste est calix penitentie
Si enim ille qui bibit de calice
balsami divine gratie perdidit gratiam
et innocentiam accedat ad hunc
calicem et bibat de absinthio
amare penitentie Istud autem absinthium
debet dulcorari per celeste pre-
mium Matthei iii° Agite penitentiam
Ecce absinthium appropinquabit
enim regnum celorum Ecce premium
Et dicit agite non cogitate contra
illos qui habent voluntatem bonam
et nullam bonam operationem
Et dixit agite non dicite Contra
illos qui alios docent et se non
docent Item dicit agitis in futuro
sed agite in presenti Contra illos
qui de die in diem differunt pe-
nitere Et dicit appropinquabit regnum
celorum Magna liberalitas dei quia
non expectat ut nos appropinquemus
sed ipsum regnum nobis appropinquare
facit Maior quia ipsum regnum

nobis vbuit Luce 12 Nolite
timere pusillus grex quia complacuit patri meo dare vobis regnum
quoniam regnum nihil aliud est quam libertas dei est qui
regnum ipsum intra nos ponit
Math 14 Ecce enim regnum dei
intra vos est In hac autem
taliter numquam bibit cristus nec
beata virgo quia prima non indigue-
runt Biberunt autem apostoli quia
tempore passionis cristi recesserunt
per penitentiam resurrexerunt Bibe-
runt omnes sancti Ro iii Omnes
peccaverunt et egent gloria dei. 1
Iohannis 1o Si dixerimus quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus
Tercius calix est plenus
sanguine rubicundo In isto calice bibit cristus Iohannis xviii
Calicem quem dedit mihi pater
non vis ut bibam illum Biberunt
omnes sancti martires Apocalypsis viio
laverunt stolas suas et deal-
baverunt ipsas in sanguine agni
Qui igitur cupit sit balsamum di-
vine gracie et abiciat absinthium
presentis vini adhuc habet reme-
dium ut scilicet accedat ad tercium ca-
licem plenum sanguine id est re-
currat ad nidum passionis do-
mini ihesus ipsam passionem et
in affectu et in meditatione
ut si non effundit sanguinem
suum corporaliter saltem se crucifi-
gat cum cristo spiritualiter/ Duo autem
sunt que debet crucifigere scilicet
caro et mundus Caro tanquam
latro dexter crucifigenda est cum
cruce que est rigor discipline Crux autem
quidem rigor quatuor habet brachia
scilicet vigiliam abstinentiam asperita-
tem vestium et disciplinam verberum
Mundus tanquam latro sinister
crucifigendus est cum cruce que est
paupertas spiritus que quidem paup-
ertas quatuor habet brachia

scilicet contemptum glorie precii pecunie
et puelle In medio autem horum
duplicis crucis spiritus ad cristo cru-
cifigitur ut dicat cum paulo Gala-
tas iio Cristo confixus sum cruci
vivo ego iam non ego sed vivit
in me cristus Crux autem ipsius
spiritus est fervor devocionis que
quidem devocio quatuor habet brachia
scilicet amorem et spem et timorem
et dolorem Spes trahit sursum
dolor deorsum amor a dextris
timor a sinistris De hiis quatuor
brachiis nobis dicitur Hebre iiio In cari-
tate radicati et fundati ut possitis com-
prehendere cum omnibus sanctis que
sit longitudo et latitudo sublimi-
tas et profundum Habet et deus
alios tres calices per quos haurit quorum
quorum unus plenus est vino mero
secundus vino mixto Tercius fece Psalmus
Calix domini vini meri plenus
mixto et infra/ verumtamen fex eius
non est exinanita i. evacuata/
bibent omnes peccatores terre Quedam
enim anime sunt que statim evo-
lant iste biberunt in talice vini
meri Quedam sunt que prius
paciuntur penam purgatoriam et post-
ea tendunt ad gloriam Iste bibunt
in talice vini mixti Quedam
sunt que ad inferna descendunt
Iste bibunt in talice pleno fece
Animabus vero que statim evolant
deus dat bibere in talice vini
meri/ De isto potu sanctorum dicitur
Apocalypsis ultimo Ostendit michi flu-
vium aque vive splendidum tanquam
cristallum procedentem de sede dei
et agni in medio platee civitatis
scilicet ierusalem Iste potus est amor
spiritus sancti qui quidem est saciete
refluentem quia non datur ad men-
suram sed instar habundancie
fluvialis Ideo dicit ostendit
fluvium Iohannis iiiio Omnis
qui biberit ex aqua hac sitiet

item qui autem biberit de aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum Sed quia multi fluvii deficiunt ideo habet emanationem indeficientem ideo subdit aque vive ps. Quoniam apud te est fons vite. I Cor. xiii Caritas nunquam excidit Sapie vi Clara est que nunquam marcescit sapientia quia non sunt aliqui fluvii qui habent turbidam aquam ideo habet claritatem refulgentem ideo subdit splendidum tamquam cristallum Amor enim dei facit animam fulgidam Amor mundi facit turbulentam Jeremie ii° Quid tibi in via egypti ut bibas aquam turbidam Tercio quia non sunt aliqui fluvii qui habent aquas amaras ideo habet suavitatem afficientem ideo subdit procedentem de sede dei et agni i. de visione deitatis et humanitatis Amor mundi generat amaritudinem ysa xxiiii° Amara erit potio bibentibus illam Timor dei facit delectationem Eccli xxiiii° Qui bibunt me adhuc sitient Quarto quia non sunt aliqui fluvii qui sunt nimis remoti ideo habet propinquitatem assistentem ideo subdit in medio platee eius qui bibet enim stans iuxta portam suam istud flumen habebit et nunquam voluit haurire poterit de potu istius taberne dicitur Cant v° Bibite amici et inebriamini karissimi Angeli sunt amici qui sibi sunt intimo amore coniuncti Secundo non et sunt dei cari quia sibi sunt per amorem iuncti et sunt cariores quia sunt eius in conformitate et propinquitate et sunt boni quia precio carissimo sunt redempti Angeli igitur qui amici bibunt quia de visione divinitatis suavis delectationes hauriunt homines non bibunt quia delectationem suam habent de visione divinitatis et rebibunt quia delectationes suavis habent de visione humanitatis Ebrietatis enim non causatur de uno hausto sed de frequenti actu bibendi quia igitur sancti bibent et rebibent ideo ebrii erunt Tercio non que aliqua remanebit fetor portat dat bibere vinum mixtum sicut quidam clarum sed non habent carum purum quia purusquam habent vinum glorie haurire eos oportet aquam purgatorie ysa primo Vinum tuum mixtum est aqua i Cor. iii ipse enim salvus erit sic tamen quasi per ignem vel ipsum purgatorium potest dici talis vini mixti quia ibi multiplex mixtio reperitur Est enim ibi mixta pena cum gloria securitas cum timore Securi quidem sunt de gloria habenda sed tamen semper timent ne nimis differantur a gloria Est ibi consolatio cum desolatione habent enim consolationem de tali securitate et de angelorum visione Sed tamen desolationem habent de pene acerbitate et demonum vicinitate Tercio non que in mortali peccato decedunt dat demonibus bibere in calice pleno fece In inferno quidem sunt feces omnium elementorum et omnium rerum Sicut quidem elementa omnia purgabuntur et renovabuntur Renovabitur terra et novam formam assumat Renovabitur aer et perpetuam claritatem induet Apoc xxi° Vidi celum novum quo ad renovationem aeris et terram novam quo ad renovationem terre Renovabitur aqua Apoc xv° Vidi tamquam mare vitreum Omnes autem feces istorum proicientur in latrinam inferni Ipse terra

ignibus renouabitur quia pulsa
a calore dividentur et tota lux
transibit in regionem beatorum totus
vero calor in regionem dampnatorum
In presenti enim vita non sunt bona
pura sed sunt cum sibi contrariis mixta
bonum scilicet vite est mors scilicet
sanitatis est infirmitas scilicet gau-
dii est dolor atque tristicia scilicet
lucis est tenebra et sic de aliis
deus ergo tunc elevabit unum
de sibi contrariis et totum unum purum
scilicet vitam sanitatem gaudium
et lucem ponet in celario beatorum
secrete autem scilicet mortem infirmi-
tatem dolorem et tenebras in
cloacam infernalem et hanc secrete
dampnati semper bibent ysaie
51o usque ad fundum calicis su-
poris bibisti et epotasti usque
ad fecem. Sequitur sermo pri-
mus de vinculis sancti petri

Disrupisti domine vincula
mea et tibi sacrificabo
hostiam laudis et nomen
domini invocabo vota mea domino
reddam in conspectu omnis popu-
li eius in atriis domus domini
in medio tui ierusalem psalmo 115. Ista
materia ecclesia representat hodie
quadruplex beneficium siue opus
quod ad honorem sancti petri apostoli
fecisse videtur. Primum est opus gratie
quod fecit in custodia petri de carcere
liberatione. Ob quam causam
ecclesia in persona petri deo re-
gratiatur dicens Disrupisti domine
vincula mea et istud continetur
in epistola. Secundum est opus mire
pietatis et [illegible] quod fecit in pia
alexandri ipse de carcere educte
et filia principis sanatione. Ob
quod ecclesia deum laudat dicens
Tibi sacrificabo hostiam laudis.
Tertium est opus mire sapie-
tie quod fuit in sanctitate sapienti-
ssima commutatione quia prius

invocabatur nomen principis apo-
stolorum est per modum nomen
dei et capella sancti petri. Et ideo sub-
ditur Et nomen domini invocabo.
Quartum est opus mire potencie
quod fuit in clavium collatione per
quam petrus collationem accepit
in mundo super laicos. Et ideo sub-
ditur vota mea domino reddam in
conspectu omnis populi eius. Super
clericos ideo subditur In atriis
domus domini, perquam ecclesia habet
potestatem in celo et ideo subditur
in medio tui ierusalem. Circa primum
notandum quod magnam gratiam deus
mundo fecit quando beatum petrum a
vinculis liberavit. Liberavit autem
ipsum per duo scilicet per suffragia ora-
tionum et per angelicum ministerium.
De suffragiis quidem actuum 12 ora-
tio fiebat sine intermissione ab
ecclesia ad deum pro eo. Tunc quidem
oratio meruit exaudiri et quia
fiebat ~~ab omnibus~~ a dignis et a
multis et quia fiebat pro digno
et quia fiebat cum instantia
et quia fiebat de re utili et quia
fiebat quidem a dignis. Ideo dicit
ab ecclesia id est ab illis qui erant
de ecclesia unica et multis. Oratio
enim peccatorum non meretur exaudiri
a deo ysaie primo. Cum extende-
ritis manus vestras ad preces
avertam oculos meos a vobis
et cum multiplicaveritis orationes
vestras non exaudiam. Manus
enim vestre sanguine plene sunt.
fiebat a multis quod notatur cum
dicitur ab ecclesia. Inpossibile est
orationes multorum non exaudiri. Matthei
18 Si duo ex vobis etc. fiebat
pro digno id est pro sancto petro. Ideo
dicitur pro eo sepe enim deus orationem
exaudit quia pro indignis effunditur
unde dicitur Jeremie 14 Noli

orare pro populo isto etc. Iudic. Sic
fecit moyses etc. Fiebat ad instan-
tiam Iacobi .v. Multum enim valet
oratio iusti assidua. Ideo dicitur Sine
intermissione orate Luc. xi. Peti-
te et dabitur vobis. Quidquid
deprecatis invenire quaerite et
invenietis. Quidquid clausum
vobis videtur pulsate et aperietur
vobis et succedit. Sicut enim qui
esurit tamdiu cibum petit donec
impleat necessitatem corporis
sui nec potest cessare. Ita necessitas
eum urget quia sine cibo vivere
non potest. Ita qui vere deprecatur
gratiam dei cessare non potest a petē-
do sciens quia sine gratia dei sal-
vus fieri non potest. Fiebat etiam de
re utili et honesta scilicet de libera-
tione petri. Sepe enim homo non
meretur accipere quia inutilia et
non decentia petit. Crisostomus super [illegible]
Illa pete que tibi expediat acci-
pere et illud dabit postea. Si autem
semper cum petis accipere terrena-
lia aut non accipis aut difficile
impetrabis quod cum illa libenter
prestet non habenti que si habebis
utique amovet a te ut contempnas.
Secundo liberatio petri facta est per
angelicum ministerium. Angelum cum
domum in carcerem descendens circa
petro fecit quia lucem sibi dedit
ipsum velociter surgere fecit et cathe-
nas de manibus solvit per que
signatur spiritualiter quod ille qui est
in carcere herodis .i. dyaboli id est
intellectiva obtenebrata affecti-
vam ad terram inclinatam et opera-
tivam ligatam. Deus autem mini-
sterio angelorum illuminat nostram
intellectivam per fidem quod significatur
per hoc quod dicitur quia lumen
refulsit in habitaculo carceris

Elevat nostram affectivam ad divi-
norum amorem unde dicit ei Sur-
ge velociter et solvit nostram liga-
tam operativam quod signatur per hoc
quod dicitur et ceciderunt cathene de
manibus eius. Tertio audit deus
hodie opus sue nunc per hoc quod
alexandrum papam a vinculis
extraxit et filiam principis libe-
ravit. Cum enim ipsa puella iugulis
cathenam beati petri osculati fu-
isset mox sanitatem recepit
et alexander papa liber dimissus
fuit. Certe quanta dei nunc que ex
petrorum supplicia reddit mirabilia
et gloriosa sanavit petrus per verba
sua ~~actus quod afferebant infirmi-~~
~~tatem apostoli~~ Certe sancte res deo
quibus Cristus sanavit per vestimenta
sua actus quod afferebant infirmi-
tatem apostoli. Sanavit per umbram
suam actus .v. In plateis pone-
bantur infirmi in lectulis ut ve-
niente petro saltem umbra
illius etc. Sanavit per baculum
suum sicut legitur de beato marci-
liano seu marciliali cui ba-
culum suum dedit et positum super
mortuum suscitavit. Sanavit per
supplicia sua sicut istam puel-
lam que osculata fuit cathenam
sanavit cottidie per ossa sua.
Si igitur tante virtutis fuerunt
verba sua quante virtutis nunc est
apud deum eius oratio gloriosa.
Si tante virtutis erant vestimenta
sua quante virtutis nunc sunt eius
devota suffragia. Si tante virtu-
tis est eius umbra quante est
nunc anima eius gloriosa. Si tantum
valuit eius baculus quantum
nunc valet eius primus affectus.
Si tantum possunt eius ossa
quantum nunc possunt eius merita

Ut tantum honorem deus praestat
certis suppliciis quantum praestat coro-
natis in antiquis. Tertium est quia
nunc sapientia capta cum dei hoc
apparuit, quae de malis bona
elicere scivit. Dyabolus quidem
multis modis nititur fideles de-
cipere. Aliquando per vani cultus
superstitionem sicut decepit paganos
quos adorare ydola fecit. Aliquando
per simulationem rey religionis
sicut decipere voluit beatum Marti-
num cui in forma Christi apparuit.
Transfigurat enim se saepe in ange-
lum lucis sicut dicitur 2 ad Corin-
thios. Aliquando per terribilem
monstri apparitionem sicut decipere
voluit beatam Margaretham.
Aliquando per corporalem oppressionem
sicut illum de quo dicitur Luce 11:
Erat ihesus eiciens demonium
et illud erat mutum. Istis quatuor
modis ut in hodierna legenda
habetur dyabolus decipere voluit sed
deus de istis bona sapienter
elicere scivit. Voluit namque deci-
pere per vani cultus superstitio-
nem Romanos sicut refert Beda. Ro-
mani imperatorem Augustum pro
deo colebant, ut postquam autem
Roma fidem recepit, tamen gentilia
festa tunc celebrabant. Sed illud
festum superstitionis deus convertit
in festum devotionis et christianae
religionis, cum scilicet producta petri
cathena festum quod remansit
sed ad honorem petri fuit in-
stitutum et ad vincula nominatum.
Secundo dyabolus decipere voluit per
simulatam religionem Iudeos
sicut dicitur in hystoria tripartita.
Dyabolus indignatus quod occasione
cathene quam iudei regnie

dederant festum octaviani in-
stauravit in specie moysi iudeis mani-
festa apparuit quos in monte magno
super mare aggregavit sicut pede
ad terram promissionis eos ducere
polliceretur et sic innumeros enecavit.
Istud autem deus in bonum convertit
quia qui remanserant ad fidem
conversi sunt. Tertio decipere voluit
per terribilis monstri apparitionem
vram sicut dicitur in eadem hystoria
tripartita. Theodosii diebus apud Ebo-
ream draco inmanissimus ap-
paruit qui omnes in timorem
nimium convertebat cumque cadaver
vix octo iuga boum trahere po-
terant. Sed et isto deus bonum eli-
cere scivit quia beatus donatus episcopus
crucem digitis depingens et cum
sibi ostendens in os eius exspuit
et mox ille crepuit. Ex quo
debilis sit virtus dyaboli cum tam
terribile monstrum sputum sancti
annichilavit. Quarto decipere vo-
luit per oppressionem. Una sicut
legitur in ipsa hystoria dyabolus
quandam invasit et earum
omnibus vexare cepit sed istud
christus in bonum convertit quia magna
ut cathena sancti petri collo fuerat
imposita fuit. Ille tam pondus ferre
non valens abscessit. Sapientia
christi est non solum de malis bona
elicere sed etiam diversa venire. Istud
etiam opus sapientiae christus hodie
ostendit quia cathena petri quae
sub herode fuit vinculatus et illa
qua sub nerone fuit vinctus
in simul sociatae una cathena
miraculose factae sunt ac si ex
una eadem extitissent. Quarto

[petro]
ostendit opus potentie quod scilicet
potestatem ligandi atque solvendi commisit
sicut in evangelio legitur. Summus
pontifex huius plenitudinem potesta-
tis aliis pontificibus partem sue
sollicitudinis tribuit. Christus dicitur
pontifex quantum ad ritum et quantum
ad officium. Quantum ad ritum quia
habuit amictum quando a iudeis fuit
velatus, habuit albam quando ab
herode ~~veste~~ fuit indutus veste
alba, habuit casulam quando clami-
de purpurea fuit circumdatus, habuit
manipulum stolam et cingulum
quando manibus et corpore ad co-
lumpnam fuit ligatus, habuit mitram
quando spinis fuit coronatus, habuit
baculum pastoralem quando arundinem
sibi in manum dederunt, habuit ci-
rothecas in manibus et zandalia in
pedibus quando manus et pedes
clavis confixerunt. Fuit etiam pon-
tifex quantum ad officium quia apostolos
in presbiteros consecravit cum potestatem
conficiendi corpus dedit et panem
in corpus suum transsubstanciavit, apostolos
benedixit. Iste igitur summus pontifex
huius plenitudinem potestatis beato
petro quem pontificem ordinavit
partem sue potestatis commisit dans
ei potestatem in celo ut ianuas
celi claudat et aperiat. Et ideo
dixit tibi dabo claves regni
celorum potestatem in mundo ~~qui~~ ut
ligat et solvat. Et ideo dixit
quodcumque ligaveris super terram
et quodcumque solveris super terram
potestatem in inferno ut dyaboli contra
non prevaleat. Et ideo dixit et
porte inferi non prevalebunt ad-
versus eam potestatem in purgato-
rio ut suffragium ecclesie eis
valeant. Et ideo dicit similiter
quodcumque solveris super terram etc.

illi eius qui purgatorium intr-
ant. Quod est contra sententiam quo-
rundam quando sufficienter per eos
satisfacit a penis solvuntur quando
non sufficienter ad quae videntur
detineri.

Sermo secundus de eodem sequitur etc.

Erat petrus dormiens inter
duos milites vinctus ca-
thenis duabus actuum 12 capitulo huius
ad litteram vero fuit quod petrus
ab herode fuit vinculatus et mi-
raculose liberatus ab ipsis vin-
culis. Possumus tamen dicere quod multa
sunt alia vincula quibus homo
sepe ligatur et vinculatur. Sunt
enim vincula culpe pene et gratie.
Vincula autem pene sunt tria quia
sunt pene contracte assumpte
et inflicte. Pene contracte sunt
penalitates que remanserunt
ad nostram humiliationem. Unde dicitur
michee 6° humiliatio tua in me-
dio tui. Medium autem supponit u-
trumque extremum. Sunt enim
penalitates contracte in principio
sicut ignorantia et impotentia.
Sunt pene contracte in medio
sicut fames sitis calor et frigus
dolor difficultas ad bonum
et pronitas ad malum. Sunt pene
contracte circa finem sicut infirmi-
tates. In fine sicut mors. Post
mortem sicut putrefactio et
incineratio. Iste autem omnes pene
contracte sunt cause humiliationis
nostre. Unde dicitur Job 14°
homo natus de muliere quantum
ad penales conditiones in principio
brevi vivens tempore quantum
ad penales conditiones circa finem
qui quasi flos egreditur et
repletur multis miseriis quantum
ad penales conditiones in fine
et conteritur quantum ad contractas.

pena 3ᵉˣ

B.

pq finem / replete multis miseriis quibus est contractus in medio pro- ptera admirando loquitur. Et quid est homo quod memor es eius aut despectu permittendum et quia quam vilis quam miser. Ad istam questionem quid est homo aliqui autem potius poterat respondere. Homo est ratio- nale et mortale quia in natura sua habuit posse non mori per peccatum autem amisit ipsam et tem infinitas et incurrit mortalitatem et ideo respondetur quod homo est animal rationale mortale. Sed multi sunt qui per peccatum mortale ami- tunt rationalitatem iuxta illud psalmi homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Iram sicut dicit Ysidorus. Anima dum vivificat cor- pus est anima dum vult est animus dum sapit est mens / dum ratio indicat est ratio. Tales autem non recte iudicant quia volunt sua dare deo et scripta dyabolo et ideo non habent rationem. De talibus non potest fieri talis descriptio. Homo est animal rationale et mortale. Per usum eius et consuetudinem pec- candi perdit homo rationalitatem ut iam non possit dici animal ra- tionale addicione sed putridum iuxta illud Ioelis primo. Computru- erunt iumenta in stercore suo. De talibus autem potest fieri talis de- scriptio. Homo est animal putridum rationale et mortale. Talibus potest convenire illa descriptio que habetur Iob xxv. Homo putredo et filius hominis vermis. Sunt et pene assumpte sive imposi- te que assumuntur et imponuntur ad satisfactionem. Cavendum est autem ne iste pene sint nimis graves

et importabiles. Unde dominus reprehendit phariseos dicens alligant honera gravia et impor- tabilia cum debent nimis graves et importabiles penitentie imponi sicut ostendit Crisostomus super Mattheum explanatione. De primo sic dicit. Si fascem super iuvencum adolescentem quem non potest baiulare posueris necesse habet ut aut fascem re- iciat aut sub pondere confringatur. Sic et homini cui grave ponderis penitentie ponis necesse est ut aut pe- nitentiam tuam reiciat aut sub pondere refugiatur aut suscipiens non ferre non potest scandalizatur et amplius peccat et sic dum penitentia penis frangitur contempnitur pena peccati futuri. De secunda sic subdit deinde et si errauerimus modicam penitentiam ponentes melius est propter misericordiam rationem dare quam propter crudelitatem. De tertia sic subdit ubi paterfamilias lar- gus est dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus ut quid sacerdos eius austerus. Postea concludit omnibus apparere sanc- ta vitam tuam esto austerus circa alienam autem benignus. Audiant te homines parva man- dantem et gravia videant facientem. Tales autem sacerdotes qui sibi indulgent et aliis exi- gunt quemadmodum male descripti sunt in civitate que se revelat seu revelat et onerat im- potentes. Sunt etiam pene inflicte et hec vel a deo vel a dyabolo vel a tyranno. A deo infliguntur ad humilitatis conservationem sicut inflicte fuit Paulo ii Cor xii. Ne magnitudo revelationum extollat me datus est mihi stimulus etc.

Inflice

pene assumpte

C

Tales enim pene licet videantur
esse moleste tamen sunt salutifere
sicut ostendit Augustinus triplici exem-
plo de duobus sic dicit molestus
est et medicus furenti frenetico
et pater indisciplinato filio ille
ligando iste cedendo sed ambo
diligendo Si autem illos negligat
et perire permittat ista potius man-
suetudo crudelitas est De tercio
exemplo dicit Non omnis qui parcit
amicus est nec omnis qui verberat
inimicus melius est diligere cum se-
veritate quam decipere cum lenitate
Et qui freneticum ligat et qui
letargicum excitat ambobus mo-
lestus ambos amittit Ex hiis
verbis habetur quod deus est medicus
providus pater benignus ex-
citator sollicitus peccator vero est
freneticus indisciplinatus filius
et letargicus Est enim freneticus
quia seipsum vulnerat per peccatum
Eccl. xxvi Cadit homo per ma-
liciam animam suam et alios cor-
rumpit et percutit per malum
exemplum i. Cor. xv Corrumpunt
bonos mores colloquia prava
et ideo ligari debet vinculis
tribulacionum tunc quidem ligatura
est sibi salutaris Eccl. vi Vincula
illius alligatura est et est indi-
sciplinatus filius deus autem est
pater benignus et ideo debet ipsum
virga corrigere et cohercere Prov. 13
Qui parcit virge odit filium Similiter
est eciam letargicus quia dormit
in peccatis i. Thessa. v. Qui dormi-
unt nocte dormiunt etc. Ro. 13
hora iam nos est de sompno sur-
gere Deus autem est excitator sollicitus
Luce 11 Vigilate etc. Item Eccl.
Surgite qui dormitis Sunt eciam
pene inflicte a dyabolo Augustinus

in libro de civitate dei Sathanas
formas subintrat omnes se
hospitalis insequens fallacie sub-
veniens utrobique nocens Ex quo
habetur quod sathanas aliquando vult
illudere per variam formam aliquando
opponere per violenciam aliquando
decipere per fallaciam aliquando
nocere per maliciam Sed sancti
vicerunt suas illusiones et persua-
siones sicut cognoscendo i. Joh. 4
probate spiritus si ex deo sunt Jac. 4
perfectos autem solidus tibi etc.
Sue violencie sicut vincendo i. Pet.
adversarius vester dyabolus tamquam leo
rugiens etc. Eius fallaciam sci-
verunt deprehendere ii Cor. 2 Non
enim ignoramus cogitaciones eius
maliciam sicut portave Ephes. 6
In omnibus sumentes scutum
fidei etc. Sunt eciam pene inflicte
a tyrannis et ille sunt ad nostram
cumulacionem unde ipsi persecu-
tores apposita vocantur apud poetas
Ei tunc cederunt nunc apud tyrannos
cum licet pugnat tamen mella com-
ponunt Sic eciam licet persecuto-
ribus cetero crucientur tamen mentes
dulcedine saginantur prompte secundum
multitudinem dolorum meorum
in corde meo etc. Vocantur eciam
ipsi ab Augustino mole et tor-
cularia Unde ait in libro
quinquaginta omeliarum Omnes
enim mali et amatores mundi
quasi torcularia sunt Sicut
enim in torcularibus et uva premitur
et oliva et vinum et oleum ponitur
in taberna ita per nequiciam
malorum qui boni et iusti sunt
multis tribulacionibus corporalibus
fatigantur seu corporaliter ut aic
eos tamquam vinum et oleum.

recondi in cena tabernacula
mittantur. Noli ergo de dei mia
vel iusticia desperare quod te vides
ab iniquis hominibus fatigari sed
considera quod illi qui te persequuntur
apud deum velud mole et tribu-
laria deputantur tu vero quasi oli-
ua et quasi uva legittima parvo
tempore pressuram malorum sustinendo
cogeris sed post ea illis sine fine
manebit supplicium Tu feliciter
consummacione tribulacionis ad regnum
sit (Augustinus) // Secundo sunt vincula
culpe / et horum quedam sunt
quibus vinculatur corpus sicut peccata
carnalia / quedam quibus vincula-
tur anima sicut peccata spiritualia peccata
autem carnalia sunt tria ut dicit
Greg. super Ezech. scilicet luxuria gula
et sompnolencia Spiritualia autem
superbia invidia vana gloria
et cetera / peccata autem carnalia sicut
ibidem ostendit ad vincendum
corrigitur maior laboris instancia
si vincuntur maior provenit gloria
si vincunt maior causatur infamia
De primo sic dicit Contra alias
passiones prode possumus per
colluctacionem cordis sed oportet co-
sumere et continuare et inficere pug-
nam carnalem / De secundo sic dicit
Si ergo hec tria passiones sunt
intime et proprie nature carnalis
inclinis passionibus abstinencia
sic sanctificat corpus quod abstinencia
laus ut sit castus ut sit ieiunus
ut sit vigiliis perseverans / De
tercio sic subdit Nulla aliarum
passionum sic contaminat corpus
quam passiones iste ut sit homo
fornicarius aut epulator aut
sompno deditus / Unde dicit apostolus
I Cor. 6 Omne peccatum quodcumque
fecerit homo extra corpus est / qui
autem fornicatur in corpus suum peccat

Istis vinculis peccatorum dyabolus
peccatorem ligat ne se defendat ne
se ab alia fugiat et ut ipsum
in patibulo infernali suspendat Matth.
22 ligatis manibus et pedibus
mittite eum in tenebras exteriores
Ista non nisi virtute dei solvuntur
Psalmus Dominus solvit compeditos
Peccator ista vincula sibi facit quando
cum pravam suggestionem recepit
primum filum ponit ad mala cogita-
cionem concipit filum filio iungit ad
cogitacionem delectacionem addit filum
tercium quando consentit addit et tunc
fit quod dicitur Eccl. 4o funiculus
triplex difficile rumpitur / Tercio
vincula gracie quibus sancti vel servi
ligantur post conversionem et custo-
diam cordis et sensuum / ligandus
est enim et vinculandus sicut in-
genius ligandus est capitalibus ut
ligandus est stultus et insanus
ligandus est equus protervus et in-
domitus Homo fugitivus est cor
quod sepe fuit a deo nullo dyabolo
insequente / ligandus est igitur dili-
genti custodia et cautela Prov. 4
Omni custodia serva cor tuum sed
quia homo non sufficit illud custo-
dire debet ipsum deo recommendare
Prov. xxiii Prebe fili cor tuum
michi / Inimicus nequam est visus
Eccli. 31 Nequius oculo quid cre-
atum Iste est a deo nequam inimicus
quod animam depredatur Tren. 3o Ocu-
lus meus depredatus est animam meam
Iste inimicus est ligandus per pactum
mutuum ut scilicet cor facias pactum
cum oculo quod nichil vanum sibi mitta-
bit Job 31 dicit Pepigi fedus cum
oculis meis etc. Et oculus facit
pactum cum corde quod ad nulla vana
vel illicita ipsos dirigat Job 31 Si
secutus est oculus meus cor meum

cuto aut hospitis iste est famili-
arior tanto est periculosior nulla
enim pestis efficacior est ad nocendum
quam familiaris inimicus. Stultus enim
est insanus est auditus eius scilicet stul-
ticia apparet in hoc quod omni verbo
credit quod audit. Unde dicitur
Eccl. 13 attende diligenter auditui
tuo. Et in eo quod libencius audit va-
na quam utilia 2 Thim. 4 a veri-
tate quidem auditum avertent ad fa-
bulas autem convertentur. Et in eo quod
vult amicum reprehendere secundum ea que
audit. Unde dicitur ibidem 11 Non
secundum auditum aurium arguet. Periculum
est autem quando iste stultus divicijs
repletur quia tunc omnibus contem-
nit ad conturbacionem Prov. 30 per
tria movetur terra per stultum cum
saturatus fuerit cibo. Cum enim stultus
est ieiunus, id est divicijs vacuus, quasi
insanus est; saturatus, id est divicijs reple-
tus. Tercius malivolus est tactus
qui semper vult esse ociosus et
ideo dolet vinculari, id est diversis operi-
bus occupari. Eccl. 33 Servo mali-
vulo tortura et compedes mitte
eum in operationem ne vacet. Iste
enim servus semper vult esse ociosus.
Prov. 19 d. Abscondit piger ma-
num suam sub ascella etc. Ex ista
autem pigricia et meretur egestatem
multorum Prov. 10 Egestatem opera-
ta est manus remissa et suppli-
cia tormentorum Prov. 11 Manus
in manu non erit innocens malus.
Quartus superbus et indomitus est
cuius lingua superba et
indomita est. Superba quia cito la-
bitur Eccl. 27 Beatus qui non est lap-
sus in ~~vita sua~~ lingua sua. Eccl.
Noli esse citus in lingua tua. Est
indomita quia vix domatur Jacobi 3
Omnis natura bestiarum etc.

Sequitur sermo secundus de vinculis sancti petri

Beatus es Symon Bariona
quia caro et sanguis non
revelavit tibi etc. Math. 16. In quo
verbo prelato quatuor requiruntur
scilicet vita sapiencia constancia et aucto-
ritas rite collata. Ab hiis qua-
tuor beatus Petrus commendabilis red-
ditur. Primo videlicet a perfectione vite
unde dicitur Beatus es Symon Bariona.
Secundo a revelacione divine sapiencie
unde dicitur quia caro et sangu-
is non revelavit tibi. Tercio
a magnanimitate constancie unde dicitur
et ego tibi ~~dabo~~ dico quia tu es
petrus et super hanc petram
edificabo etc. Quarto a potestatis et
auctoritatis collacione unde dicitur
et tibi dabo claves regni celorum.

a

Ad perfectionem autem vite prelati tria
requiruntur. Primum est magna sanctitas
quo ad se ipsum unde dicitur beatus. Secundum
est obediencie velocitas quo ad
deum unde dicitur Symon. Tercium
est innocencia et pietas quo
ad subditos unde dicitur Bariona.

b

De sanctitate autem vite beati petri notandum
in hoc quod vocatur beatus. Licet enim plena
beatitudo servetur in [illegible] via comple-
nam enim beatitudinem ut Au-
gustinus in libro de vita quatuor
requiruntur, scilicet completa voluntas
voluntatis sanitas desideriorum
satietas et in hiis omnibus plena
sanitas. Et ista quatuor aliquo-
modo reperiri possunt in beatitudine quam
habent sancti in via. Primum namque
quod facit beatum est completa vo-
luntas unde dicit idem Augustinus
in libro de civitate dei. Continuo
miseri sunt qui non habent quod vo-
lunt. Istam voluntatem completam
quodammodo habent sancti in via. Dum
enim sancti faciunt voluntatem dei
sic et deus facit voluntatem
ipsorum. Voluntatem timencium se faciet etc.

c

Philippenses ij voluntas omnibus i
hijs qui simpliciter ambulant Tertium
est quod facit beatum est sanctitas
voluntatis Unde Augustinus Beatus
est qui habet quod vult circa imple-
tio voluntatis Istud etiam habent sancti
in via quia voluntas ipsorum est
tantum in bonis et de bonis sicut
in lege dei et de mandatis dei
psalmus In lege domini voluntas
eius Item In mandatis eius
volet nimis Quartum in quo consistit
beatitudo est desideriorum sacie-
tas Augustinus de vita beata
plena sacietas dicitur hec est beata
vita psalmus Saciabor cum appa-
ruerit gloria tua Istud etiam habent
sancti in via quia quando deum
habent sacietatem desideriorum
Iohannis 14 Dixit philippus domine
ostende nobis patrem et suffi-
cit nobis Quanto enim plus consu-
munt deum tanto plus saciantur
de deo quia anima consumentem
saciavit bonis Unde quibus sit
saciata dicit per illud psalmi Quid
enim michi est in celo et a te quid
volui super terram q. d. nichil nisi
te Nimis enim avarus est cui non
sufficit deus Quintum in quo consi-
stit beatitudo est plena securitas
Augustinus super Genesim ad litteram Quo-
nam modo beati esse possunt
non video quibus incerta est ipsa
beatitudo Istam securitatem habe-
bat Apostolus qui dicebat Romanos viii
Certus sum enim quia neque mors
neque vita poterunt nos se-
parare a caritate dei Istam se-
curitatem habebant apostoli quibus
dominus dixit Iohannis 16 Iterum
autem videbo vos et gaudebit cor
vestrum et gaudium vestrum nemo
tollet a vobis Sextum in quo consistit
perfectio vite prelati est obedien-
cie voluntas quo ad deum Deus
posuit in homine racionem ut ha-
beat super se deum quo notatur

tum dicit Symon quod inter plures
obediencias Deus posuit in ho-
mine racionem ut habeat super se
deum et infra se sensualitatem
Quamdiu autem primus homo obedivit
suo superiori tamdiu inferiores poten-
cie obedierunt racioni Quando vero
recessit ab obediencia superioris sta-
tim sensualitas recessit ab imperio
racionis Unde motus in carne
sua quasdam motus sensit et pu-
dibunda sibi fecit Sic et est in
prelato qui positus est in medio
et ipsi Quando enim ipse obedit pre-
ceptis dei ipsius obedit preceptis
omnis Quando vero ab obediencia dei
recedit sepe subditi ab obediencia
sua recedunt Licet autem simul-
ta precepta dei facta prelatis unum
tamen est precipuum scilicet de vigilancia
et cura sollicita circa curam
gregum de quo dicitur Marci 13
Et ianitori precepit ut vigilet
Ianitores sunt prelati qui claves
a domino receperunt qui debent solli-
cite vigilare Ideo vocantur vigi-
les Canticorum 3 Invenerunt me vi-
giles qui custodiunt civitatem
vocantur et speculatores Ezechielis 3
Fili hominis speculatorem dedi te
domui Israel Ideo speculatorem oportet
spectat in altum ascendere videre
vociferare et vigilare In altum
ascendere per altitudinem vite Gregorius
Cui aliena committitur speculator
vocatur ut in montis altitudine
sedeat et vocabulis nominis et vir-
tute actionibus trahat unde per
lumine sapiencie Unde ipsi prelati vo-
cantur videntes i Regum 9 Iudica
michi ubi est domus videntis Vi-
dere et clamorem docet Ysa-
ias 58 Clama ne cesses Vigi-
lat pro dona circam Marci 13
Vigilate et orate etc. Sed de ipsis
speculatoribus dominus conqueritur Ysaie 56
Speculatores eius ceci omnes

nescierunt vivimus si Ecce qz si
videntes canes muti non valentes
latrare Ecce quia non vociferantes
videntes vana dormientes et
amantes sompnia Ecce quia non
sunt vigilantes / omnes in viam
suam declinaverunt unusquisque ad
avariciam suam a summo usque ad
novissimum Ecce quia non sunt in
altitudine vite stantes / Secundum in
quo consistit vite perfectio est inno-
cencia et pietas cum dicit Tercio
qui in scriptura filius columbe Colu-
ba enim est ad simplices tacens Iohannes
ideo dixit dominus Math 10 Estote sim-
plices sicut columbe hodie autem
ad custodiam columbe i. ecclesie po-
tius eliguntur homines corvini quam
columbini Sepe illi in quibus est la-
mina ferocitatis magis quam illi
in quibus est columbina simplicitas
Magis illi in quibus habundat vi-
num severitatis quam illi qui habundant
oleo pietatis Et tamen pietas et man-
suetudo multum requiritur in prelato
sicut ostendit Gregorius in moralibus tra-
hens exemplo dicens Emolliri
prius debet animus ut afflicto con-
gruat congruens inherat inherens
trahat neque enim ferrum ferro con-
iungitur si non utrumque decoctionis
igne liquetur nec durum molli ad-
heret nisi prius duricies eius temperata
mollescat Sed nec iacentes erigimus
nisi a rigore nostri status inclinemur
quia dum rectitudo stantis a ia-
cente ~~dist~~ discrepat eum cui condes-
cendere neglexit nequaquam le-
vat / Duo igitur ferra sunt subdi-
tus et prelatus qui oportet ergo ut
utrumque sit igne inflamatus ut scilicet
liquetur tam prelati per amorem et
tam subditi per devotionem sunt
de facili possunt uniri et prelatus cum
subdito et subditus cum prelato Cum
vero neuter liquatur quia et prelatus

non est affectuosus et subditus
indevotus tunc nullatenus uni-
untur Et nota vero tantum tam liqua-
tum est sunt prelati per amorem
sunt subditi per devotionem non sunt
sunt ad invicem iuncti nec uni-
ti in exemplum est de molli et
duro quia durum molli non adheret
nisi eius duricies temperata molle-
scat / duo dura sunt prelatus auste-
rus et subditus protervus / unum
durum et unum molle est prelatus
austerus et subditus mansuetus
vel prelatus benignus et subditus
protervus / tunc de facili possunt uniri /
Duo vero mollia sunt prelatus beni-
gnus et subditus mansuetus
et tunc de facili uniuntur / Tercium exem-
ponit de iacente et erigente quia
Oportet ut a statu sui rectitudine inclinetur
stare quidem pro in suo rigore est
duricie et severitatis protervire
se omnino a suo rigore est stulticie
et fatuitatis Inclinare medium a
suo rigore est mine et pietatis Secundum
quod necessarium est prelato est sapiencia
divina quod notatur cum dicitur Caro et
sanguis non revelavit tibi sed
Est enim quedam sapiencia carnis
quedam sanguinis quedam spiritus
celestis Sapiencia carnis est appetitus
sensualitatis cuius oraculo vel
magisterio non est credendum
quia falsus propheta est non est stan-
dum iudicio eius quia falsus iudex
est Iohannes viii Vos secundum carnem
iudicatis ego non iudico quemquam
nec servanda dicta eius quia
insipiens medicus est Ro viii
Si secundum carnem vixeritis morie-
mini / nec habendus comitatus eius
quia deceptorius dux est Ro viii
Nichil dampnationis est hiis
qui non secundum carnem ambulant
nec querende divicie eius quia
vilis negociator est I Cor ix

Caro et sanguis regnum dei
non possidebunt. Capia sanguis
est affectus propinquitatis et consan-
guinitatis et iste similiter non est
sequendus maxime in bonorum
spiritualium distributione ubi servanda
est regula ubi habetur Luce 14 cap(itulo)
... quod superest date elemosinam
non edificate propinquos castra
edificia vel pallacia. In bene-
ficiorum ecclesiasticorum collatione ob-
servanda est regula que habetur
Eccl. 12. Benefac iusto scilicet clerico
et ne dederis impio scilicet malo
propinquo sed bono et ne recipe-
ris peccatorem. In sacramentorum
dispensatione ubi servanda est
regula que habetur Matth. 10.
Gratis accepistis gratis date.
Istam duplicem sapientiam scilicet car-
nis et sanguinis non habuit
Petrus sed sapientiam patris celestis
qua quidem scivit de Christi divinitate
et humanitate que quidem beatificat
ex eo quod transcendit omnem sen-
sum corporeum. Hebr. 11. Fides est
substantia sperandarum rerum argumen-
tum non apparentium. Transcendit
intellectum humanum 2 Cor. 10
In captivitatem redigentes
omnem intellectum in obsequium
Christi. Transcendit intellectum
angelicum. Dionysius. Istius sunt nobis
divina comperta et ineffabilia [illegible]
verbo et incognita omni menti
et ipsi primo dignissimorum ange-
lorum transcendit necnon cursum [illegible]
operatorie est [illegible] [illegible]
[illegible] est opus ar-
duum et insolitum. Transcendit o-
mnem mundi principatum et potestatem
quia sicut dicitur Hebr. 11. Sancti
per fidem vicerunt regna etc.
Tertio necessaria est prelato constantia.
Habet autem constantia attenditur quantum
ad tria. Primo quantum ad delinquen-
tes ut constanter eos arguat

et respondeat (?) et ideo dicitur
Tu es Petrus tanquam petra firma.
Habet autem constantia dicitur habere
discretionem maturitatem et
fortitudinem sicut ostendit
Gregorius super illud Ezech. 1. Planta
pedis eorum planta pedis vituli
id est scilicet mature incedentes fortis
et divisa quia unusquisque pre-
lator et venerationem et matu-
ritate et fortitudinem operatur
et divisionem ungule in discre-
tione. Debet igitur prelatus esse di-
scretus in discretione culparum exa-
minatione maturus in examinatione
maturus ponderatione fortis et
firmus in examinationis et pondera-
tionum potenti punitione. Secundo
attenditur quantum ad deum ut fidem
eius constanter teneat quod notatur cum
dicitur Et super hanc petram edifi-
cabo ecclesiam meam. Et istam
constantiam habuit Petrus cuius
constantia fidei apparuit ex dictis
eius cum dixit Tu es Christus filius
dei vivi. Ex factis eius unde
ex fervore fidei super mare ad
Christum ambulavit. Ex miraculis
eius in quibus quodammodo ma-
gistrum precessit quia ad umbram
eius sanabantur infirmi ut ha-
betur Act. 5. Crucem videtur magis
fuisse quam cum infirma sanata
ad tactum fimbrie vestimenti
Christi. Apparuit ex suppliciis eius
quia in suppliciis et in cruce
Christum semper confessus est Act. 5.
Ibant apostoli gaudentes a conspectu
concilii etc. Tertio attenditur prelati con-
stantia quantum ad demones ut
ab eorum temptationibus se superari
non permittant quod notatur cum dicitur
Et porte inferi non prevalebunt
adversus eam. De quibus portis
inferi dicit Gregorius [illegible]
potest intelligi [illegible] prelatus

Et subdit Sicut porte singule ci-
uitatum nominatim sunt ipsa sit una
queque porta inferorum secundum poeni-
tenciam quia per peccatum suum nomen est
ut puta una porta dicitur fornicatio
per quam omnes fornicatores ingre-
diuntur in tartarum. Tercio notanda
est prelatis auctoritas iure collata
quod notatur cum dicitur tibi dabo
claues regni celorum Circa quod circa
videnda sunt. Primo a quo iste
claues dentur quia a cristo quod no-
tatur cum dicitur dabo claues regni celorum
Cristus enim habet claues infernales
iusticie et istas nulli dat sed sibi
retinet apocalipsis primo habeo cla-
ues mortis et habet claues ce-
lestis curie et istas aliquibus dat
scilicet sacerdotibus et prelatis que cla-
ues secundum ieronimum sunt sciencia et pote-
stas discernendi quia sacerdotes
dignos debet recipere et indi-
gnos a regno debet concludere
Sed sicut dicit ieronimus istum locum
episcopi et presbiteri non intelligen-
tes aliquid sibi assumunt de super-
cilio phariseorum ut vel dampnent
innocentes vel soluere se
noxios arbitrantur cum apud deum
non sentencia sacerdotum sed reorum
vita queratur Et claues fidei ca-
tholice et istam communicat omnibus
de qua sic dicit ambrosius claues
petri fidem dixerim per quam celos
aperuit inferna penetrauit ma-
ria calcauit intrepidus arbitrar
illam clauem duodecim artificum
opere conflatam Duodecim enim
apostolorum simbolo fides facta comple-
ta est Secundo videndum est cui dantur
quia petro quod notatur cum dicitur tibi
et eciam aliis in te / habet enim claues
sunt soli sacerdotes boni imitatores
petri digne sunt soli sacerdotes
vel sunt soli quibus iurisdictione

libere et complete. Tercio videndum
est ad quod iste claues dantur
quod notatur cum dicitur quodcumque liga-
ueris super terram erit ligatum et in
celis Sed non videtur quod sacerdotes
possint ligare et soluere a peccatis
quia dicitur Mathei ix quis potest
dimittere peccata nisi solus deus Sed
dicendum quod est vinculum culpe
Ecclesiastici vii. Iniquitates ad vita
trahatur stultus Est vinculum pene
eterne Mathei xxii ligatis manibus
et pedibus etc. Est vinculum pene
Est vi. vinculum illius alligatum
salutis Luce ix alligauit vulnera
eius etc. Sacerdos igitur potest ligare
et soluere virtute clauium vincula
pene vincula autem culpe et pene
eterne non potest nisi deus nisi per
modum ostensionis ut potest sensus
quodcumque ligaueris et solueris i. quos-
cumque ligatos vel solutos ostende-
ris clauem scilicet non errante clauis
aut non errat in se sed racione
utentis vel potius abutentis

Sequitur sermo primus de
inuencione sancti Stephani etc.

Statuisti verba tua que locutus
es in manibus puerorum tuorum
complitarum ut transferrent ossa regum
meorum et ossa patrum nostrorum
de loco suo Baruch 2 Inuencio
sine translatio beati corporis Stephani
prothomartiris commendabilis est
ex parte illius a quo facta est
scilicet a cristo quod notatur cum dicitur
Statuisti verba tua Secundo ex parte
illorum per quos facta est quod cum
dicitur notatur que locutus es in
manibus puerorum tuorum complitarum
Tercio ex parte illorum apud quos
facta est quod notatur cum dicitur ut trans-
ferrent ossa regum meorum et patrum
meorum Tercio apud causa aliqua

facta est quia scilicet in loco desperato
eius ossa latebant quod notatur cum
dicitur de loco suo / Commendabilis
vero secundo est de parte Christi a quo
facta est cum dicitur Statuisti verba
tua ipse enim verba que locutus est
de revelatione Stephani et sociorum
eius statuit i. certa et firma fecit
quod patet quia ipsa revelatio non
fuit vana sed triplici apparitione
firmata voluit enim Lucianus ut
sibi illa visio ter appareret ut sic
certus et securus fieret Sicut enim
in ore duorum vel trium testium
stat omne testimonium Et sicut
in tribus diebus recipitur omne verbum
sic et in tribus revelationibus
comprobatur omne verum / Ideo fuit
etiam dubia sed multis miraculis
comprobata quia multi ibi a diversis
languoribus sunt curati Hebr. 2.
Contestante deo signis et por-
tentis et variis virtutibus distri-
butionibus Non fuit etiam vacua
sed ope [?] repleta unde poterat
dicere Lucianus quod legitur Dan. 1.
Audivi quicquid pro ea rei con-
stavit eventus Non fuit etiam
fantastica sed congruis similitudinibus
decorata Ostendit enim Gamaliel
Luciano tres calathos aureos
unum plenum rosis rubentibus
qui signat reliquias sancti Ste-
phani qui fuit aureus per cari-
tatem et carnis incorruptibilitatem
et roseus per sanguinis effu-
sionem Alii autem duo erant
pleni rosis albis et signant
reliquias Gamalielis et Nico-
demi qui fuerunt aurei per cari-
tatem et albi per intentionis
sinceritatem / Ostendit etiam
quartum calathum argenteum plenum
croco qui signabat reliquias
filii ipsius Gamalielis qui fuit
argenteus mundum per virginitatem
croceus color autem dicitur esse

medius inter album et rubeum
quia ipse cum candore virginitatis
fuit albedinem puritatis intentionis
et rubedinem caritatis Modo
ista inventio commendabilis est
de parte illorum per quos facta
est cum dicitur que locutus est in
manibus puerorum tuorum prophetarum
scilicet Gamalielis Luciani et Johannis
episcopi / Christus enim revelavit Gama-
lieli Gamaliel Luciano Lucianus
Johanni episcopo Isti autem fuerunt digni
mediatores Et quia pueri et quia
prophete Pueri autem fuerunt propter puritatem
simplicitatem et humilitatem / Hec
enim tria maxime disponunt homi-
nem ad divinas revelationes su-
scipiendas Disponit puritas /
Prov. 22. Qui diligit cordis mun-
ditiam propter gratiam labiorum habebit
amicum regem Disponit sim-
plicitas Proverb. 3. Cum sim-
plicibus sermocinatio // disponit hu-
militas per eumque doctrina [sua?]
turum illuminat et intellectum dat par-
vulis // fuerunt et prophete sicut patet
in Gamaliele qui manifestavit
multa preterita scilicet Stephani passionem
Nicodemi et sua morte manife-
stavit / ~~futura sicut ubertatem ha-~~
~~bundantiam~~ // presentia occulta sicut
ossa in terre visceribus occultata
Manifestavit futura sicut ubertatem
habundantiam et reconciliationem
divinam Tertio ista inventio commen-
dabilis est de parte illorum propter quos
fiebat scilicet Stephani et filiorum eius
qui digni erant translatione et ma-
ioris honoris Et quia erant recti
et quia erant pueri sicut notatur
in auctoritate proposita cum dicitur
ut transferentur ossa recta Sancti
enim in nostro sunt tyranni sed recti
sunt appellati Tria enim sunt de
tyrannis faciunt scilicet amittere domi-

nandi quod non fuit in cristo qui
fugit cum scirent eum esse ven-
turi ut facerent eum regem. Secundum
est cupiditas lucrandi. Basilius
In hoc differt rex a tiranno
quia ille quod omnibus utile est con-
sulit iste quod sibi. Ideo cristus non
fuit tirannus sed rex quia sicut
dicitur Io. 17. Cristus non sibi pla-
cuit sed sicut scriptum est impro-
peria improperancium tibi ceciderunt
super me. Tercium est crudelitas
seviendi. Istud non fuit in cristo
de quo dicitur Zach. 9 dicite filie
syon ecce rex tuus venit tibi
mansuetus. Iob. 11. Tercia multum
est ad cognoscendum. Per ista
tria signa cognoscuntur qui sunt
tiranni et qui sunt reges veri
reges enim sunt et non tiranni
qui non sunt ambiciosi qui non
sunt cupidi et avari qui non sunt
crudeles sed pii. Talis erat apostolus
qui dicebat .I. Thessa. 2. Neque que-
rentes ab hominibus gloriam neque a
vobis etc. Glossa Primo quasi adhuc
hominibus placerem cristi servus non
essem. Non erat cupidus et ava-
rus qui dicebat Non quero vestra
sed vos. Non erat crudelis sed
pius qui dicebat Quis infirmatur
et ego non infirmor. Fuerunt et
patres quia genuerunt nos per
evangelicam erudicionem. Primo ad
Cor. 4. Nam in cristo ihesu per
evangelium ego vos genui per
exempli exhibicionem unde ait
Ephe. 5. Imitatores mei estote
sicut filii karissimi etc. Per ora-
cionem sicut Stephanus paulum
genuit quem oracione convertit.
Tercio commendabilis est quia tamen
obscura sic erat quia scilicet in loco
humili et despecto iacebant et
ideo de loco humili ad locum

honorabiliorem eius reliquie
sunt translate. Circa quod notandum
quod triplex translacio invenitur
facta fuisse de corpore sancti stephani.
Prima fuit de loco despecto ad
montem syon. Secunda de monte
syon in constantinopolim. Tercia
de constantinopoli romam. Prima
translacio magnifice hodie celebratur
In qua ostenditur quante fuit potencie
quo ad deum quante puritatis et
mundicie quo ad seipsum quante de-
beat esse dignitatis et reverencie
quo ad mundum magne quidem
potencie apud deum hodie fuisse
apparuit qui suis meritis impetrat
nobis bona temporalia bona corporalia
et bona spiritualia. Bona temporalia quia
cum tunc in mundo esset magna
sterilitas, meritis eius in die
qua reliquie eius sunt levate
pluvia magna descendit et
terram fecundavit et habundancia
magna fuit. Iaco. quinto. Helias
homo erat similis nobis passi-
bilis et iustus. Et rursum oravit
et celum dedit pluviam et terra
dedit fructum suum. Impetravit
etiam bona corporalia quia sep-
tuaginta tres homines a diversis
languoribus in corporibus suis in-
vencione eius meritis sunt
curati. Impetravit et bona spiritu-
alia scilicet dei indulgenciam et
graciam quia cum tunc deus
mundo esset iratus eius meritis
est reconciliatus. Unde dixit
Gamaliel luciano aperi nobis
festinanter monumentum ubi
cum negligencia posite sunt
nostre reliquie ut per nos ap-
periat deus et cristus eius et
spiritus sanctus hostium clemencie
sue in hoc mundo. Secundo ostenditur

F

G

conte fuit puritatis et mundicie
quo ad saporem ex eo q(uod) de suo
corpore magni odoris fragrancia
emanavit per quod ostendit(ur)
q(uod) ipse habuit magnum odorem in cor-
pore p(er) virginalem pudiciciam
Eccl(esiastic)i xxiiij Ego quasi vitis fructi-
ficavi suavitatem odoris. Sic(ut)
enim odor vinee repellit serpentes
sic de carne sua repellebat
omnes carnales passiones. Habuit
odorem in mente per puram
(con)scienciam. Prov(erbiorum) xxvij Unguento
et variis odoribus delectatur cor
et boni amici (con)siliis. Sic Cristi a(n)i(m)a
delectatur. Habuit odorem in (con)ver-
satione per honestam famam
ij Cor ij Cristi bonus odor
sumus in omni loco etc. Tercio oste-
ditur quante debeat esse dignitatis
et reverencie quo ad mundum in ipsa
eius invencione. Habuit corpus suum
in reverencia deus qui non est
passus ut in vili loco iaceret
sed in loco honorabili conditum
~~habet~~ maneret. Sap(ientie) xij Cum
magna reverencia disponis nos.
Ipsum in reverencia habuit sanct(us)
sicut sanctus Gamaliel qui eius
tanta reverencia corpus illius
manifestavit. Ipse enim specialiter
Stephanum diligebat quia dis-
cipulus suus s(cilicet) Paulus ad fidem
Cristi convertebat. Ipsum eciam in re-
verencia habuit insensibilia ele-
menta sicut terra que fuit mul-
ta concussione commota ex ipso
enim suo motu terra clamare
videbatur q(uod) non erat digna tantum
thezaurum intra sua viscera reti-
nere. Job xij Loquere terre et respondebit
tibi. Secunda translacio sua fuit de
monte Syon in Constantinopo-
lim. In qua quidem illi qui eius
corpus transferebant in via

obvios habuerunt demones
angelos et Stephanum. Demones
deflebant sua incendia ut sic
Stephanum ad compassionem provo-
caret dicentes: Ve nobis quia
prothomartir Stephanus transit et co-
nos verberavit igne. Similem
conquestionem fecerunt Cristo dicentes
Luce 8 Quid nobis et tibi Ihesu
Nazarene venisti perdere nos.
Sed quia Cristi non erant suscep-
tibiles misericordie nec digni compassione
ideo irritati et provocati plurima
impedimenta. Tamen cum audite
sunt voces dicencium principi de-
monum: Impii principes navem
incendite quia adversarius noster
Stephanus est in ea. Sepe cum
[illegible] fecerunt navem a suo proposito
impedire conati. i Thessal ij Impe-
divit nos sathanas. Sed quia
impedire non potuerunt tracti sunt
per medium eius confregere proram
dicentes: Omnis dei venit qui
lapidatus est ab iniquis iudeis
[illegible] et de arcto similiter [illegible]
virtute tracti sunt omnes pres-
pronia vocantes ipsum sanctum.
Luce quarto: Scio te q(ui) sis sanctus
dei. Secundo habuit obvios ange-
los qui triplex sibi misterium
exhibuerunt. Unum fuit in melodia
et celesti iubilatione quia cum
corpus deferretur angeli super ipsum
celestes laudes decantabant.
Unde illius qui aliquando Stephanum
non laudant patitur cum [illegible]
illud q(uod) habetur Job: Ubi eras cum
me laudarent astra matutina
et iubilarent omnes filii dei. Deus
cum laudes quales sancti faciunt
sibi fieri representat. Secundum
misterium angelorum fuit in odore

diffusione quia cum corpus
diffunditur maximus odor se mani-
festabat Cant. 1 Nardus mea
dedit odorem suum nardus
quod est herba parva calida et
spinosa beatum Stephanum significat
qui fuit per humilitatem calidus
per humilitatem caritatem spino-
sus per maceracionem operacionum. Secundum
ministerium fuit in demonum sub-
mersione. Naufragus cum demo-
nes qui navem conabantur in-
tendere in profundum maris demi-
sit Neemie 9 persecutores autem
precipitati seu precipiti quasi
lapidem in aquas validas. Tercio
[illegible] habuit Stephanus. Cum
enim demones tempestatem su-
scitassent et naute periclitari ti-
merent Stephanus eis apparuit
dicens Ego sum et apparens con-
fortavit dicens Nolite timere
confortans asseruavit quia tran-
quillitatem magnam fecit. Similiter
habetur de Christo Mat. 14 qui
dixit discipulis naufragium
timentibus Ego sum nolite timere.
Tercia translatio fuit de Constanti-
nopolim Romam quam quidem
translacionem commendabilem reddit
plus scilicet coactum demonis mini-
sterium collatum beneficium stupendum
prodigium gratum consortium et celeste
oraculum. Coactum quidem mini-
sterium demonis quia demones
velint coacti sunt corpori beati
Stephani obsequium exhibere
nam cum filia Theodosii impera-
toris a demone esset obsessa de-
mon in ea clamabat nisi Stephanus
Romam veniat non exibo quia
sic erat voluntas apostolorum. Cum-
que corpus iam Romam delatum
alibi poni vellet demon in pu-
ella clamabat frustra laboratis
quia non hic sed apud Laurencium

sedem sibi elegit. Demones enim
corporibus martirum sunt subiecti
et eis prestant obsequium etiam
in vita et dicitur Luce 10 Domine
etiam demonia subiciuntur nobis
in nomine tuo. Secundum est collatum
beneficium. Puella cum nutibus sancti
Stephani est a demone liberata.
Poterat igitur dicere pater suus Theodo-
sius beato Stephano quod dicitur Mat. 10
Filia mea a demone male vexatur.
Poterat sibi Stephanus respondere
quod habetur Mat. 8 Ego veniam
scilicet Romam et curabo eam. Tercium
est stupendum prodigium. Plura enim
tunc stupenda prodigia acciderunt.
Unum quia cum ad quandam ecclesiam
portaretur vectores substiterunt
nec ultra procedere potuerunt. Aliud
quia cum Greci corpus Laurencii
loco corporis Stephani vellent
accipere in terram velud amentes
corruerunt et tandem infra decem
dies mortui sunt. Imponendum
autem est quod eo eis melius Lauren-
cius dispensavit quia mors
illa corporis facta est sibi causa
eterne salutis sicut legitur 1 Regum 6
de Bethsamitibus qui cum indigni
essent archam dei inde presumpse-
runt tangere et ideo multi mor-
tui sunt. Quartum est gratum
consorcium. Nam cum sepulcrum
beati Laurencii aperuissent et
corpus ibi beati Stephani collo-
carent Laurencius in latus se
dedit et medium sepulcri dereliquit
et sic corpus Stephani ibi col-
locatum fuit. Ideo potest eis competere
quod dicitur Ecce [illegible]. Michi dulcis est
duos simul esse qui unum
sunt. Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in
unum. Quintum est celeste oraculum

clausa cum sepulcro audite sunt
voces angelorum dicencium O fe-
lix roma que corpus beati lau-
rencii yspani et stephani et
Ierosolimitani gloriosa pignora
una claudis mausoleo angeli
cum libenter stephano minste-
rium exhibebant Tum quia ipse
legem in disposicione angelorum
traditam esse dixit actuum vii ac-
tuum A Tum quia vitam angelicam
id est dignitatem servaverat tamen
quia in vultu angelico demon-
stratus fuerat etc Sequitur

Sermo secundus de eodem

Cum esset stephanus plenus
spiritu sancto intendens in
celum vidit gloriam dei et ihesum
stantem a dextris virtutis dei
Actuum A Olim in terra erat vani-
tas vacuitas et tenebrositas
Genesis primo Terra erat inanis etc
Ecce quia vacuitas seu vanitas
et vacua erat quia vacuitas Et
tenebre erant super faciem abyssi
Ecce quia tenebrositas Sed sicut
dicitur Ecclesiastici 16 post hec deus in
terram respexit etc et implevit
eam bonis suis Hec autem
respectio et impletio apparuit
in beato stephano quem bonis
implevit Ideo cum esset va-
cuitatem Sed spiritus sancti pleni-
tudinem nec dilexit terrenas
vanitates sed amavit celestes
amenitates nec sensit tenebro-
sitatem sed divinam claritatem
Ideo ab hiis tribus commendatur
in predictis verbis cum dicitur Cum
esset etc stephanus plenus spiritu
sancto etc Primo cum commendatur
a gratie plenitudine que est contra
vacuitatem cum dicitur Cum
esset Stephanus plenus spiritu
sancto etc Secundo commendatur
a gratie plenitudine que est contra
vacuitatem cum dicitur Cum esset
Stephanus plenus spiritu sancto etc
Secundo a celesti conversacione contra
vanitatem ad dicitur Intendens
in celum Tercio a divina contemplacione
que est contra tenebrositatem cum
dicitur vidit gloriam dei Commendatur
igitur primo a gratie plenitudine
Sed notandum quod habuit maxime tri-
plicem plenitudinem scilicet fidei
Actuum vi Elegerunt Stephanum
plenum fide gratia et fortitudine
In eodem Stephanus plenus gratia
et fortitudine Primum pertinet ad
credenda secundum ad diligenda tercium
ad tolleranda Circa primum notandum
quod ipse fuit plenus fide non qua-
licumque fide sed habuit fidem ma-
gnam vivam et integram fidem
quidem magnam habuit per quam
magna supplicia tolleravit Sed
sunt qui fidem habent a deo mo-
dicam quod modico a vento tempta-
cionis dyabolice superantur Unde
quorum persona dicitur petro Matthei xiiii
videns autem ventum validum
timuit etc Ideo Cristus ipsum re-
prehendit dicens modice fidei quare
dubitasti Sed beatus Stephanus
per fidem magnam quam habuit
nec timuit ventum temptacionis
immisse a dyabolo nec dyabo-
lice probacionis immisse a deo nec flu-
men persecucionis illate a ty-
ranno Matthei A Descendit
pluvia et venerunt flumina
et flaverunt venti et irruerunt
super domum illam et non cecidit

Erat eius fundata super firmam
petram // Habuit etiam fidem vivam
quia ea que credebat operibus te-
stimabat non sicut multi qui habent
fidem mortuam de qua fide dicit
Jacobi ii° fides sine operibus mor-
tua est in semetipsa / fides illorum
qui deum non timent videtur esse
inferior fide demonum Jacobi ii°
Tu credis quod unus est deus et
bene facis et demones credunt
et contremescunt Augustinus Et maior
quod demonibus inditum sit homines
agnoscebant salvatorem Ante de-
mones viderunt et tremuerunt
homines viderunt et occiderunt
Quod autem fides sine operibus non
sufficiat ostendit Crisostomus super actus
Sicut qui audit quod mel dulce
est nec gustat de illo nomen
eius melius cognoscit quam aut
nec eius ignorat / Ideo non dixit
apostolus audite et videte quoniam sua-
vis est dominus // sed dixit gustate
et videte // Habuit etiam fidem
integram que est quando omnes
articuli creduntur vel implicite
vel explicite / Istam fidei inte-
gritatem Stephanus habuit qui
Christum verum deum et verum hominem
esse cognovit / verum hominem
eum dixit Et filium hominis Et verum
deum Eum supponit stantem
ad dexteram dei Tercia est fides
integra quando nec deo subtra-
hitur quod sibi convenit verum sicut
dicit Augustinus in libro de trinitate
triplicatur Circa deum creatura vel
quando deo attribuitur quod est corpore-
um ut candidus vel rubeus // vel
quando attribuitur ei quod est spiritus creati
ut ira et [illegible] vel [illegible] esse

Deo credimus quod nulli rei in
esse potest quod aliquis convenit [illegible]
Octavo fuit plenus gratia sine spiritu
sancto / Ista autem gratia fuit caritas
que est caput virtutum et gratia gra-
tiarum Caritas eius maxima
fuit quia sicut ait Fulgentius
Commendabat deo inimicos ad
alius absolvi posset etiam
suos carissimos venerat in eo
ut ait Bernardus Bene in corpore
passionibus affectus interiore compassi-
onibus superavit ut illorum magis
scelera quam sua plangeret vulnera
Ista igitur est maxima caritas pro
inimicis orare et eis affectum compassio-
nis impendere Magis enim nocet
sibi ipsis quam illis quos persequuntur
iram [illegible] Qui aliud per-
sequitur incurrit maius dampnum
maius malum maius periculum et ma-
ius dispendium Maius dampnum
quia quando ille perdit vestem iste
fidem ille pecuniam iste iusticiam
Unde ait in quodam sermone
Omnis qui aliud in corpore persequitur
persecutorem suscitare dinoscitur
Item si causa illi que persequitur
aliquid de sua [illegible] tulerit maius
sibi ipsi maius dispendium facit /
quia nemo est iniustum lucrum
sine iusto dampno / ubi lucrum
ibi et dampnum lucrum in archa
dampnum in consciencia tollit vestem
et perdit fidem acquirit pecuniam
et perdit iusticiam Incurrit maius
malum quia ille patitur malum
iste est ipsum malum Unde ait Augustinus
ideo male est quia patitur
malum et bene est illi qui est
ipsum malum, nullum [illegible] est miser
malum pati et malum esse

non potest fieri ut tibi male sit quod
pertuleris malum et illi bene qui
est malus. Tu enim qui es malus
quo potest esse quia non patitur
malum quia patitur se ipsum. Incur-
rit etiam maius periculum quia ille
malum est in corpore ipsius et in
corde. Unde ait ille malum est quod
malum alienum pateris in corpore
tuo et illi bene est qui se ipsum
patitur in corde suo. Incurrit etiam
maius dispendium quia ille qui
penalem vitam agit malam a-
nimam. Unde ait tibi male est
quia malam habes vitam et illi
bene est quia habet vitam malam autem.
Tertio fuit plenus fortitudine cuius
fortitudo maxime apparet in
passione quia inter tot supplicia
fortis stetit et vinci non potuit.
Istam autem tantam fortitudinem
non habuit a se ipso sed a deo qui
pugnabat et vincebat in ipso.
Job 17 Pone me iuxta te et
cuiusvis manus pugnet contra
me. Psalmus Cum ipso sum in tri-
bulatione eripiam eum et glo-
rificabo eum. Quod autem Christus
pugnavit patet in Christo ex
pluribus. Primo ex dicto Simone
cum dixit dura cervice et in-
circumcisi corde et auribus
vos spiritui sancto semper resistitis.
Tantam enim audaciam in re-
prehendendo a se non habuit sed
a deo. Matth. 13 Non enim vos
estis loquentes sed spiritus sanctus.
Jeremie 1 Omnia autem que mandavero
tibi loqueris ne timeas a fa-
cie eorum quia ego tecum sum. Patet
ex importabili passione tanta
enim et tam acerbam passionem
a se ipso portare non potuisset

nisi deus in ipso et cum ipso
portasset. Iram sicut dicitur
Job 6 Neque est fortitudo mea
ut sustineam aut quis finis meus
ut patienter agam nec fortitudo
lapidum fortitudo mea nec caro
mea enea est. Et tamen caro
Stephani fortior fuit lapide
et ere. Lapis cum percussus
frangitur et es percussum sonat
et murmurat. Stephanus autem
percussus nec frangi potuit
ut succumberet nec impatiens
fuit ut murmuraret. Patet ex mi-
raculosa operatione faciebat enim
prodigia et signa magna in plebe
que facere non potuisset nisi deus
cum eo fuisset. Johannis 3 Nemo
enim potest hec signa facere que tu facis
nisi fuerit deus cum eo. Patet
ex tam difficili inimicorum dilectione
quod ipsi carni et sensualitati est
impossibile. Crisostomus super Matth. Igno-
rantibus nimirum videtur quando impossibile
videtur diligere inimicum et vere impossibile
est quantum ad carnis naturam quantum
autem ad animam possibile est quia ipsi [illegible]
[illegible] et ideo rege et retine
carnem a passionibus. In hoc
ergo quod inimicos dilexit et pro
ipsis oravit manifestum est quod
deus cum eo fuit qui sibi tantam
patientiam dedit per quam etiam
se ipsum superavit. Proverbiorum 16 Melior
est patiens viro forti et qui do-
minatur animo suo expugnatore
urbium. Patet ex tanta divine sa-
pientie illustratione eo quod ei
non poterant resistere sapientie et
spiritui qui loquebatur. Luce 21 Ego
dabo vobis os et sapientiam

cui non potuerunt resistere et contradicere
omnes adversarii vestri // Secundo
commendatur a celesti conversatione
cum dicitur intendens in celum /
videret etc. Beatus Stephanus corde
et amore habitabat in celo et
non in mundo sciens quod mundus tripliciter
decipit quantum ad omne quod habet in se
appetibile scilicet divitias delicias et
honores. Decipit enim quantum ad super-
biam Sapiencie 5. Quid nobis profuit
superbia. Decipit quantum ad avariciam
Jacobi 1. Glorietur frater humilis in
exaltacione sua / dives autem
in humilitate sua quia sicut flos
feni transibit. Decipit etiam quantum ad
carnis concupiscentiam quia decipit
delectatio et remanet amaritudo
Proverbiorum 5. Favus distillans
labia meretricis et nitidius oleo
guttur eius novissima autem
illius amara quasi absinthium et
acuta quasi gladius biceps. Et
propter istud triplicem decepcionem dicitur
1 Johannis 2. Omne quod est in mundo
concupiscentia carnis est et con-
cupiscentia oculorum et superbia
vite et mundus transit et concupiscentia
eius. Cum igitur transitoriis ipse
adhibet triplicem decepcionem facit tran-
sire eum a culpa in culpam Sapiencie
2o. Vino precioso nos impleamus
coronemus nos rosis antequam
marcescant. Nullum pratum sit quod
non transeat luxuria nostra / nemo
nostrum sit exsors luxurie nostre
Iam sicut dicit Gregorius peccatum
quod per penitenciam non deletur mox
suo pondere ad aliud trahit. Tran-
sit a culpa in penam et hoc
dupliciter vel in penam presentem

de qua dicitur Ro. primo Tradidit
illos deus id est tradi permisit
in passiones ignominie. Ecce culpa
et mercedem suam quam opor-
tuit erroris sui in semetipsis
recipientes. Ecce pena. Et sicut
non probaverunt deum habere
in noticiam. Ecce culpa. Tradi-
dit illos deus in reprobum sen-
sum. Ecce pena. vel quantum
ad penam futuram Job 21. Tenent
tympanum et cytharam ducunt
in bonis dies suos et in punc-
to ad inferna descendunt. Ecce
pena eterna. Job 24. Dulcedo
illius. Ecce culpa. Vermis. Ecce
remorsio consciencie eterna. Transit
etiam de pena in penam Job 24.
Transeat ab aquis nivium
ad calorem nimium. Ista autem
terrena scilicet divitie delicie et ho-
nores sunt in celo non transeun-
tia sed permanentia eo quod sunt
a deo et in deo qui non transit
sed semper manens existit. Proverbiorum 8.
Mecum sunt divitie et gloria
id est gloriose delicie opes superbe
id est sublimes honores. Beatus
igitur Stephanus non posuit
amorem suum in hiis que sunt
in mundo quia labilia sunt
sed in hiis que sunt in celo que
permanentia et eterna sunt.
Ideo monet dominus Mathei sexto
Nolite thesaurizare vobis the-
sauros in terra ubi erugo et
tinea demolitur et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Circa
verba ista exponit Rabanus. In
terra ponit similiter voluptates de-
licias metalla. Eruginem

G

vestes tineam demoliuntur sunt
alia que nec eruginem nec tineam
timent sicut lapides preciosi
Et ideo ponit generale detrimentum
scilicet fures qui omnes divicias rapo-
cationis opponit Circa hoc super aytt
Omnia enim bona mundi explicatur
tollit mitibus aut enim a semet-
ipsis veterescunt et tineam sicut
vestimenta aut ab ipsis dominis lu-
xuriose viventibus consumuntur
aut ab extraneis vel dolo vel
calumpniis vel aliquo alio noto-
modo diripiuntur qui omnes fures
dicuntur qui per iniquitatem festinat
aliena facere sua sed iniquus dives
qui hec sibi perdunt enim multi
perdunt vere aut et male seruatis
diviciis et si non corporaliter tamen
spiritualiter perdidisti quia non pro-
ficiunt tibi ad usum salutis Alle-
gorice autem Rabanus dicit erugo
signat superbiam que deco-
rem virtutis obfuscat tinea que
vestem latenter rodit invidia
est que bonum studium lacerat et
compaciencium unitatis dissipat
fures ut sunt heretici et demones
qui ipsi ad hoc sunt intenti ut
spiritualibus spolient Et tercio consideratur
a diversis revelacione vidit gloriam
dei et ihesum stantem Tercia enim
vidit scilicet gloriam dei ihesum stantem
et celum apertum In quibus bea-
titudo sanctis debetur notatur
Sancti enim beatificantur quantum ad
corpus quantum ad animam et quan-
tum ad situm Beatitudo corporis consistit cor-
poris in eius conformitate dicitur
philippenses 3 Salvatorem expectamus
dominum nostrum ihesum christum qui re-
formabit corpus humilitatis nostre

~~configuratum corpori claritatis sue~~
Corpus enim nostrum est deforma-
tum ex eo quod est mortalitati sub-
iectum Et ideo dicit reformabit
Est corpulentum et ideo grossum
et ponderosum et ideo corpus et
humilitatis ex eo quod obscurum et te-
nebrosum et ideo dicit humilitatis
nostre Sed christus corpus deformatum
per mortem configurabit per immor-
talitatem Et ideo dicit configura-
bit grossiciem et ponderositatem
eius faciet in subtilitatem et agi-
litatem nostri corporis sui et de-
pendit claritatis sue Consider-
acio beatitudo secundo quantum ad
animam que erit in dei visione
et ideo vidit ihesum visio enim dei
summum premium est tota merces nostra
Augustinus hec est vita eterna ut cogno-
scant te solum deum verum et quem
misisti ihesum christum Sicut enim dicit
Augustinus in libro de civitate dei deo
facies est dimensa pariliter (?) ispe-
ra hylaris collocata huius Tercio
est facies christi Et ideo valde
desiderabilis et amena est omnis
christus dimensus quia in eo est
triplex dimensio de qua potest dici
ad romanos de summo bono Cum de
deo sim situ nec sim qualitate
nec sim habitu aut motu ali-
quid digne dicatur inest tamen
ei quodammodo latitudo caritatis
qua nobis et colligit ab errore et
retinet in veritate Inest ei et
longitudo qua nostri longanimiter
malos portat donec emendatos
vite future restituat Inest ei et
latitudo per quam omnem sensum
sue sanctitatis immensitate excedit

Inest ei et profundum quo
dampnandos iniustus iniquitatem
disponens perordinat. Est etiam
hylaris effectus. Sapie vi Dignos
se ipsa circuit querens et in viis
suis ostendit se hylariter illis.
Ysaie xlii° Non clamabit scilicet
murmurando nec audietur vox
eius foris scilicet maledicendo. Non
erit tristis scilicet in corde nec tur-
bulentus scilicet in facie. Est etiam
luculenter coloratus et rubicundus.
De primo Sapie vii Candor est
enim lucis eterne. De duobus sequi-
tur Cant. v Dilectus meus
candidus et rubicundus. Lucidus
propter divinitatem splendidam, can-
didus propter carnem immaculatam,
rubicundus propter animam carita-
tiva succensam. Tercio spectat
beatitudo sanctorum quantum ad situm
sive loci. Et ideo vidit celos
apertos. Celum quidem locus est
valde gratus et propter introitus
facilitatem, et propter loci securitatem
et propter ipsius amenitatem. Olim
erat celum clausum et ideo erat
impossibilis introitus quia omnes
servi dei in regione tenebra-
rum descendebant et claritatem
celi intrare non poterant. Sed modo
apertum est celum et omnes intrare
possunt in ipsum. Aperite michi
portas iusticie ingressus in
eas confitebor domino etc. Est
etiam locus ille gratus propter secu-
ritatem. Mundus non est securus
locus securus propter perversitatem
hominum nec aer propter habitacionem
malignorum spirituum, nec paradisus
terrestris propter ignem et gladium.
Celum autem est locus securus quia
ibi non timetur nec malignorum vi-
olencia propter loci altitudinem.
Psalmus Altissimum posuisti refugium
tuum nec famis inopia propter

propter loci ubertatem. Psalmus Fiat pax
in virtute tua et habundancia in
turribus tuis nec predonum ma-
licia propter civium fidelitatem.
Sapie 3 Fideles in dilectione
acquiescent illi nec hostium vio-
lencia propter loci inaccessibilitatem.
Glosa super Luce Civitas inaccessibilis.
Luce 16 Inter nos et vos chaos
magnum firmatum est ut hii qui vo-
lunt hinc [?] ad vos non possint ad
vos transire neque inde huc transme-
are. Est etiam locus ille gratus propter
amenitatem. Tria enim sunt
que domum faciunt pulchram et
amenam de quibus sic dicit Augustinus
in libro de Trinitate. Bona domus
est paribus membris disposita
ampla et lucida. Sic in domo dei
multa sunt loca id est multa. Ioh. 14
In domo patris mei multe sunt
mansiones. Que tamen sunt pa-
ria omnia secundum Augustinum in dispari
qualitate erit par gaudium
et etiam ampla. Baruch 3 O Israel
quam magna est domus dei et
ingens locus possessionis eius,
magnus et non habet consummacionem,
excelsus et immensus. Est etiam
lucida. Apoc. 21 Civitas non eget
sole neque luna ut luceat in ea,
nam claritas dei illuminabit illam
et lucerna eius est agnus etc.

Sermo tercius de eodem

Quociens volui congregare fili-
os tuos quemadmodum gal-
lina congregat pullos suos sub
alas et noluisti et relinquetur
domus vestra deserta. Mat. xxiii°
Benigna clemencia salvatoris
quia licet mortem sanctorum omnium
imprecasset [?] nichilominus tamen dixit
quod eos vellet punire sed potius
ad se reducere et congregare

Tangit aut(em) damasc(enus) tria s(cilicet) suam
benignitatem compassionis indecorum
abstinuatorum et ipsorum a deo de-
lictionem. Compassio aut(em) et mi-
seratio cristi tangitur in duobus
et in eo q(uod) non vult congregare
et in eo q(uod) non vult punire deus
cum invite ~~petitur~~ punit. cuius
una est causa et duo signa.
Causa est quia ~~[struck]~~ punire est
sibi innaturale sed parcere naturale
Unde dicit Cris(ostomus) sup(er) mat(heum) Sic
in nobis est contra naturam ita
in deo est contra naturam malefacere
i(d est) punire quoniam eius est misereri
et parcere. Signa aut(em) quibus s(cilicet) q(uod)
invite punit duo possunt poni seu
duo ponit Cris(ostomus) sup(er) mat(heum). Unum
est quia plangit quos punit
Unde dicit sicut ergo benignus
adversus peccatores contumeliosus lege
complente sententiam mortis dictabat
et una complendi fundit lacrimas
super eos. Sic deus super miseros
sententiam mortis dictavit dicens
Ecce ego mitto ad vos etc. Et
tamen eos miserabili lamentatione
plangebat dicens Ierusalem Ierusalem etc.
Secundum signum est q(uod) tardus punit
iram sicut dicit Cris(ostomus) Illud q(uod)
homo contra naturam facit pigre
facit. Illud vero q(uod) secundum suam
naturam facit cito facit. Quia igitur
contra naturam dei est punire, deus est
tardus ad puniendum. Quia vero
secundum naturam suam est parcere ideo
est velox ad miserendum. Sed
quia posset fieri questio si deus
sic invite punit, quare ergo
punit. Respondet Cris(ostomus) Tertia s(cilicet)
compellitur. d. deus invitus punit
et cum magno dolore compellitur
peccatores dampnare. Ideo cum sit
dolet q(uod) ipse ab eis cogitur ali-
quem dampnare qui omnes
vult salvare. Tamen facit Cris(ostomus)

aliam questionem dicens. Si autem
cum compellit si non vult et vi-
det. Tu qui non desperatus iram
dei. Iram sicut qui desperanti
misericordiam denegat crudelis est
sic qui non desperanti misericordiam
prestat iniustus est. Tertio queri-
tur quis est homo qui non desperat
misericordiam dei, et respondet tunc
permanens in peccatis desperare
cum misericordiam dei qui timet iu-
dicium. Qui aut(em) non timet iudicium
dei non desperat misericordiam dei sed
contempnit. Secundo ostenditur eius
misericordia in hoc q(uod) cristus est
se congregat et reducit quod no(n)
cum dicitur Quotiens volui con-
gregare filios tuos quemadmodum
gallina etc. ~~et tamen eos mise-~~
~~rabili lamentatione plangebat~~
Assimulat aut(em) cristus se galli-
nam pullos quadruplici de causa
quarum duas ponit Aug(ustinus) de
questionibus evangeliorum. Alias
duas ponit Cris(ostomus) sup(er) mat(heum)
Prima est quia infirmat se pro
Unde Aug(ustinus) Hoc genus avium
magnum affectum in filios habet
ita ut eorum infirmitate affecte
infirmetur et ipsa et subdit Se-
cundo dei sapientia per carnis
susceptionem quodammodo est
infirmata secundum illud apostoli Quod
infirmum dei fortius est hominibus
Infirmata quidem videtur fuisse
sua maiestas in nativitate ne-
cessitas in circumcisione sua potestas
in passione sua probus infirmata
est in paupertate i(d est) in incarna-
tione ubi pauper fuit utique mea
i(d est) maiestas mea, et ossa mea
i(d est) virtutes mee in quibus consi-
stebat mea conturbata sunt
in circumcisione super omnes inimicos
meos factus sum opprobrium

vectimus pucibus valde et supassive
Secunda causa est secundum Augustinum
quia pullos sub alis protectus a
milvo protegit et defendit. Sic
nequid ne diaboli nos rapiat
Cristus sibi opposuit. Habet quidem
Cristus duas alas scilicet alam patientie
et misericordie. Dyabolus autem vult
rapere malos per eternam damp-
nationem, vult rapere bonos per
temptationem. Sed Cristus protegit
bonos ala patientie et malos ala
misericordie. Propterea sub umbra alarum
tuarum protege me a facie im-
piorum qui me afflixerunt. Diabo-
lus est rapax. Unde nota illud Johannis:
lupus rapit et dispergit oves,
sed Cristus tamen lupum fugavit
quia factus est agnus et
fugatus est lupus. Tertia ratio est
Crisostomi: quia filios alienos
proprios nutrit, non pullos de ali-
enis ovis natos nutrit ut
proprios sicut Cristus alienos om-
nes ad se venientes nutrit
et fovet. Sunt sunt alieni qui
per missionem fuerunt ... bap-
tismi. Sunt sunt alieni, i. in
peccatis infectati. Sunt sunt a-
lieni, i. claudi pede fidei ...
sequentes sed pede operum dya-
boli imitantes, de quibus
dicit propheta: Filii alieni men-
titi sunt et claudicaverunt
a semitis suis. Quarta ratio
secundum Crisostomum quia pullos
ad tectum ... congregat et redu-
cit. Sic Cristus nos ad ... vin-
culum congregat dicens: Venite ad me
omnes qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos, Math. 11.
Ubicumque fuit corpus, i. filius
dei incarnatus, congregabuntur
et aquile, i. anime cognoscen-
do deum generaliter ut in ipso

refectum et satiatum. Potest michi
bonus assignari quinta causa quia
scilicet pullos suos super dorsum
suum portat et gerit. Sic Cristus
nos portavit unde illud Deut.
32: Expandit alas suas et assump-
sit atque portavit te dominus deus
tuus ut solet homo gestare filium
suum. Ysa. 53: Vere languores no-
stros ipse tulit et dolores nostros
ipse portavit. Sexto ostendit inge-
ratam duritiam et obstinationem cum
dicit: et noluisti. Omne autem peccatum
est cum aliquis obstinatus est talis
cum non potest recipere lumen gratie
nec vocem inspirationis divine
nec vocem inspirationis nec doct-
rinis sapientie. De quibus sic
dicit Cyprianus in epistola ad
Demetrium hereticum: Certe labor
irritur et effectus nullus offerre
lumen ceco, sermonem surdo et sa-
pientiam bruto. Nec sentire
brutum possit nec cecus lumen
admittere nec surdus audire. Ta-
lis est induratus nec freno potest
arceri a malo nec flagello potest
revocari ad bonum. Propterea in Psalmo
... et freno ... multa flagella
peccatoris. Ubi dicit glosa: Peccator
domatur flagello et freno atque
nunc quod domet. Tertio ponit et
... derelictionem cum dicit: Ecce
relinquetur domus vestra deserta.
Potest hic intelligi vel de domo materiali
i. civitate ipsa que deserta est
dei auxilio angelorum presidio
et habitatoribus ... romanis
locum et gentem. Vel potest
intelligi de domo spirituali que
est duplex scilicet anima et religio
sacra sicut enim corpus est domus
anime sic anima est domus dei. Propterea
autem Crisostomus super dictum locum quod
cum anima deserit locum suum.

i. corpus quoniam quando corpus ipsum
frigescit deinde fetet ultimo
resolvitur. Sic quando deus deserit
domum suam ipsa anima remanet frigi-
da. Iehieli. Sicut frigidam facit
cisterna aquam suam sic frigidam
facit malitia animam suam. Et quia
frigida ideo [?] tepida. Proverbiorum 20
propter frigus piger arare noluit et
certe mirum si est frigida quia [?]
igne divini amoris vacua de quo
dicitur Luce 12 Ignem veni mittere
in terram. Secundo efficitur fetida. Ioelis 1
Computruerunt iumenta in ster-
core suo. Numeri 33 De cadaveribus
eorum ascendet fetor. Et dicit ascen-
dit quia fetor peccatorum non tantum
spargitur in longum et in altum
et in imum sed etiam ascendit in
summum. Et enim non tantum sentitur
a bonis per detractionem non
tantum a malis per imitationem
non tantum a demonibus per congra-
tulationem sed etiam ascendit in ce-
lum quia sentitur ab angelis
per abhominationem et sentitur
a deo per clamorem et puni-
tionem. Sicut dicit dominus de
sodomitis Genesis 18 Clamor sodo-
morum et gomorreorum multiplicatus est
et ideo igne et sulfure eos pu-
nivit. Ultimo anima tertio efficitur
resoluta quia anima resolvitur
et tota confringitur et dissipatur.
Psalmus Reges eos in virga ferrea
et tamquam vas figuli confringes
eos. Si puer parvulus cum festuca
vel palea aliquod vas frangere
vellet nichil proficeret. Sed quando
ille qui frangit robustus est et
instrumentum quo frangit fer-
reum est tunc minutatim fran-
git quod non potest ultimo reparari. Ita
[?] contingit in anima. Cum dicit

Reges eos in virga ferrea
tamquam cum frigidam [?] peccatum
et frigidam per consuetudinem
peccati. Deus confringit qui est fortis
et robustus et ideo dicit confrin-
ges eos. De cuius fortitudine dicitur
Job 9 Si fortitudo queritur robustissimus
est. Frangit autem non cum palea sed
cum virga ferrea. Frangit vero
non vas ferreum sed fictile et
terrenum. Ideo dicit tamquam vas fi-
guli. Cor enim amando terrena effi-
citur terreum et ideo minutatim fran-
gitur et sic in pulverem redigitur
ut nec modicum fragmentum
i. modicum de peccato vel modica
voluntas in eo relinquatur in qua
sit et modicus igniculus amoris
aut modicum aque compassionis. Ysa-
ie 30 Comminuetur sicut con-
teritur lagena figuli contritione
per valida et non invenietur de
fragmentis eius testa in qua
portetur igniculus de incendio hau-
riatur parum aque de fovea.
Secundo per hanc domum intelligitur
religio que interdum a deo dese-
ritur et hoc sit aliquando vitio
prelatorum aliquando vitio subditorum
aliquando vitio utrorumque. Prelatus
enim religiosus religionem dis-
sipat aut quando est nimis remis-
sus aut nimis severus aut
parum discretus. Dissipatur enim
religio quando prelatus est nimis
remissus ad corrigendum. Proverbiorum 24
Per agrum hominis pigri transivi
i. per religionem pigri et per
vineam viri stulti et ecce totum
repleverant urtice operuerunt
superficiem eius spine quia ibi
debent nasci flores virtutum
pullulant punctiones odiorum
et ardores carnalium affectuum

et materia lapidum destructa
erat per materiam intelligitur
regula quia sicut materia constat
ex diversis lapidibus / sic regula
ex diversis regulis sanctorum patrum
tradicionibus et sicut materia
vineam defendit ab ingressu
bestiarum sic regula protegit ab
infestacionibus demonum. Quando
autem materia destruitur quando
ex negligencia prelati regula
non servatur / Debet igitur prelatus
subditos corrigere non tantum ad
equalitatem sed eciam secundum exigenciam
culpe quod ostenditur Eccl. 12
ubi dicitur verba sapientum sicut
stimuli et quasi clavi in
altum defixi / stimulus superficialiter
pungit / clavus autem in altum
defixus profunde penetrat
sapientes cum prelati aliquibus
debent adhibere superficiales re-
prehensiones / aliquibus duras
et profundas obiurgaciones. Dissi-
patur eciam religio quando prelatus
est nimis severus ad miserandum
et compaciendum Eccl. 26
ubi non est mulier ingemiscit
eger quia ubi prelati impacientes
desunt subditi ingemiscunt
proverbiorum 30 qui nimis emungit
elicit sanguinem ideo dicitur
Ballathes [illegible] qui spirituales
sunt instruite in spiritu lenitatis
lenitatis non dicit in verbo lenitatis
quia aliquando oportet dura adhi-
bere verba / nec dicit in manu
lenitatis quia aliquando dura
oportet adhibere verbera sed dicit
in spiritu lenitatis quia semper
oportet habere compassibilia corda
ut quantumcumque sonet in ore aspe-
ritas reprehensionis / quantumcumque
sit in manu correctionis severi-
tas semper tamen servetur
in corde lenitas compassionis

de diaconi severitate correctionis
et lenitate compassionis dicitur augustinus
parum est malis non sentire si
sequatur negligencia fere cirtasse
perpendet increpacio mitis lenitatis
tenens dilectio veteris cum consen-
tientes sunt malis et aliquociens
negligentes ut arguantur
Dissipatur eciam religio quando prelatus
est indiscretus ad dispensandum
dispensatio ubi urget necessitas
est excusabilis ubi suadet communis
utilitas et laudabilis / ubi autem
non adest auctoritas est temeraria
et dampnabilis ubi autem non est
utilitas neque necessitas quantumcumque
assit auctoritas non est dispensatio
sed dissipatio / ideo non debent
claustrales tales dispensationes
de facili petere quia quando de prim-
cipiis remittitur tantum de primo de-
minuitur Bernhardus Si primaria vestra
[illegible] remissione minuitur
paulatim conteremini et cuncta vestra
peruatur / Item ista tria autem [illegible]
in archa testamenti erant tria
ut dicitur Hebre. 9 scilicet virga aaron
manna et thabule testamenti
Archa enim est prelatus in quo
debet esse virga correctionis ma-
na compassionis et tabule discre-
cionis // Secundo religio a deo
descrit vicio subditorum et hoc
quando subditus aut est indevo-
tus in choro aut impaciens in
capitulo aut dissolutus in omni
loco aut presumptuosus in se-
metipso / Illi enim qui sunt indevoti
et irreverentes in choro illud
religionum prorsum dissipant et
enervant quia in choro debet
omnis devocio exhiberi / Ibi
semper dei presencia / Ibi propter dei
presenciam tum propter angelorum

desistencia tamen propter secta & iustiam
reverenciam Ea enim que agnuntur
in celis agnunt in ecclesia scilicet deum
laudare et panem angelorum
recipe) Ista tria tanguntur Gen 28
ubi dicitur quod Jacob vidit scalam
i. scalam celicam cui innixerat erat
dominus Ecce domini presencia unde
et dixit vere dominus est in loco isto
Erant eciam angeli descendentes
et ascendentes Ecce angelorum
assistencia Et dixit Jacob non
est hic aliud nisi domus dei et
porta celi Ecce in quanta habita
reverencia Secundum est quod
subditus est impaciens in capi-
tulo valde enim est inconveniens
ut ubi culpe delentur quod ibi augeantur
quod fit quando ille qui corrigitur ad
impacienciam commovetur Eo
tamen dicitur Eccl 10 Vir sapiens
et indisciplinatus non murmurabit
correctus Nullus enim qui cor vi-
rile de correccione murmurabit
Ideo dicit sapiens Nullus eciam
maceratus qui honestatem et
mores compositos diligit murmurabit
Ideo dicit disciplinatus Ille ergo
qui de correccione murmurat
signum est quod aut sunt effeminati
aut stulti aut incompositi scilicet
est quando dissolutus in omni loco
que dissoluta attenditur aut vana
et ociosa sepe loquendo aut lascive
ridendo aut alios gestus secu-
lares habendo Sicut quidam qui
verba dissolucionis sepe loquuntur
vera aut edificacionis numquam
quod magnum periculum est Exodus 7 Con-
vertit aquas eorum in sanguinem
et occidit pisces eorum Aqua est
sermo dei qui mundat sanguis
est sermo secularis qui inquinat
Ille igitur aquam in sanguinem convertit
qui dei sermones permittit

et verbis secularibus se immi-
scet cum hic dicat Seneca Epistola
Omnis sermo malus ex ore vestro
non procedat et Sunt eciam quidam
in quibus est risus multus
et fletus rarus vel nullus
Eccl 21 Fatuus in risu exal-
tat vocem suam vir autem
sapiens vix tacite ridebit
Augustinus Malui sapientes se
habere sanas lugentes quam
freneticos ridentes Ieronimus
super Epistolam Hebr Numquam rideas
et effunde faciem tuam quia
te monachum profiteris sed sapiens
et qui tristis fuerunt eos ridere
et numquam ridentem sed semper
contristatum Christum legisti Sunt
eciam quidam qui aut gestibus
nimis secularibus Contra quos
dicit Ieronimus ad Nepocianum
Omnes delicias et lepores et
risu dignos urbanitates et
cetera ineptias amatorum
incomodis detestamur quia
magis in monachis et in clericis
Quartum est quando est presump-
tuosus in seipso Sunt enim quidam
subditi qui de seipsis nimis
presumentes non inclinari volunt
et prelatos ad suam voluntatem
inclinare nituntur Contra quos
dicitur Proverbiorum 30 Per tria
movetur terra i. religio que in
bono opere debet esse firma
et quartum nemo potest sustinere
per servum cum regnaverit per
stultum cum saturatus fuerit cibo
per odiosam mulierem cum in
matrimonio fuerit assumpta et
per ancillam cum heres fuerit
domine sue Regnant servus
est prelatus avarus qui est sue
pecunie servus ipsa avaricia hab-

operit in dolorem similibus talibus
prius religionem sepe commouet,
et conturbat. Similiter ubi saturatus
est prelatus gulosus qui splen-
dide comedit et subditos fa-
me affligit. Iste etiam religionem
conturbat. Similiter odiosa in ma-
trimonio est prelatus incompa-
tibilis et durus qui omnibus
subditis suis est odiosus quibus
tamen sit per electionem ipsius ma-
trimonio spirituali coniunctus. Iste
etiam religionem conturbat.
Ancilla que vult heres esse domi-
ne est subditus presumptuosus
qui vult dominari prelato suo. Iste
non tantum religionem conturbat
sed eciam non potest aliquatenus
sustineri. Sic tota religio a deo
deficit vicio utrorumque scilicet pla-
torum et subditorum et hoc accidit
quando in eis est aut neglectus
fame aut superfluitas habun-
dancie aut inordinatus amor
parentum aut frequens vagatio
extra claustrum. Sunt enim quidam
tam subditi quam prelati qui de
fama sua non curant et ideo
pluribus scandalizant. Seneca
Qui non curat quid de se aliis
dicat vel senciat aut flagicio-
sus est aut dissolutus. Religio-
sus est tribus rebus debitor scilicet
deo sibi et proximo. deo autem
debet puritatem conscienciam sibi sancti-
tatem proximo bonam famam.
Quando aliquid istarum sibi defuerit
ius suum illi tollit. Secundum est super-
fluitas habundancie que quidem
sepe est causa lascivie. Ezechielis
perdidit quasi ex adipe iniquitatis
eorum. Sicut enim ex nimia o-
lei habundancia lucerna ex-
tinguitur et ignis ex nimia
pinguedine suffocatur. et terra

nimis impinguata ad producendas
herbas nocivas laxatur. Sic efficitur
sit in homine religioso ex nimia
deliciarum habundancia extinguitur
lumen divine sapientie suffocatur
et moritur per prauitatem vite gracie
et germinat malas radices carnalis
concupiscentie. Et tamen istam habun-
danciam monachi sepe querunt.
Unde dicit Crisostomus de compunctione cordis
Cum monachi in monasterio re-
quirunt si requiescat in loco quo
habundant omnia. si aquarum
copia fluat. si nichil eorum desit
que lata via et spaciosa deposcat
Tercium est negligentia spiritualium et
ardens appetitus temporalium quod scilicet
tam prelati quam subditi temporalia
spiritualibus preponunt quod magnum
monstrum esse videtur ac si terra esset
sursum et celum deorsum. vel
si facies retrorsum et tergum
in faciem converteretur velud si dex-
teram in levam et levam in dex-
teram verteret. Deus enim voluit
ut celestia in homine essent sur-
sum per appetitum et terra esset
deorsum per contemptum. Psalmus
... Celum i. celestia sursum
et terra i. terrena deorsum. Quando
autem contrarium fit tunc magnum
monstrum apparet quia terra est
sursum et celum deorsum. Vo-
luit etiam deus ut spiritualia essent
ante faciem per continuam
recordacionem. temporalia autem post tergum
per oblivionem. Quando autem contrarium
fit tunc magnum monstrum apparet
quia facies est terra et tergum videtur.
Istud monstrum tangit deus Jeremie
dicens verterunt ad me tergum

et non faciem / voluit etiam deus
ut specialia habeamus a dextris quantum
ad principalem intentionem / alia
autem a sinistris quantum ad acciden-
talem superadditionem quod ostendit
dominus Math. vi dicens Querite primum
regnum dei et iustitiam eius et hec
omnia adicientur vobis / Quando igitur
contrarium fit tunc magnum mon-
strum sequitur quia dextra in levam
et leva mutatur in dexteram
Quarta est vagatio frequens extra
claustrum unde dicit Gregorius ad
Eugenium in decreto sicut piscis
sine aqua caret vita sic monachus
sine monasterio / Sedeat igitur
in monasterio et taceat quia
mundo mortuus est deo autem
vivit agnoscat nomen sui cognominis
cum grece latine unus dicatur /
Achos grece latine tristis dicitur
unde dicitur monachus i. unus tristis
Sedeat igitur tristis et officio suo
vacet / Item Ieronimus ad rusticum
monachum unusquisque suo
sensu ducitur michi oppidum carcer
solitudo paradisus est Contra ta-
les religiosos sic girovagos et
curiosos tam prelatos quam sub-
ditos sic dicit Hugo de sancto
victore Gaudent multi claustra-
les dum de regalibus rebus et
regibus fabulantur dum causas
militum narrant Quid pro illis
loquuntur ~~et ab illis~~ a quibus non
agnoscuntur multorum partes defendunt
pro multis irascuntur pro multis liti-
gant ignorantes cum quo negat
aut affirmat etc.

Sermo primus de sancto Dominico sequitur etc.

Quasi stella matutina
in medio nebule et quasi
luna plena in diebus su-
is lucet et quasi sol refful-
gens sic ille refulsit in templo
dei Ecclesiastici l° Celum spirituale
sunt viri iusti et fideles in
quibus deus habitat per gratiam
et quiescit sicut ex ipso patet
Sunt terra quos deus pedibus
suis conculcat dum eos iustis-
sima iustitia comprimit et coer-
cet unde dicit Ysaias lxvi
Celum michi sedes terra autem
scabellum pedum meorum Sic
autem in celo sunt stelle et pla-
nete minores mediocres et
maiores Sic inter fideles quidam
sunt minores scilicet incipientes
et quidam mediocres scilicet proficientes
et quidam maiores scilicet perfecti
Et quia beatus dominicus fuit de
numero perfectorum ideo assimulatur
in auctoritatibus premissis maio-
ribus planetis qui sunt in
celo scilicet stelle matutine lune
et soli Assimulatur igitur stelle ma-
tutine in medio nebule pro...
ti et hoc propter innocentiam
vite Ante adventum enim huius
stelle matutine totus mundus
erat plenus nebula superbie
luxurie et avaritie Sed in me-
dio istius triplicis nebule tanquam
stella matutina effulsit Tam-
en superbos effulsit per humili-
tatem luxuriosos per virginitatem
avaros per liberalitatem
et paupertatem / hec autem stella

matutina dicitur lucifer qui quidem
est calidus humidus rotundus et
clarus. Sic beatus dominicus
fuit calidus per zelum atque feruorem
unde dicitur de eo / verba eius ar-
debant quasi facula quia in
ipsum venerat et virtute helie. Ecclesiastici
xlviii°. Surrexit helias quasi ignis
et verbum illius quasi facula ardebat.
Dicuntur autem verba sacre scripture ignita si-
ue ignita triplici de causa /
Sicut ostendit Ambrosius super beati
immaculati dicens / Triplex est
descriptio eloquium dei ignitum
uel quod mundat uel quod accen-
dit uel quod illuminat audientes. Mun-
dat quidem sordes culpe. Johannis
xv. Iam vos mundi estis propter
sermonem quem locutus sum vobis.
Accendit torporem negligencie.
Psalmus. Ignitum eloquium tuum
vehementer etc. Et illuminat tene-
bras ignorancie. Psalmus. Lucerna
pedibus meis verbum tuum etc.
Istum triplicem affectum habebant
verba beati dominici scilicet mundandi
inflammandi et illuminandi.
Et ideo apparuit de ipso visio sub
specie catuli facule et stelle.
Verbum instar catuli habuit linguam
medicinalem per quam mundabat
sordem culpe. Instar facule in-
flammabat torporem neglige-
ncie. Instar stelle illuminabat tene-
bras ignorancie. // Secundo fuit
humidus per lacrimarum infusio-
nem sicut dicitur in legenda sua
de suis oculis quasi quendam
fontem effecit lacrimarum. De isto
autem fonte exibant aliquando amare
aliquando dulces aliquando calide
aliquando frigide. Aque amare
sunt lacrime compunctionis que
funduntur pro peccatis propriis de quibus
dicitur Judith viii°. Indulgentiam
eius fusis lacrimis postulemus.
Psalmus. Lauabo per singulas noc-
tes lectum meum lacrimis meis etc.
Licet autem beatus dominicus peccata
talia non haberet a deo tamen per
lamenta penitentie se mactabat acsi
haberet. Unde sicut dicitur Exodi xxvi
Cortinis tabernaculi miro colore
varietate depictis saga cilicina
supponebantur quia quamuis deus
sit templum immaculatum et de-
pictus per varietatem virtutum et
et gratiarum nichilominus tamen
debet asperitate penitentie operiri. Unde
dicitur Jacob sericatus fuit pellibus
agnorum in manibus et collo ut
benedictionem patris acciperet seu
acquireret. Aque dulces sunt la-
crime devotionis que effunduntur
pro celestibus desideriis. Unde
dicebat Psalmista. Sitiuit anima mea
ad deum fontem vivum etc. Istas
lacrimas devotionis beatus dominicus
habuit qui in orationibus suis
flere plurimum consueuit. Legitur Luce
xxii. Quod cum dominus oraret
factus est sudor eius quasi gutte
sanguinis quia quando quis fre-
quenter orat liquescit caro eius
in sudorem devotionis qui su-
dor convertitur in sanguinem id est
sanguinem lacrimationis / Lacrime
enim sunt quasi sanguis anime.
Aque calide sunt lacrime compassi-
onis que funduntur pro alienis
miseriis de quibus dicitur xiii Jere-
mie. Plorans plorabit et deducet
oculus meus lacrimas quia captus
est grex domini. Istas lacrimas
compassionis habuit beatus dominicus

de quo legitur qui specialem sibi do-
minus graciam contulerat scilicet pro peccatoribus
miseris et afflictis. Et dicuntur iste
lacrime calide quia non decurrunt
nisi a corde caritate inflammato
Sic inflammatum cor habebat apostolus
qui dicebat ii Cor. xi Quis scan-
dalizatur et ego non uror. Istas
lacrimas compassionis habuit Iob qui
dicebat Iob xxx° Flebam quondam
super eo qui afflictus erat / et compa-
ciebatur anima mea pauperi. Sancti
enim in quantum cor molle ad mise-
randum Iob xxiii° Deus e-
mollivit cor meum. habent
cor compassibile ad compaciendum
iuxta illud i Cor. xii Si quid
patitur unum membrum compaciuntur
omnia membra / habent complemen-
tum medulla devocionis et
misericordie ad diligendum proverbiorum 3°
Sanitas quippe erit in umbilico
tuo et irrigatio ossium tuorum. Econtra
sunt quidam a deo duri qui habent
cor adamantinum Zach. vii posu-
erunt cor suum ut adamantem
habent cor suum a corpore Christi
separatum. Si enim compararentur sibi in-
vicem membra non est de corpore
qui non compatitur fratri misero / habent
cor tanquam os leonum quod caret
medulla. Tercio instar Luciferi
sunt iocundi et hoc in mente
per consciencie serenitatem proverbiorum
xv Secura mens quasi iuge
convivium. In facie per vultus hy-
laritatem Eccli xx In omni dato
fac hylarem vultum tuum et
ista iocunditas causatur a primo
quia sicut dicitur proverbiorum xv Cor
gaudens exhylarat faciem. Istam
duplicem iocunditatem habuit
sanctus Martinus de quo sic dicitur

in legenda. Et quia cor gau-
dens exhylarat faciem placido
vultu serenus composicionem ma-
nifeste de sua benignitate pretende-
bat. Et cum in eius facie de
bone consciencie testimonio pro-
cedens quasi luceret hylaritas / hy-
larem vultum eius non credebat (?)
in iram denique prehenderit (?) cum
sibi facile vendicabat amore
omnium sine difficultate neque ut
enim afficerunt illa beata affec-
tibus (?) / sunt iocundi in sermone
per exhortationes allacritate.
Et ista iocunditas causatur a
duplici iocunditate precedenti et
a iocundo corde et a iocunda
facie non potest procedere verbum tristi-
cie. (?) Non habuit verba levia que
sepe inducunt ad dissolucionem.
Ieronimus Malus sermo cito pervertit
mentem et facile agit quod li-
benter audit. Nec habuit verba
nimis aspera que sepe inducunt
ad desperacionem / sed habuit verba
spiritualia iocunditate plena que
inducebant animas ad devocionem.
Ieronimus Ille est doctor elo-
quentius (?) et qui lacrimas non
risum movet qui corripit pec-
catores qui nullum beatum nullum
felicem esse dicit. Simplex modus
adulandi (?) Affuit eciam iocundi-
tas in conversacione per spiritus amabi-
litatem conversacionis proverbiorum xviii
Vir amicabilis ad societatem magis
amicus erit quam frater. Et ista
iocunditas causatur a triplici pre-
cedenti. Cui enim iocundum est cor
de facie et sermone iocundum

erit et conversatione. De hac conti-
nuitate et amabili conversatione sua
dicitur in legenda quod diurno sive
in via cum sociis sive in domo
nemo quidem eum vidit nisi quadru-
plicem iocunditatem patet de eo
dici quod dicitur Ysaie 42 Non cla-
mabit neque audietur foris vox e-
ius scilicet impatientie vel indignationis
quia habuit alacritatem conver-
sationis calamum quassatum non
conteret et lignum fumigans non ex-
tinguet quia habuit conversationis
comitatem. Non erit tristis quia
habuit conscientie serenitatem neque tur-
bulentus quia habuit vultus hyla-
ritatem. Quando iste lucifer
fuit solus nuncius sicut enim Johannes
baptista cum solus primus preconiz-
avit adventum et iste ultimus
creditur prevenisse iudicium Luce 1°
misit filium suum i. fratrem ordinis or-
dinem predicatorum hora nove diei
i. in fine seculi missus est igitur
primus iste in extremo tempore quia
sicut dicitur I Cor. 10 Nos sumus
in quos fines seculorum pervenerunt
finis est quod sicut legitur Exodi 39
in extrema parte tunice summi sa-
cerdotis tintinnabula aurea po-
nebantur. Per extremam partem
tunice sacerdotis intelligitur ultima
etas, per tintinnabula aurea in-
telliguntur predicatores qui et de-
bent esse sonori per predicationem
et aurei per caritatem incorruptam
sacerdos igitur summus gestabat tin-
tinnabula aurea in extremitate
tunice quia predicatores fratres
missi sunt in ultima etate ecclesie
missus est ab extremis terre i.
de finibus hispanie Ysaie 41°
ab extremis terre i. a lon-
ginquis eius vocavi te et dixit
servus meus es tu elegi te missus
est usque ad extremum terre primo
in omnem terram exivit sonus eorum
et in fines orbis terre verba eorum
Ysaie 49. Dedi te in lucem gen-
tium ut sis salus mea usque ad
extremum terre. Missus est pro extremo
fine i. pro consequendo extremum
finem i. ipsum deum qui sicut
dicit Augustinus in libro de civitate
dei finis desideriorum nostrorum
quia sine fine videbitur sine
fastidio amabitur sine fatigatione
laudabitur. Secundo assimilatur lune
plene lucenti et hoc propter pleni-
tudinem gratie cum dicitur et quasi
luna plena in diebus suis lucet
Quando autem luna est plena habet
quadruplicem plenitudinem scilicet
plenitudinem lucis in corpore
que augetur et diminuitur sed
in plenilunio perfecta invenitur
habet plenitudinem virtutis in
operatione quam circa augmentum
ipsius crescunt et decrescunt
humores et vigores in terre nascen-
tibus medulle in ossibus sensus
in cerebro in quibusdam animalibus
et leticia in corde et in quibus-
dam aliis animalibus sicut in sy-
mea sicut perhibetur. Habet et
plenitudinem figure sperice
licet cum aliquando sicut figure
semicircularis tamen quando est
plena est tota sperica et rotun-
da habet plenitudinem imaginis
in se In luna cum in spera videtur
quedam imago hominis que
tunc est perfecta quando luna
est plena. Secundo igitur beatus
Dominicus lune plene assimilatur

Reperitur in ipso quadruplex ple-
nitudo invenitur scilicet plenitudo
lucis in corpore i. divine sapie[ntie]
in eius mente Est autem triplex
sapientia sicut dicit Augustinus in libro
de quantitate anime nociva superflua
et necessaria Sapiencia nociva
est sapiencia que vana vel munda-
na/ sapiencia superflua est philo-
sophica Sapientia necessaria est divina
Here igitur in anima sapientiam no-
civam est esse lunam a suo lumine
omnino vacuam/ habere sapientiam
superfluam est esse lunam semi-
plenam habere/ sapientiam necessa-
riam et divinam est esse lunam
i. animam plenam et totaliter
illuminatam Christus igitur dominus
non assimilatur vacue lune quia
sapientiam humanam et mun-
danam abhorruit/ nec assimilatur
lune semiplene quia sapientiam
superfluam et philosophicam contemp-
sit sed assimilatur lune plene
quia sapientiam necessariam
et divinam dilexit Secundo dicitur
luna plena/ quia habuit plenitu-
dinem virtutis in operatione/
opera enim sua que inter nos ex-
ercuit non fuerunt non sunt va-
cua nec semiplena sed plena
In homine quidem tria considerantur
scilicet intellectus affectus et effectus
sive potencia intellectiva affectiva
et operativa Illi igitur sunt luna
vacua qui habent intellectum va-
cuum divina cognitione affectum dei
amore et effectum bona operatione
Illi vero sunt semiplena qui
habent fidem sed non habent
amorem nec operationem opera
beati dominici fuerunt plena

quia fuit inflammata per
fidem et inflammata per amorem
unde quidam reprehenditur quia
non habebat opera plena Reperitur
enim in in eximio tua opera
plena coram deo meo Tercio
dicitur luna plena quia habuit
plenitudinem forme perfecte
i. perseverantie Sunt enim qui
nullam habent perseverantiam
quia nec bene incipiunt nec
bene proficiunt nec bene finiunt
In talibus est omnino vacua for-
ma perfecta i. perseverantia
Sunt qui male incipiunt sed
bene finiunt tales habent
semi... [illegible] i. semi-
plenam perseverantiam Christus
autem dominicus deo servivit inicio
et in pueritia sua quia adhuc
sub matris custodia positus
deprehensus est sepe lectum di-
mittere et super terram accumbere
Et in iuventute sua quia li-
bros suos in scolis permanens
vendidit et pauperibus erogavit
Et in reliqua etate sua quia
mundum deseruit et soli deo ser-
vivit/ Quarto dicitur luna plena
quia habuit plenitudinem ymagi-
nis impresse Anima quidem facta
est ad ymaginem dei quantum ad
intellectivam memoriam et volun-
tatem in trinitate quidem ymago tunc
est plena quando intelligentia
est deus/ per fidem in intellectu
per memoriam in memoria
perpetuam retentionem Unde
dicit Augustinus in libro de ymagine
Non sufficit solus intellectus
nisi sit voluntatis in amore dei

tie duo sufficiunt nisi memoria addatur
qua semper addatur in mente intelligentis
et diligentis maneat deus. Deum
enim quis habet deum in intellectu
per fidem sed non sed non habet
in voluntate per amorem tunc
est ymago semiplena quando
quis aut quis nec deum recte
cognoscit nec vere diligit nec
cuius amor consistit tunc est
vacua sicut et videmus quod pic-
tor primo cum atramento vel plum-
bo designat et describit yma-
ginem in thabula postea colores
supponit et faciem illuminat / sic
deus ymaginem suam impressit in
anima quasi in thabula / deinde
apponit diversos colores virtutum
et graciarum et illuminat ~~faciem~~
faciem anime lumine scientie quam
illuminationem petebat propheta dicens
illustra faciem tuam super servum
tuum / Ille igitur prelatus qui habet
ymaginem dei impressam per naturam
et coloratam per virtutem et
graciam sed tamen non illuminata
per scientiam / habet quodammodo
ymaginem semiplenam et
perfectam peccatores autem qui habent
ymaginem deformant habent
tamen vacuam / licet enim ymago
dei remaneat cum similitudo
tollitur sicut color ymaginis
tolli potest remanente figura
De talibus conqueritur per prophetam
deus dicens Sed quid facies
peccatorum similes Quod enim peccator
habet peccata tot habet facies
animam deformantes / per super-
biam enim induit faciem leonis
per luxuriam faciem porci / per
fraudulentiam faciem vulpis
et sic de aliis Et ideo assimilatur

Soli refulgenti et hoc propter
splendorem divine sapientie
Unde dicitur et quasi sol refulgens
sic iste refulsit in templo dei
Et sicut sol refulsit Unde sicut
dicit Augustinus In sole tria considerantur
scilicet quod est quod lucet et quod calet In
beato namque dominico instar solis
fuit essentia pura id est vita sancta
doctrina lucida et caritatis infla-
mata Secundo aut quod sol amittit
lucem suam quantum ad nos qua-
druplici de causa aut ~~quantum~~
propter nubis interpositionem aut propter
obiectionem aut propter fumi sive
corporis obumbrationem aut propter
terre interpositionem Sepe enim contingit
quod prelatus qui debet esse sol per
radiosam doctrinam et lucidam
vitam obscuratur aut aut per
nubem elationis et superbie aut
per lunam levitatis et ignorantie
aut per fumum voluptatis con-
cupiscentie aut per terram cupi-
ditatis et avaritie Obscurantur
enim quidam prelati a nube elationis
et superbie ambulantes in ma-
gnis et in mirabilibus supra se de
quibus dicitur Ecclesiastici 32 Sole nube
tegam id est tegi permittam Et dicitur
superbia nubes quia sursum as-
cendit et cito evanescit Sed
beatus dominicus qui fuit velut
sol refulgens obscurari non po-
tuit a nube superbie non enim am-
bulavit in magnis neque in mi-
rabilibus super se sed quo erat sanc-
tior eo inveniebatur humilior Ecclesiastici
capitulo 32 Quo pulchrior
es id est sanctior et nitidior descen-
de scilicet per humilitate et dormi-

tium incurrisses .i. reputata te dominus
peccatorum propter hanc humilitatem libere
morabatur cartasione ubi omnes
eum despiciebant quam in loco
ubi eum omnes honorabant. Ergo
aut prelati volunt honorari et non
despici. Bernardus Parazarcus in apolo-
getico libros qui primus non utique
ex locorum sed ex morum nobilitate
immo certe debemus in verbum cla-
ritate clari effici qua fidei pu-
ritate. Sed quod est infelicius
diligenter notamus, quis ad dex-
teram sedeat quis ad sinistra
quis in medius et quis excel-
lentior seu excelsior, quis vere
concedit humilior vel quis procedat
aut quis simul incedat. Quorum animi
absurditas quam plurimam contrariorum
dei ecclesie generavit et multos in
initio precipitavit, atque mediorum
partem sinistram detrexit non
solum ex ipsis vorum de docto-
ribus et magistris. Secundo ob-
scurantur quidam per obiectionem
lune .i. levitatis et instabilitatis
quia multi enim prelati sunt qui in-
ducuntur habere vultus graves sed tamen
habent actus multum leves qui
habent ingentem auctoritatem
sed animi levitatem. Contra
quod sic dicit Bernardus ad Euge-
nium monstruosa res est gradus
summus et animus infimus sedes prima
et vita yma lingua magnilo-
qua et manus ociosa sermo multus
et fructus nullus vultus gravis et
actus levis ingens auctoritas
et levitas mutantur stabilitas. Ergo
aut dimicus non quit istam in-
stabilitatem sed quit magnam
animi sanitatem. Unde dicitur

12

in legenda Tantam discre-
tionem in hijs que rationabiliter
concepisset constantiam et vix
aut numquam semel omnino ei-
cio digna deliberatione sententie
acquiesceret immutare. Unde
potest dici de eo illud Ecclesiastici 27.
Homo sanctus manet in sapientia
ut sol nam stultus ut luna
mutatur. Tertio obscurantur
quidam propter fumositatem .i.
carnalis concupiscentie ac carnalis
delectationis. Unde dicitur
Apocalypsis 9. ascendit fumus putei
sicut fumus fornacis magne
et obscuratus est sol et aer de fu-
mo putei, et de fumo putei
exierunt locuste et datum est
illis ne occiderent eos nisi ut
ut cruciarent et cruciatus eorum
sicut cruciatus scorpii. Ad propositum
multi sunt quorum cor est sicut
fornax accensa ad inflamma-
tionem ex carnali concupiscentia
de quo fumus tenebrosus libidinis
obscurantis solem .i. rationem
ut non possit intelligere nisi
terrena obscurantis aerem .i. affe-
ctionem ut non possit diligere
nisi carnalia et dicitur affectio
nunc aer anime quia sicut pul-
mo trahit aerem ad respirandum
sic anima trahit spiritum ad despi-
randum per nos ob necessi-
tatem alteri spiritum. Ergo ista autem
concupiscentia sepe nascuntur
locuste .i. cogitationes male
que sunt sicut scorpiones
qui primo blandiuntur per delec-
tationes suavitatem postea puniunt
per consciencie amaritudinem

Ecclesiastici 38. Ingreditur blande et in novissimo mordebit ut coluber. Isto autem fumo concupiscentie dimicatus obscurare non potuit quia continentiam integram custodivit quam quidam servit in corpore et in mente. Ista duplex continencia dicitur byssus retorta que in tabernaculo dei offerebatur quia qui vult perfecte se deo offerre debet istam duplicem continentiam conservare. Secundo obscurant quidam prelati per interpositionem terre i. terrene avaricie de quibus dicitur Jeremie 6. A maiore usque ad minorem omnes avaricie student. Iste autem dominus non fuit terrena avaricia obscuratus quia omnia terrena contempsit et paupertatem elegit unde poterat dicere cum apostolo Galatas 6. Michi mundus crucifixus est et ego mundo. Ingrate ponderis erat tormentum erat maledictum erat esse cadaver ~~maledictum~~ putridum. Isto autem domino mundus erat crucifixus quia secularis conversacio secularis erat sibi tormentum unde dicit Jeronimus. Opidum michi carcer est solitudo paradisus. Seculares autem reputant illos qui sunt in claustro esse in patibulo et tormento. Esse etiam in cruce est maledictum. Sanctus igitur vir mundus est crucifixus quia mundanam conversationem reputat maledictionis speciem iuxta illud Luce 6. Ve vobis divitibus qui habetis consolationem vestram. Tertio viri autem sancti sunt mundo crucifixi quia seculares quandam maledictionis speciem reputant mundum despicere et claustra ingredi iuxta illud Deuteronomii 21. Maledictus a deo est qui pendet in ligno. Illud etiam quod in ligno pendet efficitur cadaver putridum quandoque. Sanctus vir est crucifixus quia est tanquam cadaver putridum fetet. Ysaie 34. De cadaveribus eorum ascendet fetor. Ipsi etiam sunt crucifixi mundo quia carnalibus fetent sicut odor vincentorum (?) bufonibus et serpentibus facere consuevit. Dicat ergo quilibet mundus crucifixus est et ego mundo secundum apostolum. Dicat. Vive mundane est michi tormentum vive religiose mundanus videtur tormentum maledictionem reputo florere in mundo. Maledictionem mundus reputat manere in claustro mundus fetet in sua voluptate ego mundo feteo de mea et humilitate etc.

Sermo secundus de eodem

Spiritus meus qui est in te et verba mea que posui in ore tuo non deficient de ore tuo et de ore seminis tui dicit dominus amodo et usque in sempiternum Ysaie 59. Verum et fructuosum predicatorem tria commendant scilicet vita sancta doctrina assidua proles sapiens et fecunda. Ista tria fecerunt beatum dominicum commendabilem reddunt. Primum est vita sancta cum dicit Spiritus meus qui est in te. Secundum est doctrina assidua cum dicit Verba mea que posui in ore tuo non deficient de ore tuo. Tertium est proles sancta et fecunda cum dicitur et de ore seminis tui etc dicit.

Ca

Comedo et vestes in sempiternum
vitam vertitur sanctam. Sanctus Bernardus
erat quia sancto spiritu plenus fuit
ideo dicitur Spiritus meus qui est
in te. Debet namque prelatus habere
spiritum dei non spiritum mundi quem
habent avari non spiritum sui quem
habent superbi sed spiritum dei quem habent
humiles et devoti. Prelatus namque
et predicator debet habere spiritum dei
et non tantum predicare verbo sed
etiam exemplo. Ille enim qui habet
bonam doctrinam et pravam vitam
non est plenus spiritu divino sed spiritu
maligno. Quare autem debeat habere
spiritum per bonam vitam ostendit Gregorius
triplici exemplo. Primo quia est pastor
ovium gregis in pastorali. Cum
pastor per abrupta graditur necesse
est ut in precipicium grex sequatur. Nemo
quippe amplius in ecclesia nocet
quam qui perverse agens nomen
vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque redarguere nullus
presumit et in exemplum culpa
vehementer extenditur quando pro
reverentia ordinis peccator honoratur.
Secundo quia est medicus. Unde idem
considerandum est quia cum
curam ipse presul suscipit quasi
ad egrum medicus accedit. Cum
ergo presumptione perversum medicum [illegible]
qui in facie vulnus portat.
Secundo quia est intercessor et mediator ad deum. Idem qua mente
apud deum intercessionis locum
pro populo accepit qui familiaritatem
dei se esse nescit. Idem
cum is qui displicet ad intercedendum
mittitur ira animi ad meliora provocatur.
Tales debent dicere illud
Ysaie iii°. Nolite me constituere
principem. Ipse non sum medicus
et in domo mea non est panis

neque vestimentum. Ille prelatus
non est verus medicus qui
vult curare aliena vulnera
et nescit sanare sua. Ille non
est verus pastor animarum qui
in domo sua non habet panem
vel pabulum quo oves nutriat
sed pravi exempli venenum.
Quod tamen accidit. Ille non habet
vestimentum qui eum potest munda[re]
tor [illegible] ab ira dei quod non potest
sed induit diversa severitati[s]
Si enim predicator aut qui habet
bonam doctrinam sed malam
vitam assimilatur ab apostolo cymbalo
sonanti. i. Cor. xiii°. Si
linguis hominum loquar et angelorum
caritatem autem non
habuero factus sum velud es
sonans aut cymbalum tinniens.
Sicut enim cymbalum alios vocat
et se consumit sic talis
alios perficit per doctrinam et sibi
nocet per vitam malam. A
Jeronimo autem assimulatur cruci[bulo]
sicut tinnis tecta lavat [et se]
non lavat ymmo sepius magis
inquinat per mala opera. Sic
talis lavat alios per bona [opera]
se autem inquinat per mala opera.
Ab Augustino autem assimulatur lapideo
canali per quod aqua transit
ad areolas et fructum facit.
Canali autem nullum fructum gignit
ymmo quandoque aliquid immunditie
ibi relinquitur. Sic per tales
transeunt aque doctrine in se
nullum fructum reddunt bone
operationis sed vocabus immunditia
culpe. A Nicolao autem papa
assimulatur face ardenti que aliis
lucet aliis per doctrine irradiationem se autem consumit per

vite conuersationem sanctam et laudabilem
omnia commendabilem reddit
et doctrina assidua ideo dicit
et verba mea que posui in ore
tuo. Ita quod notandum quod sunt
quidam predicatores ambitiosi quidam
presumptuosi quidam desidiosi
et quidam formidolosi. Primi
istorum fuit beatus dominicus. Non
enim fuit predicator ambitiosus
ideo dicit et verba mea predica-
tor enim ambitiosus non predicat
verba dei sed verba sua non predicat
cristum sed se ipsum. Beatus autem do-
minicus predicabat cristum et autem
cristi primum .2. cor. 4. Non enim
nos metipsos predicamus sed iesum
dominum nostrum nos autem seruos ve-
stros per ihesum. Galathas autem seruus
non fuisset si placere hominibus
affectasset. Galla .1. Si adhuc
hominibus placerem seruus cristi non
essem. Nam cum hominibus placere
vellet patet ex eo quod potius
affectabat vilipendi quam ho-
norari. Unde interrogatus cur
libentius moram traheret car-
thasone quam tholose respondit
quia tholose omnes me honorant
carthasone autem non me omnes
impugnant patet ex eo quod vole-
bat potius humiliari quam ex-
altari. Nam electus in episcopum omnino
renuit asserens se potius tiaram
deferre quam electionem de se factam
aliquatenus consentire patet ex eo
quod non contempnebat contempni
et non despiciebat despici irri-
debant enim ipsi falsarii vilita-
tibus lutum et sputa in ipsum proi-
cientes et pro derisu a tergo
paleas alligantes. Secundo non fuit
predicator presumptuosus quod
notatur cum dicitur que posui
in ore tuo. Presumptuosi enim

predicatores ponunt verba dei in ore
suo quia non expectant quod ab alia-
lijs mittantur sed ipsi se mittunt
Jeremie xxiij non. Non mittebam
prophetas et ipsi currebant non loque-
bar ad eos et ipsi prophetabant. Beatus
autem dominicus misit pater et filius
et spiritus sanctus. Pater dando
sibi potentiam miraculorum. Filius
dando sibi sapientiam doctrinarum
Spiritus sanctus dando sibi donorum
mi virtutum et graciarum. Et sic
missus est cum miraculis ut dubios
conuerteret cum doctrinis ut ignaros
doceret cum gratijs et exemplis ut
indeuotos attraheret et informaret
.i. johannis .v. Tres sunt qui te-
stimonium dant in celo .v. in beato
dominico spirituali et celesti pater
qui sibi dedit miraculorum potentiam
filius qui sibi dedit predicationis
sapientiam spiritus sanctus qui dedit
virtutem et gratiam et sic mi-
ssus est cum miraculis ut dubios
conuerteret quidam erant infideles
et ignari et ideo missus est
cum doctrinis ut ignaros do-
ceret. Quidam erant insipidi
et indeuoti et ideo missus est
cum gratijs et ~~doctrinis~~ exem-
plis ut indeuotos attraheret
et informaret de ipsis beatus
dicitur mathei vltimo que habuerunt
capli et scriptum viri ille autem
profecti predicauerunt vbique. Ecce
doctrina fructuosa domino coo-
perante et sermone confirmante.
Ecce vita gratiosa. Secundo non fuit
predicator piger vel desidiosus.
Sicut sunt multi qui verba dei
non habent in ore per doctri-
nam sed abscondita tenent in
corde per desidiam ideo dicitur
verba mea in ore tuo. Amen

F cum sunt que abscondi non debet
quando necessitas fuit scilicet sapientia et
thezaurus. De quibus duobus dicitur
Eccl. 41 Sapiencia abscondita et
thezaurus invisus que utilitas
in utrisque. Tercium est talentum unde
servus qui unum talentum acceperat
reprehenditur de eo quod in terra ipsum
abscondit ut habetur Math. 25. Quartum
est frumentum. Prov. 11 qui abscon-
dit frumenta maledicetur in populis.
Verba dei non debent a predicatore
abscondi quia sunt sapientia dei
qua indocti instruerentur. Ps. 18 testimo-
nium domini fidele sapienciam prestans
parvulis. Sunt thezaurus dei quo
egeni sanantur sic datiuum faciebat
se datiuum psalmista dicens Bonum
michi lex oris tui super milia auri
et argenti. Sunt talenta dei quibus
peccata deo redimuntur. Ista sunt ta-
lenta aurea que a Christo sunt emen-
da iuxta illud Apoc. 3 Suadeo tibi
emere a me aurum ignitum probatum
ut locuples fias. Ista sunt eloquia
dei casta que sunt argentum igne
examinatum etc. Sunt frumentum dei
quo fideles dei reficiuntur Math. 4
Non in solo pane vivit homo
G sed in omni verbo dei. Secundo non
fuit formidolosus sicut sunt multi
predicatores qui timore mundano vel
humano a predicatione desistunt. Ideo
dicitur non deficient de ore tuo verbo
cum a predicatione desistit nec propter
dampna rerum quia omnia temporalia
contempnebat nec propter contumelias
verborum quia eas parvipendit nec
propter inimicicias verborum sive tor-
mentorum quia eas despiciebat.
Unde cum quadam die iuxta
H pro paratis insidiis securus ince-
deret illi nimium stupefacti dixe-
runt ei: Numquid non timorem hor-
rore contentus quid acturus es seu

esses et correspondissemus te et
ille rogaret nos ne uno
grandi compendio mortem inferretis
inferetis sed successive membra
singula mutilantes de membris
sensibus coram oculis meis de-
truncatis membrorum partibus
postea etiam oculis eruentis ad
ultimum seminecem lacertum
corpus permitteretis sic truncatum
in suo sanguine volutari. Ex quo
utique dominicum commendabiliter
reddit est proles sapientis et
timida cum dicitur Et de ore se-
minis tui. Sexto cum verbo domini
ordo predicatorum quem ipse in titulo
ipsum per evangelium fundavit. Primo
cum ipse ordo fuit casu et fortuitu
inventus vel humana prudentia
institutus sed potius fuit a deo
destinatus, a prophetis dei prefiguratus,
a iure dei impetratus, ab ipso
iure dei habitu insignitus, ab
apostolis dei scientia et constantia
decoratus, a matre dei confirmatus
et decoratus, a beato Dominico in-
stitutus, a sanctis dei in celis
illustratus. Primo namque a deo
fuit destinatus. Iste enim est ille
servus quem deus misit de quo
dicitur Luc. 14 Misit servum suum hora
cene dicere invitatis ut venirent.
Super quem locum dicit Greg. Hora
cene finis seculi unde dicit
apostolus Nos sumus in quos fines
seculorum devenerunt. In hoc fine
mittitur servus id est ordo predi-
catorum ad invitandos per legem
et potestatis et corporis se preparent
ad gustandum cenam se preparare.
Misit autem deus ordinem predica-
torum in mundum et eo quod multis
erat familiaris amicus et plu-
ribus vel alius erat familiaris

incipit cum in familiaritas sancta et
unde super illud 3 regum 4 Regis
prefecti necessaria mense regis sa-
lomonis cum ingenti cura prebebant
in tempore suo sit dicit glosa re-
rum deest in domo regis ordo
predicatorum discurrendo et laquendo
laborat in mense domini habundet
unde mutantur fideles. Quia iuxta
erat aridus misit deus ordinem
predicatorum ut aridos irrigaret. Unde
dicit Cesarius in sermone de sancto
dominico fluvius est ordo predica-
torum non permanentis in eodem
loco sed extendentis se et currentis
ut diversas rigaret terras. Quia
erat sitibundus misit deus ordinem
predicatorum ut sitientes inebriaret.
Unde super illud 7 Cantica 4
umbilicus tuus crater tornatilis
dicit Langton. Quia per craterem
nisi predicatorum ordinem intelligitur
qui nimium mentibus auditorum
celestibus doctrinis vinum propinant
corda inebriant. Secundo iste ordo
fuit a prophetis prefiguratus et maxime
zacharie 6 ubi dicitur in prima quadri-
ga equi ruffi in secunda equi nigri
in tercia equi albi in quarta equi
varii et fortes. Per equos ruffos
intelligitur ordo fratrum minorum qui
dei amore rubicundi et caritate
nimia inflamati terrena despicien-
tes Cantica 8 dicentes si dede-
rit homo omnem substantiam domus
sue pro dilectione quasi nichil
despiciet eam. Per equos nigros
intelligitur ordo monachorum
nigrorum per albos vero mona-
chorum alborum unde dicit glosa
Cantica 1 nigra sum quantum ad
monachos nigros sed formosa
quantum ad monachos albos. Per
equos varios et fortes intelligitur
ordo predicatorum non tantum propter

habitum sed propter varietatem virtutum
unde dicitur de ponsa in prologo
astitit regina a dextris tuis in
vestitu deaurato circumdata varietate.
Tertio iste ordo fuit a matre domini
impetratus unde legitur quod quidam
monachus qui ante quam ordinis insti-
tucionem vidit beatam virginem
genibus flexis pro quodam genere
hominum orantem. Cui ait Christus
quid possum amplius facere ei
patriarchas et prophetas et parum se
emendaverunt veni ergo ad eos
ego deinde misi apostolos et me
et illos occiderunt. Misi martires
confessores et doctores et nec illis
acquieverunt. Sed quia non est placabile
ut tibi aliquid denegem dabo
eis predicatores meos per quos
illuminari valeant et mundari
per fidem eciam tempus quod vir
sanctus vidit Christum in aere tres
lanceas in manu tenentem et
eas contra mundum iacere volentem
sed quem virgo beata dominicum et
franciscum adduxit dicens quod
illi contra mundum certabunt et
mundum suo domino subiugabunt.
Unde super illud psalmi 20 Con-
gregavit Jacob totum et vasta-
tum filiorum Amon etc. dicit glosa
Joab bellum inchoavit David vero
perfecit. Christus enim bellum agit
cum predicatorum ordo contra mundi
tum patentes scuto fidei opponit
sed finis certaminis et triumphi
ad Christum refertur qui operatur in
nobis et velle et perficere. Item super
illud psalmi Rex magnus super
omnes deos dicit glosa. Cui ordo
predicatorum servit per sermones
evangelii effectus associando fidei

Quarto fuit iste ordo ab ipsa matre dei habitu insignitus qui ad in principio aliud habitum quem nunc deferret. Virgo beata habitum quem modo deferunt beato dominico et magistro Reginaldo ostendit et ut induerent precepit ad innuendum quod debent esse induti et nigredine humilitatis et albedine puritatis et varietate multiplicis virtutis dicit Glo. Ordo predicatorum accipiendo scalam glorie et respiciendo se consummatione virtutum indicavit dignitatis sue et ornamentum fidei et veritatis bone operationis demonstrat. Quinto fuit ab apostolis dei scientia et constantia decoratus et confirmatus. Nam et petrus et paulus sibi apparuerunt. Cui petrus baculum paulus vero librum tradidit dicens vade predica quia a deo ad ministerium es electus. Per librum signabatur donum scientie, per baculum fortitudo constantie. Ista scilicet scientiam et constantiam ordo predicatorum accepit. Scientiam quidem accepit unde super illud Ezech. 2. Ecce manus missa est ad me in qua erat involutus liber et pandit illum coram me sic dicit Greg. Sicut per apostolum predicatorum ordo sic per librum quem accepit scripture sacre pagine designatur. Liber autem involutus est quia scripture sacre eloquium est obscurum quia profunditate sensuum involvitur ut non facile sensus cuiuslibet penetratur. Accepit etiam constantiam quia instar leonis nullum metuit sed peccantes fiducialiter reprehendit. Prov. 30. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum. Unde super illud Eccl. Leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde

stant quia honorem operum et ordinis sunt et inde doctrinis et operibus minime tantum. Sexto fuit iste ordo a vicario dei confirmatus. Cum enim summo pontifici beato dominico petenti confirmationem ordinis se difficilem exhiberet sequenti nocte ecclesiam lateranensem ruinae conspexit, sed beatum dominicum humeris eam sustentantem aspiciens sue petitioni consensit. Sciebat enim quod et scismatica ecclesiam dei plurimum infestaret nisi ordo predicatorum eis resisteret. Unde super illud Hest. 2 Duo eunuchi regis qui ianitores erant voluerunt regem interficere quod mardocheum non latuit dicit interl. i. ordinem predicatorum et glo. marginalis sic dicit [illegible] sunt in duobus eunuchis scismatici notantur qui fraudibus et malicie veneno corde conceptam contra veritatem compleant et eam credentibus auferant et regem i. fidem christi in ipsis fidelibus interficiant. Sed eorum iniquitatem sancti doctores manifestant ut innocentes salventur et illi in morte ultrionem puniantur. Tertia igitur ecclesia ab infidelibus opprimebatur ideo de utilitate sic predicatorum ordine [illegible] commissum est [illegible] sicut illud utilem rationem in tempore suscitabit dicit glo. interl. i. ordinem predicatorum. Septimo fuit a beato dominico institutus. Mundus quidem tunc oppressus erat malis erat in va[illegible] tantum mundo tunc iniquitas erat [illegible] nimis spiritualibus prelatis erat in amore dei et proximi tepidus. Tertia igitur erat oppressus instituit beatus dominicus ordinem predicatorum qui oppressos erueret unde super illud

cantic 27 audiunt abc maleth
ethiops vir eunuchus quia
a ysmaelitis seruum in lacum etc
ut dicit Glo ille ethiops eunu-
chus qui timore et amore dei
spiritualis eripuit signat predica-
torum degenerales qui seipsos castra-
uerunt propter regnum celorum qui
uere caritatis instinctu iniquos
ipsos student verbo et exemplo
de fouea peccatorum eruere Quia
mundus erat incultus instituit or-
dinem predicatorum ut spiritualem
culturam perficeret ut scilicet esset ara-
tor et seminator messor et calca-
tor unde super illud ysaias 9
comprehendet arator messorem
et calcator uve mittentem semen
dicit Glo id est hos omnes signat
ordo predicatorum quia erat in vasis
contumeliae tamen mutatus instituit
ordinem predicatorum qui vasa
contumeliae in vasa gloriae tamen mu-
taret unde super illud Ecc 38
sicut figulus sedens ad opus suum etc
dicit glo i. ordo predicatorum
qui per diuisa officia ministerium
suum agunt doctrinam secundum au-
ditores temperant qui fragiles et
infirmos verbis et exemplis firmant
ut vasa in honorem faciant
Quia mundus erat spiritualibus ar-
mis spoliatus instituit ipsum or-
dinem ut arma spiritualia fa-
bricaret unde super illud Ecc 38
sicut faber ferrarius sedens iuxta
incudem et glo i. ordo predica-
torum iuxta durum pectus vite la-
borem qui spiritualia arma fa-
bricat Quia mundus erat in amore
dei et proximi tepidus insti-
tuit ipsum ordinem qui isto du-
plici amore flueret et alios
inflammaret unde super illud math

quarto vidit duos fratres etc Glo dicit
unitatem fraterne dilectionis appro-
bauit sine qua nullus in ordine
predicatorum admittitur unde etiam or-
dinauit beatus dominicus ut bini
et bini incederent et propter honestatem
et propter testimonium et propter comune
caritatis exemplum Octauo est
a sanctorum gloria illustratus tamen cu-
m gloria sunt tres ordines scilicet mar-
tires confessores et virgines Martires
ipsum illustrant quia unum de ipsis
collegio scilicet beatum petrum in suo ca-
thalogo receperunt / Confessores
ipsum illustrant quia unum scilicet do-
minicum in suo consortio admiserunt /
Virgines ipsum illustrant quia duos
sanctos scilicet petrum et dominicum in suo
choro recepit tenuerunt utrumque vir-
ginitatis gloria dotatus fuit quod ipsos
cum sanctos est ordo ipse multiplicatus
coram fidelibus et infidelibus
exaltatus unde super illud hest 10
Exaltauit scilicet rex assuerus mar-
dochium dicit Glosa i. ordinem
predicatorum coram fidelibus et in-
fidelibus etc / Sequitur sermo

tercius de beato dominico

Lex veritatis est in ore
eius et iniquitas non est
inuenta in labiis eius in
pace et equitate ambulauit /
mecum et multos auertit ab ini-
quitate malach. 2 verba ista
bonus est quando quis habet ea
que requiruntur ad seipsum ad
deum et ad proximum Talis
fuit beatus dominicus qui fuit
perfectus quantum ad seipsum quod notatur
cum dicitur / Lex veritatis fuit
in ore eius et iniquitas non
est inuenta in labiis eius

ffuit perfectus quantum ad deum quia natura
tum dicitur In pace et equitate
ambulauit mecum // ffuit perfectus
quantum ad proximum quia notatur cum dicitur
et multos auertit ab iniquitate pa
aut perfecto quantum ad se ipsum consistit
in duobus scilicet in veritate sciencie
et doctrine tum dicitur / lex veritatis
fuit in ore eius Secundo in sanctitate
vite tum dicitur / et iniquitas non
est inuenta in labiis eius Tercia
primo notandum quod est quadruplex
lex scilicet cupiditatis vanitatis iniquitatis
et veritatis Et ista quadruplex
lex tangitur Iacobi 3 Non est ista
sapiencia de sursum descendens
sed terrena animalis dyabolica Tunc autem
de sursum est sapiencia primum quidem
pudica est et cetera Prima igitur lex est
cupiditatis que est lex aduocatorum
quam tangit Iacobus cum dicit
terrena cum lingua eorum venalis
est dum veritatem vendunt
aut ipsam impugnando Michee 3
Et quis non dedit in ore eorum
quippiam sanctificant super eum prelium
Ysaie 5 Ve qui iustificatis
impium pro muneribus
et iusticiam iusti aufertis ab
eo aut ipsam ... tacendo / aut ipsam veritatem tacendo
Ecclesiastici 20 Exenia et dona ex-
cecant oculos iudicum et quasi
mutus ab ore auertit correpciones
Vnde refert Agellius quod cum
demostenes contra philippum
regem macedonum a senatu
atheniensium in patrocinium pete-
retur simulata superinitate loco de-
cubuit et interiis respondit /
Sopati morbum simulantem
qui a quodam ex interiis incor-
dinatis sinc est responsum ite

non sinanchiam pateris sed argiranchiam
Item tamen Helmandus dicit hanc
tam per dictos dampnificari quam
ut dici solet Simbus argentea
vincitur Item apud ipsos ipsum
silencium venale est / Secunda est
philosophorum que est lex vanitatis
quam tangit Iacobus cum dicit
Animalis Animalis dicitur 1 Cor 2
Animalis homo non percipit ea
que sunt spiritus dei stulticia
enim est illi / De talibus ad Ro
1 dicentes enim se esse sapi-
entes stulti facti sunt Et vani
vanitatis Animalis sicut dicitur Sap
13 Vani sunt omnes homines in
quibus non subest sapiencia dei
De talium vana sciencia sic dicit
ysidorus in libro de summo bono
Multum mundi philosophi predicantur
in diuersione temporum cursusque
syderum atque discussione ele-
mentorum et tamen deum non ad
habuerunt volantes enim supra
ut aues acem et demergentes
in profundum ut pisces maria
gradientes ut pecora terram
multum scripserunt vultum tam
mente auctorem intelligere non
valuerunt // Tercia est lex in-
iquitatis que est maliciosa quam
tangit Iacobus cum dicit dyabolica
De qua dicitur Sapiencie 20 Sit autem
fortitudo vestra lex iniusticie
De qua dicitur Ieremie 4 Sapientes
sunt ut faciant mala bene
autem facere nescierunt Ista est
sapiencia carnis et mundi et
dyaboli que aliquando in aliquibus
clericis inuenitur et ideo a pre-
dictis sepe trahitur in exemplum
dicentibus Romane pro summo hoc
facere cum sacerdos meus hoc

-cit dicitur Ierem. 44 Quod
[mu]lieres responderunt Iheremie quod
nunc viri nostri sciunt ei sacri-
ficare regine celi placentas ad colen-
dum eam per mulieres simplici-
ores et insani / per viros vero cle-
ricos et prelatos intelliguntur regina
celi prudencia mundi que saepe
regnat in celo i. in multis
qui sunt de ecclesia militanti.
Regina vero celi placentas facit
quando quod que placent mundo
facit sed si aliquando subditi de
hoc reprehenderint se excusant
quod hoc fecit abusus i. clericis
et prelatis / Contraria est lex veri-
tatis et caritatis quam tangit
Iacobus cum dicit Que autem de
sursum est sapientia etc. que est
hec secta de qua Sapientie dicitur 10
Dedit illi scientiam sanctorum. De hac
dicitur Ioh. xvii Hec est vita
eterna ut cognoscant te solum
verum deum et Christus igitur doctor
habuit legem cupiditatis quia
omnia terrena contempsit Unde
potuit dicere cum Apostolo Philipp. 3
Que michi fuerunt lucra hec
arbitratus sum propter Christum detrimen-
ta. Nec habuit legem vanitatis
quia propria dogmata vilipen-
debat et vilipendit dicens cum
Apostolo I Cor. 2 Nos autem non
spiritum huius mundi accepimus sed
spiritum qui ex deo est que et lo-
quimur non in doctis sapientie
humane verbis sed in doctrina spiritus
sancti. Item nil iudicavi me
scire inter vos nisi Ihesum Christum
et hunc crucifixum. Nec habuit
legem iniquitatis quia innocen-
tiam custodivit. Psalmus: Custodi
innocentiam. Sed habuit legem
veritatis quia in ea studuit et
eam amplexatus fuit. Proverbiorum 4
Arripe eam et exaltabit te et
glorificaberis ab ea cum eam fueris
amplexatus. Unde interrogatus in
quo libro amplius studuisset respondit
in libro caritatis. / Secundo comparatur ei
perfecto quantum ad se in sanctitate
vite cum dicitur Et iniquitas non
est inventa in labiis eius. Amplius
dicit et plus signat quam tamen non
fuit in eo aliqua iniquitas sed
potius in eo fuit omnimoda sancti-
tas perfecta. Autem sanctitatis sex
sunt signa. Primum est uberior
fletus. Augustinus: Quanto quisque
est sanctior et sancti desiderii
plenior tanto fit eius fletus
in oratione uberior. Istud signum
habuit beatus Dominicus unde de
eo dicitur Specialem sibi deus gratiam
contulerat flendi pro peccatoribus
miseris et afflictis // Secundum signum
est mundi despectus. Unde sanctus
in greco dicitur agios i. sine
terra quia ille vere est sanctus qui
est sine terra affectione ut dicit
Dionysius De divinis nominibus.
Istud signum habuit beatus Dominicus
quia mundum despexit et quantum
ad divitias quia paupertatem e-
legit / et quantum ad delicias quia
[?]gnitatem fugavit / et quantum
ad honores quia episcopatum fugit
et sic omnia mundana despici-
ens in celo semper conversatus fuit.
Legitur Apocal. 12 Quod signum
magnum apparuit in celo scilicet mulier
amicta sole et luna sub pedibus

cuius et in capite eius corona xii
stellarum / Sancti enim viri in bono
opere tanquam mulier fecundi ha-
bent solem tanquam vestem quia
in celo sunt per conversacionem
lunam vero i. temporalia mutabilia sub
pedibus habent quia ea despiciunt
et contempnunt Et in capite xii
stellas id est exemplum xii
apostolorum qui omnia contempserunt
~~et in capite xii stellas~~ Tercium
est montis conscensus qui atte-
statur maxime sanctitati et pro-
venit ex immenso amore dei
est autem extasis passivus divinus
amor non permittens sui ipsius
esse amatores sed amandorum
Istud signum habebat apostolus qui
dicebat ii ad Corinthios v Sive mente
excedimus deo sive sobrii sumus
nobis / Istud eciam signum habe-
bat propheta qui dicebat Ego di-
xi in excessu meo omnis homo
mendax / Istud sicut habuit beatus
Dominicus de quo legitur Quod
frequenter et maxime quando corpus
corpus Christi levabat in missa in tan-
tum levabatur excessum mentis quasi
ibidem putaretur mortuus videtur / Quartum
signum est moriendi desiderium
Istud autem desiderium non est
omnium sed sanctorum Augustinus in
libro de doctrina christiana Caritas
inchoata inchoata iusticia / est caritas
provecta / iusticia est caritas ma-
gna / magna iusticia est caritas
perfecta / perfecta iusticia est que
tamen maior est in hac vita
quando pro illa ipsa contempnitur
vita / Cum caritas nascitur na-
ta nutritur nutrita roboratur

roborata perficitur Et cum
perfecta fuerit dicit cupio dissolvi
et esse cum Christo Istud signum
habuit beatus Dominicus de quo
dicitur Sitiebat sicut cervus desiderans
martirium sicut sitit cervus
aque pluvia // Quintum signum
est appetitus celestium Sancti
enim viri semper sunt in celo
per amorem et conversacionem
namque conversantur in terra sicut
avari preterea oculos suos sta-
tuerunt declinare in terram
Quedam in aere sicut super ...
Osee xii Effraim pascens
ventum et sequitur estum i.
sequitur aves volantes Quedam
in aqua sicut lucius ... Genesis
Effusus es sicut aqua non
crescas quia ascendisti cubile
patris tui et maculasti stratum
eius Quedam in igne sicut
iracundi preterea / super cadi-
gnus sed iracundie et non
viderunt solem i. lucis ...
Quedam in celo sicut vel ...
contemplativi de quibus erat
apostolus qui dicebat ad Philippenses iii
Nostra conversacio in celis est Col
Que sursum sunt ... nil debet habe-
re eciam qui vult esse celestis
Hec est proprietas ignis natura
ut semper sursum tendat Sic
et homo qui spiritum in se habet
ignitum semper ad superiora festinat
Signum istud proprietatis beatus
Dominicus habebat qui per amorem
semper in celo erat Unde dicitur
de eo Nocte celi per lustrabatur
luna die autem ... semper

133

rectum est facilis in impetrando gratias. Sancti viri gratias quas a deo postulant facile impetrant. Psalmus: Clamavit ad me et ego exaudiam eum. Ysaie 65: Adhuc illis loquentibus ego audiam. Istud signum habuit beatus dominicus qui legitur dixisse nunquam a deo aliquid petii quod non assequerer iuxta votum. Secundo beatus dominicus fuit perfectus quantum ad deum cum dicitur In pace et equitate ambulavit mecum. Que perfectio in duobus fuit et quia nunquam a dei voluntate discordavit et quia deo se deo totaliter mancipavit. Sed dei quidem voluntate nunquam discordavit Et ideo cum ipso in pace ambulavit unde sicut dicitur Iob 9 Quis restitit ei et pacem habuit. Sic fecit autem illam voluntate dei de qua dicitur Ro 12 ut probetis que sit voluntas dei bona beneplacens et perfecta. De quibus verbis habetur quod est voluntas dei placens et beneplacens et perfecta. Bona respicit precepta placens respicit precepta beneplacens respicit consilia et perfecta respicit supererogata. Beatus igitur dominicus fecit voluntatem dei bonam quantum ad precepta que vitavit Iob 27 Neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea quia nec in pueritia quia lectum dimittebat et super terram nudam iacebat quasi iam terrenis deliciis abhorruit nec in adolescentia quia tunc liberalis re-

denus a prioribus nunc vacabat nec in iuventute quia tunc regularium ordinem intravit nec in virili etate quia tunc ordinem predicatorum instituit paupertatem elegit verbum dei ubique predicavit. Implevit secundo voluntatem dei placentem quantum ad precepta que servavit unde poterat dicere illud Math 19 Hec omnia scilicet precepta dei servavi a iuventute mea. Multi tamen sunt qui studiosius servant traditiones quam iussiones divinas. Augustinus in libro confessionum: Vide domine quam diligenter observant filii hominum pacta litterarum et sillabarum accepta a prioribus locutoribus et a te accepta eterna pacta perpetue salutis negligunt ut qui contra disciplinam grammaticam sine aspiratione prime sillabe hominem dixerit. Et omnibus implevit etiam dei voluntatem beneplacentem quantum ad consilia que super precepta addidit servans illud Math 16 Si quis vult venire post me abneget se metipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Ipse enim abnegavit semetipsum voluntati proprie abrenunciando crucem suam per continuam macerationem et secutus est christum pauperem nudus abrenunciando. Implevit etiam voluntatem dei perfectam quantum ad supererogata que consiliis addidit que sunt tria opera privilegiata scilicet predicare quod est

opus diuinum Luce 4 Aliis ciuita-
tibus oportet me euangelizare
regnum dei quia ad hoc missus
sum. Et isto domino principes
apostolorum assentientes dixerunt quia
ad hoc missum a deo est eos electos
virginitatem seruare quod est opus
angelicum Luce 20 In resurrectione
neque nubent neque nubentur sed
erunt sicut angeli dei in celo
Ieronimus In carne et preter carnem
viuere non est humanum sed angeli-
cum et ideo de isto domino dicitur
florem pudicitie suauis illiba-
tum etc. Martirem ipse denique
appetebat quod est ultimum tributum
vnde cum iniecta pateretur sibi
insidias [illegible] non solum non time-
bat sed cum alacritate incedebat
paratus cum esset talem passionem
pro christo recipere primum [illegible] re-
tribuam domino pro omnibus que retri-
buit mihi calicem salutaris
accipiam etc. Secundo ambulauit ad
deum in caritate quia ea quod totam
vitam suam deo mancipauit
Multi autem sunt qui cum deo inequaliter
diuidunt quia peiorem partem
dant deo meliorem mundo et
dyabolo scilicet de corpore suo de
tempore suo et de opere suo et de
substantia sua. Item de corpore suo
dant dyabolo iuuentutem deo
autem senectutem Osee 7 Come-
derunt alieni i. demones qui
sunt alieni a gloria celesti robur
eius i. iuuentutem et ipse nescie-
uit i. se nescire ostendit sed
et cani effusi sunt et ipse ignora-
uit i. ignorare se ostendit
De corde suo dant deo intellectum
per fidem et mundo affectum per
amorem. Ad tytum 1 Confitentur
se nosse deum factis autem negant.

de tempore suo dant dyabolo tempus
preteritum et presens quia et tempus preteritum
consumpserunt et presens in vani-
tatibus expendunt. Deo autem volunt
dare tempus futurum dicentes adhuc
penitentiam agam cum fuero illud futurum
sit incertum Eccl 9 Nescit homo
vtrum odio vel amore dignus
sit sed in futurum seruantur
incerta. De opere suo dant deo par-
tem exteriorem scilicet operis apparentiam
apparentiam sibi autem retinent meli-
orem interiorem scilicet vanam gloriam
et intentionem obliquam Mat
23 Omnia opera sua faciunt ut vi-
deantur ab hominibus. De sua substantia
dant deo vilia sibi retinent preciosa sicut
fecit cayn qui spicas corruptas deo
obtulit et sibi pulcras retinuit et
licet dicat Augustinus de rebus diuini
in libris diuitibus vocatur superflua
debent pauperibus necessaria vero
propriis dant pauperibus vilia. Dicit
tamen Ieronimus super Malachiam grauis iniuria
est deo dare quod dedignatur
homo ministro vel ut [illegible] honorabili
illius cui ministrant delicata et
sumptuosa dare potius i. deo dicitur
Eccl 18 Dignatus deo oblationes
offer. Item tale offerebatis de
decimis tuis et in donaria de
pecoribus optima et electa erant.
Iste autem dominus non sic cum
deo inequaliter ambulauit qui totum
corpus suum totum tempus suum totum
opus suum et totam substantiam suam
deo obtulit. Tertio fuit perfectus
quantum ad proximum vnde dicitur Et multos
auertit ab iniquitate. Ducit quia
verba docuit et exemplo iuste
verba quando docuit quod assidue

[…]dicabat et vilitas(?) [illegible]
2 Thy. iiij° predica verbum insta op-
portune importune. Ideo imitatus
est in ipso catuli accensam facu-
lam baiulantis ipse cum obiurga-
bat et demulcebat et incendebat,
obiurgabat malos latratu in-
crepationis, demulcebat bonos
lingua lambente exhortationis, et
inflammabat omnes ad regularem
amorem. 2 Thy. iiij° argue
bonos scilicet exhortando, obsecra
omnes scilicet ad vitam bonam in-
ducendo, increpa malos scilicet
obiurgando. Et ideo in archa
moysi erant manna virga et
~~baculus~~ tabule. Erant in beato
dominico qui fuit archa dei, fuit
manna dulcis exhortationis
quo ad bonos, fuit virga correp-
tionis quo ad malos, fuit lex
amoris quo ad omnes. Erant illa
exhortatio et increpatio de fonte
amoris procedebat. Vnde videre
canem dei latrantem demul-
centem et incendentem. Vnde inter
Gallathas quidam erant mali,
quidam boni. Ideo malos dure
obiurgabat dicens Gallatas iij°
O insensati gallathe quis vos
fascinavit veritati non obedire sic stul-
ti estis ut cum spiritu ceperitis nunc
carne consummamini. Bonos dul-
citer ammonebat dicens Gallatas
iiij filioli mei quos iterum parturio
donec formetur in vobis cristus.
Omnes autem ad dei amorem sui
exemplo inflammabat dicens
Galla. 2° Confixus cruci vivo
ego iam non ego vivit vero in me
cristus. Tullius in libro de amici-
cia amonendi sunt sepe amici
et obiurgandi sic tamen sit

tur ut ammonicio acerbitate et obiur-
gacio contumelia careat. Sed verum
est quod familiaris meus terencius
ait obsequium amicos, veritas odium
parit. Molesta est veritas quia ex
ea nascitur odium quod est amicicie
venenum, sed obsequium multo mo-
lestius quia peccatis indulgens pre-
cipitem amicum ferri sinit. Cuius autem
aures veritati clause sunt ut ab
amico verum audire nequeat huius
salus desperanda est. Et amonere
igitur et moneri proprium est vere
amicitie, in alterum libere facere
non aspere, alterum patienter suscipere.
Secundo avertit multos ab iniquitate
exemplo sue vite. Cuius cum vita
omnibus erat speculum et forma. Di-
stinguit autem Augustinus in libro
de civitate dei triplex genus
vite scilicet ociosum actuosum et
ex utroque compositum. Primum consistit
in ocio contemplationis, secundum
in labore actionis, tertium in excel-
lencia perfectionis. De duobus
primis dicitur de eo: vertice celi per-
lustrans linea(?). Ecce genus vite
quod consistit in ocio contemplationis.
De terris autem dicitur: secundum ecce genus
vite quod consistit in labore actionis.
Tertium est quod legitur Levitici 3 pecu-
sculum cum clunibus armum separa-
tionis dedit filiis Aaron. Et
pectus pacificorum. In pectore in-
telligitur sublimitas contempla-
tionis, in armo labor operationis,
quia prelatus quanto est maior or-
dine tanto debet esse laboriosior
in operatione et devotior in con-
templatione. Vnde dicitur de Saul
primi Regum 9 ab humero et sursum

et superminebat super omnem
populum ~~etiam~~ genus vite quod consi-
stit ~~in professione~~ in excellentia pro-
fessionis sicut similiter b. dominicus.
Est autem professio excellens que con-
sistit in preceptorum observacione. Est
excellentior que consistit in consi-
liorum addicione. Est excellentissima
que consistit in super erogacione.
Primam professionem beatus dominicus
habuit dum adhuc esset laycus.
Secundam dum factus est regularis
canonicus. Terciam dum factus
est vir apostolicus. In hoc autem tercio
statu multa operibus consiliis super ero-
gavit. Nam consilio paupertatis super-
erogavit nec habere proprium non tantum
in speciali sed etiam in communi. Consilio
obediencie addidit similiter obedi-
enciam non solum usque ad contume-
lias verborum nec usque ad minicias
verberum sed etiam usque ad mortem.
Consilio castitatis addidit quia non
solum fuit contentus servare casti-
tatem continencie sed etiam servavit
virginitatem castitatis mundicie etc.

Sermo quartus de eodem

Misit servum suum hora cene
invitatis ut venirent quia
parata sunt omnia. Luce 14. Ista fuit
maxima ambasiata quam per
servum suum beatum dominicum pater-
familias fecit. Ammodo habuit
mane meridiem et vespere et in
qualibet statu mundi deus tempore
suos servos misit. Mane fuit
prima etas que fuit ante legem in
qua misit patriarchas. Meridies
fuit media etas in qua data est
lex que est quasi etas media
inter primam et ultimam et tunc
misit prophetas. Vespere est ultima
etas in qua nos sumus in qua
misit apostolos et doctores et
predicatores et quia beatus dominicus
fuit unus de magnis servis dei
per quem ad huiusmodi genus
ambasiatam valde magnam mi-
sit. Ideo bene dicitur misit servum
suum etc. Ambasiata autem potest dici
magna quatuor modis. Aut quia
est magnus ille qui mittit. Se-
cundo quia magnus nuncius qui mittitur,
aut quia sunt magni illi ad quos
mittit, aut quia est magna causa
propter quam mittit. Si cum papa mittit
cardinalem ad imperatorem pro
reformacione imperii et exaltacione
fidei christiane. Propter tales ambasia-
tas quatuor magna esset. Primo
igitur ambasiata de qua hic agitur
magna est racione excellencie illius
qui mittit, quod notatur cum dicitur
homo quidam fecit cenam magnam.
Iste homo est deus qui dicitur
paterfamilias eo quod tres mag-
nas familias possidet. Una
in celo que est familia triumphan-
cium. Johannis. Secunda est
milicia cuius alia in mundo que
est familia militancium. Job 7.
Milicia est vita hominis super terram
et sicut ~~dies~~ dies mercenarii
dies eius. Terciam habet in in-
ferno que est familia incarce-
ratorum. Ysaie 24. Congregabuntur
congregacione unius fascis in la-
cum et claudentur ibi in carcere. Secundo
ex parte illorum ad quos mittitur
quod notatur cum dicitur dixit invitatis.
In istis est cum eo omnis electus et
predestinatus qui quidem sunt mi-
nimi quia amici dei. Johannis 15.
Vos amici mei estis si feceritis
ea que ego precipio vobis etc.

quia israeles et filij dei deo vin
i aut filij et israeles quia redempti
magno precio dei corporis empti estis
precio magno etiam fuit magna
ratione cause propter quam misit ...
nata cum dicitur dicit invitatis
ut veniant scilicet ad cenam ista
cena est cena refectionis in qua fi-
nalis erit panis de quo dicitur
Luce 14 beatus qui manducabit
panem in regno dei de quo pa-
ne dicitur Johannis 6 ego sum panis
vivus qui de celo descendi et
potus sanctus erit vinum letificans ut
et inebriamur psalmus vinum leti-
ficat cor hominis Cantica 5 come-
dite amici et inebriamini karissimi
de ratione aut patria tamquam ...
alia omnia fercula que sufficient
repleverunt Johannis 14 Domine
ostende nobis patrem et sufficit
nobis Cuius fuit magna ratione
... quem misit ... tunc
dicitur Primo sunt ... ante
commendabilia in primo commendabilis
est fidelitas tali cum maxime
bene fideles ideo dicitur Matthei
24 Quis putas est fidelis ser-
vus et prudens etc. q. d. rarus
ideo dicit Ecclesiastici 33 Servus si
est tibi fidelis sit tibi sicut
anima tua Beatus aut domini tuis
habuit ad deum veram fidelitatem
etiam cum scilicet corpus ... et rebus
temporalibus a deo accepit de quibus
sibi fideliter ministrare magos tribuit
Persolvit etiam de carne persolvit
mirram mortificationis de
mente thus devote orationis
de rebus temporalibus aurum liberali-
tatis largitionis / Solvit quidem
de carne sua mirram morti-
ficationis et sicut magi cristo
puero mirram obtulerunt

...it et ipse ad quem puer carnem
mortificabat dum lectum dimit-
tens in terra iacebat Cuius sicut
dicitur Proverbiorum 22 adolescens iuxta
viam suam gradietur et cum senue-
rit non recedet ab ea Et quia
triplex est ratio quare est propter
profundam impressionem et iste
locum habet in bono et in malo
In bono sicut vas recens fictile
profunde imbibit profundam et
diuturnam impressionem quam semper
retinet propter primus secundum calefactionem
psalmus Factum est cor meum tamquam
cera liquescens i. molle ad
facile recipiendum divinas inspira-
tiones sed postquam modum creat ...
mea i. firmum factum est et facile
ad eum perfecte retinendum / Secunda
etiam locum in malo Cuius sicut
dicitur Proverbiorum 20 / qui delicate a
pueritia nutrit filium suum postea
sentiet eum contumacem Secunda
propter crebram assuefactionem Con-
suetudo enim est altera natura et ea
que in natura vertuntur difficile re-
linquuntur et habet hec locum in bo-
no et in malo In bono quia
sicut dicitur Hebreorum 5 perfectorum est
solidus cibus eorum qui pro consuetu-
dine exercitatos habent sensus
habet locum in malo unde
dicitur de hijs qui sunt in malo
assueti Ieremie 13 Si ignorantis
quam iniqua est ratio eorum et
naturalis malitia ipsorum Ieremie
13 Si mutat ethiops pellem
suam aut pardus varietatem
suam et vos poteritis benefa-
cere cum didiceritis malum Tertia est
propter turpitudinem et mancipationem
Cum cum aliquis absque ...

se indiscipetur per usum longi
temporis in cuius domo tussernitur
et ipsum locum est in bono et in ma-
lo In bono quia fruentes deo
confirmantur in deum a deo quod ca-
dere non possunt ab eo 1 Ioh 3
Omnis qui in eo manet non peccat
et infra Omnis qui natus est ex deo
peccatum non facit quoniam semen ipsius
in eo manet i. gratia qua deus
serit in corde suo Item habet
locum in malo unde dicit Crisostomus
super Matheum Fuge de mundo et de
voluptatibus mundi ne forte diu
vivens in possessione eorum eius
fias servus sicut ipsius Sicut enim
in gentibus homo si diu manet in pos-
sessione vel domo potentis sive po-
tentis alicuius et prudenti sunt re-
moratus per possessionem longi temporis
usurpat eum in servitutem Sic et
homo si diu manet sunt in possessione
dyaboli per possessionem longi
temporis vendicat sibi dominium super eum
ita ut nemo possit eum a ditione
dyaboli liberare Sextus dicitur dominicus
in sua pueritia voluit deo servire
et tenor sanctitatis sibi a primordiis
imprimeretur ut sibi quodammodo
in naturam verteretur ut in eo diuturna
tantalis tuperet Unde dicitur de eo
quod priusquam aliquid seculare eius
illaberetur animo traditus est eccle-
siastico imbuendus officio ut sicut
odorem velud testa imbiberet quem
per modum antiquata protinus timore
servaret Nona dicitur beatus dominicus
mirram mortificationis deo ob-
tulit propter sibi convenit illud quod dicitur
Cant 5o Manus mee distilla-
verunt mirram et digiti mei
pleni mirra probatissima
Ecce enim non habent mirram
amaritudinem mirram distillantem

et probatissimam mirram Se-
et beatus dominicus habuit unde
i. mortificationem carnis amat-
ssimam illud quod dicitur Galla.
Qui autem sunt Cristi carnem suam
crucifixerunt cum viciis et con-
cupiscentiis Cristus voluit sibi
offerri mirram sed numquam mel
ante tunc post resurrectionem ubi ob-
tulerunt ei favum mellis sed
cum pisce asso ut habetur Luce
Acceptat enim deus mirram mor-
tificationis sed detestatur mel de-
lectationis In futuro autem debitur
favum i. delectationem s. in visione
deitatis et quanitatis Sic ...
... sed non adusi
igne adipscatur Sicut enim mu-
...latam quia sibi mirre fa-
sciculos faciebat Contra dicitur
de multis Mathei 23 Alligant
onera gravia et importabilia et
imponunt in humeros hominum
digitto autem suo nolunt move-
re Crisostomus vis apparere sanctus circa
vitam tuam esto austerus circa
alienam autem benignus Audiant
hoc homines plura mandantes
et gravia nichil facientes
habuit etiam mirram probatissi-
mam mirra probata est carnis
mortificatio per continentiam
singularem probatior est morti-
ficatio per continentiam individualem
probatissima est per continentiam
virginalem ... autem mirram
non habuit in vase i. solummodo in
voluntate sed in manu et di-
gitis i. in operatione et distinctione
Nunc vero beatus dominicus carnem
mortificavit ideo omnia officia
vicia superavit legitur enim iudic
in eo ... gladium ... vitalis
superavit confringendo laguenas

carne et voluptatibus corporalibus
unde dicitur ysaie Iugum enim oneris
eius i. superbiam que tantum
ascendit quod ipsum celum sustinere
non potuit et virgam humeri eius
i. avariciam per quam dyabolus stimulat
homines sicut rusticus stimulat
boves/ Virga et sceptrum exactoris
eius i. ventrem qui sceptrum
et principatum tenet in homine
guloso qui animam facit servire ventre
suo hec omnia superasti sicut dicitur de illis
qui carnem suam mortificaverunt
cum viciis et concupiscenciis et hoc
sicut in die madian quando scilicet
Gedeon superavit madianitas
confringendo lagenas Secundo de
anima sua obtulit thus devote
orationis per quod designatur oratio mentalis
sicut incensum in conspectu tuo as-
similatur autem oratio thuri quia
fumus thuris est odoriferus et
calidus et confortativus et eo
fortius oratio aut sicut dicit
Augustinus est deo gratum sacrificium
dyabolo incendium angelo sola-
tium orantis auxilium. Ergo
oratio instar fumi odoriferi
quia est deo gratum sacrificium
Apoc. viii ascendit fumus in-
censorum de orationibus sanctorum
de manu angeli coram deo
calida et ignita quia est dyabolo
incendium unde dixit dyabolus
sancto Bartholomeo incendunt
me orationes tue apostole dei Cre-
dis cuius particulam si super carbo-
nes ponatur cremat omne genus
demonum est confortativum quia
est deo solacium angelo et deo
quia angelum letificat et confortat
quia orationes nostras deo cum
magno gaudio recitat Tho. 13
Tercio orabat cum lacrimis

et sepeliebas mortuos ego
obtuli orationem tuam domino est constric-
tiva quia est orantis auxilium
primo enim sepe de viciis in mundo
fluctuet et temptationibus assentiret
nisi ipsum oratio restringeret ideo
monet dominus Luc. 22 vigilate et
orate ne intretis in temptationem
Secundo attulit de substantia temporali aurum
liberalissime largitionis Est autem
quadruplex species largitionis Una
est dare partem superfluam et partem
retinere de qua dicitur Luce 11 verumtamen
quod superest date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis Alia est dare
omnia superflua et retinere omnia
necessaria de qua dicitur Luce 3 Qui
habet duas tunicas det unam
non habenti Una tunica est tunica
necessitatis ista est retinenda
alia est superfluitatis ista est danda
Tercia est dare partem necessariorum
et partem retinere quam quidem fecit
Martinus quando clamidem suam pro ne-
cessarium pauperi divisit Quarta
est dare omnia necessaria et nil
sibi retinere quam habent vel presbiteri
et religiosi sicut predicatores et
minores qui nil possident nec
in speciali nec in communi de qua dicitur
Mar. 12 Omnes ex eo quod habun-
dabat illis miserunt hec vero
scilicet vidua de penuria sua omnia
que habuit misit totum victum
suum Quinta est non solum dare omnia
sua sed etiam se dare totum deo
et nil sibi de se ipso retinere de qua
dicitur Prov. 23 Prebe michi cor
tuum fili mi Istas duas ultimas
species liberalitatis habuit beatus
dominicus quia et omnia sua propter deum
deseruit et nil sibi de se ipso

retinuit sed totum corpus
suum et cor dedit etc. Sequitur

Sermo quintus de eodem

Misit servum suum hora cene. Dicitur
Luce 14. Cristus deus desiderat
salutem hominum patet ex multi-
tudine missorum suorum. Primo misit
prophetas Mat. 23. Ecce ego mitto
ad vos prophetas etc. Deinde filium
proprium Gal. 4. Ubi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum etc. Deinde
misit spiritum sanctum Gal. 4. Misit
deus spiritum filii sui. Deinde misit
apostolos et discipulos suos Mat. 10.
Ecce ego mitto vos sicut oves
etc. Deinde deus misit sanctos
doctores Prover. 9. Misit ancillas
suas etc. Fuerunt enim ancille dei
quia semper fuit in oculis dei prout
sicut oculi ancille in manibus
domine sue etc. Sic iam sive aut seculi
misit ordinem predicatorum, quorum
aut ordinibus dux et princeps in-
clitus fuit beatus dominicus qui fuit
iste servus quem pater familias hora
cene id est in ultima mundi etate
in mundum misit. Iste bonitatem
aut servi tria maxime pertinent
scilicet prudentia Mat. 24. Quis
putas est fidelis dispensator et
prudens. Ideo dicitur Prover. 16. Servus
sapiens dominabitur filiis stultis.
Vigilantia Luce 12. Beati servi
illi quos cum venerit dominus
invenerit vigilantes. Munditia
Psalm. Ambulans in via immaculata
hic michi ministrabat. Qui di-
ligit munditiam habebit amicum
regem. Beatus ergo dominicus ha-
buit prudentiam in eligendo,
vigilantiam in orando et mundi-
tiam in continendo. Prudens iste
fuit quia sapienter eligere sciuit

sicut enim eligere bonum a malo
quia vitavit culpam et servavit
innocentiam ideo fuit et deo fa-
miliaris et secretarius. Ieremie 15.
Si separaveris preciosum a vili
innocentiam ab ipso mortali peccato
quasi os meum eris. Et quia
adhuc fuit valde purus. Prover.
25. Aufer rubiginem de argento
et egredietur vas purissimum. Secundo
elegit minus malum a maiori ma-
lo. Minus malum est pena temporalis,
maius est malum pena purgato-
rii. Istud minus malum elegit david
ut habetur 2. Reg. 24. Cum peccasset
voluit eligere incidere in manibus
domini quam in manibus ho-
minum id est demonum. Istam electionem
fecit beatus dominicus qui in presenti
magis elegit sustinere duram
vitam presentem quam in futuro graves
penas purgatorii. Unde dicitur Iob
6. Qui timent pruinam irruet
super eos nix. Tertio elegit maius
bonum a minori bono. Maius bonum
scilicet eligendo. Minus namque bonum
est habere divicias. Maius bonum est
immaculatum esse continencia. Maius
bonum est quam nullam coniugium.
Prima Cor. 7. Qui matrimonio
iungit virginem suam bene facit
et qui non iungit melius facit.
Maius bonum est ipsam voluntatem
suam bene regere. Maius bonum
est ipsam vincere et suppeditare.
Prover. 16. Melior est qui dominatur
animo suo expugnatore urbium.
Quarto elegit certa a dubiis. Certa
dubia est in futuro et in infirmitate
penitentia. Unde Augustinus. Qui promisit ve-
niam penitenti non
promisit diem crastinum dimit-

fecit est in pnti et in sanitate /
venite ideo amonem Ecc. xl Cum
ipse famulus confitebatur secundus primum
ge eo tpe quo peccare poteris et
eciam eo Si aut vis penitentiam a-
gere eo tpe quo peccare non poteris
peccata te dimiserunt non tu illa
Beatus aut dominicus confessionem suam
in futurum non distulit sed etiam in sua
iuventute primam egit Secundo at-
tamen est dubium nil est eligendum
ad tantum diuine providencie commi-
tendum Sic faciebat apostolus qui
dicebat ~~pelle~~ phylli. ii° Tercio
eligam ignis [illegible] aut a duo-
bus desiderium habeo dissolui et
esse cum cristo multo magis me-
lius sic Sic facit beatus dominicus
qui egit domine si adhuc populo tuo
sum necessarius non recuso labo-
rem fiat voluntas tua / Secundo
beatus dominicus habuit vigilanciam
que assidue in oracionibus vigilabat
secundum aut quod ipse habuit oraciones
feruentes veloces continuas devotas
atque sinceras / feruentes quidem ora-
ciones habuit quia sicut de eo
legitur Cum decidisset pluuia de-
infusus rediret et socii tota noc-
te vestes iuxta ignem dimit-
terent ipse cum vestibus made-
factis tota nocte in ecclesia per-
nottabat Mane aut facto eius
vestimenta a deo sicca inuenie-
bantur acsi tota nocte fuissent
posita ad fornacem De quo in-
venitur quod tam vehemens ardor a-
moris eius pectus inflammave-
rat quod totum eius corpus fer-
vere faciebat et corpus sic
fervore [illegible] in vestimenta
madida desiccabat Vnde de xpo
legitur xxii Luce quod ad patrem
orabat ut ab eo transferret calicem
passionis eius anima sic fuit
intensa sive amoris quod totum cor-
pus inflammatum sudore sudavit
Tercio habuit oraciones efficaces vnde
cuidam familiari suo tale verbum
dixisse legitur Numquid aliquid
a deo ~~pet~~ petiui quod non assequerer
iuxta votum Ipse enim a deo me-
ruit exaudiri et ipse intensum
amorem cordis pro eo clamauit
ad me et ego exaudiam eum
Et ipse ad impletionem diuine bene
placitum voluntatem timencium
se faciet et deprecacionem eorum exau-
diet Et ipse ad impletionem diuine
credulitatis Mat. xxi Quecumque
pecieritis in oracione credentes
accipietis Quarto habuit oraciones
veloces Vnde hoc aut quod oracio
sit velox debet esse sine pondere
peccati et angustiis carnalitatis sine
sensualitatis Oracio enim cum pondere
peccati in celum non ascendit Ysaie i
Cum multiplicaueritis oraciones ve-
stras non exaudiam etc. Qui cum
orant et a peccato non cessant similes
sunt militibus qui cristo genua
flectebant et tamen alapas ei
dabant / Ideo dicit Trenorum peccata
ante faciem dei nimis affectata (?)
debet ergo esse sine pondere carna-
litatis per maceracionem carnis
Vnde in veteri lege [illegible] de altari
olocaustorum erat via ad altare
incensi quia de mortificacione
carnis transitur ad suavitatem
oracionis Vnde sponsus sponsam
admiratur dicens Cantica iii° Que
est ista que ascendit per desertum

sicut virgula fumi ex aromati-
bus mirre et thuris etc. Thus
cum ardentibus resolutum in fumum
tenuissimum et sursum ascendit
et fumus per rarefactionem in altum
tendit Sic oratio ex igne fervoris
quasi resolvens animam a se deficere
facit et grossitiem suam in spiritua-
litatem transire facit Et preponit
mirram thuri quia devotionem
orationis precedere debet maceratio car-
nis istud duplex pondus beatus
Dominicus non habuit et quia sine
peccato extitit et quia carnem suam
per macerationem attenuavit et
ideo oratio eius levis et agilis
fuit cito in celum ascendere potuit
Certo habuit orationes continuas quia
continue in oratione pernoctabat a deo
ut ad quiescendum lectum proprium
non haberet ita dicebat Media nocte
surgebam ad confitendum tibi conste-
ut dicit patet tota nocte per-
noctabam Luce xviij oportet
semper orare et non deficere etc. Iste
non deficiebat quia in die predica-
bat et ad proximum honores transfe-
bat Et Romanorum xij non cessat o-
rare qui non cessat benefacere et cum
in nocte orationibus insistebat etc.
non deficiebat quia orare cepit
in sua pueritia quando lectum di-
mittebat et super nudam terram
accumbens orabat Et perseveravit
est in etate reliqua unde dicitur
de eo semper cum Christo proprium
possidebat lectulum etc. Et con-
summavit in morte quia tunc
pastori eterno suos filios recomen-
davit Et pollicitus est se oraturus
post mortem quando fratres de
suo recessu dolentes consolabatur

dixit ut se eis utiliorem fore
post mortem quam fuisset in vita
Certo habuit orationes devotas
tanta quidem devotione plenus erat
quod a seipso continua amoris dul-
cedine deficiebat et deo totaliter
adherebat unde dicitur de eo quando
corpus Christi in missa elevabat
in tantum mente elevabatur quod quasi
ibidem extasim in spiritu pa-
tiebatur sicut patet dicit illud pro-
pheta memor fui dei per continuam
meditationem et delectatus sum
per dulcem devotionem et exercitatus
sum renovando et inflammando
mentis affectum Certo habuit
orationes fructuosas quia in suis
non petebat aliquod temporale commodum
sed salutem et commodum animarum
unde dicitur de ipso Crebro semper deum
rogavit ut sibi aliquam talem gratiam
infundere dignaretur ut se totum
posset impendere utilitatibus pro-
ximorum Servavit enim illud quod
docuit dominus Johannis 16 petite
et accipietis et gaudium vestrum
plenum sit i. petite ea unde
plenum gaudium habeatis Bona
enim carnalia faciunt gaudium
instantaneum Job xx gaudium
hypocrite ad instar puncti Bona in
temporalia faciunt gaudium fallax et
vanum proverbiorum ult. fallax est
gratia et vana est pulchritudo
Bona gratuita gratis data faciunt
gaudium imperfectum et semiplenum
prima Cor 13 Nunc cognosco
ex parte tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum etc. Bona
gratuita gratum facientia faciunt
gaudium plenum ysaie xxx solo

cum ipsi sint discipuli gaudio magno
valde. Bona autem celestia faciunt
gaudium plenum et sempiternum
unde dicit deus servo fideli Mat.
xxv Intra in gaudium domini
tui. Ubi dicit hugo plenum corde
plena mente plenum anima plenum
totum hominem gaudio illo ad quod
usque modum superat gaudium. Ideo
ergo tantum gaudium intrabit in gau-
dentes sed gaudentes intrabunt
in gaudium. Tercio beatus dominicus
habuit mundiciam non qualemcumque mundicia-
m sed mundiciam virginalem ange-
licam virginitatis virginitati beate vir-
ginis in quantum fuit possibile similis
fuisse videtur. Habuit enim virginita-
tem integram quia fuit virgo corpore
et mente. Sic et beatus dominicus
et integritatem carnis habuit
et puritatem mentis servavit
quia una sine alia non sufficit
est enim bissus retorta que in do-
mo dei offertur. Unde sponsa in
canticis bis ortus, ortus conclusus
appellatur. Congruit etiam quod angelus
qui Iohanni apparuit ut habetur Apoc. i
in pectore super zona cinctus aurea
fuit et talis debet esse in ~~pecto~~
angelicus per puritatem corporis
et debet esse in corpore cinctus per
mundiciam castitatis et zona
aurea quia hec servare debet ~~hec~~
amore caritatis. Istam duplicem
continenciam angelus auferre conatur
unde dicit Greg. in Morali super pectus
tuum gradieris ubi dicit Gregorius ser-
pens antiquus ventre repit
quando quasi membra usque
ad completam operis educit tunc
vero repit pectore quando eos quos
opere non valet polluit in cogita-

cione. Sed quia per castitatem
ad opera complenda pervenimus ventre
serpens prius pectore post modum
ventre repere perhibetur. Beata
virgo prima virginitatem dedicavit quia
ipsa prima virginitatem suam deo vo-
vit quam post modum multe alie secu-
te sunt. Sic beatus dominicus virginitatem
suam deo vovit quod sermonem in-
trans continenciam promisit. Unde
potest dici de eo illud Prover. ult.
Sindonem fecit et vendidit et
cingulum tradidit cananeo. Per
sindonem que multis temporibus
ad candorem deducitur significatur
virginitas que multis maceracionibus
habetur. Ista virginitas debet vendi
deo in qua vendicione homo
tamen deo multum lucratur quia dat
deo corporis et anime puritatem
et recipit ab eo eiusdem corporis
et anime felicitatem. Illi autem qui
virginitatem suam mundo vendunt
multum illi perdunt quia dant
aurum virginitatis et recipiunt fe-
ces corrupcionis. Cingulum est
castitatis sinibus flexibilium cogi-
tacionum restringitur. Cananeo tra-
ditur quando Christo qui sponsus sue
est zelator ipsa virginitate dona-
tur. Tercio beata virgo habuit virgini-
tatem insuspicabilem quia licet pulcher-
rima fuit a nullo tamen concupisci po-
tuit. Quod ex eo quod deus puritatis in ea
refundebat et omnes motus
illicitos extinguebat. Et quantum
ad hoc virginitas beati dominici
aliquo similis fuit. In hoc quod
cum quidam scolaris carnis li-
bidine paciens manum eius missam
celebrantis osculatus fuisset tamen
eciam manu virginea odorem
sensit et ardorem quod odor

ille cor eius medullitus penetrat
et omnem estum libidinis in eo ex-
tinxit Quanta puritate et mundicia
cetero eius pollebat cum ador ter-
nis ablut' pestes mentis sanabat
Talis medicus est valde honorand'
qui sic mentis infirma sanabat
et unguenta exhortacionis et fragan-
cia virginalis pudoris Ecci 38
Honora medicum ppt' necessitate
et eni illum creauit altissimus

Sequitur sermo sextus de sancto dominico etc

Opus fac ew̄te ministerium
tuum imple sobrius esto 2
Thy 4o Ewangelista idem
est q bonus annunciator ut sit
bonus operatus et ideo premisit
opus fac etc q. d. Sis bonus a-
nunciator et bonus operator ut pdi-
ces verbo et informes exemplo
vnde dicit Glo ibidem Quod ore
predicamus hoc opere testare debemus
et no tantum ad proximum qui eciam
attendas ad deum cuius ministerium
habes Et ideo subdit ministerium
tuum imple i Cor 4o Sic vos
existimet homo ut ministros
cristi In hiis aut diuibus no neg-
ligatis tempus Et ideo subdit
Sobrius esto possumus igitur
dicere q in verbis premissis ostendit
quam laudabilit' se beatus dominicus
habuit quantum ad proximum quia ipsi
verbo et exemplo predicauit quo
ad deum quia eius ministerium
adimpleuit quo ad seipsum q
sobrie vixit Circa primum namque
q vm caritatem circa faciunt
sz scia doctrina et vita doctrina
sine sciencia nullius est utilitatis
Scia sine doctrina e magne
fatuitatis doctrina et scia sine
vita est magne vanitatis vita

sine sciencia et doctrina parue est utilitatis
Vita cum scia et doctrina est ma-
gne sanctitatis Scia cum sine doc-
trina nullius est utilitatis Ecci 20
Sapiencia absondita thezaurus
inuisus que utilitas in utrisque
Circa cum sunt que abscondi no
debent sz iusticia dei veritas
et via dei de quibus dicitur in ps
Iusticiam tuam no abscondi in cor-
de meo veritatem tuam et salutare
tuum dixi i viam tuam per quam
saluas peccatores vnde alibi dicit
Non abscondi viam tuam et veritatem
tuam etc prelatus eni debet mani-
festare iusticiam dei per quam mo-
uentur in credendis et viam tuam
per quam animentur in diligendis
In hoc debet consistere tota doctrina
prelati ut inducat ad operandum
ad credendum et ad diligendum Sed
doctrina sine scia est magne fa-
tuitatis Quia sicut dicit Gregorius
recte est ut q stulte sapit stulte
et predicet i Thy 1o Non in-
telligentes neqz que loquuntur
neqz de quibus affirmant Tales
sunt sicut filij imperatoris qui an
tempus rumpunt nidum ut sic
ut exire possint ad ocium Sic
et multi ante tempus incip-
iunt studium ut exire possint
ad predicandum Tercio scia et doctri-
na sine vita est magne vanitatis
Magna eni vanitas est instar
candele alios illuminare et seipsum
consumere De talibus pt dici illud
Gen 27 Vox quidem vox Iacob
sed manus sunt Esau habet
eni vocem Iacob i doctrinam
bonam sed manus Esau i opera-
cionem malam De talibus
dicitur Iob 20 ossa eius sz

behemoth velud fistule eris
sunt cum ossa dyaboli iniquitatem
carent sensu bone vivendi
videntur esse fistule dei iniqui-
tatem habent habent sonum bone
docendi isti possunt dicere illud
Iob 18 Dilatata sunt labia tua sed
cordibus Tales etiam sunt similes
illi egipcio de quo dicitur Levitici 24
cui natus erat de patre egipcio
dyabolo per malam vitam sed
videntur esse filii israhelite i. ecclesie
per doctrinam isti videntur domino
benedicere ratione doctrine sed ipsi
maledicunt ratione vite. Tercio
vita sine sciencia et doctrina est
sine caritatis bravium vitiata sat-
[illegible] non sufficiebat esse malleo
[illegible] sine tintinabulis quia
in sacerdote non sufficit vita sancta
[illegible] virtutibus plena nisi assit
et predicatio sonora [illegible] cortina
debet iungi cortine ut habetur
Exo 36 Et qui audit dicat
veni ut habetur Apocalipsis 22 De ta-
libus dicit Ieronimus in prologo
super Babilon Sancta quidem ru-
sticitas solummodo sibi prodest
et quantum edificat ex vite merito
ecclesiam Christi tantum nocet si
destruentibus non resistit Quarto
vita cum sciencia et doctrina est ma-
gne sanctitatis Glossa super [illegible] Petrus
[illegible] lucet [illegible] verum est lucis et
[illegible] perfectum est Isti qui hec tria
habent scilicet vitam scienciam et doc-
trinam et eternam penam evadunt
et gloriam magnam acquirunt
Quod cum penam evadunt signatum
est [illegible] regum primo ubi ha-
betur quod ad preces helie primus qui-
nquagenarius cum suis consumptus
est similiter et secundus tercius vero
evasit [illegible] quinquagenarius

est mihi remissionis et pertinet
ad sacerdotes quibus data est potestas
remittendi peccata Primus quinquage-
narius signat illos qui scienciam sine
doctrina et vita habent Secundus illos
qui habent scienciam et doctrinam et
non vitam Tercius illos qui habent
hec tria Isti eciam qui habent
hec tria magnam remuneracionem
a deo accipiunt quia in numero sera-
phin quodammodo connumerati videntur
Seraphin interpretatur ardens sive
incendens vel incendium Tales
igitur seraphin possunt dici quia ar-
dent per bonam vitam/ incendunt
alios per bonam doctrinam et habent
summam scienciam que est incensivum
operis quia faciunt homines sapi-
entes [illegible] et [illegible]
sermones Talis igitur [illegible]
[illegible] fuit evangelista quia habuit
ea que requiruntur ad perfectum
evangelistam scilicet vitam scienciam
et doctrinam/ Habuit quidem perfectam
vitam unde legitur in libro colla-
cionum patrum quod a primordio sue
conversionis [illegible] magnum per-
fectionis apicem apprehendit Habuit
perfectam scienciam unde cantatur [illegible]
arcium eruditus satis [illegible] ad
studium summe veritatis/ Habuit
perfectam doctrinam unde cantatur
[illegible] celi [illegible] lumen dic-
[illegible] dat [illegible]
[illegible] laudabiliter se
habuit qua ad dominum cuius mini-
sterium adimplevit [illegible]
[illegible] dicitur ministerium tuum
imple Seneca in libro de be-
neficiis distinguit inter bene-
ficium officium et ministerium di-
cens Beneficium est quod aliquis

dat Alienus aut est qui potuit
sine reprehensione cessare offi-
cium est filii uxoris et ceterorum
[illegible]onarium quas necessitudo susci-
tat et ad ~~[illegible]~~ opem ferre iubet
ministerium est sui que sua con-
dicio eo loco posuit ut nil eorum
que prestat imputet superiori. Et a
ubi beatus dominus fuit primus
Christi non dicitur beneficium tuum vel
officium tuum sed ministerium tuum imple
remad[?] sicut ministerium tuum implendum
determinatur 2 pet. i°. Et ministrate
in fide vestra virtutem in virtute
autem scientiam in scientia autem abstinentiam
in abstinentia patientiam in patientia
pietatem / in pietate fraternitatis
amorem in amore fraternitatis
caritatem Ubi dicit Glossa quas
Ezechiel propheta loquens de civitate
in monte constituta ait et in octo
gradibus ascensus eius Et has
petrus octo virtutum gradibus enu-
merat scilicet fidem virtutem sci-
entiam abstinentiam patientiam
pietatem fraternitatem amorem
et caritatem / quibus ad habita-
tionem regni celorum ascendere
debemus de quibus prophetam ascen-
sus in corde suo disposuit etc.
Et infert Venit de virtute in vir-
tutem videbitur deus deorum in
syon / istos octo gradus beatus
dominicus erexit et deo ministravit
primo videlicet fidem et non qual-
cumque fidem sed fidem firmam
contra illos de quibus dicitur luc.
8. Qui ad tempus credunt et in tempore
temptationis recedunt fidem
etiam de qua reprehenditur petrus
Matt. 14 Modice fidei quare
dubitasti / fidem dilectioni con-
iunctam de qua dicitur fides que
per dilectionem operatur De ista tripli-
ci statu fidei dicitur 2 Thimo. 4.
Bonum certamen certavi cursum

consumavi fidem servavi Et de
cetera [?] in repositione reposita
est michi corona iusticie quam
reddet michi dominus in illa die iustus
iudex Et quia ecia non solum a
mi sed et hiis qui diligunt ad-
ventum eius Et quia dilectioni
adiuncta quia fides sine operibus
mortua est / ideo successit in fide
vestra virtutem id est virtuosam operationem
Beatus dominicus virtute habuit qui
operibus bonis vacavit et in pueritia
sua et in iuventute sua et in re-
liqua tota sua etate / Unde in pue-
ritia dum adhuc esset sub matris
custodia positus lectulum declina-
bat et super nudam terram accubuit
In sua iuventute dum in scolis
esset et fames magna immineret
libros suos vendidit et precium
pauperibus erogavit In reliqua
tota sua etate dei servicio se ca-
[?]mancipavit totam vitam suam
exponendo ad dei servicium et con-
ventum[?] animarum Sed quia sunt multi
qui multa de genere bonorum
faciunt tamen ea facere pro terrenis
rebus non diduterunt / ideo subditur
In virtute autem scientiam Ubi dici-
tur luc. In bona spe discite bona
facere pro terrenis non spiritualibus re-
rum debemus terrena querere sed
celestia et spiritualia desiderare quia
terrena habent laborem Eccl. 2.
Est homo qui diebus ac noctibus
sompnum non capit oculis / in morte
habent dolorem Eccl. 5. Divicie
conservate in malum domini sui pereunt
enim in afflictione pessima post
mortem pariunt vanitatem
et famem Job 21. Dives cum
dormierit nil secum afferet a-
periet oculos suos et nichil

...venit. Bona autem spiritualia in vita habent delectationem perpetuam ...tabiles nichil erat iustificationes tue in loco peregrinacionis mee. In morte habent securitatem. Prov. 3. Si dormieris non timebis, quiesces et suavis erit sompnus tuus. ...istam securitatem sancti viri non dolent sed gaudent in morte ...ma sicut dicitur proverbiorum 17. ...tia mentis quasi iuge convivium ...mortem autem habent securitatem ...tamquam satiabor cum apparuerit gloria tua. Beatus autem dominicus ...ia faciebat spe celestium rerum ...cenos et ideo in vita sua ...delectabatur tanta sed dilectione ...testia se rapiebatur in morte ...tamen reddebatur non tamen de sua salute sed etiam filiorum. Unde ...tibus de eius morte dolentibus ...it ait hec vobis filii discessio ...nea contristet quia utilior ero vobis post mortem cum Christo ...vivens in mundo post mortem ...satiatur. Unde de ipso cantatur ...liber carnis vinculo celum ingressus ivit ubi pleno poculo gustat quod sitivit. Sed quia parum ...desset si quis haberet scientiam quam ...de vite bona faciens et se ab illecebris abstineret, ideo subditur In scientia autem abstinenciam, ubi dicit glosa: Cum bona dicitur ...ue spe eterne vite magis a malis abstinere ne in vacuum scientia celestium cadat si se ab illecebris seculi aliquis non castigaverit. Istam abstinenciam beatus dominicus habuit ...qui non tamen ab illicitis sed etiam a licitis abstinebat. Circa quidem abstinenciam ostendebat in vigilijs quia tota nocte in ecclesia vigilabat et si aliquando eum sompnus

opprimeret iuxta altare iacebat super lapidem caput reclinabat et mox ad orationem vigilanciam assurgebat. In ieiunijs quia longa ieiunia fecit et in ordine posuit. In disciplinis quia singulis diebus tres disciplinas de quadam cathena ferrea sibi dabat. In asperitate lecti quia ante altare super lapidem dormiebat. In asperitate ~~...~~ cibi quia pluries in pane et aqua tota quadragesima ieiunavit. In asperitate vestimenti quia sepe cilicium deferebat. Sed quia illi qui a voluptatibus seculi abstinent multa adversa patiuntur in quibus eos patientiam habere oportet, ideo subditur In abstinencia autem patienciam, ubi dicit glosa: Abstinencia paciencia sequitur ut qui a voluptatibus mundi se abstinet adversa que eius sustineat. Istam patientiam in adversis habuit beatus dominicus, voluit enim cum frangere in multiplicibus fratribus suis graves temptationes a deo quod tamen aliquando essent pauci omnes tamen preter duos eum dereliquerunt. Sed tamen ipse omnes suis oracionibus revocavit, ~~habuit~~ voluit ipsum deus probare per gravem tribulationem quendam magnum cardinalem qui ad ordinem receperat et quem ordini multum proficere credebat ad ianuas mortis deduxit, sed tamen flagellum dei suis orationibus in misericordiam convertit quia ipsum pristine sanitati restituit. Voluit ipsum nichilominus frangere per multas persecutiones, modo per irrisiones hereticorum, modo per contumelias inimicorum, modo per visiones fratrum, modo per motum ...

modo per minas mortis, sed ipsa
ad omnia licet constans et patiens
fuit. Unde dicitur in legenda: Irri-
debant eum hostes adversarii veri-
tatis. Ecce irrisiones. Verba sputa
ta, luti et quaeque vilia proiciebant
in eum. Ecce contumelia. Minitabant
et a tergo pro derisu palatas
sibi allegantes. Ecce irrisiones
factas. Enim aut sibi paratas in-
sidias esse cognosceret, cantans
et alacriter intendebat. Ecce consta-
ntia contra metum insidiarum. Cum
sibi martirium minaretur, intrepidus
respondebat: Non ergo martirii
dignus sine gratia, non dum merui
mortem istam. Ecce constantia
contra minas mortis. Sed quia
sunt multi qui in suis miseriis
et persecutionibus sunt patientes,
sed in suis persecutoribus impa-
tientes, ideo subditur: In patientia
aut pietatem, ubi dicit: Ubi
dicat sublimiter. Ergo illos quos
tollerabat pie salliciti pro carita-
tis. Unus igitur dominicus compassus
est suis persecutoribus, habuit in
ubi dei eis assidue ministrando.
Compassus est peccatoribus per cor-
dis confusione se affligendo. Unam
singulis diebus recipiebat ma-
nu ista de quadam catena ferrea
tres disciplinas unam pro se, a-
liam pro peccatoribus qui conversantur
in mundo, tertiam pro hiis qui cru-
ciantur in purgatorio. Compa-
ssus est pauperibus libros suos
quos contra in scolis et totam
suam supellectilem vendendo
et pauperibus pretium distribuendo.
Compassus est miseris et afflic-
tis pro eis lacrimas fundendo.

Unde dicitur de eo: Specialem
gratiam dederat sibi contulit [illegible]
scilicet pro peccatoribus miseris et a[illegible]
Sed quia parum prodesset pi[illegible]
tem habere in corde nisi haberet
in opere cogitationem, ideo s[illegible]
in pietate aut sedulitatem a[illegible]
istam a[illegible] pietatis. Unde
dominicus quia [illegible] unam cum a [illegible]
tria recepit scilicet corporis a[illegible]
et res temporales ipse proprio [illegible]
dedit ad vendendum sicut patet
in legenda, ~~cum legitur de eo~~
Dedit etiam ad compatiendum
unde legitur de eo quod de suis
oculis quasi quodam fonte
fluebant lacrimas. Dedit res tempo-
rales ad subveniendum sicut
dictum est. Sed quia nil valet
amor proximi nisi assit amor
dei, ideo subditur in amore fra-
ternitatis caritatem. Ubi dicit
glossa: Caritas multo amor fra-
ternitatis additur quia nec deus
sine proximo nec proximus sine
deo perfecte diligitur. Istam caritatem
dei habuit dominicus sicut habuimus
ostenditur tum quia christus cum omni
contempsit. Cant. viii. Si dederit
homo omnem substantiam domus
sue pro dilectione quasi nichil
despiciat eam. Tum quia mori
christi ipsum patiens fuit [illegible]
fortis est ut mors dilectio.
Tum quia ipsum per viam humi-
litatis sequi voluit quod signum [illegible]
caritatis fuit [illegible]
Discite a me quia mitis sum
et humilis corde. Ista tria [illegible]

omnitatis in vita sua possedit et ideo in morte filiis suis ea reliquit. Sed sunt qui volunt esse filii hereditatis me possidenda relinquunt caritatem ipse humilitatem spiritus paupertatem voluntaria possidet. Ipse enim voluntaria possedit scilicet paupertatem quia omnia deseruit humilitatem quando aistum secutus fuit et caritatem per quam pro nobis mori bonte voluit. Tertia sicut dicit Augustinus. Tamen est perfecta caritas in hac vita quando pro Christo contemnitur vita. Tertio beatus omnitas laudabiliter se habuit ad seipsum ut dicitur Proverbiorum xo. Circa quod sciendum quadruplex est homo scilicet brutalis homo racionalis homo angelicus et homo divinus. Primo brutalis est qui sequitur appetitum sensualitatis et velud brutum in peccatis se in inmundiciis involvit. Comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis. Proverbiorum 26. Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum sic qui iterat stultitiam suam. Homo racionalis est qui vivit in imperio racionis qui licet mundum et carnale coniugium omnino non relinquat, eis tamen racionabiliter et modeste utitur. De talibus dicitur I Cor. 7: Qui habent uxores sint tamquam non habentes et qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur. Homo angelicus est qui mundum et omnem actum carnalem postposuit et in terra degens angelicam vitam vivit. De talibus dicitur Luce 20: Filii seculi huius nubunt et traduntur ad nuptias. Illi qui digni habebuntur illo seculo neque nubent neque ducent uxores, equales enim sunt angelis. Homo divinus est qui totus per amorem transit in deum et deiformis efficitur. De se ipso iam nichil sibi reliquit. Talis erat Apostolus qui dicebat Gal. 2: Vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus. Sicut enim ferrum missum in ignem totum efficitur ignis sic talis caritate succensus efficitur caritas. De talibus dicitur I Cor. 6: Qui adheret deo se per amorem unus efficitur cum eo spiritus. Homo igitur brutalis non est sobrius sed ebrius ebrietate carnalis lascivie de quo dicitur Proverbiorum 7: Veni inebriemur uberibus et fruamur cupitis amplexibus. Homo racionalis est sobrius sobrietate temperantie. Unde Eccl. 31 dicitur: Et vinum mundane iocunditatis si bibis illud temperate eris sobrius. Item ibidem: Sanitas anime et corporis sobrius potus. Et ista sobrietate temperantie quam debent habere hii qui mundo et coniugio utuntur dicitur Tito 2: Adolescentulas ut viros suos ament, filios diligant, prudentes, castas, domus curam habentes. Homo angelicus est sobrius sobrietate abstinentie quia abstinet se a mundo et ab omnibus delectationibus mundi. De qua abstinentia angelica dixit Raphael angelicus Thobie 12.

et cum cum essem vobiscum per
voluntatem dei videbar quidem
manducare vobiscum et bibere
sed ego cibo invisibili et potu qui
ab hominibus non potest videri utor
Talem sobrietatem habent viri
angelici qui abstinent ab omni
delectatione mundana et carnali
et fruuntur delectatione superna et
celesti Ad istam sobrietatem nos
monet apostolus Thessa. v. Nos autem
dei sumus sobrii simus etc. Homo
divinus est sobrie vivere modo per-
venturus ad ebrietatem patrie
Deus quidem querit cellam vinariam
i. amoris divini fontalem habundan-
ciam. de quo fonte approximat sitis
in via ad aliquam sobrietatem sed
sitis in patria approximat ad plenam
satietatem Cant. v. Bibite a-
mici et inebriamini carissimi Dic
ergo bibite amici esse sobrietatis
vie inebriamini karissimi esse satie-
tatis patrie Beatus igitur dominicus
fuit sobrius de quo dictum est
Sobrius esto non tamen fuit homo
brutalis absit quod si esset sobrius
ebrius ebrietate carnalis la-
scivie quia carnem suam non sub-
didit delectationi sed multiplici
maceratione servavit quod dixit Apostolus
I Cor. ix. Castigo corpus meum
et in servitutem redigo sic nec
fuit contentus esse solum homo
rationalis quod scilicet esse sobrius
sobrietate temporalis quod scilicet temporale
utitur mundo sed potius omnino
despexit mundum Et quantum ad
divicias quia paupertatem elegit
et quantum ad delicias quia castita-
tem servavit Et quantum ad
honores quia episcopatum respuit
Sed fuit homo angelicus quia
fuit sobrius sobrietate absti-
nentie quia omnino abstinuit ab
omni delectatione carnali et
florem virginitatis virginali servavit
in se per graciam quod angelicus possidet
sedit seu possidet per naturam
propter hanc virginalem pudiciciam
corpus eius nunc redolebit
ut sicut de carne eius virgi-
nali nullus prodiit fetor libidinis et
de eius carne sicut de eius carne
iam mortua fragrantia prodiit
odoris / Homo etiam fuit divinus
scilicet dominicus quia totus fuit
deificatus et per amorem divinis (?)
nimis effectus unde frequenter et
maxime quando corpus domini
elevabatur in missa rapiebatur
mentis excessu atque ibi Christum
deifica visione videret // Fuit
autem sobrius vie sobrietate
qua tandem pervenit ad plenam
satietatem sed scilicet sobrieta-
tem quia sobrietas tamen in via
conceditur / sed plena satietas
in patria conservatur Ad illam
satietatem suspirabat cum dicta-
vit anima mea ad deum fon-
tem vivum etc. Istud vinum beatus
dominicus a deo recepit in par-
vulo (?) sompni pleno Sed poculo
modo pleno gustat in ista (?)
illo liber carnis vinculo ce-
lum introiuit ubi pleno po-
culo gustat quod sitiunt etc.

Sequitur sermo septimus de sancto dominico etc.

Bonum certamen certavi cursum
consummavi fidem servavi
In reliquo reposita est mihi
corona iusticie quam reddet

michi dominus in illud diem in-
ius iudex .2. Thy. 4. Verba ista
sunt senissimi ~~principis~~ militis
Christi scilicet beati pauli et loquitur
ad honorem beati dominici qui
fuit unus de senissimis mili-
tibus dei qui quidem erant fortes
ideo dicitur bonum certamen certaui
consumaui et ideo dicitur cursum
fidem seruaui fideliter et ideo dicitur
in resurrectione reposita est michi
corona iusticie etc. Circa primum
notandum quod beatus dominicus
certauit fortiter quia triplex certa-
men habuit contra quod for-
titer dimicauit de quo dicit Augustinus
in libro de caritate et gratia
est cum omnibus erroribus et
moribus viciatis habuit amicos
contra malicia docuit Certauit
igitur contra falsos errores per
sapienciam contra immundos
amores per virginitatem et
continenciam contra mundanos
~~errores amores~~ timores per
constanciam Certauit quidem contra
errores et falsos errores per
diuinam sapientiam vbicumque omnium
fortitatis esse sciebat illuc pro-
perabat et eos vincebat Job 38.
Numquid prebebis equo fortitudinem
contempnit pauorem nec cedit
gladio vbi audierit buccinam
dicit verba glossa adductum bello
ipse ~~quamquam~~ quidem fuit equus dei
qui pauorem et minas here-
ticorum contempsit nec gladio eorum
mortem minancium cessit ymmo
vbicumque audiebat buccinas .i.
eorum pestiferam doctrinam

illuc ibat et glossa eorum mallici-
as et fraudulencias appellabat
ipse et filii sui sunt illi equi quos
vidit zacharias Zacha. 6. de
quibus dicitur quod erant varii quod erant
fortes quod erant in quadriga
quarta quod egrediebantur de me-
dio ~~eorum~~ duorum montium eneorum
et quod egrediebantur de medio
duorum montium eneorum et quod
egrediebantur et discurrebant
ad terram australem Isti equi
dicuntur varii non tantum propter
colorem sed eciam propter varietatem
virtutum dicuntur et fortes quia fe-
cerunt sciunt pugnare et fortiter
se defendere Heb. 11. Fortes facti
sunt in bello Sunt eciam in qua-
driga quarta Nam in prima qua-
driga sunt equi ruffi .i. ordo
martirum In secunda quadriga
sunt equi nigri .i. ordo confessorum
qui se denigrauerunt per humili-
tatem et carnis macerationem
In tercia quadriga est sunt equi
albi .i. ordo virginum In quarta
quadriga sunt equi varii .i.
ordo doctorum et predicatorum potest
tamen dici quod beatus dominicus
fuit equus ruffus in quantum habuit
feruentem caritatem quia est
de uno illorum de quibus dicitur
Trenorum 4. Rubicundiores ebore
antiqui Fuit equus niger
in quantum habuit humilitatem et car-
nis maceratam Fuit equus albus
in quantum habuit perfectam puritatem
unde cum anima peccat dicit illud
Cant. 1o Nigra sum sed formosa

per humilitatem sed formosa per pulcritudinem filie Ierusalem. Fuit et equus varius ipse Christus propter varietatem virtutum de quibus dici potest illud Psalmi: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Isti equi egrediebantur de medio duorum montium ereorum. Duo montes erei sunt novum et vetus testamentum qui dicuntur montes propter intelligentie sublimitatem et profunditatem et dicuntur erei propter firmitatem sicut dicitur Mathei 24 Celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt. De istis duobus montibus isti equi egrediuntur varii quia auctoritatibus novi et veteris testamenti docti sufficienter muniuntur. Mathei 13 Omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patri familias qui profert de thesauro suo nova et vetera. Isti equi varii ad terram austri egrediuntur. Australis regio calida est et significat mundum qui inflammatus est calore concupiscentie avaritie et ambitionis infinite. 1 Iohannis 5 Mundus totus in maligno positus est id est in malo igne concupiscentie. Ad istam terram australem isti equi mittuntur qui istum ignem temporalem in mundo extinguere moliuntur et ignem divinum accendere laborant. De quo dicitur Luce 12 Ignem veni mittere in terram etc. Hec eo certavit contra nimios amores per virginitatem et continentiam de quo certamine dicitur Sapientie 4 O quam pulchra est casta generatio cum claritate et subditur incoinquinatorum certaminum premium vincens. De isto certamine dicit Augustinus Inter omnia christianorum certamina duriora sunt castitatis prelia ubi frequens

pugna et rara victoria. Hoc certamine Christus dominicus in suam vicit et se pre talibus angelis paravit quia virginitate sua non est homo humanus sed angelicus. Ideo ipsi virgines angelis equiparantur. Mathei 22 In resurrectione neque nubent neque nubentur sed erunt sicut angeli dei in celo. Huius rationem assignat Crisostomus super Mathei distinguens tres gradus creature inquit: Est naturale est aliud ut non sunt unius masculi et unius femine lege contenti sed mechantur. Veniunt carnalem et est homo neque angelus neque homo. Ex quo constat quod ille qui animo in immundicie se subdit non est angelus qui est ab omni usu libidinis separatus, non est homo quia non est unius lege contentus et ideo brutum dicendum est. Qui non unius lege contentus est ille non est brutum quia se immundicie non subiecit nec est angelus quia se ab omni usu libidinis animo non abstraxit et ideo homo erit. Qui vero animo se abstraxit ille non est brutum quia libidini non est subiectus; non est simpliciter homo quia carni non vult esse coniunctus et homo angelicus est dicendus quia ab omni est concupiscentia separatus. Talis fuit Christus dominicus qui omnem concupiscentiam a se abdicavit et virginitatem perpetuam conservavit. Ideo pugnavit contra mundanos timores per ~~[struck]~~ constantiam. Tria autem sunt genera timorum secundum Crisostomum super Mathei qui in suis operationibus tunc

t dicit apl(u)s preceptum timet
aliquid victoria, fructus agricola
laborantes fugit nunquam fructus
e colligerit. Negociator si tre-
mans pericula fortune dimittet lu-
cri commercia non aggregabit. Sic
et spirituales si pericula temptationum
invenientes [illegible] recedant nunquam
in manu operationibus invenient
de quibus iustus habet quod rectus do-
minus et alii sunt diversa mundi
nunc non debent // quia videlicet
sunt milites Christi agricole, ne-
gociatores regni. De primo 2
Thimothei 2 // Labora sicut bonus mi-
les Christi Jesu // de secundo eiusdem:
laborantem agricolam oportet
primum de fructibus // de tercio
Luce 19 Negociamini dum venio.
Sed cives eius oderant eum per-
[illegible] cum dicit Christus in consi-
milibus // Et ita quod nondum erat
[illegible] sunt que Christus nimium im-
pediunt scilicet asperitas temporis et prohibi-
tio legis ponderositas corporis
et captivitas [illegible] // Ista quatuor
notantur Mathei 24. Orate ut non
fiat fuga vestra in hieme vel sab-
bato. Ve autem pregnantibus et
nutrientibus in illis diebus // Primum
est asperitas cum dicitur ne fuga
vestra fiat in hieme. Fuga enim
[illegible] et lutum condensum et
malitia viarum que sunt que
sunt in hieme impediunt cursum.
Crisostomus super Matheum exponens
verbum predictum in hieme quid
faciet fugiens necesse est ut aut
in itinere pereat aut permanens capti-
vus moriatur. Secundum est prohibitio
legis quod notatur cum dicitur sabbato.
Iudei enim [illegible] sed legem ultra

mille passus in sabbato ire
non licebat. Unde dicit Crisostomus ibidem
in sabbato non licebat ambulare
nisi tantum spacium unde dictum
est in actibus sabbati quod iter
erit. Quid ergo faciet fugiens nunc
in sabbato necesse est ut aut legem
preteriat fugiens aut mortem
suscipiat manens. Tertium est pon-
derositas corporis // Homo cum corpo-
ponderosus ad fugiendum non est
ydoneus sicut patet in muliere
pregnante quod notatur cum dicitur ve autem
pregnantibus / Quartum est captivitas
amoris sicut patet in mulieribus filios
nutrientibus et in ulnis baiulantibus
cum dicitur Et nutrientibus in illis
diebus. Crisostomus ibidem: Ventres
autem gravium pondere pregnantium
non possunt expedite esse ad fu-
gam. Si cum dimiserunt infantes
suos viscera sua patientur
separationem. Si autem baiulaverint su-
scipiunt vite periculum // Ista quatuor
spiritualiter intellecta impediunt ne
fugam nostram possimus facere
et cursum nostrum consummare // Fuga
nostra est motus in qua quidem
nunc fuga a peccato ut sibi rationem
reddat // fuga ab angelo ut quem
ipsam testimonium reddat // fuga
a dyabolo ut ipsum ad tartharam
recipiat seu rapiat // fuga tertia
a Christo scilicet ut ipsum coram deo
accuset. Eius autem quarta fuga
a vivis ut ipsum comedant. Ecli-
siastica fuga a parentibus ut ipsum dimit-
tant. Istam fugam impedit aspe-
ritas hiemis id est carentia divini
amoris. Crisostomus ibidem: Cui non est
in corde suo ille ignis de quo
dominus dixit // Ignem veni mittere

in terram. In iuvente est etiam si fuit in media etate. Primum autem ignem habuit beatus dominicus. Habuit enim illud per quod quis ad istum ignem disponitur quod est desiccatio omnis carnalis voluptatis appetitus. Lingua cum ad honorem creata [?] ad susceptionem ignis efficitur. Ab illa secundum dispositionem habuit quia purissimus virgo fuit. Habuit illud per quod conservatur quod est omnis humilitas. Eccl. 10 Quid superbis terra et cinis. Humilitatem enim quam in vita possedit in morte legavit sicut patet in ipso testamento. Habuit illud per quod manifestatur quod est fervor sancti desiderii et orationis de quo dicitur Apoc. 8 Ascendit fumus incensorum de manu angeli coram domino. Istum fumum ipse habuit quia sancta desideria et orationes semper ad deum transmisit unde cantatur de eo: Orare celi perlustrabat lucida rite [?]. Habuit illud per quod iste ignis augmentatur scilicet lignorum bonorum operum. Eccl. 18 Ut lingua ut ligna silvarum ignis exardescit. Istud augmentum ipse habuit quia in bonis operibus semper vacavit. Ipse enim cursum suum non consummavit in frigore sed in igne divine dilectionis quia sic ipsa habuit verba. Habuit ignita apud Iob 37 Nonne vestimenta tua calida sunt cum perflata fuerit terra austro. Habuit ignita desideria Ezech. 1 Scintille quasi aspectus eris candentis. Habuit ignita exempla quia non tam informabat verbis sed etiam ~~operibus~~ exemplis. Secundum quod impedit cursum est perplexio [?] legis cum dicitur vel sabbato i. qui manet in ocio. Exod. [?] ibidem est spirituale sabbatum

quod christiani abstinent non ab opere carnali sed ab operibus malis. Qui ergo vacat ab operibus servilibus ab opere malo faciens bona opera salubriter sabbatizat et sanctificat. Qui autem recedit ab opere bono faciens opera mala culpabiliter et nupiciter [?]. De isto sabbato dicitur Tren. 1o Viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius. Et dicitur sabbata in spirituali quia qui sabbatizant quando ad deum vacantes sunt ab omni oratione. Non talis est iste qui in oratione pernoctabat. Quidam tamen ad pedem [?] vacantes bono opere. Non iste est qui totum se [illegible] obsequiis impendebat. Quidam ad tempus sunt vacantes a sue carnis maceratione. Non talis fuit iste qui carnem suam ieiuniis disciplinis et vigiliis macerabat. 3m quod impedit cursum est ponderositas corporis quod in-dicitur Math. 13 [?] Ve autem pregnantibus. 3m Cursum super Math. predicatores significaverunt quando aliquos in fide generant et tunc oportet quod doceant eos decem precepta quasi decem mensibus per que a malis abstineant. Et sicut multi parientes non complectos nonum mensem et deinde non attingentes abortivum vel immaturum fetum producunt, sic isti quando decem quasi mensibus a malis abstineant ad perfectionem iusticie pervenire non possunt. Postquam autem sic fuerint concepti et formati tales tunc oportet quod ad perfectionem bonorum operum eos producant. Postquam peperint eos nutriant eos quod duobus eos quia duobus testa[menti]

quasi dicatis uos in auxilliis eius
uenit/ ut Tiersius vel potest dici
concupiscentias sunt qui multa
bona proponunt sed numquam ad perfec-
cionem ueniunt de quibus dicitur Isaie 37
uenerunt filii usque ad partum
et uirtus non erat pariendi/ dicitur
secundus libri portat seu confert
penitenti// Fertur enim quod aliqua aspi-
dis ante tempus partus quasdam herbas
medicinales manducat ut facilius
pariat Certe quod plurimum enim quo
anima debet parere quosdam la-
pides preciosos in nido suo re-
ponit Quintus libri est sanguinis
Christi Certe aut Canticorum 2 Ego
flos campi et lilium convallium/
Herba est caro nostra mortalitati
subiecta de qua dicitur Isaie
40 Omnis caro fenum Et ista
herba est medicinalis quia
memoria mortis preservat a
uisu Ecclesiastici 7 In omnibus operibus
tuis memorare nouissima tua
et in eternum non peccabis/ lapis
preciosus est gloria celestis de qua
Psalmus posuisti in capite eius co-
ronam de lapide precioso Ista
tria Romanum peregrinantem per
compositum parere faciunt
bona opera scilicet memoria pas-
sionis domini/ memoria mor-
tis Christi et consideratio celestis
glorie// Tercium quod impedit cursum
est gravitas oneris quod notatur
cum dicitur et nutrientibus Certe
qui amarat sed divicias quia
uetitas et ista talia nutriunt et
in puericia et longam vitam
illa promittunt Sed stultus esset
qui amaret quam ad patriam suam
festinans vellet pergere Stultior

quidem cursorem velocem sequi
debet Stultissimus quidem cum hoste
expedito pugnam sibi incumbet
Stultus igitur dominus noluit se divi-
ciis sarcinis onerare Cum quia
ad patriam festinabat Hebreorum 6 Pre-
cursorem ingredi in illam requie
Augustinus Quid est quod dicitis Ego
diues ille pauper nisi ego
locuples ille egenus Cum quia Christum
precursorem sequi volebat qui
pauper fuit et nihil habuit Mathei 19
Ecce nos relinquimus omnia et
secuti sumus te dicit Ieronymus Be-
ne fecisti petre et non adimplesti
enim tibi vero cum aliter sequi
potestas illud qui exultavit
ut gigas ad currendam viam
suam Hebreorum 12 Deponentes
omne pondus et circumstans nos
peccatum per pacienciam curramus
ad propositum nobis certamen as-
picientes in auctorem fidei et
consumatorem Ihesum Cum quia cum
hoste expedito pugnantem erat/
periculum est cum quidem vestibus
sarcinatus vult cum nudo pugnare
quia de facili prosternitur ad
terram dicitur 1 Thimothei 6 Qui volunt
diuites fieri incidunt in tempta-
cionem et in laqueum dyaboli//
Tercio pugnauit fideliter quod notatur
cum dicitur fidem seruaui Ille cum
fideliter pugnat qui in sua pugna
non suam sed domini sui gloriam affectat
Econtra non vane gloriosi infideliter
pugnant quia gloriam sibi usur-
pant que tamen vana dicitur quia
pulueri umbre vento et palee
assimilatur// pulueri quia assimilatur

quia tota per eius affectus adheret. Ideo dicit Apostolus Luce 10 Etiam pulverem pedum nostrorum excutite. Remanet autem pulverem sancti conculcat sed mali cum depredacio lingunt. Ysaie 48 pulverem pedum tuorum lingent. Assimilatur umbre quia insequitur fugientes et fugit appetentes quasi qui apprehendit umbram et persequitur ventum in sic et qui attendit ad visa mendacia Eccli. 34. Eciam 19. Item effugatus et frustratus assimilatur vento quia non saciat sed flat. Osee 12 Effraim pascit ventum. Assimilatur palee quia nullam habet soliditatem sed vanitatem. Granum cum palea est opus bonum cum vana gloria. Sed granum cum palea in horreo non ponitur quia opus bonum cum vana gloria non remuneratur. Sed nondum opus vana gloria opus bonum aliquod precedit aliquando comitatur aliquando sequitur. Cum precedit tunc illud opus est intermittendum quia vana gloria non debet aliquem movere ad faciendum aliquod bonum opus. Crisostomus Melius est non facere quam propter honorem facere quia qui non facit et in celo nil invenit. Qui autem propter honorem facit et in terra perdit et in celo non invenit. Quando vero comitatur non est ideo opus intermittendum. Crisostomus Ecce proposuisti facere elemosinam sed ascendit super cor tuum velle hominibus apparere. Numquid debes subtrahere a manu? absit sed perfice opus tuum nec deus vult cogitacioni vane resiste propter hoc opus tuum bonum. Aliquando sequitur tum scilicet quando opus bonum perpetratum in ipso bono opere vane delectatur. Hoc signatum est Ysaie x ubi

dicitur quod postquam [illegible] predicavit civitati egressus est et ~~fecit~~ fecit umbraculum et paravit sibi ederam sub qua quiescebat. Quia quando quibus predicavit vel aliqua fecit bona sompnum sub edera i. sub vana gloria requiescit quia deus ad suam predicacionem sibi venire permisit sed vermis radicem corrodit quando aliquis destruam suam sibi aliquis [illegible] vel ad memoriam reducit et tunc arescit et turbatur ipsa cum vana gloria difficile vincitur. Primo quia de bonis nascitur. Secundo quia non habet contrarium per quod vincatur. Tercio quia quanto plus expugnatur tanto plus augetur. Quod cum de bono nascitur dicit Crisostomus super Matheum Omne aliud corrupta re nascitur et de contrario ut puta in ligno nascitur vermis qui destruit lignum. In vestimento nascitur tinea que corrodit vestimentum. De gladio nascitur erugo que [illegible] corrumpit. Et in spiritualibus de [illegible] proposito accipit initium [illegible] nisi eas [illegible] quia a superbis nil agere potest nisi occasionem de nobis acceperit. Ideo vanam hominem [illegible] et statim que invenit terra cum sic agitur ~~[illegible]~~ contra cum et puta ut bellatores nascuntur de virtute contencio indignitorum ~~[illegible]~~ de ambicione surgit invidia ut divites de acquisicione diviciarum. Quod autem non habeat contrarium per quod vincatur dicit Crisostomus super Matheum aliud omnia vicia que sunt in mundo habent contrarium per quod superantur ut puta fornicacio castitatem, superbia humilitatem, iracundia mansuetudi-

et nullum est malum quod non creat
vitium bonum solum vane glorie malum
est quod contrarium bonum per quod superatur
immo autem quanto plus compescitur tanto
magis augetur. Audit Eccl. [illegible]
quanto plura bona facias volens te-
care vanam gloriam tanto magis ge-
tas eam. Et causa est ista quia
omne malum de malo nascitur sola
autem vana gloria de bono procedit de bono
deo non extinguitur per bonum sed
magis nutritur. Deinde nec omnis
[illegible] temptatio vane glorie non
habet locum / fornicarius enim
aut raptor quomodo temptatur de va-
na gloria qui non habet unde glorietur
illi autem temptatione vane glorie
patiuntur qui tale aliquid faciunt
unde glorientur. Ergo nullum remedium
potest esse contra vanam gloriam nisi cor-
sola et [illegible] ipsa vanam gloriam
[illegible] nisi tante prosperitatis si forte
[illegible] hec Cris. Coronatio
[illegible] triumphaliter quod notatur cum
dicitur In resurrectione reposita est
michi corona iustitie etc. In quo
notatur securitas sue glorie et corona
que est reposita et recondita apud
deum. Gloria enim sanctorum secura est
ratione illius a quo custoditur
scilicet dei a quo rapi non potest nec tolli
Johannis 11 Ego vitam eternam do
eis et non peribunt in eternum nec
rapiet eas quisquam de manu
mea. 2 Thi. 1 Scio cui credidi
et certus sum quia potens est de-
positum meum servare in illum diem /
ratione loci in quo custoditur
quia ille locus et est altissimus
ad quem nullus hostis potest attingere
Eccli. 1 altitudinem celi et lati-
tudinem terre etc. / et est fortissimus
ut nullus hostis possit frangere
Job 37 Tu forsitan cum illo fa-
bricatus es celos qui solidissimi
quasi ere effusi sunt. Et quia

locus sit securus ideo dicit Augustinus
Thezaurizate vobis thezauros in
celo ubi nec tinea nec erugo de-
molitur et ubi fures non effodiunt
nec furantur. Ratione rei que cu-
stoditur quia illa corona in se est
incorruptibilis 1 Petri 1 In he-
reditatem incorruptibilem. Cum
apparuerit princeps pastorum accipietis
immarcescibilem corone glorie coronam
1 Petri 5 In hereditatem incor-
ruptibilem etc. / Ratione cuius pro
quo custoditur id est hominis qui nec
volens dimittet nec nolens
amittet / sicut ostendit Augustinus
in libro de Trinitate. Cum beata
vita hominem deserit aut nolentem
procul dubio deserit aut volentem
aut ~~[illegible]~~ neutrum. Si nolentem
quomodo est beata vita que est in volunta-
te ut non sit in potestate tamen beatus nemo
sit nolendo nec habendo / quanto
minus beatus est qui non honore non
possessione non qualibet alia re sed
ipsa beata vita nolens deserit. Si
autem volentem deserit, certe si beata
vita que erit quam finiri ~~volebat~~
noluit qui habebat restat ut
dicatur neutrum esse in animo beato
i. nec nolle nec velle nec ista
beata vita est que talis est que beatum
facit amore indigna sit. Quo
enim est beata vita quam non amat
qui beatus aut quomodo amatur quod utrum
vigeat aut pereat indifferenter acci-
piatur seu accipit. Ex quibus verbis
beati Augustini habetur quod vita
beata deseri non potest hominem
nec nolentem nec volentem
nec nolentem et ideo est eterna

Sequitur sermo [illegible] de sancto Dominico

Vos estis sal terre quod si sal
evanuerit in quo salietur
Mat. 5. Duo in prima [illegible]

apostolos assimulat sali condienti
luci refulgenti civitati eminenti
et lucerne in candelabro radianti
Apostoli enim Christi habuerunt divinam
sapientiam et ideo assimulantur
sali condienti cum dicitur vos estis
sal terre / habuerunt lucidam conver-
sationem ideo assimulantur luci reful-
genti cum dicitur vos estis lux
mundi / habuerunt eminentem
et ideo assimulantur civitati emi-
nenti cum dicitur non potest civitas
abscondi super montem posita
habuerunt lucidam et preclaram
famam et ideo assimulantur lucerne
super candelabrum radianti cum
dicitur neque accendunt lucernam
et sub modio etc. Et quia beatus do-
minicus ordinis nostri institutor ista
quatuor in se habuit et in ordine
suo similiter voluit esse ideo ista
[illegible] ad quatuorem sua legitur
et veritatis / primo namque habuit
et in ordine suo voluit divinam
sapientiam et ideo appellatur sali quod dicitur
quia totum mundum sale sapientie
condivit / dicitur autem beatus do-
minicus sal ratione originis no-
minis et dictus dominicus quia
quia sicut dicit Crisostomus super mat-
theum sal generatur ex aqua ex
calore solis et ex flatu venti
et hec tria que sunt in aliam pro-
commutatur. Sic beatus dominicus generat
est in virtutem spiritualem et in virtu-
alterum [illegible] mutatus per aquam
i. lacrimarum effusionem unde contra-
de eo Legitur actinges [illegible]
fletus orationibus unde poterat
dicere cum propheta / lavabis me
scilicet per lacrimarum effusionem et de-
super nivem dealbabor
quia inde acquiram [illegible] in-
novationem / per calorem solis
i. per ferventem amorem unde

ante [illegible] in quo libro ma-
gis studebat respondit in libro ca-
ritatis poterat dicere cum propheta
Inflammatum est cor meum scilicet per
ferventem amorem et re-
nes mei commutati sunt scilicet per
puritatem et ego ad nichilum
redactus sum scilicet per humilitatem
Quanto enim erat in amore fer-
ventior tanto erat purior et hu-
milior / per ventum i. spiritus sancti
afflationem cuius spiritus sanctus [illegible]
cor eius afflabat et tanta dul-
cedine eum replebat ut mente
pateretur ita quod cum deo loquens
in orationibus paciebatur amari-
tudinem ebrietate cum proximo loquens
de hortationibus contemplabat scilicet per
caritatem ut possit dicere illud
Apostoli ii Cor v Sive mente ex-
cedimus deo sive sobrii sumus vobis
Secundo datur sal ratione nominis
Quia enim nomen sal triplex dicitur
vel a salo i. amari salso vel a
sole quia sicut sal omnibus est
et necessarius i. et sal / vel a
saliendo quia salit ab igne
namque dominicus per sua sapientia
et doctrinam modo inducebat
homines ad peccatorum contritionem
et tunc poterat dici sal a sale
ut possit dici illis qui prout
amari Treni ii Magna est velud
mare contritio tua / modo ducebat
homines ad lucidam dei cognitionem
et poterat tunc dici sal a sole
Eccli xl homo sanctus permanet
in sapientia sicut sol aliquando
provocabat homines ad mundi con-
temptum et desperationem et tunc po-
terat dici sal a saliendo /

nud lenitus ab appetitu mundi
alie et replie faciebat / deni
m animus ab appetitu auaritie
replie nisi illud bernardi in quibus
ui vidit te replet a te et lique
eri per in aqua per compassionem
liene miserie sicut liquefiebat
ille qui dicebat ii cor xi quis
infirmatur et ego non infirmor
et quidam sunt sicut sal angeli
aliquid sunt in angelum in igne flu
t et in aqua replet quia li
quefiunt per ignem auaritie et
repleuit ab omni pietate et com
passione Tertio dicitur sal ratione
virtutis quam Crisostomus super matheum sal
mi tollas virtutes habet tres quia
si in carne fetorem aufert por
ro repurgat et vermes non sinit
fieri sic beatus dominicus per
nam sapientiam et doctrinam aufe
bat fetorem male fame repur
gabat sordes concupiscentie et non
sinebat in conscientia generari vermem
remordentis culpe Matheus xi omnis
enim igne salietur et omnis uic
tima sale salietur / habete in vobis
sal et pacem habete inter vos
Tunc cum beatus dominicus igne sa
ciebatur quando consumebat et tolerem
rubiginem male fame tunc uic
timam saliebat doctrinam quando
a carne mortificata auferebat
fetorem carnalis concupiscentie
Tunc dabat sal sicut et pacem
quando removebat vermem mor
dacem conscientie qui est in dampna
tis non moritur et sicut dicit
idem Crisostomus liberare a putredine
peccatorum proprio virtutis est christi ut
dicit ad illud non recitaverunt apostoli
tue est et labasset crudos autem
sal nullam habet de virtutibus predictis
et infatuari dicitur et tunc nil
valet ultra nisi ut mittatur foras
a consortio scilicet apostolorum et beatorum
et conculcetur ab hominibus unde dicit
et plus signat / non tantum cum con
culcabitur ab hominibus sed etiam
a deo angelis et demonibus
ab hominibus quidem a sanctis per
condempnationem quia sancti
in iudicio eos conculcabunt
id est condempnabunt Malachie ultimo
calcabitis impios cum fuerint
quasi cinis sub planta pedum
vestrorum seu vestrorum in die qua
ego facio dicit dominus exercituum
et deo per divine furoris et ire
perpetue effusionem ysaie lxiii calcavi
eos in furore meo Item sub
angelis per separationem unde postea
Calcet super eum quasi rex interitus
Tertio habuit lucidam doctrinam
ideo assimulatur luci resultanti
ut dicitur vos estis lux mundi
Dicitur autem lux tripliciter dicta
primo propter lucis puritatem Cum
enim triplex est species ignis scilicet
carbo flamma et lux vero dicit
textus non estis carbo mundi
vel flamma mundi sed lux mundi
Carbo enim est ignis in materia
terrestri / flamma est in materia
aeris / lux vero est pura et simplex
et est ignis in propria essentia
illi ergo predicatores sunt carbo
nes mundi quorum doctrina est ad
mixta est materie terrestri id est
cupiditati Illi sunt flamma
mundi quorum doctrina est admixta
ta aeri id est humane ambitioni
Illi sunt lux mundi quorum doc
trina nil habet admixtione
terrene cupiditatis vel humani

F

G

fervoris sed prius fuit propter dei
et tamquam avarus avarus / Ista tria
tangit apostolus cum dicit Ad Thess. 2
neque aliquando fuimus in occa-
sione avaritie deus testis est
Ecce quia non fuit cathedra mundi
neque querentes ab hominibus gloriam
neque a vobis neque ab aliis Ecce
quia non fuit flamma mundi
sed facti sumus parvuli in medio
vestrum tamquam si nutrix fo-
veat filios suos / Volebamus
vobis tradere non solum evangelium
dei sed etiam animas nostras quoniam
karissimi facti estis nobis Ecce quia
fuit lux mundi quia predicatio
sua fuit propter spiritualem fructum
et utilitatem et tamquam
avarus // Cathedra igitur beati do-
minici non fuit cathedra i. administra-
tione cupiditatis quia divitias
spernebat et paupertatem amabat
nec fuit flamma i. admixta hu-
mane laudi et ambitioni quia
honores fugiebat Nam libentius
morabatur Carcassone ubi
ab omnibus despiciebatur quam
Tholose ubi ab omnibus honorabatur
sed fuit lux purissima propter
salutem sicut avarus Unde sepe
deum orabat ut tantam gratiam
sibi infundere dignaretur quod
aliquando posset se totum impendere
utilitatibus proximorum Talem
doctorem esse voluit sequentium
filiorum unde in morte testa-
mentum condidit in quo sic ait
Hec sunt que vobis tamquam
filiis hereditario iure possidenda
relinquo caritatem habete
humilitatem servate paupertatem
voluntariam possidete In hoc
quod paupertatem eis legavit no-
luit quod predicarent propter temporalem
cupiditatem In eo quod humilitatem
eis dimisit noluit quod predicarent
propter humanam laudem In eo quod carita-
tem eis legavit noluit ut predica-
rent nisi solum propter avarus sa[lutem]
Secundo dicuntur apostoli lux mundi [...]
propter lucis effectum sive operationem
Lux enim veritatis dormientes ex-
citat aspicientes et dirigit ambu-
lantes Sic et apostoli excitabant il-
los a sompno peccati eos arg[uendo]
faciendo Ro 13 hora est iam
nos de sompno surgere Delecta-
bant bonos eos ad celestia sub-
levando Ecce // Dulce lumen et
delectabile est oculis videre solem
et celestem claritatem Dirigebant
omnes eos in iusticia informando
Luce 1 Illuminare hiis qui in tene-
bris et in umbra mortis sedent
Ecce propter ista tria beatus Domini-
cus figuratus est in specie catuli por-
tantis facule ardentis et stelle mi-
cantis // Fuit enim catulus dei mul-
tum peccatores latratu sue predicationis
a sompno peccati excitabat // Fuit
facula dei inquantum bonos ad cele-
stia inflammabat // Fuit stella
inquantum omnes in via iusticie
dirigebat // Ideo apostoli dicuntur
lux mundi propter maiorem lucis par-
ticipationem / lux enim mundi sunt
ipsa luminaria mundi de quibus
dicitur Gen 1 Fecit deus duo
luminaria magna / Lux autem primo
et principaliter in luminaribus continetur
Unde a nubibus post ea a mu-
tantibus percipitur ultra alia [...]
habet lux / Lux igitur substantialis et
essentialis est christus cum radi-
ante gratie et sapientie parti-
patur et est in apostolis /

in luminaribus phylli. Fuit quasi lu-
tis sicut luminaria in mundo / fuit
in antiquis et primis doctoribus
sicut in nubibus qui per apostolos i.
maiorem lucem sapientie perceperunt
qui fuerunt nubes quia de terris
elevati et in celo conversati. Est igitur
lux in doctoribus inferioribus et
prelatis sicut in montibus. 1 Ma-
chabeorum 6 refulsit sol in clipe-
os aureos et resplenduerunt mon-
tes i. moderni doctores et prelati
[illegible]. Est etiam in ceteris clericis
sicut in terris inferioribus quorum
est saltem habere lucem bone
vite / de quibus dicitur Ephesios 5
Eratis aliquando tenebre nunc autem
lux in domino. Matthei 5 Sic luceat lu-
x vestra coram hominibus ut videant
opera vestra bona etc. Per mundum istud
quadrupliciter mundum beatus Au-
gustinus lucem divine sapientie
recepisse videtur / fuit enim secularis
et devotus laicus / fuit regularis
canonicus / fuit vir angelicus inquan-
tum fuit fuit virgo incorruptus
tandem factus est vir apostolicus
inquantum sibi fuit secularis et devo-
tus laicus erat secularis terra dei
et ideo sol iustitie lucem sue sa-
pientie sibi infudit / inquantum
erat regularis canonicus erat
mons dei et ideo ipsum magis
illustravit / inquantum fuit vir an-
gelicus erat sicut nubes dei quia
celestem vitam ducebat et ideo
ipsum amplius illuminavit / inquantum
factus est vir apostolicus erat luminare
dei / et ideo lucem divine sapientie
sibi maiorem se infudit. Iste qua-
druplex gradus tangitur Proverbiorum 4
Semita iusti i. beati Augustini quasi
lux splendens / quando fuit devo-
tus laicus procedit cum factus est
regularis canonicus et crescit

usque ad perfectum diem / cum factus
est vir apostolicus. Et ideo beatus Au-
gustinus habuit et in ordine suo
posuit eminentem vitam et
ideo assimilatur civitati eminenti
cum dicitur Matthei 5 Non potest civitas ab-
scondi supra montem posita.
Ista civitas est congregatio nostra
in qua est unum i. fratrum unitas
iuxta illud psalmi Ecce quam
bonum et quam iocundum habitare
fratres in unum. Que super montem
est edificata i. supra altitu-
dinem perfectionis et vite funda-
ta. Civitas autem super montem
posita est sana et habet puri[illegible]
aeris quam habet est munda que
immunditie in montibus stare non
possunt sed ad inferiora descendunt.
Est secura quia hostes ipsam in-
trare nequeunt. Est clara quia a
remotis videri potest. Civitas igitur
ista religio nostra que est super
montem posita i. super altitudinem
perfectionis et vite fundata est
et sana munda secura et clara.
Sana quidem est propter votum pauper-
tatis voluntarie. Nimia enim habun-
dancia est causa infirmitatis
corporalis Ecclesiastici 37 propter crapulam
multi obierunt / et infirmitatis
spiritualis [illegible] prodiit quasi de
adipe iniquitas eorum ~~abundancia
enim et paupertatis~~ / Abstinencia
enim et paupertatis est occasio sa-
nitatis corporis et anime Ecclesiastici 30
Sanitas corporis et anime [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible].
Secundo est munda propter votum castitatis
et continentie. [illegible] quidem conti-
nentia reddit mundum corpus
et spiritum unde illud 2 Corinthios 7
Emundemus nos ab omni in-
quinamento inquinatione carnis
et spiritus. Tertio autem sit est munda

de facili etiam modicam impuritatem
in se representit et rectorum nascit(ur)
enim aut non sit est mundus etiam
magnas impuritates non sentit
et ponit super hoc Crisostomus duplex
exemplum super Matheum unum est quia
in loco mundo et spacioso modi-
ca sorditas statim apparet In loco
sordido etiam magna sordes non apparet
Aliud est quod in veste candida ma-
cula statim videtur in nigra autem
non videtur. Aliud etiam exemplum
potest poni quia in aere a radio solis
per fenestram venientem illu-
strato minimi pulveres videntur in
alio autem aere qui non illustratur
minime conspiciuntur. Tercio est secura
propter vinculum obediencie. Periculum
est enim cum quis a propria voluntate
ducitur quia in manus inimicorum traditur
Eccl. 18 Si prestes anime tue con-
cupiscencias eius faciet te in
gaudium inimicis tuis. Tercio autem
aliquis voluntatem suam tradit
in manu dei vel vicarii sui
securus esse potest unde potest
dicere illud psalmi Tenuisti manum
dexteram meam in adversa me
scilicet sustentando ne frangar scilicet
per impaciencia et in voluntate
tua deduxisti me in prospera
scilicet dirigendo me ne allicerer
per intemperanciam et cum gloria su-
scepisti me dando scilicet in die
finalem perseveranciam. Tercio
est clara propter lucem sapientie de qua
dicitur Sap. 6 Clara est et que
numquam marcescit sapientia. Oportet
enim ut cives huius civitatis ha-
beant sapientie claritatem quia
ipsi sunt luminaria mundi lucerne
dei speculatores ipsi et canes
gregis domini. Obtenebratis
autem luminaribus egrediuntur de ca-
vernis fere silvestres et ...
lucernis spoliant fures dor...
bus speculatoribus vincunt do-
mientibus canibus rapiunt lupi ...
pastores. Sic est quando prelati et
predicatores qui sunt luminaria ex-
tinguntur per ignoranciam vel
malam vitam adveniunt fe(re)
silvestres id est heretici et credentes
multos decipiunt. Propterea Gal. ...
prelatus qui debet lucere sicut ...
caligavit ad casum suum et ideo
sequitur Posuisti tenebras et fa(cta)
est nox in ipsa pertransibunt om(nes)
bestie silve. Tercio etiam ipsi qui
sunt lucerne dei ~~...~~ extinguntur
adveniunt fures id est demones et
animas multas auferunt. Crisostomus
super Matheum vos estis luminaria ...
vite contemnentes et lucerne super c(an)-
delabrum posite facile per hoc ...
ubi prelatus extinctus ecclesia a la-
tronibus predam in tenebris pat(itur).
Tercio iterum ipsi qui sunt specula-
tores ipsi dormiunt irruunt lupi
id est tyranni crudeles et subdi(tos)
opprimunt Ezech. 3 Speculatorem
te dedi domui Israel. Tercio in-
super ipsi qui sunt canes gregis
domini dormiunt rapiunt oves
lupi rapaces id est heretici tyranni
et demones Isaie 56 Canes
muti non valentes latrare. Cri(sostomus)
Beatus dominicus in se habuit
lucidam famam ideo appellatur
lucerne super candelabrum radian-
tem dicitur neque accendunt lu-
cernam. Ubi quatuor implicantur
lucernam cum sunt lucerna suc-
censa non super candelabrum
posita quod notatur cum dicitur neque
accendunt lucernam etc.

Tales enim qui debent lucem facere sed
non habent eminentiam vite non
volant ut aquila in summis sed
reptant ut testudo in infimis et
de talibus dicitur Levitici 11 Omne quod reptat super terram
immundum erit. Tales tamen habere vo-
lunt videntur Christo in veste alba
videntur enim induere se in veste
alba dum fulgere videntur divina
scientia sed Christo illudunt dum
videntur in vita. Alii sunt lucerna
abscondita quod notatur cum dicitur
in absconditum ponit. Isti sunt
prelati formidolosi timore persecu-
tionis se abscondunt et fugiunt Joh.
Mercenarius et qui non est pa-
stor cuius non sunt oves proprie videt
lupum venientem et fugit. Alii
sunt lucerna sub modio occultata
quod notatur cum dicitur neque sub mo-
dio. Isti sunt prelati cupidi et avari
unde dicit Glosa ibidem Modii sunt
temporalia que certam mensuram dierum
inchoant. Eterna autem et spiritualia
bona nullo fine debent terminari
cum eis dat deus spiritum ad men-
suram. Sub modio ergo ponit
lucernam qui lucem doctrine tempora-
libus commodis supponit. Tales
igitur prelati plus curant de temporalibus
commodis quam de spiritualibus. Unde
Crisostomus super Matheum Si populus
decimam non obtulerit murmu-
rabunt omnes et si ipsum peccan-
tem viderit nemo murmurat
contra eos. Non talis fuit Job. De
eo legitur Job 1 quod audisset
amissionem animalium et bonorum et ser-
vorum nullum inde dolorem ostendit
audita autem morte filiorum scidit vestimenta
quod signum magni doloris

fuit ad innuendum quod prelati
de amissione temporalium non multum
debent curare. De morte autem
filiorum suorum multum debent dolere.
Dicitur etiam 2 Machabeorum 3 Erant enim
pro uxore et filiis, pro fratribus et
cognatis minor sollicitudo. Ma-
ximus vero et primus pro sanctitate
timor erat templi. Alii sunt lucer-
na super candelabrum posita que
scilicet habent lucem sancte scientie fer-
vorem sancte vite et eminentiam
fame. Quod significatum 1 Regum 10 ubi
dicitur quod Saul ab humero et
sursum super omnem populum eminebat.
In humero pondus laboris intelligitur
super humerum autem est caput in quo
sunt oculi per quos intelligitur
scientia et est odoratus per quem
significatur bona fama. Prelatus igitur
debet eminere super omnem populum
ab humero et sursum quia debet esse
precedere et in labore actionibus et
in fervore sancte et cognitionibus et
in eminentia opinionis. Secundo
de multis potest dici illud Ysaie 24
Sicut populus sic et sacerdos. Ta-
les dicere debent illud Ysaie 3
Non sum medicus et in domo
mea non est panis neque vesti-
mentum nolite me constituere princi-
pem populi. Non enim curare possunt
alienam vulneram exemplo vite
nec habent panem sacre doctrine
nec ornamentum bone operationis
nec fame. Christus autem omnibus
ista tria habuit. Unde dicitur in
Evangelio quod cantatur ad sui honorem
Mathei 5 Qui autem fecerit et docuerit
et docuit et docendo predicavit
hic magnus vocabitur in regno
celorum et eminens fama

fuit et est valde famosus in regno celorum i. in ecclesia militanti sed nunc magis famosus in regno celorum i. in ecclesia triumphanti

Sermo primus de sancto laurencio sequitur

Probavit me quasi aurum quod per ignem transit Job xxiii. Beatus laurencius et fuit aurum propter perfectionem vite et fuit probatus per gravitatem pene. In verbis igitur premissis duo videnda sunt. Primo quomodo designatur per aurum. Secundo qualiter fuit probatus. Circa primum notandum est quod beatus laurencius fuit prelatus [illegible] et minister pro[illegible] et predicator graciosus. Et quantum ad istos tres status significatur per aurum. Primo videlicet inquantum fuit prelatus signatur per aurum cum est temperatum solidum et purum. Sic prelatus debet esse temperatus in iusticia, solidus in vita et purus in conscientia. Habet autem aurum ex temperantia quod sit calidum et humidum et istud temperamentum debet habere prelatus quod scilicet sit calidus per fervorem et humidus per compassionem. Fervor enim zeli sedet super fornacem [illegible] et ideo ex eo tota emittunt scintille indignationis nisi aspergatur aqua compassionis. Sicut patet in fabro ferrario qui quando ignis nimis invalescit ipsum aque respersione restringit. De isto temperamento dicit Gregorius in pastorali: faciendum est ex utroque temperamentum quoddam ut neque multa asperitate exulcerentur(?) subditi neque nimia lenitate solvantur. Istud autem temperamentum beatus Gregorius in pastorali ostendit esse quadruplex. Unum est quod [illegible] severitatis [illegible] cum oleo pietatis. Unde sic dicit: quia samaritani studio semivivus in stabulum ducitur et vinum atque oleum vulneribus adhibetur ut per vinum mordeantur vulnera et per oleum foveantur. Aliud est quod virga correctionis temperatur manna dulcedinis. Unde subdit: in archa tabernaculi cum tabulis virga simul et manna [illegible] cum scripture sacre scientia in boni rectoris pectore sit et virga districtionis sit et manna dulcedinis. Tercium est quod virga rigoris discipline temperatur baculo sustentationis. Unde ait propheta: virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga enim percutimur, baculo sustentamur. Si ergo est districtio virge que feriat, sit et sustentatio baculi que sustentet. Quartum est quod vigor rectitudinis temperatur lenitate mansuete compassionis. De isto temperamento dicit sic in libro moralium: illi viri doctores sunt qui cum per rigorem discipline percussi(?) sunt per pietatem visitatores esse noverunt. Quintum est quod [illegible] severitatis [illegible] temperatur leticia placida. Unde ait idem ibidem: talis dispensatio regentis ut hiis qui post eam [illegible] subditis mensura [illegible] et [illegible] timeri debeat et [illegible] amari ut eum nec nimia leticia vilem reddat nec nimia severitas odiosum. Secundo aurum est solidum ex quo [illegible]

soliditatem habet quod non tangit ter-
ra sicut alia animalia. Ex quo
datur intelligi quod prelati debent terre-
na tangere solidam quod subditus non
tangat id est per malum exemplum non
suscitant. Animalibus enim exemplum
pravorum cito inficit vitam subdi-
torum. Sicut ostendit Gregorius decimo-
nono capitulo dicens oculi et pastores
ita subditorum. De duobus ex-
emplis sic dicitur in pastorali. Vita
subditorum cum presit spiritualiter
perit non iniqua in exemplo
cui prelatus est quasi obstaculo
itineris. Ostendit languescente capite
membra inca[illegible] mox vigent. Ostendit
etiam hic exemplo oculi. Subditi
enim sunt pedes / ~~prelatores~~ prelati
sunt oculi viam subditis
ostendentes. Quando autem oculi
prelati pulvere terrene cupiditatis
inficiuntur cito a pedibus id est a sub-
ditis in via mortis curritur. Sicut
dicit ibidem a subiectis superiora
terenda sunt rectoribus summa
agitanda ut sicut oculi qui
incedentis gressibus preeminent
ad pulveris non absconditur. De
tertio exemplo sic dicit ibidem
sunt nonnulli qui solerti cura
spiritualia perscrutantur sed que
intelligendo penetrant moribus
conculcant repente docent que
non opere sed meditatione didi-
cerunt et quod verbis predicant
moribus impugnant. Unde fit
ut cum pastor per abrupta graditur
ad precipitium grex sequatur. // Tertio
murus est purus ex cuius puritate
accidit quod rarissime invenitur
albi corpi in mixtio alterius puri-
tatem tantam non retinet

sed in omnibus degenerat. Ex quo
datur intelligi quod prelatus debet
esse mundus in constantia. Gregorius
in pastorali: nulla presulem in-
mundicia polluat qui hoc suscepit
pit officium ut in alienis quoque
cordibus pollutionis maculas ter-
gat. Quia necesse est munda esse
studeat manus que diluere sordes
curat ne tacta deterius inquinet
si sordibus sordida insequens
lutum tenet. Gregorius. Iterum dicens
armonie prius oportet et sic alios
mundare sapientem fieri et sic
alios facere sapientes / lumen
effici et sic alios illuminare / acce-
dere ad deum et sic alios adducere
ad deum / sanctificari et ita sancti-
ficare / manus habere rectas et
sic esse recti consilii et rectum dicere
consilium. Tertius igitur Laurentius
in quantum fuit prelatus id est sancte ro-
mane ecclesie archidiaconus
signatur per aurum ex eo quod fuit
spatus quia et habuit severitatem
~~tyrannos~~ tyrannos in arguendo
et dulcedinem et compassionem
pro omnibus orando / fuit et solidus
exemplo sanctitatis prebendo / fuit
et purus munditiam cordis et
corporis servando. / Secundo beatus
Laurentius fuit martyr invictus
in quantum ad hoc assimilatur auro
aurum vero sub malleo non re-
sistit ut ferrum non frangitur
sicut vas terreum non resonat et
eis sonos sed in subtilissimas
laminas dilatatur / Multi sunt
qui sub malleo tribulationis instar
ferri duri sunt nec emendantur
nec corriguntur. De quibus dicitur
Jeremias 5: Ecce eius induebantur
quasi lapis. Alii sunt instar

vasis luti qui sub malleo tri-
bulacionis franguntur qui signatur
per statuam quam vidit nabucho-
donozor de qua legitur dan 2
que habebat pedes fictiles
lapis percussit et comminuta sunt
alii non sunt sicut [illegible] murmu-
rantes et impacientes tribu-
lacione [illegible] vir sapiens
et disciplinatus non murmurabit
correptus [illegible] cum magnum
vel vilis sed effeminatus mur-
murabit et correpcione et ideo
dixit vir [illegible] est sapiens
sed insipiens murmurat et
ideo dixit sapiens [illegible]
bone moriatur sed levis et
indisciplinatus murmurat
et ideo dixit et disciplinatus
Tamen aliqui non sunt sicut aurum
qui sub malleo tribulacionis
non resistunt dure correctioni
per inobedienciam non franguntur
per desperacionem non murmurant
per impacienciam sed ducuntur et
subtiliantur per obedienciam
sicut fuit laurencius qui inter
flagella velud aurum fuit sub-
tiliatus et vas domini fabricatus
Hoc autem quod deus sanctos
suos in hac vita sic malleat
permittit eos non odit sed pocius
diligit amplius cum equo odio non
habet quem calcaribus urget
nec faber aurum quod in igne
ponit nec vinitor uvam quam
in torculari ponit nec fullo
pannum quem pedibus calcat
nec pigmentarius aromata
que pilo terit. Tamen sancti
vero dei sunt equi dei [illegible] spe-
calcaribus urgentur ut velocius

primus multiplicate sunt in vir-
tutes eorum per ea declarantur
quia sunt aurum dei ideo igne
tribulacionis uruntur ut probati in-
veniantur Eccl. 11 vasa figuli probat
fornax et homines iustos temp-
tacio tribulacionis. Tamen sunt vasa
dei tribulacionibus conculcantur ut
sit vinum devocionis effundi-
tur sicut laurencius quanto plus tri-
bulacionibus conculcabatur tanto
[illegible] devocione replebatur et tanto
amplius deum laudabat et gracias
referebat dicens gracias tibi ago
domine quia ianuas tuas merui
ingredi. Tamen sunt panni et ve-
stes dei tribulacionibus conculcantur
ut amplius dealbentur Apoc 7
hii laverunt stolas suas et
dealbaverunt eas in sanguine agni
Tamen sunt pelles varia dei
varietate virtutum [illegible]
correctionibus ut excuciant omnem
pulverem terrene affeccionis et [illegible]
deponant alii in exemplum
sanctificacionis primus [illegible]
i. exponentes ad imitacionem [illegible]
i. vitas celestes sicut pelles
purgata et virtutum varietate
depicta quia sunt aromata dei
pilo tribulacionis teruntur ut am-
pliorem odorem emittant unde
[illegible]
[illegible] Cant 3 sicut
virgula fumi ex aromatibus mir-
re et thuris et universi pulveris
pigmentarii sic beatus laurencius
tormentis per passionis magni-
tudinem [illegible] odorem unde di-
cebat ego me obtuli deo sacri-
ficium laudis [illegible] Tamen
sinapis cum atteritur [illegible]

laurencius cum pater inflamat
Ideo beatus laurencius fuit pre-
dicator graciosus et aurum ad-
huc non tantum fuit aurum per caritatem
ardens sed etiam argentum
per predicacionem sonantem. Unde
aut lamina aurea aut argentea pre-
dicatores debent malleando incorrupti
esse est a tribus maxime precaveri
a pulvere vento et quorum si
aliquod interius se immiscuerit
una cum alio se non tenebit oportet
ergo quod si sana et doctrina predicatoris
coniungi debet eum ab his tribus cu-
stodire ut predicator sibi caveat
a pulvere terrene cupiditatis a vento
vani favoris et laudis et ab
amore carnis [illegible] cum
philosophus [illegible] est prudentis
[illegible] ab istis tribus sibi caveat
ille predicator egregius scilicet paulus
qui dicebat j Thessa. 2 fratres
neque aliquando fuimus in occasionem avaricie
deus testis est. Item quia non habuit
pulverem terrene cupiditatis neque
querentes gloriam ab hominibus
neque a vobis neque ab aliis. Item
quia vitavit ventum vane laudis
sed facti sumus parvuli in medio
vestrum et volebamus vobis tradere
non solum evangelium dei sed etiam
animas vestras. Item quia non habuit
[illegible] amorem qui
enim se pro salute fratrum in morte
paratus erat tradere manifestum
est quia se carnaliter non amabat
sic etiam tria beatus laurencius
predicator egregius vitavit scilicet
pulverem terrene cupiditatis in eo
quod thezaurum avare sibi non re-
tinuit sed pauperibus erogavit

ventum humane ambicionis quia
archidiaconus tocius ecclesie erat
et tante humilitatis fuit quod pedes
pauperum lavabat et amorem no-
xium carnis amoris quia vitam suam
contempsit et Christo in mortem
se tradidit. Secundo beatus laurencius
non tantum fuit aurum sed etiam aurum
in igne probatum. aurum autem verum
in igne positum retinet suam
integritatem maiorem acquirit
puritatem et ampliorem induit
claritatem. Ex his tribus beatus
laurencius aurum verum fuisse
in igne passionis probatus est
Sicut enim aurum in igne non con-
sumitur sed suam servat integritatem
fidei conservavit. Est autem fides
integra quando est omnibus arti-
culis premunita quod est contra fidem
hereticorum qui aliquos articulos
credunt aliquos reiciunt nolunt
De quibus dicitur j Thessa. iiij
Spiritus manifeste dicit quia in
novissimis temporibus discedent
quidam a fide [illegible]
[illegible] abstinere a cibis quos
deus creavit. Est etiam fides
integra quando os concordat ad
corde et cor ad ore quod scilicet quod
quod credit corde confitetur ore quod est
contra fidem timidorum qui timore
martiris fidem confiteri non audent
Ro 10 Corde creditur ad iu-
sticiam ore autem fit confessio ad
salutem. Est etiam fides integra
quando est iuncta cum caritate
quod est contra fidem demonum de
qua dicitur Jaco. 2 Tu credis
quoniam est unus deus benefacis
et demones credunt et contremiscunt

Est etiam fidelis integra quod est coniuncta operibus quia est contra fidem malorum christianorum. Ti. i. Confitentur se nosse deum factis autem negant. Istam integritatem fidei habuit beatus laurencius. Ipse enim omnes articulos perfecte credidit unde quod lucillum baptisavit de omnibus articulis diligenter ipsum interrogavit. Ipse in tormentis positus cristum in corde credidit et ore confessus fuit unde dixit domine ihesu christe non negavi nomen sanctum tuum interrogatus te christe confessus sum. Ipse fidem cum caritate habuit quia per quam caritate morti se tradidit. Caritas fortis est ut mors dilectio. Ipse fidem ad bonis operibus coniunxit unde dicitur de eo laurencius bonum opus operatus est qui cuncta in igne tribulacionis maiorem acquisivit claritatem qui cum prius esset ignotus per totum mundum factus est clarus. Beatus laurencius granum sinapis passionis comparet qui diversis acerbibus passionibus per totum mundum gratiam sui meruit fragranciam mittit qui prius ea contritus erat quibus ignotus et vilis prius ea non qui est [illegible] laceratus [illegible] ustus [illegible] per totum mundum [illegible] suae nobilitatis infudit [illegible] acquisivit maiorem puritatem quia dum in hac vita vivimus multas impuritates in corpore et in anima habemus. In anima quidem est triplex puritas dum patitur multiplicem dolorem timorem et errorem. [illegible]

Cor meum conturbatum est in me ecce dolor dereliquit me virtus mea ecce timor et lumen oculorum non est mecum ecce error. Sed ista triplex impuritas in morte sanctorum aufertur. Iam enim non senciunt dolorem quia receperunt mirram suavitatem nullum timorem quia possident plenam securitatem nullum errorem quia divinam conspiciunt claritatem. Ber. Quare tristis es anima mea et quare conturbas me. Spera in domino quia adhuc confitebor illi. Cum scilicet a voluntate dolor a memoria timor a racione error omnis recesserit et successerit illa quam speramus mira celicolis plena suavitas eterna securitas. Habent eciam viri sancti in corpore plena impuritatem dum ipsum scilicet corpus et est obscurum et est grossum et est tardum et est mortalitati subiectum. Sed ista quadruplex impuritas in resurreccione a sanctorum corporibus deponitur. Ideo dixit psalmista renovabitur ut aquile iuventus tua quando enim aquila pre nimia vetustate habet obscuratum visum tardum volatum corpus vitiosum [illegible] pennas vetustas [illegible] solaribus radiis [illegible] in fontem se proicit et recipit in visu claritatem in volatu agilitatem in corpore subtilitatem et in pennis novitatem. Et iste sunt quatuor dotes quas induent sanctorum corpora in resurreccione beata per quas pre quadruplex supradicta impuritas ab ipsis corporibus

ponit. Et quibus dotibus dicitur
Apoc. 3. fulgebunt ecce claritas iusti
ecce inmortalitas. Unde sicut dicitur
Sap. 1. Justicia perpetua est et inmor-
talis. Et tanquam scintille ecce
subtilitas in arundineto discurrent
ecce agilitas. Notandum quod in hac
examinatione terra continet scilicet igitur
sulphur et pulvis antiqui latteris
per ista terra beatus laurencius
examinatus et verum aurum inven-
tus scilicet per ignem materialem. Cuius
corpus consumere non per invidiam
quali ipsum cauteliter persequitur
neque cum sulphur unde cor inquit
et invidia unde ceteros beneficia
fecit per avariciam decii et tyrannice
ipsorum auros facientem. Frater cum
ictus est avarus ab omni quiete
positionis vacuus. Sed nec igitur
eius meritum corrupit nec diabolica
invidia ipsum supplicavit nec tyranni
avaricia thezauros auferre potuit.

Sequitur sermo secundus
de sancto laurencio etc.

Vapor ignis vicit carnes eius
in calore fornacis concitatus
Eccl. 38. Verba ista possunt ex-
poni de beato laurencio cuius
passio de duobus commendabilis
redditur. Primo vz de vehemencia
caloris cum dicitur vapor ignis
urit carnes eius. Secundo ex
constancia pacientis cum dicitur
et in calore fornacis concitatur etc.
Circa primum notandum quod quadruplex
ignis est scilicet interior sive spiritualis
exterior sive materialis. Primus ignis
inflammat corda, secundus comburit corpora
Primus consumit carnes et illuminat ra-
cionem. Secundus urit carnem et
affligit mentem. Primo igne
beatus laurencius fuit infla-
matus per amorem. Secundo fuit
combustus. Tercio fuit plenus sagitta
sunt ponitus alicuius. Est primus
ignis interior et spiritualis qui est
devocio et fervor divini amoris
quo beatus laurencius fuit totaliter
inflammatus unde poterat dicere
cum propheta Inflammatum est cor
meum et renes mei commutati sunt
et ego ad nichilum redactus sum
et nescivi ut iumentum factus sum
apud te et ego semper tecum. De hoc igne
dicitur habetur quod ignis iste spiritualis
quando cor inflammat extinguit
in nobis quadrupliciter amorem
inordinatum et accendit quintum
scilicet amorem divinum. Extinguit
enim amorem carnis unde propheta quia
dixit inflammatum est cor meum
statim subiunxit et renes mei
commutati sunt. Si enim ignis iste
invenit renes in multis statim
eos facit castos et puros etc. Ideo
sicut Gregorius. Gustato spiritu desipit
omnis caro. Gregorius. Omnes enim
amores carnis amore superabat
isto igne renes suos uri petebat
propheta dicens ure renes meos
et cor meum. Extinguit amorem
terrenum unde subdit et ego ad
nichilum redactus sum. Terreni enim
mundi despiciunt nisi a mundanis
hominibus reputantur unde dicebat apostolus
1 Cor. 4. Tanquam purgamenta
huius mundi facti sumus omnium
peripsima usque adhuc. 3. Extinguit amo-
rem terrenum iste ignis extinguit
Unde sicut dicit Gregorius vere
non habet super terram quod amet

Qui donum celeste in veritate gusta-
verit extinxerit. Quia sicut
dicit Grego. Vel non habet sup-
tam qui amet qui donum celeste
in veritate gustavit. Extinxerit
amorem domesticorum et parentum
vnde subditur. Et nescivit. De qua
nescientia dicitur Deut. 33.
Qui dixerit patri suo et matri
sue nescio vos et fratribus suis
ignoro illos et nescierunt fili-
os suos hii custodiunt eloquium
domini. Jero. Non agnosco matrem
meam domus displicentem. Ex-
tinxerit amorem propriorum et
parentum vnde subditur. ut inimicus
factus sum apud te. Homines
enim semper amantes sunt in-
imicum diaboli quos cursu pa-
riti in omnia flagicia seducat.
2 Thimo. 3. In novissimis diebus
instabunt tempora periculosa et erunt
homines seipsos amantes cupidi
superbi elati etc. Qui vero seipsos
contempnunt sunt inimici cristi
quos vsque ad visionem suam
seducit. Quod signatum est Math. 21
ubi cristus insidens asine ven-
it quia mentes simplices et
contempnentes se ad divinam vi-
sionem perducit. Generat autem ipsis
amorem divinum quo cristo ad-
heremus et unum cum eo efficimur
vnde subditur et ego semper
tecum quia sicut dicit apostolus
1 Cor. 6. Qui adheret deo unus
spiritus est cum eo ideo semper vo-
cat ipsam charitatem vnitivam
eo quod unit amantem amato. Di-
cebo 3o super omnia autem habete ca-

ritatem. Ideo quod est vinculum per-
fectionis. Iste igitur ignis divine
devotionis extinxerat in beato
Laurencio carnalem amorem
quia credit quod virgo fuit, amorem
ricorum quia thezauros sibi non re-
tinuit sed pauperibus dispersit,
amorem domesticorum quia parentes
suos qui erant in hyspania deser-
uit et ob amorem principi predi-
cancte pergere voluit, amorem
proprium siue parentum quia vitam suam
et carnem despexit et pro cristo
morti se tradidit. Habuit autem
amorem spiritualem et divinum
quia cristum super omnia diligebat.
Tertio est ignis gehenne siue materialis
quo Laurencius fuit combustus de
quo dicitur in psalmo. Igne me exa-
minasti etc. De quo respondit quod
acerba fuit eius pena cum acer-
bitas eius quatuor colligitur scilicet ex do-
lore inmensitate quia ignis
maxime afflictiuus. Ysa. 33.
Quis poterit habitare de vobis
cum igne devorante. Ex pro-
fectus in inanitate quia valde
enim miles quibus laceratum
et concissum ad vivum faciebat. Aug.
lacerabatur artus Laurencii et iam
laceratione confessus publicatur, re-
cepit igne tostas ut per craticulam
ferream que iam de ferrea
continue vim in se habebat viri-
gorem aliena mutatione uertebatur,
sunt crucians vehemencior et
pena penalior. Josephus 16. Ignis
repperit et effudit in terram viscera
mea concedit me velut sup-

...lunus ex temporis diuturnitate. Augustinus
Verum cum fecit beatus laurencius
breui et simplici passione punitur
tam qui gladio percutitur semel
moritur. Cui in flammas tormentis
mergitur vno impetu liberatur. Sic
...nt longa et multiplici pena cru-
ciatur ut mors non desit ei ad sup-
plicium et desit ad finem. Ex penarum
continuitate cremia omnia penarum
genera in cuius corpus fuerit ex-
pensa vt possit dici ad christum
omnes fluctus tuos induxisti
super me. Per istum ignem autem
transitorium accipit duplicem aliud
scilicet purgatorium et eternum. Illi autem
tres ignes sunt ad inuicem differunt
quod ignis presentis tribulacionis est
quatuor condiciones. Est enim leuis
et modicus. 2 Cor. 4. Id enim quod
in presenti est leue et momenta-
neum tribulacionis nostre et est
purgatorium. Gregorius. Quod famam
auro lima ferro flagellum gra-
no hoc facit tribulacio viro iusto.
Est meritorium. Jaco. 1. Beatus
vir qui suffert temptacionem
quia cum probatus fuerit accipiet
coronam vite. Est eciam transitorium
quia cito finitur et transit. Psalmus. Trans-
iuimus per ignem et aquam et cetera.
Ignis autem infernalis vel illa ista
condiciones habet. Verum enim est leuis sed
grauis. Job 31. Ignis est usque ad
consumptionem deuorans et omnia
eradicans genimina. Verum est purga-
torius sed afflictiuus. Vnde cum
ibi venalia non purgantur sed ibi
eternaliter puniuntur et hac racione
ad mentem scilicet peccata mortalis. Verum est
meritorius ex eo quod dampnati
sunt extra statum merendi. Eccl. 9
Nec opus nec racio nec sapiencia

nec scientia erunt apud inferos
quo tu properas. Verum est transitorius
sed eternus. Math. 25. Discedite a
me maledicti in ignem eternum.
Ignis autem purgatorii medium
tenet locum in duobus concordans
cum igne temporali eterna scilicet est pur-
gatorius et transitorius et in duobus
cum igne infernali quia scilicet non
est leuis sed grauis. Verum est me-
ritorius sed puniuntur quia ibi
non est locus merendi sed pu-
niendi. Quartus ignis est ignis su-
perior et celestis scilicet spiritus sanctus
quo beatus laurencius fuit reple-
tus. De quo dicitur Trenorum primo
De celo misit ignem in ossibus
meis et erudiuit me. Quod iste
ignis mittitur in ossibus manife-
stum est quia missus est in
pellem carnem et medullas.
Per pellem intelligimus exteriorem
conuersacionem per carnem sensuali-
tatem per os racionem per medul-
lam intencionem. Iste igitur ignis
incendit pellem quando facit
nouam conuersacionem conformes scilicet
[illegible] seruam vetustate con-
uersacionis. Ysaie 1. Excoquam
ad purum scoriam tuam. Ephes. 4
Deponite vos secundum pristinam
conuersacionem veterem hominem. Iterum
incendit carnem id est carnalem
sensualitatem ut iam homo
secundum carnis voluptatem non
viuat. Talis incensus fuit in
carne sua apostolus qui dicebat
2 Cor. 10. In carne enim am-
bulantes non secundum carnem mi-
litamus. Iste qui ambulabat
quando ponit vnum pedem in terra
aliud leuat a terra pes autem
est affectus ante terra est temporalitas

Quando iste aliquis cogitur infir-
mitati carnis in una quod est contra
debet ipsam ab alio facit abstinere
Intendit ossa i. racionem ut nunquam
ipsa racio declinat ad sensuali-
tatem. Abstinencia i. homo
interior non solum continuit cessat
i. stetit desideria que eam in
gaudium convertuntur / sed etiam de
ancilla i. sensualitate generat isma-
hel cuius manus contra omnes
et omnium manus contra eum quia
sensualitas est contra racionem
et racio contra sensualitatem
Sed ancilla et filius eius debent
eici quia sensualitas et desideri-
a carnalia debent restringi
ne racioni dominantur et tunc
magna turbacio et conturbacio
in anima generatur Proverbiorum 3 per tria
movetur terra i. anima et quartum
quod non potest sustinere per servum
cum regnaverit per stultum cum
saturatus fuerit cibo per odiosam
mulierem cum in matrimonio fuerit
assumpta / et per ancillam cum
heres fuerit domine sue. Sensua-
litas est serva et ideo non debet
regnare est stulta et ideo non
debet saturari sed fame affligi
est odiosa mulier et ideo non debet
eam racione in matrimonio copula-
ri est ancilla et ideo non debet
domine sue i. heres racioni fieri
Intendit etiam iste ignis me-
dullam i. intencionem ut quanto
facit amare celestia faciat
Sed dicitur Osee 9 percussus est
effraim radix eius exsiccata
est fructum nequaquam faciet
radix exsiccata est i. intencio
corrupta et non facit fructum
quia non pervenit ad finem

bonum opus de mala intencione
inchoatum. Amarus est ignis
i. infernalis qui animas et corpora
exurit sed non consumit sicut ait
Augustinus libro 21 de civitate dei
multiplici exemplo scilicet exemplo
vermis exemplo montis exemplo
carbonis exemplo pavonis exemplo
salamandre et exemplo a[?]
Quod enim corpora dampnatorum
non consumantur sed conservantur osten-
dit primo exemplo vermis dicens
Non nullum genus vermium in aquis
calidarum scaturiginibus reperitur quorum
fervorem nemo in [illegible]
in pune contractat illesos aut viv-
orum sine ulla sui lesione [?]
esse sed extra esse non posse credi-
bile est dolere in ignibus et tamen
vivere sed mirabilius vivere in ignibus
nec dolere / Secundo hoc ostendit
exemplo montis scilicet quicquid
notissimi Sicilie montes qui
tanta temporis diuturnitate ac vetu-
state usque nunc deinceps flammis
consumantur atque integri perseverant
Satis idonei testes sunt non o-
mne quod ardet absumi / Tercio hoc
ostendit exemplo carbonis li-
gnum cum sub terra positum defossum
putrescit / sed vertitur ignis in car-
bonem redactum putrescere non
potest unde ait / quid in carbo-
nibus nonne miranda est et
tanta infirmitas ut ictu levissimo
frangantur pressu facillimo conterantur
et tanta firmitas ut nullo humore
corrumpantur nulla etate vincantur
usque adeo ut substernere soleant
qui limites figunt ut eos con-
tra quidam inpostores ubi ligna
putrescunt tam diu incorrupti

posse manere nisi tenuia ille ignibus
corruptor efficeret. Augustinus hoc ostendit
exemplo pavonis. Non ait quod nisi
Deus dedit carni pavonis mor-
tui ne putresceret quod tamen auditu in-
credibile videtur/ Accidit ut apud
Cartaginem nobis cocta apponeretur
hanc avem et eius pectore quantum
visum est sumi iussimus. Quod
post dies tantum spacium quantum
alia caro quecumque cocta putresceret
oblatum atque oblatum nichil nostrum
offendit olfactum. Idem quod reposi-
tum per dies amplius quam tri-
ginta. Idem quod erat inventum
est. Idem quod post annum nisi quod
aliquantulo corpulentie siccioris
et contractioris fuit// Contra hoc
respondit exemplo salamandre
unde ait Augustinus: dicimus esse aliqua
affecta corruptibilia quia mor-
talia que tamen in mediis ignibus
vivunt. Sicut enim scripserunt curi-
osi animalium naturas indaga-
verunt salamandra in ignibus
vivit// Septimo hoc exemplo ait
unde ait Sed nullum inquit corpus
quod dolere possit et non mori ipse
anima cuius presentia vivificat corpus
et regit et dolorem pati potest et
mori non potest. Hoc erit ergo tunc
in corporibus dampnatorum quod nunc
scimus in animabus omnium ut cruciatum
possit accidere quia et dolor magis
ad vitam pertinet mori sed quam
magis pertinet et dolere sit.

Sermo tercius de sancto Laurencio sequitur etc.

Vapor ignis urit carnes eius
et in calore fornacis cunctatur
Ecclesiastici 38. In presenti sermone a-
scensum de vehementia passionis
Laurencii propter hoc quod dicit vapor
ignis urit carnes eius. Tunc
videndum est de constancia patientie
propter hoc quod dicitur et in calore fornacis
cunctatur. Circa quod notandum est quod
beatus Laurencius in sua passione
quadruplicem gessit certamen scilicet contra
sensualitatem, contra carnifices,
contra dyabolum et contra incendium
sed a deo constans fuit quod ista certa-
mina superavit et vicit. Primo enim
certavit contra sensualitatem. Sicut quod
sensualitas penas et dolores re-
fugiebat racio non appetebat et sic
inter sensualitatem refugientem
et racionem appetentem magnum certa-
men erat sed racio sensualitatem
vicit et penas patienter sustinuit
et non tantum patienter sed gratanter
sed gaudenter sed desideranter.
Sustinere patienter est necessitatis
sustinere gratanter est devocionis
sustinere gratanter est perfectionis
sustinere desideranter est perfectus di-
vine virtutis. Secundo quadruplicem
gradum habuit beatus Laurencius.
Primus enim qui sustinuit patienter
et est gradus necessitatis. Hebr. 10
patientia nobis necessaria est. Unde
dicitur de martiribus: non murmur
resonat non querimonia sed corde
tacito mens bene conscia servat patientiam.
Secundum gradum habuit beatus Lau-
rentius qui contra deum non mur-
muravit nec persecutoribus detraxit
sed pro eis oravit patienter quidem
sustinuit ut preter [illegible] [illegible]
i. corpus mortale ut a rege sibi
detur [illegible] i. corpus impas-
sibile ut letetur. Saccus i. corpus
miserum ut induat vestem au-
ream i. corpus gloriosum ut de-
struatur domus lutea id est caro mor-
talitati subiecta ut habeat domum

cena .i. caro gloria inmortalitatis ornata. Secundus gradus est sustinere gratanter quando scilicet non tantum in tribulacionibus pacienciam ostendit sed eciam gracias deo reddit et istud est signum magne devocionis. Istum gradum habuit beatus Laurencius qui dixit assatus gracias ago tibi. Sunt qui agunt gracias deo a quibus delicatis et diviciis immersi pauci qui agunt gracias deo igne tribulacionis assati et tamen caro assata est graciosioris saporis quam lixa et magis placet graciarum actio in adversis quam in prosperis. Tercius gradus est sustinere gaudenter quod est signum magne perfeccionis. Istum gradum habebant apostoli de quibus dicitur Actuum v. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii etc. Istum gradum habuit beatus Laurencius qui dixit gaudeo plane quia hostia Christi effici merui. Quartus gradus est sustinere desideranter .i. desiderare et appetere ut adhuc maiora supplicia apponantur et hoc non est humane sed divine virtutis. Istum gradum habuit beatus Job qui dicebat Job vi°. Qui cepit me ipse conterat solvat manum suam et succidat me. Istum gradum habuit beatus Laurencius tamen cum decius omnia genera tormentorum ante ipsum fecisset afferri ipse respondit Infelix hec sunt epule quas ego semper optavi. Certi enim viri desiderant pro Christo pati sciendo quod ipsi persecutores sunt instar apium fabrorum fullonum et conflatorum. Sunt enim tamquam apes quia licet pugnant per penam tamen mellificant prestando dulcedinem eternam premii. Circumdederunt me sicut apes. Sunt sicut fabri quia licet tamen aurum feriant tamen

coronam et nam fabricant premii. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores super coronam. Item sunt sicut fullones qui lotum argentum ponunt in flamma tamen ipsum purgant ab omni scoria. Malachie 3. Ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullonum et sedebit conflans et emundans argentum purgabit filios Levi. Deus enim per persecutores et lavat sanctos instar fullonis et purgat eos instar conflatoris. Secundo beatus Laurencius certavit contra carnificem. Sicut enim carnifex certavit contra ipsum infundendo penam Laurencius certavit contra carnificem afferendo constanciam et pacienciam et sic vicit carnificem torquentem et Laurencium constanciam et pacienciam ostendentem. Grave erat certare cum ipso duobus armis scilicet constancia et paciencia beatus Laurencius se armavit de cuius constancia dicit Augustinus. Beatus Laurencius sic mansit in Christo usque ad temptacionem usque ad tirannicam interrogacionem usque ad atrocem comminacionem usque ad peremptionem in qua longa morte quia bene manducaverat et bene biberat tamquam illa esca saginatus et illo calice ebrius tormenta non sensit non cessit et in regnum successit. Erat enim ita fortis et robustus quod ex eo quod erat divina caritate ebrius et saginatus. Iam sicut dicitur Cantica 8. Fortis est ut mors dilectio. Sicut enim mors totaliter separat ab homine scilicet animam sensum et motum Sic caritas dei in homine spirituali separat animam ab amore mundi separat sensum carnis separat motum pe

t iam Item quod sit mortuus sibi per
separacionem hic ab ipso (sit mortuus sibi
separatorum spiritui sensus) sit mortuus
malo per separacionem motus peccati ut sit
Cristus sit loco hic loco sensus et
eo motus vivificando ipsum per amo-
rem infundendo sensum per fidem
et ducendo ipsum ad bona operacionem
tunc sit quod apostolus dicit Galatas 2
vivo ego iam non ego vivit vero
in me Cristus Item tanta fuit ardo-
ris constancia sed eciam paciencia per
quam tyrannum vicit et seipsum in eo
superavit proverbiis 16 Melior est paci-
ens viro forti hoc quo ad victoriam
tyranni et qui dominatur animo suo ex-
pugnatore urbium hoc quo ad victo-
riam sui animi Sed de impatientibus
dicitur proverbiis 17 Os fatuorum ebullit
stulticiam olla bulliens aquam ex tra
recipit ignem extinguit et se
ex extinguitur quia impaciens igne
furoris succensus sepe proicit
aquam fetidam id est iniuriam et con-
tumeliam Ecclesiastici 8 Nec comitteris con-
vivio indocto ne male de progenie
tua loquatur Et si ita forte habeat
aliquam prerogativam contra per impa-
ciencie evacuatur Ecclesiastici 20 Gracie
fatuorum evacuantur Et si aliquis
igne zeli succensus ipsum repre-
hendit magis per verba contumelio-
sa illius ignem extinguit Ecclesiastici 3
ignem ardentem id est zelum fructuosum
extinguit aqua id est irrogata iniu-
ria et contumelia ipsius sepe totus
a bono proposito frangitur et omnis sa-
piencia evacuatur Ecclesiastici 21 Cor fa-
tui quasi vas confractum omnem
sapienciam non tenebit. Tercio certa-
vit contra dyabolum ipsum feriendo et se
protegendo. habuit quidem arma ad
feriendum que sunt gladius divi-
ni sermonis et reverencia voluntatis
De primo dicitur Ephesios 6 Gladium

spiritus sancti scilicet assumite
quod est verbum dei de hoc etiam dicitur
Hebreos 4 vivus est sermo dei et
efficax et penetrabilior omni gladio
ancipiti sermo predicatoris est vivus
per rectitudinem intencionis est
acutus per vehemenciam sensus
et penetrans per intimus per
doctrinam verbi et operis ut predicat
verbo et opere et exemplo. ferebat
eciam ipsum dyabolum fortiter resi-
stendo de qua resistencia dicitur
Jacobi 4 Resistite dyabolo et fu-
giet a vobis non dicit recedet vel
recedat sed fugiet ab aliquibus
enim dyabolus non exit ab aliquibus
non exit sed non recedit ab aliquibus
non exit et recedit sed non fugit
ab aliquibus non exit fugit et re-
cedit Sunt enim quidam necessitati peccati
addicti quidam in malo inveterati
quidam tepidi quidam fervientes et
devoti ab illis ergo qui sunt addicti
peccati necti non exit quia eos cathena
ferrea vinculavit de qua sic dicit
Augustinus in libro confessionum Suspirabam
ad te ligatus non ferro alieno
sed mea ferrea voluntate velle
meum tenebat inimicus et inde mihi
cathenam fecerat et constrinxerat
me quippe ex voluntate perversa
facta est libido ~~et facta~~ et dum
servitur libidini facta est consuetudo
et dum consuetudini non resistitur
facta est necessitas quibus quasi ansu-
lis sibi met innexis unde
cathenam appellavi Sed non illi qui
sunt in malo inveterati aliquando
penitent dyabolus ab eis exit sed
non recedit sed ibi prope expectat
quia scit quod post modicum est reversu-
rus et ideo dicitur Luce 11 Revertar
in domum meam unde exivit

Et tepidis aut cedit et recedit sed
non recurrendo fugit sed lento gres-
su vel passu recedit Sicut enim
isti leniter et tepide deo serviunt sic
leniter et tepide deus repellit unde
de talibus dicit Apoc. 3 utinam
calidus esses aut frigidus sed quia
tepidus es incipiam te evomere
de ore meo A facie autem ferventis
qui ferventer deo serviunt dyabolus
cedit recedit et tremens fugit quia
sancti ubi fortiter valide resistunt et
ipsum fortiter insequentes in fugam
convertunt / Habuit eciam arma ad
se protegendum Et ista sunt tria
de quibus dicit apostolus Ephe. 6 In-
duti loricam iusticie in omnibus
sumentes scutum fidei et galeam

4.

salutis assumite / Dyabolus enim
habet multa tela et venenata et
ignita ideo ut possit omnia tela
Et hec quia multa nequissimi et hec
quia venenata ignea extinguere
et quia ignita Quia enim sunt
multa / debemus induere loricam
iusticie i. caritatem que dicitur
lorica et quia ex omni parte in-
munit et iusticie quia unicuique ius
suum reddere facit Si igitur dyabolus
qui habet multa tela ea per diversas
partes iecerit nichil nocebit quia
undique armatum muniet invenit
Quia sunt ignita debemus assu-
mere scutum fidei in quo omnia ig-
nita tela dyaboli extinguuntur Totum
enim mundum dyabolus implevit igne
cupiditatis voluptatis et ambicionis
de quo igne dicitur Johannis 5 Totus
mundus in maligno i. in malo
igne positus est Sed istum triplicem
ignem fides extinguit Hebr. 11
Fide Moyses grandis effectus
negavit se filium filie Pharaonis

Ecce quia ignem extinxit fi[dei]
ignem ambicionis magis eligens
affligi cum populo dei etc. Ecce quia
extinxit ignem voluptatis ma-
iores existimans divicias thezauro
Egypciorum inproperium Ecce quia
extinxit ignem cupiditatis [...]
tela dyaboli sunt venenata debet
armari galea salutis i. spe quia
enim ira sepe est inimica et
sicut accipit cor avis quod capit
statim inficit et cor statim per[dit]
Sic dyabolus venenum sue malicie
in mentem mittit ut spem ipsius
extinguat Quia si potest auferre
spem per consequens aufert omnes
virtutes et omnia opera que homo
facit vel facturus est Sed ex ca-
rnacio beati Laurencii triplex incendium
Ignis enim materialis foris urebat car-
nem ignis vero spiritualis qui est
divini amoris inflammabat mentem
Et sic intus igne spiritualem virtutis
inflammatum et materialem exterius vi-
cerit magnum erat certamen Sed
ignis interior ignem exteriorem su[perabat]
Ambrosius Corporali Laurencius
laborabat incendio sed divinus
amor materialem restringebat ardorem
Extinctus autem fuit ignis exterior
in Laurencio per quatuor remedia
Primo ut dictum est per amorem
igne inflammantem habuit enim
triplicem ignem intus qui exterius
extinguebat / Primus est caritatis
ignitus Augustinus Superavit caritas
cristi in Laurencio flammam non
potuit quia segnior erat [...]
qui foris ussit quam qui intus ac-
cendit / Secundus est fidei succensa
Ambrosius Inquantum in Laurencio
fidei ardor ferbuit intantum

ampliati flamma surrexit. Iste est
[il]luatus ignem i. fidei fervorem
[i]gnitus in [illegible] Luce 12: Ignem
veni mittere in terram. Hoc igitur
igne beatus Laurentius accensus
flammas non sensit incendii. Et iam
[illegible] vitalis lucida. Ambrosius: Fortissimum
martirem Laurentium sevissima per-
secutoris flamma superare non potuit
quia longe ardentius veritatis
radiis mens eius accensa fuerat.
Secundo extinctus est per rorem refrige-
rantem. Habuit enim triplex refri-
gerium. Primum est celestis gracie. Ambrosius:
Cum beatus Laurentius ignitis
craticulis tormenta sentire poterat
in sensibus refrigeria paradisi pas-
cebat. Secundum est meditatio legis
divine. Ieronimus: Dum Christi precepta
cogitat frigidum est illi omne quod
[illegible]. Tertium est puritas conscientie. Idem:
[illegible] affectu totis visceribus forti-
ssimus martir et victor sed regnum
celi per tractatus refrigeria conscie[ntie]
[illegible] exultat. Tertio extinguebatur
ignis exterior per aquam elemo-
sinarum refrigerantem. Elemosina enim
est aqua dei unde dicitur [illegible]
[illegible] et moysis aqua. Et quia
ista aqua in Laurentio fuerat qui
thesauros pauperibus distribuit ideo
exteriori igni resistebat. Eccli. 3: Ignem
ardentem extinguit aqua et [illegible]
ista aqua elemosina resistit
peccatis. Quarto extinguebatur per
ventum spiritus sancti inflamantem.
Ventus enim magnus exterius ignem
extinguit, magnum vero magis acce[ndit].
Spiritus enim sanctus dicitur ventus
iuxta illud Iohannis 3: Spiritus ubi vult
spirat. Iste ventus spiritus sancti interio-
re Laurentium vehementer flabat et ideo

ignem exteriorem extinguebat
magnum vero interiorem amplius in-
flamabat. Cantica 4: Surge aquilo
et veni auster et perfla ortum meum
et fluent aromata illius. Auster
qui est fervidus et calidus signat
spiritum sanctum qui et fervidat in bono
ope et inflamat in dei amore.
Ortus dei est Laurentius plenus
floribus et herbis virentibus
diversarum virtutum. Iste auster hunc or-
tum perflavit quia Laurentius
spiritu sancto totus repletus fuit qui per-
flavit intus igne amoris amplius
inflamando. Ambrosius: Ardebat ex-
trinsecus martir Laurentius sed
maior illum intrinsecus Christi amoris
flamma ardebat qui perflavit exterius
ignem exteriorem superando. Ambrosius:
Odio mundi et amore veritatis
accensus opposita sibi extrinsecus
flamma aut non sensit aut non vicit.
Sic igitur isto orto perflato aroma-
ta fluxerunt et intus per sancta
desideria. Ambrosius: Licet iaceret
ante pedes tiranni exusta toto
corpore quia anime nil tamen detrimenti
patitur intus cum animus demoratur
in celis. Fluxerunt quia et extrinsecus
per adversitatem fama. Ambrosius:
Eterna mirabilis eius animi for-
titudo non solum non cessit sed
etiam alios exemplo sue tolle-
rantie roboravit. Idem: Beati Lau-
rentii exemplo provocamur ad
martirium, accendimur ad fidem,
incalescimus ad devotionem.

Sermo quartus de eodem

Probasti cor meum et visita-
sti nocte igne me examinasti
et non est inventa in me iniquitas.
Verbum istud sumptum est de illo
psalmo Exaudi domine iusticiam
meam. Cantat ecclesia ad gloriam
sancti Laurentii in quibus [illegible] tuor

a

de ipso dicitur sicut quod fuit a deo pro-
batus a deo visitatus a deo coro-
natus et sine peccato inventus
fuit quidem a deo probatus cum
dicitur probasti tormentis etc. Et ita quod
nandum quod sapiens probatur argen-
to paciens obprobrio fortis plus
fidelis iusticia. Et quia beatus Lau-
rencius erat sapiens paciens
fortis et fidelis ideo deus super
hiis eum probare voluit ut nobis
innotesceret si talis esset. Primo
cum sapiens esset probatus est
per argentum quia tyranno obici-
enti dabat responsum unde
cum tyrannus thesauros peteret
Laurencius pauperes collectos
dixit Ecce isti sunt thesauri
ecclesie qui numquam minuuntur
sed crescunt qui in singulis
dispergunt et in omnibus inveni-
untur. Horum enim manus thesau-
ros in celo deportavit pul-
chra et sapiens responsio per
quam ostenditur quod spiritualia
bona aliis communicata non minu-
untur sed crescunt. Unde dicit
Augustinus Omnis res que dando
non deficit dum habetur
et non datur nondum eo modo ha-
betur quo habenda est. Caritas
autem nulla sectas ad invicem co-
mmunicari possunt unde Augustinus
in libro 2o de doctrina christiana. Congratu-
late illi cui deus aliquam gratiam
dedit et potes in illo quod in
te non potes. Ille forte habet
dignitatem ama illum et tua est
tu habes maiorem paciam dili-
gat te et sua est illo potest satis
vigilare si non invideas tua est
studium suum per tu forte potes
amplius ieiunare si amat te suum
est ieiunium tuum. Videte quid
in illo tu es possessorem cum non

non es sed per caritatem tuum est
hoc. Omnis quod Laurencius tam sapienter
respondebat sapientem se osten-
debat Math. 12 Ex habundancia cor-
dis os loquitur. Ideo tam sapienter
respondebat quia os suum in corde
suo habebat. Secundo quod esset paciens
probatus est per obprobrium et tor-
mentum quia multa obprobria audivit
et tormenta sustinuit sed in hiis
paciens fuit. Gregorius Qualis unus-
quisque apud se lateat illata contume-
lia probatur. Ex eo quod animam suam in pacien-
tia sua habuit Luce 21 In pacien-
cia possidebitis animas vestras, et
non dicit linguas vestras vel ma-
nus sed animas vestras. Paciens enim
debet possidere linguam suam ne
pro contumeliis contumelias re-
dat iuxta illud Proverbiorum 26 Ne re-
spondeas stulto secundum stulticiam
suam. Debet possidere manum ne
pro iniuria iniuriam inferat. Romanos 12
Non vos defendentes karissimi sed
date locum ire. Debet possidere animam
suam ne in corde amaritudinem
odii teneat Hebreos 12 Ne qua ra-
dix amaritudinis sursum ger-
minans impediat et per illam
inquinentur multi. Quamvis quis pos-
sit animam suam possidet manum
et linguam sed non ex toto. Sunt
enim qui nec impaciencie respondent
nec percuciunt sed tamen odium
in corde gerunt. Cui non in-
paciencia remanet ab anima re-
manet a manu pius et a lingua.
Ideo quidam radicem impaciencie
removere docens dixit In paciencia
vestra possidebitis animas vestras.
Extra igitur istam possessionem
ponitur qui per odium in corde manet

…ia quod fuit fortis probatus in prelio i.
suo martirio. Seneca ad Lucillum
…ia omni morbo grauiora sunt
…ctus mortis, dolor corporis, inter-
…missio voluptatis, et potest addi vacari
…voluptatis aut dulcis dilecto quae
…mit amicos, aut prosperitas tempo-
…ralis que demulcet animos. Hiis modis
…at dominus electos suos si fortes sint
…t per illationem mortis et doloris
…corporis aut subtractionem amicorum
…ut amissione rerum temporalium. Hiis
…modis probatus est Iob. Iram hostis
…mortem sibi minatus fuit et
…corpus eius graui vlcere vulnerauit
…carissimos filios contriuit et
…omnia bona temporalia abstulit. Hiis
…ia modis beatus Laurencius proba-
…s est fortis fuisse scilicet metu mortis
…quod tyrannus omne genus tormen-
…torum minatus est in ipsum, responde-
…si sacrificaret diis eius. Sed
…e mortem libenter propter Cristum
…sustinuit temporalem ut vitam posset
…uenire celestem. Ciprianus: Ascelus
…t qui tempore mori et metuunt
…uiuere quia pro Christo viuere et metuunt
…mori. Probatus est eciam dolore cor-
…poris quia receptus est fustibus, scor-
…pionibus, lamminis ardentibus, plumbatis
…in tormentorum genera et tandem
…craticulam ferream. Sed quo magis
…cruciabatur eo magis amplius in deo
…exultabatur. Unde dixit tyranno: In-
…felix has epulas semper ego op-
…taui. Probatus est sub tractatione ama-
…tissimo patris sui, scilicet beati Sixti,
…quod pacienter sustinuit, cuius sub-
…tractionem sciens quem habet
…patrem in breui habiturus erat
…heredem. Probatus est amissione
…rerum temporalium quia omnia bona ec-
…clesie que tyrannus habere cupiuit in-
…cepit atque diripuit. Sed talem
…amissionem rerum diligenter

sustinuit. Hebr. 10 capitulo: Rapinam vestro-
rum bonorum cum gaudio susce-
pistis cognoscentes vos habere
meliorem et manentem substanciam.
Sancti enim viri non curant de ami-
ssione rerum temporalium scientes quod
omnia orta tabescunt et finiuntur
crescunt [?]. Hec lex dei est ut omnia
orta occidant aucta senescant
ut infirmentur fortia et magna
minuantur ut cum minuta et
infirmata fuerint finiantur. Secundo
probatus est fuisse fidelis per ministe-
rium, i. per fidelem distributionem
thesaurorum. Unde tantum de eo
dixit: dedit pauperibus. Ipse enim
dispersit i. dilapso sparsit quia non
uni sed pluribus dedit. Item dedit
non vendidit quia non quesiuit
munus a corde i. terrenalem dilec-
tionem, nec munus ab ore i.
humanum fauorem, nec munus
a manu i. temporalem retributionem
nec munus ab obsequio i. cor-
poralis obsequii recompensacionem vel
dedit quia non dandum aliis re-
liquit sicut illi qui post mortem
bona sua distribuenda dimittunt.
Talia enim est instar candele lu-
men preferentis et ideo qui habet
tale lumen tenebras non metuit.
Thobie iiii° Elemosina ab omni
peccato et a morte liberat et non
patitur animam ire in tenebras. Est
instar pupille oculi animam diri-
gentis. Eccli 17: Elemosina eius
illius quasi saculus cum illo sit.
Est instar seminis centesimum
fructum reddentis. Luce 8: Et or-
tum fecit fructum centuplum. Sed qui
igitur tum post mortem voluit ele-
mosinas facere similes sunt illis
qui volunt habere lumen post tergum

et ideo cadunt in foveam purgatorii
vel etiam inferni. Qui etiam volunt
extra oculos post caput suum et ideo
sepe precipitantur et cadunt. Qui
volunt seminare post tergum suum
et ideo parvum fructum recolligunt.
Secundo fuit a deo visitatus unde dicitur
Et visitasti nocte / per noctem
intelligitur tribulatio que sepe sen-
sualitatem perturbando obscurat
per visitationem intelligitur divina
consolatio quam deus sanctis suis
in tribulatione positis sepe donat.
In illa igitur nocte tribulationis
deus beatum laurencium visitavit
quia quatuor consolationes sibi de-
dit de quibus dicitur in psalmo
Et nox illuminatio mea in deli-
ciis meis quia tenebre non ob-
scurabuntur a te et nox sicut dies
illuminabitur sicut tenebre ita et
lumen eius. Prima igitur consolatio
causatur ex divini amoris dulcedine
supra. Sic beato laurencio sua
tribulatio in deliciis versa erat
qui dicebat Maior quia tormenta
tua delicie mihi sunt omnia enim
levia et mania facilia et prope
nulla facit amor. Secunda causabatur
ex securitate gratie. Securus enim erat
quod in sua tribulatione a gratia dei
cadere non poterat. Et ideo subditur
Quia tenebre non obscurabuntur
a te. Tunc tenebre non obscurantur
quando quis in tribulationibus posi-
tus per peccata talia non obnu-
bilatur. ysaie 43 Cum ambulaveris
in igne non combureris. Et hoc
poterat dicere cum apostolo Ro. 8 Certus
sum quia neque mors neque vita
poterunt nos separare a caritate
dei que est in deo. De deo confidens securus
dicebat deum meum colo et ipsi
soli servio et ideo non timeo tormenta

tua. Tertia causabatur ex scientie clari-
tate et ideo subinfertur Et nox
sicut dies illuminabitur. Tunc enim nox
sicut dies illuminatur quando tribula-
tione conscientie serenatur. Istam serenitatem
et lucem conscientie ipse habebat cum
dicebat Mea nox obscurum non habet
sed omnia in luce clarescunt. Quarta
causabatur ex certitudine glorie et ideo
subiungitur. Sicut tenebre eius ita
et lumen eius. Tunc lumen et
sicut tenebre quando quis recipit
multitudine celestium gaudiorum
secundum multitudinem passionum. Psalmus
secundum multitudinem dolorum
~~consolationum~~ meorum consolationes
tue letificaverunt animam meam. Istam
celestis glorie certitudinem habebat
cum dicebat Gratias ago tibi domine
quia ianuas tuas ingredi merui. Tertio fuit examinatus unde in psalmo
Igne me examinasti. Circa
notandum quod quedam examinantur
tactu ut argentum ad lapidem
quedam sonitu ut vasa si sunt
plena vel vacua ut campane
si sunt fracte vel integre. Que-
dam vento vel flatu ut granum
et palea. Quedam igne ut aurum.
Istis modis examinavit deus electos
suos. Primo tactu sicut Iob qui
tactus manu gravissime displi-
cuit. Iob 2o Mitte manum tuam
et tange os eius et carnem
eius etc. Sic tactus fuit beatus
laurencius qui totus fuit la-
ceratus et adustus et ideo tamquam
argentum electum est inventus.
Secundo et melius potest dici illud Ieremie 6
Argentum reprobum vocant eos.
Tali tactu cognoscuntur filii dei.
Gen. 21 Accede ad me ut palpem

te vitrum sic filius meus per magne-
ntius an non Ezech. 5 Crudelis la-
pidis virtus probatio secundum in illis
solent homines ad lapidem probare
vires suas. Si enim lapis nimium
ponderat viles homines ipsum porrigunt
magnanimes portant quia disci-
plina qua deus tangit effeminati
spernunt boni vero viri amplectuntur
et diligunt. Secundo examinantur
ventu quia responsio patientis
tribulationem indicat grane plenitudi-
nem vel vacuitatem et virtutis
perfectionem. Unde tanta de martiribus
leguntur gladiis more bidencium
non murmur resonat etc. Sic beatus
laurencius non murmuravit sed
potius dedit sonitum laudis. Unde
cantat ecclesia quia dominum asseritur
non negavit dominum deum et ideo
inventus est sacrificium laudis
sonitum confessionis. Unde ait ecclesia
accusatus non negavi nomen sanctum
tuum interrogatus te Christe confessus
sum. Sonitum vere devocionis ecce
dixit assatus sum iam versa
et manduca. Tercio examinantur
vento ~~[struck]~~ honoris et vituperii
quia illi qui sunt palea i. bono
vacui a vento rapiuntur. Illi vero qui
sunt granum i. in bono solidi non
elevantur. Talis erat qui dicebat
I Cor. 4 Michi autem pro minimo
est ut a vobis iudicer etc. Talis
fuit beatus laurencius qui non potuit
elevari vel a vento honoris cum
esset archidiaconus nec laudis
cum pauperes eum sepe laudarent
nec vituperii cum infideles sepe
eum blasphemarent. Secundum
est quod quando non est aliquis ventus
remanent in simul palee et fru-
mentum. Tercium vero est aliqua aura
mista arista et palee evanescunt.

Quando vero est ventus validus tunc
palee simul et in frumento dispergunt
nisi illa que in horreo reposita
sunt. Quando vero nulla est tribulatio
boni et mali in simul sunt nec
ab invicem discernuntur. Quando vero a-
liqua tribulatio advenit mali re-
cedunt et boni remanent. Quando
vero maxima tribulatio et persecutio
advenit sicut erit tempore antichristi
tunc non solum mali sed eciam multi
qui videbantur esse electi recedent
et solum illi remanebunt qui iam
in horreo eterne beatitudinis per divinam
predestinacionem fuerunt collocati.
Quarto probantur igne tribulacionis
Eccl. 27 Vasa figuli probat fornax
et homines iustos tribulacio temp-
tacionis. Sapie. 3 Sicut aurum
in fornace probavit eos. Eccl. 2
In igne probatur aurum et argentum etc.
Isto igne probatus fuit beatus
laurencius qui habuit ignem adu-
stionis in carne ignem amoris in
corde ignem sermonis in ore
ignem fervoris in opere. Quinto
fuit inventus sine peccato. Unde dicitur
Et non est inventa in me iniqui-
tas. Sexto eum vi igne tribulacionis
acquirunt sanctitatem mali vero
acquirunt iniquitatem. Sicut ostendit
Aug. in libro de civitate dei
multiplici exemplo scilicet palee et
auri stipule et frumenti amur-
ce et olei luti et unguenti. Re-
manet dissimilitudo passorum in
similitudine passionum. Ita sic
sub uno igne ~~[struck]~~ aurum rutilat
palea fumat et sub eadem tritula
stipule comminuuntur frumenta
purgantur nec ideo amurca cum
oleo confunditur quia eodem pre-
lo pondere exprimuntur. Ita una eadem
que vis irruens bonos probat

purificat et eliquat malos dissipat vastat et contaminat unde in eadem afflictione mali deum detestantur atque blasphemant boni autem predicant et laudant. Interest enim non qualia sed qualis quisque patiatur. Nam pari motu et exalat horribiliter cenum et suaviter fragrat unguentum. Primo igitur hoc ostendit exemplo palee et auri. Mali quidem sunt palee i. omni bono vacui igne eterno concremandi leves et dissoluti. Boni vero tamquam aurum sunt lucidi in fama fragrantes in vita incorrupti in conscientia. Sed mali sub igne tribulationis fumant quia efficiuntur tenebrosiores. Boni vero rutilant quia efficiuntur lucidiores. Secundo hoc ostendit stipule exemplo et frumenti palea. secundum Ysidorum. Est a deo frigida ut nives fluere non sinat a deo calida ut poma immatura maturari compellit. hoc eciam sic dicit Augustinus in libro de civitate dei. Cuius palee dedit vel tam frigidam vim ut obrutas nives servat vel tam calidam ut poma immatura maturat. Per paleam igitur intelliguntur peccatores qui tantam vim habent frigiditatis ut non sinat fluere nives peccatorum per contritionem. Iere. v. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam frigidam facit maliciam suam et habent tantam vim caliditatis concupiscencie ut mala desideria a diabolo iniusta et adhuc immatura per suggestionem ipsi maturare compellant per consensum et delectationem. Osee. vii. Tota nocte dormiens coquens eos mane ipse succensus quasi ignis ardescit. Per frumentum intelliguntur boni. frumentum enim secundum Ysidorum dicitur a fruendo i. vescendo quia deus vescitur puritate sanctorum. Cantica ii.

Qui pascitur inter lilia i. pura corda. Mali igitur tamquam palee consumuntur boni tamquam frumentum purgantur quia sub eadem artantur persecutionibus et mali consumuntur per impatientiam et boni purgantur per maiorem mundiciam. Tercio exemplo amurce et olei. Mali sunt amurca in luto infernali proiciendi a porcis i. a demonibus conculcandi. Boni oleo i. consolatione spiritus pleni. Boni vero sunt oleum unctione spiritus sancti plenitudi et a terrenis affectionibus elevati. Sed per plura tribulationes deus de bonis eliquat oleum devotionis. Malos vero contaminat per impatientiam murmurationis. Quarto exemplo luti et unguenti. Mali enim sunt lutum in cloacam infernalem proiciendi. ps. Ut lutum platearum delebo eos. Boni vero unguentum dulcibus odoribus pleni. Cant. i. Unguentum effusum nomen tuum. Eo modo igitur motu tribulationis boni spirant odorem bone fame. ii. Cor. ii. Christi bonus odor sumus in omni loco. Mali non spirant odorem nisi de cantice. Ys. 34. De cadaveribus eorum i. de mortuis animabus eorum ascendet fetor etc.

Sequitur

Sermo quintus de eodem

Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. Istud verbum cantat specialiter ecclesia de beato Laurencio qui thesauros sibi a beato Sixto papa commendatos pauperibus distribuit. Ubi duo ponuntur de bono elemosinario scilicet meritum eius cum dicitur Dispersit dedit pauperibus et premium eius subiungitur Iusticia eius manet in seculum seculi. Circa primum sciendum circumstancie quas bonus elemosinarius debet habere. Primo namque debet habere divisionem quia non omnibus debet

sed in pluribus dividere et hoc notatur
cum dicitur dispersit .i. diversis dispersit
pauperes namque sunt intercessores
mundi primo iste pauper clamavit
et dominus exaudivit eum Et melius
est habere plures intercessores quam unum
Sunt ianitores celi Luce 16 Facite
vobis amicos de mamona iniquitatis
ut cum defeceritis recipiant vos in eterna
tabernacula Et melius est habere amicos
multos ianitores quam unum Sunt
iudices seculi Job 36 Iudicium pau-
peribus tribuit Et melius est habere
plures advocatos quam unum Sunt
heredes et possessores regni Math
5 Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum
est regnum celorum Math 19 Omnis
qui reliquerit domum etc. centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit
Et melius est habere omnes heredes
amicos quam unum Sunt patroni
et mediatores nostri per quorum ma-
nus elemosinas nostras ad deum
mittimus unde dixit Laurentius
thesauros ecclesie quos requiris manus
pauperum in celestes thesauros de-
portaverunt Et melius est habere
plures mediatores quam unum Greg
attribuendum prius cur ceteris quando
id quod iacenti in terra paupertatis
sedenti in celo deitatis Deum
si potentia elemosinis emitur
pauperes audiendi non sunt sicut
reges sed ut patroni exorandi
Tercio debet habere discretionem quod
notatur simul in hoc quod dicitur
dispersit .i. discrete dispersit Circa quam
discretionem maxime attenditur in
tribus scilicet ut quis det de iusto
det debito modo et incipiat a se
ipso Det namque de iusto et hoc de
iusto vel ad dispensandum commisso
.i. de patrimonio Cristi solam dis-
pensationem habent Aug Facul-
tates ecclesiarum patrimonia sunt pau-
perum et sacrilega cum crudelitate

subtrahitur quicquid sibi ministri
et dispensatores non utique domini vel
possessores ultra victum et vestitum
accipiunt vel de iusto per hereditate
dimisso ut est proprium patrimonium
et hoc est elemosina melior vel
de iusto propriis manibus acquisito
Ephes 4 Qui furabatur iam non
furetur magis autem laboret operando
manibus quod bonum est ut habeat
unde tribuat necessitatem ~~[struck]~~
patienti et hec est elemosina
optima Debet igitur fieri ele-
mosina de iusto et acquisito Cla-
sicut dicitur Eccl 34 Immolantis ex
iniquo maculata est oblatio eius
Sicut aqua si munda est lavat Si
immunda est inquinat Sic et
elemosina ibidem Qui offert sacri-
ficium de substantia pauperis quasi qui
victimat filium in conspectu pris
Sunt quale est illud munus quod
alter cum gaudio accipit alter lacri-
mis hoc amittit Circa discretio
consistit in debito modo Istum autem
debitum modum assignat Greg
in pastorali dicens Curandum est ut
dispensatores tradita sollicite per-
pendant ne commissa indigne
~~tenui~~ distribuant ne aliquid quibus
nulla impendere ne nulla quibus
aliqua ne multum quibus parva
ne parva praebeant quibus multa
impendere debuerunt Attenditur
etiam discretio ut homo incipiat
a se ipso quia qui aliis vult misereri
impendere prius debet sibi tamen
exhibere iuxta illud Eccl 30 Miserere
anime tue placens deo Gregorius
in pastorali Qui escam et vesti-
mentum pauperibus largitur sed tamen
anime et corporis polluitur iniquitate
quod minus est offert iusticie quod maius
est ~~tui~~ culpe sua quippe dat deo
et se dyabolo Unde dicitur Math 16

Quid dignum offeram domino curvabo genu deo excelso numquid offeram ei holocausta et vitulos anniculos numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo fructum ventris mei pro peccato anime mee. Indicabo tibi homo quid sit bonum et quid dominus requirat a te utique facere iudicium diligere misericordiam et sollicitum ambulare cum deo tuo. Loquitur propheta acsi cum aliquis interrogaret per quid posset deo placere et primo querit si per orationum multiplicationem cum dicat Curvabo genu deo excelso vel per elemosinarum largitionem cum dicat numquam offeram ei holocausta etc. vel per alienam satisfactionem ut scilicet filium suum in religionem ponere qui pro ipso penitentiam faciet cum dicat Numquid dabo primogenitum meum etc. Et respondet propheta per singula sed modo retrogrado cum Indicabo tibi homo quid sit bonum utique facere iudicium etc. acsi dicat Interrogasti me si tibi sufficeret ad salutem filium tuum in religionem ponere et ego dico tibi quod non sed oportet quod tu iudicium facias de corpore ut sicut caro tua delectata est in peccatis sic affligatur in penitencie lamentis. Iniquum esset et inconveniens ut tu peccatum faceres et filius tuus penam portaret. Secundo interrogasti me si tibi sufficeret elemosinas facere et ego dico tibi quod non sed diligere misericordiam scilicet nisi tibi prius misereris non esset conveniens quod aliis esses pius et tibi impius. Qui enim diligit iniquitatem odit animam suam. Tertio interrogasti si sufficeret multas orationes et ego dico tibi quod non sufficit facere orationes nisi etiam sollicitus sis pro bonam

operationem. Et ideo elemosinarius debet habere liberalem distributionem quod notatur in verbo dispergendi Thobie 4 Si multum tibi fuerit habundanter tribue. Ieronimus super epistolam ad Galatas. Operemur bonum dum tempus habemus. Unde et Tytus Vespesiani filius tante bonitatis esse dicitur ut cum quadam nocte recordaretur in cena quod nichil boni fecisset illa die dixit Amici hunc diem perdidi. Istam liberalitatem habuit beatus Laurencius qui dedit pauperibus beneficium temporale quia scilicet thezauros ecclesie distribuebat spirituale quia articulos fidei ipsos instruebat corporale quia infirmos et cecos sanabat et personale quia eorum pedes lavabat. Ergo si non potes dare rem saltem da voluntatem bonam. Gregorius Ante dei oculos numquam est manus vacua a munere si cordis archa repleta fuerit bona voluntate. Augustinus super psalmo Si potes dare da si non potes affabilem te presta. Coronat deus intus voluntatem ubi non invenit facultatem. Tercio liberalitas ab ea caritas est que fructus est precepti non erogatur de sacculo creato debet habere gratuitam donationem quod notatur cum dicitur dedit non vendidit. Illi vendunt qui expectant retributionem. Ieronimus ad Nepotianum Sunt qui parum pauperibus tribuunt ut amplius accipiant et sub elemosine pretextu divitias querunt que magis appellanda est venatio quam elemosina. Illi vendunt qui appetunt humanam laudem. Ambrosius in libro de officiis Verum est liberalitas illa perfecta si iactantie

magis largitatis quam iactantie
nunc causa affectus tuus opi tuo non
inopis Math. 6 Cum facis elemo-
sinam noli tuba canere etc. Ille re-
dit qui dum recepttare facit Eccl. 4
Cor inopis ne affligeris et ne pro-
trahas datum angustianti Job 31
Si oculos vidue expectare feci
Aug. super psalmo plerumque datur
elemosina a tristibus ut tedio
careat interpellantis non ut vi-
scera reficiant indigentis Ps.
panem esurienti dedisti pane et me-
ritum amisisti Augus. Qui dat
ut careat tedio interpellantis non
ut reficiat viscera indigentis
et rem et meritum perdit Seneca
de beneficiis libro 1o Nam ingratus
quisque adeo non est qui beneficium
aut superbe obicit aut iratus
impendit aut fatigatus ut mo-
lestia careret dedit Idem Ab Anti-
gone cinicus petiit talentum
respondit Antigonus plus
esse quam cinicus petere debet
repulsus petiit denarium Audit
cinicus esse quam quod regem deceat
dare turpissimum etc. Cum cavil-
latio invenit quo nemini daret
In talento regem denario in
talento cinicum respexit cum
posset denarium tanquam cinico
dare et talentum tanquam regi | Quar-
to debet habere provisionem ut scilicet
ante mortem sibi provideat quod notatur
tamen in hoc quod dicitur dedit i. non
aliis dandum dimisit Eccl. 14 Ante
mortem bene fac amico tuo i.
Christo Aug. in sermone Redime
te dum vivis redime te dum po-
tes redime te dum pretium habes re-
dime te ne dum te mors anticipa-
verit ut vitam simul et pretium
perdas Talis est differentia inter dantem
ante mortem et post mortem

qualis inter illum qui habet cibum
preciosum et partem comedit et
partem amico tenuit et illum qui
illud quod non potest comedere amico vult
dare | qualis etiam inter illum qui potest
vitare ne in foveam cadat et illum
qui cadere non curat ut postmodum
retrahi se faciat | qualis inter
illum qui potest vitare carcerem et
illum qui se educi facit de carcere
Ideo dicitur Eccl. 14 Fili si habes
bene fac tecum et Deo dignas
oblationes Deo offer memento
quoniam mors non tardat | Tertio debet
habere electionem ut scilicet det pauperibus
non divitibus Deum timentibus
non histrionibus iustis non peccatoribus
Unde notatur cum dicitur dedit pau-
peribus | Debet namque dare pau-
peribus non divitibus Luce 14 Cum
facis prandium sive cenam voca
pauperes sive debiles etc. Thobie 4
panem tuum cum esurientibus et e-
genis comede Ieronimus Pars sacri-
legii est res pauperum non dare pau-
peribus Idem ad Palmachium (?) Nichil
cuiquam tribuas preter victum et
vestitum et manifestas necessitates
ne filiorum panem comedant
canes tamen Respice ne Christi pietatem
imprudenter effundas et rem
pauperum non pauperibus tribuas
et sim. prudentibus vi dictum
liberalitatis consilium | liberalitatis | Det
etiam dare Deum timentibus non
histrionibus Aug. super psalmo
Est qui dat histrioni vel meretrici
nec attendit ibi naturam operis Dei
sed nequitiam operis humani ~~non~~
~~dat turpitudini~~ nec dat forti-
tudini sed turpitudini | Sicut ergo
qui recipit iustum in nomine iusti
mercedem accipiet iusti et qui

recipit peccatorem in nomine peccatoris
mercedem perdet / Debet etiam
dare bonis non peccatoribus Eccl. 12
Bene fac iusto et invenies retri-
butionem magnam Item ibidem Da bo-
no et non recipias peccatorem / Bene-
fac iusto et non dederis impio quod
intelligendum est in duobus ca-
sibus Primus est si credas quod ipse
bonum tuum negligat facere iusticiam
Alius est cum non datur intuitu
pietatis ut si detur hystrioni ea
hystrionatus / Secundo ponitur meritum
boni elemosinarii cum dicitur Iu-
sticia eius manet in seculum seculi
Quicquid iusticia quadrupliciter
manet / Primo in sui iustificatione
quia et culpa remittitur Eccl. 3
Sicut aqua extinguit ardentem ignem
sic elemosina resistit peccatis et
gratia acquiritur Eccl. 17 Elemosina
viri quasi sacculus cum ipso et
gratiam quasi pupillam oculi con-
servabit Ambrosius Beneficium
largientibus proficit magis primo
quam suscipienti tamen miseri-
cordia quia ad indigentem per-
venit etiam permanet tribuenti Secundo
permanet in successorum imitatione
Exemplum enim sanctorum virorum
sicut Laurentii Ambrosii est
imitandum Tertio cum mori-
.i. beati Laurentii debet electa-
tis .i. viris spiritualibus accuere
Ad exemplum morus secundum Ambrosium
super lunam primo albescit deinde
rubescit postea nigrescit Sic
beatus Laurentius fuit albus
per innocentiam et candorem
fuit rubeus per sanguinis
effusionem / fuit niger per livo-
rem et ignis adustionem //
Quarto consistit in ecclesie militantis
honorabili recordatione Prov.
10 Memoria iusti cum laudi-
bus Ecclesia quidem valde honorat
beatum Laurentium / Habet

quia ieiunium habet octavam
Habet triplex officium missarum
scilicet in vigilia in die et in octa-
va / Habet ingressus specialem
Habet namque ieiunium quia pau-
peres pascebat et ipse esuriebat
Unde potest dici de eo quod refert
Ieronimus ad rusticum monachum
... et superius ... famule
pistorum esuriens alios pa-
scit et ore pallente ieiuniis
aliena fame torquebatur Sed et
ieiunium tunc est acceptum quando
est cum oratione et elemosinis
ideo ipse habuit orationem idest
dixit oratio mea munda est etc. / Dis-
tribuit et elemosinas largitur
quia thezauros pauperibus tribuit
ista tria valde competunt sancto
scilicet ieiunare orare et elemosinam
dare Augustinus in sermone dicit
Christiani ieiunemus et oremus
et donemus aliis cum moriemur
Aut si duas tantum res dicere volunt
eligant magis oremus et do-
nemus quam ieiunemus et non
donemus / Habet etiam octavam
que signat resurrectionem illi maxi-
me convenit corporis sui resurrectionem
qui in ipso corpore maiorem sus-
tinuerunt tribulationem unde ad Phi-
lippenses 3 Salvatorem expectamus
dominum nostrum Ihesum Christum qui refor-
mabit corpus etc. / Habet in
missa triplex officium quia scilicet fuit
virgo predicator et martir Habet in-
gressus confessoris et quod ipse pri-
vilegiatus martirum quia habuit
passionem acerbam et vitam sanctam
Est privilegiatus predicatoribus officium
quia predicavit verbo et exemplo
et temporali subsidio / ... in eterna
retributione / Sancta cum elemosina faci-
mus vitam eternam et ipsi
pauperes quibus elemosinas tribui-
mus in eterna tabernacula nos recipi-
ent habetur Luce 16 Augustinus

regnum celorum pauperum est quia pauper nichil habet in mundo et diues nil habet in celo et ecce quam discrete fecit deus omnia bona dedit duobus hominibus diuitibus terrena pauperibus celestia ideo domini volens vtrosque sal-uare constituit ut hic diuites su-stentet pauperes et pauperes eos in sua hereditate collocent et ut quod palud salvet petrus Ioannes Damianus pauperis est cistus gazo-phylacium que quia quicquid ac-cepit pauper habet cristus acceptum da pauperi terram ut accipias ce-lum / da nummum ut accipias re-gnum / da micam ut accipias totum / da pauperi ut det tibi quia quicquid pauperi dederis tu habebis / et quod alter non accepit pauper habebit alter sit

De sancto ypolito martire et sociorum eius sermo sequitur

Anima nostra sicut passer erep-ta est de laqueo venancium Iste psalmus cantatur ad honorem martirum quorum anima instar passeris est erepta In euangelio eciam hodierno in exemplum sanctorum passeres inducuntur cum dicitur Nonne quinque passeres veneunt dipondio In verbis ergo premissis sancti martires tria faciunt / primo cum de sui erepcione gratias agunt cum dicunt anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venancium / secundo modum istius erepcionis cum dicunt laqueus contritus est et nos li-berati sumus / tercio istam erepcionem non sibi sed deo attribuunt cum di-cunt adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram Circa primum duo consideranda sunt primo quare pauperibus assimulantur et hoc quatuor de causis quas po-tabimus est enim passer quantitate paruus unde passer a paruitate est dictus velocitate celerimus in vitando laqueos valde astutus in nidificando valde cautus In casu ergo quod est quantitate paruus representat illos de quibus dicitur Math 11 absondisti hec a sa-pientibus et prudentibus et re-uelasti ea paruulis et de quibus dicitur Math 18 Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli non in-trabitis in regnum celorum Dicit Gregorius quod pupilla quanto est minor tanto est lucidior animalia eciam habencia paruum caput plus audiosa sunt et forcia sicut patet in leone qui habet secundum magni-tudinem sui corporis paruum caput seu secundum magnitudinem corporis sui paruum corpus et ideo est ibi aggratus qui cum audacia et for-tem reddit animalia cum que habent magnum caput sunt multum timida granum eciam sinapis quod minimum est inter omnia semina olerum a deo crescit quod ramos facit super quos aues requiescunt per quod datur intelligi quod quanto quis est minor apud se ipsum tanto est lucidior apud deum / tanto est audacior contra dyabolum tanto magis crescit per opera virtutum ita ut eciam viri contemplatiui in eius virtutibus requiescant / Secundo passer est velocitate celerimus et signat sanctos viros qui operibus suis debent esse veloces et feruentes Eccle 9 In omnibus operibus tuis esto velox Prouerbiorum 22 vidisti hominem velocem in operibus suis coram regibus stabit Ecce dicitur de pigro Prouerbiorum 21

Omnis opifex in egestate erit Sed
dicit ambros qui non potest volare
ut aquila volitet ut passer qui non
pt ut contemplativus volare in
celum per celestem contempla-
tionem saltem volitet ut acti-
vus fugiendo quamvis conversatione
Et qui non pt esse magnus ser-
vando consilia saltem parvus servando
precepta Et qui non potest subito
apprehendere perfectam vitam ad illa
per bonam operationem sit tamen ne
volet sicut strucio qui ut a terra
parum se erexerit mox ad terram
redit Quarto aut sit volandum
et fugiendum dicit ambrosius
in libro de ysaac Fugiamus
ad patriam verissimam illic patria
nobis et illic pater a quo creati
sumus Sed que est ista fuga non
utique pedibus corporis non manibus
aut avibus aut equis sed fu-
giamus animo et oculis et pedi-
bus interioribus Tertio passer vivi-
tando laqueos est valde astutus
Quia sicut dicit ysi rabanus
nec facile laqueos irruitur nec
per ingluviem ventris ceterum
habitatione decipitur Similiter non
debet aliquis se mittere capi nec
laqueis gule nec luxurie nec
avaritie De laqueis gule di-
cit psalmo fiat mensa eorum
coram ipsis in laqueum Aug
in libro confessionum Dum ad e-
quitatem satietatis de indige-
tia molestia transeo in ipso transitu
insidiatur michi laqueus concu-
piscentie De laqueo dicitur luxurie
Ecc Inveni amariorem mor-
te mulierem que laqueus vena-
torum est etc De laqueo avaritie
sic dicit ambrosius in libro
de bono mortis Avis que de-
scendit de alto vel que in altum
se extollere non pt frequenter aut
laqueis capitur aut visco fallitur
aut quibuscumque insidiis irretitur
Sit ergo anima pura caveat ad ista
terrena descendere quia laqueus
in auro fixus in argento nectitur
in predio Dum aurum petimus
strangulamur dum argentum cu-
pimus infigimur dum predia inva-
dimus alligamur Quarto passer
est cautus in nidificando non enim
in terra nidificat nec pullificat
nec ovificat ne a vento rapiatur
aut ova a serpentibus devorentur
aut pullis a predatore rapiatur
sed potius in foraminibus petrarum
Cant 2 In foraminibus petre et
in foraminibus domorum ps Et enim
passer invenit domum et in ce-
litudine arborum ps Cedri
libani quas plantavit illic pas-
seres nidificabunt Spiritualis nidus
est anima in qua deus requiescit
in hoc mundo deus conservat sua
bona proposita tamen de omnibus pe-
riculis cavere quando bona proposita
in opus bonum producere facit Sed
qui si aliquis nidum i animam
ponit in terram per affectum tunc
dum est ne dyabolus qui est ventus
vehemens per suggestionem qui est
serpens et predator predator animarum
per manum gloriam capiat et bona
proposita comedat et bona opera ex-
tinguat Sancti enim nunc nidifi-
cant in petra i in christo qui dicitur
petra iuxta illud 1 Cor 10 petra
aut erat christus Sed quia sufficit
erat per foramina aut petram ideo
permisit fieri foramina in pedibus
et manibus et latere Cantic 2
Veni columba mea in foraminibus
petre quo ad foramina manuum
et pedum in caverna macerie
quo ad foramen lateris Alias tres
proprietates passeris ponit Cirillus
in libro de animalibus Prima est quia
tunc se abluunt Sed etiam et viri

iusti debent ablui sc(ilicet) cinere per
ceteris mortificationem Ieremie 6 filia
populi mei accingere cilicio et conspar-
gere cinere per mortis recordationem
Gen. 18 loquar ad dominum meum
cum sim pulvis et cinis per de-
vote passionis meditationem Hebr. 9
Cinis vitule aspersus inquinatos
sanctificavit Sed sicut non lavat
cinis sine aque infusione sic
nec mortificatio vel recordatio vel
meditatio talis sine compunctionis com-
passione Psalmus Cinerem tamquam
panem manducabam ecce cinis
mortificationis et poculum meum
cum fletu miscebam Ecce aqua
compassionis Et sicut cinis cum
aqua non bene lavat nisi cale-
fiat sic mortificatio et passio
nullius est utilitatis nisi procedat
ab igne caritatis De quo igne
dicitur Luce 12 Ignem veni mittere
in terram etc. Dicit Ysidorus in libro
de animalibus Tercio raro invenitur
passer albus quia raro invenitur
aliquis qui sit bene mundus Proverbiis
20 Quis est qui potest dicere mundum
est cor meum etc. plura generat sic
multorum pullorum et optime dum-
sit sapida dici karum quia passeres
sunt parvi in quantitate voluit
quod essent multi in pluribus fecundite
per quod datur indicium quod si aliquis
deficit in una gratia habundat in
alia ne scilicet moveatur ad invidiam
et si unus est unum defectum habet
aliquem defectum ne scilicet rapiat
se manum contra I Cor. 12 Di-
visiones gratiarum sunt etc. In quo
etiam notatur quod sepe illi qui sunt
minores et pauperiores sunt in bo-
nis operibus fecundiores et illi
qui sunt magni altitudine di-
gnitatis et prelationis sepe sunt
steriles per fructum bone operationis
arbores alte ram(?) aristotilem

non generant pullos vel sarculos
quia ceteri intendunt sue dilata-
tioni et fecundationi Sic et mag-
prelati non sunt fecundi in bono
opere quia tamen intendunt utilitati
proprie Sed de parvis dicitur numquam
erat in mille plura procreatis etc. Quarto
passer masculus non vivit ultra
annum femina autem multo tempore vivit
per quod datur intelligi quod sepe
homines effeminati longo tempore in suis
malitiis vivunt boni autem cito de
medio subtrahuntur et hoc propter
quatuor causas que ponuntur
Sapientie 4o scilicet propter periculum vitandi
unde raptus est ne malitia im-
mutaret intellectum eius aut
fictio deciperet animam illius propter
gratiam eius comparatur quia scilicet deo
placere eius affectabat unde sequitur
Consummatus in brevi implevit
tempora multa placita enim erat deo
anima illius propter laborem suum
remunerandum unde subdit
propter hoc properavit educere illum de
medio iniquitatis quia gratia et
misericordia est in sanctos eius et
respectus in electos illius propter
timorem malis incutiendum
unde subdit Condempnat autem
iustus mortuus vivos impios
et iuventus celerius consummata
longam vitam iniusti Sedo sic
marices modum crepcionis com-
parantur cum dicitur laqueus contritus
est et nos liberati sumus Circa
quod sciendum quod tyrannus
quatuor laqueos sancto ypolito
opposuit quos tamen ipse contrivit
Primo namque ipsum denudari ut sit
rubore confunderetur sed istum laqueum
contrivit quia meliori veste indutum
se esse videtur cognovit unde
cum tyrannus ei diceret quo modo
insipiens factus es quod nuditate

tuam non erubescas respondit
Non me spoliasti sed magis vesti-
sti / Sciebat enim indutum se esse ve-
ste virtutum de quibus apostolus ait Col-
lossenses 3 Induite vos sicut ele-
cti dei sancti et electi in viscera
misericordie etc. / Hee quidem vestes virtutum
habent tegere peccata. Proverbiorum 10 Uni-
versa delicta operit caritas. 1 Petri 4
Caritas operit multitudinem peccatorum.
Apocalypsis 3 vestimentis albis in-
duaris et non appareat confusio
nuditatis tue. Habent protegere contra
diabolica temptamenta tanquam
contra ymbrem pluviam
et ventum. Ideo apostolus vocat ipsas
arma virtutum dicens Induamur
arma lucis. Item Ephesios 6 In-
duite vos armaturam dei ut possi-
tis resistere adversus insidias diaboli.
Item habent honestate ornare.
Psalmus Dominus regnavit decorem
indutus est, indutus est dominus
fortitudinem etc. Item habent ca-
lefacere ad caritatem. Job 37 Non-
ne vestimenta tua calida sunt
cum perflata fuerit terra austro. Sextus
laqueus est quia veste militari
ipsum induit ut sit ad extremam
miliciam allicitur. Sed istum laque-
um fregit quia melior regi non
tyrannice militare sed dixit se
cristo qui non fuit tyrannus sed
rex benignus. Quod patet quia
tria sunt que tyrannum faciunt
scilicet dominii cupiditas effrenata
crudelitas et privata utilitas. Cri-
stus igitur non fuit tyrannus quia
non habuit dominandi cupidita-
tem, ymmo sicut dicitur Johannis
Cum cognovissent quod venturi
essent ut raperent eum et facerent
eum regem fugit in montem
solus. Item habuit dulcedinem
et mansuetudinem non crude-
litatem. Psalmus Miserator et mi-
sericors dominus paciens et multum
misericors. Item non multum

propriam sed suam que sunt utilita-
tem. Romanos 15 Cristus non sibi placuit
sed sicut scriptum est Improperia
improperancium tibi ceciderunt super
me. Decimus autem fuit cupidus ami-
cicie [?] non dominum suum occidit et
sanctos crudeliter persecutus est et
thezauros ecclesie sibi usurpare
voluit. Septimus laqueus est quia
omnes de familia sua ante oculos
suos occidit ut sit animus plenus
compassionis et doloris gladio
confoderetur. Sed ipse amore dei
amori parentum et propinquorum preponit
ab amore dei non est mutatus.
Unde eos exhortatus est dicens
Fratres nolite timere quia ego et vos
unum dominum habemus. Nam sicut
dicitur Mathei 10 Qui amat patrem
aut matrem plus quam me non
est me dignus. Crisostomus super [illegible]
Reddite inimicis quod suum est car-
nalibus parentibus perfecte carnis affec-
tum, spirituali autem patri sanctitatis
animi et [illegible] quid amplius dili-
gere debemus quam deum. Amici
enim recedunt parentes deficiunt
solus autem cristus nec recedit neque
nec deficit donec voluerimus
esse cum ipso. / Cum enim de hoc
mundo exierimus et [illegible]
anima ad suum locum recedit et ne-
mo recordatur amplius carnalis
affectus cum de carne recesserit
Non pater filium non filius patrem.
Omne enim quod de terra suscepimus
in terra dimittimus et neminem
nobiscum habebimus nisi opera
nostra sola sive bona sunt ad gloriam
sive mala ad penam. Hec Crisostomus.
Octavus laqueus est quia per
sex cives ad colla indomitorum
equorum fecit ligari et per cardi-
nes et tribulos trahi ut sit ve-
hementer cruciatus. Sed istum laqueum
contempsit quia in ipsa sua passione
habuit pacem, quia non inimicum

habuit constantiam per quam
supplicio non cessit / Sunt victoriam
qua coronam sibi acquisivit unde
cantat ecclesia pro te furatus /
tes ferocia calcaverunt levitam scena
s beata cessit hiis lacerans fortiter
singula scilicet Ecce quanta constantia
cedunt gladiis more ludentium
o murmur resonat nec que-
rimonia scilicet Ecce quanta patientia
nec vox que potest lingwa refe-
re que tu martiribus munera preparas
scilicet Ecce quam gloriosa corona
sta autem tria tangit Cyprianus in
epistola dicens O milites forti-
ssimi robur corporis vestri quo pro-
us complicem usque ad gloriose consum-
mationem testamenti durissima
onem Ecce quante fuit patientie
quia clamavit et non murmuraverit
nec restitit suppliciis sed potius
supplicia cesserunt vobis Ecce quante
sunt constantie finem doloribus que
dederunt tormenta dedit corona
Ecce quam gloriose sunt corone /
tio istam laqueorum contritione
non sibi sed deo attribuit cum dicit
adiutorium nostrum in nomine domini
qui fecit celum et terram Ipsi enim beato
posito ad victoriam dei semper affuit
et in vita et in morte et post
mortem Nam in vita fuit magne
prosperitatis quod patet ex hoc quia animas
beatorum in celis nunc comperuit
que quidem non nisi a mundis corde
videri possunt Unde post quam a beato
Laurencio fuit baptizatus dixit /
vidi animas innocentium letas gaudere /
Sunt vite prosperitatis ex eo quod corpus
sancti Laurencii sepelivit sepelire
enim mortuos inter opera pietatis com-
putatur a deo ut ante deum ascendat
Thobie 12 Quando orabas et sepeli-
ebas mortuos ego obtuli orationem
tuam deo / Sunt multe compassionis

quia lacrimas compassionis emisit
et quando laurencius cruciabatur et
quando sepulture tradebatur / Sunt multe
devotionis primum fidei devotione
qua erat plenus eciam ante tempus
voluit confiteri se christianum esse unde
laurencius dixit ei In interiori domus
absconde tristiam et dum clamavero
audi et veni Secundo fuit adiutus in
morte quia non temporalem vitam
perdidit ut ipse quam invenit Cyprianus
ad fortunatum Clauduntur oculi in per-
secutionibus sed patet celum minatur
antichristus sed tuetur christus mors infertur
sed immortalitas sequitur occiso sub
mundus eripitur sed restituitur paradisus
vita temporalis extinguitur sed eterna
reparatur Ecce mirabilis commutatio /
quam sancti martires recipiunt quia
per clausura oculorum aperitur lumine ce-
lorum quod signatum est Act 7 ubi
Stephanus dum lapidaretur vidit
celos apertos Si antichristus minatur christus
tuetur Ideo stephanus videt Jhesum
stantem quasi adiuvare paratum
Si corpus moritur immortalitate
vestitur Unde vultus stephani appa-
ruit tanquam angeli quasi gloria
immortalitatis vestiendi unde apostolus
1 Cor 17 morti insultat dicens
ubi est mors victoria tua Si au-
fertur mundus datur paradisus Ideo
Stephanus intendebat in celum
tanquam in paradisum sibi descendum
Unde dixit dominus Luce 23 hodie
mecum eris in paradiso Si tollitur temporalis
vita datur eterna Tercio fuit adiutus
a deo post mortem nisi quod virtutis
prerogativam sibi concessit / Habet
enim cum laurencio societatem unde
dixit ei laurentius ambulemus
ambo pariter quia et tibi gloria preparatur
Unde eciam nunc corpus laurencii
invenit sepelivi ad inveniendum
quod sicut corpora sunt iuncta in terris
Sic eorum anime sunt iuncte in celis /

Unde cantat ecclia de scis aplis et
pt etia intelligi de laurentio et
ypolito vidi iuuenes viros scs laure-
tiu et ypolitu habentes splendidas
vestes i. corpa et aias refulgentes
Tam et corpus virusqz q fuit vest
aie in puti splendet quia totus
mundus renuntia sibi exhibet et
aia splendet quia in lumine de-
itatis glorificata manet // Scdo
habet cum regine magna fami-
liaritatem Tam sicut in legenda
sua habet / Virgo beata cu ypolito
eudam infirmo apparuit / et ypo-
lito ut ipm curaret precepit // Scda
vice eadem cu ypolito apparuit
Cuius est q beta virgo ypolitu assu-
mebat ad sua societatem nisi
q valde habet cum ipo quandam
spalem familiaritatem Cant 8
Accipe illam scz reginam be-
atam in domina et familiarē
et exaltabit te in magnu ho-
norem glorificaberis ab ea qn
eam fueris amplexatus et devotē
Tercio habet sup demones magnā
ptatem quia exigente dei iustia
voluit ut demoni devicti lig̃arent
Luce 9 / Dedit eis ptatem super
omnia demonia // Et vocatō est qtra
tyrannos magna securitatem unde
Detius arreptus a demonio clama-
bat ypolite et ciryenus asperis
vinctu me ducit // Scdo habuit
seu habet sup peccatores q̃ punctas
magna pietatem tam sicut in
legenda sua habet Cum quidā
dnitiū suc culpe a deo fuit p-
cussus igne ita ut tybia sua fu-
isset a sua compagine penitus
resoluta dum penitet ad impu
beate virginis ypolitus ipm sanat
et tybiam in loco suo inseruit etc.

Sermo secundus de sancto ypolito Sequitur et cetera

Attendite a fermento phe-
riseorum q est ypocrisis
Luce 12 Sancti vel aliqui
patiunt psecutores simulatos dm
aptos Gregor in moral Sancta ec-
clesia tunc sicut laborat tempta-
tionibus no pt tpa pugnationis ve
et si forte aptos hostes no hat
intus tamen tollerat fictos fratres
Primi igitur sunt cauendi quia p-
pter sanctitate et religionis sim-
plicium corda decipiunt ideo desti-
tuunt sub spe fermenti / fermentu
enim habet spem panis unde dicit
Theophilus / fermentu vocat dns
ypocrisim tanquam alterantem
et corrumpentem mentes hom
quibus se inseruerit Michi etiam
sic alterat mores ut ypocrisi
tales etiam cauendos admone-
dus dicens Mat 7 / attendite
a falsis pphetis qui veniunt ad vos
in vestimentis ouiu intrinsecus
sunt aut lupi rapaces Sed in
Crisostom sup Mat vestimenta
ouile no opus ouile est clemo-
sina simulata ieiunium simulatu or-
simulata et cetera species pietatis q̃
se vestiunt lupi rapaces et sedm
Crisostomus nulla aut aīs sit q
timeat bonu quemadmodu sim-
tum bonu tam manifestu ma-
lum fugit et cauet malum
aut sub spe boni celat no di-
cognoscit no cauet et pt q̃si
bonu suscipit et quietu cu bono
retinuit bonum / Et virtuosus ac lupi
rapax pelle ouina tegat q̃ tra
tamen cognoscatur q̃ lupus sit
ibidem ponit Crisost q̃ vocem
sue balatu per tibiā et ratu
q balatu unde dicit Ouis in-
clinata deorsum balat / lupus
in aerem erigit caput suum
contra celum et sic ululat pp ca

subdit Qui caso vocem humilitatis
et vere confessionis emittit ovis est
qui autem adversus veritatem turpiter
blasphemat et ululat lupus est sicut
dicit psalmista de illis qui iniquitatem
in excelso locuti sunt posuerunt
in celum os suum Ille igitur est ovis
dei qui contra se balat et qui se ac-
cusat de quibus dicitur Proverbiorum xviii°
iustus in principio accusator est sui
peccatum habet principium scilicet cogita-
tionem medium scilicet consensum et finem
scilicet operationem Iustus autem non tantum
accusat se de fine operis nec tamen
de medio consensus sed etiam de
principio cogitationis Sunt enim quidam
qui culpas suas tamen accusant
iuncti isti accusant se in fine quia
plus non possunt facere quidam
tamen amoniti et reprehensi isti ac-
cusant se de medio quidam spon-
tanei isti accusant se in principio
Secundo lupus tectus pelle ovina
cognoscitur ex cibo unde subdit
Crisostomus Ovis herbas manducat
lupus carnibus delectatur que ergo
videris de prato scripturarum herbas
floridas colligentem ovis est quem
autem videris in sanguine perse-
cutionis gaudentem lupus est
Ille igitur qui est ovis dei pascitur
herbis virentibus id est celestibus
amenitatibus per desiderium et
meditationem Ezechielis 34 depa-
scent in herbis virentibus Lupi
autem delectantur carnibus id est volup-
tatibus Ro. viii° Qui in carne
sunt que carnis sunt sapiunt
Tertio cognoscitur per actum quia
lupus dentibus mordet unguibus
scindit et lacerat Ovis autem nec
dentes habet quibus mordeat nec un-
gulas quibus scindat Probatur igitur
illorum qui sunt oves Christi est in-
nocentia hec nullum ledere nulli
nocere Actus vero eorum qui sunt dia-
boli est mordere et lacerare in vita

et in fama et ideo monet apostolus
Galatas v° Si ad invicem mordetis
et comeditis videte ne ad invicem
consumamini Ille qui mordet partem
comedit et partem relinquit Ille
qui comedit illud quod sibi sufficit
comedit et reliquum dimittit Ille
qui consumit totum devorat et nichil
relinquit Sunt enim qui in parte
laudant et in parte vituperant
isti mordent Sunt qui vitam
vituperant sed intentionem excusant
isti comedunt Sunt qui vitupe-
rant vitam et iudicant intentionem
isti consumunt Monet igitur apostolus
ut non ad invicem mordeamus
quedam laudando et quedam
vituperando aut si mordemus
non comedamus partem omnia ossa
id est intentionem vituperando aut si
comedimus non consumamus
carnem scilicet et ossa id est opera et etiam
et intentionem interiorem condempnando
Secundo sancti patiuntur persecutiones
apertas quod notatur cum dicitur Nec terreamini
ab hiis qui occidunt corpus etc.
Ubi tria tanguntur Primum est ex
parte persecutorum scilicet eorum magna
crudelitas cum dicitur Qui occidunt
corpus etc. Secundum est ex parte scilicet eius
magna potestas cum dicitur Timete eum
qui postquam occiderit habet
potestatem mittere in gehennam Tertium
est ex parte sanctorum scilicet eorum
magna securitas cum dicitur
[illegible] passos venerunt
dispendio etc. Circa primum notandum
est quod ipsi persecutores sunt cru-
deles qui occidunt corpus sed
tamen non sunt timendi quia postea
non habent amplius quid faciant
quia scilicet animam occidere non possunt
Crudelitas autem mali hominis peior
est crudelitate serpentis bestie
et dyaboli sicut ostendit Crisostomus super
Mattheum Quomodo enim sit peior cru-
delitate serpentis sicut dicit

Si comparauis hominem serpenti
peiorem inuenies quia serpens
si maliciam habet tamen hominis
habet timorem ideo si abscondere
potest mordet Si aut non poterit
fugit homo aut malus et ma-
liciam habet serpentis et timorem
non habet sicut serpens Est etiam pe-
ior omni bestia sicut ostendit triplici
ratione de prima sic dicit bestia
quamuis sit crudelis tamen quia irra-
tionalis est declinabit ab homine
crudelitas eius / homo autem
malus cum sit crudelis et ratio-
nalis non facile euadetur crude-
litas eius De secunda ratione sic dicit
Si irritata fuit seuit Si autem
irritata non fuit in silencio fugit
homo etiam non irritatus seuit
super illos a quibus non fuit irritatus
De tercia ratione sic dicit unaque-
que bestia unum et proprium malum
habet / omnia mala in se habet ma-
lus homo Est etiam peyor quam
quam dyabolus / Si uiderit hominem
iustum sicut ostendit duplici ra-
tione / De prima ratione sic dicit
dyabolus si uiderit hominem
iustum non est ausus ad eum
accedere / homo aut malus quamuis
hominem sanctum uideat non so-
lum illum non timet sed adquirit
magis cum contempnit / Secunda
ratio est quia dyabolus non
armat dyabolum sed homo ar-
mat dyabolum cum subdit
se ei Non cum dyabolus homini prestat
uirtutem sed homo dyabolo Ger-
ma ergo dyaboli est malus homo
sicut cum homo sine armis nil
potest facere contra hostem Sic dyabolus
contra hominem non ualet sine
homine / Potest etiam tercia ratio assi-
gnari quare malus homo sit
peior dyabolo / dyabolus cum non
possit nocere homini nisi permissus sicut
patet in Job cui nocere non potuit
nec in rebus nec in persona nisi
permitteretur a deo / homo malus
aut noceret non tamen permissus sed
etiam a deo prohibitus / Tyranni
aut in persecutoribus sit crudelitas
magna ex eo quod corpus occidunt
tamen eius crudelitas non est timenda
ex eo quod animam non possunt occidere etiam
ex eo quod corpora eorum non permanent
Non cum possunt accedere animas unde
postquam dominus dixit / Nolite ti-
mere eos qui occidunt corpus sta-
tim subiunxit et postquam hoc non
habent amplius quid faciant
quia scilicet in animam nichil possunt
Ex eo quod ipse specialiter animas electorum
custodit de eis specialem curam
gerit unde postquam dedit potesta-
tem dyabolo ut in corpus Job
seuiret statim subiunxit / uerum-
tamen animam illius serua Sicut eciam ostendit
Crisostomus super Mattheum Maiorem curam
habet deus de anima quam de corpore
assignans super hoc tres rationes
Prima quia anima est dignior
in esse suo unde dicit Maior
cura est de salute anime quam de sa-
lute corporis Primum quidem quia
dignior anima quam caro anima
enim sine carne uiuere potest Caro
aut sine anima uiuere non potest Secunda
ratio est quia anima peior est in pec-
cando et ideo indiget maiori
custodia unde subdit Secundo aut
quia in omni peccato anima prius peccat
postea caro Nam nisi anima prius
fuerit uicta numquam caro peccat
Sed caro quidem concupiscere prius
malum potest peccare aut non potest
nisi anima illi consenserit quia causa
in potestate anime est non anime in potestate
carnis Tercia ratio est quia tar-
dior est in resurgendo a
peccato et ideo maiori indiget ad-
iutorio unde subdit Necessarium
fuit ut anima que prius ceciderat
ante resurgeret deinde anima libe-
rata a potestate dyaboli carnem
suam saluare potest a peccato

caro aut aut sanata ab infirmitate
iam liberare non potest sed magis excecatur
quia in columnitatibus sanitatis impugnat iusticie disciplinam Corpora
ad sanctorum martirium non perierunt
immo etiam in presenti vita multiplici gloria illustrantur Iram efficiuntur
radij dei quibus demones excecantur / vexilla dei quibus demones
deterrentur / et corona dei qua
celestia coronantur Ista tria ponit
Crisostomus in omelia de machabeis dicit
splendidiora dies hodierna perfulsit non de visitatione solis radijs
luminata sed de luce martirum illustrata / Hij namque radij Cristo
oriente emittuntur in terram de
summo celo solis ut sicut speciem
celestem gaudentibus illustrat / ita
maligni faciem inuidentis obtenebrat
iam et audaces latronum duces
inter regibus impugnandis deterrentur
ut fugiat ita prefecto demones
ubi coronatorum longe conspectu
(?) fugiunt Et sicut ex corona
regali undique fulgores emittuntur
ita martirum corpora per Cristi vulneribus distincta omni regimini diademate delectabiliora redduntur
Secundo ponitur ex parte dei magestatis tamen dicitur Timete eum qui
postquam occiderit habet potestatem
mittere in gehennam id est in penam
eternam Sed quo conuenit iusticie
dei ut homines pro culpa transitoria
pena puniat eterna Ad hoc respondet Crisostomus aliter Gregorius
aliter Crisostomus Racio Cristi est quod ipsi
sit propter impossibilitatem remedij Quia cum peccator tamen de
hac vita decedit maculam
tamen portat quam ex peccato contraxit Cuiuscumque macula deleri
non potest nisi per gratiam Gratia autem
mereri non potest nec per fidem
nec per caritatem nec per bona opera

tamen post extra statum merendi
Istam racionem tangit Crisostomus eius dicit
Mathei 22 ligatis manibus et
pedibus mittite eum in tenebris exteriores Quia habet
duos pedes scilicet intellectum et affectum
et duas manus scilicet potenciam
operandi bonum quietum ad premium
sed tunc non poterit aliquid mereri
per fidem quia habebit ligatam
manum dexteram / nec per opera que
facit ad honorem dei / nec ad
utilitatem proximi quia habebit
ligatam manum sinistram Illa
autem macula que deleri non potest
est materia et pabulum ignis et
ideo tamen sit eterna ignis erit eius
Racio Gregorii est Quod hoc accidit propter eternitatem mali propositi
unde dicitur in libro moralium
Multi dicunt sine fine puniri
non debet culpa tamen sine iusto
nimirum est deus et quod non eternum
carnis sinum est peccato eterno non debet
puniri tormento quibus citius
respondemus Quod recte dicerent si iustus iudex non corda
hominum sed facta pensaret Iniqui
ergo ideo tamen sine deliquerunt
quia tamen sine vixerunt / voluissent quippe sine fine viuere ut possent
sine potuissent in iniquitatibus
permanere Et ideo habet se viuere cupiunt ut numquam desinat peccare
tamen viuunt Ad districti ergo iudicis
iusticiam pertinet ut numquam careat
supplicio quorum mens in hac
vita numquam voluit peccato carere
et nullus detur numquam terminus ulcionis qui quamdiu dum potuit habere
voluit terminum criminis Istam eciam
racionem tangit Beda dicens Eterne
mali habuerunt voluntatem sine
fine peccandi si habuissent namque
sine fine viuendi Racio tercia
est duplex Una est quod hoc fit

propter infinitatem offensi. Est enim
communis animi conceptio quod in-
iuria sub tanto ~~magis~~ dignius
maiori pena est quanto maior est
ille cui infertur iniuria. Et ponit
exemplum in milite comite et in
rege. Qui enim offendit militem
dignus pena est magna. Qui
non offendit militem dignus est
maiori. Qui autem offendit regem
vel imperatorem dignus est ma-
xima. Deus autem est maximus
sine fine iuxta illud psalmi Ma-
gnus dominus et laudabilis ni-
mis et magnitudinis eius non
est finis. Et ideo qui offendit
deum debet puniri pena in-
finita. Et ideo dicit Quod pena
taxatur secundum dignitatem eius
in quem fit. // Alia ratio Crisostomi est
quod hoc accidit propter diversitatem
fori. // Videmus enim quod unum
et idem peccatum in diversis partibus diver-
simode punitur. Nam alicubi
pro uno furto fur cauteriatur, ali-
cubi mutilatur, alicubi excoriatur,
alicubi suspenditur. Est igitur
duplex forum scilicet forum ecclesie
et forum dei. In foro ecclesie
culpa punitur pena transitoria. Et
ratio est quia modo feriatus fa-
cit tribunal iustitie et omnes
cause aguntur sub throno misericordie.
Post hanc vitam vero e contrario
fiet quia tunc vacabit dei mise-
ricordia et causas aget et pu-
niet dei iustitia. Unde dicit
Crisostomus Quod quantum distat deus
ab homine tantum distat iudicium
dei extremum a iudicio hominis
nec recipit tunc natura iudicis
mutationem sicut ~~dicit~~ nec tempus
nunc iudicium. Sicut igitur in foro
ecclesie culpe puniuntur pena transi-
toria quia hoc spectat ad thronum
dulcis [?] nunc dei in foro dei

puniuntur pena eterna quia hoc
spectat ad tribunal severe iusti-
tie. Ponitur et de parte sanctorum
magna eorum securitas. Secundum quod
esse possunt de corporibus suis
et de animabus suis. Tunc dicitur
Ieronimus [?] quinque passeres veneunt
dipondio et unus ex illis non
est in oblivione coram deo
sed et capilli capitis vestri o-
mnes numerati sunt. Secundum quod
esse possunt de corporibus suis quia si non
perit capillus quomodo peribit cor-
pus. Crisostomus super Mattheum: Quid non
possunt capillos numeratos habere
si moriuntur? Nunquid ideo numera-
ntur ne aliquid perdat vel nunquid
ideo numerat aliquid deus ut nu-
merus eius cognitionem faciat? Sed ideo numera-
ntur ne aliquid perdat. Exemplum in
propheta divinatores [?] eos et super
arenam maris multiplicabo.
Videtis quia non solum numerantur
qui numerantur sed etiam multipli-
cantur. Qui autem perituri sunt
non numerantur ut peccatores. Enim ut
quid numerantur qui esse non permittun-
tur? Illud autem numerat deus quod
vult possidere. Quod autem non
vult ut quod numerat ideo non
numerantur peccatores ut qui tunc ex
illis perierit non sentiat neque
timeat deus quasi de non numera-
to. Sicut scriptum est in epistola ad He-
breis [?] amicis [?] gentes. Secundo
esse possunt de animabus suis quo-
modo passerum oblivione
non habet animam hominis quod
habebit, ideo dicit propheta Custo-
dit dominus animas sanctorum suorum de
manu peccatoris liberabit eos. Ecce
enim habet triplicem statum/
Unus est quando est corpori unita.
Alius est quando est a corpore separata.
Tercius est quando est coniuncta corpori

consumpto et in quolibet istorum atrium domus eam custodit Vita anime sanctorum prout sunt coniuncte corpori sunt in manu dei qui eas protegit et defendit Sap. 3. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum mortis Secundo sunt separata a corpore sunt in sinu dei ante tempus passionis Christi anime sanctorum in sinu Abrahe quiescebant eo modo in sinu dei quiescunt Isaie 40 In brachio suo congregabit agnos et in sinu suo levabit Tertio quando recuperaverint resumpto corpore erunt in thalamo dei Deuteronomii 33 Amantissimus domino habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur et inter humeros illius requiescet etc.

Sequitur sermo tercius de sancto ypolito etc.

Gratis odio omnibus propter nomen meum Luce 21. Istud verbum dicitur de sanctis martiribus qui fuerunt mundo odiosi sed deo amabiles et gratiosi Mali enim oderunt bonos solummodo quia sunt boni Augustinus de civitate dei Bonis invident mali nulla alia causa quia illi boni sunt isti mali Boni autem oderunt malos in quantum sunt mali sed diligunt in quantum sunt homines et creatura dei Causa autem quare odium inter bonos et malos est dissimilitudo vite seu propter dissimilitudinem vite Sicut enim similitudo vite est causa amoris Sic dissimilitudo odii iuxta illud Ecc. 13. Omne animal diligit simile sibi Sic dissimilitudo est causa odii iuxta illud Sap. 2. Gravis est nobis ad videndum quia dissimilis aliis est vita illius Cum igitur inter bonos et malos est tanta dissimilitudo ideo tanto odio esse videtur ponitur autem ab apostolo 2 Cor. 6 quattuor dissimilia valida sibi contraria et adversa scilicet iustitia et iniquitas lux et tenebre Christus et Belial templum et ydolum Et ista quattuor contraria ponuntur similiter Ecc. 13 sub aliis verbis qui sunt lupus et agnus homo et canis rabidus pauper et dives superbus et alia et ceteris Est igitur primo dissimile iustitia et iniquitas unde dicit apostolus Que participatio iustitie cum iniquitate Vel secundum Ecclesiasticum lupus et agnus Unde dicit sicut communicabit lupus agno aliquando sic peccator iusto Boni igitur sunt iusti qui omnibus reddunt que sua sunt scilicet deo honorem proximo amorem et sibi satisfactionem Sed mali sunt iniqui qui deum inhonorant et blasphemant Ro. 2. Nomen dei per vos blasphematur proximum odiunt et conturbant Ecc. 11. Prov. Semper iurgia querit malus Seipsos occidunt et necant Sap. 16. Occidit homo per malitiam animam suam Ideo hoc dissimiles sunt lupus et agnus Boni sunt agni quia scilicet sunt innocentes et omnibus servientes Innocentes enim sunt quia non habent dentes quibus mordeant alios detrahendo nec cornua quibus feriant alios percutiendo nec ungues quibus scindant discordias seminando sed habent balatum lugubrem pro malis gemendo Sunt etiam utiles agnorum et omnium aliis utiles quia scilicet dant lanam i. operationem sacram ad subveniendum dant pellem i. exteriorem conversationem ad edificandum dant lac i. doctrinam ad erudiendum dant carnem

i. corpus suum ad macerandum / et mortificandum dicentes cum apostolo Propter te mortificamur tamquam oves estimati sumus sicut ceteri. Alii autem sunt lupi qui mordent fame latrant aliquando proximum et rapiunt temporalem substantiam. De talibus lupis dicitur Sophonie 3. Iudices eius lupi vespere non relinquebant in mane. Lupi matutini partem comedunt et partem relinquunt. Lupi vero meridiani i. qui non comederunt usque ad meridiem totam carnem comedunt sed pellem et ossa relinquunt. Lupi vero vespertini qui usque ad vesperam non comederunt sunt valde famelici et ideo carnem comedunt pellem scindunt et ossa frangunt. Et ideo dicit propheta lupi vespere nihil relinquebant mane. Sunt enim quidam iudices avari et cupidi sicut lupi matutini qui scilicet bona pauperum rapiunt sed aliquam partem eis relinquunt. Secundum sunt lupi meridiani qui totam substantiam rapiunt, sed dimittunt eis pellem i. vestes et domos quibus teguntur. Tertium sicut lupi vespertini qui scilicet totam substantiam rapiunt possessiones domos vestes auferunt et ad tantam inopiam deducunt quod pre nimia penuria et inedia ossa marcescunt. Job 18. Inedia invadat costas eius scilicet lupi ad vesperam vastabunt eos. Secundum dissimile inter ea [?] est lux et tenebra unde dicitur que conventio luci ad tenebras 2 Cor. 6. Homo et canis rabidus. Unde dicit quecumque comparatio homini sancto ad canem rabidum sunt tenebre boni vero lux. Psalmus posuisti tenebras

et facta est nox. In talibus enim hominibus tenebrosis homines crescunt quod volunt. Et ideo subdit. Et in ea pertransibunt omnes bestie silve. Omne bonum propositum et voluntatem rapiunt. Et ideo subdit catuli leonum rugientes ut rapiant omnia vita comedunt et rodunt. Et ideo subiungit ut querant a deo escam sibi. Et dicitur a deo quia hoc facit iustitia dei permittente. Sed adveniente luce demones crescunt [?] et ad infernum fugiunt. Et ideo subdit Ortus est sol et congregati sunt et in cubilibus suis collocabuntur. Bona proposita tales in opus producunt. Et ideo subdit Exibit homo ad opus suum et omnia vita sua usque ad finem mortis custodiunt, et ideo subiungit Et ad operationem suam usque ad vesperam. Tertio hoc etiam dissimiles sunt canis rabidus et homo sanctus. Canis enim tria habet vituperabilia. Unum quia irracionabiliter latrat. Augustinus de [illegible] novi testamenti. Hic est canum natura ut eum quibus habent consuetudinem sive boni sive mali sint non ad eos latrat. In ceteris autem imperitiam innocentibus irritantur. Sic et mali prelati obmutescunt contra malos. Ysaias 56. Canes muti non valentes latrare. Et latrant contra bonos. 2 Reg. 3. Numquid caput canis sum ego. Secundum est quod quidquid tangit [?] fedat. Ideo precipit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Sic mali fedant alios per mala exempla. 1 Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. 1 Cor.

modicum fermentum totam massam
corrumpit // Tercium est quod reiterata iterum
redeant sicut et multa peccata que
remiserunt per confessionem istis redeu-
ant per operacionem prouerbiorum 26
Sicut canis qui reuertitur ad vomi-
tum suum sic peccator qui iterat
stulticiam suam Boni autem homines
sunt et racionales et ideo ra-
cionabiliter reprehendunt et ma-
docti et ideo per bonum exemplum
alios attrahunt / et mundi et ideo
nichil immundicie recipiunt / Tercio
dissimile est cristus et belial .i.
dyabolus unde subdit apostolus
que autem conuencio cristi ad
belial vel rursum Tercium pauper
et diues superbus unde dicit
sicut que pro bona diuiti ad pau-
pertatem dissimiles enim et contrarii
sunt cristus et dyabolus Et quantum
ad voluntatem quia cristus volt
omnes homines saluare ille non
sed dyabolus perdere Johannis 10
Fur non venit nisi ut furetur
et mactet et perdat // ego veni
ut vitam habeant Et quantum
ad operacionem quia cristus colligit
ille dispergit luce xi Qui non
est mecum contra me est et qui
non colligit mecum dispergit Et
quantum ad cohabitacionem quia
cristus et dyabolus in eadem persona
cohabitare non possunt ysaie 28
coangustatum est stratum ita
ut alter decidat et pallium breue
utrumque operire non potest Et quantum
ad dispensacionem seruitutis Mathei vi
Non potestis deo seruire et mamo-
ne Et quantum ad modum operis
quia cristus omnia facit be-
ne / dyabolus omnia male
unde hec dissimiles sunt pauper

et diues / pauper est cristus qui
paupertatem habuit / paupertatem
docuit paupertatem commendauit /
pauperes elegit / et pauperes be-
atificauit Diues est ipse dyabolus
quia cum ipse omnibus malis et
peccatoribus preest qui sunt infiniti
iuxta illud Ecclesiastes 1° Stultorum
infinitus est numerus Est valde
diues et potens quia preest
omnibus superbis et iste dicitur
lucifer ysaie 14 Quomodo cecidisti
de celo lucifer qui mane ori-
ebaris qui dicebas in corde tuo
in celum ascendam super astra
celi exaltabo solium meum sicut
Job 41 Ipse est rex super omnes
filios superbie / post luxuriosis
et iste est asmodeus ut habetur
Thobie 3 Iste enim demon odit
matrimonium et ideo puellam Thobie
voluit ad adulterium ut sic per
quam non poterat legittimo viro
uti cogeretur in fornicacionem /
labi post auaris Et iste dicitur
mamona de quo dicitur Mathei 6
Non potestis deo seruire et ma-
mone ubi dicit Glosa / Quod
mamona dicitur seu est nomen
demonis qui preest diuiciis non
quod in eius dicione posite sint
sed quia eis utitur ad decipiendum
Post temptacionibus immittendis
et iste dicitur Belzebub de quo
dicitur luce xi° Belzebub enim
interpretatur deus muscarum quia
scilicet immittit muscas .i. temp-
taciones volatiles et immundas /
Quartum dissimile est templum
et ydolum unde subdit apostolus
Qui autem consensus dei cum
ydolis vel sicut Ecclesiastici olla et
caccabus unde subdit Quid

communicabit calcabitur ad ollam quas se muricem colligerunt confringentur etc. Convenit igitur ydola esse in templo / ydolum est prelatus superbus et ambiciosus qui in omnibus vult coli et honorari de quo dicitur Math. 24 Cum videritis abhominacionem etc. ydolum est prelatus malus. Glossa quinto Quod est ydolum simulatus ydolum est prelatus negligens de quo dicitur Zach. 11 O pastor et ydolum etc. Talia ydola stare in templo dei non convenit / sed templa sunt omnes fideles Cor. 3 Templum homo est edificato lapidibus pulchre composita Templum autem dei est congregatio electorum religiose conversantium in domo in edificiis homines habitant autem in hominibus sanctis. Qualiter ergo illi sunt qui homines spoliant edificia materialia faciunt habitaciones hominum compnunt et habitaciones dei destruunt. Idola autem sunt peccatores de quibus dicit in psalmo / Os habent et non loquentur sic ipsi cum sint os sed deum non laudant / habent oculos sed peccata in quibus sunt non considerant / habent aures sed non audiunt tonitrua iudiciorum dei / habent nares sed non odorant suavitatem dei / habent manus sed eas ad pauperes non extendunt / habent pedes sed ad ecclesiam dei non ambulant nec vadunt. Juxta hoc / dissimiles sunt calcabitur et ollas que calcabitur quasi intelliguntur qui sunt facti per avariciam Eccl. 2 Cor durum

in novissimo Regum 3 malis / Tren. 4 / Denigrata est super ~~ticeb~~ carbones facies eorum / et in eorum cordibus dyabolus ponit carnalem lasciviam animo omnes adulteras quasi clibanum etc. / per ollam significantur homines qui reputant se tectos per vetera qualitatis / in quorum cordibus deus corroquit scoriam vetustate conversationis et omnem carnalitatem lascivie voluptatis Ysaie primo Excoquam ad purum scoriam tuam / et in eis deus abscondit thezaurum gratie et virtutis 2 Cor. 4 Habemus thezaurum istum in vasis fictilibus

Sequitur sermo primus de assumpcione virginis Marie et matris domini nostri Jhesu Christi

Surge domine in requiem tuam tu et archa sanctificacionis tue / De ipsa archa sanctificacionis sive ratione sui continentis sive ex ratione suorum contentorum digne aliquid loqui non possumus etiam si nobiscum tota creata universitas loqueretur unde dicit Beda Si rerum universitatis singulis distincta speciebus in beate dei genitricis Marie magnificentia sua laudaret vocibus eius dignitatem eius intelligentibus sinceritatis hominum vel plenius apparebit. Quid igitur nobis agendum est memoriam eius venerantibus qui laudem eius digne extollere nequimus possumus respondere ad hoc quod dicit Beda Quid nobis agendum est ut ad ipsam recurramus et dicamus ei illud Judith

ora pro nobis quam inter sancta
[...]s et timens dominum istud consilium
dat nobis Cant. 1 Amplectamur
Marie vestigia fide et devotissima
supplicatione. Bernardus illius pedibus
provoluti teneamus eam nec
dimittamus eam donec benedi-
xerit nobis potens est enim. Ipse
malus est medium inter rorem
et aerem inter solem et lunam
inter Christum et ecclesiam consti-
tuta. Dicit ergo Surge domine
in requiem tuam tu et archa. Christi
corpus sit in celo glorificatum
omnibus fidelibus est certum et tamen
hic credendum quod illa corpora
que cum Christo surrexerunt sunt
glorificata. Sunt multis tamen
doctoribus. Dicitur in dubium. Ecclesia
igitur dimittens illud quod
dubium est ponit illud quod certum
est cum dicit Surge domine in
requiem tuam et ponit illud
quod hic credendum est cum
dicit tu et archa sanctificationis
que de archa aut materiali et figurali
inter cetera tria loquitur. Primum
quod fuit deo iubente fabricata
unde dixit dominus Moysi Exodi 25
Secundo quod fuit cum deportaretur
honorabiliter locata unde dicitur
2 Regum 6 Abiit David et ad-
duxit archam in domum suam
cum gaudio et erat cum Da-
vid septem chori. Tertio quod fuit
decenter in templo collocata
3 Regum 8 Et intulerunt
archam sacerdotes federis domini
in locum suum in oraculum templi
in sanctum sanctorum subter alas che-
rubin. Per istam archam figuratur
beata virgo et quod ista tria
in verbis premissis notantur

Primo quod fuit sancte fabricata
unde dicitur archa sanctificationis
Secundo quod ascendens in celum fu-
it honorabiliter locata. Ideo dicitur
Surge domine in requiem tuam
Requies Christi fuit ipsa mater
in qua Christus novem mensibus
requievit. Alloquitur igitur propheta
dominum ut surgat et obviam matri
sue procedat dicens Surge domine
in requiem tuam. Tertio in celi
thabernaculum sit deducta. quod
notatur in verbo subintellecto Sur-
gat etc. cum sensus sit Surge domine
de monumento tuo in requiem
tue maiestatis. Surgat et mater
tua in locum eterne felicitatis
vel surge matri tue que fuit
requies tua devote obviando.
Surgat et mater tua tecum in re-
gnum glorie ascendendo. Fuit
igitur primo hec archa a deo
fabricata cuius fabricatio con-
siderenda est quantum ad cau-
sam efficientem formalem ma-
terialem et finalem. Efficiens causa
huius arche spiritualis et celestis
est ipse dei filius qui ipsam
archam fabricavit iuxta illud
psalmi Homo natus est in ea
et ipse fundavit eam altissimus
licet enim deus semper sit altissimus
in se tamen aliquando nobis videtur
altius personis erit sicut deus
noster qui in altis habitat. Celum
altior Job Altior celo est et quid
facies. Aliquando altissimus Luc. 1
vocabitur altissimi filius. Sic et
deus in beata virgine videtur fuisse
altus quando eam in utero sancti-
ficavit, altior quando de ea car-
nem assumpsit, altissimus quando
super omnes celos i. choros et super

omnem creaturam cum sublevatur
Materia huius arche fuit quia fac-
ta est de lignis sethim. Item Ie-
ronimus: lignum sethim inter
cetera ligna habet levitatem pul-
chritudinem fortitudinem et in-
putribilitatem per que intelliguntur
quatuor dotes corporis ipsius Ma-
rie. Est enim eius corpus leve
per subtilitatem, pulcrum per cla-
ritatem, forte per agilitatem iuxta
illud Ysaie xl^o: Qui sperant in
Domino mutabunt fortitudinem,
assument pennas ut aquile,
volabunt et non deficient. Inpu-
tribile per immortalitatem. Forma
enim arche est triplex sicut dicitur
Exodi 25. Longitudo arche ha-
buit duos et semis cubitos, la-
titudo cubitum et dimidium, altitudo
cubitum et semissem similiter. Josephus
autem dicit quod facta est archa quinque
cubitorum longitudinis quia virgo
beata quinque sensus suos ab ini-
tio vite usque ad finem in omni
sanctitate longanimiter custodivit.
Latitudo autem peramplissima erat latitudo
quia restauratorem angelorum
et redemptorem hominum et totius
renovatorem mundi avidissime portabat.
Cubitum autem et semissem
habebat altitudo quia eius con-
templatio erat in fide et incomplete
comprehensione, vel ideo quia eius
celsitudo humanam et angelicam
naturam excellebat sed usque ad
filii excellentiam numquam attinge-
bat. Finis autem eius arche atre
scilicet facta fuit est ut contineat ta-
bulas testamenti deutronomium
virgam Moysi et urnam auream
in qua erat manna. Custodiebat
cum hac virgo rigorem discipline

que per virgam legem decalogi
que tabulas eciam cristi qui per
deutronomium quod est lex secunda
et ipsum cristum qui per urnam
auream plenam manna signatur
vel per ista quatuor intelliguntur
ipse cristus qui in ipsa archa ha-
bitavit in quo quatuor fuerunt
scilicet divinitas dulcissima que per
mannam, anima sapientissima que
per deutronomium seu secundam
legem, cetro mundissima que per
virgam Moysi que florebat, ex-
pulsis spiritibus sapientissimus
qui per tabulas testamenti in qui-
bus erant scripta dei mandata
significatur. De ista archa sic dicit
Ambrosius: Archam quid putas
nisi sanctam Mariam diceremus
Si quidem archa intrinsecus porta-
bat testamenti tabulas, ipsius
Maria autem ipsius testamenti
gestabat heredem. Illa intrinsecus
ipsam legem, hec evangelium
retinebat. Illa vocem habebat,
hec verbum verum. Et archa
intus foris quoque divinitatis splen-
dore fulgebat, illa terreno orna-
batur auro, ista celesti. Secundo hec
archa celestis fuit honorabiliter
deducta et assumpta ut uideamus
videamus qualiter deducta fuit
secundum quod ipsa deducta et assumpta
fuit cum honorabili societate cum
ineffabili iocunditate, cum mi-
rabili claritate et cum tranquil-
litate. Assumpta quidem fuit cum
honorabili societate quod signatur
2 Reg 6 ubi dicitur quod David
et omnis Israel deducebant archam
dei cum gaudio et erant cum
David septem chori secundum David

intelligitur circulus / per septem choros
ministrantium angelorum et sanctorum
intelligitur vel per septem choros in-
telliguntur tres chori qui fuerunt an-
tequam sancti angeli patriarche et pro-
phete et quatuor qui fuerunt
in novo testamento scilicet marti-
res virgines confessores et discipuli
qui nuncii dei ad beatam. et quosdam
his accepimus interfuisse dicuntur
De ista honorabili societate dicit
Iacobus / legimus quod sepe ad pre-
sentiam quorumlibet sanctorum angelos ad-
venisse obsequia prestitisse necnon
animas electorum ad celos cum hym-
nis et laudibus detulisse insuper
et hic miri odoris fragrantias
omnibus percepisse. Quanto ma-
gis credendum est hodierna
die miliciam celorum cum suis agmi-
nibus festive obviam advenis-
se genitrici dei cum qua ingenti
lumine circumfulsisse et usque ad
thronum sibi ante mundi constitutionem
paratum cum laudibus et canticis
spiritualibus perduxisse. / De ista ho-
norabili societate cantat ecclesia
vidi speciosam sicut columbam
et infra et sicut dies verni circum-
dabant eam flores rosarum
et lilia convallium per flores rosarum
intelliguntur omnes martires san-
guinis rubricati / per lilia intelli-
guntur omnes angeli confessores
et virgines. Ista autem verba tractans
Iacobus sic dicit in sermone
de assumptione de hac die ge-
nitricis ascendisse ad celos se-
cretorum contemplator ait speci-
osam vidi quia illius speciem
columbe ac simplicitatem pre-
monstrabat que super dominum venit

Descendit autem super rivos aquarum
quia super aquarum refectionibus edu-
cavit eam dominus ubi candidior
facta et perfusa ascendit hodier-
na die speciosa valde. Cuius
odor inestimabilis erat nimis
ad eam perfecta fragrantia quia
illa celestis urbs decreverit quia
circumdabant flores rosarum et lilia
convallium eo quod omnes hic sangui-
ne rubricate cum eterne
dilectionis complectuntur ample-
xibus et virginitatis splendore
candidate cum venerationis
sua obsequentes indesinenter eius
admirantur pulchritudinem. Certa
si diligentius aspiciatis nichil
vetustatis nichil speciositatis nichil
est candore et sic quod eo ea non
repleverat / Secundo assumpta
est cum ineffabili iocunditate
quod signatum est 2 Regum 6 ubi
dicitur David autem et omnis Israel
deducebant archam testamenti
in iubilo et in clangore buccine
Et infra David autem et omnis
domus Israel ludebant coram domino
in omnibus lignis fabrefactis
et cytharis et lyris. Circa quod
notandum quod sicut dicit Augustinus
super psalmum Hugo de sancto vic-
tore Triplex est sonus musicus
unus est qui fit cum voce sic
in cantu. Alius qui fit cum
flatu sicut in buccina. Tertius
qui fit cum pulsu sicut in cythara
Iste triplex sonus tangitur ibi
Sonus qui fit cum voce tangitur
cum dicitur in iubilo. Est enim iu-
bilatio cantus modulatio. Sonus
qui fit cum flatu tangitur cum
dicitur in clangore buccine.
Sonus qui fit cum pulsu tangitur
cum dicitur in omnibus fabrefactis

G

et cytharis per hoc ergo quod
dicitur quod ista archa deducta sit in
templum id est in celum in iubilo tube
et cythara datur intelligi quod intelligitur
quod ibi fuerunt omnes sonori et omnia
genera musicorum de hoc ita dicit
Jeronimus Nulla dubium est illam
celestem urbem tunc exultasse in-
effabili leticia et cum omni gratula-
cione iubilasse quando festiuitas
hec que nobis reuoluitur annua illis
omnibus facta est continua nec in-
uito creditur cum quod saluator per se
totus festiuus occurrit et cum gau-
dio iuxta se eam in throno collo-
cauit alias quomodo impleuisse creditur
quod in lege ipse precepit Honora
inquit patrem tuum et matrem
tuam de hac eciam sic dicit idem
Jeronimus Si gaudium sit in celo
de quolibet peccatore conuerso multo
magis putandum quod tante virginis
exultatione perceperunt quia ciuis
celebritas laus et fauor est sal-
uatoris vnde credimus quod non sicut
hunc diem solempnem dicunt
in superius animo vero eam con-
tinuum eterne iocunditatis ac leticie
veneracionis obsequio cum omni
colunt tripudio honoris et gaudij
vnde in nulla illa celestis ciuitas
congratulatur et veneratur matrem
eius quod adorat filium regem Tercio
fuit assumpta cum mirabili clari-
tate de cuius claritate admirabili dicitur
Canticorum vj Que est ista que pro-
greditur quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut sol
terribilis ut castrorum acies ordinata
De ista eciam claritate admirabili
dicitur Apocalipsis xij Signum magnum
apparuit in celo mulier amicta so-
le et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum
duodecim De qua patet eam fuisse
claritate corporali quia corpus suum
lucidum et gloriosum ad celestia
deferebat Si enim iusti fulgebunt in
regno dei sicut sol ut habetur
in Mathei xiij multa fulgebit illud cor-
pus sanctissimum quod portauit ipsum
iustorum et sanctum sanctorum Et ista
est claritas aurore de qua dicitur
quasi aurora consurgens Sicut in
aurora licet post noctem oriatur nichil-
tamen noctis obscuritatem retinet
Sic eciam licet caro eius nata sit
de corruptibili carne tamen nichil-
tamen sensit corrupcionem sed omnem
miseriam deposuit et penalitatem
Secundo ascendit cum claritate spiritali
id est cum anima beata que fuit omni
luce cognitionis perfusa juxta illud
Ysaie lx Implebit dominus splen-
doribus animam tuam et est claritas lu-
ne de qua subditur pulchra ut
luna Sicut enim luna per solem ra-
diatam habet lucem sic et ipsa per
Christum maiorem omni habet cogni-
cionem Tercio ascendit cum claritate
supernaturali id est cum filio suo qui est
lux et claritas sempiterna Tercio ob-
uiam sibi venit et eam in thala-
mum introduxit Et ista est clari-
tas solis de qua de qua sequitur
electa ut sol Iste est enim sol qui
de ea natus est de qua cantatur
ecclesia Ex te enim est sol iusticie
Christus deus noster Quarto ascen-
dit cum claritate intellectuali
cum claritate angelica quia totus
exercitus angelorum ad ipsam venit
et ipsam vsque in celo associauit
Et hoc est quod subditur Terribilis
ut castrorum acies ordinata Quidam
enim eorum precedebant tanquam
domini celi quasi viam tante di-
gnitatis preparantes Quidam comitabantur

tanquam famuli quasi ipsam
ad celica ducentes / Secundo obse-
quebantur tanquam famuli quasi
eius obsequiis famulantes quia
associabant eam quasi iubilato-
res deuoti laudes dulcissimas
modulantes / Tertio ascendit
cum rationali creatura i. cum luce
superna quia apostoli ipsam usque ad
tumulum associauit et omnes acies
beatorum que erant in celo obuiam
venerunt et eam tanquam soro-
rem propriam tamquam matrem reue-
rendam tamquam reginam suam
usque ad celum associauerunt unde
dicit Apoc. 12 Quod habeat
coronam stellarum duodecim
ut per duodecim stellas intelli-
gantur duodecim apostoli uel spe-
ciale beatorum que decem preceptorum
ta cum dilectione dei et proximi
seruauerunt Ecce quam gloriosa et
luminosa hodie regina ascendit
illuminata a parte superiori et inferiori
luce intellectuali et rationali
ab interiori luce spirituali ab exterio-
ri luce corporali / Quarto assumpta
fuit cum terribili potestate Ante ad-
uentum enim eius ad regine
demones in maxima potencia
erant tam ipse princeps demonum
a deo fortis erat quod omnes eciam
sanctos ad inferos pertrahebat
ipsa enim officina infernalis adeo
erat munita quod nulli etiam sancti
exire poterant Ceteri eciam demo-
nes a deo erant feroces quod ho-
mines nimis suis temptacionibus
infestabant Sed hec omnia regina
ista contriuit Unde potest sibi competere
illud quod dicitur Abacuk 3 percussisti
caput de domo impii denudasti
fundamentum eius usque ad collum
maledixisti sceptris eorum capi-
ta bellatorum eius venientibus
ut turbo ad dispergendum me
ipsa enim principem demonum

scilicet Belzebub letali vulnere sic
percussit ut eius potencia sic de-
bilitauit ut idem nullum sanctum
ad se sic possit trahere nullum
nisi uolentem possit superare
et ideo dicitur percussisti caput de
domo impii Ipsa enim officinam
infernalem in qua sancti patres
detinebantur a fundamentis sic a-
lutit sic eius fundamenta de-
nudauit quod carcere sic effracto omnes
sancti inde liberi exierunt
ideo subditur denudasti fundamenta
eius usque ad collum Ipsa etiam
ceteros demones perpetue maledic-
tioni sic addixit quod eius male-
dicto eorum potenciam a funda-
mentis eradicauit iuxta illud Ec-
clesiastici 3 Maledicto matris era-
dicauit fundamentum ideo subditur
maledixisti sceptris eius i. ce-
teris demonibus qui sunt quasi
quedam sceptra in manu principis
demonum Capita bellatorum licet
enim totus exercitus demonum habeat
caput unum scilicet Belzebub tamen
et singule cohortes demonum
habent sua capita Ista autem
capita satellites suos mittunt
aliquando unum ad unum negocium
aliquando duos aliquando plures
aliquando uero mittunt magnam co-
hortem subito instar turbinis ir-
ruentem et ideo subditur venien-
tibus ut turbo ad dispergendum
me Demones igitur istius regie
potenciam valde timent sciences
quod principi demonum intulit letalem
percussionem et quod officine infernali
fecit eisionem et quod ceteris demonibus
intulit perpetuam maledictionem / Demo-
nes igitur qui sunt in isto acie
taliter maso uidentes istam re-
ginam tam potencialiter ad celum
ascendentem validissime timue-
runt et territi fugierunt nec mirum
fugierunt eam perterriti a tam ho-
norabili societate Cant. 7 Quid
uidebis in Sunamitide nisi choros

celestium i. ordines angelorum
fugierunt || vulnerati a tam in-
sensibili iocunditate. || Sicut enim de-
mones sunt in luctu et ideo
illa melodia celestis cum qua
virgo deducebatur ad celum non
erat eis ad consolationem sed
ad vulnerationem et dissectionem
quia pre invidia vulnerabantur
et dissecabantur. Nam sicut dicitur
Eccli. 22. musica in luctu importu-
na narratio. || Fugierunt excecati
a tam mirabili claritate. Si-
cut enim noctua non potest sustinere
solis splendorem sed potius
excecatur propter sui visus debilitatem
et solis nimia claritate sic
demones claritatem et laudes
virginis gloriose sufferre non po-
terant. Cuius causa propter maliciam et in-
vidiam oculos excecatos habe-
bant iuxta illud Sapie. 2.
excecavit eos malicia eorum.
Fugierunt tremefacti a tam ter-
ribili potestate. Sicut enim canis non
videt virgam cum qua percussus
est territus fugit. Sic et ipsi
demones cum vident deduci
in celum virgam Jesse que cele-
stem florem protulit que ipsos
demones letaliter percussit tre-
mefacti et perterriti ab eius con-
spectu fugiunt. Ysaie 30. A vo-
ce enim domini pavebit assur i.
dyabolus virga percussus. Et sic
ipsa virgo beata in suo ascen-
su fuit valde amabilis et
demonibus valde terribilis.
Bernardus super illud Canticorum ut ca-
strorum acies ordinata, terribilis
demonibus i. ordinata virtu-
tibus. Singularis timor maligno-
rum spirituum, specialis amor divi-
num beatorum. || Tercio hec ardo-
sui spiritualis fuit in celesti

tabernaculo collocata quando
cum corpore glorioso fuit assumpta
eiusdem quinque convenientes multipli-
catione. Primo quia fuit mater
christi deificata. Secundo quia fuit
fidelis christi nutrix. Tercio quia
fuit vestis christi incorrupta. Quarto
quia fuit archa dei. Quinto quia
fuit thezaurus christi et gemma
preciosa. Prima igitur racio est quia
fuit mater christi deificata et ideo
debuit a filio honorari. Istam
rationem tangit Augustinus in ser-
mone de assumpcione dicens
putredo vermis que humane est o-
probrium conditionis cum hoc a
christo alienum sit a lue eius
natura marie concepit. Quia ipsius
de ea suscepisse probatur. Caro
enim ihesu caro est marie quam
super astra transvexit honorans
omnem humanam naturam et magis
maternam. Si natura matris
est filius conveniens est ut sit
et filii mater. Non quantum ad unitatem
persone sed quantum ad unitatem
corporalis nature. Hec Augustinus. Voluit
christus totus esse matris sue secundum
carnem ut scilicet patrem carnalem
non habet. Voluit eciam matrem
totam esse suam ut alios filios
secundum carnem non generet. Cum
igitur ex ea voluit generari filius
numquam voluit generare vermes qui
gloriosam matrem suam voluit
commitari homini nunquam ea ve-
lut committere vermi. Ipse cum corpus
precepit ut quilibet parentem suum et
matrem suam honoraret. Si igitur
corpus matris est in tribus contin-
ceptum suum facit quia corpori
eius nullum honorem impendit
cum in corporibus multorum
sanctorum multos et magnos

in tribus honoribus impendit ec-
clesia cum corpora sanctorum ad-
huc integra conservantur sicut et
corpus sancti petri martiris apud
~~mel~~ mediolanum sancte lucie
apud venecias et multa adhuc
per mundum inveniuntur illesa eciam
multorum miraculis illustrantur
sicut est corpus sancti nicolai et
sancte katherine ex quibus assi-
due oleum manat quod cunctos
languidos sanat et multe re-
liquie sanctorum sunt per mundum in
per quas miracula crebrerima fiunt
secundum in sepulcris auro gem-
misque radiantibus recondiuntur
sicut corpus sancti thome can-
tuariensis et multorum aliorum
sanctorum que habent sepulchra
ad modum gloriosa tercium visita-
cione fidelium de universis fine-
bus mundi temporibus frequentantur
sicut corpora apostolorum petri et
pauli et sancti jacobi quorum-
dam sepulchra manibus ange-
licis ~~parantur~~ sicut corpi sancti
clementis Si autem corpus virginis
est in tribus nichil de hiis corpori
virginis deus exhibere fecit et
sic qui aliorum corpora sanctorum
sic honorat videtur honorem
matris corporis contempsisse
Quo modo ergo filium a vicio
irreverencie erga matrem et
ingratitudinis erga hospitam
que ipsum novem mensibus hospi-
cio recepit et fallacie erga
amicam excusemus nimirum
si eam quam pre aliis in vita di-
lexerat pre aliis delinquit in fine
si non tali amice tali hospite et
tali matri aut unum de premissis
aut maiorem preparavit et reservavit
prestitit quam honorem

Secunda racio est quia fuit christi
fidelis ministra et ideo debuit ho-
norari De hac racione dicit augustinus
in predicto sermone sub aliquibus
ministris veritatis ait ubi ego sum
ibi et minister meus erit Si hec
est generalis sententia per fidem et ope-
ram christo ministrancium quanto
magis quodammodo specialis matris
absque dubio cum ministris exti-
tit que hunc in utero gessit
partum quam perfusum aluit et po-
suit in presepio reclinavit fugi-
ens in egyptum abscondit et
omnem infanciam eius prosecuta
usque ad crucem ab eius non
recessit consectata Ecce igitur
maria fide et ope christi ministra-
trix Si ibi non fuit ubi christus
ministros suos vult esse ubi ergo
erit Et si ibi fuit numquid equali
gracia Et si de equali gracia ubi dei
equa censura que reddit uni-
cuique secundum merita sua Si merito
matre vivente pre omnibus dona-
ta est gracia mortue erit minuenda
absit Si cum mors omnium sanctorum
preciosa est matre sane est pre-
ciosissima Idem letatur maria
leticia innumerabili anima et corpore
in proprio filio cum proprio filio
per proprium filium quem in utero
gessit quem genuit que fovit
que aluit dei genitrix dei mi-
nistra dei prosecutrix // De qua a-
liter sentire non valeo aliter non
audeo aliter dicere pertimesco /
Hec ergo cuncta que diximus
quia naturam non superasse cognoscimus
integritatem quam matre plus gratiam
quam naturam potuisse non dubitamus
Si ergo dixi ut debui approba
christe obsecro tu et tui si non

ut debui cognoscere affectu tuo et
tuo. Dicit Augustinus. Ipsa quidem vera
ministra christi fuit rectam sibi mi-
nistravit in utero materno sui cor-
poris preparando. Ministravit etiam
iterum in sua infantia eum
nutriendo et alendo in egyptum
deducendo et reducendo. Mi-
nistravit in sua pueritia in urbem
ad festivitatem ducendo et re-
ducendo et diligenter custodiendo.
Ministravit in sua iuventute
cum ad nupcias associando et
suam gloriam manifestare procuran-
do. Ministravit in morte cruci
assistendo et sibi doloribus in
singultibus compaciendo. Ministra-
vit post mortem omnia eius loca
devocione mirabili frequentando
unde dicit Ieronimus in sermone
de assumpcione. Fortassis pre ni-
mio amore in loco quo sepultus
dicitur eius filius mediam cogitasse
eam credimus quibus primis visibus
pascitur eius amor obtutibus.
Sit namque locus medius est. Qui
inde constitutus ut adire possit ve-
stigia ascensionis et locum sepul-
ture et resurrectionis seu omnia
in quibus passus est loca innise-
rhius cum in spiritu esset hic dominus
in carne vixit carnis move-
batur sensibus. Et ideo locorum
recreabatur visitacionibus. Mini-
stravit etiam sibi post ascensi-
onem precibus et oracionibus devoti-
ssimis assistendo unde dicitur
Actuum i. Quod post ascensionem
domini omnes apostoli erant perse-
verantes in oratione cum Maria
matre Ihesu. Ubi dicit Ieronimus.
Ecce Ihesu ascendente Ma-
ria cum apostolis vacat in scola studio
et meditatur in lege mandatorum
dei ut ipsa sit forma discipline

christi et exemplo perfectionis
virginibus conversatur cum testibus re-
surrectionis ut ipsa testis conversetur
cum senatoribus celi ministra curie
paradisi sub spiritus sancti disciplina
et magisterio tacitis divine ma-
iestatis. Inveniuntur prima inter prima-
regis electoribus quarum vita no-
cerat de terris in quibus christus
probabatur sed de celis. Tercia racio
est quia fuit vestis christi decora
et incorrupta et ideo debuit in-
tegra reservari. Nullus enim rex
patitur vestimentum suum a vermi-
bus rodi vel in luto conculcari et
ideo vestimentum suum id est corpus
maternum a vermibus tolleravit per-
pascitur regina a vermibus tine
in vestitu decorato id est cum corpore
glorificato. Augustinus. Qui elegit di-
vina voluntate ut eius plas-
matis vestem putredine
illesam conservat in matre
ipsa quod elegit in veste aliena.
Iona putrere in ventre ceti incor-
ruptum voluit unam solam Mari-
am incorruptam non servabit.
Qui servatus est Daniel in in-
saturissima fame leonum non ser-
vanda est Maria dotibus dona-
ta gratiarum virtutibus. Augustinus.
Cuius dicit non videtur indecens
valde esse si in coronacione
celestis regine deesset ornatu
sui gloriosissimi corporis cum
rex celestis in ornatu tali appa-
reret. Nunquam conveniens ergo
fuit ut sicut in corpore christi sa-
tum erat rex regum et dominus
dominancium. Sic et in corpore regi-
dem esset scilicet regina reginarum
et domina dominancium. Quarta racio
est quia fuit archa a deo sanctifica-
ta et ideo debuit in templo
celesti reponi. Apocalipsis xi.

apertum est templum in celo et vi-
sa est archa testamenti in templo
Tunc archa testamenti in templo
est visa quando corpus marie est glo-
rificatum quam omnes angeli et
sancti dei super se vident exalta-
tam / De hac archa dicitur 3 Reg 8
Intulerunt sacerdotes archam fe-
deris domini in locum suum in oracu-
lum templi in sancta sanctorum subter
alas cherubin Sacerdotes quidem
intulerunt archam dei in locum
suum et super omnes ordines an-
gelorum in oraculum templi unde
dantur responsa dei in sancta sanctorum
ad que nemo est ingressus nisi
solus pontifex i. cuius mater
super alas cherubin i. super perfec-
tione plenitudinis sapientie divine
ipsa enim est in plenitudine de
qua etiam sanctis effundit Unde
cantat ecclesia vidi speciosam
sicut columbam ascendentem
desuper rivos aquarum / De istis
rivis dicitur Ezech 34 pasca-
bo eas in montibus israel i. in con-
templatione divinorum pro-
nam et in rivis i. inter ordines
angelorum et i. cunctis sedibus
i. in congregatione sanctorum
Ecce ubi sancti sunt in rivis
ista autem desuper rivos et propter
maiorem plenitudinem et propter
maiorem effusionem Sicut ait Jo-
hannes damascenus in sermoni-
bus suis hodie sanctissima
virgo celesti templo invehitur
hodie sacra et animata sed eo cor-
pore quo deum suscepit pedi-
bus suis requiem advenit /
Quinta ratio est quia sicut the-
saurus christi et gemma preciosa
Et ideo debuit in celesti the-
sauro recondi Nullus enim sa-
piens gemmam preciosissimam
in luto reponet / Hec dicit Au-
gustinus Tronus dei thalamus

dei celi atque thabernaculum christi
dignum est ibi esse ubi ipse tam
preciosum thezaurum dignius est
celum servare quam terra tantam
integritatem multa incorrup-
tibilitatis non putredinis ulla
resolutio sequitur Illud sacra-
tissimum corpus in escam vermi-
bus traditum sentire quia non
valeo dicere pertimesco etc.

Sermo secundus de as-sumptione matris domini

Signum magnum apparuit
in celo mulier amicta sole
et luna sub pedibus eius
et in capite eius corona stellarum
xii et in utero habens Apoc 12
Beatam virginem mulierem tam admi-
rabilem que habet stellas pro
serto / solem pro ornamento
lunam pro scabello deum in utero
nulla lingwa creature sufficit
Quia quicquid dixerimus minus
est quam cuius dignitas meretur
Unde Augustinus se non suffi-
cientem esse dicit Quid
dicam ego mea paupertate inge-
nii cum de te quicquid dixero
minor laus est quam tua dignitas
mereatur Si celum te vocem altior
es Si matrem gentium dicam
precellis Si formam dei appellem
digna existis Si dominam
angelorum vocitem per omnia
esse probaris Quid ergo de te
digne dicam / quid referam
cum non sufficiat lingwa creatu-
ris creature Hec Augustinus
Quoniam autem sufficientes non
sumus saltem insufficienter et
imperfecte aliquid de supradic-
tis verbis loquamur ad laudem et
gloriam dei et virginis matris
eius Dicit ergo Signum magnum

apparuit in celo etc. Sequntur haec verba intelligi videantur de celesti convenienter et exponi possunt de virgine maria. In quibus verbis duo tanguntur. Primo quod ipsa sit signum. Cum dicitur signum magnum apparuit in celo. Secundo quale sit illud signum. Cum dicitur mulier amicta sole etc. Circa primum notandum. Quod signum in celo positum est ipse arcus celestis de quo signo celesti dicitur Gen. ix. Hoc signum quod do inter me et vos arcum meum ponam in nubibus celi et erit signum federis inter me et terram. Videamus igitur qualiter ipsa tali signo id est arcui celesti comparatur. Iste autem arcus quatuor habet colores quos trahit a quatuor elementis scilicet colorem igneum quem trahit ab igne sive a celo. purpureum quem trahit ab aere. iacinctinum quem trahit ab aqua et gramineum quem trahit a terra. Dicitur igitur virgo beata arcus celestis propter istos quatuor colores qui in ea perfecte inveniri possunt. Fuit enim ignea id est divino amore totaliter inflammata. Et istam inflammationem traxit ab illo igne supercelesti de quo dicitur Heb. xii. deus noster ignis consumens est. Fuit purpurea id est humani generis regina pia et advocata. Iuxta illud psalmi. astitit regina a dextris tuis etc. Et istum colorem traxit ab aere id est a filio qui est media in trinitate persona et qui est mediator dei et hominum sicut aer est medius inter celum et terram. Fuit iacinctina id est miseris illustrata et istum colorem traxit ab aqua id est ab hominum miseriis. Ecce sicut dicitur Apoc. xvii. aque

multe ipse multi sunt. Fuit graminea sive viridis quia viroris omni statu fuit delectabilis et amena. et istum colorem traxit a terra id est a sua que fuit terra benedicta in qua descendit salvator sicut imber super gramen. Cuius viror durum excellit omnem gratiam sanctorum et omnem speciem beatorum. Ecc. xl. Gratiam et speciem desiderabit oculus et super haec virides sationes. Ex his ergo habetur quod ipsa signum est bonis et malis tribulatis atque beatis. Istam inquantum est ignea amore dei inflammata signum est bonis ut ab ipsa inflammentur. Solet enim apostolus sol in medio mensium ingredi novum signum. In medio autem augusti signum virginis ingreditur. Sol autem quod est in signo in quo creatus est maximos debet habere effectus. Hodie igitur in medio augusti sol iustitie ingressus est signum virginis gloriose. Qui cum in virgine creatus fuit per incarnationem hodie ingressus est eandem virginem per glorificationem. Et ideo in ea et per eam hodie magnos effectus imprimit et vehementer accendit. Accedat igitur ad eam sit inflammatam sit ignitam iusta et certa fulgidi ut ad dei amorem inflammentur. Primo a summo celo egressio eius usque ad sumit ut scilicet ingrediatur virginem in incarnationem per carnem assumptam. Et occursus eius usque ad summum eius ut scilicet ... tatur in eandem virginem in assumptione per eam glorificata. ideo non est qui se abscondat a calore eius. Secundo inquantum est purpurea id est humana

gnus regina patris et advocata
signum est peccatoribus ut deo per
ipsam reconcilientur et ideo signata
est per hester sicut dicitur hester quinto
Cum rex assuerus iratus esset
iratus illa ad intercedendum se
contulit et rex auream virgam
per signo clemencie ad eam exten-
dit et placatus fuit et dixit
ei Etiam si dimidiam partem regni
mei pecieris dabitur // Hec est igitur
virgo maria que filium peccatori-
bus rogat et virgam clemencie
osculans veniam impetrans
potencie regni sui christus adeo
dividit / quia sibi remittit partem
iusticie matri dedit partem misericordie
ut qui iudicari ad filium secundum
forum iusticie metuit appellat ad
forum misericordie / Advocatus est enim ipse
filius apud patrem / advocata est
ipsa mater apud filium Abacuc 3
Sol et luna steterunt in habitaculo
ipsius stat sol i. christus in habita-
culo suo ostendendo patri vulnera
stat luna in habitaculo suo ipso
filium ostendendo ubera / De hoc
signo dicitur Ecclesiastici 36 Innova
signa immuta mirabilia glo-
rifica manum et brachium dextrum
Innovavit christus signa quia e-
va fuit signum inobediencie
hec signum clemencie Immu-
tavit mirabilia quia olim deus
fecit signa que ostendunt suam
iram Glorificavit manum et bra-
chium dextrum // deus manum hec
virginis glorificavit quia ipsam
graciis replevit et ipsam omnibus
invocantibus aperit in psalmo illud
psalmi aperis tu manum tuam
et imples omne animal bene-
diccione Glorificavit etiam eius
brachium dextrum quia quando
dyabolus vult aliquem ferire
ex malicia vel deus pro iusticia
ipsa brachium interponit et defen-
dit / De ista advocata inter nos
et deum dicit bernhardus advoca-
ta premisit peregrinacio nostra
que tamquam mater iudicis et mater
misericordie suppliciter et efficaciter salutis
nostre negocium pertractabit Unde
sibi advocanti filius respondet
illud 3 Regum 2 Pete mater mi
neque enim phas est ut avertam faciem
tuam // Tercio inquantum est iacinctina
i. misteriis illustrata signum
est temptatis et tribulatis ut ab
ipsa adiuventur Istud signum
petebat sibi psalmista in persona temp-
tatorum et tribulatorum dicens fac
mecum signum in bonum ut videant
qui me oderunt et confundantur
quoniam tu domine adiuvisti me et
consolatus es me Istud signum
cor munit ne temptaciones in-
grediantur Cant 8 pone me
ut signaculum super cor tuum et ne
bone cogitaciones dispergantur
et si disperse fuerint det fiduciam
ut ad istud signum iterum revertatur
sicut milites in bello ad vexillum
regis si dispersi fuerint redire
solent ysaie 10 Levabit deus
signum in nacionibus et congregabit
profugos israel postquam dispersi fue-
runt dat eis audaciam ut hostes
persequantur quod signatum est 2
machabeorum viij ubi dicitur quod dato
signo adiutorii de celo commiserunt
iudei cum in clamore bellum et vi-
cerunt Sic iudei i. deum et virginem
confitentes et laudantes habent
signum adiutorii de celo istam scilicet
virginem adiutricem et sic dyabolum
vincunt et in fugam convertunt // Quarto
inquantum est graminea signum est
beatis qui eius virore delectantur
et iocundantur Ideo dicitur Eccl 43
Vide arcum et benedic eum qui fecit

illum / valde cum speciosa est in
splendore suo. Beati cum viden-
tes circa istud tam lucidum tam sple-
didum tam speciosum signum deum
benedicunt de isto signo dicitur
Et luna signum diei festi. In visione
cum hunc signi i. marie virginis
magnum festum facit deus angelis
et quilibet beatus. Nam deus de
hoc magnam habet gloriam angeli
magnam leticiam homo beatus magnum
honorem excellenciam. Ideo potest ei dici
illud Judith 15 Tu gloria ierusalem
tu leticia israhel tu honorificencia popu-
li nostri. Ipsa enim est gloria ierusalem i. dei
qui est visio pacis. Ipsa est leticia
israhel i. angelorum qui deum semper
facie ad faciem vident. Ipsa est ho-
norificencia populi nostri i. omnium sanctorum
et beatorum de quorum progenie ipsa
descendit. Secundo beatus Johannes
ostendit quale sit istud signum
Cum dicitur mulier amicta sole
et verbi ostendit quod ipsa sit lumino-
sa a parte superiori cum dicitur In
capite eius corona stellarum
duodecim // luminosa a parte inferiori
cum dicitur et luna sub pedibus
eius // luminosa a parte anteriori ad
dicitur Amicta sole. Est igitur luminosa
a parte superiori quia in capite habet
coronam stellarum duodecim. Stel-
le duodecim sunt novem ordines
angelorum et tres ordines beato-
rum scilicet martires confessores et virgi-
nes qui eam coronant quia perfecte
ipsam venerantur admirantur et lau-
dant. Seraphin mirantur et lau-
dant in ipsa caritatem tam sincerissi-
mam. Cherubin sapienciam tam pro-
fundam. Throni pacem et ~~quietem~~
quietem in deo sit tranquilla.
Dominaciones tantam super angelos pre-
eminenciam // Virtutes tantam mira-
culorum efficaciam // Potestates tantam

super demones potenciam Princi-
patus tantam de omnibus regnis
providenciam. Archangeli tantam
de omnibus locis diligenciam.
Angeli tantam de singulis per-
sonis custodiam. Martires tan-
tam in tribulacionibus ~~custodiam~~ con-
stanciam. Confessores tantam
sobrietatem. Virgines tantam
puritatem et mundiciam. Secundo
est luminosa a parte inferiori ad dicitur
et luna sub pedibus eius. Circa
quod notandum quod per lunam
mutabilitas designatur. Est autem
quadruplex mutabilitas. Una
est nature que est etiam in angelicis
spiritibus qui quidem mutabiles sunt
per naturam sed immutabiles per
graciam. Unde dicitur Job 4 Ecce
qui serviunt ei non sunt stabiles
et in angelis suis reperit pra-
vitatem. Secunda est mutabilitas
fortune que est in temporalibus que
semper mutantur et variantur.
Unde dicitur Eccl. 1o Vanitas
vanitatum et omnia vanitas.
Tercia est mutabilitas culpe que
est in peccatoribus qui de culpa
fluunt in culpam. Osee 4o
Sanguis tetigit sanguinem
sanguinis sanguinem tetigit
quando unum peccatum ad aliud trahit.
Quarta est mutabilitas miserie
que est in humanis corporibus unde
Job 14 Homo natus de muliere
brevi vivens tempore repletur
multis miseriis. Ista quadruplex
luna i. quadruplex mutabili-
tas fuit sub pedibus Marie
cum mutabilitas est creature
celestis. Et ista est sub pedibus
eius quia omnes angeli eius
imperio subiciuntur. Gen. xxxvii
Vidi per sompnium quasi solem
et lunam et stellas undecim
adorare me. Et potest esse unum

virginis ut per solem intelligatur
suprema ierarchia per lunam
media per stellas infima Ecce
quomodo omnes ipsam venerantur
et adorant unde eciam de eo potest
intelligi illud quod dicitur Job 25
Ecce eciam luna non splendet et
stelle non sunt munde in conspec-
tu eius quia puritas eius ex-
cedit puritatem omnium angelorum
tam maiorum quam minorum /
Secundo eciam luna intelligitur
mutabilitas fortune Eccli 27
Stultus ut luna mutatur Circa
sunt quod bona temporalia flu-
unt et refluunt eius animus
mutatur et variatur Istam lunam
beata virgo sub pedibus suis
habuit que omnia temporalia calcavit
per paupertatem voluntariam
quam elegit Si cum ista temporalia
calcaremus pedibus et non
tangeremus ea affectibus nostra
beati essent de [illegible]
omnis locus quem calcaverit pes
vester erit Luna tamen quanto magis
soli appropinquatur tanto magis luce
privatur Et quanto magis se a luce
elongat tanto magis luce clu-
rescit Circa multi prelati quanto
magis appropinquant ad deum per
aliquam dignitatem tanto magis
obtenebrantur per iniquitatem
Et quanto magis elongantur dig-
nitates suscipiendo tanto magis
illuminantur luce gratie recipiendo
Tercio eciam luna intelligitur
mutabilitas culpe Unde dicitur
de viro sancto illud Psalmi per
diem sol non uret te neque luna per
noctem quia anima sancta neque
in die prosperitatis cadit in peccatum
per amorem male inflaman-
tem neque in nocte adversitatis
per timorem male humiliantem

Istam lunam virgo sub pedibus
habuit quia nulla culpa in ea
umquam prevalere potuit Et ideo in
psalmo non dicitur simpliciter luna
sed luna perfecta in eternum Luna
autem tunc perfecta erit quando sine
macula erit quando visitabitur quod
dicitur Ysaie 30 Erit lux lune
sicut lux solis Fuit igitur sicut
luna perfecta quia sine omnibus
peccati macula / Quarto eciam per lunam in-
telligitur mutabilitas miserie presentis
Oritur in diebus eius iusticia
et habundancia pacis donec
auferatur luna Glosa i. mutabi-
litas que per lunam significatur
Sicut enim luna crescit et decres-
cit, sic et corpus humanum multiplici
mutabilitati subiacet Ro. viii. Va-
nitati igitur subiecta est creatura
non volens sed propter eum qui sub-
iecit eam in spe Et quia ipsa
mutabilitas miserie auferetur in
beata resurrectione subdit Quoniam
et ipsa creatura liberabitur a servi-
tute corruptionis in libertatem glorie
filiorum dei Istam lunam virgo
beata sub pedibus suis habuit
quia perfectam corporis immutabilitatem
possidet et super omnes ordines
angelorum in corpore et in anima
glorificata manet Psalmus Cali-
go i. humana natura sub pedibus
eius et ascendit super cherubin
et volavit super pennas ventorum
Ipsa igitur virgo lunam sub pedibus
habuit scilicet celestem naturam ei pre-
ferendo prosperitatem humanam
tamen penitus despiciendo omnem
culpam ipsam penitus evitando
et humanam miseriam in mortali-
tatem induendo Notandum
autem quod licet hic nomine lune mu-
tabilitas significatur ipsa tamen
virgo aliquando nomine lune significatur
sicut Canticorum sexto patebit /

pulchra ut luna. fuit enim modo
pulchra in assumptione que enim
fuerat valde obscura in filii pas-
sione. Unde beatus Augustinus lunam
tripliciter obscurari scilicet aut quod nu-
bibus tegitur aut quod eclipsatur
aut quod renovatur sicut patet
in novilunio. Sic eciam virgo beata
que hodie fuit pulchra ut luna
in assumptione / fuerat obscura ut
luna in sua humili conversatione in fi-
lii passione et in sui corporali re-
solutione / fuit enim obscura per suam
humilitatem quia se obscurabat
et obumbrabat non dominam nec
nurum (?) sed ancillam domini se
nominabat. Et ista quidem tanta hu-
militatis fuit quedam nubes obscura
que tantam eius claritatem occul-
tabat. Canticorum 1o Nigra sum sed
formosa filie Ierusalem. Quasi diceret
nigra sum exterius per humilitatem
sed formosa interius per maiestatem
sed domini (?) / nolite me considerare quod
fusca sim quia decoloravit me sol.
Quasi diceret quanto magis me sol
interius illuminavit tanto magis
exterius per humilitatem decolo-
ravit / fuit secundo obscura propter
nimii doloris acerbitatem et hoc
in filii passione ubi cum sole ius-
ticie filio suo passa est eclipsim.
Ioelis 2o Sol scilicet ipse Christus con-
vertetur in tenebras per mortem
et luna id est virgo beata in sangui-
nem per dolorem. Fuit tercio
obscurata per mortem corporalem. Tunc
enim fuit obscura quando spiritus corpus
eius beata recessit ut sic obscurari
seu obscurata in morte et fuit
novilunium in resurrectione. Dama-
scenus in sermone: Sicut sol iste
splendidus et lucidissimus sublimi
corpore latens ad breve videtur
quodammodo deficere tamen ipse non
privatur in se lucem in se habens
perhennem fontem luminis /
Sic et tu fons veri luminis
inconsumptibilis vite thesaurus
licet quodam brevi intervallo tem-
poris corporali morti sis addicta
tamen copiose nobis infundis
indeficientis luminis claritatem.
Quarto fuit illuminata a parte intus (?)
Quod notatur cum dicitur in sole
habens non dicitur quid habens
ut ostenderetur quod habebat illum
qui est omne bonum. Habebat
in utero paternum splendorem. He-
breorum 1 Qui cum sit splendor
glorie etc. / Habebat unicum can-
dorem. Sapientie 7 Candor est
lucis eterne et speculum sine ma-
cula. Habebat divinum odorem
de quo ipse inquit dicit Ecclesiastici 24 Ego
quasi vitis fructificavi suavita-
tem odoris / Habebat suavem
dulcedinem illius scilicet qui dicit
ibidem spiritus meus super mel dul-
cis et hereditas mea super mel
et favum / habebat ignem celestem
Hebreorum 12 Deus noster ignis con-
sumens est. Quia igitur eius
uterus habebat paternum splen-
dorem in ea fuit mirabilis cla-
ritas. Ambrosius Quid nobilius
matre dei quid splendidius
ea quam splendor elegit. Quid
castius ea que corpus sine cor-
poris contagione generavit. Quia
habuit in eius utero candorem
ibi remansit mirabilis pulchritudo.
Canticorum 4o Tota pulchra es
amica mea et macula non est
in te. Anshelmus dicebat ut
virgo beata ea puritate niteret
qua maior sub deo nequit in-
telligi etc. / Quia habuit divinum
odorem ibi remansit mirabilis
suavitatis unde adolescentule
clamant et dicunt Canticorum 1o
Trahe me post te et curremus
in odorem unguentorum tuorum.
Ecclesiastici 24 Sicut cynamomum

et balsamum aromatizans odorem
dedi suavitatis. Cum habuit
suavem dulcedinem ibi remansit
in nobilibus prioratibus [?] unde dicitur
Maria mater gratie mater misericordie. Cum ha-
buit ignem celestem ibi reman-
sit in nobilibus caritatis per quam dya-
bolo succendebat. Judith 9 Per-
cussi [?] cum labiis caritatis mee
quam omni tremendo sensum de-
spiciebat. Jeremie 2 Recordatus sum
tui miserans adolescentiam tuam
et caritatem desponsationis tue
quando secuta es me in deserto.
Et per quam omnia adversa vincebat.
Canticorum 8 Aque multe non po-
tuerunt extinguere caritatem. Et
quarto fuit illuminata a parte
exteriori. Quod notatur cum dicitur
amicta sole i. in mortali corpore.
Primo omnibus gratia eius felicior
corporis abintus quantum ad gloriam
anime [?] varietate quantum
ad dotes corporis que redundant
ab intus ab anima in corpus. Ex [illegible]
et redundancia potentie re-
sultat in eius corpore claritas.
Ex redundancia gratie subtili-
tas, ex redundancia fortitudinis
et patientie impassibilitas. In hoc igitur
quod dicitur amicta sole notantur
ipse quatuor dotes scilicet claritas
agilitas subtilitas et impassi-
bilitas. Tantum [?] enim solis claritas
est agilis est ita ut ab orien-
te subito in occidentem transeat.
Subtilis est ita ut vitrum sine
eius lesione subintret. Impas-
sibilis est ita ut nec gladio
nec aliqua re ledi possit. Propter
istas quatuor dotes corporis dicit
dominus Mathei 13 Fulgebunt iusti
sicut sol in regno patris eorum.
Danielis [?] cuius erit splendor a-
micitie [?] quando solis splendorem
habebit ipso corporum [illegible]

Sermo tercius de eadem

Tota pulchra es amica mea
et macula non est in te. Canticorum 4.
Quantam virginis puritatem
et pulchritudinem laudare non su-
fficit etiam angelica pulchritudo
quanto magis homo impurus
et ignorantie tenebris involutus
non invenitur dignus propter suam
impuritatem neque invenitur idoneus
propter suam ignorantiam
et intellectus obscuritatem. Unde
etiam beatus Jeronimus tam precipuus
doctor et tante puritatis amator
hoc timebat dicens de assumptione
Timeo satis et valde pertimesco
dum vestris cupio parere affectibus
ne forte sicut impuris ita et in-
dignus laudator inveniar. Postremo
nec sanctitatis nec facundia suffi-
cit ut beatam virginem laudare
queam ut verum fatear quicquid
humanis potest dici verbis minus est a
laude celi que divinis est cunctis
excellentiis predicata et laudata
promissa a patribus quibus prenunciata
a prophetis prefigurata ab hebraissis [?]
exhibita et monstrata ab angelo
venerabiliter et officiosissime saluta-
ta. Nos igitur primissimi [?] cum
timore et reverentia ad honorem
virginis aggrediamur. Dicat ergo tota
pulchra es. Et magnum est quando
anima est pulchra, maius quando tota
est pulchra, maximum quando est sine
macula, per maximum quando est dei
amica. Ista quatuor implicantur.
Ista quatuor implicantur in eo verbo
quod dicitur Tota pulchra es amica
mea et macula non est in te. Canticorum.
Fuit virgo beata quo scilicet fuit pulchra
propter peccati immunitatem. Tota pul-
chra per humilitatem. Humilitas enim
facit hominem totum pulchrum scilicet
in corde per humilem reputationem
et in corpore per humilem conversationem.
Sine macula propter omnimodam

puritatem / amicta est fervectissimam
caritatem / Fuit igitur pulchra quia
quia ab omni peccati deformitate est im-
munis contra sicut augustinus in libro nature
et gratie Excepta sancta virgine ma-
ria si omnes sancti et sancte cum
viverent interrogati fuissent utrum
sine peccato essent omnes una vo-
ce clamassent Si dixerimus quia
peccatum non habemus ipsi nos sedu-
cimus et veritas in nobis non est
Excepta inquam hac sancta vir-
gine de qua propter honorem dei
cum de peccatis agitur nullam prorsus
mencionem volo habere Scimus enim
quia ei plus gratie collatum est sed
fuit ad peccatum ex omni parte vin-
cendum quia illum concipere et parere
meruit quem constat nullum habuis-
se Ipsa enim habuit liberum arbitrium
in bono confirmatum / et ideo nulli
peccato consentire potuit / potencia
liberi arbitrii uno modo consideratur
prout se habet indifferenter ad pec-
candum et hoc modo consideratur
quasi indisposita ad hoc et ad a-
liud et hoc modo fuit in statu
innocencie unde dicitur
Eccli 17 Deus creavit hominem / et
reliquit eum in manu consilii
sui i. liberi arbitrii potestate Secundo
consideratur ad peccandum et sic est
in regeneratis post baptismum
quia non aufertur ab eis fomes
qui est disposicio ad peccandum
inclinans Tercio consideratur cum neces-
sitate ad peccandum et hoc modo
est in non regeneratis per baptis-
mum quia fomes in illis non est
tantum disposicio ad peccandum sed eci-
am necessitas Quarto consideratur
cum necessitate ad non peccandum
et hoc modo consideratur in angelis
et beatis et in beata virgine per
gratiam sanctificacionis ultime que
supereminet aliis omnibus sancti-
ficacionibus et sic post illam

sanctificacionem non habuit potenciam
peccandi et quantum ad hoc fuit
in statu angelorum et beatorum in
quibus est liberum arbitrium confirmatum
Secundo tota fuit pulchra per humili-
tatem / humilitas enim facit eam totam
pulchram et totam amenam
et floribus omnium virtutum ornatam
de qua dicitur numeri xxiiij° Quam
pulchra tabernacula tua Jacob
et tentoria tua Israel ut valles
nemorose Ipsa enim que fuit
vallis per dei per humilitatem fac-
ta fuit tabernaculum et tentorium
dei per inhabitacionem In hac valle
virginitatis natus est flos pro quo
fluxit fons spiritus sancti accensus
est calor amoris infiniti natus
est flos / de quo dicitur Cant 2
Ego flos campi et lilium convallium
Cristus non fuit flos orti sed
campi quia terra i. virgo beata un-
de nascitur non fuit fossa sed
integra per virginitatem et ip-
se flos non fuit clausus ad certum
sed gratum et apertum omnibus pro-
pter pietatem Et ideo dicit Convallium
in plurali / quia in ea fuit multiplex
humilitas Nam et uno verbo multi-
plicem ostendit humilitatem dicens
Respexit humilitatem ancille sue
Magna humilitas quia dixit se
respectam sicut dicit quibus rem
sum dignus ut super me respice-
ret / Dicit igitur virgo Ego enim
digna ut in me aspiceret et tamen
aspexit et respexit aspexit
gratiam infundendo respexit a-
morem uterum descendendo Maior
humilitas quia dicit se ancillam
non enim vocat se matrem dei et
reginam celi neque dominam mundi
sed ancillam cristi Maxima
humilitas quia dicit humilitatem
non enim dixit respexit humilitatis
nobilitatem vel sanctitatem

Sed aut respexit humilitatem illa
est ancilla humilima que non repu-
tat se dignam ut etiam sit ancil-
la regi dicit Ergo beata virgo
non dico respectam non sum dico me
ancillam sed etiam dico indignam
ut sim ancillam In hac etiam valle
humilitatis fluxit fons spiritus sancti
unde ps. Qui emittis fontes
in convallibus inter medium montium
pertransibunt aque Unam vallem
circumstant duo montes Et ita humi-
litatem circumstant due species
superbie una que nascitur ex re
temporali alia que nascitur ex aliqua
re spirituali In illis montibus
non fluit spiritus sancti fons sed po-
tius in illis qui sunt valles dei
neque declinet ad superbiam que
nascitur ex re temporali sed fuit ex
regia stirpe progenita et ex gratia
spirituali quando fuit in matrem
dei assumpta Sed per manum conta-
rium respexit quando fabro humi-
li convenit Secundum quando dei an-
cillam se vocavit In hac etiam
valle virginee humilitatis successus
est calor amoris igniti In valle
namque solet esse loco celi ferven-
tior atque virtuosior locus et causa
ut dicit philosophus Prima quia ignis
non accenditur nisi in spisso humido
aer ac in montibus autem est
subtilis in valle vero spissus et
humidus invenitur Secunda est quia
in montibus aer subtilis ex
sua levitate fugit et allicit impul-
sus frigidus efficitur In valle vero
pene immobilis perseverat Tertia
est quia radii solis ad latera
montium descendentes sese repli-
cando percutiunt et calorem mul-
tiplicant Iste fuit locus causa spiritus
intellecte quia in corde humili
et magne in beata virgine inha-
bitabat virtus spiritus sancti
et fuit ardoris divini scilicet offi-
cio pietatis que est quasi vapor
humidus tranquillitatis mentis que
est immobilitatis aeris repercussio
radiorum a montibus circumstantibus
replicantium Isti montes sunt o-
mnes virtutes que ipsam beatam virginem
muniunt iuxta illud ps. In montibus
in circuitu eius Constat autem
quod hiis ipse sol iustitie Christus
dum radios suos dirigebat ad
suam humilitatem patientiam
pietatem ceterasque virtutes quibus
tamquam montibus erat circumdata
et iste omnes illuminationes reflec-
tebantur sese repercutientes virtute
humilitatis tamquam in medio valle
quia ista virtus omnes gratias reco-
ligebat et nihil sibi attribuens deo
referebat Tertio fuit sine macula
quia habuit omnimodam puritatem
Cuius autem puritas habuit perfec-
tionem impermixtionem et continuitatem
habuit quinque perfectionem Primum cum
triplex est puritas scilicet divina
angelica et humana Ipsa divinam
puritatem novem mensibus in
suo utero portavit Ipsa puritatem
angelicam transcendit Ipsa omnem
puritatem humanam omnimode
superavit Anshelmus Decebat quod
ut virgo beata ea puritate niteret
qua sub deo maior nequit in-
telligi Habuit secundo eius puritas
impermixtionem non enim habuit per-
mixtionem originalis quia fuit
in utero spiritu sancto sanctificata neque
admixtionem mortalis quia fuit
a peccatis potentia in bono confirma-
ta neque admixtionem venialis
quia fuit a puritate filii impregnata
Unde patet illud Judith 13 dicere
vivit deus quia custodivit me
angelus eius et hinc euntem
et ibi commorantem et inde huc

recidentem. Custodivit eam cadentem et in mundum euntem, quia eam ab originali purgavit, et in mundo commorantem, quia eam a mortali conservavit, et de mundo ad patriam redeuntem, quia sine macula et veniali mundam servavit / habuit tertio eius puritas continuationem, nunquam enim fuit interrupta. Ideo dicitur Eccl. xxiiii°: usque ad futurum seculum non desinam. Quemadmodum fuit diminuta [margin: Sei] scrutabat eam quod dicit apostolus. Extasabar et stupebam spiritum meum inviolata, quia a deo confirmata Eccl. 24. Et sic in Sion firmata sum. Sed fuit semper augmentata, semper renovata, immo totaliter illuminata, quia scilicet tota dei fervoribus electa. Jeronimus: nec solo perhibetur amicta, que licet illi in inaccessibili videtur immersa, nec simulatim tacta, sed operiri magis et confundi et tanquam ipso igne concludi. Quarto fuit dei amicta propter fervientem et ordinatam caritatem quam habuit. Cant. 2: Ordinavit in me caritatem. Secundum beatum Augustinum quatuor sunt gradus amoris, quia primo debemus diligere quod supra nos est, scilicet deum; deinde quod nos sumus; deinde quod iuxta nos est, scilicet proximum; deinde quod infra nos est, scilicet mundum. Ipsa igitur beata virgo caritatem habuit ordinatam, quia quod supra se erat, scilicet deum, dilexit reverenter; quod iuxta se, filium, dilexit dulciter; quod ipsa erat, scilicet se ipsam, dilexit sapienter; quod infra se erat, scilicet genus humanum, dilexit misericorditer. Propter ista ipsa dicit Eccl. 24: Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis et sancte spei. Ipsa enim fuit mater pulchre dilectionis, scilicet filii, qui propter sua pulchritudine est diligendus, et sic dilexit eum dulciter; et timoris, i. dei, qui timore

filiali in reverentia est habendus, et sic dilexit deum reverenter; agnitionis quo ad se, quam dilexit se discrete et sapienter; et sancte spei quo ad genus humanum, quod dilexit et diligit pie et misericorditer. In hoc autem quod vocatur pulchra notatur quod in corpore et in anima sit assumpta. Si enim anima glorificata esset et corpus in pulvere resoluta iaceret, tota pulchra dici non posset. Hoc autem quod scilicet corpus eius glorificaretur convenit divine potentie, sapientie, iustitie et bonitati infinite paternitatis quod dei convenit. Unde dicit Augustinus: Si Ihesus, qui suum omnia posse, voluit integram servare virginitatem pudoris, cur non voluit incorruptam servare a putredinis fetore? Idem: Si in potestate salvatoris de sanctorum capite est, capillus non perit. Ergo et matrem suam integram anima et corpore posse servare. Et si nullus fidelium dubitat eum hoc posse, cur dubitandum est etiam quod de tantam benignitatem [illegible] eum voluisse? Cum leproso dicenti: Domine, si vis potes me mundare, ipse: volo, respondit. Quis ergo nisi perversi sensus audeat dicere quod uterum quem a putrefactione et omnium corruptione servare potuit voluit? Decuit convenit divine sapientie, sicut enim dicitur Prov. 9: Sapientia edificavit sibi domum. Sapiens architectus domum facit pulchram intus et extra. Sunt quedam domus pulchre tantum exterius, quemadmodum similes sunt ypocrite, de quibus dicitur Math. 23: Ve vobis ypocrite, qui similes estis sepulchris dealbatis, que a foris apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorum.

et cum spiritualia. Quedam sunt
pulchre intus quibus similes
sunt sancti viri in quorum persona dicitur
persona Cant. 10 Nigra sum sed
formosa nigra scilicet exterius per hu-
militatem sed formosa scilicet intus
per virtutum varietatem. Quedam
domus sunt pulchre intus et
exterius quibus similes erunt beati
post resurrectionem quia erunt lucidi
intus in anima iuxta illud Ysaie
sexto Impleuit domum splen-
doribus animam tuam et exterius
in corpore iuxta illud Math. 13
Fulgebunt sancti sicut sol in re-
gno patris eorum. Talis domus
scilicet domus tota pulchra fuit
beata virgo etiam in presenti vita licet
non et ea dicat in ps. xliiii Omnis
gloria eius filie regis ab intus tamen pro-
pter hoc fuit pulchra intus et in mente
per puritatem etc et exterius in corpore
per virginitatem. Ideo signatur
per archam que intus et extra
erat deaurata. Si igitur sapientia
edificauit sibi domum in hac vita
tam pulchram in corpore et in anima
ad eandem sapientiam spectat etiam
post hanc vitam ipsam pulchritu-
dinem sibi non diminui sed augeri
exterius. Et ideo ipsam domum modo
est pulcherrimam et intus per anime
glorificationem et exterius corpore
incorruptionem. Ratio quinta dei
iustitie. Iustum est enim qui aliorum
sanctorum corpora ymmo etiam sua tor-
menta ut sunt crux clavi et
corona spinea in tanto honore
habere facit in terra corpus quoque
in maiori honore habere faciat
in celis nisi corpus eius esset in
celis. Si enim tanto honore habetur
crux in qua corpus Christi ad horam
requieuit in quanto honore habetur
mater et cuius visceribus carnem
suscepit et in cuius utero novem
mensibus habitavit. Si corpora
aliorum sanctorum sic honorantur

quia fuerunt organa spiritus sancti
quanto honorandum est illud
beatissimum corpus quod fuit et spiritus
sancti organum et Christi speciale do-
micilium ymmo totius trinitatis nobile
triclinium. Si in tanto honore ha-
bita fuit archa figuratiua in quanto
honore habenda est archa sancti-
ficata in qua fuit verna i. Christi
humanitas in qua latebat manna
i. divinitas. Si in tanto honore ha-
bentur ymagines picte in quanto ho-
nore erit habendum corpus virginis
verum in quo ymago dei sicut d'
impressa fuit permansit in qua filius
qui est ~~filius~~ ymago patris primus
habitavit in quo et per quod y-
mago nostra que erat corrupta re-
paratur. Si igitur diuus talibus honore
dignitatem facit iustum est ut maiore
cius matri sue reuerentiam faciat si in-
tus esset. Quarto conuenit sue
bonitati. Boni namque filii est potius
magis matri quam sibi et magis velle
quod mater honoraretur quam ipse. Hoc patet
cum quod filius dignius se esse exceptum
voluit ab illa generali sententia dicta
quod puluis et in puluerem reuerte-
ris. Gen. 3. Corpus enim eius mortu-
um non est in puluerem redactum
secundum illud ps. Non dabis sanctum
tuum videre corruptionem. Si non melius
sibi parcere voluit verisimile est
quod tam bonus filius in eadem pro-
uidit matri. Et ista ratio est Augu.
ymmo cum tam bonus filius dede-
rit quod etiam inter angustias passionis
de matre curam habere voluit erat
igitur mortalis et passibilis et de ea
tantam curam habuit. Nunquid
factus gloriosus et accepta im-
mortalitate de ea amplius non curat
Tam bonus filius etiam dedit quod
in partu matrem voluit gaudere iuxta
illud Ecclesiam paries et gaudebis re
Et aut voluit flere iuxta illud Sap. 7
Primam vocem omnibus similem

l

cruci plorauit Cum igitur due sunt
date fuit a deo vna homini et mulieri
pulvis es et in pulverem reuerteris
Alia mulieri In dolore paries filios
tuos Sed ipse cristus exceptus fuit
a prima sua scilicet in pulverem reuerte-
ris Quare non accepit mortem ab
ipsa prima sua nec in pulverem
reuertitur Cui tante bonitatis erat
quod ipsam accepit a se tua nec in
partu dolorem aliquem passa est ista
racio sumitur ex Augustino etc

Sermo quartus de eadem

Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut
sol terribilis ut castrorum acies or-
dinata Cant vi Sacram assumptam
ipsi etiam angeli et spiritus admirantur
Ideo quod nos ipsam nec sufficienter
narrare nec digne laudare pos-
sumus etiam si linguas angelicas
haberemus unde dicit Damascenus
Sacrum ascensum genitricis dei nullus
mortalium potest extollere licet cum
mille ora mille lingue vox ferrea
sit ferrea sed nec si omnes lingue
hominum conuenirent tamen misterium pos-
sent efferre preconiis Cuius cum
preconium excedat magnitudinem atque
humani artificii eloquium ad eius ex-
tollentiam insufficiens inuenitur
Quamuis autem sit quod nullus sufficiat
ut in sufficientia mariam adimplet
ipsa in qua omnis sufficientia
inuenitur ut de sua plenitudine
aliquam stillam nobis communicat dicitur
ergo que est ista que progreditur etc
Quia si rusticus vel puerulus
ydiota vel inexpertus laudaret
vel miraretur aliquem lapidem
preciosum vel aliquod sigillum
sculptum vel aliquam ymaginem
pictam vel aliquam scripturam
ornatam breuis laus esset
Sed si doctissimus gemmarius vel
sculptor peritus vel pictor doctus
vel scriptor peritissimus huiusmodi
opera laudarent et mirarentur
ingens et propria laus esset Ergo
beata est margarita dei que fuit
vere sancti spiritus generata est sigillum
dei que ymagine regis in cera
suo impressam illibatam fuit
est ymago dei que representat nobis
diuinam bonitatem sapienciam et pota-
ciam et est scriptura dei qua spiritus
sanctus digito suo scripsit cunctis
generibus et virtutibus et corporalibus
castis et honestis moribus deco-
rando ita quod in corde suo reperire
possimus virtutum varietatem et
corporis morum honestatem Si igitur
grossi et pueri ydiote et inexperti
qui non intelligimus et non cognoscimus
nisi grossa et palpabilia opera
dei talem aut tantam laudem ei
vel minimum modicam laudem dicere
Sed quando illi ciues superni
cherubyn quoque et seraphyn
qui facie ad faciem deum vide-
runt gloriam non tamen laudant et ad-
mirantur et obstupescunt summa
laus est et commendatio venerabilis
Et ideo admirantes dicunt que
est ista que progreditur quasi aurora
consurgens etc Respice autem Ergo ista
comparacio quantum ad quadruplicem
statum suum primo secundum quod fuit in ute-
ro sanctificata et sine peccato concepta
Secundo secundum quod fuit in mundo sancte
conuersata Tercio secundum quod fuit in celo
gloriose assumpta Iste quadruplex
eius status signatur Ezech xlvii
de scaturigine fluminis vbi dicitur
Ecce vir qui habebat funi-
culum mensus est mille cubi-
tos et traduxit me dicitur aqua
usque ad talos et rursus men-
sus est mille et traduxit
me usque ad genua et rursus
mensus est mille et traduxit
me per aquam usque ad renes

Et rursus mensus est mille
et traduxit me usque ad torrentem
quem non potui transvadare. Intelligitur
per domus inchoatio in gentibus
ambulatio in itineribus consummatio per
fluvium est beata virgo in medio
platee civitatis inter triumphan-
tem et militantem ecclesiam po-
sita ut illam irriget utramque ine-
briet iuxta illud Eccli 24 Ri-
gabo ortum plantationum i. eccle-
siam militantem et inebriabo
partus mei fructum i. ecclesiam
triumphantem. Consideremus igitur
beate virginis primum statum
et suum initium qualis scilicet fuit
in vita sanctificata et invenimus
millenarium perfectionis magne.
Consideremus quam sancte et iuste
in mundo ambulavit et quam
innocenter conversata fuit, et inve-
nimus aliud millenarium ma-
ioris perfectionis. Ascendamus
superius ad contemplandum mirabilem
glorificationis qualis scilicet filium dei
genuit et invenimus aliud
millenarium maxime perfectionis.
Postremo consideremus statum sue
assumptionis et invenimus
tantam glorie multitudinem et
tam ineffabilem claritatem
quod neque intellectus neque ratio
illam valeat quam aut applicare
ymaginari possumus intelligere
non valemus. In verbis igitur premissis
istum quadruplicem statum virginis
angeli admirantur. Quantum ad eius
ortum cum dicunt que est ista
que progreditur quasi aurora
consurgens. Secundo quantum ad eius
progressum cum dicunt pulchra
ut luna. Tertio quantum ad filii
sui conceptionem cum dicunt electa
ut sol. Quarto quantum ad eius
gloriosam assumptionem cum dicunt
terribilis ut castrorum acies or-
dinata. Admirantur igitur primo eam
quantum ad eius ortum cum dicunt
dicunt: Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens. Necesse enim
erat ut ista aurora in mundo oriretur
et propter demones et propter homines
et propter angelos et propter deum. Demo-
nes quidem molestabant nos mul-
tiplici temptatione retrahebant a
bona operatione et persequebantur
multiplici afflictione. Sed ista
aurora fugat dyabolicam temptationem
unde dicitur in Job 38 de la-
tronibus i. demonibus: Si subito
apparuerit aurora arbitrantur
umbram mortis. Ipsi enim tam-
quam insani et conterriti fugiunt
cum istam auroram in corde ali-
cuius fulgere conspiciunt seu cogno-
scunt. Demones etiam retrahebant
homines a bona operatione sed ipsa
aurora ipsos expeditos facit. Nam
ante ortum eius homo erat
in nocte et ideo operari non po-
terat quia potentes multos adversa-
rios sustinebat. Psalmus: Posuisti
tenebras et facta est nox in
ipsa pertransibunt omnes bestie silve.
Ad venientem autem ista aurora
et adversarii fugantur et homines
ad operandum securi redduntur. Nam
subditur: Ortus est sol et congre-
gati sunt et in cubilibus suis
collocabuntur. Exibit homo ad
opus suum et ad operationem suam
usque ad vesperam. Ipsa etiam demones
submergit in profundum inferni
ne nos persequantur in tanta afflic-
tione quod significatur Exodi 14 ubi dicitur:
Jam cum venerat vigilia matu-
tina et subvertit dominus exercitum
egyptiorum et fugiebant in profundum.
Secundo necesse fuit ut ista aurora
oriretur propter homines quia scilicet erant
aridi ad devotionem. Erat insimul

ad bona operacionem et erant muti
ad dei laudacionem Sed ista aurora
aridos facit devotos rorem gracie
infundendo Si quidem ros in aurora
de celo descendit unde vegetantur
omnia terre nascencia quia aurora
gracia pervenit cum irrigantur et in-
pinguantur corda arida Dicitur enim
super illud psalmi et pullis corvo-
rum invocantibus eum Quod cum
pulli corvorum sunt albi et per-
a parentibus tamquam degeneres dese-
runtur et tunc rore celesti vivunt Ita
virgo Cum non sunt nigri iam non
rore celesti vivunt Quia ergo beata
rorem sue gracie dat non nigris
per maliciam sed puris per mundiciam
Ipsa eciam infirmos facit fortes ad
bonam operacionem virtutes instaurando
Dicitur quod aurora hora sanguinis
est et tunc magis operantur omnes
virtutes naturales et sicut medici dicunt me-
lius tunc se habent infirmi Unde dicitur
aurora quasi aurea hora id est optima
Similiter oriente ista aurora infirmi
spiritualiter receperunt sanguinis vigo-
rem dulcedinis et devocionis
receperunt augmentacionem Ipsa eciam
mutos facit iocundos ad dei lau-
dem excitando In aurora enim ex-
citantur aves ad decantandum
Unde aurora quasi avium hora Ex-
citantur et stelle et angeli ad dei
laudandum Job 38 Ubi eras cum
me laudarent astra matutina et
iubilarent omnes filii dei Adveni-
ente enim ista aurora illi qui
erant muti efficiuntur aves dei
decantando astra dei ad lauda-
dum angeli dei ad iubilandum
Ideo necesse fuit ut ista aurora
oriretur propter angelum Officium enim
angeli erat illuminare purgare
et perficere Sed nichil horum ange-
li facere volebant sed veniente

ista aurora receperunt nos ex-
ponere ad suscipiendum illumina-
cionem gracie purgacionem culpe et
perfeccionem glorie Ista tria notantur
Genesis 32 In lucta Jacob cum
angelo Nam cum dixisset angelus
dimitte me aurora est enim di-
mittere noluit donec tria bene-
ficia impetravit scilicet purgacionem
sue affectionis Quod notatur ne
quod dicitur quod emarcuit nervus
femoris eius intellectuae per quod
vidit deum [illegible] Quod notatur
per hoc quod posuit sibi nomen
Israel quod interpretatur vir videns deum
et perfeccionem glorie per hoc quod
benediccionem obtinuit illam scilicet
de qua dicitur Ephesios 1 Benedixit
nos omni benediccione in ce-
lestibus Quarto necesse fuit ut
ista aurora oriretur propter deum qui
ab homine erat aversus ex qua
aversione homo incurrerat perpetuam
tem deformitatem et servitutem
Ideo cristus venit in hanc au-
roram id est virginem tamquam aurum
ut pauperes ditaret quo ad cari-
tatem que per aurum significatur
sicut dicitur Danielis 2 Caput eius
aurum optimum aurum autem ma-
iora significat et per hoc cogno-
scunt habentes anulos aureos
in digitis quando dicebat Ipse
enim aurum divinitatis sit ca-
ritativum quod illud virgo ferre non
potuisset nisi spiritus sanctus ob-
umbrasset et quodammodo ei
refrigerium prestitisset Venit eciam
margaritha ut deformes et
ignobiles ~~formaret~~ ornaret
et hoc quantum ad animam Conche
cum marine in aurora se aperiunt
et rorem suscipientes marga-
ritas fetus concipiunt Unde dicitur
aurora quasi roris hora Ista
margaritha est cristi anima

quia spiritus sanctus qui est robur
inseparabilis corporis Christi tetigit
hanc quibusdam virtutibus et gratiis
variis coornavit / veniunt
quamquam manna ut familiaritas
gravitate et hoc quod ad carnem
hoc signatum est Exodi 16 ubi
dicebatur quod in aurora colligebatur
manna / per manna caro Christi tradit
accipitur que est cibus fidelium
iuxta illud Iohannis 6 Caro mea
vere est cibus / Secundo
mirantur angeli virginem beatam
eius ad ipsius progressum cum
dicunt / pulchra ut luna / luna
autem tunc est pulchra quando
est plena Quando autem est
plena habet quadruplicem pul-
chritudinem scilicet in luce in virtute
in rotunditate et in ymagine
quia ymago hominis ibi esse videtur
hinc unde causa non est pulchra
cognitio / per istam quadruplicem
pulchritudinem lune intelligitur
quadruplex pulchritudo que
fuit in virgine scilicet pulchritudo
puritatis in carne pietatis
in opere caritatis in corde et
fecunditatis in ventre / Istam qua-
druplicem pulchritudinem tangit
angelus in virginea salutacione
pulchritudo cum puritatis in carne
intelligitur per hoc quod dixit salve
ave / nullum cum ve in
carne habere potuit que integra
et virgo permansit / pulchritudo
caritatis intelligitur in corde per
hoc quod dixit gratia plena / pul-
chritudo fecunditatis in ventre in-
telligitur per hoc quod dicitur dominus tecum
pulchritudo pietatis in opere
intelligitur per hoc quod dicitur benedicta
tu in mulieribus / Prima igitur
pulchritudo scilicet puritatis in carne
signatur per primam pulchritudinem

lune scilicet pulchra est in luce
ipsa cum tota purissima et lucida
in carne extitit ut posset dicere
de ea illud Sapientie 7 nichil inqui-
natum in illam incurrit Candor est
lucis eterne et speculum sine macula
et ymago bonitatis illius In carne
eius sua nichil fuit corruptionis
quia fuit virginea / Ideo dicit nichil
inquinatum in illam incurrit nichil
impuritatis quia in utero fuit san-
ctificata Et ideo subditur Candor
est eius lucis eterne et speculum
sine macula nichil impurificationis
quia in ipsa fuit omnia purificata
sicut et de filio suo dicitur Et ideo
subditur Et ymago bonitatis illius //
Secunda eius pulchritudo est pie-
tas in opere que signatur per secundam
lune pulchritudinem que est in
virtute Eius enim pietas ostenditur
super amaritates super debiles et
infirmos et super tenebrosos / luna
quidem habet virtutem super mare
quia pietas Marie ostenditur super
illos qui sunt in amaritudine /
crescente luna luce meliorantur
omnia liquida quia apparente eius
pietate fortificantur infirma / luna
etiam in nocte lucet est enim regina
celi ut habetur Ieremie xlmo
luna de nocte absente sole inter
sidera principatum tenet et tamen
absente rege id est sole ut regina
regnum gubernat Sic etiam quando
Christus ex aliqua causa faciem
suam alicui abscondit tunc ma-
ria matrona [illegible] sua ostendit
et fulget eis luce nunc qui pec-
cant in tenebris culpe / Tertia
pulchritudo eius est caritatis in
corde que signatur per tertiam pul-
chritudinem lune que est in rotunditate

fforma aut rotunda est mobilis
capax et sine tactis quia ipa cari-
tatem promptissima unde dicit
de ea sponsus Cant. 2 Surge
propera amica mea et veni Cari-
tatem latissima Eccli 24 Transite
ad me omnes qui concupiscitis me
Caritatem indeficientem utissimam [illegible]
usque ad futurum seculum non desinam
unde in passione cristi ubi etiam
ipse sol eclipsatus est iuxta illud
Ecc. 2a Cum luminibus sole et
quia deficeret ipa cum eclipsim a
fide non potuit sustinere. Quarta
pulchritudo cuius est divinitas in
ventre recipitur per ymaginem
lune. Tenuit cum ipsa luna in se
ymaginem eius quod filius dei qui
est ymago patris in sua viscera
continuit unde dicitur Apocalypsis 12
mulier amicta sole i. luna
deitate; luna secundum proprietatem
est medium coniungens celestia cum
terrestribus. Sic et maria in utero
suo univit sponsum supremum eterni
i. divinitatem humanitati. Ipa cum
sit speculum dei iuxta illud Sap. 7
Candor est cum lucis eterne et
speculum sine macula. Fons dei
fenestra dei iuxta illud Eccli
fenestra facta est. In speculo at-
tatus sol comprehenditur; in fonte totus
sol recipitur et per fenestram totus
sol ingredi videtur et tamen totus
in celo refulgere apparet. Sic et
divinitas intra marie uterum
tota se infundebat et tamen
totum mundum et celum replevit.
Tertio sancti angeli admirantur
tam quantum ad filium dei conceptum
Cum dicunt Electa ut sol. Sol
aut consideratur quantum ad id quod est
supra se, quantum ad id quod est intra
se quantum ad id quod est infra se
et quantum ad id quod est ipse

Si consideremus ipsum quantum ad id quod
est super se nullum apicius tenebrarum
vestigium in aliqua creatura inve-
nimus. Sic etiam si consideramus
mariam quantum ad hunc superi-
us nullum dimitatis vestigium in crea-
tura clarius aliquod invenitur
In ipa enim reluxit bonitas spiritus
sancti qui omnia dona sua cu-
mulavit unde dicitur Luc. 1
Spiritus sanctus superveniet in te
potentia patris que ut deum
recipere possit receptivam red-
didit et ideo subditur et
virtus altissimi obumbrabit tibi
et sapientia filii que eius mentem
et ventrem implevit. Ideo sequitur
Ideo quod et quod nascetur ex
te vocabitur filius dei. Si con-
sideramus ipsum quantum ad ea que
infra se sunt scilicet quantum ad cetera
luminaria celi omnia luce sua ob-
umbrat. Sic et virgo maria
omnes sanctos et sanctas suo ful-
gore obnubilat. Ideo dicitur
Job 25 Ecce etiam luna non splen-
det et stelle non sunt munde
in conspectu eius. Quanto magis
homo putredo et filius hominis
vermis. Non est aut incongruum
ut istud quod dicitur de filio vel
de virgine similiter exponatur
Ex illis cum dictis apparet
ipa fulgore suo obnubilat
celestia et terrestria. Item in celo
quicquid in ecclesia triumphanti
est lucidum videtur obscurum et
ideo dicit Ecce etiam luna non
splendet et quicquid in angelis
est nitidum invenitur immundum
et ideo dicitur et stelle non sunt
munde in conspectu eius. Similiter
quicquid videtur in mundo decoris
comparatione sua invenitur pu-
tridum et ideo dicitur Quanto magis

[...]mo putrida et quicquid fe-
[...]ue et altius invenitur vile et
[...]biectum et ideo dicit filius ho-
[...]us Unius Si autem consideremus so-
[...]em quantum ad id quod intra se c[ontinet]
[...]ue nunquam quod sol inferioribus influit
[...]ua constat Est enim quasi pater
[...]m que in terra generantur unde
[...]r quod homo hominem generat et
[...] et licet unus aliquid ~~[illegible]~~
[...]utrum ad eius generationem requi-
[...]ritur auctoritatis tamen soli attribui-
[...] Sic enim beneficium omne bonorum
[...]ualium que in mundo eveniunt
[...] ipsa procedunt et licet alii sancti
[...]liqua beneficia prestant ipsa tamen
[...]ausa principalis est et origo
[...]m bonorum et penes illam
[...]idet auctoritas omnium de effectu
[...]lius solis etiam inferioribus de-
[...] Ecc 43 Triplicat sol exurens
[...]montes et radios igneos ex-
[...]ufflat et sic beata virgo sol triplicat
[...]montes exurit dum excitat vi-
[...]rem digerit humorem et exci-
[...]t inflammationem Sic et ipsa ex-
[...]tat virtutem glorie mundane in-
[...]it ardorem glorie et excitat fer-
[...]orem caritatis infinite Si autem
[...]consideremus solem in se invenimus
[...] ipse ut dicitur Ecc 43 est vas
[...]mirabile opus excelsi quod ipse
[...] fons lucis et caloris Sic et
[...] fuit vas admirabile quod deus
[...]a sua implevit opus excel-
[...]quod deus ad suam habitationem
[...]cavit fons lucis per quam
[...]us omnibus [...] gratie lumine
[...]fudit fons caloris per quam sic
[...]gidos ad amorem incendit
[...]ito cum angeli admirantur quando
[...]eius gloriosissimam ascensionem ei di-
[...]nt terribilis ut castrorum acies
[...]ordinata per acies castrorum ordina-
[...]s intelligitur tota militia et pul-
[...]critudo civitatis superne quibus

ipsa omnibus fuit terribilis i. valde
admirabilis que ipsam associaverunt
et usque ad filii dexteram deduxerunt
Et sic vivificatio est de ipso sole quod di-
Isaie 30 Erit lux lune quasi lux
solis et solis lux erit septempliciter
sicut lux septem dierum Maria autem
quia filium concepit erat quasi lux lune
quia licet luna lucida sit quandam tamen
nubeculam in se gerit Sic et Maria
quamvis in utero plenissime sanctificata
fuit iniquitas eius corporis quantum ad animam
et respicit personam tamen iniquitas carnis
ipsius respiciebat naturam sic quod caro
alia de carne sua decidi poterat
per generationem adhuc erat sanctificanda
ut de ipsa sine peccato accipi caro
Verbo unienda Et est in carne
nostra duplex impuritas scilicet iniquitatum
scilicet respicit personam et iniquitas quam
respicit naturam Et prima fuit maria
sanctificata in utero secunda in filii
conceptione Triplicat enim fuit sancti-
ficata et emundata scilicet in utero
et quantum ad hoc fuit lux lune
fuit enim lucida et sanctificata iniquitas
corporis comparatur ad animam et respicit
personam sed quia tamen habebat quandam
nubeculam iniquitas eius caro
respiciebat naturam postquam ea sanctificata
fuit in filii conceptione et tunc
illa nubecula est ablata et caro
eius iniquitas respiciebat naturam et
personam est sanctificata et tunc facta
est lux lune sicut lux solis Tertio
sanctificata emundata fuit in assumptione
quia tunc mundata est ab omni
penalitate et tunc fuit lux solis
septemplicat i. universaliter quia
septenarius numerus universitatis designat
Sanctificata est enim universaliter ab omni
culpa et miseria in corpore et anima
et ista sanctificatio fuit ut lux septem
dierum per septem dies intelligitur
septem ordines beatorum scilicet ordo

angelorum patriarcharum prophetarum
apostolorum martirum confessorum et virginum
omnes cum gloriis et excellenciis et
prerogativis quas iste septem dicti
i. septem ordines habent pro tanto
virgo beata universaliter habet et possidet
Igitur sunt omnibus angelis terribilis
i. admirabilis que sunt luxe lune
in sua virtute i. in suo utero sancti-
ficatione Que sunt sicut luxe solis
in filii concepcione que facta est
sicut luxe septem dierum in omnis
glorie dignitatis et excellencie
beatorum omnium plenissima pos-
sessione et certa. Sequitur

Sermo quintus de eodem

Que est ista que progreditur
quasi aurora consurgens pulchra
ut luna electa ut sol terribilis
ut castrorum acies ordinata. Quando
de aliquo sancto loquitur sumus
multa verba invenire possumus
per que eius gloriam explicare
eius laudare valemus Sed si de
dei genitrice loqui volumus eius
gloriam nec explicare nec digne
laudare sufficimus Unde dicit Da-
mascenus Dum angelus matris
sacra facta extollere cupimus
dum virtuti eius insignia predicare
certa si ad cogitandum talia sensus
impediat vel ad loquendum bal-
bucientis lingwa non sufficiat ve-
borum tamen copiam ipsius rei materia
subministrat Cum vero beatissime dei
genitricis laudes scribere volumus
nulla invenimus verba quibus ad hoc
exprimenda sufficere valeamus excellit
enim facultatem sermonis materia
singularis Cuius aut verba digna
invenire non possumus cogemur
tamen ipsam que est mater verbi ut ali-
qua verba nobis ministret per que
ipsam aut ipsam matrem verbi aliqua
laudare possimus dicit ergo.

Que est ista que etc. Magis
habuerant angeli quando videre-
runt mariam super omnes choros angelo-
rum honorabiliter exaltari. Erat
enim nam quandam esse ab angelis
mirabiliter lucere illud psalmi
Minuisti eum paulo minus ab an-
gelis Erat enim ipse racionabilis
a deo conditus sunt corruptibili
corpore alligatus unde sunt paulo minus
ab angelis minoratus Et de hoc
angeli non multum mirabantur
scientes quod corpus quod cor-
rumpitur aggravat animam sicut in
Sapientie. Sed quod homines possent
angelis ad equari vel quod maiores
preferri non dum didicerunt Ideo
quando minoracionem sciebant adequa-
cionem non noverant sublimacionem
non valebant sed adequacionem
ipsi contra didicerunt in quo possunt
homines per virtutis merita et equa-
lem iusticiam angelis adequari
Luce xx Equales enim sunt an-
gelis dei et filii dei sunt cum
sunt filii resurreccionis Et de
hoc similiter non multum mira-
bantur scientes quod homines facti
erant ad dei ymaginem et ad
dei faciem contemplandam Sed
sed videntes quando naturam
in duabus perfectis personis Christi
unitis eius super omnes angelos
sublimari in omni racione magna
sunt commoti Ideo de Christo de-
scendente admirando dixerunt Quis
eius est iste qui venit de edom
tinctis vestibus de bosra. De
virgine aut ascendente dixerunt
verbum propositum Que est ista que
progreditur quasi aurora etc. Ma-
gis angeli admirantur eius pro-
gressionem pulchritudine decorem
et terrorem Et progressionem ap-
pellat auroram pulchritudinem lune

[..]lorem soli et terrorem armate
[..]aci ipsa enim amicabilis erat in
[n]atiuitate Et ista est progressio
[e]ius admirabilis in conversione Et
[is]ta est pulchritudo amicabilis
[i]n filii dei conceptione Et ipsa est
[e]lectio eius amicabilis in assump-
[t]ione Et est iste terror eius quod
[ad]mirantur igitur angeli eius pro-
[g]ressionem .i. natiuitatem comparantes
[e]am aurore cum dicunt Que est
[i]sta que progreditur quasi aurora
[con]surgens / Sunt enim tamen quasi
aurora consurgens quia ab omni
[pec]cati tenebra purgata et luce gratie
[p]erfusa / Respondeo autem est quod alii
[s]ancti cum originali concipiuntur
[e]t cum originali nascuntur
[C]ristus autem fuit sine origi-
nali conceptus et sine originali
natus / Virgo autem beata medium
tenet locum quia fuit cum origi-
nali concepta sed sine originali
nata ista dicta tanguntur Job 3°
[d]icitur de die autem culpe origi-
nalis que incepit quando apti sunt
oculi adam et eue obtene-
brentur stelle caligine eius
expectet lucem et non videat
nec ortum surgentis aurore stelle
[e]n[im] .i. sancti in illo die culpe
originalis sunt obtenebrati
quia sunt cum originali concepti
et cum originali nati Sed ista
dies culpe non videt lucem .i.
[C]ristum nec in suo conceptu nec in
suo ortu Et ideo dicit expectet
lucem et non videat Sed auroram
[s]urgentem .i. virginem beatam non videt
[ho]rum videt quidem quantum ad ortum
sed videt quantum ad conceptum
Et ideo subdit nec ortum sur-
gentis aurore Quod notatur
in verbo consurgendi Quidam
enim in ortu suo se habent
in statu iacentis ut sunt non

baptisati qui quidem per peccatum
sunt prostrati de quibus Eze 16
dicitur vidi te conculcari in sangui-
ne tuo Quidam in statu sedentis
sicut sunt regenerati qui in parte
surgunt quia mundati sunt ab
originali peccato quantum ad reatum
in parte tamen iacent quia adhuc
remanet quantum ad actum Quidam
in statu surgentis sicut in utero
sanctificati et fuerunt Jeremias et Jo-
hannes baptista de quo dicitur
Mat 11 inter natos mulierum non
surrexit maior Johanne baptista
Maria autem tenet statum non tantum
surgentis sed etiam consurgentis
sicut hic dicitur Quasi aurora con-
surgens Ceteri enim sanctificati in utero
non habuerunt ex originali aliquam
pronitatem ad malum Et ideo sur-
rexerunt / habuerunt tamen aliquam diffi-
cultatem ad bonum et ideo non con-
surrexerunt Maria autem nec pronitatem
ad malum nec difficultatem
ad bonum habuit ideo surrexit et
consurrexit et perfecta sanctificata
fuit Cristus autem tenet locum ascen-
dentis quia semper sanctus fuit unde
dicitur ysaie 11 flos de radice eius
ascendet / Secundo admirantur angeli
eius pulchritudinem quam habuit
in conversatione Unde dicitur pulchra
ut luna / luna enim est planetarum
minima post mercurium quia maria in
conversatione sua omnibus sanctis fuit hu-
milima post filium suum et tamen pulchrior
quam luna nostra omnis luna habet
lucem mutuatam variabilem eclip-
satam et maculis respersam / habet
quidem lucem mutuatam quia non
lucet luce propria sed luce a sole re-
cepta tales sunt hypocrite qui non
habent lucem veram propriam sed apparen-
tem et simulatam hypocrite enim
lucem suam non mutuantur a sole
iustitie / sed ab humano favore /

e

De quibus dicitur Iohannis v. Quomodo
potestis vos credere qui gloriam
ab invicem accipitis. Eiusdem vii.
Qui a semetipso loquitur gloriam propriam
querit. Qui autem querit gloriam qui misit
illum hic verax est et iniusticia
in eo non est. Virgo autem beata
habuit lucem suam inmutatam
sed a sole non ab exteriori iusticie
favore quia non curabat de pulchri-
tudine exteriori ad ostentacionem
sed interiori ad sanctificacionem. Psalmus 44.
Omnis gloria eius filie regis ab
intus. Secundo luna habet lucem
variatam quia modo in sua luce
est plena modo semiplena modo
vacua. Sic eciam sunt quidam qui
habent modo lucem plenam dum
fulgent in vita activa et contempla-
tiva. Quandoque vacuam dum non sunt
neque contemplantes neque operantes.
Virgo autem Maria instar lune modo
recedebat a sole quantum ad activam et illu-
minabatur a parte inferiori et operabatur
in inferioribus pro curando ministrando
et subveniendo. Quandoque accedebat
ad solem per contemplativam et illumina-
batur a parte superiori intenta contempla-
cioni oracioni et devocioni. Habet eciam
luna lucem variatam. Quia modo lucet
in principio noctis et signat inci-
pientes et cito deficientes. Modo
in fine noctis et signat bene finientes.
Quandoque per totam noctem et signat
bene incipientes et bene con-
tinuantes. Virgo autem Maria istam
varietatem non habuit sed fulsit
in suo principio quia fuit in utero
sanctificata. In medio suo quia a
filio dei illustrata et sancte et
innocenter conversata. In suo ultimo
quia in corpore et anima glorificata.
Per noctem eciam signatur tribulacio et
temptacio. Quibusdam cum sancti ad-
iuvat in principio temptacionis
quibusdam in medio quibusdam in fine.
Ista autem semper adiuvat et in principio

dando constanciam et in medio
dando perseveranciam et in fine
dando coronam. Hec est cum stella
maris que aliis stellis occiden-
tibus nunquam occidit quia aliis
sua suffragia quasi nubilo culpe
subtrahentibus ipsa semper succurrit.
Tercio luna habet lucem eclipsatam.
Lux autem Marie in passione filii
sui est eclipsata propter doloris vehe-
menciam. Sed eclipsata non fuit
propter doloris amaritudinem. Tunc
velum cum templi id est pectus dominus
in quo velatum erat templum corporis
Christi a summo usque deorsum
scissum fuit ut habetur Mathei 27.
Tunc nulla pellicula sive vel particula
in corpore domini remansit que
dolore plena non fuit. Non
tamen tantum unam mortem ubi tunc
ab sed tres quodammodo passa fuit
ut videtur illud quod dicitur Ezechielis 21.
Duplicetur gladius ac triplicetur. Prima
mors fuit separacio matris a filio. Et
ista mors fuit amara. Secunda fuit
in filio separacio anime a corpore
Christo et ista fuit in matre mors
amarior. Tercia fuit in matre
separacio scilicet a spiritu suo ipsa enim
adherens Christo unus spiritus erat
cum eo. Anima quidem corpus vivi-
ficabat. Spiritus autem suus cum spiritu
Christi unitus fuit. Quando igitur
Christus emisit spiritum suum mater
perdidit suum. Spiritus cum Marie ma-
gis erat cum filio quam in cor-
pore. Et ista fuit mors amaris-
sima. Licet autem sit eclipsata
fuit quo ad dolorem tamen semper lu-
xit per fidem et amoris virtutem.
Alia quidem luminaria mundi scilicet celi
in passione Christi eclipsati fuerunt
dum fidem amiserunt. Ista autem
semper luxit et lumine indeficiens
perseveravit. Unde dicitur de ea Sa-
piencia Ecclesiastici 24. Ego feci in celis
ut oriretur lumen indeficiens

De ista celi qui nunquam lumen suum amiserunt sed cristus qui eciam in morte non perdidit lumen diuinitatis sue ... et cum carne in tumulo et cum anima in limbo et mater sua que lumen fidei et gracie nunquam amisit / Secundo habuit lucem maculis carentem nam sol et luna nullam habet maculam nec ista in cogitacionibus quia semper fuerunt sancte / neque in affeccionibus quia semper fuerunt munde / neque in intencionibus quia semper fuerunt recte ideo sponsus eam alloquitur dicens Tota pulchra es amica mea et macula non est in te fuit enim pulchra in cogitacionibus tota pulchra in affeccionibus sine macula in intencionibus Et ideo mirantur angeli in ea electionem quam fecit in filii dei incarnacione eum fuit Electa ut sol sicut dicit Beatus Augustinus In sole tria considerantur quod est quod lucet et quod calet / Quoniam ista tria fuit electa ut sol quia habuit electum esse electam lucem electum calorem / pater enim dedit ei electum esse id est electum corpus et electam animam Nam corpus elegit ipsum sanctificando / animam preelegit ipsam gracia et uirtute ad implendo utrumque elegit et preelegit eam in suo tabernaculo habitare faciendo / unde dicitur elegit eam deus et preelegit / in tabernaculo habitare eam facit in tabernaculo suo / filius dedit sibi electam lucem diuinorum suum cognicionem de qua dicitur Apocalypsis xxi Ciuitas illa non eget sole aut luna ut luceat nam claritas enim dei illuminabit eam et lucerna dei est agnus ista ciuitas est illa de qua dicitur Gloriosa dicta de te sunt ciuitas dei Ista ciuitas non indigebat illuminacione angelica ideo dicitur Terra non indigebat sole nec indigebat instruccione humana Et ideo dicitur Terra non indiget luna Sed est illuminabatur a deo ideo dicitur Sed claritas dei illuminabat illam continue aut illuminata fuit a suo filio ideo dicitur Et lucerna eius est agnus Spiritus sanctus dedit ei electum calorem Sciendum quod beatus dyonisius in descripcione seraphin tradit quatuor gradus amoris / dicit enim ipsum dilectorem esse mobilem calidum acutum et suspendentem isti quatuor gradus in amore in virgine beata inveniuntur cum enim deus fecit eam mobilem id est in obediencia valde promptam et agilem quod scilicet adeo obediens dixit Ecce ancilla domini / fecit eam calidam id est feruentem quia mox feruenter montana alta conscendit / Hoc signum est quod hoc quod ipsa concepto unigenito cum festinacione in montana abiit / fecit eam acutam id est celorum secreta penetrantem unde ipsa dicit Ecclesiastici xxiiii Girum celi circuiui sola / fecit eam suspendentem id est in solo amore dei quiescentem / Omnem enim mundanum amorem impaciens ferebat et solum ad dei amorem anhelabat dicens Canticorum v Nunciate dilecto quia amore langueo // Tercio fuit admirabilis in sua assumpcione Unde dicitur Terribilis ut castrorum acies ordinata Nam acies ordinate castrorum sunt ordines angelorum et omnium sanctorum / fuit enim terribilis id est mirabilis ut acies ordinata celestium quia circumdata erat agminibus omnium angelorum non enim fuissent admirati Si sola anima eius ascendisset quia multe anime sanctorum ascenderant ante ipsam nec fuerunt admirati quod cristus cum corpore ascendit post quam scilicet sue diuinitatis potenciam cognouerunt Sed valde admirati sunt uidentes feminam puram creaturam ascendere cum corpore glorioso / Hoc enim pie creditur sancta mater ecclesia quod eciam quibusdam uidetur explicite

Secunda una similiter ex parte Christi / secunda ex parte virginis // Prima ex parte vero ex parte Christi est eius benignitas de qua sic dicit Augustinus in sermone de assumpcione virginis non pertinet ad Christi benignitatem dei matris servare honorem qui legem solvere non venerat sed adimplere. Sicut eam in vita preter ceteros illa gratia sui conceptus honoraverat tam in morte singulari salvacione et speciali gratia honorasse putandum est. Omnibus opprobrium est humane condicionis. Opprobrium autem contrarium est honori matrem ergo perfecte non honoravit si ab hoc opprobrio eam non servavit. Idem Augustinus confitendum censeo Mariam ad eternitatis gaudia assumptam benignitatem Christi honorabiliter esse susceptam. Porro quam gratia honoravit preter ceteros atque communem atque humanitatem non esse addictam post mortem putredini et pulveri que suum et omnium genuit salvatorem. Secunda racio ex parte virginis fuit eius dignitas. Unde dicit Augustinus ubi supra quantum intelligo quantumque credo anima Marie excellenciori quadam prerogativa a filio honoratur possidens in Christo corpus suum quod genuit glorificatum. Et quare non suum quod genuit sive obumbrabit [?] certo [?] auctoritatis vere credo et quo genuit quia tanta sanctificacione dignior est celo quam terra. Tercia racio est ex parte nostri est nostra utilitas. Sicut enim conveniens fuit ut Christi resurreccio gloriosa acceleraretur ut per hoc spes virorum sue glorie resurreccionis daretur sic necesse fuit ut acceleraretur in virgine resurreccio gloriosa ut daretur spes future resurreccionis sexui muliebri naturaliter magis pusillanimi et habenti maiorem materiam diffidendi ex eo quod fuerat occasio perdicionis mundi. Et ideo ad gloriam muliebrem et ad plenam fiduciam reparandam non viri filius sed mulieris voluit esse. Non vir sed mulieribus post suam resurreccionem voluit primo apparere. Voluit igitur quamvis non in mulieribus in corpore Marie exaltare et magis quam omnibus comprehensoribus et spiritibus quam omnibus magnum honorem ad muliebrem formam spem et fiduciam et ad dei laudem [?] benevolencia qui carnem in fragili sexu tantam gloriam dignatus est attollere etc.

Sequitur sermo sextus de assumpcione virginis Marie

Que est ista que ascendit de deserto [?] deliciis affluens innixa super dilectum suum. Cant. ultimo. Ad laudandum tante virginis maiestatem invitat devocio et deterret tante excellencie magnitudo. Unde dicit B[ernardus] in sermone. Tempus est omni carni loquendi cum assit incarnati verbi in celum mater. Non debet cessare a laude quam mortalitas cum homines natura sunt immortales spiritus exaltat in ipsa. Sed de eius gloria neque silere devoto patitur neque dignum aliquid [?] cogitacio aut [?] est locucio peragere. Sunt et et ipsi celestes cives principes in hac consideracione tante novitatis proclamat [?] pre admiracione. Que est ista que ascendit de deserto deliciis affluens [?] manifestum dicitur. Que est ista que de [?] michil sine labor et dolor et afflictio prius ascendit deliciis affluens spiritualibus. Hec B[ernardus]. [?] igitur premissis angeli prius ostenderunt suam admiracionem cum dicunt Que est ista // Secundo ponit sue ammiracionis racionem cum [illegible] Que ascendit de deserto

d istam aut interrogacionem scire
ista respondet beatus Augustinus
virgini marie valde deuotus dicens
Ista est mater dei regina celi domina
mundi et porta paradisi In hac igitur
dicitur mater dei tria notantur Unum est
quia ipsa habet super cetera materne
auctoritatis imperium quod nulla alia cre-
atura unquam habuit nec habebit
Unde dicitur Luce 2. Et ipse erat sub-
ditus illis Bernhardus Cuius quibus deus
omnibus Augustinus hac singularitate
illa femina habuit ut videre sibi
ascendi quantitatem uel naturam
quantitate subditum que non solum
humana natura verum eciam angelica
excedit et adorat altissimum Item
quia est mater dei debuit sublimari
ad filium Unde dicit Damascenus
decuit matrem ad filium sublimari
ut ad ipsum ascenderet sicut ad ipsam
descenderat et que in partu seruauit
virginitate per quemmodum corporis non
induceret corruptionem et que habere
portauit in sinu in diuinis habita-
culis commoraretur et quam pater de-
sponsauit in sponsam in celestibus
thalamis conueniret et a matre que
sunt filii possideret Item quia est
mater dei habet ad nos materne
compassionis affectum Ideo semper de-
bemus ei dicere Monstra te esse
matrem quod est quasi affectum compassionis
et misericordie ostendendo Dicitur Eccli 24.
Quasi oliua speciosa in campis
ipsa enim habet misericordiam excellentem
seu excedentem Ideo dicitur Quasi
oliua Sicut enim oliua exaltat omnibus
liquoribus ita eius misericordia eminet
omnibus aliorum sanctorum misericordiis
Eccli 28 Misericordia hominis
i. cum aliis alii sancti circa proximum
suum misericordia ~~dei~~ dei autem et dominus
super omnem carnem habet miram
congruentem quia tunc maiorem
misericordiam exhibet quando maior
necessitas imminet Ideo dicitur
speciosa Quia sicut habet doctor
Speciosa mira in tempore tribulationis
habet misericordiam communem et patentem
Ideo dicitur in campis Ad oliuas
enim ortorum non est ingressus omnibus
ad oliuas autem camporum omnibus
est ingressus Quidam sancti sunt
sicut oliue ortorum qui habent
misericordias clausas Ista autem est quasi o-
liua in campis quia habet misericordias
communes et omnibus apertas Ideo ipsa
dicit Eccli 24. Transite ad me omnes
qui concupiscitis me Secundo est regina
celi Unde illi qui in male [illegible] volunt
hoc bonum [illegible] possunt Jeremie 44.
Ut nos sacrificaremus regine celi et
libaremus ei libamina numquid sine
viris nostris facimus ei placentas ad
colendum eam Ex quo desiuimus sacrificare
regine celi saturati sumus panibus
et bene nobis erat malum quod non
vidimus Ex eo autem tempore quo cessa-
uimus sacrificare regine celi et li-
bare libamina indigemus omnibus
et gladio et fame consumpti sumus
Exponamus autem hec verba de virgine
maria celi regina quia vane mu-
lieres vane dicebant de hac nos si li-
bet [illegible] autem de perfectione
faciendo quod ~~[illegible]~~ sicut dicit magister
in historiis scolasticis Triplex
erat distinctio eorum que afferebantur
aut erat oblacio de animalibus
et dicebatur sacrificium aut de sicca
materia ut de simila pane et
thure et hec dicebatur oblacio
aut de liquidis sicut de vino et
oleo et hec dicebatur libacio Ista
triplex distinctio tangitur hic Prima
sacrificium quod est de animalibus
tangitur cum dicitur Et libamus
ei libamina oblacio de sicca materia
tangitur cum dicitur Et facimus ei pla-
centas Debemus igitur ad similitudinem
horum sacrificare corpora nostra per mor-
tificacionem iuxta illud Ro 12. Ex-
hibeatis corpora vestra hostiam

vincentem sanctam deo placere
debemus ergo liberare corda nostra
per compassionem iuxta illud trenorum 2
Effunde sicut aquam cor tuum an-
te conspectum domini et debemus
ei gerere placentas id est caritatis
mundatas [?] talis erat ille de quo
dicitur sapientie 4 placita erat
deo anima illius et tunc ab ea
saturabimur pane id est eterna refec-
tione nec indigebimus malo culpe
et gehenne sed acquiremus bona
gratie et glorie Ecclesiastici 24 Qui edunt
me adhuc esurient Ecce interna
refectio qui audiunt me non con-
fundentur Ecce vitatio mali
culpe et gehenne Qui elucidant
me vitam eternam habebunt
Ecce acquisitio boni gratie et glorie
Sed illi qui ipsam non honorant
habent penuriam omnis gratie
consumuntur fame consolationis divine
et gladio temptationis dyabolice
Ideo ipsa est domina mundi Et ideo
ipsa dicit Ecclesiastici 24 In Ierusalem po-
testas mea etc. ibidem In omni populo
et in omni gente primatum habui
Et ideo ad ipsam tamquam ad au-
gustam et dominam obmissis a-
liis mediis appellare licet / sive
quis gravetur a dyabolo sive a
tyranno sive a carne sive etiam
ab ipsa iustitia que est filius eius
cui datum est omne iudicium Et
tunc quicquid erat diffinitum
vel attemptatum revocat in irritum
et restituit integrum Sicut patet
in exemplis sequentibus declarare
Licet enim appellare ad ipsam
si gravatur quis a dyabolo sicut patet
in Theophilo qui dyabolo servum se fecit
et huius servitutis cirographum
scripsit Sed eam ad dominam et au-
gustam appellavit ipsa totum in-
tegrum fecit et ad pristinum

statum gratie ipsum restituit Licet
etiam appellare ad ipsam si gravatur
quis a tyranno hoc patet [illegible]
[illegible] ubi pessimus tirannus ipsum
dei occidere voluit et sententiam mor-
tis dictavit et misit Sed hec
regina id est virgo Maria ipsius mali-
tie obviat sententiam nequam revocat
et in statum pristinum restituit
ipsum universum licet etiam ap-
pellare ad ipsam si gravatur quis in
carne hoc patet in Maria Egyptiaca que
multo tempore carnali con-
cupiscentie deservivit Sed ad domi-
nam confugit et ad ipsam appellavit
et canonicam vitam et castitatem
servavit / licet etiam appellare si ali-
quis a dei iustitia se gravari
sentit sicut legitur in vita beati
dominici Quod quidam sanctus
vir per divinam revelationem vidit
Quod cum vir dei filium per suam
gratiam adoraret ille respondit
Quid possum vel debeo amplius
facere nisi quod patriarchas et prophetas
et patrum se emendaverunt
veni ego ad eos deinde misi
apostolos et me et illos occiderunt
misi martires doctores et con-
fessores nec illis acquieverunt
Sed regina mater eius supplicans
respondit Bone fili non
secundum eorum malitiam sed secundum miseri-
cordiam agere debes Cui filius
Adhuc habeo tibi unam [?] faciam
quia predicatores mittam eis ut-
tamen / Ipsa vero est porta paradisi
quia ipsam tamquam per portam
deus ad nos venit Ezechielis 44
porta clausa erit et non aperietur
et vir non transibit per eam quia
dominus deus israel ingressus est
per eam per ipsam etiam tamquam
per portam et fenestram de[us]

[...] nobis osculo nunc recipiat. Cant. 2
[.] Iste stat post parietem nostrum
[.] prospiciens per fenestram i. per
[...]rem suam respiciens per cancellos
[.] per vulnera sua per ipsam etiam
[...]mus per fenestram et portam quibus
celum ascendit. Unde cantatur
ea intrent ut astra flebiles
[.]a fenestra facta es. Secundo po-
[...]tur sancti angeli admirationis
[...]e eam cum dicit Que ascendit
de deserto etc. ubi ponitur triplex causa
[ad]mirationis s. et quia de deserto asce-
[ndi]t et quia deliciis affluens ascendit
[et] quia innixa super dilectum suum
[a]scendit. Mirantur i. quod de deserto
mundo ascendebat in celum. Cum
isto deserto omnes descendentes conve-
rtunt in infernum. Videlicet tamen sunc
aliorum plus de deserto mundi in infernum
[de]scendunt. Alii quidem per appetitum
[do]minationum sicut patet in Dathan
[e]t Abiron qui principatum ambientes
contra Moysen et Aaron sedi-
[ci]onem suscitantes vivi in infernum
[de]scenderunt ut habetur Num. 16. Alii
[per] amorem divitiarum sicut legitur
[Lu]ce 16 de divite sepulto in inferno.
[A]lii per amorem deliciarum de quibus
[J]ob 21 Ducunt in bonis dies suos
[et] in puncto descendunt ad in-
[fe]rnum. Ista enim tria sunt in deserto
[...] mundi de quibus etiam dicitur
[De]ut. 8 Ductor fuit dominus
[...] in solitudine magna atque
[ter]ribili in qua erat serpens flatu
adurens et scorpio
atque dipsas. Est autem dipsas genus
[ser]pentis qui latine
situla vocatur per contrarium quia illud
quem momorderit siti pere-
[re fa]cit. Mundus igitur est desertus vel
derelictus quia derelictus
erat a deo et ab angelo et de-
serendus est ab omni homine

secundo. In hoc igitur deserto est ser-
pens adurens i. diabolus incitans
[...]onem et appetitum ambitionum
et contentiones. Scorpius incendens
est etiam ibi scorpio i. carnalis
delectatio qui prius blanditur
sed post ea pungit. Est etiam ibi
dipsas i. avaritia que semper
sitim habet. Secundo mirantur quod
ipsa ascendebat cum affluentia
de loco ubi est summa penuria
et cum deliciis de valle miserie
et afflictionis. Secundum autem quod [...]
[de]serta fuit affluens deliciis generalibus
corporalibus et singularibus. Deli-
tie generales sunt que omnibus
sunt communes et de quibus dicit Augustinus
in libro de civitate dei: Civitas
superna est que viget lucet et gau-
det. In eternitate dei viget, in
veritate dei lucet, in bonitate dei
gaudet. Iste autem delitie generales
nobilius quam in aliis sanctis in
ipsa sunt. Quia iocundius gau-
det clarius lucet nobilius viget.
Sapie. 4 O quam pulchra est casta
generatio cum claritate immortalis
est enim memoria illius. In hoc quod
dicit casta generatio notatur quod iocun-
dius gaudet, de eo scilicet quod et virgo
permansit et tamen genuit. In hoc
quod dicit cum claritate notatur quod
clarius lucet. In hoc quod sequitur
immortalis est enim memoria
illius notatur quod nobilius viget.
Delitie autem speciales sunt quas
non omnes sancti possident sed
sole virgines habent. Hec quidem
habent aureolam in capite quod
signatum est Exo. 27 ubi dominus
precepit Moysi quod mense aurea
auream faceret coronam aureolam.
Vestes fulgidas in corpore. Apoc. 3
ambulant mecum in albis quia
digni sunt. Ineffabile canticum
in ore ut habetur Apoc. 14

quam in sacramentis agnum quocumque ierit. Hec autem delicie spirituales floruerunt precipue fuerunt in virgine gloriosa de qua dicitur Apoc. 12 Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum xii et in utero habens. Ille virgines habent coronam aureolam, hec autem coronam stellarum duodecim adornatam. Ille decorantur veste alba, hec vero est sole amicta. Ille secuntur Christum pedibus suis, hec autem habet lunam i. ecclesiam militantem et triumphantem sub imperio suo. Ille cantant quod consociata [?] virginitate, hec cum virginitate et fecunditate. De qua dicitur In utero habens de spiritu sancto. Similiter habetur Mat. 1 Inventa est esse in utero habens de spiritu sancto. Quod dicitur inventa est in utero habens notatur fecunditas. Quod additur de spiritu sancto notatur virginitas. Delicie vero eius singulares fuerunt cum [fecunditate] virginitate, fecunditas, virginitas, humilitas, caritas, pietas, habundantia gratie et glorie singularis. De quibus dicit Cant. [?] ... tractans ... vii deliciis affluens. Quis omnes delicias ... virginitatis decoris munere fecunditatis humilitatis [illegible] ... caritatis ... plenitudinem gratie prerogativam glorie singularis. Virginitas dicitur deo delectabilis est. De eo virgo invitans Christum ad se dicebat Cant. 1 Lectulus noster floridus i. delectabilis amenus. Humilitas est a deo delectabilis quod cum virgo se humiliasset dicens Ecce ancilla domini mox dei filius in eius uterum descendit. Caritas est a deo delectabilis

quod deum de celo in terram traxit. [illegible] O caritas quam magnum vinculum habebas, deum de celo ad terram deposuisti ... trium deliciarum [?] virtutes dicitur Cant. 1. Cum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Iste exigit triplicem accubitum scilicet sinum patris de quo Johannes 1 dicitur Unigenitus qui est in sinu patris ipse nobis narravit; uterum matris de quo dicit Eccli. 24 Qui creavit me requievit in tabernaculo meo; et lignum crucis ubi Christus dormivit et dormiens eum demones expoliavit. Gen. 49 Ad predam fili mi dicit pater descendisti requiescens accubuisti ut leo. Nardus autem est herba humilis odorifera et calida. Per hoc quod est humilis notatur humilitas, per hoc quod est odorifera notatur virginitas, per hoc quod est calida notatur [caliditas] caritas. Dum igitur rex esset in primo accubitu i. in sinu sui patris odorem dedit mire humilitatis quo adeo Christum delectavit quod inde ad ipsam descendit. In secundo accubitu scilicet in utero matris odorem dedit eius virginitatis quam Christus in utero matris existens eius puritate et virginitate pascebatur. Deus enim pascitur in cordibus puris Cant. 2 Qui pascitur inter lilia. Et nunc [?] ... In tertio accubitu scilicet in ligno crucis odorem dedit suus caritatis Christus quando patiebatur. Quia sicut dicit Joh. 15 Maiorem hac dilectionem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Alie tres delicie sunt redundantis pietatis, plenitudo gratie et glorie singularis ... quicquid plenissime in matre fuit de quibus dicit Cant.

ista est ista que ascendit per de-
sertum sicut virgula fumi ex aromat-
ibus mirre et thuris et universi
pulveris pigmentarii et ex aroma-
tibus quia plena odoris fuit. Fuit
enim virgula quia flexibilis ad pre-
ceptum et ex aromatibus quia ple-
na odoris fuit omnium graciarum et virtutum
et universi pulveris pigmentarii
universi pulveris pigmentariorum sed
excellencie prerogative omnium
electorum quia omnes gracias quas
alii sancti habuerunt particulariter ipsa habuit
universaliter. Tercio mirantur quia
innixa erat super dilectum suum.
In eo autem quod dicit innixa notatur
eius securitatis familiaritatis et po-
testatis. Securitas quidem est que super
eum innixa est. Cum vero
innititur ecce cadit. Ysaie 36. Ecce
fides super baculum arundineum
confractum istud super egyptum. Ecce
ut dico innititur cadere non potest propter
eum confidunt in domino sicut mons
syon non commovebitur in eternum.
Virgo autem numquam per peccatum cadere po-
tuit que super deum semper innixa
fuit. Secundo notatur eciam eius magna fa-
miliaritatis. Innixa enim erat cui
angelice potestates repleuntur et in
cuius conspectu tremunt. Nec mirum
enim super filium innixa fuit cu-
ius super pectus cum puer esset
innixus fuit. Notatur eciam ex hoc eius
ad filium magna familiaritatis. Signum
magnum familiaritatis fuit quod
Johannes in sinu Christi recubuit.
Hec autem recubuit tanto dulcius
quanto familiarius quanto securius
atque sublimius. Tercio notatur eciam eius po-
testas magna potestatis. Cum enim alicui
innititur virtutem sibi quodam modo
assumit et ea sicut vult utitur.
Sic mater de omnipotencia filii
quantum vult assumit. Quando misereri
non potuit non omnipotencie. Quando
misereri nesciret non sapiencie. Quando
misereri nollet non misericordie.
Et notabiliter dicit suum. Alii enim
filii non sunt totaliter matris sed
eciam et patris. In isto autem filio nil
habuit pater carnalis sed est virginis
et ideo dicit innixa super dilectum
suum et cetera. Sequitur ultra

Sequitur sermo septimus de assumpcione marie

Quasi cedrus exaltata sum
in libano et quasi cypressus
in monte syon quasi palma
exaltata sum in cades et quasi
plantacio rose in Iericho quasi
oliva speciosa in campis et quasi
platanus exaltata sum in plate-
is iuxta aquam. Eccli 24. Exal-
tacionem beatissime sanctissime virginis
et gloriam sue sacre assumpcionis
nec sufficientes sumus inquirere
ut digni aliquis invenire. Unde
cum duo sint doctores precipui
scilicet Jeronimus et Augustinus omnibus tamen
Augustinus reputat se insufficientem
relatus sanctus Jeronimus autem reputat
se indignum. Bernardus enim reputat
se insufficientem dicens Christe
generacionem marie assumpcionem quis
enarrabit. Anima in tunc gracie
accepta est percepit tantum in celis
obtinet glorie singularis quod si o-
culus non vidit nec auris audivit
nec in cor hominis ascendit que
preparavit deus diligentibus se. Et
quod omnibus communis est quod preparavit
diligenti se et quod omnibus communis
est diligenti preomnibus quis lo-
quatur. Est felix plane maria
et multipliciter felix que cum su-
scepit salvatorem sue cum suscepit

a salutare utrobique nimia digni-
tatis virginibus meritis utrobique amplec-
tanda dignatio maiestatis / Verumtamen
quamvis sic indignum arbitrans aut de
tali tanta quam loqui me indignum
fateor sed puto quod nemo sit qui
presumat nisi qui conscia sunt que
panduntur ignorat Tamen quia sicut
non idoneis inveniuntur vocibus eius
cessare non debeo Similiter contra peccator
a laudibus comprimis compellit nequeat
quod sentit Si igitur isti doctores tales
et tanti non reputant se sufficientes
nec dignas laudes virginis enarra-
re Quid nos dicturi sumus quibus
non est aliqua prerogativa sufficien-
cie nec dignitatis vite sed recur-
rendum est ad illam de qua lo-
cuturi sumus ut apud suum filium
et nostram insufficienciam adimpleat et
indignitatem corrigat et dicat ergo

B

Quasi cedrus exaltata sum in libano
Ecce secundo posuit dictus arborum
quia scilicet in celesti patria secundo sunt
ordines sanctorum scilicet virgines confes-
sores martires apostoli prophete et
patriarche quos quidem virgo beata
in sua assumpcione visitavit
visitando percurrit et percurrendo
transcendit / Libet aliquem dyalo-
gum facere inter virginem ascendentem
et ipsos sanctorum ordines eam
recipientes totis affectibus cupientes

C

Dicit quidem ab inferiori ordo vir-
ginum dicens ei Mane nobiscum
domina nostra Tu es domina
nostra magistra nostra abbatissa
nostra / ordinem nostrum instituisti
ordinasti tenuisti et docuisti magi-
stram stare cum discipulis do-
minam cum ancillis abbatissam
cum famulis / Ipsa autem beata virgo
tria privilegia habuit nimie in
carne scilicet virginitatem celibatum

Aliud in mente scilicet intellectus
ingenuitatem / Tercium in conversacio-
ne scilicet famam celebrem et claritatem
Ista tria tangit Capitulo 8 Quam
pulcra est Ecce puritas mentis
casta generacio Ecce castitas virgi-
nalis cum claritate Ecce claritas
conversacionis Ista tria fatetur vir-
gines secundum suam possibilitatem si-
militer habuerunt que notatur 21 in
virginibus prudentibus / per lampadem
enim que licet sit fragilis tamen est te-
sta intelligitur mundicia carnis que
licet sit in omnibus fragilis per naturam
confirmatur tamen munda per graciam / Per
oleum intelligitur interior et spiritua-
litas mentis per lucem claritas con-
versacionis et sic patet quomodo iste
virgines regine sue inquantum pote-
runt se assimilaverunt / Similitudo
autem efficit in homine dilectionem
communicacionem et associacionem Ecclesia-
stici 13 / Omne animal diligit sibi
simile sic et omnis homo proximum
suum omnis caro ad similem sibi
coniungetur et omnis homo simili
associabitur Associacio autem et amor
~~quorum~~ communicacio promovet dilectionem
filiorum Dicant ergo virgines Tu
virgini filio sic nos inquantum pos-
sibiles sunt tibi nos facimus similes
in carne in mente et in conversacione
Et quia similitudo inducit ap-
preciacionem dilectionem et communicacionem
facte sumus ancille tue proxime
tue et filie tue quia associantur
amici coniunguntur proximi diliguntur
filij Et ideo debes te associare no-
bis ut amicis tuis coniunge nos
et proximis tuis per amorem dilectionem
respice nos ut filiabus tuis
Respondit virgo beata et dicit

m vas filie ierusalem de sponso meo
Domquus sed inter vos quasi cedrus
exaltatus sum in libano // Sunt
et duo genera cedrorum scilicet cedri qui
nascuntur in libano que sunt valde
recte et odorifere quarum odor fu-
gat serpentes et interficit vermes //
Quamvis autem ubi cedri nascuntur candi-
da interpretatur alij sunt cedri mari-
ne que sunt parue sed fructuose
quarum poma cedrina triplicem habent
saporem prima est calida media temperata
ultima frigida // Per istam duplicem
cedrum virgo beata significatur ipsa enim instar
prime cedri fugat demones et extingu-
it mala cogitationes et reddit
candidas mentes Sed multum iste secunde
cedri ad instar fructum protulit scilicet Christum
dictum In quo fuerunt tres substancie
divinitas anima et caro prima scilicet
divinitas est valde calida quia deus
est ignis consumptiuus et omnium cor-
dium inflammatiuus hebreorum 12 Deus nos-
ter ignis consumens est Media scilicet anima
fuit valde temperata quia in ea omnes
virtutes tenuerunt suum modum et
una illa numquam ad aliam declinauit
tercium ultima scilicet eius caro fuit
caro fuit frigida quia ab omni
concupiscencia penitus aliena Dicit
ergo virgo beata Nigra sum sed formosa
vos filie desponsate sed tamquam
odor cedri vobiscum remanens per
cuius odorem et demones sepe fu-
gavi et malas cogitationes extin-
xi et vestras animas dealbavi vobi-
scum est remanet odor filij mei
qui et per ardorem sue divinitatis
vos inflammauit et per temperamentum
sue virtutis iustificavit et per mundi-
ciam sue carnis carnem vestram
refrigeravit et in munditia confirma-
vit ergo confessores quicumque
confessores dicuntur ecce quod christum
confessi sunt corde ore et opere

De qua triplici confessione dicitur mathei 7
Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum
sed qui facit voluntatem patris mei
qui in celis est ipse intrabit in re-
gnum celorum Ille dicit cum sonum
domine qui credit corde Ille dicit
bis qui ore credit ore Isti duo non
intrabunt in regnum nisi dicant
eciam scilicet opere Et ideo subdit sed qui
facit voluntatem patris et cetera Isto tripli-
ci modo virgo christum fuit confessa
scilicet corde credendo luce primo Beata
que credidisti et cetera Ore dei gratiam confi-
tendo Ibidem Quia fecit michi ma-
gna qui potens est Opere dei man-
data adimplendo Implebat enim
mandata legis sicut quia filium
suum circumcidi fecit purificari voluit
oblationes offerebat ad festiuitates
filium in ierusalem ducebat // Est que-
dam confessio que fit coram deo que-
dam coram angelis Quedam coram
homine tercio de qua triplici confes-
sione dicit dominus Mathei 10 Qui-
cumque confessus fuerit et verba mea in
generatione ista adultera et peccatrice
et filius hominis confitebitur eum cum
venerit in gloria patris sui cum angelis
suis vnam i a nobis confessionem et
requirit ut scilicet eum confiteamur coram
mundo Et duabus pro nobis facit quando
nos confitemur coram angelis et
patre suo Non habebat homo tam
sanctam vitam ut dignus esset
coram deo Non habebat [illegible]
sapiam quod sciret ipsum confiteri coram
angelis Et ideo cum requirit ut ipsa
confiteamur coram homine tercio
Virgo autem beata christi gratias est con-
fessa coram deo quando dixit Ecce
ancilla domini fiat michi secundum verbum
tuum Coram angelis quando votum
castitatis coram ipso angelo ad dei
gloriam se emisisse asseruit dicens
Quoniam virum non cognosco Coram

toto mundo Quando dixit Ecce
enim beatam me dicent omnes
generationes // Dicunt isti confessores
ultima placet domine nostre tu suis
similibus habitare Tu enim multo de-
centius in confessorum numero computari
que deum ore corde et opere con-
fessa fuisti Nunc tota deo angelo
et mundo universo Cristi gloriam predi-
casti Respondet illa et dicet
Non vos filii mei karissimi desero
sed vobiscum maneo quasi cypressus
in monte syon Cypressum dicunt
totam esse medicinalem scilicet in
cortice foliis et fructu Quia quic-
quid in virgine extitit totum fructu-
osum et medicinale fuit scilicet cor-
pus id est exterior conversatio sancta et fo-
lia id est verba suavia et fructus id est
opera fructuosa / Fuit autem ista cy-
pressus plantata in monte syon
Syon interpretatur specula sive speculum
dei gloriam speculantes Ipsa autem
speculum quod filius dei qui est y-
mago dei patris in se totum susce-
pit Speculum autem ex vitro et plum-
bo consistit Quantumcumque autem vitrum
et plumbum sint lucida in nullo
eorum ymago relucet nisi adinvi-
cem conglutinentur / Per vitrum
lucidum intelligitur virginitas marie
Sicut enim vitrum cum sit corpus
dyaphanum lumini non resistit Sic
in carne sua nichil extitit quod
lumine divine gratie impediret Per
plumbum autem quod habet colorem
cineris et terram eius humilitas
designatur Quantumcumque ipsa fuisset
virgo et non humilis vel humilis et
non virgo dei filius in eius utero
non fuisset Coniuncta est igitur virgini-
tas humilitati et pro humilitas virgi-
nitati et sic facta est speculum
dei in quo refulget ymago dei
patris Ideo dicit [illegible] Quod maria
ex virginitate placuit sed ex humi-
litate concepit Quantumcumque autem
magnus sit qui speculum faci-
at tamen ut illud facit ymaginem
suam ibi conspicit Sic deus creator
et nutrix suam creavit et tamen
immensus totum se ibi recepit
Ysaie 12 Exulta et lauda habitatio
syon id est virgo beata que es speculum
dei quia magnus in medio tui
sanctus israel Et propheta magis syon dicit
homo et homo natus est in ea et
ipse fundavit eam altissimus /
Speculum domini tam puerorum quam
maiorum ymagines recipit
Speculi tamen adulatur nulli mentitur
Sed que pulchra vel deformis sit
in veritate indicat et ostendit Sic
et ista virgo peccatores ad se fugien-
tes recipit intra sua viscera pie
In iudicio tamen veritatem dicet in
presentes bonos ut salventur quam contra
malos ut puniantur dicetur quod
quia non est vita ferior quam in-
mansueti quando irascitur Sicut
dicitur quod agnus quia licet naturaliter
sit mansuetus in futuro tamen et
reprobis valde iratus Unde sicut
dicitur Apocalypsis vi Reprobi dicunt
montibus et petris cadite super
nos et abscondite nos a facie
sedentis super thronum et ab ira
agni Timendum est igitur peccatoribus
ne beate marie clementia contra
iudicio vertatur in iram Est enim cum
in celo fidelis ut dicit propheta
stis cum fidelibus non mentitur et in
psalmo 12 Dicat virgo confessoribus
sacris / a vobis non recedo sed in
cypressus odore cypressi vobiscum
maneo quia et ex odore me-
ritoque receptistis edificationem et
odore verborum meorum instructionem
et ex odore fructus mei id est filii
mei salvationem / Vobiscum etiam
maneo sicut speculum dei que

filium dei qui est ymago patris
libros meos multo virginitatis et humi-
litatis concepi et omnes vos intra
viscera mee pietatis semper suscepi
vobis de vobisipsis veritatem commo-
dam indicavi et iudicio apud iudicem
multis indicabo. Sicut ordo martirum
quibus quatuor miranda fuerunt
pressura pene intollerabilis, constan-
tia laudabilis, caritas inextingui-
bilis et paciencia invincibilis. Ista
quatuor tanguntur in quodam respon-
sorio quod in quibusdam responsoriis
legitur in festo omnium sanctorum in
honorem martirum decantatur in quo
dicitur: O constantia martirum lauda-
bilis, o caritas inextinguibilis,
o paciencia invincibilis que licet
inter pressuras persequencium visa sit
despicabilis invenietur in laudem
gloriam et honorem in tempore.
Hec quatuor magis mirabilius fuisse
inveniuntur in beata virgine. In ipsa
enim fuit in passione Christi dolor
intollerabilis. Quod innuit Symeon
cum dixit Luce 2o: Et tuam ipsius ani-
mam pertransibit gladius. Quando
in corpore Christi lancea pertransivit
anima ipsius in corpore eius non fuit
sed anima autem matris in suo corpore erat,
magis cum erat anima Marie in corpore
Christi quam in corpore proprio et ideo tunc
illa lancea anime ipsius pertransivit quam
Christi fuit. Fuit etiam in ea constantia
laudabilis quia ceteris fugientibus
ipsa non fugit sed iuxta crucem in-
stetit. Ceteris paventibus ipsa non pavuit
sed inter carnifices intrepida mansit.
Ceteris fidem perdentibus ipsa fidem
non amisit sed eam constanter servavit.
Christus enim in crucis torculari
calcavit omnes vini id est populi eius de-
reliquerunt iuxta illud Ysaie:
Torcular calcavi solus et de gen-
tibus non est vir mecum. Sola autem
anima matris mee iuxta botrum
crucis manebat et liquorem
suscipiebat qui stillabat. Ideo dicitur
Tren. 1o: Torcular calcavit dominus
virgini filie Iuda, id est virgini matri
sue. Fuit etiam in ipsa paciencia
invincibilis. Exultabat cum tribulatio-
nes et persecutiones perpessa est. Ita
in Egipto cum puero tempore quo fugit
septem annis ibidem inter alienigenas
permansit. Inde quidem longam
et asperam redijt et tamen neque
fugiendo neque remanendo neque
inde redeundo murmuravit neque
contra deum qui eam et filium suum
non protegebat neque contra Herodem
qui eam expellebat. In passione
etiam filii contra carnifices verba
maledicta non inferebat, sed etiam
se paratam si oporteret offerebat ut si filii
corpus non sufficeret ipsa in statera
crucis appendi parata esset. Unde
ut dicit Ambrosius: Stabat iuxta cru-
cem aula regalis quia putabat
se sua morte publico muneri
id est passioni filii aliquid addituram.
Fuit etiam in ea caritas inextingu-
ibilis. Inextinguibilis cum non
potuit ignem caritatis que fuit
in ea extinguere. Tum quia ipsum ignem constat esse
susceptum quem in corde et corpore ha-
bebat scilicet dei filium qui cor eius
inflammavit et mentem reple-
vit. Tum quia habebat pabulum
continuum id est ipsa opera bona que fa-
ciebat. Tum quia habebat suffla-
torem assiduum id est spiritum sanctum
qui in cor eius semper sufflabat et
amorem accendebat. Dicat igitur
sancti martires: Vobiscum domina
stare debebis et in numero vestro com-
putari que vere martir et plus quam
martir fuisti, quam lancea tam
dure doloris perforavit, quam tanta
constantia armavit, quam tanta constantia
roboravit, quam tanta constantia
inflammavit. Respondet illa et di-
cit: Non vobis filii de sancto sed quasi
palma exaltata in Cades vobiscum
permaneo per aliam multam victoriam

12

per cadeos que intelligitur sancta in-
telligimus martires qui fuerunt scti
i. ~~virgine~~ tincti sanguine In virgine
autem quedam nobis fuit victoria
ipsa quidem amabat filium et amabat
filios dolebat de passione filii et
dolebat de amissione filiorum et sic
in corde suo pugnabat amor contra
amorem et dolor contra dolorem
videamus quantus iste ad filium erat
amor et sic videre poterimus quantus
etiam in passione fuit dolor mea
nunquam triplex erat scilicet corporis anime
et deitatis Erat igitur inter matrem
et filium triplex amoris scilicet carnis
ad carnem secundum naturam anime ad gra-
ciam secundum conuenientiam spiritus ad diuinita-
tem secundum graciam Amabat enim christum
beata virgo amore nature ut mater
filium amore amicicie ut amica
dilectum amore gracie ut creatura
creatorem summum Ecce quantus amor
Sed videamus quantus dolor dissecta-
batur quando carnem virginis videns
carnem christi tam crudeliter laniari
dissecabatur anima eius videns animam
christi tam confusione contristari Dissecta-
batur spiritus ~~eius~~ eius videns dei-
tatem christi tam ignominiose trac-
tari videamus quantus amor in ea
filiorum et quantus dolor de perdicione
ipsorum dicat enim ipsa Cant. viii°
fortis ut mors dilectio dura
sicut infernus emulatio aque
multe non potuerunt extinguere
caritatem nec flumina obruent illam
Si dederit homo omnem substantiam domus
sue pro dilectione quasi nihil despi-
ciet eam Ad hec quippe filius di-
ligebat quod corpus perdicionem infernum
suum estimabat Et ideo dicitur fortis
est ut mors dilectio dura sicut
infernus emulatio Ecce quanta a-
nima virginis erant certabant duo
amores et duo dolores Sed certe
amor filiorum vicit amorem filii
Et dolor de perdicione filiorum dolo-
rem de passione filii superauit

Et ideo sequitur et aque multe non
potuerunt extinguere caritatem
cum tribulacionum quas habuit in
filii passione non potuerunt extingu-
ere caritatem quam habuit de filiorum
salvatione nec flumina lacrimarum
quas in filii passione fundebat
potuerunt obruere caritatem quam
pro salute filiorum habebat immo
pro nihilo reputabat pro dilectione
filiorum dare totam substanciam suam
i. filium suum qui erat tota vita sua
tota consolacio sua in miseria vi-
te sue Dicat igitur virgo beata uni-
versis sacris virorum vobis de sancto
in cadeos i. inter nos qui estis iusti
et vestro sanguine tincti tamquam
palma exaltata manus eum inter
vos manus odor victorie mee
per quem amor vicit amorem et dolor
dolorem consolacio consolacionem
tribulacio tribulacionem amor quem
filiorum quos ipsos diligebam plus
tum vicit amorem filii quem in
vitam corporalem amabam dolor
quem habebam de filiorum perdi-
cione dolorem quem habui de filii
passione Consolacio quam habebam
de filiorum gloria vicit consolacionem quam
habui de filii mei corporali presencia
tribulacio quam habui de filiis qui per-
ibant vicit tribulacionem quam habui
quando iudei filium meum ad mortem
tradebant Sequitur ordo apostolorum
quibus magnalia predicantur scilicet quod
sal terre lux mundi lucerna ardens
et ciuitas supra montem posita
ut habetur Matth. v. Ipsa autem virgo
beata est collegio nobis predicantibus
apostolis que dicitur Eccl. xxiiii° Ego
mater pulchre dilectionis et ti-
moris et agnicionis et sancte spei
Ipsa enim tamquam lucerna ardens
ad amorem dei multos inflam-
mauit quia erat mater pulchre
dilectionis Tamquam sal terre
multos a putredine peccati preseruat
quia erat mater timoris Timor

peruat a malo puluerorum et per timo-
rem cum humilitate domini omnibus homi-
nibus declinat a malo. Ipsa tanquam lux
mundi multos ad dei cognitionem
illuminavit quia erat mater cognitionis
et tanquam civitas super montem
posita suam vitam omnibus exposuit
et inventam mie sic quod omnibus ostendit
quia erat mater sancte predicationis
igitur sancti apostoli. Tu que es apostolorum
scola in apostolorum collegio ...
dicis que tanquam lucerna ardens
mundum frigidum inflamasti caritate
tanquam fetidum mundum condisti
tanquam lux mundi mundum tenebro-
sum illuminasti tanquam civitas super
montem posita omnibus misericordiam tuam
aperuisti. Ipsa etiam virgo beata
fuit in collegio apostolorum in vita christi
unde dicitur Joh. 2. Nuptie facte sunt
in chana galilee et erat mater ihesu
ibi. Et vocatus est autem ihesus et
discipuli eius ad nuptias. In morte
christi nam christus in morte sua jo-
hanni apostolo eam recommendavit. Et
in ascensione christi quia in scola
gloria tanquam magistra inter eos
mansit sicut habetur actuum 10
dicat igitur Johannes apostolus spiritalis
... et famulus domina memor
... quod dicam humilitatis tue
... multa fiet et eam sata sum
tempore quo intravit et exivit
inter nos dominus ihesus ... cum te
... voluit in vita descendens in cru-
ce pendens in celum ascendens
respondit illa et dicit non vos
... sed quasi plantatio rose in
iericho vobiscum manebo. Iericho
interpretatur luna et signat celicam
apostolorum congregationem in quibus
plantata sunt celica primitiva.
Quilibet autem apostolus fuit una rosa
que deo redolevit per aliquam gratiam
specialem sed ipsa fuit plantatio
rose quia in ipsa fuit omnis rose

et gratie singularis. Petrus quidem
specialiter redolevit scilicet per veram fidem
et cognitionem quam habuit de christi
divinitate et humilitate. Unde dixit
Matth. xvi. Tu es christus filius dei
vivi. Paulus redolevit per secretorum
dei altissimam profunditatem. Unde
usque ad tertium celum raptus fuit ut
habetur 2 Cor. 12. Andreas redo-
levit per intimam devotionem quam ad
crucem affectus fuit. Unde dixit
salve crux preciosa. Jacobus zebe-
dei redolevit per supplantationem
omnium viciorum que fecit. Ideo enim
Jacobus supplantator interpretatur.
Johannes redolevit per virginitatem
mentis et corporis quam servavit. Ja-
cobus alphei redolevit per sanctifica-
tionem quam in utero matris suscepit.
Philippus redolevit per specialem fa-
miliaritatem quam cum christo con-
traxit. Bartholomeus redolevit
per ferventem caritatem qua plenus
fuit. Unde dixerunt ei demones
incendunt nos orationes tue. Thomas
redolevit per magnanimitatem mentis
quam habuit Johannis 11 Eamus
et moriamur cum eo. Matheus redo-
levit per honorum despectum quia
omnia terrena contempsit. Symon
redolevit per obediencie velocitatem
quam habuit. Unde Symon interpretatur
obediens. Thadeus redolevit per
cordis puritatem. Etiam invenitur
in ecclesiastica hystoria vocatur
cortulus id est cordis cultor. Dicat
igitur virgo beata apostolis sanctis vos
estis rose in conspectu dei redo-
lentes. Ego autem sum plantatio
rose que habeo rosas odoriferas
pulchras et unde vos per virtutes
gratias quas habetis familiariter
maneo. Ideo maneo cum petro
per divinitatis et humilitatis cognitionem
quia cum paulo per dei maiestatis
altam contemplationem. Cum andrea

pprecordialem ad crucem devotam
Cum Jacobo per omnium vitiorum suppla-
tationem Cum Johanne per virginitatis
conservationem Cum Thoma per fortitudinem
operum progressionem Cum Jacobo per
mentem in vita sanctificationem / Cum
philippo per spem tuo filio mediante
familiaritatem et amicitie osten-
sionem Cum bartholomeo per feruen-
tem orationem Cum matheo per terre-
norum despectionem Cum symone
per divinorum mandatorum promptam
executionem Et cum thadeo per
mundiciam mentis et purificationem /
Sequitur ordo prophetarum Qui quidem
modo prophetabant modo de preteritis
modo de futuris modo de ~~pnt~~
presentibus occultis / Virgo autem beata
prophetavit de preterito cum dixit
Suscepit israel puerum suum re-
cordatus misericordie sue / De futuro
quando Ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes / De
presenti occulto quando novum precur-
sorem in utero matris ad se trax-
it / Dicant igitur tibi prophete recte
debes in prophetarum numero computari
Que prophetie spiritum ad preterita futura
occulta et presentia suscepisti Cont-
testatur autem Johannes baptista de-
clarat dicens Si ego dictus sum
propheta et plus quam propheta quia que
alii predixerunt venturum ego ve-
nisse nunciavi et digito demonstra-
vi Quanto magis debeas dici domina
prophetarum que ipsum in utero domini pro-
phetandi dedisti que dominum propheta-
rum peperisti et multo consolasti
Respondet illa et dicit Non
vos derelinquo sed quasi platanus
iuxta aquas seu aqua in pla-
teis ut umbram faciat que etiam
aquam diligit ut amplius cre-
scat Per hoc folia huius arboris
intelligimus verba beate virginis
que mystica que tanti multo re-
frigerium et consolationem dederunt

que etiam fuerunt lata i. tota multa
magnifica et gloriosa / Quatuor enim
vicibus locuta fuisse legitur scilicet cum
angelo cum elizabet cum filio in
templo et cum filio in nuptiis /
Videamus qualiter hec verba fuit
consolatoria et virtuosa Ipsa agens
loquendo cum angelo deus factus
est homo Ipsa loquente cum elizabeth
exultat et repletur spiritu sancto in-
fans in utero Johannes clamans
Ipsa loquendo cum filio in templo
deus factus est hominibus subditus
Ipsa loquente cum eo in nuptiis ma-
nifestavit gloriam suam Ihesus et
dicit igitur virgo prophetis beatissima Re-
cedo a nobis sed odor virtutum
meorum manet in vobis quia ego
virtute et deus humanam suscepit
naturam et hominibus obedienciam ex-
hibuit et suam manifestavit
et puer in utero recepit natum
Sequitur ordo patriarcharum nam
david symphonista cum cithara sua
per se et toto venerabili patriarcharum col-
legio allegat dicens Tu es os et
caro mea tu fuisti baculus et gaudium
senectutis et posteritatis nostre
Ergo quia filia mea es debes
patres tuos contra tua honorare
Math. 1o Filius honorat patrem
quia os et caro mea es nos debes
non despicere sed tua presentia gaudere
Ephe. v Nemo carnem suam unquam
habuit odio sed nutrit et fovet
eam Quia virga et baculus noster
es tu debes nos tua presentia
consolari psalmus Virga tua et
baculus tuus ipsa me consolata sunt
Respondet illa et dicit Non vos
desero sed ut oliva speciosa in cam-
pis vobiscum maneo / Certe quis
patres operibus nunc intenti sunt
Virgo autem beata habuit unam vi-
talem et universalem habuit

[..]dam mariam quasi ualem ideo di-
[..] oliua i. ipsa fuit uirga quia
[..] est et ualde sibi [illegible] et nuncupa
[..]o aut est quasi oliua [illegible] a-
[..] est uirga associata [illegible] quodammodo
[..] sibi [illegible] in naturis [illegible]
[..]dam in ceteris uirtutibus [illegible]
[..] sed in mira tua pietate nobis-
[..] laudamus [illegible] tuam
[..]litatem nostram. Sed quia uirga
[..] sapit dulcius habent am-
[..]ctum carnis recordamur sapiens
[..]ortam celebrius. Ceteri autem
[..]cti habuit oleum i. nunc et com-
[..]passionis affectum. Habuit mariam
[..]talem ideo dicitur speciosa. Illa
[..] oliua est speciosa que totalem
[..]bet pulchritudinem que scilicet
[..] pulchra in ramis et in foliis
[..] in fructu. Sunt qui habent mitis
[..]tuo ramus i. in corde [illegible] affectum
[..]compassionis. Sunt qui habent
[..] foliis i. in uerbis [illegible] affectum
[..]olationis. Sunt qui habent in
[..]ctu i. in opere [illegible] affectum [illegible]-
[..]nis. Ergo igitur beata oliua specio-
[..] fuit quia totalem mariam [illegible]
[..]cia modo est et in corde [illegible]-
[..]bendo matrem compassionis
[..]ctum in ore [illegible] innocando
[..]nt deum sed in opere [illegible]-
[..] nobis sue [illegible] auxilium.
[..]buit mariam uniuersalem. Ideo dicitur
[..] campis. Sunt quidam sancti
[..] [illegible] mariam specialem [illegible]
[..]ia semper aliquibus subueniunt
[..] aliquibus non quidam peculiare
[..] super aliquibus infirmitatibus
[..]ticularibus uidentur accepisse potestatem
[..]randi. Sicut Anthonius super
[..] [illegible] et leonardus
[..] [illegible] et quidam
[..]ralem quia [illegible] [illegible] p-
[..]tant in locis sue sepulture et ubi

sue reliquie conseruantur.
Quidam temporalem quia aliquibus
temporibus magis subueniunt sicut
patres in martiribus quia tempore
sui martirii quando scilicet et nouis
efficiuntur milites cristi magis sunt
liberales. Misericordia autem uirginis
est sicut oliua in campis que
est omnibus patens atque communis
et omnibus locis atque temporibus et omnibus
personis et omnibus morbis. Dicat
ergo non nobis [illegible] sed nobiscum
maneo [illegible] mariam qua habuit sicut
[illegible] sit uniuersalem et tota-
lem [illegible].

Sermo centesimus de assump-
tione virginis marie sequitur

Sicut cynamomum et balsa-
mum aromatisans odorem
dedi quasi mirra electa de-
di suauitatem odoris et quasi
storax et galbanus et ungula
et gutta et quasi libanus non
[illegible] vaporaui habitationem
meam et quasi balsamum non
mixtum odor meus. Ecclesiastici 24.
Augustinus dicit in libro de doctrina
christiana. Is erit eloquens qui poterit
parua summisse modica i. mode-
rata temperate et magna granditer
dicere. Ea que sunt de assumptione
marie sunt omnia magna et
admiranda. Nichil enim in ea
est paruum et ideo nichil dicendum
est summisse. Nichil modicum
et ideo nichil dicendum est temperate.
Sed omnia sunt magna et admi-
randa et ideo dicenda sunt
omnia granditer et sublimiter. Sed
ista magna non potest dicere [illegible]
primus [illegible] dicente Ieronimo.
[illegible] [illegible] [illegible] non
sufficerent nec enarrare ualebit
[illegible] eloquens dicente propheta
Ieremie 1o. Ecce loqui ego nescio
quia puer ego sum. Vere puer

etate temporis sed imperitia locu-
tionis. Vere tamen dignius erit
laudare predicare in mito dicente
Eccl. vi. Iheron. est preciosa laus
in ore peccatoris. Et ideo recur-
rendum est ad fontem gratie
et matrem misericordie ut apud suum
filium pro nobis per sue assumptionis
gloriam aliqualiter possimus cognoscere
dignitatem creature et creatura
demonstrare per vite mitigando ad dei
gloriam et dignius matris eius.
Dicit ergo Sicut Cynamomum
et balsamum etc. Ecce novem
posuit species aromaticas quia
vz novem sunt ordines angelorum
quos quidem virgo in sua assumptione
visitavit / et visitando preterivit /
et pretereundo transcendit / hoc
autem dyalogum facit nos ipsam virgi-
nem ascendentem et ipsos bea-
tos angelos in ordinibus suis
retinere talibus affatibus aspicientes /
Primo namque visitavit ordines
in plures yerarchie scilicet ange-
los archangelos et virtutes.
Munus igitur angeli quorum est of-
ficium annunciare custodire et mi-
nistrare. Istud triplex officium virgo
beata perfectissime habuit. Ipsa
cum gratiam perditam studio gratie
primo intravit et invenit. Ei
dictum est invenisti enim gratiam
apud dominum. Ipsa in domo dei
ministra est effecta que dicit Eccl.
xxiiii. In habitatione sancta coram
ipso ministravi. Que sunt autem
que ministrat subdit: Ego mater
pulchre dilectionis et agnitionis
et timoris et sancte spei. Ex quibus
verbis habetur quod ipsius est ad
amorem dei inflammare frigi-
dos / ad dei timorem revocare
superbos // dei sapientia replere ignaros

et ad veram spem erigere desperatos.
Secundum eius officium custodiendi. Ipsa
est illa gallina de qua dicitur
Math. 23. Que pullos suos con-
gregat sub alis suis scilicet pusillos
ab insidiis demonum. Sed que cum
gallina fovet ova sua aliena
et pavonum. Sed cum tamen e con-
trario veri pulli mox scilicet gallinacei
adhiberent anete nos in aquis na-
tant, pavones de sua pulchri-
tudine gloriantes matrem re-
linquunt. Sic veri filii matrem re-
linquunt per pertinaciam. Alieni non cu-
deserunt aut se vanitatibus im-
mergentes aut de sua superbia glori-
antes. Dicant igitur angeli: Virgo
beate intra nunc inter deos
comparatio que simile nobis. Ipsa
officium dei et nostro leticia aucta
ab et divinas gratias annunciat et
animas omnium custodire non cessas. Ipsa
est virgo et dicit Iheron. vobis depono
sed sicut cynamomum mecum vobis
manens. Hec species est sicca calida
et aromatica. Sic et ipsa fuit sicca
in carne per temperanciam et parcitatem.
Calida in anima per fervorem ca-
ritatem. Aromatica in utroque
per munditiam et puritatem. Dicit
igitur non vobis depono sed odor
temperantie mee et aroma puritatis
mee vobiscum manebit. Secundus
ordo archangelorum quorum est se-
creta dei scire consilia et re-
gimine misterium de incarnatione
dei cognoscere. Istud cum divi-
misterium superiores cognoverunt
a deo immediate per infusionem
inspirationem. Medii cognoverunt
a superioribus per traditionem illu-
minationem. Inferiores aliqui cogno-
verunt ab apostolis per predicationem

Unde sup(er) illud Ephe(si) 3 Ut
innotescat principibus et potestatibus
per eccl(es)iam multiformis sapientia
dei dicit Glosa q(uod) angelicis pote-
statibus p(er) ap(osto)lorum p(re)dicationem aliqu(id)
accrevit. Et Jeronim(us) dicit quod
angelice potestates misterium incarna-
tionis ad purum non cognoverunt
donec Cristi passio fuit consumata
et p(er) apostolos per mundum predicata.
Ideo aut(em) istud celeste misterium ce-
lavit et p(er) inspirationem di-
vinam et p(er) angelicam revelatione(m)
quod plus est q(uam) angelica sci-
entiam et insup(er) docuit celestem
ecclesiam ut dictum est. Quantum ad aliud
docuit dignitatem angelicam. Sequi-
tur: Loquitur q(ue) virgo beata secundo
alias docuit angelos. Dicant
... archangeli beate virgini: In
isto debes agnoscere ... utte
... sacram quam sciunt
completum et secretum fuisse ...
... igitur superiores cogno-
verunt id a deo immediate per
inspirationem ... medij a superio-
ribus p(er) illuminationem ... inferio-
res ab apostolis p(er) predicationem. Tu
cognovisti illud p(er) experientiam
... illa et dicit
... vos desero sed sicut balsa-
mum aromatizans vobiscum
maneo ... q(uod) sicut dicit glo(sa)
super illud Cant(icorum) 1° Botrus cipri
dilectus meus michi in vineis
Engadi nascebatur et instar vinee
colebatur. Sed sicut legitur in quadam
historia Cleopatra regina illas
vites in egyptum transtulit i(d est) in
quodam campo ubi sunt septem (?)
fontes illas vites plantavit in
... uno fonte. Virgo beata cum
in egyptum fugit puerum dicitur
lavasse nec dicitur ... fructum
nisi a cristianis colantur ...

aut dicit glosa Eccl(esiastici) 24 omnia
que in balsamo sunt virtuosa
sunt. Gumma aut(em) ut propria gratia
ut dicitur ibidem consistit in lacrimis
sive liquore, semen in semine,
in cortice, suavitas in ligno. Si-
militer omnia que in virgine sunt
virtuosa sunt et odorifera. Per
lignum intelligitur eius corpus vir-
gineum, p(er) corticem eius ... -
... p(er) semen eius anima be-
nedicta a deo ... in mundo corpus
servata per liquorem sive bal-
samum eius filius preciosus. Dicat
igitur virgo beata ipsis archangelis
et vobis, scilicet non recedo sed sicut
odor balsami vobiscum maneo.
Cuius odor causatur a carne
virginea et conversatione ... et anima
sancta et co(m)plex... Sequitur: Ecce
virtutem. Secundum autem beatum Augustinum
aliter faciunt miracula demones aliter
magi aliter boni cristiani aliter mali
aliter angeli aliter deus. Demones
p(er) subtilitatem sui sensus se-
mina nobis rerum occultiora noverunt
et p(er) congruas temperancias
elementorum latenter spergunt
et ita ... rerum atque
accelerandarum ...
mentorum p(re)bent occasiones.
Sed nec boni nisi iniunctum dei ut
nec mali nisi accepta a deo potestate.
Sed faciunt magi aut ut dicit ...
libro ... miracula facere
videntur per occultos contractus
cum demonibus. Boni aut(em) cristiani
ut dicit ... miracula faciunt per
publicam iusticiam ... p(ro) se
publice iusticie et possunt vocari pub-
lica iusticia aut fidei ... de qua
Math(ei) 17 Si habueritis fidem sicut
granum synapis dicetis monti huic
transi ... et transibit et nichil im-
possibile erit vobis. Aut oratio

deuota de qua Jacobi v Helias
homo erat similis nobis passi-
bilis et oratione orauit ut non
plueret super terram et non pluit c'
vita perfecta / viri enim perfecti sunt
tante potentie apud deum quod fa-
ciunt ea que volunt propter volun-
tatem ... se faciunt Sicut
patet in beato Dominico qui dixit numquam
a deo aliquid petiui quod non asseque-
rer. In ista vero contrarium aut pub-
licam iniustitia mali christiani non
habent sed aliquando videntur habere
et per talia signa miracula facere
dicuntur vnde dicent Mathei vii
Domine nonne in nomine tuo prophetau-
imus et in nomine tuo demonia
eiecimus et in nomine tuo virtutes
magnas fecimus / Boni autem mali
miracula faciunt non aliquid de
nouo creando sed deo ministerium
exhibendo vnde dicit Augustinus
in libro de trinitate Sicut nec
parentes filiorum nec agricolas fru-
gum dicimus creatores / quamuis
eorum extrinsecus adhibitis motibus
ad ista creanda dei virtus operatur
intrinsecus / Ita nec bonos nec malos
phas est putare creatores. Solus
enim deus miracula facere potest quia
omnipotentia sit. Cui propheta dicit
Tu es deus qui facis mirabilia
solus. Precipue tamen in utero virginali
operatus est miraculorum miraculum /
quando scilicet verbum caro factum est sicut
cum subito Bernardus angelo nunci-
ante et spiritu sancto superueniente
mox verbum in utero intra uterum
verbum caro fuit impletum Ideo dicitur
nouum Jeremie 31 Nouum faciet
dominus super terram mulier circumdabit
virum / fuit supra spem expectantium
quia quamuis genus nunquam
separabat talem et tantam gratiam
esse qui se posse fuit supra

facultatem nature vsum rationis
et mentis. Jeronimus in sermone
de assumptione Quod natura ...
habuit vsus nesciuit ignorauit
ratio mentis non capit quando
vel celum sustinet terra creatura
cum celestis miratur. Hec totum ...
Gabriel cum Marie diuinitus nu...
et per Christum adimpletur. Ipsa enim
virgo beata multa miracula fecisse
credenda est per publicam in ...
quia super omnes sanctos habuisse ...
manifestum est / habuit enim fidem
veram vnde dixit ei Elizabeth
Luce 1o Beata que credidisti. habuit
etiam deuotam orationem. Actuum 1o
Hii omnes erant perseuerantes in
oratione cum maria matre ...
habuit vitam perfectam quia
habuit vitam cumulatam vnde
dixit ei ~~Elizabeth Luce primo~~
angelus Aue gratia plena ...
ecce ipsa tota miraculum fuit ...
in ea fuit miraculosa sanctificatio
miraculosa conceptio miraculosa ...
satio miraculosa assumptio di-
cunt igitur virtutes sancte virginis
beate virtutem tuam prudentia et
societatem que tantam ...
in faciendis miraculis potentem
per fidem veram modo per orationem
deuotam modo per vitam ...
sed in suo utero operatus est deus
miraculum miraculorum sed cum quan-
tum miracula multa nunc videntur
esse miracula Quicquid ...
fuit miraculum fuit / unde ...
dicit non vos dixi sed sunt
nimia clarita et operati ...
ea prima est prima innocentia
de qua Canticorum 4 Manus mee
distillauerunt mirram prima ...
electa est prima claustralium ...
dicunt cum propheta Elegi abiectus

est in domo dei nisi magis quam
querere in tabernaculis peccatorum
[illegible] beatissima est quam peccatorum
quibus amor mundi abstracti
sub desideria pascuntur celestium et
[illegible] patrie affliguntur. De
quibus dicitur Cant. 7 Digitti mei
pleni mirra probatissima. Beata autem
virgo Maria fuit innocentissima
in mundo in intencione dei electa
et fuit celestium desideriorum anxia
et in hiis omnibus se affligebat.
Dicit igitur virgo Maria Non recedo
a vobis sed vobiscum permaneo
sicut odor mirre prime qui consur-
git. Anima innocentia sicut odor
mirre electe qui consurgit de
desiderio celestis patrie [illegible] actibus or-
dinibus inferioribus seu inferioris ie-
rarchie pervenit ad ordines me-
dios qui sunt potestates principatus
et dominaciones. Officium potestatum est
[illegible] demones ne tantum noceant
quantum volunt. Istud officium Maria
habuit quia demonis caput contrivit
de quo dicitur Gen. 3 Ipsa conteret
caput tuum. Per caput autem potest intel-
ligi initium suggestionis quod ipsa con-
trivit quia omnes dyabolicas suggestio-
nes immutabiliter confregit ita
quod nulla ad eam [illegible] causa
fuit. Vel per caput potest intelligi omnis
potestas et dominium quod ipsa contrivit
quia filium genuit qui dyabolum
a domo [illegible] sed per caput
intelligi potest mens et sapientia humana
[illegible] habet tria capita que
sunt sapientia terrena animalis et
dyabolica. De quibus habetur Jacob 3.
Sed ipsa contrivit sapientiam terrenam
per paupertatem animalem per castita-
tem dyabolicam per humilitatem.
Dicunt igitur potestates Virgini benedicte
vobiscum debes esse o domina
quia nobis commissum ut demo-
nes reprimamus. Tu autem non
tantum represisti sed et eorum
contrivisti suggestionem primam eorum
potenciam eorum [struck] astuciam.
Respondet illa et dicit Non vos
desero sed sicut storax vobiscum
maneo. Storax secundum glosam est
arbor arabie cuius virgule ad
canicule ortum cauterizatum flu-
unt lacrimas de quibus [illegible]-
tum conficitur preciosum et quere
ista storax lacrimas fluens nisi
virgo Maria sepe lacrimas et
suspiriones emittens. Hec est illa
Axa de qua dicitur legitur Josue 15
Cum sederet in asino suspi-
ravit et dixit patri Terram aren-
tem et australem dedisti michi
iunge et irriguam. Dedit itaque ei ir-
riguum superius et irriguum inferius.
Virgo Maria per Axam significata
sedens asino id est presidens carni
suo habuit terram arentem
id est carne ab omni humore [illegible]
desiccata. Habuit et terram aust-
ralem id est ardore caritatis spiritus sancti in-
flamata. Sed ad suspirando
sibi iungi irriguum superius et
inferius postulabat quando dei fi-
lium precibus [illegible] petebat
et sic dedit ei deus pater irri-
guum superius et inferius [illegible]
superius divinitate inferius
mortali carne. Dicunt igitur
dedit sibi irriguum superius et
inferius quando verbum caro factum
est et habitabit in nobis. Dicat
igitur virgo beata potestatibus sanctis
Non vos desero sed tanquam
storax vobiscum maneo quia
vobiscum manet odor lacrimarum
et suspiriorum meorum per quam im-
petrare meruit terram arentem

ausitatem iurgua inferiorem i. carnem mortificata aiam inflammatam cristi supma et equilitate veram. Sequunt^r principatus quorum officium est preesse regnis et provinciis. Eccl. 17. In vna quaq^z gentem posuit rectores. Glosa. i. angelos. Istorum aut officium est hoste suppmere bonos custodire demones arcere in tribulationibus protegere et in prosperitatibus conservare. Istud triuplex fuit virgo beata officium de qua dicit^r Eccl. 24. In omni gente et populo primatum tenui. Ecce principatus regnis principando aut hostes conterit cum subdit^r cum excellentium et sublimium colla ppria virtute calcavi bonos et celestes viros custodit. Vnde dicit^r In fluctibus maris ambulavi. In prosperitatibus conservat cum subdit^r. Et in omni terra steti i. in habundantia temporalium ne sc^z tales per superbiam elevent^r. Dicant igit^r principatus. In nostro statu debeo ordine quem primatum teneo in omni gente quem habet hostes conprimens sit bonos custodiens sit demones conterens sit in tribulatione protegens sit in prosperitate custodiens. Respondet illa et dicit. Non vos deseo sed sicut galbanus in vobis maneo. Hm ipse galbanus est succus herbe que ferula dicit^r et est quod venena sanat serpentes fugat frigidas passiones curat. Dicat igit^r maria non vos deseo sed odor pinguitatis mee quia venena peccatorum sanavi. Pinguitatis mee quia demonum temptationes refrenavi. Et odor caritatis mee quo ad amorem celestium tepidos inflamavi. Sequunt^r dominationes que quod angelis aliis inferioribus dominant^r et presunt. Eorum

officium est subditos sibi angelos purgare illuminare et perficere. Istud triplex officium maria fecit pro filio suo quem genuit. Dum quod virgo a symeone salutare. Lumine et sicut habet^r Luce 2. Salutare sic salutatur quia a culpa purgat. Lumine quia ab ignorantia illuminat intellectum et gloria quia inferiori conformat et perficit operativam. Dicant igit^r dominationes primam tu domina nobis ne subtraha(s) que scimus quia nos purgati omnes illuminati et perfectiones omnibus amicitiabus. Respondet illa et dicit. Non vos deseo sed quasi vngula inter vos maneo. Est aut vngula sicut dicit Glosa super Ezech. 30. herba parvula suavem habens odorem. Secundum vero quod quidam que etiam gutte aure dicit^r vngula aut est clara a deo ut plerique in ea ymaginem contemplent^r. Sic maria est tanquam speculum dei in qua contemplam^r dei potentiam sapientiam et bonitatem. Vngula carni insensibilis est quantum ad hoc maria filio inseparabilis fuit vnita ut eius esset vna aia et cor vnum. Vngula licet sit insensibilis tamen in separatione a carne dolor est intollerabilis. Maria licet insensibilis fuerit mundo tamen intollerabilem dolorem habuit quando separabat^r a filio. Longe cum acerbius cruciabatur in ipso per compassionem quam si corporaliter martirisaret^r pro ipso per compassionem. Iterum illud fuisset sibi immensum gaudium. Istud aut erat sibi intollerabile tormentum. Dicat ergo maria dominationibus patris. Non vos deseo sed vobiscum maneo sicut vngula i. sicut speculum dei amica dei et mater

Dei. Cum sic actus ordinibus prime ierarchie preveniat ad ordines tercie, qui sunt throni, cherubin et seraphin. Thronorum autem officium est quia deus super eos sedet et iudicia sua per eos exercet. De hiis enim sedebat cum sederet iusticia. Apocalypsis 13: De throno procedunt fulgura et tonitrua. Dei ipsa quam vera in ... est in via solium eius, ut dicit Ysaie 16: Et facta est beata virgo thronus misericordie et glorie, ... peccatoribus gracie, iustis glorie beatis. De quo solio dicitur Ysaie 6: Vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et plena erat domus a maiestate eius, et ea que sub ipso erant replebant templum. Ipsa enim est solium dei per excellentissimam elevacionem, intra ... plenum maiestate dei in gloria, et peccatorum plenum ... que ... sunt in via, ... sunt eius miseraciones que non sunt necessarie ... qui in celo sunt, sed tamen ... que sub ipso sunt, peccatoribus qui sunt in mundo. Hoc igitur quod est tam plena dei ... peccatores adiuvat. In hoc quod est tam excellens intra ... In hoc quod est ... sub ... in gloria beatos coronat. Et ... dicitur in psalmo: Thronus eius sicut sol in conspectu meo, et iste thronus est sicut sol ... angelicam reparat ruinam, sic ... iniquitatem ... deo reconciliavit, et testis in celo fidelis ... pro nobis in iudicio contra demonum fallaciam fidele testimonium dabit. Dicant igitur sibi sancti throni: Nobiscum manere debet que vere thronus dei esse meruit, in qua novem mensibus requievit.

In quo deus ruinam reparavit angelicam, reconciliavit ecclesiam, et destruxit fraudem dyabolicam. Respondet illa et dicit: Non vobiscum sed sicut gutta maneo vobiscum. Guttam sive glasam que aromatica dicitur lacrimas stillat, que omnes duricias sanat. Aliqui erant tria dura, scilicet demones, mors et dyabolus. Demones a deo erat durus quod nullam ad veniam suscipiebat. Mors a deo erat dura quod omnes ad infernos rapiebat. Dyabolus a deo erat durus quod in omnes similiter hostiliter seviebat. Sed istas durities virgo removit. Iram dei a deo emolliuit ut omnes ad veniam recipiat. Mortem a deo contrivit ut nullum nisi in peccato mortuum ad infernum rapiat. Dyabolum a deo superavit ut iam nullum nisi volentem decipiat. Dicat igitur virgo beata sanctis thronis: Non vobiscum sed sicut gutta vobiscum maneo, quia scilicet vobiscum remaneat odor quo deum emollivi, quo mortem contrivi, quo dyabolum superavi. Sequitur ordo cherubin qui interpretatur plenitudo sciencie. De cognicione autem qua beata virgo ... in via ... scientiis ... licet quod multo maiora et meliora et meliori modo quam aliis sibi revelata sunt. Ipsa autem non tamen cognovit audiendo per inspiracionem, de quo ... dicitur in psalmo: Audiam quid loquatur in me dominus deus, etc.; non tantum videndo per mandatorum operacionem, de quo dicitur in psalmo: A mandatis tuis intellexi. Idem super senes intellexi, quia mandata tua que simul ... talis enim cognicio ... per quem grave et leve cognoscitur.

quia dei mandata debent nobis
videri levia Math. 11 Iugum enim
meum suave est et onus meum
leve Sed etiam cognovit gustato
per experientiam et fruitionem de quo
proverbiorum ultimo / Gustavit et vidit
quia bona est negociatio eius Eze.
44 Ipse princeps sedebat ut come-
dat panem sive buccellam in suo
solus et non comedat hospita sua
secum Cum ipsa dicat Sapientie viii
proposui hanc adducere ad convivandum
mecum sciens quia communicabit mihi
de bonis Sed etiam cognovit adoran-
do per devotionem / Ista autem duo distin-
guntur quia devotio que est circa
que spectant ad christi humanitatem
gustui comparantur unde Joh. 6 Qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eter-
nam Devotio autem que est in con-
templatione divinitatis adoratui assi-
milatur fontibus omnis saporis corporis
naribus odoratur spiritus diffunditur
autem ipsa verbo nunc in patria super
omnem creaturam plenitudine sue
est nec quod est dubitare / Dicant
igitur sancti throni cherubin ro-
bis enim in meo ordine manere
debes que tantam in illa cognitione
habuisti / modo audiendo
per inspirationem / modo videndo
per contemplationem / modo tangendo
per operationem / modo gustando
per affectionem / modo adorando
per devotionem Veniunt autem peccatoris
cognitionem habes videndo per certam
visionem Respondet illa et dicit
Non vos desero sed sicut libanus
non incisus vobiscum maneo No-
tandum autem de libano quod in ma-
sculino accipitur pro monte in feminino
pro arbore in neutro pro thure et
hic pro arbore in masculino ponitur
Sed scriptura utitur pro discretione

regulas donati ut dicunt expositores
intellectu spiritus sancti et specialiter
in misteriis / Libanus autem in quadam
significatione accipitur candorem
sicut In virgine autem fuit candida
et non incisa ista tria de quibus
dicitur i thessa. 5 ipse autem deus pacis
sanctificet vos per omnia ut integer
spiritus vester et anima et corpus sine
querela in adventu christi sine que-
rela servetur Sicut autem dicitur hic libanus
mons hec libanus arbor hoc liba-
num thus Ita dicitur in ca-
pitulo hic spiritus hec anima hoc corpus
Dicatur igitur spiritus marie mons liba-
nus anima corporis arbor et corpus thus
Ista tria scilicet spiritus anima et corpus
in virgine fuerunt non incisa non divisa
Spiritus enim eius fuit indivisus a deo
quia nunquam ipsum peccatum separari potuit
Anima fuit indivisa a ratione quia
nunquam ab eius dominio recessit Corpus
fuit indivisum quia semper integrum
permansit / Dicat igitur Regina ma-
lius de ordine cherubin Non
vos desero sed quasi libanus non
incisus vobiscum maneo Anima-
tum delectat dicit vos odor spiritus
mei qui a deo nunquam separatus fuit
odor anime mee que nunquam a domi-
natione recessit et odor corporis
mei quod semper illibatum permansit
Sequitur ordo seraphim qui interpretatur
ardentes In amore autem sanctis ca-
ritas creata incipit perficit et con-
Sicut autem dicit Basilius voluntas
et naturalis appetitus per gratiam vitia
abstracta et sursum tendit ad lo-
cum suum Sicut igitur amorem producit
et ab ipsa gratia creata delectatio
est cum apprehenditur res fruitionis
et caritatis est et unitatis spiritu
Credo igitur gratia dei cor virginis
elevavit ornabat in ipsa amoris
quod producitur deus et dilectio per-
ficiebat in ea dilectionem quia

dorum ligatorum crudo vero ipa
ga corpus eius cum dilecta vinc
cet et in amorem carnalis turpe
carnalis faciebat tenuit utraque operabatur
omnibus aut caritatem / Dicant
ergo illi de ordine seraphim tro-
norum dura romane debes quare
plena fuisti tanto amore / tanta
dilectione et tanta caritate / Dicit
ecce virgo maria tibi vobis descen
se quasi balsamum non mixtum
veritatem romanebo Sicut enim
dicit ysid' in libro ethymologiarum
et habetur in glosa super ps
lorum (Balsamum adulteratur per
admixtionem olei vel mellis vel
oleo aut pinguedo in melle
vel dulcedo invenitur / per balsam
vero amor intelligitur qui adulteratur
vel per amorem pinguedinibus id est
habundancie temporalis / vel per dulce-
dinem amoris carnalis nullo
autem istorum amor virginis modo
adulterari potuit vel misceri quia
omnia terrena contempsit elige-
re paupertatem et omnia carnalia
contempsit servando virginitatem
Sicut aut dicit ysid' in eodem libro
et habetur in eadem glo (Balsamum
purum vero sophisticatum per tria
cognoscitur quia scilicet lac coagulat
aqua non supernatat secundo sup-
natat lanceam vestem non maculat
balsamum aut mixtum cum oleo vel
melle vestem lanceam maculat
Sicut enim verus amor dei in cor-
de alicuius cognoscitur quando cor eius
variis desideriis non affuit sed
in deo unitur quando per superbiam
non elevatur quando nullius peccati
macula polluitur tale balsamum
non mixtum id est amor verus et verax
probatur fuisse in maria ipa enim
omnes cogitationes suas et vo-
luntates in simul componebat et
in deo vinciebat unde dicit luc 2

Maria aut conservabat omnia verba
hec conferens in corde suo ipa super
se se non elevabat sed se in humilitate
tenebat dicens ecce ancilla domini
ipa nullam in se maculam habebat
unde Cant 4 tota pulchra es
amica mea et macula non est in te
Dicat igitur maria illis de ordine
seraphim quod vobis non tacebo sed
quasi balsamum non mixtum id est
per amorem purum vobis sed ma-
nebo erunt quibus amore puro
in me fuisse sepe probare potu-
istis et per cordis cum deo unitate
et per profundam humilitatem et per
peccati omnimodam immunitatem etc

Sermo nonus de assump-
tione marie sequitur

In habitatione sancta coram
ipso ministravi Eccl xxiiij o
Istam celestis pure habita-
tionem et dei ministram nullus
digne laudari potest nisi ipum dignum
faciat ille qui ipam fecit gratie
in thabernaculo suo et qui eam mi-
sterio suo erunt enim digne laudare
sufficeret illam que nobis contulit
eum que sua genuit creatorem que
nobis dedit mediatorem dei et
hominum que nobis cibum attulit ange-
lorum unde dicit petrus dama-
scenus / Quis valet eam laudare po-
terit mortalis hominis sermo que
de se contulit verbum quod manet ne-
tina que lingua in cuius laude
invenitur ydonea que illum genuit
que omnia crediderunt et cum creator
ei obediunt elementa et misera
nullus ergo humanus sermo in eius
laude invenitur ydoneus de qua
mediator dei et hominum cognoscitur
incarnatus impossibile est illi omnino
humane lingue preconium que deinde
temeratis carnis sue visceribus
cibum nobis contulit angelorum omnibus
igitur sicut patet ex supradictis

ipsam digne et sufficienter laudare
non possimus / Faciamus dicitur igitur
in habitacione sancta coram ipso ministra-
vi. Grandis fiducia nobis ingeritur
quando soror nostra in celesti habitatione
ministra dei esse perhibetur / In verbis
autem premissis duo in beata virgine
commendantur scilicet habitacio sancta sci-
licet cum dicitur In habitacione sancta. Secundo
sui habitatoris officii ministerium cum
dicitur Coram ipso ministravi / Habi-
tacio sancta est ipsa celestis curia que
quidem dicitur sancta iuxta quadrupli-
cem acceptionem huius nominis quod est
sanctum. Sanctum enim idem est quod mundum
quod firmum quod sacro usui deputatum
et quod sanguine tinctum. Et ideo
illa celestis habitacio dicitur sancta
quia est munda et quantum ad ipsam
habitacionem dicitur Apoc. 21 Ipsa civi-
tas aurum mundum simile vitro mundo
et quantum ad habitatores ibidem non
intrabit in illam aliquid coinquina-
tum et faciens abhominacionem / Hec
autem habitacio terrena est immunda et
quantum ad habitacionem Ieremie 2 Quomodo
dicis non sum polluta vide vias
tuas scito quid feceris. Secundo etiam
id est sanctum quod firmum et illa ha-
bitacio est sancta et firma et quantum
ad habitacionem psalmus Fundamenta
eius in montibus sanctis. Hebr. viii
Tabernaculum verum quod fixit deus et
non homo et quantum ad habitacionem
quia inde amplius non exibit. Ioh.
6 Eum qui venit ad me non eiciam
foras. Apoc. 3 Qui vicerit faciam
illum columpnam in templo dei et
foras non egredietur amplius / Hec
autem habitacio terrena non est firma
nec quantum ad se. 1 Iohannis secundo
Mundus transibit et concupiscencia
eius nec quantum ad habitatorem
Iob 13 Homo natus de muliere brevi
vivens tempore repletur multis miseriis
et numquam manet. 1 Mach. 2 A verbis
viri peccatoris ne timueritis quia gloria
eius stercus et vermis est. Hodie ex-
tollitur et cras non ~~invenitur~~ in-
venietur quia conversus est in terram
suam et cogitacio eius periit.
Tercio etiam id est quod sacro usui depu-
tatum et illa celestis habitacio est sancta
id est sacro usui deputata. Et quantum
ad se que deputata est ad producendum
rosas martirum violas confessorum
et lilia virginum. Eccli. 24 Quasi rosa
plantata super rivos aquarum fructi-
ficate. Hoc quantum ad martires
qui fuerunt rubicundi per sanguinis effusi-
onem et fuerunt super rivos aquarum
per lacrimacionem ~~aquarum~~. Quasi Libanus
odorem suavitatis habete. Hoc quantum
ad confessores qui fuerunt candidi in
constancia odoriferi quantum ad pru-
dentes in vita. Quasi odorem
date lilium et frondete in graciam. Hoc
quantum ad virgines que fuerunt candi-
de in mente et carne. Florete flores
in opere graciose in conversacione. Et
est sacro usui deputata quantum
ad habitatorem qui deputatus est ibi
ad deum laudandum. Psalmus Beati
qui habitant in domo tua domine
in secula seculorum laudabunt te. Ysa.
65 Ecce servi mei laudabunt pre
exultacione spiritus. Hec autem habitacio
terrena est mala usui deputata et
quantum ad se quia deputata est a pro-
prietate sua ad producendum spinas
et tribulos et urticas et homines
avaros et luxuriosos. Gen. 3 Spinas
et tribulos germinabit tibi et quantum
ad habitatorem seu habitatorem qui
deputavit se ad inveniendum furtum
adulterandum et cetera. Ozee 4 Non
enim est veritas et non est misericordia
et non est sciencia dei in terra. Maledictum
mendacium homicidium furtum et
adulterium inundaverunt. Sanctum etiam
dicitur sanguine tinctum et illa ce-
lestis habitacio est sancta id est sangui-
ne tincta et quantum ad se quia sit

cristi sanguine consecrata hebr. 9.
pontifex in sanguine intravit semel in
sancta inventa redemptione sanguis cristi clamans
de fuso quod significatum est exo. 12
qui percussit deus quos sanguine agni
in eorum postes linirent et quantum ad
habitatorem qui cristi sanguine fuit
redemptus apoc. 1o lavit nos a
peccatis nostris in sanguine suo / et
ut habitacio terrena est tincta in
sanguine et quantum ad se scilicet sanguine
hominum, ps. 9 inquisita est
in sanguinibus eorum et quantum
habitatorem scilicet sanguine peccati
ysaie 59 manus vestre pollute sunt
sanguine circa istam virgo maria
constat in habitacione sancta i. in
habitacione celesti ecce quidem est
quedam firma sacra usui deputata
et cristi sanguine deputata sed
commendatur in habitacione sui officii
execucio cum dicit coram ipso
ministravi / deus enim sua ministrans
officialem eam facit et multe
ministerium et officium commisit iusti-
cie eam elemosinariam celi celerariam
omnis sancti thesauriam dei adjuv-
atam omnibus elimani et hospitariam
paradisi / primum igitur ministerium est quod
est elemosinaria celi omnes enim
elemosinas quas deus facit per eam fi-
endas commisit / ipsa autem non est te-
nax nec avara sed liberalis et
larga, de cuius largitate dicitur pro-
verbiorum ultimo de qua per sanam mulierem
fortem manus suas aperuit inopi
et palmas suas extendit ad pau-
peres cuius liberalitatis in tribus demon-
stratur et quia brachium suis pau-
peribus extensum tenet et quia ma-
nus habet aptas habet et quia manus
plenas elemosinis passim recta
cuius laus est mulieri forti sicut
erga brachium pauperes extendit

et manus aptas tenet sicut ipsa
manus vacuas ~~tenet~~ habet per bra-
chium extensum potentia per ma-
num aptam sapiencia per manum ple-
nam misericordia et liberalitas designatur
tenet igitur brachium extensum
quia potest omnibus miseriis / tenet
manum aptam quia scit aptissimo
tempore misereri tenet manum ~~apta~~
plenam quia vult omnibus omni tempore
misereri, de liberalitate vero istius
elemosinarie dicitur proverbiorum ultimo
de nocte surrexit et dedit predam
domesticis suis et cibaria ancillis
suis et iterum omnes domestici eius
vestiti sunt duplicibus solent elemo-
sinarii maiores elemosinas dare
illis pauperibus quos diligunt sive
cognoscunt / sic et ipsa maiores gra-
tias impendit illis quos sibi magis
devotos esse cognoscit / habet enim
quasdam gratias generales quasdam
speciales et quasdam singulares
sicut rex in suo pallacio habet
quosdam famulos quosdam mi-
lites et consiliarios / quosdam
filios et propinquos / famulos quidem
pascit et hoc est beneficium generale
milites et consiliarios preciose induit
et hoc est beneficium speciale / filios et
propinquos magnis diviciis et ho-
noribus habundare facit et hoc
est beneficium singulare / ista tri-
plex dicta gratia notatur in verbo
predicto cum dicitur de nocte surre-
xit et dedit predam etc. plus est
est domesticum quam ancillam
domesticorum vero quidam sunt
capellani quidam milites quidam
filii et propinqui / habet igitur virgo
beata quosdam famulos quosdam
~~famulos~~ milites et consiliarios

quosdam filios et propinquos Ipse
cibaria impendit quia cibo divine
gratie eos pascit angelicos et consiliarij
sunt viri religiosi qui cavent vitia
detestant et consilia dei observant
Istos tanquam domesticos vestit
duplicibus quia et animam vestit du-
plici virtute et corpus candore in-
nocentie Filij et propinqui sunt
qui virginitate sunt preclari et spe-
cialiter intima devotione coniuncti Istis
tanquam magis devotis dat predam
i. divitiarum et gratiarum magnam
copiam Istam triplicem differentiam
ipsa tangit canticorum 8 In viijo
ministerie ancillis hoc spectat ad lai-
cos et famulos qui precepta dei que
sunt via eundi ad deum prout iustitia
requirit custodiunt In medio semi-
tarum iudiciorum hoc spectat ad religi-
osos qui non tantum incedunt per
viam mandatorum sed etiam vadunt
per semitas consiliorum ut ditem
diligentes me et thesauros
eorum repleam hoc spectat ad
intimos et devotos quorum memo-
riam replet continua sui recorda-
tione intelligentiam multiplici sui
et dei revelatione Et voluntatem
sua devotione Ista autem officia ca-
ritatis generalia quam specialia quam singularia
non tantum dat in die prosperitatis
sed maxime subvenit in nocte
adversitatis Et ideo devote surrexit
et dedit etc. Secundo ministerium est
quia facta est celeraria spiritus sancti
habet enim dominus cellam vinariam
i. spiritus sancti habundantiam In-
qua quidem cellam ipsa est intro-
ducta et a beata trinitate celeraria
instituta sicut ipsa gloriatur dicens
cant. 2 Introduxit me

dominus in cellam vinariam Item
aut cella continet vinum ipsa cele-
raria Et sancti qui sunt in via ad
aliquam satietatem et illius qui sunt
in patria ad plenam ebrietatem. Can.
Comedite amici et inebriamini cari.
Sancti qui sunt in via sunt amici
dei Illi vero qui sunt in patria sunt
karissimi dei Amici cum dei bibunt
Sed inebriantur karissimi Illi vero iusti
qui sunt in mundo gradum perfectus
recipiunt ad iustificationem Isti vero
qui sunt in celo recipiunt ad plenam
securitatem Istud autem vinum sunt
ipsa celeraria semper continet et semper
habundat Ideo assimulatur crateri
a qua ductum sunt canali Craterem
quidem cant. 7 umbilicus tuus cra-
ther tornatilis numquam indigens po-
culis est enim crather inquantum semper
infundit et est tornatilis inquantum
tenuit et semper circumvadit Et est
numquam indigens poculis inquantum
numquam vacuatur sed semper plena
erit Iam aut ut assimulatur crateri
sed etiam aque ductum sunt canalis
Eccl. 24 Ego quasi fluvius de...
et sicut aque ductus exivi a para-
diso Christus vehementiam sui
fluore devotionis puritate dixit
fontem attingit pietatis ut lu-
ceret super angelos aquam quam
refundet hominibus aquam immo
dico eam cum tanto tempore fluente
gratie effluerunt quia non dum
intercessit aque ductus sicut in
videmus quod in divinis est emanatio
per modum nature per quem filius
a patre et per modum amoris sive
liberalitatis per que spiritus sanctus
a patre et filio procedit Ita a beata
trinitate sunt aque ductum duo

tibus magna preuenit beneficia unde
quemadmodum generationibus scilicet filius de qua
recitatur Deo d. Ego susceptrix unanime
te in deus in medio tempi tui
laud per gratiam liberalitatibus et bo-
nitatibus eius scilicet dominus spiritus sancti
qui per ipsam a filio obtinemus
vide non tamen eius annunciacio sed etiam
eius salutacio efficacie extitit quia magnifi-
cavit et filium scilicet Elizabet et Joha-
nnes baptista spiritus sancti gratia fuit
repleti neque quasi aut ipsa celestia
de alio cibo pascit et potat suam
familiam et alio scilicet per se sed
de eodem per omnia unde
ipsa dicit de suo cibo et potu Cant
Comedi fauum cum melle meo
quod scilicet cristus fuit in ventre suo
generauit in quo quidem fuit mel suauis-
simus caritatis que nata est de in-
finitate diuinitatis in qua eciam fuit
mel dulcissime diuinitatis ipsa eciam
unum bibit cum lacte quando spiritus sanctus
eius animam impleuit vino celestis
gracie et eius carnem perfudit lacte
virginalis munditie // Similiter et nos
eodem cibo pascit et eodem potu po-
tat pascit enim nos fauo i. cristo que
facit nos delectari in cristo quantum
ad ea que spectant ad eius diuinitatem
similiter potat nos vino et lacte
quando dat spiritualem leticiam in mente
et munditiam in carne // Tertium
misterium est quia facta est de the-
sauraria Cum enim deus habeat the-
saurum thezaurum scilicet potentie sa-
piencie et mie quam sibi desponsauit
assumpsit habet enim thezaurum po-
tentie quod patet quia potenter
eam traxit potenter diabolum contriuit
et potenter nos in gloriam introducet
potenter quidem deum traxit quando
a dote sue humilitatis et virginitatis
deum in suum uterum venire fecit
magna quidem potencia omnipotentem

venire omnipotentem superare // illud
quem celi capere non poterant intra suum
uterum continere Cant 1 Cum esset
rex in accubitu suo i. in sinu pa-
terno nardus mea i. parvitas
humilitatis et decor virginitatis de-
dit odorem suum cuius odore rex
allectus in uterum suum eius venit
nardus enim est herba parua et
odorifera potenter eciam dyabolum
contriuit magna potencia illum
contere de quo Job 41 Non est
potestas super terram que comparetur ei qui
factus est ut nullum timeret Judith 9
Erit enim memoriale nominis tui cum
manus femine deiecerit eum Gen 3
Ipsa conteret caput tuum Non solum
enim in serpente infernali contriuit caudam
i. consumacionem non solum corporis i.
mali consensum et malum actum
sed eciam caput i. malam suggestionem
et cogitationem // potenter eciam nos
in celestem gloriam introducat magna
potencia hominem tam infirmum
ad celum ducere Eccli 24 In ierusalem
potestas mea Ista tria quando ad me-
moriam reducit magnum gaudium
sibi faciunt magnum enim gaudium
habet de eo quod deum sic traxit
de eo quod dyaboli maliciam sic cuasit
et eo quod hominem de mundo ad gloriam
adduxit unde sic sibi competit illud
quod dicitur Judith 13 Non permisit me
deus ancillam suam coinquinari
sed sine pollucione et peccato reuocauit
me gaudentem in victoria sua
quia quod deus sic vicit non sibi sed
diuine bonitati attribuit // Habet eciam
thezaurum sapie que nobis di-
uinam cognitionem infundit Eccli 24
Ego mater pulchre dilectionis et
agnitionis Est in ma sapienter
nobis digna deo vocatur stella maris

FF

que per mare huius mundi sapienter
nos regit · i · ad portum adducit ipsa
etiam per thezaurum sapientie actus nostros
sapienter disponit Proverbiorum 14 Sapiens
mulier · i · virgo beata edificavit domum
suam · i · gubernat ecclesiam catholicam
insipiens quoque · i · eva constructam
destruit seu destruct manibus
quibus scilicet per pomum vetitum apprehendit //
Habet etiam thezaurum sapientie
et istum thezaurum dispergit largiter
omnibus de plenitudine eius accepi-
mus animi egri curationem tristes
consolationem peccatores veniam iusti
gratiam angeli leticiam / filius grati
acquirit terminus sibi tota trinitatis
gloriam ita ut non sit qui se abscon-
dat a calore eius / dispensat quia
quid non est compendium deceptivo
sed omnibus subvenit unde dicit
ipsa Ecclesiastici 24 Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a generatio-
nibus meis adimplemini dispensat
velociter et faciliter quia non expec-
tat ut diu rogetur sed statim subvenit
et miseretur unde potest illud dici Iob
xxxi° Si oculos vidue · i · anime ex
pietatem viduate exspectare feci · i · non
feci dictum est cum Ecclesiastici 2 Cor mo-
pis ne affligeris et non protrahas
datum angustiati dispensat sapienter
quia tunc sentit maior eius pie-
tas quando maior est necessitas ideo
vocatur luna que lucet in nocte
adversitatis lucet quando sol alicui
se abscondit nitore sue serenitatis
lucet vicina terre · i · peccatoribus et hu-
milibus Quartum insignium est quia
est advocata generis humani In ipsa
autem advocatione more experti ad-
vocati primo captat benivolentiam
deinde insinuat indigentiam ultimo
petit veniam ideo signata est per
illam mulierem sapientissimam
thecuitem de qua legitur 2 Regum

captat benivolentiam cum primo dicit
sicut angelus domini sic et dominus
meus rex ut neque maledictione
neque benedictione moveatur peccato-
rem propter mala opera maledictione
iustus vel per sua opera bona bene-
dicit deus autem nec maledictione
peccatorum movetur ad irascendum sed
retinuit iram Abacuc iii° Cum
iratus fueris misericordie recordaberis qui
ad puniendum quod scilicet ex caritate
puniat Sapientie 12 Tu autem domina-
tor virtutis cum tranquillitate iudicas nec
benedictionibus bonorum movetur
ad imperandum Iacobi 1° Et
omnibus affluenter et non improperat
post ea insinuat nostram indigentiam
et miseriam dicens Omnes morimur
et quasi aqua dilabimur in terram que
non revertuntur ubi ondit quod quinque
miseria habet generalitatem quia
nullus excluditur ideo dicit omnes
morimur Romanos 3 Omnes peccaverunt
et egent gloria dei / habet continua-
tionem quia continue fluit de culpa
in culpam de miseria in miseriam
sicut aque continue fluunt ideo dicit
et quasi aque dilabimur in terram
Ecclesiastici 40 Grave pondus et iugum
super filios ade a die exitus de ven-
tre matris eorum usque in matrem
sepulture in matrem omnium habet ir-
revocabilitatem ideo dicit que
non revertuntur psalmus Recordatus est
quia caro sunt spiritus vadens et
non rediens / ultimo petit veniam
cum dicit Reducit abiectum tuum
quasi dicat quem primo abiecisti
de paradiso ad miseriam huius mundi
sed reduxisti in celum per passionem
tuam quem abiecisti per culpam origi-
nalem sed reduxisti per gratiam
baptismalem homo etiam abiectus
per culpam actualem reducit ad

Romani Janua mistica est quia ... est paradisi hostiaria Ante adventum ipsius non in celo aliquod hostium quod homo posset intrare nec erat alia fenestra nec apertura per quam deus posset nos respicere Sed ipsa facta in celesti pallacio hostium et hostiaria fenestra et fenestraria Est enim ipsa sicut porta per quam in paradisum intramus iuxta illud quod cantat ecclesia felix celi porta Tu regis alti ianua et porta lucis fulgida Ipsa portam quam clausit Eva Maria apperuit unde cantat ecclesia paradisi porta per Evam cunctis clausa est sed per Mariam virginem iterum patefacta est Est ergo hostiaria que nos suis meritis introducit Et utique cum ista porta esset aperta intrare tamen non possemus nisi ab ipsa introduceremur Legitur enim 2 Regum 4º quod hostiaria purgans triticum obdormivit et ideo Isboseth interfectus Ista hostiaria fuit Eva que non vigilavit et dyabolus ingressus eum omnes interfecit Sed quia Joh. 18 quod illa hostiaria Petrum introduxit apostolorum principibus Maria beata virgo que se ancillam nominavit in celeste pallacium nos introduxit Est etiam fenestra per quam deus ad nos oculo misericordie sue respicit Ante enim adventum eius fenestre clause erant nec aliqua apertura erat ibi Et ideo deus oculo misericordie nos non respiciebat Ipsa facta est fenestra et per ipsam nos respicit Cant. 2 En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestram prospiciens per cancellos Quando deus nos vult parcere more quod se mediam tamquam parietem interponit In isto autem pariete est fenestra id est habundancia misericordie et cancelli id est affectus misericordie Est ista fenestraria quia nisi nos nunc iusticie aperirentur nulla deus unde posset Ideo rogatura est Cant. 5 Aperi michi soror mea amica mea In magnis autem pallaciis duo consueverunt esse portarii unus minor ad quem spectat hostium claudere et aperire et claves claudere Alius maior ad cuius nutum hostium clauditur et aperitur et persone introducuntur Sic etiam deus in suo pallacio duos habet portarios unum minorem scilicet Petrum qui habet claves custodire et hostium aperit Alium maiorem scilicet virginem beatam ad cuius imperium hostium aperitur et anime introducuntur Psalmus [illegible] laudet eam in portis opera eius opera enim que ipsa facit in portis aperiendis eam laudant qui sancti per eam introducuntur semper eam glorificant

Sequitur sermo decimus de assumptione Marie et [illegible]

Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea Luce 10 Que sit ista pars optima nullus homo novit nullus angelus in celo scire potest nisi ipse deus optimus a quo est omne datum optimum manifestet atque revelet Ista enim sunt intellectualia et divina neque angelis neque ab angelo neque ab homine cognoscuntur nisi a deo revelentur Unde dicit Augustinus in libro confessionum intelligere quis homini dabit homini quis angelus angelo quis angelus homini a te petatur a te queratur a te pulsetur sic accipietur sic invenietur sic aperietur Rogemus igitur a deo petamus et ad ipsum pulsemus et aliqualiter videre possimus que sit ista pars optima ad laudem virginis et gloriam salvatoris Dicit igitur Maria optimam partem elegit etc. Communis hec non fuit de Maria peccatrice

dictum sed penitente que data est in exemplum penitencie convenienter tamen dici potest de maria dei genitrice sed virgine que est speculum immacu-latum. Cum autem triplex sit electio scilicet boni mali reprobato que est insipien-tium secunda mulieris ut bona est pre-ferenda tercia optimi ut meliora que est perfectorum manifestum est quod cum ipsa esset perfectissima non tamen simpliciter bona non tantum de bo-nis meliora sed eciam de melioribus optima eligebat. Ista autem pars op-tima quam virgo elegit intelligitur et in vita presenti et in vita celesti. Habuit enim in vita presenti partem optimam que quantum ad multa attenditur primo quantum ad castitatis conversacionem. Castitas autem tres partes habet una est castitas coniugalis de qua dicitur Hebreorum 13 honorabile conu-bium thorus immaculatus. Et hec est pars bona qui habet fructum tricentesimum seu tricesimum. Secunda est continencia vidualis et hec pars melior que habet fructum sex-agesimum. Tercia est excellencia virginalis et hec est pars optima quia habet fructum centesimum. Istam partem optimam virgo elegit quia inter cetera prima virginitate vovit ut tamen dicetur quod sit corona omnibus volunt esse coniugata cum coniugatis vidua cum viduis immaculata cum immaculatis. Et considerare hec partes optima quantum ad vite perfectionem. Est enim vita activa que est pars bona est contemplativa que est pars melior et est vtraque composita que est pars optima et istam habuit virgo beata et ideo signatur per illas duas sorores scilicet martham que fuit activa et mariam que fuit con-templativa. Vnde Richardus dicit quod martha habuit tamen vitam activam magdalena vero vita contemplativam

sed virgo beata vita composita tam vtramque. Ipsa enim magdalena ... bat sorori corpus cristi ad pa... et ideo martha erat activa. Et ... retinebat caput et pedes ad ... ideo erat contemplativa. Per ... caput cristi divinitas per pedes ... anitas designatur. Ipsa quidem magda-lena cristi divinitatem diligebat ... pedibus et oracionibus devotis ... non humanitatem refovebat ... propriis rebus sicut dicitur Luce ... Ipsa ministrabat cristo in via ... cultatibus suis. Ideo que in ... signat virginem gloriosam ... activa vita intendit ... con-templativa deo magna laus ... in virgine beata que vtramque vita ... cum filium suum devote ... tam quantum ad divinitatem eius in con-templacioni intenta fuit quantum ad humanitatem sibi sedulo ... ministrauit. Istam sibi domum ... lem et cruzneam preparavit. ... Hec locus dignior fuit in ... utero virginali in quo maria ... suscepit nec in celo solio ... in quo hodie maria filius ... sublimauit ipsum in terrae pi... nouit. Ipsum lacte de celo ... stillato potauit. Ipsum in ... pendentem in patibulo vidit ... ipsum usque ad sepulturam ... est fuit. Ipsa ei in hoc exilio ... sito in infirmitatibus corporis ... solacia congrua exhibuit ... accipit pars optima quantum ad gracie cumulacionem. Deus habet quad-ruplicem mensuram gracie de qua dicitur Luce 6 mensuram bonam et confertam et coagitatam et super-effluentem dabunt in sinum vestrum. Mensura bona est quando aliqui gracie datur quod sibi sufficiat ad iustificacionem et aliorum salutem

Et hec est pars bona que datur cuibus
bonis Mensura conferta est quando
aliquis ultra confertur et tamen gratie
recipit quantum sibi sufficit ad sui in-
stitutionem et aliorum salvationem
Et hec est pars melior que fuit
apostolis Mensura coagitata est quando
deus in eis graciam agitando confir-
mat ut nunquam ab ipsa gracia cadere
possit Et hec est pars optima et
fuit in sanctificatis in utero / Men-
sura supereffluens est que de sua
plenitudine aliis communicat et effundit
et est pars superoptima et fuit in
Christo et in matre eius ut de quolibet
posset eorum dici illud Iohannis 1
De plenitudine eius omnes acce-
pimus // Quarto accipitur hec pars
optima quantum ad perfectam humilitatem
humilitatis enim tres habet gradus
Primus est subici suo superiori hec est
debita preceptis et subiacere cuius
hec est pars bona / Secundus
est non solum subici suo superiori sed
etiam deferre suo equali Ro. 12
Honore invicem prevenientes Et
hec est pars melior Tertius est non
tantum hoc sed etiam deferre suo
inferiori et subici Luce 22 Qui
maior est erit sicut minor Et
hec est pars optima Et hanc Ma-
ria elegit Quia non tantum erat sub-
iecta suo superiori i. deo dicens Luce 1°
Ecce ancilla domini etc Non solum
suo equali i. Ioseph sponso suo
quem sibi preponebat dicens Luce 2 Ecce
pater tuus et ego etc Sed etiam
suo inferiori i. Elizabet aput quam
tribus mensibus mansit et sibi
devote servivit / Ipsa enim de deo se-
ntiebat magna de se parva de proximo
magna Sed multi contrarium faciunt
contra quos dicitur Luce 21 Non
accedit ad ministerium dei si fuit grandi
vel parvo vel torto naso Illi sunt
grandi naso qui de se sentiunt
magna ut vane gloriosi Illi sunt
parvo naso qui de aliis /

sentiunt modica ut sunt presump-
tuosi Illi sunt torto naso qui de
deo sentiunt indigna Sicut heretici
sicut in divinis scripturis tortas ex-
positiones faciunt Et ideo de deo
erronea sentiunt // Quinto accipitur
pars optima quantum ad filii sui
incarnationem Magnum est enim habere
graciam dei per iustificationem Et
hec est pars bona Maius est
habere graciam dei per iustificationem
et bonam famam proximi per lauda-
bilem conversationem et hec est pars
melior Maximum est habere ipsum deum
per carnis assumptionem Et hec est
pars optima Maria autem non tantum
primas duas predictas partes habuit
sed et etiam proprie ipsum possedit
Istas tres partes tangit angelus
in sua salutatione ostendit enim
quod habuit graciam dei et famam pro-
ximi cum dicit Benedicta tu in
mulieribus Et quod habuit corporalem
presentiam cum dicit Dominus tecum
Et benedictus fructus ventris tui Sex-
to accipitur pars optima quantum
ad misericordie impensionem In meditatione
quidem bona pars est sequi veritatem
iustitie Melior est sequi rectitudi-
nem iustitie quia homo in conside-
ratione posset Optima est sequi
temperamentum misericordie Sicut quidam viri
sancti qui suam sequentes conscientiam
nolunt aliquibus misereri quia re-
putant eos indignos misericor-
dia Deus autem sequitur suam iusti-
ciam a qua declinare non potest
Virgo autem beata sequitur semper cle-
mentiam utitur se qui noluit tunc te-
scientia vel tamen iustitia Maria
aut semper tenebat tamen viam Unde
Quando misereri nollet mater
misericordie non vocaretur Quia misereri non
potuit nec omnipotentie non ap-
pellaretur // Septimo accipitur /

pars optima et operatorum. Bona
enim pars est intendere proximo per
erudicionem, melior est intendere sibi
per dispersionem, optima intendere
deo per vacacionem et meditacionem.
Istas tres partes habebat psalmista qui
dicebat: meditatus sum nocte cum
corde meo, deo scilicet vacando, et
exercitabar proximo scilicet erudiendo,
et scopebam spiritum meum, me scilicet di-
sciciendo et mundando. Istas tres
partes eciam maria habuit quia et
proximo intendebat per doctrinam
et sibi per custodiam et deo
per meditacionem intimam. Octavo
habet partem optimam in vita ce-
lesti et in ista pars optima con-
sideratur quantum ad subiectum quod
glorificatum est, quantum ad modum
per quem assumpta est, quantum
ad locum quem portata est, quantum
ad premium quo beatificata est, et
quantum ad officium cui deputata est.
Consideratur quidem quantum ad subiec-
tum quod glorificatum est quia
tota scilicet in corpore et anima est glori-
ficata. Gloria autem qua deus dat
tres sunt partes. Una est quod
glorificat corpora sanctorum in terris
sicut glorificavit corpus sancti petri
et iacobi et hec est pars bona.
Eccl 44 Corpora sanctorum in pace
sepulta sunt et vivent nomina
eorum in generaciones et generaciones.
Alia est qua glorificat animas
in celis et hec est pars melior
de qua dicitur Apoc 6 Date sunt
illis singule stole albe, id est dotes
anime. Tercia est qua glorificat utrum-
que in celis scilicet corpus et animam
quod erit in beata resurreccione et hec
est pars optima quam maria ele-
git et hodie recepit. Petrus et
paulus habent partem bonam quia eorum
corpora honorantur in terris. Habent
partem meliorem quia eorum

anime glorificantur in celis sed
non habent partem optimam quia
eorum corpora adhuc iacent in sepul-
cris. Alii sancti in celum volant
cum una ala, id est cum glorificacione
anime. Ista autem est illa mulier
amicta sole que volavit in desertum,
id est in celum, a malis spiritibus de…
cum duabus alis, id est cum glorifica-
cione anime et corporis ut habetur
Apoc 12. Aliis sanctis cum datur
una stola, id est glorificacio anime. Ista
autem est illa mulier de qua dicitur
Prov ult. Bissus et purpura
indumentum eius. Per bissum
que est vestis candida intelligitur
glorificacio anime, per purpuram
que est vestis regalis intelligitur
glorificacio corporis quod de stirpe re-
gali descendit, de qua rex re-
galis dicitur in psalmo: Astitit regina
a dextris tuis in vestitu de-au…
et Alii sancti solum quiescunt
cum unam quietem scilicet anime, ista
rum. Ista autem et quiescit in anima
per felicitatem et quiescit in corpore
per impassibilitatem. Unde ipsa dicit
Eccl 24 In civitate sanctificata
similiter requievi. Secundo con-
sideratur pars optima quantum ad
modum quo assumpta est. Circa
quo anime assumuntur triplex est
differentia. Quedam enim anime assumuntur
in celum per unum angelum et hec
est pars bona de qua dicitur
Exo 23 Ecce ego mitto angelum
meum qui custodiat te in via
et introducat in terram quam pro-
misi patribus tuis. Alius est
a multis angelis assumuntur et
associantur et hec est pars me-
lior. Istam partem habuit ille
mendicus de quo dicitur Luce 16
Factum est ut moreretur mendicus
et portaretur ab angelis in sinum

…ipse Tertius est quando omnes an-
…et omnes sancti alicui aue ob-
…ant Et quando ipse christus pro-
…advenit et est pars optima
…super optima quam maria hodie
…et hodie recepit [illegible]
…ad et omnes domus iste de-
…bant archam testamenti do-
…mini iubilo [illegible] in sermone de
…assumptione Quis illud cogitare
…sufficiat quam gloriose hodie re-
…gina mundi processit et quanto de-
…uotionis affectu tota in eius occur-
…sum celestium legionum prodierit
…multitudo Quibus complacitate poterit
…usque ad thronum glorie canticis
…deducta quam placido vultu
…serena facie quam letis amplexi-
…bus suscepta a filio et super omnem
…exaltata sit creaturam cum eo honore
…quo tanta digna fuit mulier cum ea
…que tam decuit filium Judith 13
…sic glorificata est aue pre omnibus
…bus nunc nece Augustinus
…ascendente super omnes celos
…te assumere voluit in celos
…angelum misit sed ipse de celo
…angelorum militia ad te descen-
…honorem tibi exhibens que
…prius exhibere precepit
…considera pars optima quantum
…locum quem sortita est Locus
…sanctorum in patria triplex est
…quidam enim sortiuntur angeli
…sine ierarchie et est hec pars
…alij ante angelis medie
…et hec est pars melior Alij ange-
…supreme et hec est pars optima
…tertia autem super omnes ordines an-
…gelorum est exaltata super omnem
…altitudinem sanctorum est eleuata
…ad dexteram filij sui collocata
…ideo non tam habet partem optimam
…sed et super optimam Quod autem
…exaltata sit super omnes angelos
…sicut cantat Ecclesia Exaltata est

sancta dei genitrix super choros
angelorum ad celestia regna et per-
venit ultra quam nunc quantitas
est nam vbi non substantia tollitur sed
glorie magnitudo demonstratur cum eleuatur
ad dexteram patris vbi christus pro nobis
introiuit pontifex incliuum ad celi
uz pallatium Quod signatum est
Gen. viii° vbi dicitur requieuit archa
super montes armenie i. cella virgo
super sanctos celestes tunc quod ve-
exaltata est usque ad dexteram filij
sui Hoc signatum est 3 Reg. 2 Sur-
rexit Salomon i. christus pacificus
in occursum matris quia sibi obuiam
processit et eam adorauit quia eam
reuerenter recepit et sedit super thro-
num suum positus que est thronus
matris que sedet ad dexteram eius se-
cundum Gregorium Credo quod ipse saluator per
se totus festinus matri occurrerit
et cum gaudio eam secum in thro-
no collocauit Quarto considera
pars optima quantum ad premium quo
beatificata est Beatitudo enim tres
videtur partes esse Prima est bonorum
que est pars dictorum sanctorum sed ad-
huc est imperfecta Secunda est melior
que est angelorum que est completa
Tertia est filij que est optima
que est consummata et dupliciter sola
gloriosa et istam partem virgo
cum filio elegit de qua ipse dicit
Eccli 24 In omnibus requiem que-
siui et in hereditate filij i. domini
mei morabor Et nota quod hanc
deum optimam partem elegit non
competit nec deo nec angelo nec
homini Homo enim nec angelus
qui optimam partem habeat nullus est
Deus autem non tenet partem sed
totum Unde sola maria optimam
partem habet et ideo est media
inter creatorem qui totum tenet et
omnem creaturam aliam que partem

P

bonam vel meliorem possidet.
Tercio comprobatur per optima quan-
titatem ad officium quod sibi commissum
est. Est enim ei commissum triplex
officium quod diligenter exercet scilicet
adiuvandi advocandi et miserendi.
Adiuvat quidem hominem in vita in
morte et post mortem. Unde est
quod cantat ecclesia Maria mater gracie
mater misericordie tu nos ab hoste protege
in hora mortis suscipe. Adiuvat
quidem bonos in vita in gracia confirman-
do. Et ideo dicitur mater gracie et malos
ad misericordiam recipiendo ideo dicitur mater
misericordie. Adiuvat in morte nos ab
insidiis dyaboli protegendo ideo
dicitur tu nos ab hoste protege. Ad-
iuvat post mortem animas nostras
suis manibus suscipiendo et ad
celum inducendo ideo dicitur in hora
mortis suscipe. Habet secundo officium
advocandi. Tria namque advocatus
debet habere diligentiam quia si pi-
ger et negligens esset advocatus
bonus non esset. Debet in curia
regis habere potentiam quia si [illegible]
posset male pro aliquo aliquid
impetrare valet. Debet habere
sapientiam ut sciat invenire leges
et rationes pro sua causa efficaces.
Debet esse coram familia regis
in magna reverencia et benivo-
lentia quia si coram familia
odiosus vel despectus esset sepe
ad regem pro sua causa ingredi
non valet. Ista quatuor tangit
psalmista de virgine beata dicens Astitit
regina a dextris tuis. Ecce quante
diligencie quia pro peccatoribus
coram filio semper astitit nec
ad modicum inde recedit. Regina
Ecce quante potencie est cum mater
et ideo magne potencie est in
regis pallacio. Ecce [illegible] Et in [illegible]
[illegible] mea In vestitu deaurato
Ecce quante sapiencie. Per aurum

enim sapientia intelligitur. Et
habuit aurum sapiencie
nullus fuit vestitus divina
nisi ipsa. Sapientia enim divina
[illegible] cunctis aliis et cunctis [illegible]
Circumdata varietate. Ecce
in conspectu familie regis
benivolentie et reverencie. In celesti
enim curia sunt multe varietates
colorum que virgini faciunt
indumentum. Ibi est color
aureus. Color rubeus marti[rum]
Color albus virginum [illegible]
[illegible] Quid dicit
[illegible] ut [illegible] [illegible]
virginem [illegible] et [illegible]
[illegible] associant. Habet tercio
officium miserendi. Dicitur enim
sibi iusticia et veritate
aut [illegible] pacem et miseri-
cordiam. Ps. Misericordia et veritas
obviaverunt sibi iusticia et pax
osculate sunt. Veritas de terra
orta est et iusticia de celo
prospexit. Secundo ipsa veritas de [illegible]
quem punire compellit [illegible]
[illegible] virginibus veritati obviavit et
sic sibi sociam in [illegible] fecit
et ipsam reddere compellit. Et
ideo dicit misericordia et [illegible] veritas
obviaverunt sibi. Cum enim iusticia
dei [illegible] aliqua [illegible]
[illegible] ipsa pax virginibus dei [illegible]
[illegible] osculatur et sic sibi facit
amicitiam et ipsam sibi reconcili-
at [illegible] placat. Et ideo dicitur iu-
sticia et pax osculate sunt. Ter-
tium quia veritas dei nata est
de [illegible] Ideo dicit veritas
de terra orta est. Et ipsa iusticia
dei sedet super solium [illegible] Et ideo
dicitur iusticia de celo prospexit.
Celum enim ipsa [illegible]
que est solium et sedes dei [illegible]
illud ysaie [illegible] Celum sedes
mea [illegible] Propter autem solium

[illegible]t solium nunc iuxta illud Mt. v [illegible]
[illegible]it in una solium cuius debet
[illegible] vitas dei ad imaginem trinitatis que
[illegible]sit esse in rem nunc debet et
[illegible]cia dei ad imaginem filii que vo-
[illegible] esse solium nunc etc.

Sermo undecimus de assumpcione virginis marie sequitur

Veni in ortum meum soror mea sponsa messui mirram meam cum aromatibus meis Cant. v. Ista sunt verba filii re[illegible] et omnibus vocantibus gloriosam [illegible] suam in requiem sempi[ternam] [illegible] In quibus tria sunt notanda [pri]mum quare mater dei soror et sponsa appellatur Secundum que sit causa [quod] ortum suum a filio vocatur De [pri]mo notandum quod virgo beata soror dei [ap]pellatur propter vite conformitatem [illegible] deitatis et humanitatis [illegible] ipsa [illegible] conformis filio suo erat in [illegible] Sicut enim filius virgo fuit ita [illegible] semper virgo permansit unde [illegible] potest dici de ea quod de filio [illegible] Sapie. vii Candor est enim [illegible] eterne et speculum sine macula [illegible] eandem regimur et eandem [illegible] [illegible]atem tamquam tales participat [illegible] [illegible] et propter has duas causas soror appellatur Dicitur etiam sponsa dei [illegible] inestimabilem caritatem qua [illegible] se diligunt mater et filius [illegible] enim ex omnibus milibus angelorum [illegible] amare electis et perelectis [illegible] filius eius ex omni [illegible] virginum eam elegit et perelegit [illegible] ex ea incarnaretur ~~De secundo~~ nota [illegible] filius dei propter hoc matrem suam [illegible] vitat in ortum suum quia ex ipsa [illegible] cum dominum incarnari voluit [illegible]cepat in ortum suum id est in virgina[lem] mentem et ventrem unde [illegible] ipsa dixerat angelo sibi annunti- ante quod esset filium dei conceptura Cant. v. Veniat dilectus meus in [or]tum suum ut comedat fructus po- [m]orum suorum non dicit in ortum meum sed suum quia se et omnia sua domine obtulerat voluntati et [illegible] beata virgo fuit ortus deliciosus propter septem que commendabilem faciunt ortum quorum primum est clausure firmitas / secundum arborum densitas / tertium florum speciositas [quar]tum graminum viriditas / quintum fontis irrigositas / sextum cantus suavitas / septimum aromatum nobilitas / primo igitur fuit virgo maria commendabilis ortus quia firma sepis clausuris munitus unde dicit filius eius de ea Cant. iiii° Ortus conclusus soror mea ortus conclusus secundum dicit ortus conclusus quia tamquam sepata fuit corporis munditia et forti cordis patientia Per munditiam corporis obstitit delectationibus seculi Cordis vero patientia temptationibus resistit mundi nec videlicet per delectationes et adversitates mundi fructus eius virginitatis auferretur / Debemus et nos bene quasi ortus fructifer tamquam sepa decem preceptorum dei observantia Ubi enim sepis ista non fuit diripi- etur omnis possessio bonorum operum a demonibus unde Eccl. xxxvi Ubi non est sepes diripietur possessio Secundo maria fuit commendabilis ortus propter arborum densitatem [illegible] autem iste fuit diverse virtutes marie scilicet prudentia fortitudo temperantia et iustitia / de quorum pomis et fructibus dei filius reficiebatur Et ipsa ad filium Cant. vii dixit poma nova et vetera dilecte mi servavi tibi poma nova erant exempla patrum novi te- stamenti / poma vero vetera erant exempla veteris testamenti que omnia beata virgo maria dei filio in se obtulit ad comedendum Debemus et nos bene predictas arbores in nobis plantare et per pru- dentiam inter bonum et malum discernamus per fortitudinem mala resistamus per temperantiam vero [illegible]

modum debitum recordamur et per iusticiam unicuique quod suum est tribuamus. Tercio fuit beata virgo maria ortus deliciosus propter florum speciositatem, scilicet lilio continentie, rosa caritatis et viola humilitatis. Capiamus et nos karissimi munus de floribus istis eos quoque in nostri cordibus viridario transplantemus ut propter odorem ipsorum et venustatem dei filius nobiscum dignetur habitare. Quarto delectabilis ortus fuit maria propter graminis viriditatem. Per viride gramen signatur fides virens in temeritate virginis. Christo quippe moriente omnibus in fide vacillantibus ipsa sola quasi columpna immobilis in fide perstitit. Debemus et nos karissimi viridem fidem que per dilectionem dei operatur quasi quoddam viridarium facere in corde nostro in quo deus delectabiliter requiescat. Quidam enim in arido gramine confidunt qui credunt se posse salvari si tantum fidem habeant et non opera. Contra quos dicit Jacobus in canonica sua: Quid proderit fratres mei si fidem quis se dicat habere, opera autem non habeat, numquid poterit salvare se ipsum, quasi dicat non. Quinto beata virgo maria fuit commendabilis ortus propter fontis rivulos pietatis qui tempora seculi retroactis tantam clemenciam rigavit habundanter. Fuit autem fons iste compassio et misericordia beate marie per quam fluit ad nos omnis gratia peccatoribus, de quo fonte dicitur Canticorum 4: Fons ortorum puteus aquarum viventium que fluunt impetu de libano. In libano itaque id est in eminencia contemplacionis divine ac misericordie quibus ex se diffusus est tamquam fluminis impetus letificat civitatem dei. Debemus et nos karissimi imitari beatam virginem ut habeamus compassionis ac misericordie in cordibus vestris ut per pias elemosinas ardentes ariditates et paupertates egentium

irrigemus. Sexto laudabilis et commendabilis ortus fuit beata virgo maria propter cantus suavitatem que in ea fuit et semper [illegible] vate sequuntur gratiarum actiones [illegible] meditationes et pie cogitationes ipsius quasi quedam avicule his alarum speciei in altum sublevate suavem faciebant armoniam in auribus domini precantabat duo quibus in gratiarum actione prorumpens ait Luce primo: Magnificat anima mea dominum et cetera. Ipsa quasi cum virginibus sequitur [illegible] illius super celestes [illegible] canticum novum quod [illegible] ante dei sedem et agni [illegible] et nos karissimi caritate [illegible] gratias agere ipsi super omnibus beneficiis suis. Collossenses 3: In gratia cantantes in cordibus vestris deo. Septimo commendabilis ortus fuit beata virgo maria propter aromatum nobilitatem que fuit in ipsa. Unde Ecclesiastici 24 dicit de ipsa: Sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi, quasi mirra electa dedi suavitatem odoris. Per cynamomum quod tanto est [illegible] quanto gracilius [illegible] virginalis humilitas. Pro cum mirabile videatur aliqua est humilis que olim peccatis subiacuit. Sed quod virgo immaculata humilis extitit hoc est laude digna. Per balsamum quod est valde calidum ita quod [illegible] stantis palatum vehementer accendit notatur materna caritas per quam summe beata virgo maria supra estimacionem dilexit filium suum. Per mirram electam que multe amaritudinis est demonstratur intelligi [illegible] adversitatis omnem cum mirram [illegible] omnes amaritudines passionis quas filius dei pro nobis bibit bibit et ipsa, igitur propter predicta nimis odorifera est virgo benedicta

mus et nobis bonum per bona opera
ad ipsius bonum odorem semper
ad proximorum morum edifica-
tionem. Cant. [Canticorum] Unguentis optimis bonus odor sui
et qui salvi fiunt in vita
ec. Ecclesiastici 41 c. Melius est nomen bonum
unguenta preciosa. Et Ecc. 41
Curam habe de bono nomine hoc
magis permanebit tibi quam mille
thesauri magni et preciosi. De tercio
quomodo venerabilis virgo Maria
Dei filium recepit in ortum dilec-
tionis sicut ipse eam nunc recepit
in ortum supercelestem. Veni
in ortum meum soror mea sponsa per
ortum regnum celorum intelligitur
ubi omnes delicie et habundancia
omnium amenitatis supra habundan-
tis affluencia ubi est una altissima
preciosissima scilicet ramus et unus
sub cuius umbra electorum
protegunt et de cuius fructu
vivunt. Sub hac arbore sedet
virgo Maria in regali solio co-
ronata et imperiali dyademate
ornata qualis autem beata virgo Maria
dilectum filium suum fuit introducta
ortum deliciarum et in regnum super-
num audiamus. Sed primum
chorum angelorum cum preci-
pui angeli admirantes eius
pulchritudinem dixerunt admirative
que est ista que ascendit per desertum
sicut virgula fumi ex aromatibus
mirre et thuris. Cant. 3. Et iterum
que est ista que progreditur quasi au-
rora consurgens pulchra ut lu-
na electa ut sol ec. Cant. 6. Et re-
spondens angelis dixit ista
est speciosa inter filias Ierusalem sicut
vidistis eam plenam caritate et
dilectione. Et dominus Marie dixit
tota pulchra es amica mea et ma-
cula non est in te. Cant. 4. Ego
mater pulchre dilectionis i. dei

et timoris i. peccatorum et agnicionis
i. angelorum. Et angeli ad Mariam
specie tua et pulchritudine tua in-
tende prospere procede ad regna que-
rendum. O Maria ascende super ultimus
quia non sumus digni ut maneas
nobiscum. Et sic fuit ducta ad se-
cundum chorum. In secundo choro angeli di-
xerunt ad Mariam. Iam enim hyemps
transiit ymber abiit et recessit flores
apparuerunt in terra nostra. Et dominus
ad angelos dixit illud Cant. 2.
Sicut lilium inter spinas sic amica
mea inter filias Ierusalem. Et dominus
ad Mariam dixit. Cant. 4. Mel
et lac sub lingua tua odor tuorum
vestimentorum sicut odor thuris.
Respondit Maria. Ego flos campi
et lilium convallium. Cant. 2. Flos incre-
scat in campo non habetur in
custodia. Sic Maria omnibus peccatoribus
est communis et manifesta. Angeli ad
Mariam specie tua et ut supra. In tercio
choro angeli ad Mariam dixerunt
super solem et omnem pulchri-
tudinem dilecta es a domino et regina
celorum vocari digna es. Gaudent
chori angelorum consortes et can-
tantes tui. Et iam letentur celi et
exultet terra ante faciem domine.
Quoniam venit. Et dominus ad angelos
dixit. Inveni quam diligit anima
mea nec dimittam eam donec
introducam eam in thabernaculum
patris mei. Dominus ad Mariam tu es
que restitues hereditatem meam michi.
Cui Maria respondit. Et usque ad
futurum seculum non desinam supple-
tam hereditatem. Angeli ad Mariam
specie tua ut supra. In quarto
choro angeli ad Mariam. Tu do-
minaris potestati maris ec. Et dominus
ad angelos. A solis ortu usque ad
occasum laudabile nomen domine.
Et dominus ad Mariam. Filii thiri
vultum tuum deprecabuntur in muneribus

Maria respondit Dabo in Syon
salutem et in Ierusalem gloriam meam
Angeli ad mariam Spes tua etc.
In quinto choro angeli dixerunt
Surgite vigilemus venite adoremus
quia ipsa est corona sanctorum omnium
Deus ad angelos Hodie mortem
quam femina intulit femina fugavit
Et dominus ad mariam Tui sunt
celi et tua est terra Maria respondit
Transite ad me omnes qui concupiscitis
me et a generationibus meis implemini
sed in virtutibus Angeli ad mariam
Spes tua etc. In sexto choro ange-
li ad mariam Fons ortorum puteus
aquarum viventium que fluunt
impetu de libano Dominus ad an-
gelos Ecce radix yesse ascendet
in salutem populorum ipsam gen-
tes deprecabuntur ad eam fons parvus
crevit in flumen maximum et in lucem
conversus est Deus ad mariam Apud
te est fons vite Maria dicit Omnes
sitientes audite et intelligite tra-
diciones quas dominus dedit vobis
venite ad aquas omnes peccatores quia
aqua quam ego do fiet in eis fons
aque salientis in vitam eternam
Et angeli ad mariam Spes tua etc.
In septimo choro angeli ad mariam
dixerunt Multe filie regum con-
gregaverunt divicias i. virtutes tu
sola supergressa es universas Et
dominus ad angelos Hec est que
nescivit thorum in delicto habebit
fructum in respectione animarum sanctarum
Et dominus ad mariam Veni dilecta
mea intra in cubiculum sponsi tui
per quem omnes salvi erunt Maria
respondit Mecum sunt divicie et
gloria et opes [illegible] Angeli
ad mariam Spes tua etc. In octavo
choro angeli ad mariam Gloriosa
dicta sunt de te civitas dei Deus
ad angelos Viderunt eam filie Sy-
on et beatam dixerunt et regine
laudaverunt eam Deus ad mariam
Tu flos orientis nazareth / tu gloria
Ierusalem tu leticia Israel tu decus
mundi tu nobilitas populi christiani

Maria respondit In me omnis gratia
vie et veritatis in me omnis spes
vite et virtutis Qui me invenerit in[illegible]
vitam et hauriet salutem a do[illegible]
Angeli ad mariam Specie tua [illegible]
In nono choro angeli ad ma[illegible]
dixerunt Audi filia et vide et [illegible]
na aurem tuam quia concupivit [illegible]
speciem tuam Deus ad angelos [illegible]
michi eam assumere sponsam [illegible]
fui amator forme illius Do[illegible]
ad mariam dixit Veni co[illegible]
mea formosa mea sponsa me[illegible]
tabernaculum glorie vasculum vite [illegible]
celeste Maria respondit In in[illegible]
testas mea et iterum Talis est di[illegible]
meus et ipse est amicus meus [illegible]
Ierusalem Tunc totus chorus cel[illegible]
venit ad eam cantando dic[illegible]
Regina quo [illegible] fiat istud quia [illegible]
similem visa es nec habere [illegible]
Maria angelis respondit Hoc
quod admiramini divinum est mis[illegible]
Hec cum iret Tunc omnis multitudo
milicie celestis clamabat [illegible]
dicens O maria templum [illegible]
balsamum suavitatis gemma [illegible]
lilium castitatis rosa caritatis [illegible]
humilitatis speculum puritatis [illegible]
claritatis sidus omnis virtutis [illegible]
omnium virtutum gloria mulierum [illegible]
regina stella sacerdotum rosa mar[illegible]
rosa apostolorum regina angelorum
iocunditas omnium celorum Tunc ma[illegible]
respondit In omnibus requiem que[illegible]
quesivi et in hereditate domini [illegible]
bor Et iterum Hec requies mea in
seculum seculi hic habitabo quoniam
elegi eam Tunc dominus locutus [illegible]
ad se et coronavit eam [illegible]
mortalitatis et dedit nobis [illegible]
vivem et consolatricem et [illegible]
tricem inter deum et nos [illegible]
Ut ergo ad ipsam perveniamus et
cum ipsa regna eterna possideamus
prestet nobis eius filius do[illegible]
noster ihesus christus qui cum patre et
spiritu sancto vivit et regnat [illegible]
deus Bernardus Ipsa est nobilis
illa stella de Iacob orta [illegible]

...nem illuminat orbem cum splendor
...mis refulget et miseros pene-
...rum consolatur et calefaciens
mentes quia corpora sanat me-
...equit ... Ambrosius talis fuit
et eius unius vita omnium fuit dis-
ciplina. Idem quecumque Maria sibi con-
scia intratur exemplum. Idem
erat Maria non solum corpore sed
mente que nullo doli ambi-
tu adulteraret affectum, corde hu-
milis, verbis gravis, animo prudens, loquendi
parcior, legendi studiosior, non in incer-
titudine divitiarum sed in prece pauperum
spem ponens, intenta opere, verecunda
in sermone. Idem quid nobilius dei matre,
quid splendidius ea quam splendor
elegit, quid castius ea que corpus
sine corporis contagione generavit.
De ceteris eius virtutibus tacea
erat non solum corpore sed et men-
te ... gravius loquendi
... intenta opere, verecunda sermone,
... sed deum quem nullum
omnibus bene velle, maioribus
... equali non invidere, iactantiam
fugere, rationem sequi, virtutem amare.
... offendit ... quod eripuit
... quod mutavit ... re-
... nichil in vultu
... nichil in actu verecunda, non
... dissolutior, non vox petulan-
tior, ut ipsa corporis species et mentis
figura probitatis. Talem hanc
... monstravit, talem ange-
~~recepit~~ recepit, talem spiritus sancti
... que digna fuit ex qua filius
nasceretur. Augustinus contra quinque hereses:
inobediens meruit penam,
...ria obediendo consecuta est gratiam;
...gustando prohibitum maledicta,
credendo angelo benedicta. Idem:
...ior partus spiritualis quam carnalis
... cum Maria fuit concipie-
ns fide Cristum quam carne. Materna
et propinquitas nichil Marie pro-
fuisset nisi felicius Cristum corde
quam carne gestasset. Ipsa quoque vir-
ginitas ideo gratior et acceptior

quia non eam iam conceptus est
viro violaturo quam conservaret ipse
servavit, sed prius quam conciperet iam
deo dicatam de qua nasceretur elegit.
Ieronimus in sermone: Sicut in compara-
tione dementis hominibus ita etiam in
comparatione matris domini nulla inve-
nitur perfecta, cuius omnia virtutibus
compleret. Idem: totam repleverat
spiritus sancti gratia totam inflammaverat
divinus amor, ita ut in ea nichil
esset quod mundanus violaret affectus,
sed ardor continuus et ebrietas perfusi
amoris. Idem: Quicquid in Maria
gestum est totum puritatis et simpli-
citatis, totum veritatis et gratie fuit, totum
misericordia et iusticia que de celo prospexit.
Idem: O Maria que dedit celis
gloriam, terris dominum, pacem, que refudit
fidem gentibus, finem viciis, vite or-
dinem, moribus disciplinam. Idem:
Quod natura non capit, usus nescivit,
ignoravit ratio, mens non capit,
quam pavet celum, stupet terra, atque
creatura etiam celestis admiratur,
hoc est totum per Gabrielem Marie
divinitus nunciatur, per Cristum adim-
pletur. Idem: Non est in mundo
locus dignior utero virginali in quo
Maria dei filium suscepit, nec excel-
lentior regali solio quo Mariam dei
filius sublimavit. Idem: Maria
quia mente passa est plus quam
martir fuit, nimirum cuius dilectio
amplius fortis quam mors quia
mortem Cristi suam fecit. Idem:
Nulli dubium qui totum ad gloriam
laudis dei pertineat. Quicquid digne
genitrici sue fuerit impensum. Idem:
Et si ad hoc nemo inveniatur idoneus,
vobis tamen omnibus cessare non debet,
etiam quilibet peccator a laudibus. Ewangelium
super Magnificat: O inestimabilis laus
Marie. Magis credebat nasciturum ca-
stitati quam vite eius plus gratie
quam ne conceptum ~~mat~~ manife-
ste videbat et fornicationem suspicari
non poterat. Possibilius esse credebat
mulierem sine viro posse concipere.

quam matrem posse peccare. Item
Conversatrix aut vinolenta maria
nunquam fuit quia omnis mulier que
vinolenta est et conversatrix est
meretrix. Non levis non iocosa non
cantatrix non saltatrix non turpium
auditrix sicut solent plerumque puel-
le facere que talia aut loquuntur aut
audiunt. Non super viros oculos suos ex-
tulit nec infixit aspectum. Beda in
Omelia: Ingressus angelus ad ma-
riam dixit: Ave gratia plena etc.
Ave salutatio quidem quanto consue-
tudini est inaudita tamen marie di-
gnitati est congrua. Vere etenim gratia
erat plena cui divino munere collatum
est ut prima inter feminas gloriosissimum
deo virginitatis munus afferret. Unde
et angelico aspectu simul et affatu
meruit perfrui que angelicam vitam
studuit imitari. Vere gratia erat plena
cui gratia et caritas facta est ut ipsum
ipsius artificem generare donatum est. Et
ideo vere dominus erat cum ea quam primis
prius novo castitatis amore a terrenis
ad celestia desideranda sustulit,
post modum mediante quam natura
divini plenitudine divinitatis consecravit.
Vere benedicta in mulieribus que sine
exemplo muliebris conditionis cum
decore virginitatis gravida est genitrice
puerperis quod per virginem matre decora-
bat dei filium procreavit. Item ma-
gnam humilitatis constantiam tenet
maria que se ancillam in qua con-
ditoris domini nostri christi appellat.
Bernardus in sermone: Ad beatam
virginem sicut ad medium sicut ad
archam dei sicut ad rerum causam
sicut ad negotium seculorum respici-
unt qui in celo sunt qui in inferno
habitant qui nos precesserunt qui nunc
sumus et qui sequuntur et nati natorum
et qui nascentur ex illis. Illi sunt
in celo ut restaurentur qui in inferno
ut eripiantur qui precesserunt ut
prophete ut fideles inveniantur et
qui sequuntur ut glorificentur. Item
Nichil est quod tam me terreat nichil

est quod tam me delectet sicut
de virgine sermonem facere. Terret n[amque]
me indignitatis conscientia sed delec[tat]
me beatis virginibus laus et gloria
Item super cantica: Est cum sa[gitta]
electa amor christi que marie
non solum transfixit sed etiam [illegible]
ut nullam particulam in virgine[o pec]-
tore vacuam amoris relinquere[t]
toto corde tota anima tota vir[tute]
diligeret ut esset gratia plena. [Ipse]
missus est in partibus in angus[tiis ...]
rebus dubiis in arcta tangita ma[ria]
invocata non recedat ab ore non [rece]-
dat a corde et ut impetres orationis
suffragium non deserens conversationis
exemplum. Ipsam sequens non devias ipsam
[ro]gans non desperas ipsam cogitans non er[ras]
ipsa tenente non corruis ipsa pro[te]-
gente non metuis ipsa duce non fa[ti]-
garis ipsa propitia ad portum pervenis.
Item Ave est hic Ego tamen [miror]
rationabilis ut salutetur ab angelo tam
... ut desponsata sit fabro p[ro]
virginitatis et humilitatis prerogati[va]
... mediocritate deo placet ...
in qua humilitas commendat virgi[nitatem]
et virginitas decorat humilita[tem]
Sed quanta putas veneratione d[igna]
est in qua humilitatem exaltat [fecundi]-
tas et partus consecrat virgini[tatem].
Audis virginem, audis humilem:
non potes virginitatem humilis [sal]-
ta humilitate virginis imitari ...
cum sit virtus virginitatis sed magis
sed magis humilitas necessaria ...
... ista perpetua illam imitari
ad istam cogeris. Et illa dicitur
pt ... capiat. Et ista dicitur ...
quibus offeratur sicut parvulus iste
intrabit in regnum celorum. Illa
remuneratur ista exigitur. Potes d[eum]
sine virginitate salvari sine humi-
litate non potes. Potest inquam placere humi-
litas que virginitate deplorat amissa.
Sine humilitate autem deo nec ma[ria]
virginitatis placuisset. Super que ...

fecit spiritus meus nisi super
humilem et quietum super quem dicit
se requiescere. Si igitur maria hu-
milis non fuisset spiritus sanctus super
eam non requievisset et si super eam
non requievisset eam non impregnasset
quomodo de ipso sine ipso concepisset.
Patet igitur quod deus respexit humilitatem
sue potius quam virginitatem
et placuit de virginitate tamen ex humi-
litate concepit. Unde constat quia
placuit virginitas humilitas prevalu-
it. Quid igitur dices virgo superba
tu castior illa numquid devocior
nunquam tua forte prudentia castior
castitate marie ut sine humi-
litate sufficiat de virginitate
sua quam illa non potuit de sua.
Hanc quanto honorabilior es ex sin-
gulari munere testimonio tanto tibi
maiorem iniuriam facis quod eius
decorem fedas per mixtione
superbie. Alioquin expedit tibi virgini
ne quam de virginitate insolescere.
Nam quidem est virginitas multo
melius est cum virginitate hu-
militas. Si igitur virginitate mariam
non potes imitari studeas humilitate
eam sequi et sufficit tibi. Si autem
virgo et humilis es quisquis es magnus
es. Est tamen maius aliquid quod
miror in maria scilicet cum virginitate
fecunditas a seculo non est auditum
aliqua mulier simul esset et virgo
et mater. Felix maria cui nec humilitas
defuit nec virginitas quam non teme-
ravit sed honoravit fecunditas
et nichilominus singularis humilitatis
quam non abstulit sed contulit fecunda
virginitas simul gratia et humilitas
quorum non mirabile quod non incompa-
rabile quod non singulare veniamus
igitur coniuges in carne corruptibili
carnis integritatem admiramini
et vos patres virgines in virgine
fecunditate imitamini omnes homines
virginis sanctissime humilitatem/

Sermo primus de sancto Bernardo sequitur zeta

Iustum perduxit dominus per vias
rectas capitulo 10 Iustitia est
virtus cuilibet tribuens quod suum
est tribuens. Ille igitur iustus est qui
habet ea que spectant ad deum
ad se ipsum et ad proximum et talis fuit
beatus Bernhardus quia ad deum
habuit animum sublimatum celestium
contemplatione intellectum illustratum
divinorum revelatione affectum infla-
matum fervent dilectione et affectum
decoratum patenti iussione. Habuit
quidem animum sublimatum celestium conte-
platione quia tantum erat intentus
celestium consideratione non videbatur
esse in mundo per terrenorum cogita-
tionem. Cum enim intuebatur celestia
non videbatur cognoscere vel intelligere
terrena. Unde dicitur in legenda ita totum
in spiritu absorptus est ut iam nullis
sensibus corporis uteretur. Iam quidem
annum in cella noviciorum exegerat et
adhuc an domus habeat testitudinem
ignorabat a multo tempore ecclesiam intrans
et exiens in capite ubi tres fene-
stre erant unam tamen putabat esse
iuxta latum causa necessitatem tacens
dic item quod Petrus ponitur cum
non vidit nec vidisse se meminit.
Refert Iohannes quod quidam
presbiter oculos sibi eruerunt ne a
temporibus impedimenta reciperent
sed interius tali vacarent inter
quos fuit Democritus philosophus qui cum
esset ditissimus omne pretium suum
civibus dereliquit Atheniensibus et
tus est et ibi oculos sibi eruit
fecit. Hanc autem causam a diversis philosophis
assignat Agellius quidem philosophus
philosophus dixit quod oculos ibi eruerunt
tamquam impedimenta honorum
studiorum et negotiatores cogita-
tiones habet. Hanc autem
dixit quod nimis molestie impe-
dat malis placere et ideo nec videt

malis bene esse oculos sibi eruit
Tertullianus non dicit Quod militibus
sine concupiscentia aspicere non poterat
et ideo excecavit se ipsum ne videret
Cetus aut Quidam oculos sibi non
eruit corporaliter sed spiritualiter quia
causa fuit ad amicum illicitum ipsum
sine affectum In quo sensu loquitur
dominus dicens Mathei v Si oculus tuus

a

scandalisat te erue eum et proice
eum abs te Item quantum ad primam
causam causam sibi eruit quia ipsi
oculi sui non erant sibi impedimen-
tum interioris contemplacionis quia
eos ad vanitatem non incitabat sed
potius arcebat iuxta illud psalmi
Averte oculos meos ne videant
vanitatem Eruit eos spiritualiter
quantum ad secundam causam quia
malos non videbat oculo approbacionis
videbat tamen oculo compassionis
Cantica v Ego dormio quantum ad
oculum approbacionis et cor meum
vigilat quantum ad oculum compa-
ssionis Non habuit eos oculos
quantum ad terciam ~~primam~~ causam
quia eos in mulieres non figebat
iuxta illud Iob xxxi pepigi
fedus cum oculis Unde dum ad-
huc esset adolescens et in quandam
feminam aliquamdiu defixos oculos
tenuisset mox in stagnum geli-
darum aquarum se immergens
tam diu ibi permansit donec

b

pene exsanguis effectus est/ Secundo
habuit intellectum illuminatum diversorum
revelacione Item sibi revelatum
est divine incarnacionis misterium
gloria beatorum noticia futurorum
sciencia scripturarum Revelatum
est sibi quidem divine incarnacionis
misterium Item cum adhuc esset puer
et in nocte nativitatis officio
interesset et qua hora deus natus
fuisset scire cuperet apparuit ei puer
Ihesus vir quasi iterum ante oculos

eius et uterum virginis nasci ...
potest dicere cum apostolo Ephesiis
Michi autem omnium sanctorum minimo
est gratia hec et Revelata est ...
sibi gloria beatorum Item cum sanctus
Malachias in monasterio suo ...
et missa defunctorum pro eo cantare
eius gloria Revelatum est revelatum ...
ultimam oracionem non tamen pro defuncto
tamen pro sancto canonisato ...
eius vestigia osculatus est/ ...
eciam noticia futurorum quia multa
tamen predixit Unde cum ...
pie fratris quidam recederet et ipse ...
impediret Bernardus digitum ...
apponens dixit veniet dies ...
cito venies quando latus istud ...
a perforabit et ad cor tuum ...
quo modo alias viam dabit ...
spiritu magno vidit ultima/ ...
eciam scienciam scripturarum quia ...
quidem non didicit per exteriorem ...
erudicionem sed potius per spiritualem
meditacionem Unde dicitur in legenda
Quidquid in scripturis didicit ...
maxime in silvis et in agris
meditando et orando se con...
batur accepisse nec aliquos ...
habuisse nisi quercus et fagos
amicitia dicit solitus erat ...
diviciarum revelacionum Unde dicitur ibi
Confessus est aliquando meditanti
vel oranti omnem sacram ...
suppositam vel expositam sibi ap...
peruisse scripturam Unde eciam ...
Cantica dicit Quod cum quedam ...
timeret que alias didicerat ...
ad ipsum ... dicens/ Donec ipse
temptacionis aliud non accipies eius
manifeste apprehenditur quod ...
dicebat spiritu sancto dictabat ...
velante // Tercio habuit affectum ...
malum ferventi dileccione ...
fervens eum deum diligebat/

in diligendo modum esse nesciebat
ut ipse dicebat Tamen diligendi
causa est deum deus est modus
sine modo diligi debet Tertio fer-
venter diligebat quia totus in amore
divinus erat unde dicitur in legenda
totus in spiritu absorptus nullis
corporis sensibus utebatur
poterat dicere cum apostolo Galla
vivo ego iam non ego Tamen for-
titer diligebat quia omnem amorem
respuebat scilicet amorem cu-
piditatis quia omnia deseruit
paupertatem elegit amorem car-
nalis voluptatis quia continentia
[illegible]alem servavit // Amore [illegible]
[illegible]tionis quia a pluribus civitatibus
in episcopum electus noluit assentire Pro
[illegible]t amor mundi dei esse ad amorem
[illegible] unde ipse dicit super proposito cui
[illegible]bat Erat omnis si quis celestem
[illegible] dulcedinem sentit omne illud
[illegible]mundi sentit veneno [illegible]
[illegible] spiritus misceri istis illecebris
[illegible] patiatur // Tam fuerunt diligebat
[illegible]nem eam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]entia et devotione ad solum deum
[illegible]bat Amor parentum est quo amamus
parentes unde dicitur Ecclesiastici [illegible] vivi
[illegible] sunt quorum pietates non defe-
cerunt / Valerius de pietate predicat
[illegible] [illegible] patrem suum iam vetu-
[illegible]tatis velud infantem pectori
[illegible] ad motum alit Amor sociabilis
quo amamus socios et amicos
[illegible] Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in unum
Amor iustus quo amamus homines
[illegible] quia iusticia requirit ut eis
reddamus que iusta sunt Amor
violentus quo amamus inimicos quia
[illegible] quia sensualitas a ratione valde
[illegible] ut inimicus ametur Amor aut
devotus est quo singulariter et

specialiter deum amamus Quattuor
aut primos amores Basilius tres
ad quintum totaliter reducebat et re-
ferebat / parentes enim amabat sed in
deum unde et patrem ad religionem
adduxit et fratres convertit Amicos
aut et socios i. monachos mirum quos
[illegible] diligebat in deum omnes
non homines diligebat ad deum quia
eis predicabat et eos amonebat
ut eos converteret et ad deum adduceret
Inimicos diligebat propter deum / deum
aut diligebat propter seipsum Tamen
in libro confessionum Augustinus est
domine qui amat te propter te et a-
micum in te et inimicum propter te
Solus enim nullum eorum amittit
cui omnes in illo cari sunt qui
non amittitur te nemo amittit
nisi qui dimittit // Quarto habuit
affectum potenti impressione Primo
enim illius potestate plenus erat tanta
ideo suo obediebant elementa
sensibilia et omnia corda et [illegible]
Elementa quidem sibi obediebant
sicut patet in aqua sive pluvia tanta
sicut dicitur in legenda Cum quidam
monachus sibi [illegible] ab ore ne
sibi recessisset et Basilius [illegible]
sub divo epistolam dictaret et cum
is qui scribebat cartam com-
plicare vellet dixit Opus dei
est scribe nec desperes et licet cum
undique plueret molestiam tamen
imbres ostiis repulit caritatis tota
quia illam epistolam scripsit in imbre
Obediebant etiam sibi sensibilia
sicut patet in [illegible] tanta enim
quoddam [illegible] quod ipse construxerat
occupasset [illegible] multitudo multitudo
incredibilis ita ut omnibus mole-
stiam generarent Hec dixit Ego
[illegible] eos [illegible] quam [illegible]
[illegible] omnes mortue sunt [illegible]
Obediebant sibi etiam corda

Item cum quidam burgenses in qua-
dragesima ipsum visitassent rogauit
eos ut saltem illis diebus a su-
is iniquitatibus abstinerent quibus
renuentibus iussit proponere vinum
dicens Bibite poculum amarum
quo hausto subito sunt mutati
et qui in medium temporis denegaue-
rant totius temporis vite sue dede-
rant // Obediebant sibi demones
seu demonia que ea expellebat
Macedo scripto suo quandam enim
demoniace cartulam scripsit
hec continentem misit in nomine
domini nostri Ihesu Christi precipio tibi
demon ut recedas ab ea que ad
cuius collum ligata statim ille disce-
ssit Macedo cum baculo suo item
cum quidam mulierem demon incre-
dibili libidine vexaret baculum
sibi dedit quem in lecto tenuit
et ad eam dyabolus accedere non pre-
sumpsit Macedo sua et imperio
suo Cum enim inde recessisset et
dyabolus ipsam vexare vellet Cumque
ipso euocata et omnibus cande-
las accensas in manu tenentibus
demonem illum excommunicauit
et sic item ad eam ultra accedere
non presumpsit Macedo responso
suo item infirmatus aliquando
et in excessu positus inuentus
ante dei tribunal est presentatus
Affuit sathan ipsum accusans et
dicens fateor non sum dignus
propriis meritis regnum celorum obtinere
Sed dupliti iure illud obtineo
dominus meus hereditate scilicet patris
et merito passionis Alto ipse con-
tentus alterum michi debeat /
Quo responso dyabolus confusus
euanuit De xviii ostenditur Quod
deo seruienti et obedienti omnia
seruiunt et obediunt scilicet superiora
inferiora media et interiora Et ad
istud significandum cum filii israel
de egipto exirent et ad terram

promissionis tenderent
eis obedierunt et terre
scilicet mare rubrum ut e-
uaderent Torrentes Jordanis
[illegible] Scopuli arnon
ibi requiescerent / De istis terminis
Num 21 Sicut facit deus in
rubro sic facit in torre
arnon Scopuli torrentium
sunt ut requiescerent in ar
Retro cessat eis fluuius
ut ad terram promissionis p
ut habetur Josue 3 Omnes
spiritualibus ad celestem patri
desiderium calcantibus obe
superiora scilicet deus et angel
Et isti sunt torrentes ar
qui interpretatur lux Gen 1° fiat
lux et facta est lux i. ang
natura Deus igitur obedit h
seruienti Josue 10 obedien
uoci hominis Preterea volunt
timentium se faciet Angel
et obedit deo seruienti et o
Heb 1 Omnes amministratorij s
in ministerium missi / Similiter inf
i. demones Isti signantur per
rubrum quia semper sunt in am
ritudine et semper sunt ru
per ardorem flamme / Isti obe
deo seruienti Luce 10 Domine
demonia subiciuntur nobis in no-
mine tuo Similiter media qu
etiam principes qui habent a
indicare seruiunt deo seruien
quia intelligunt eos esse ma
res Eccl 10 Magnus est iudex et
potens in honore et non est ma-
ior illo qui timet deum Isti si-
gnantur per iordanem qui inter-
pretatur riuus iudicii qui quisque est re
sum Quia sepe prelati et alii
principes terram iudicantes re-
sum a sua pompa conuertuntur

[...]ram finis dei qualificantur
[...]unt ea que inferiora anime quibus
[...]t quibus deo tunc sensualitatis
[...]t rationi et hoc signatur
[...]pulum sensualitatis e sco-
[...]s in quem cum ratio impingit
[...]a naufragium patitur. Sed ex
[...]rone dicitur sicut anima per
[...] eius mundi effunditur ii

[Sermo] secundus de eodem

[I]ustum deduxit dominus per
vias rectas Sapie. 10. Ipso q[uidem] li-
[ce]t Christus contra sit iustus ha-
[ben]do ea que requiruntur quo ad
[pro]ximum videndum est quomodo
iustus quo ad seipsum. Circa quod
[...]dum quod ipse habuit in corpore
magnam asperitatem in corde
[...]ipse magnam puritatem in
magnam maturitatem in ra-
tione magnam humilitatem et
[...]ta magnam sanctitatem //
[...]sppe quidem suo habuit magnam
[...]tatem et hoc quantum ad cibum
[...] ad vestitum et quantum ad sop-
Ambrosius laboribus et ie-
[iun]iis lasciviam corporis castigatur
[or]ationibus devotis anima saciatur
[c]onsiliis dyaboli insidie re-
[pel]luntur. // De cibus ubi sic legitur
[...]comedendum non voluptate
[...]ebat appetitus sed solo timore
[...]tus sit attendebat ad sumendum
[...]um quasi ad tormentum sic
[...]le illecebris ratis ob dormierat
[...]pam quasi saporum discretionem
[...] magna parte perdiderat raram
[...] oleum sibi aliquando pro esurie
[...]imatum bibit. Sanguinem mensuram
[...]dum per errorem pro butiro sibi
[...]datum multis diebus non sentit co-
[me]disse. Solam aut aquam sibi sa-
[...] dicebat eo quod dum eam sumeret
[...]ines et guttur ei refrigerabat /

Multi aut sunt qui vitant
famem et cibaria exquisita contra
quos dicit Seneca palatum tuum
fames excitat non sapores. Sed
dicitur Job 40. An extrahere poteris
leviathan hamo / Leviathan qui
interpretatur additamentum signat gu-
losos qui addunt ferculum ferculo.
Tales laqueos dyaboli capiuntur
sicut captus fuit Adam. Cum enim
appetitu famis non excitavit allec-
tus pomi suavitate comedit et ideo
culpam prevaricationis incurrit. Ambrosius
in libro de ieiunio. Culpa per cibum
latebra per cibum cognitio infirma[...]
in cibo dulcis infirmitatis in ieiunio
De cibis aut vestimento sic legitur
In vestibus aut ei propter paupertas
placuit sordes immanem nimirum
cum fore indutis agebat aut ne-
gligentibus aut apud se inaniter
gloriantibus aut foris humanam [...]
gloriam affectantibus aliquid pluribus
annis portavit quam diu occultum
esse potuit. Sed ubi cognitum esse
sensit illud removit. Ipsius semper
illud propositum in ore erat. Hoc facit
quod nemo facit mirantur omnes. Cita
ergo non tamen sibi a varietate ce-
terorum et exquisito usu vestimento-
rum quia ibi non est peccatum. Unde dicit Je-
ronimus in libro contra Iovinianum
De indumentis vestibus atque vestitu
mente est aut hic aut ibi esse peccatum
ipsum quod in cibo aut in vestibus
affectam. Sed quod varietas et commu-
tatio modestie reprehensioni proxima
est. Quod aut reprehenditur a virtute
procul est. Quod a virtute procul est
vitio mancipatur. Quod vitiosum
arguitur peccato insistitur quia peccatum est inde
tuam sinam in sinistra parte et
[...]orum grece describitur // decimo
Virgilius in ecronibus sic legitur /

vigilat similis dei ultra possibilitatem humanam nullum enim tempus magis se perdere tanquam solebat quam quo dormivit Sancti enim viri semper vigilant in bonis operibus et orationibus ne mors ipsos inveniat imparatos Ideo monet dominus dicens Math 24 vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit Quod est contra multos qui suam conversionem differunt usque ad mortem Quod quidem fieri non debet sicut ostendit Crisostomus super Math per quatuor exempla Primum est quia sponsa expectans suum sponsum primus se ornat atque componit Nam si tunc in adventu sponsi se ornare differret sponso plurimum displiceret // Secundum est quod sicut vir deformis et turpis sine causa se componit Sic etiam sine causa preparant se peccatores // Tertium exemplum est quia strenuus miles secularis tempore arma sua debet habere parata ut cum tempus belli advenerit ire possit munitus ad prelium Qui autem gladium rubiginare dimiserit loricam sordescere scutum frangi non patitur celare negligentiam cum urgens necessitas non permittet longi temporis opus adimplere Quartum est quia malus servus absente domino non aspicit opera sua sed negligenter operatur Cum vero videt dominum suum de longe tunc aspicit opera sua et incipit operare et festinare quia multorum negligentia dierum non potest una hora compleri Secundo in corde et corpore habent puritatem quia mente et corpore sunt virgines // Sunt autem qui servant castitatem aut parum temptati aut carne non illecti aut exterius non provocati Sed tenuit castitas aliorum est maxime virtutis quando quis eam servat honeste ab hoste

C

D

temptatus et a carne illectus et ab exterius provocatus ta[...] Beatus Benedictus castitate servat[...] si temptatus omnes temptationes carnales fugiebat iuxta c[...] apli dicentis I Cor 6 Fugite [fornicationem] unde dicitur de eo [...] de pendentes igitur [...] libitatis serpenti [...] in [...] cepit et ardencius sit [...] inchoavit Si a carne allicie[batur] ipsam [...] mactabat Unde [...] adhuc esset adolescens et [...] feminam oculos aliquantum diu de[tinuisset] tenuisset in sanguine [...] quarum se innupsit et [...] sanguis effusus [...] sed ab exterius provocabatur totis viribus resistebat unde cum puella [...] lecto dormiente se [...] ille in alteram partem se [...] partem relictis sibi dimisit et ita illa confusa discessit Alia [...] mulier cum bis ad lectum [...] misisset ille latrones clamavi[...] sit ipsam expulit Tertio habui[t] ... maturitatem Unde legitur de [...] sit cepit ut non potius [...] dendum quam ad reprimendum [...] fati opertet et [...] stimulum adhiberi quia [...] Job 28 Qui fecit ventis pon[dus] et ve pondus dare facit [...] quando seculo et in iuventute [...] ves sunt in religione facti [...] turbis et graves per iuvenili [...] tutate Illum in maturitate pe[...] venit qui in iuventute [...] gravitatem pretendit Sed [...] potest dici quod legitur Tren 1 [...] crediderunt leges reges terre et universi habitatores turbis quia ingrederetur hostis et inimicus portas Ierusalem Homines cum seculares possent credere de aliquibus religiosis quod sit esset in loquen[...]

in aspectu in ridendo dissoluti adre-
ciandum incauti ad audiendum
… Tales licet sint etate viri
moribus sunt parvuli. Cum tamen dicat
apostolus 1 Cor 13 Cum essem parvulus
loquebar ut parvulus. Quando autem factus
sum vir evacuavi que erant parvuli //
…to sunt in conversatione humilitate
…ie legitur de eo quod vincebat in eo simpli-
citatem nomen humilitatis cordis /
…in potuit eum erigere unus sub mu…
…tipem dicte solus similis reputa-
bat ab omnibus infimum ipse se repu-
tavit et quem sibi omnes ipse prepo-
nebat dignitatis aut humilitatis erat
…omnes honores fugiebat unde
…ribus civitatibus in episcopum electus
…noluit assentire. Religiosi igitur
…ad dignitates eliguntur. Sicut
…unde quod legitur Judic 9 Ierunt
…ligna silvarum ut ungerent
super se regem dixeruntque olive
impera nobis quo respondit Numquid
possum deserere dulcedinem meam
…tibus quo suavissimos et ire
ut ligna cetera promovear / Dixe-
runt quoque ad vitem veni et impera
nobis Que respondit Numquid possum
deserere vinum meum quod letificat deum
et homines // ligna silvarum sunt cleri-
ci seculares / per olivam ficum et vitem
intelliguntur religiosi qui debent ut
oliva quia in eis debet esse
…um compassionis et misericordie vitis
quia in eis debet esse vinum spiritualis
letitie et sacre scripture et sicut
…dulcedinem conscientie sed quando
promoventur nunc ligna silvarum i.
…bas prelatorum amittunt compassionem
quia efficiuntur valde avari et ad
pauperes valde duri Amittunt le-
titiam spiritualem et sacre doctrine
meditationem quia efficiuntur valde negli-
genti et multum tepidi amittunt con-
scientie dulcedinem quia efficiuntur
…rum conscientiose Quanto ~~habebat~~
habuit in vita perfectionem et sanctitate

de eius perfectione et sanctitate sit
legitur semper aut inveniebatur aut
orans aut legens aut scribens
aut meditans aut fratres verbo edifi-
cans Signum aut perfectionis erat
quod ipse mori semper desiderabat iuxta
illud apostoli philip. 1o. Desiderium habens
dissolvi et esse cum Christo unde cum
quadam vice gravissime infirmatus
esset et fratribus pro eo orantibus
convaluisset dixit eis Quid tenetis
misericordem hominem parcite queso
parcite et sinite me abire // Sancti
enim viri quanto sunt maioris perfectionis
tanto magis desiderant corporalem
resolutionem ut citius possint in-
venire resurrectionem / legitur apocalypse 12
Signum magnum apparuit in celo mulier
amicta sole et luna sub pedibus
eius et in capite eius coronam
duodecim stellarum et cruciatur
pariens / per solem intelliguntur
celestia et eterna que mentem illuminant
intellectum / per lunam intelliguntur
temporalia que mutantur ut luna per
incrementum et decrementum unde
et lunatici dicuntur qui mutantur
secundum diversitatem mutationis lune /
per coronam duodecim stellarum
intelligitur irradiatio xii exem-
plorum Sancti igitur viri sunt
amicti sole i. celesti conversatione
sicut amictus erat apostolus qui dice-
bat nostra conversatio in celis est / Ha-
bent lunam sub pedibus quia
temporalia sunt sub affectibus / sunt
in capite coronam duodecim stella-
rum i. exempla duodecim apostolorum
quibus irradiantur i. coronantur
dum eorum exemplo ad contemptum
terrenorum et temporalium provocantur Sed
mali religiosi sunt lunam in capite
i. temporalia in cupiditate et voluntate
solem sub pedibus i. celesti sub
contemptu et despectione Stellas
duodecim in corpore i. vita apostolorum

in exteriori apparencia et simulata
comisacione / Hec autem mulier clamat
per desiderium ad amorem et cruci-
atur ut pariat ut scilicet conclusa cor-
rupcionis servitute pariat nomi-
hominem in statu glorie unde apostolus
dicebat / Ro viii° omnis creatura
ingemiscat et parturit usque adhuc /

Sermo tercius de sancto Thoma

Iustum deduxit dominus per vias
rectas Sapie 10 Viso qualiter
beatus Thomas fuit iustus
habendo ea que requiruntur
ad deum et habendo ea que req-
uiruntur ad seipsum nunc videndum
est quomodo fuit iustus habendo ea
que requiruntur ad proximum / Habuit
autem quosdam proximos seculares
et laycos ad quosdam religiosos
et ad monachos Primo ad seculares
Habuit magnam constanciam quantum
ad tirannos sevientes Magnam
pacienciam quantum ad inimicos perse-
quentes Magnam benivolenciam
quantum ad humiles mansuetos et
obedientes Magnam graciam fu-
turam ad omnes audientes / Habuit
quidem magnam constanciam quantum
ad tirannos sevientes sicut patet
in duce Aquitanie qui cum ecclesiam
persequeretur et Thomas missam
celebraret post pacem recepit cor-
pus domini Thomas revertens accipi-
ens corpus domini et flammantibus
oculis ad eum egrediens dixit
Rogavimus te et sprevisti nos
Ecce venit ad te filius virginis
quem tu persequeris resiste ei si vales
Statim ille dux territus riguit
et ad pedes eius cecidit quem sanctus
Thomas talo pulsans surge inquit
ad dei audiendam sentenciam et fit ille
in omnibus obediens Olim principes
ecclesias ditabant ditabant et
libertatibus et immunitatibus /

roborabant Sed modo et divicias
auferunt et libertatem subire compel-
lunt ii Regum 10 quod David mi-
sit nuncios suos ad regem filiorum
Amon ut consolarentur eum de morte
patris sui Sed ille dimidiam barbam
eorum raserunt et vestes precide-
runt et eos multis iniuriis confude-
runt Sed David contra eos dimi-
cavit et eos contrivit Nuncii David
i. christi sunt clerici et prelati filii Amon
sunt demones vel principes mali
Due partes barbe sunt vita et
sciencia vel ordo et ecclesiastica beneficia
Demones igitur mediam barbam
a multis clericis radunt qui tollunt
bonam vitam et dimittunt eis scienciam
Mali autem principes mediam barbam
radunt quia auferunt totam tem-
poralem et dimittunt eis ordinem spiri-
tualem / Vestes eciam i. immunita-
tes et libertates precidunt quia
multum diminuunt Sed David qui
interpretatur manu fortis i. prelatus
eos composite et recte expugnat
Aut sunt prelati qui habent debilem
animam multi debile verbum alii
debile manum Sed verus David
i. prelatus debet habere audaciam
ut tales non timeat / Imperium
ut tales reprehendat et
excommunicacioni subiciat et
ad potentem manum nec persecu-
cionem secularem eos coherceat Secundo
habuit magnam pacienciam quantum
inimicos persequentes distinguit autem
ipse Thomas triplicem gradum pacien-
cie Primus est esse pacientem ad in-
iurias verborum et iste est magnus
Secundus ad dampna rerum et iste est
maior Tercius ad contumelias cor-
porum et iste est maximus Istum
triplicem gradum paciencie habuit beatus
Thomas martir, fuit enim paciens /

ad iniurias verborum vero quidam
episcopus de sua reprehensione amicabiles
litteras destinasset ille indignatus
amarissimam sibi destinavit
in principio sic dicens salutem et non
spiritum blasphemie ac si scripsisset sed sic
vir dei in nullo commotus eidem
rescripsit dicens Ego spiritum blas-
phemie me habere non credo nec
cuiquam maledixisse aut maledicere
velle me scio presertim principi populi
mei Sciebat enim illud proverbiorum 26
Non respondeas stulto iuxta stul-
ticiam suam ne similis ei efficia-
ris / Fuit etiam sapiens ad dampna
rerum Unde cum quidam abbas
ccc. marcas ei misisset pro uno
monasterio construendo tota illa pe-
cunia a predonibus est sublata quod
ille audiens nichil aliud respondit
nisi benedictus dominus qui pepercit
ab onere sed et illis qui abstulerunt
ignoscendum est quia magna pe-
cunia magnam eis temptationem
fecit / Fuit etiam paciens ad con-
tumelias verborum Quidam enim
canonicus cum ipsum recipere nollet
maligno spiritu concitatus in maxil-
lam a deo eum percussit ut succe-
deret rubor ictui et tumor rubori
In quem cum illi qui aderant
insurgere vellent et adiuravit
ne tangerent et tangeret sed pace
dimitterent Tertio habuit magnam
benivolentiam quantum ad humiles
et devotos Unde in legenda di-
citur summos quoque honores ut sepius
fatebatur alterum sibi mutuatum
hominem videbatur sed potius
reputabat absentem velud quoddam
somnium suspicatus ubi vero
inter simpliciores erat amicabili-
ter habebat humilitate perfrui ibi se inve-
nisse gaudebat et propriam red-
disse personam / Decent namque
maiores benivoli esse ad subdi-
tos et eorum infirmitatibus condescen-
dere Unde dicebat apostolus ad Romanos 15

Debemus autem nos imbecillitates
infirmorum sustinere Jeremie 1 Dedi te
hodie in civitatem munitam ut scilicet
sufficientes ad te recipias per com-
passionem et calumpniam feriam
ut sustentes pauperes et infirmos
per beneficiorum exhibitionem et inimicos
eorum ut oppressos protegas per defen-
sionem / Quarto fuit magna gratia
in predicando seu in predicatione
futurum ad omnes Ideo mater eius ipsum
in utero gereret vidit se in utero
catulum totum candidum in dorso sub-
rufum et latrantem Sicut igitur
predictum est fuit catulus insignitum
linguam lenius et dulcibus exhorta-
tionibus vulnera peccatorum sanavit et
fuit candidus insignitus puritatem
et innocentiam servavit et fuit
subrufus insignitus igne caritatis
et zeli succensus fuit et fuit la-
trans insignitus tyrannos potenter
redarguit et hereticos tamquam lupos
a grege dei expulit / Quinto habuit
germanos scilicet monachos et fratres
suos ad quos iuste et sancte se
habuit quia laycos et ordinem
contemnebat parentes carnalem
affectum relinquere satagebat professos
virtutibus et bonis moribus infor-
mabat temptatos refovebat et
reducebat apostatas et profugos
revocabat / Homines quoque laycos
et seculares convertebat ad ordinem
et hoc doctrinis miraculis et ex-
emplis Doctrinis quidem sicut fra-
tres carnales et quosdam alios
quos sic instruxit et salutaribus
verbis edocuit quod cum eis et xxx
viris ordinem intravit Conver-
tebat etiam miraculis sicut patet
in Gerhardo fratre suo quem cum
esset carceri mancipatus et sibi
loqui non posset ad eum excla-
mavit dicens Scito quod in brevi
monasterium ingressuri sumus

Eadem nocte compedes de eius
pedibus ceciderunt et aperto hostio
inde affugit et ordinem intravit
Contigebat etiam temporibus meam
tum quidam archiepiscopus quendam
suum clericum sibi obvium misisset dixit
illi Bernardus salutis domini misit te
qui tum dicit Si tu ab archiepiscopo
domino suo missum fuisse ille respondit
fallaris fili maior dominus misit te et
et ille velle fieri monachum non ascen-
dit cor meum Quid plus virsa cum
tanta felicitate seculo valefecit et
monasterium intravit Fedo novicios
et de novo conversos carnale affectum
relinquere satis agebat unde dice-
bat eis Si ad ea que intus sunt
festinatis hic foris dimittite corpora
que de seculo attulistis soli spiritus
ingrediantur caro non potest quicquid
volebant cum ut corpora secum dice-
rent nec ipsi ventrem intrarent
sicut sunt multi qui tum intrasse
videntur ut ventrem suum pascant
et bene comedant et bibant de quibus
dicitur Jeremie 21 Intravit dominus
[illegible] per civitatem suam quid non re-
plebo hominibus terram tuam quasi
bruco Brucus est in ventre
et fructum nullum facit et tanta est
illis in partibus multitudo ut velud
nubes solem obscurare videntur
Sic hodie multi religiosi qui
tum ventrem suum pascunt et nullam
utilitatem faciunt qui suo malo
exemplo etiam bonos obumbrant
et inficiunt Volebat etiam ut secum
portarent corpora i. propriam voluntatem
vel per carnalem amorem parentum
de propria voluntate requirendo
dicit Seneca Tantum virtuti subtra-
hitur cuius auribus et cauda am-
putatis deo offerri non patiatur
Quia religioso sub preceptis deo non
offert qui autem obedientem

F

de amore parentum relinquere
dicit dominus Egredere de terra tua
et de cognatione tua et de do-
mo patris tui hic est dominus Do-
minum crucem ascendit matrem
suam Johanni i. gratie dei recom-
davit Dico professos virtutibus
et moribus informabat etiam
eos docuit que per modum in suo
testamento seu testimonio ser-
vanda relinquit Dicitur vobis
fratres karissimi observanda relinquo
que ego pro viribus observavi
observavi primum scandalum feci
quantum sedavi ut potui quod sensi
meo quam altius credidi lesus et
ledente vindictam nunquam expe-
tere caritatem obedientiam et
humilitatem vobis relinquo Dice-
bat igitur ut nullus vestrum tantum
liosis alicui scandalum facerent
sicut sepe minores conveniunt
senes provocare quod signatum
est Ecclesiastici 2 ubi prius dixerat
Helizeo Ascende calve ascende
calve quia tales duo vesti [illegible]
devorare sunt disciplina et obedi-
entia astinencia quia talem [illegible]
familia debet fugari et magnis
disciplinis et duris ieiuniis
etiam contingit quod illi qui sunt
meliores contemnant et scandalisant
maiores sicut cum actis [illegible]
filii concubinarum Jacob electi sunt
ad maledicendum filii non liberi
ad benedicendum per quod datur intelligi
quod maledicere est tum velud opera-
rum non de eis apud deum Refert
cum abbas Joseph quod sunt tria ho-
norabilia apud deum sine tercio
deo sunt patiam in infirmitate
bona opera cum munda intentione
et obedientia sine voluntate

Potuit eciam subditos habere patientes, quia per patienciam anima possidetur. Luce 21: In paciencia vestra possidebitis animas vestras. Augustinus: Non sunt omnes qui sunt participes patientie, sed qui possessionibus terrenis utuntur, sibi patientie virtute laudantur, ipsi paciencie munere carent. Refert Josephus quod licet suffocatus et contentus fuit sputis indecorum tristis non sunt illatus sed non contemptus, licet contemptus ignis et spiritus vinctus, licet igitur sputis suffocat quando in illo qui ignis impaciencie succenditur, fervor caritatis extinguntur mansuetus autem conviciis quibus afficitur, fervor caritatis non diminuitur. Quando temptatos confortabat et consolacione refovebat, fratrem quendam militem ad ordinem recepisset, et ille tristis et temptatus apparet, requisitus a quodam monacho quid haberet, respondit: frater, scio quia nunquam amplius letus ero. Quod cum vir dei audivisset et pro eo orasset et ipsum exhortatus fuisset, statim omnis temptacio expulsa est et tunc apparuit iocundior quantum ante prius erat tristior. Cum autem dicto fratri virum iustitie amicabiliter inpetrasset, ille respondit: et si prius dixi nunquam letus ero, nunc autem dico quod nunquam tristis ero. Dyabolus enim nititur temptare novos conversos, quod signatum est 2 Regum 5, ubi dicitur: Quod philistei audientes quod David esset unctus in regem congregati sunt contra eum; quia quando homo gratia spiritus sancti unctus bene se regat mundum contra eum multitudo demonum congregatur, dicentes [illegible]. Josue 10: Expugnemus Gabaon, quia confugit ad Josue. Sed et

vel de novo conversi sunt adhuc inexperti et infirmi. Deus non permittit eos gravibus temptacionibus perurgeri, unde Gregorius in moralibus: Distinguuntur tria tempora conversorum, que sunt monachacionem dictates et perfectio. In monachacione inveniunt blandimenta dulcedinis, in medio tempore certamina temptacionis et ad extremum perfectionem plenitudinis. Veram sponsam vir dulcibus blandimentis fovet quam quantum asperis increpacionibus probat probatam securis cogitacionibus possidet. Et novicii in principio consolationis a deo recipiunt ne temptacionum asperitate frangantur. Quando apostatas et profugos revocabat, veram cum quendam apostatam recepisset et refectorium ipsum intrat premisisset inde murmurantibus monachis dixit eis: vos potius leti estote quia fratrem vestrum perditum recuperastis. Cum quidam eciam monachus qui in ceclo lusor fuerat et penitus redire nollet propter pecuniam pro ludo sibi dari fecit ipso promittente quod singulis annis ad eum rediret et lucrum reportaret. Hoc autem faciebat vir sanctus ut per istum modum revocaret eum. Cum ergo reddisset et secundo lucrum suum revocaret, ille reddit nichil proprius lucratus sum, quod pacis vero capitali nudatus sum. Si vis, quod vero capitali me recipe. Et ille inclusus est ut te recipiam quam utrumque perdam. Legitur 1 Regum 13: Quod filii Israel videntes se in arto positos quidam eorum absconderunt se in speluncis, quidam in cisternis, quidam transierunt

ad philisteos Quidam remanserunt
cum Saul / qui similes sunt viri
religiosi qui videntes se in arto
positos .i. in arta religione vel
etiam quando artantur per correctiones
Quidam cadunt in infirmitatem cordis
patiuntur quandam torporis laborantes
se a communitate subtrahunt Quorum
quidam volunt ire ad hospitale
isti se abscondunt in speluncis
Quidam ad infirmitorium isti se absco-
dunt in cisternis Quidam currunt
ad philisteos .i. ad seculum Quidam
vero remanent cum David Saul parati
ad bellum sicut in bono persistentes
qui pugnant contra philisteos .i.
contra demones et carnem et mundum
quem vincunt et frangunt etc.

Sermo primus de sancto Bartholomeo sequitur

Quicumque honorificaverit me
honorabo eum primi regum
Magna liberalitas dei qui
pro modico et transitorio honore
quem sancti sibi exhibent in
terris eos glorificare dignatur
in celis Talis fuit beatus Bartho-
lomeus / qui deum honorificavit
et ideo deus ipsum glorificavit
ponitur igitur in verbis premissis pri-
mus actus cum dicitur Quicumque ho-
norificaverit me Secundo actus premii
qui consistit in eius glorificatione cum
dicitur glorificabo eum / Honori-
ficavit autem deum corde ore opere
et corpore Corde quidem ut possit
de eo dici illud Eccl. 47 De omni
corde suo laudavit deum in corde
quidem sunt tria scilicet intelligentia
voluntas et memoria Illi igitur
de omni corde deum laudant qui
eius beneficia intellecta cognoscunt
cognita diligunt dilecta nunquam

oblivioni tradunt Taliter sanctus
Bartholomeus beneficium nostre
redemptionis cognoscebat dili-
gebat et in memoria retinebat
Quia ipsi regi polimio cum tanta
diligentia exponebat ostendens
quod ipsa nostra redemptio facta
valde congruens Quia primus
adam factus de virgine terra
Secundus adam de virgine maria vide-
potens quia dyabolus usurpator
alieni iuris potens erat vide-
iuste ut qui comedente homine
vicerat a ieiunante homine vince-
valde sapiens Quia sibi tam
qui illusit dominum quam carnis
ostendens hamo divinitatis eum
cepit // Secundo ipsum honoravit ore
dum eius gloriam fidelis predicavit
quemadmodum quondam erat involutus
in nobilitate abiectus et mer-
cia plenus Sanctus autem Bartholomeus
erat thezaurus dei margari-
tha dei et luciare dei et in
mundum ditavit illuminavit et no-
bilitavit Ista tria tangit sanctus
Theodorus in sermone quem
fecit de ipso ubi ait Qualiter
eius corpus ad lyparim insulam
est translatum .d. venit ad pau-
perculam thezaurus ditissimus
venit ad ignobilem preciosissima
margaritha / venit ad nigram
splendidissimum lumen Tertio ipsum
honoravit opere quia ydolorum
culturam destruxit / et dei cul-
tum valde ampliavit Sicut et
dicit augustinus in libro de civitate
dei Tria genera deorum tradita
unum a poetis alterum a philosophis
a principibus civitatum Quod autem
isti dii nullo sunt colendi

ut dicit Augustinus in eodem libro
ponunt exempli gratia si tales dii colendi
sunt pro facto tales homines credunt
adorandi sunt qui eos fecerunt
et nullo modo tales homines honorandi
sunt Concludunt christiani nullo modo
igitur dii tales honorandi sunt
colendi etenim aut homines
insipientes quasi ydola colunt
sapientes tamen eos deridebant unde
dicit Augustinus in libro 2o de civi-
tate cum venisset in templum
Iovis et amictu aureo quo
decebatur simulacrum eius tyrannus
[illegible] iussit et imponi laneum di-
cens in hieme frigidum estate grave
cum esse deum aut sunt sit iussit
ut nec omnibus ferre posset nec [illegible]-
tus portare Item cum Dionysius
Esculapio videret barbam auream
quam Apollo pater eius non habet
tolli imperavit incongruum esse
appellans ut filius barbam haberet
cum Apollo pater eius adhuc
non habet Item simulacris ta-
centibus et tenentibus pateras
aureas abstulit allegans se acci-
pere debere que dii darent
[illegible] dii ludibrio habiti sunt ut
nec Iupiter vestem suam defendere
potuit nec barbam Esculapius
nec Apollo pubescere adhuc
cepit neque omnes qui dicuntur
dii recipere potuerunt pateras
quas tenebant // Quarto hono-
ravit ipsum corpore quia tenuit
in die et tenuit in nocte co-
ram deo contemplabatur et sic
omnes actus tam diurnos quam
nocturnos orationibus preveniebat
Augustinus in quadam epistola
quodcumque incohaveris fac prius
invoca deum et gratias ei age
Et cum consummaveris illud similiter
fac Ieronimus ad Eustachium

Egredientes hospitium et hospitium
revertentes oratio regredientes de pla-
tea occurrat oratio antequam sessio
Idem ad Eustochium Nec tibi ali-
menta sumantur nisi oratione premissa nec
recedatur a mensa nisi gratie
referantur creatori Idem eidem
post prius corpusculum requiescat
quam anima pascatur Crisostomus de
compunctione cordis [illegible] et sic
dimitte [illegible] sopori [illegible] post
eius primum quod consistit in eius glorifi-
catione Cum dicitur Glorificabo eum
Glorificavit autem ipsum deus in
vita in morte et post mortem
In vita quidem quia fecit ipsum esse
magne dignitatis sanctitatis
potestatis et utilitatis Dignitas
autem eius ostenditur et quia fecit
eum apostolum et quia angelum dedit
sibi in ministerium et quia inter
apostolos quidam erant magni quidam
maiores quidam maximi ipse
unus de maximis esse videtur
Unde dicit sanctus Theodorus
Petrus apostolus docet nationes Bar-
tholomeus concepit parva mag-
nificat Petrus operatur prodigia ma-
gna Bartholomeus facit prodigia
multa Petrus deorsum capite
crucifigitur Bartholomeus vivus
excoriatur et capite plectitur
Ad quod valet Petrus misteria
capescenda ad hoc Bartholomeus
sufficit per penetranda equaliter
fecundat ecclesiam equaliter [illegible]
divina carismata Dedit etiam
deus sibi angelum in ministerium
Unde dicit Plebis testimonium
ipsius dicens angeli cum eo
ambulant qui nec eum fati-
gari nec esurire nec sitire per-
mittunt nec eius vestimenta
vetustate consumi nec scandalia

lici sordiditate / Fecit etiam ipsum
sanctitatis magne cuius sanctitas
apparet in tribus scilicet in terrenorum
despectione unde regi volenti sibi
dare in munera auri et argenti
pondera respondit Ego nihil terre-
num nec carnale desidero In suffici-
entie unde dixit demon apostole
dei Bartholomee incendunt me
orationes tue et in constanti mente
unde dicitur de eo Semper eodem
vultu et animo letus et hylaris
perseverabat non enim eius mens mu-
tabatur neque gaudio prosperitatis terre-
ne neque dolore qualis molestie
neque spe longioris vite neque mortis
horrore // Fecit etiam ipsum deus magne
potestatis Cuius potestas maxime apparuit
in demonum expulsione / Licet enim
demon haberet magnam potentiam
astutiam et maliciam Ipse tamen
eius potentiam ligabat ne tantum
sciret quid posset unde dixit
dyabolus habitans in ydolo illis
qui venerunt ad consulendum
deus vester cathenis constrictus est
nec suspirare nec loqui audet ex
illa hora qua apostolus dei Bartho-
lomeus ingressus est Nam sicut
Augustinus dicit est modo ligatus
est foras missus sed in fine mun-
di solutus unde dicit in libro
de civitate dei Solvetur dyabolus
in fine ut quam fortem adversarium
dei civitas superavit cum
ingenti gloria sui redemptoris
adiutoris et liberatoris aspiciat Fo-
ras misit ut eius fornicatus
in pugnatione perficeret Religavit
ne quidquam posset maliciam infundere
Ipse etiam Bartholomeus eius a-
stuciam detegebat / fingebat enim dya-
bolus se infirmos sanare quos
tamen non sanabat subveniendo

sed a lesione cessando Sed Bar-
tholomeus talem versuciam dete-
gebat et omnes vere sanabat
Unde demon dixit Omnia pre-
videt omnia novit et quod vel
loquor ipse iam novit Eius et
astuciam detexit sicut patet in que-
stionibus quas ipse dyabolo sibi
fecit dum scilicet in specie medici
posuit ut quendam magistrum
deciperet Eius etiam maliciam ne-
dicebat ne noceret quantum posset
Sicut patet in filia regis quam demon
invaserat a qua beatus Bartho-
lomeus eum exclusit et ex-
egit // Fuit etiam magne vi-
ctorie sicut beatus theodorus dicit
apostolus spiritualis victoriam cepit
nas in pyetatis secretarii seq-
uentium composuit senio vber
alibi candidit flores virtutum
et vineam iocunditatis plantavit
Et singulis remedia oportuna
adhibuit de quibus omnibus ita
idem Theodorus Unde Bartholo-
lomee arator rationabilis
terra sultantem fidei vim
perfundo cordis recondentem
paradisum et vineas domini
plantantem singulorum passionibus
remedia medicinaliter inserens
spiritualis intelligibilis excelle-
ntias in pyetatis secretarie seq
dogmatitatis componere ecce Deo
doctus agricola ad tanta bona
ingrati fuerunt unde subdit Ho-
mines ingrati medentem orbi
ducentem naufragii gubernatorem
mortui vivificatorem // Secundo
deus ipsum gloria fecit in morte
Cristus namque in sua passione
fuit expoliatus flagellatus cru-
cifixus et tandem mortuus Sed
et ipse sicut eius cuiusque

quia ab impiis occidi non potuit
quod signatum est Levitici 14 ubi pre-
cipiebatur quod duo passeres offerrentur
quorum unus ymolabatur alius li-
be dimittebatur. Duo passeres in Christo
fuerunt corpus et anima sed cor-
pus in patibulo remansit, anima
ad sanctos qui erant in limbo
volavit. Eodem modo Bartholomeus
fuit in sua passione // primo fla-
gellatus postmodum crucifixus
deinde veste et pelle despoliatus
hic primo sicut Lucam decorti-
catus et ultimo per capitis de-
truncationem mortuus. Anima autem
eius in celum volavit. Et ideo
potest dicere illud Canticorum 5 Invene-
runt me custodes qui circue-
unt civitatem percusserunt me
scilicet flagellando et vulneraverunt
me scilicet crucifigendo, tulerunt
pallium meum scilicet pellem meam
excoriando custodes murorum
peccatores qui tunc custodiunt mu-
ros suos de interiori habitatione
et animam suam nichil curantes //
Secundo ipsum deus glorificavit post
mortem. Que glorificatio atten-
ditur respectu sui quo ad animam
cui dedit magnam gloriam et quo
ad corpus cui exhibuit magnam
reverentiam / De gloria autem anime
eius sic dicit Theodorus Sancte
Bartholomee sol orbis terre
cuncta illuminans os dei lingua
ignita sapientiam promens
fons ingiter suavitatem emanans
qui mare gressibus sanctificasti
qui terram purpura cruoris tui ru-
bere fecisti. Tu qui ad celum conscendisti
ibi in medio divine acie refful-
gens in splendore immarcessibi-
lis glorie splendens in exulta-
tione iocunditatis inexplebilis
gaudens. Exhibuit etiam deus
corpori suo magnam reverentiam

tiam sicut dicit idem Theodorus.
Cum Bartholomeus fuisset de-
collatus et quatuor martires simul
fuerunt occisi, infideles ista quatuor
corpora in diversis archis posuerunt
et sic in mare proiecerunt. Que
proiectis quatuor martires supradicti
rum et bini precedebant tanquam
magistri obsequium Bartholomeo
prebentes / et Bartholomeus cor-
tanquam dux sequebatur. Et sic de
Armenia usque in partes Sicilie in
insula que Lypparis nuncupatur /
dicti martires ipsum associaverunt
et venientes dereliquerunt. Cum
vero Bartholomeus ab incolis
illius insule devote fuisset sus-
ceptus / mox quatuor martires supra-
dicto modo recedentes ad tractus
alienas seu alias illorum regiones
petierunt in quibus usque hodie
devote coluntur. Canitur in prefa-
tione Te domine in templo tuo
Bartholomeum perinvisibilem pre-
dicamus qui ad [illegible]
nee gentis ad Indiam destina-
sti ipsum quem coram regibus et /
mundi potentatibus glorificasti
et post corporalem passionem in
in celestibus coronasti // Secundo
deus glorificavit ipsum respectu
nostri quia scilicet factus est advo-
catus peccatorum liberator suorum
devotorum contemptuator in-
piorum reprobator iniustorum in-
nocentum // Est igitur advocatus peccatorum
Nam cum Saraceni Lypparim de-
struxissent Bartholomeus cuidam
devoto suo apparuit dicens pro multo
tempus [illegible] ipso [illegible]
peperit [illegible] eorum peccatis nimis
invalescentibus et usque ad celum
clamantibus [illegible] non po-
tui veniam. Ab tunc est

a

liberator suorum devotorum. Nota
cum quidam magister Bartholomeo
valde devotus a dyabolo qui se
in speciem mulieris posuerat tempta-
retur beatus Bartholomeus affuit
et ipsum liberavit. Mirabilis est etiam
condempnator impiorum. Nam cum
Fredericus imperator beneventanam
civitatem ad locum aliud cum omnibus corporibus
transferre vellet quidam vir in quo-
dam loco vidit quosdam dealbatos
insimul colloquentes. Qui cum inter-
rogasset qui essent, unus respondit:
Beatus Bartholomeus qui omnibus
sanctis qui habebant ecclesias in Bene-
vento congregaverat ut cum eis con-
silium habeat quid de illo debet fieri
qui ipsos de suis locis expellere
nitebatur et iam deliberatum est
consilium ut ille ad tribunal dei
citetur. De hiis omnibus responsurus
post modicum imperator miserabili morte
vitam finivit. Est etiam reprobator
iniustorum munerum. Sicut patet
in illa muliere que oleum in lampa-
dem sancti Bartholomei fundere
voluit sed nullatenus oleum volebat
cum tamen liquidum esset. Cum autem
in illam lampadem funderetur
protinus emanavit. Ex quo ostenditur
quod illud oleum erat indebite ac-
quisitum etc. / Sequitur sermo

Secundus de sancto Bartholomeo

Extendens celum sicut pellem
qui tegis aquis superiora eius.
Apostoli celum sunt appellati propter
celi enarrant gloriam dei. Inquantum
igitur beatus Bartholomeus fuit apostolus
competit sibi quod dicitur: Extendens
celum. Inquantum fuit excoriatus com-
petit sibi quod dicitur: Extendens celum
sicut pellem. Inquantum autem Bartho-
lomeus interpretatur filius suspendentis
aquas competit ei quod sequitur: Qui

tegis aquis superiora eius. Celum
autem celum respicit sublimitatem
apostolice dignitatis quod vero illud
celum dicitur: Extendens sicut pellem
respicit genus passionis. Quod autem
dicitur: Qui tegis aquis superiora eius
respicit interpretationem. In hiis tri-
bus beatus Bartholomeus dici-
tur a tribus / primo a sublimitate
perfectionis et vite in eo quod vocatur
celum // secundo a qualitate passionis
et pene ad dicitur: Extendens sicut
pellem // tertio a profunditate divine
sapientie cum dicitur: Qui tegis aquis etc.
Dicitur autem celum quia sicut dicit
Ysidorus celum physici ardens et vo-
lubile et rotundum esse dicunt sic
dyscernunt sic et iste fuit celum quia
fuit ardens per caritatem supra-
sanctam. Ex qua caritate succensi quat-
tuor carbones igniti procedunt
quorum duos eiecit contra dyabolum
a quo eum incendit et iste fuit
cum [illegible] ignita unde dixit
demon: Apostolus dei Bartholomeus
incendit me orationes tue. Ter-
tius fuit peccata si super carbo-
nes ponas consumuntur omne genus
demonum. Alium carbonem contra
dyabolum eiecit quo eum ligavit
unde dicitur in legenda: Deus vi-
nctus catenis igneis constrictus et ne
respirare nec loqui audet de illa
hora qua ibi apostolus dei Bartho-
lomeus ingressus est // Sancti
cum viri tot carbones ex se
mittunt ignitos quot in se vir-
tutes habent et quot opera perfecta
faciunt quia dyabolum ligat. Ergo
autem dyabolus ligat peccatorem cate-
na scilicet peccatorum. Sapientie 17 Una
cathena tenebrarum omnes erant
colligati / de hac cathena dicit /

Augustinus in libro confessionum suspirabam
[s]ic ligatus non ferro alieno sed
[me]a ferrea voluntate. Velle meum
[ten]ebat inimicus et inde michi
[c]athenam fecerat et constrinxerat
[m]e quippe de voluntate perversa facta
[est] libido et dum servitur libidini
[fac]ta est consuetudo et dum con-
suetudini non resistitur facta est ne-
[cess]itas. Istud carbonem duxerat
[a]d eum de quo sibi ardorem fecit
[...] eius fuit caro cremata et
[...]tus igne amoris et fervore igne
[m]ultiplicis passionis de qua summum
[c]onsumatum prodiit qui deo suavem
[od]orem fecit. Levitici 1 detracta pel-
[le] hostie artus in frusta concidunt
[et] subiciunt in altari ignem strue
[li]gnorum ante composita et membra
[qu]e sunt cesa desuper ordinantes
[capud] scilicet intestinis et pedibus
[lo]tis aqua adolebit que ea sacer-
[do]s super altare in holocaustum
[et] suavem odorem domino. Ista
[h]ostia fuit beatus Bartholomeus
[qui]s cum ymolanda ducebatur ho-
[st]ia de eo quod ducebatur ad hostium
[te]mpli et super ipsius caput sacer-
[do]s manus imponebat. Sic iste
[fu]it ductus ad hostium templi id est
[Christ]um Johannis 10 Ego sum hostium
[s]uper cuius caput summus sacerdos
manum posuit et benedixit. Luce
ultimo Et factum est dum benediceret
illis recessit ab eis et ferebatur in celum
[Si]cut hostie fuit pellis detracta
[qua]ndo ipse fuit excoriatus. Sicut
[hos]tia artus in frusta concisus
[...]a caucis qui a ipse fuit decapitatus
[S]unt lota intestina et pedes que
[...]onis anime ad affectiones fuerunt
[l]otte et mundate de sermone domini
Johannis 17 Jam vos mundi estis propter
sermonem quem locutus sum

vobis de spiritu sanctificante vel
aut baptisabimini spiritu sancto et
Et de baptisali sacramento quod
promittitur. Johannis 13 Qui lotus est non
indiget nisi ut lavat pedes et san-
guine Christo Apocalypsis 7 laverunt
stolas suas et dealbaverunt eas in
sanguine agni. Circa istam hosti-
am sic preparatam et lotam posita
est strues lignorum et intus in
anima fuerunt ligna desideriorum
sanctorum et extra in corpore ligna
bonorum operum que mediante ipso
corpore facta fuerunt. Deinde subiec-
tus est ignis intus amoris in mente
quo desideria ipsa arderent et ignis
multiplicis passionis in corpore
quo ipsam perfectionem acciperent et
sic oblatus est super altari crucis
fidei et hoc in holocaustum extitit
quia totaliter incensus fuit. Nam
incensus fuit eius anima per amo-
rem incensum fuit corpus per passio-
nem. Intensa fuit eius verba
per zeli ardorem intensa fuerunt
eius opera per sollicitudinem et fer-
vorem et sic illud holocaustum
fuit in odorem suavitatis deo
fecit enim domino suavem odorem
per odoriferam famam suaviorem
per sinceram devotionem suavissimum
per spontaneam penam. Quartum
carbonem duxerit ad spiritum
quo ipsum ad dei amorem infla-
mavit Et ille fuit eius predica-
cio ignita unde spiritus sanctus
in linguis igneis apparuit
Ex eo quod apostolis ignitas lin-
guas dedit. Crisostomus In linguis
igneis apparuit spiritus ut lingue
ignee legem ignitam predicarent
De istius lingua ignita scribit de-
[illegible] Theodorus [illegible]

Sol orbis t're tu(n)c illu(m)ina(n)s ob
dei lingwa i(n)finita sapia(m) p(ro)mens
fons uigit(ur) sua (pro)latio(n)is e(m)ana(n)s //
fuit e(n)i(m) iste (com)plus de qualib(us) de
quib(us) dicit(ur) Ezech. 1o S(ci)ntille q(ua)si
asp(e)ctus eris ca(n)dentis Eius e(n)i(m)
v(er)ba fu(er)unt s(ci)ntille quia fueru(n)t
leuia leuia si(ne) po(n)d(er)e t(er)rene cu-
piditatis No(n) e(n)i(m) p(re)dicabat p(ro)pt(er)
t(er)renu(m) co(m)modu(m) sed p(ro)pt(er) lucru(m)
a(n)i(m)aru(m) / fu(er)unt e(ti)a(m) i(d est) ca(n)dentia quia
in o(mn)e(m) t(er)ra(m) exiuit sonus eo(rum)
fu(er)unt ca(n)dentia quia ad dei amore(m)
audientes i(n)fla(m)mabant / Secu(n)do
dicit(ur) celu(m) quia fuit volubilis

b

i(d est) mobilis p(er) (com)paratio(n)e(m) et p(re)dica-
tio(n)e(m) solicitat(i)o(n)e(m) ta(m) mobilis e(n)i(m)
fuit q(uod) teste beato theodoro tres
magnas p(ro)uincias p(er)agrauit s(cilicet)
hiberniam yndiam et armoniam
nec miru(m) si ta(m) solliicite currebat
quia mu(n)du(m) tenebrosu(m) i(n)sipidu(m)
et incultum esse uidebat // De
hiis tribus dicit b(ea)t(u)s theodorus
Bartholomeus aut(em) famulus dei
domino acquiescens p(ro)pitio p(er)git
p(er) mu(n)du(m) gaudens ta(n)q(uam) lucerna
ut tenebrosos illu(m)inaret tanq(uam)
sal t(er)re ut i(n)sipidas gentes saliret
et condiret / ta(n)q(uam) agricola ut
p(ro)udentem agriculturam p(er)ficeret
Ipse e(n)i(m) uidebat mu(n)du(m) esse sine
cognitione dei Osee 4 No(n) est
sciencia in t(er)ra Et ideo ibat ta(n)-
qua(m) lux ut tenebrosos illu(m)ina-
ret / uidebat ip(su)m esse sine sa-
piencia / licet e(n)i(m) temp(or)alia bona
sint i(n)sipida multi sunt tame(n)
qui ea ta(n)q(uam) sapienda amplec-
tunt(ur) / De quo a(d)mirando dicit(ur)
Job 6 Aut p(otes)t in salsu(m) comedi
q(uod) no(n) est sale conditu(m) Et ideo
ibat tanqua(m) sal t(er)re ut in-
sipidas gentes saliret // uidebat
etia(m) ip(su)m mu(n)du(m) esse sine

semine dei Semen dei e(st) v(er)bu(m)
quo mundus carebat Sed ap(osto)li
mu(n)du(m) semine (com)pleuerunt
ysaie 1o Nisi d(omi)n(u)s (ex)ercituu(m) reli-
quisset semen nob(is) quasi Sodoma
fuissemus (et)c. Et ideo ibat ta(n)q(uam)
agricola ut p(ro)udentem cultu(m)
(com)ficeret Nec miru(m) q(uod) iste et
et alii ap(osto)li fuerunt sic volubiles
Eze. 10 Rotas illas vocauit
volubiles S(ecundu)m d(omi)n(u)m aut(em) rote s(un)t
volubiles quia no(n) tangunt
t(er)ra(m) nisi in puncto Sic et ap(osto)li
liberi et expediti currebant
p(er) mundum quia t(er)renis (n)o(n)
in puncto i(d est) in necessitatis (ex)-
tremo adherebant i Thymo. 6
habentes alimenta et quib(us)
tegamur hiis contenti sumus / fue-
runt etia(m) nubes volantes c(on)-
locat dis(c)urrendo ysaie 60 Qui
sunt isti qui ut nubes volant
et ideo t(er)ram fecundius irrigabat
Sol na(m)q(ue) a(r)d(en)te calore q(ua)si subti-
lissim(us) est in aquis vaporibus
attrahit et in nubes condensat
Sic c(hrist)us ex calore sui amore
o(mn)em aquatico(rum) et q(u)a(n)dam aff[illegible]
qui in ap(osto)lis erat ad se p(er) sup(er)na
attrahebat et in nubes condensa-
bat Sic ap(osto)lus depdecia illius
qui dicebat phil. 1o Desideriu(m)
h(ab)ens dissolui et esse cu(m) c(hrist)o
Vnde in magna condensatione
nube(m) ymbre(m) sue doctrine
largissime effu(n)debat eo
q(uo)d vbi(que) p(er) circuitu(m) vsq(ue) ad y-
llyricu(m) more (com)pleuit euangeliu(m)
ap(osto)li / fuerunt etia(m) diuina sapiencia
locupletes et ideo facti mobiles
et volatiles Dicit(ur) e(n)i(m) de sapi(enti)a
Sapie. vii Omnib(us) mobilib(us) mo-
bilior est sapientia Et q(u)ia
(com)plet mobiles et volatiles facit

tio dicit^r athim quia fuit rotundus
ad finalem consonanciam forma
im sperita sine caret sed cum
potuit aliquibus promissis emolli-
inde cum rex camelos et oneratos
auro et argento et lapidibus
preciosis sibi dare vellet respondit
ego nichil terrenum vel carnale
desiderio aliud cum terrena spe-
cies viles emollivit Ideo
monet dominus Jeremie l. 1° //
egredimini de medio babilonis
populus meus ne forte emollee-
cat cor vestrum nec potuit minis
terreri Unde cum rex Astrages
ei comminando diceret Tu vel-
le es qui excitasti fratrem meum
ille audacter respondit Ego non excita-
vi eum / sed cum dixi deo qui
dixit^r Ezech. 3 Ecce dedi faciem
tuam valenciorem faciebus eorum
et frontem tuam duriorem fron-
tibus eorum et ut adamantem
et silicem dedi faciem tuam Sed
potuit supplicijs superari / licet in
hiis multis excruciatus permansit invictus
sciens quod sibi diceret dominus apostolis
Nolite timere eos qui occidunt
corpus animam autem non possunt
occidere etc.

Sermo tercius de sancto Bartholomeo

Pellem pro pelle et cuncta
que habet homo dabit pro anima
sua Job 1° In verbis propositis
passio beati Bartholomei tripliciter
commendatur Primo describit passio
eius quantum ad persone nobilitatem
que passa est / 2° quo ad pene
acerbitatem quam passus est Tertio
quo ad cause honestatem propter
quam passus est / Primum notatur cum
dicitur homo Secundum cum subditur
pellem pro pelle Tertium cum dicit
et cuncta que habet dabit pro
anima sua Circa primum est

sciendum quod hoc nomen homo non
importat hic solam designacionem
nature sed potius complementum
perfectionis humane quantum ad tria
Primo quantum ad discrecionem rationis
sua potest homo de omnibus meditare
quid liceat aut quid conpetiat
fieri vel vitari Secundum habet ra-
tionem potest omnibus dominari / potest omnia
subiecit sub pedibus eius sed istam
dignitatem perdidit homo et be-
stijs irrationabilibus similis factus est
unde psalmus / homo cum esset in
honore non intellexit comparatus est
iumentis insipientibus et similis
factus est illis quia per peccatum
ita inserviunt^r concupiscentiis et
et passionibus sicut bruta animalia
ratione carencia Secundo quantum ad vir-
tutem mansuetudinis sicut qui homo
dicitur a mansuetudine nata quia man-
suetudo et benignitas sunt homi-
ni connaturalia ut dicit Seneca
in libro de clementia et ideo quo-
ciensque homo bestialiter furit
et irrationabiliter turbat tunc
utique contra naturam hominis operatur et be-
stiali pelle induit^r Tertio quantum
ad vivacitatem sensus et operationis
sed que nichil dicit saplus Omni-
citatas habet sensus ad discrecio-
nem quantum ad agenda et mali quorum
ad fugienda / et ista tria que
premissa sunt conveniebant apostolo
et ideo merito dicitur homo propter
honoris dignitatem Ipse enim primo
fuit discretus in predicando quia fi-
dem et mores plantavit et do-
cuit vitia per omnia esse detestabilia
sunt et ydola ponit destruxit in
hijs figuram^r passa qui lunaticos sanavit
et delubra subvertit ut patet 2
parali 12 // Secundo fuit mansuetus
in supportando quia penas a-
cerbissimas puta fustigationes

crucifixionibus excoriationibus et ad
ultimum decollationibus patientissime
sustinuit et adeo alacriter quasi nun-
quam melius fuit epulatus // Tertio
fuit exercitatus in operando quia in
omni genere virtutum fuit summe opero-
sus quod patet quia fuit perfectus con-
templator mundi perfectus explorator
sui et perfectus amator dei Et ista
tria exemplo beati apostoli emulari
debemus dicentes cum propheta
Bonitatem mansuetudinis et
disciplinam virtuose exercitationis et
scientiam recte discretionis doce me
Et subdit causam Quia mandatis
tuis credidi et eis scilicet ad implendum
me totum devovi // Circa secundum
est sciendum quod acerbitas sue pene
notatur cum subditur pellem pro pelle
scilicet mortalitatis dabit pro re ma-
gna cara puta pro veste glorie et
immortalitatis // Potest autem dici quod beatus
Bartholomeus triplicem pellem
quam habuit deo dedit Primo modo
pellis dicitur res temporalis quia extrinse-
cus adiacet homini sicut pellis adia-
cet corpori Machabeorum pellem desuper
detraxerunt Alio modo pellis dicitur
vita mortalis in qua homo moritur
ex peccato In cuius signum deus fecit
Ade et Eve post eiectionem de paradiso
tunicas pelliceas que sue vite
mortalitatem indicabant ut patet
Gen 3 Tertio dicitur pellis proprie superfici-
es corporis quia totum corpus clauditur
et vestitur Job 10 Pelle et carne
vestisti me Et in hiis tribus compre-
henduntur omnia bona que habuit beatus
Bartholomeus scilicet res temporales corpus
et vita que omnia voluntarie pro-
pria sua dedit et pro amore dei li-
benter exposuit quod patet Primo
res temporales dedit quia postquam Christum

omnia despexit unde cum rex
Polemius sibi offerret multos one-
ratos auro et argento et preciosis
lapidibus dixit regi Ego nichil
terrenum possideo nec concupisco et ideo
que michi offertis in usum pauperum
et pupillorum et viduarum expen-
dite Et de hac voluntaria pau-
pertate gloriatur simplus (?) Petrus in persona
omnium apostolorum dicens Ecce nos reliquimus
omnia Math 19 Unde Christus ro-
mode (?) voluntarie paupertatis
ipsis apostolis et aliis eorum sequa-
cibus promittit dignitatem iudicia-
rie potestatis ibidem ut patet // Secundo
corpus suum deo dedit cum illud
amore sui duris tormentis
exposuit que omnia gaudenter
pro Christo sustinuit unde recor-
dum (?) apostolo dicere potuit Phil 2
Sed si immolor pro sacrificio fi-
dei vestre gaudeo plene et congra-
tulor omnibus vobis / Unde ei
competit quod subditur Levitici 1 de-
tracta pelle hostie artus in fru-
sta concident et subiciat in
strues lignorum igne ante sup-
posito Intestinis et pedibus aqua
lotis adolebit sacerdos in holo-
caustum super altare in odorem
suavissimum domino / Hec hostia
et fuit beatus Bartholomeus
cui primo fuit pellis detracta
per excoriationem Artus fuerunt
in frusta concisa quando fuit cru-
cifixus et decapitatus pedes et
intestina eius fuerunt aqua lota
quando sue affectiones fuerunt munda-
te per sanguinis sui (?)
et per aquam spiritus sancti mundi-
ciam / Circa istam hostiam est
strues lignorum quia intus
in anima habuit intentionem super (?)
desideriorum Extra vero habuit

...ncem lignorum bonorum eorum
unde subiecta est igni scilicet amoris
flagrabat in mente et pass-
-us qui ardebat in corpore et sic
holocaustum extitit quia tota
...t incensus vitam cuius anima
...t incensus per amorem corpus
...r passionem unde per zelum ar-
...em opera per praedicandi fuere
...sic fecit odorem suavem per
...isticam famam suaviorem per
...ictam istam suavissimum per
...nam spontaneam // Tercio cristo
...um dedit cum semetipsum
...orti et passioni voluntarie ob-
...it in quo signum completae caritatis
ostendit Joh 15 Maiorem ca-
ritatem etc. Et hoc bene figura-
tum est i. Reg 18 Quod Io-
nathas diligebat David quasi
animam suam vitam expoliavit se
tunica et dedit eam David per (?)
...athan qui interpretatur donum
...ube scilicet Bartholomeus in-
terpretatur qui dono spiritus sancti re-
...ctus fuit ipse enim diligebat
David i. cristum quasi animam suam
immo super animam quia pro eius fide
mortem gaudenter sustinuit et
...ut tunica se expoliavit et dedit
...um David quando propter cristum pelle
...matus sua fuit // Certa causa est
...cendum pro causam sed sue pas-
sionis habuit longissima quia
...caritatem summa qua maior ha-
...quior et vilior causa haberi
non potest quod notatur cum dicitur dabit
... animam suam sed cum maiorem
evidenciam est sciendum quod beatus
Bartholomeus omnia que ha-
buit liberaliter et voluntarie pro
anima sua dedit et hoc tribus mo-
dis // Primo namque pellem corpo-
ralis dedit pro anima sua plene

...cienda in mundo securitatis (?)
illa consilium cristi Math 19 Si vis
perfectus esse vade et vende omnia que
Quod ideo cristus signanter adiecit
quia ad perfectionem evangelicam
non sufficit quod quis temporalia contempnat
quia hoc multi philosophi amore studii
virtutis fecerunt nisi cum hoc vita
et exempla cristi imitetur et eis
conformetur Et ideo cristus sub-
iunxit Quia terrenorum abdicatio
est solum quedam disposicio ad
perfectionem evangelicam assequendam
in spiritum liberum et expeditum reddit
ad vacandum deo sed ipsa sequela
et imitacio operum cristi cum illius
perfectionibus consideratio // Secundo
pellem vite mortalis dedit pro
anima sua beatificanda in celo quia
si istam vitam transitoriam contra
dei voluntatem et beneplacitum
amasset nunquam eternam vitam certe
possedisset Et ideo dicit Cristus
Johannis 12 Qui amat animam suam
perdet eam ubi dicit Augustinus
noli amare in hac vita ut perdas
eam in futura Ille enim secundum Cristum
amat animam suam in hoc mundo
qui eius pravis desideriis asse-
tit Ille vero qui animam suam odit
in hoc mundo in vita eterna
custodit eam Signanter autem secundum
Cristum magis voluit dicere qui
odit quam qui eam non credit vel
reddit ut per hoc insinuet quod
sicut ille qui odio habetur non
potest delectabiliter videri nec audiri
ita cum anima prava desideria
sentit statim cum quadam vehe-
mencia detestando repellit tercio
dedit pellem superficialem corporis
pro anima sublimanda in iudicio
ubi in corpore glorificato sedebit

cum aliis apostolis super sedes duode-
cim tribus israel quia sicut ipsis apostolis
christo credentibus illi credere voluit
ut dicit ieronimus habent stolam im-
mortalitatis glorificati corporis apostoli
et alii sancti recipient quia hii qui spon-
tanea voluntate pro christo in mortem animas
suas tradiderunt. Ergo quod ipsi glo-
riose coronabunt dyademate per-
petue glorie et palmam eterne
glorie possidebunt. Accipient enim acci-
pient coronam glorie et dyadema
speciei de manu domini quia ipse
solus eos coronabit qui feliciter
ipsos in anima beatificabit cuius bea-
titudo nobis concedat etc.

Sequitur sermo de nativitate beate marie virginis

Sapiencia edificavit sibi domum et excidit in ea co-
lumpnas septem. Proverbiorum 9. Cum inter omnes creaturas nulla
sit dignior virgine eterna que pro salute
nostra incarnandum suscepit nisi per-
sonam templum uteri virginalis. Ideo
sibi virgini eterna per sapientiam
divinam sibi templum creare oportu-
it ut tanti inhabitatoris capax esse
possit. Ergo quod ipsum templum
divinitus fabricatum. In verbis istis pro-
ponit in hunc modum Sapiencia
edificavit sibi domum etc. In quibus
verbis nativitatis beate virginis tri-
pliciter attollitur. Primo ad opificis
dignitatem, secundo a sue conditionis
singularitate, tercio a corporis conducte
nobilitate. Ergo primo ponit sapiencia
que est supremus artifex omnium bono-
rum sive beatorum. Tercia secundum beatum
augustinum. Non auctor excellencior
deo nec ars edificatoris dei verbo.
Ergo statim subdit edificavit sibi
sed ab eterno provisum. Secundo ergo tamen
cum ostendit domum .i. virginis
uterum. Circa primum est sciendum
quod sicut opus suum artificem
commendat ita dignitas arti-
ficis in dignitatem redundat operis.
Ergo quod multo [illegible] cum ope-
ris et conceptio perfecta est virtute
sapientie increate a dignitate talis
opificis dignitas commendatur.
Licet autem omnia creata producta
sint per divinam sapientiam specialiter
tamen constructio et productio virginis
domus ei ascribatur quia sicut
ab ea eternaliter est concepta ita
specialiter producta et singulariter
in matrem ubi templum et
sacrarium spiritus sancti est creata.
Ergo quod propterea dicit Ecce
divina sapiencia ipsam edificavit
sibi ad inhabitandum. In ea enim
tanquam in paradiso amenissimo
tota trinitas delectabiliter inhabi-
tat quia pater per immensam suam
potenciam, filius per immensam
sapienciam et spiritus sanctus per
immensam suam bonitatem
et clemenciam. Unde merito
potest dici quod nisi beata trinitas in
beata virgine tam gratum habita-
culum tam nobile reclinatorium inve-
nisset a patre se in [illegible] de-
straxisset, unde de hac gratula-
tione tota trinitas gloriatur
dicens illud psalmi Hec requies
mea in seculum seculi etc. Secundo
sciendum est quod singularis
modus constructionis istius do-
mus apparet in tribus. Primo
quia pater per suam potenciam
ipsam divinam immobiliter fundat
et super immobili fundamento
collocavit. Secundo quia filius ita
domum mirabiliter fabricavit. Tercio
quia spiritus sanctus ea singulariter

edificavit. De primo patet quia
ad mentem virginis inhabitantis
spiritum suum in bono divino firmat
de nulla re alia cogitare a-
liquid nec citra deum diligere potuit
et ideo de ista domo recte visitatur
illud quod scribitur in Psalmo: Fundamenta
eius in montibus sanctis, quia
mens eius fuit fundata in altitu-
dine et firmitate tocius virtutis.
Fuit enim fundata in patris po-
tencia et ideo ad nullum potuit
eam inclinari per infirmitatem. Fuit
etiam fundata in filii sapiencia
et ideo ad illud malum mens eius
potuit inclinari per ignoranciam.
Fuit etiam insuper fundata in spiritu
sancto fundamentissima gratia et
ideo ad nullum malum potuit in-
clinari per maliciam, propter quod ista
virgo recte assimulata est illi viro
sapienti qui edificavit domum
suam supra firmam petram,
conscienciam suam supra cristum, ut
habetur Mat. 7. Et ideo licet in
istam domum irruerint flumina mul-
tarum tribulationum, ut patet in filii
sui amarissima passione et in he-
rodis seuissima persecutione, non
tamen cadere potuit quia fundata
erat supra firmam petram, id est
super amorem firmum et solidum.
De secundo patet. Cum enim
parentes beate virginis naturaliter essent
steriles et infecundi, propter quod
ipse ioachim cum oblationem afferret
in templo cum suis contribulibus
vellet et referret Iacobus fuit a
summo pontifice ignominiose re-
pulsus dicens: Cur tu infecundus
cum fecundis presumeres apparere.
Ex quo patet quod virtus dei ipsam super-
naturaliter fecundavit, quia conve-
nientissimum erat quod illa que de
se et in se virum dei erat con-
temptum et partum verbo dei for-

matrem et temperem ut summa
sapiencia duo extrema in infinita
distancia et per naturam improporcio-
nalia admirabilem sociaret ita quod
esset eadem persona eiusdem verbi mater
et filia et idem verum eiusdem virginis
filius et pater diceretur. Tercio patet
etiam singularis eius dedicacio, licet
enim in utero eius sanctificatio fuit alius
celerior et copiosior. De celeri-
tate eius patet quia sanctificatio Iohannis
fuit facta sexto mense, Ieremie
aut adhuc tardius, sed beate vir-
ginis fuit facta quasi in tempore
imperceptibili ita quod quidam dicunt
quod in eodem instanti quo originale
contraxit per gratiam sanctificata
fuit. De eius copiositate potest
intelligi illud quod scribitur Eccl. 39:
Benedictio illius quasi fluvius in-
undans, quia gratia sue sanctifica-
tionis iuncte filio suo benedicta
ab ipsa in nos omnes affluxit et
quasi cathaclismus totam terram
immo omnes montes altissimos
operuit, quia altior acta fuit quatuor
cubitis supra montes quos prius ope-
ruerat, ut patet Gen. 7. Sic gratia
sanctificationis marie in omnes homines
se extendit, ut secundum Bernardum
de plenitudine eius acceperunt
universi: captivus liberacionem, eger curacionem,
tristis consolationem, iustus graciam,
angeli leticiam, demum persona filii dei
humane carnis substantiam, ut non sit qui
se abscondat a calore eius, id est
ab influencia sue pietatis et a
fervore sue caritatis. Unde dicit
Bernardus: Non est dubium quin co-
piosior est gratia sanctificationis
descenderit in mariam, que non
solum mentem eius sanctificaret
sed ab omni peccato deinceps immu-
nem custodiret, quod nulli alteri
inter natos mulierum credimus
esse donatum. Non solum autem

inebriavit sicut enim cathaclismus totam terram immo etc.

aut mens eius per pⁱma gratia sanctificationis fuit. in utero sctificata per gratiam subvencionis quādo spūs sctūs insup vbum quaterclis in eam supvenit Tunc fuit tota deiformis effecta Et dclarat duplici gra ipam sctificante pt intelligi illud 2 Reg 23 Sicut lux aurore oriente sole mane absq nubibus rutilat Tunc enim lux aurore in ea fulsit quādo spūs sctūs eam in utero sctificat quia tunc tenebram originalis pcti ab ipa remouit Et quia sicut aurora semp in claritate crescit donec ad claram diem p solis illustratōm puenit Sic maria de gra sctificationis creuit usq ad pfectam diem claritatis per filij dei conceptu Tunc enim fuit per solem diuinis illustrata et totalit deiformis effecta ita q nulli alteri decetur. f. secūdm ea videlicet nisi soli deo Sicut enim solem materialem sm augustinum uidemus calentem fulgentem et rutilantem ita xpistus sol deificus in ea pdicta tria pporcionata opatus est Nā pⁱmo fecit eam fulgē p plenissima cognitiōm quia mistiū incarnationis sup omēs creaturas pfectissime cognouit ut dicit bernardus // Scdo fecit eam calescē p feruentissimam dilectiōm quia nram salute dilexit tam feruent q p ea ut dt anshelmus ppⁱu filium suū unice dilexit voluntarie pati voluit Tercio fecit eam rutiē ad nos p pⁱssima pteccōm et velocissimam subuencōm quia omnibus ipam inuocantibus subuenire ꝯsueuit vnde bernhardus

Sileat miam tuam o pijssima virgo si quis te inuocatus necessitatibus nō senciat affuisse Tercio templum veri virginalis attollitur a rei pductē nobilitate q notatur cum aut domus // pⁱmo pt q secundum q nobilitatis singulis domus apte colligitur ex ijs eius singularibus dignitatibus figuratis p illas septē columpnas Nam sapie increate excisa formam singulis domus euidenter sustentantes et eius nobilitatem mirabilit attollentes sunt dignitates 2 quia domus ista stabilissima firmitate Scda q est mundissima puritate Tercia q est amplissima capacitate Quarta q est altissima sublimitate Quinta q est fulgidissima claritate Sexta q est iocundissima suauitate Septima q est opulentissima vbertate Et iste columpne sunt excise a sapientie increate ut pz Pu 9 a deo patre dicit q licet opera trinitatis sunt indiuisa appropriatatem tñ q inequalibus tn ista columpnarum opus eius p... appropriatate relucet q pz in singulis inducentibus inducendo Nam pⁱma stabilitatem siue firmitatem bene relucet opatio patris quia p diuinum amorem mente ipius in bono diuino a deo patre et firmit et immobilit stabiliuit q ad nullum aliud rem extra deum delectabilit affici potuit ut pz ex p. Similit apparuit in ea opatio filij quia ista domus sup fundamentum firmissime stabilitatis dicitur tam firmiter in corde suo fodit a deo stabiliuit q nulla impulsione

moveri potuit. Et quia stabilitas
edificii consurgit ex firmitate
fundamenti ideo propter humilitatis di-
mensionem tam profunde in corde suo
fodit quousque fundamentum spiritualis
edificii supra firmam petram con-
stituit. Supra illam utique petram
de qua iuxta Danielem prophetam
est abscisa de monte sine manibus
~~sine quavis amplexibus~~ / virginalis eminentia et puri-
tate sine manibus id est sine quavis
amplexibus. Similiter in ea apparuit
spiritus sancti spatio qui tantam
firmitatem ei tribuit quod ab omni
bonitate concupiscentie liberata fuit
non quod in prima sanctificatione fuit
totaliter fomite liberata sed tamen
fuit per gratiam sic ligatus quod
non habuit vim ad cuius appetitum
aliquid affectaret inclinatum. Sed
in filii conceptione tantam gratie
plenitudinem accepit quod
extunc a fomite totaliter puri-
ficata fuit / Secunda nobilitas ex
hoc apparet quod fuit mundissima
puritate quia virtutem castitatis
que in ipsa primo refulsit que
femina prefulgida a seculis in-
audita. Tertia habuit columpnam
primo apparet spatio patris quia ipsa
virginitatem sub specie matrimo-
nii inviolabiliter occultavit quod ideo
fecit quia mentem istius puritatis
nullus oculus habuit tunc sic
poterat. Quod patet per hoc quod
partus in nupta fuerat dampna-
tus unde si innupta peperisset
lapidata fuisset. Similiter in ea
apparet spatio filii quia istam
puritatem fecunditate materna
inviolabiliter adornavit quod fuit opus
supermirabile. Quia sicut scribitur
a seculo non est auditum ut eadem
esset mater et virgo. Similiter in ea
apparet spatio spiritus sancti quia istam
puritatem inauditam ei fa-
miliariter inspiravit. Cum enim ste-
rilitas in utroque sexu esset legis
maledictio inaudita tamen virginitatem
contra legis preceptum recipere pre-
sumpsisset nisi ei hoc spiritus sanctus
familiariter inspirasset occulto con-
silio. Patet enim quod sicut docet Augustinus
in de sancta virginitate non est credendum
Beatam virginem antequam despon-
saretur absolute votum virginitatis
emisisse licet eam in desiderio ha-
buisset eo quod adhuc eo tempore optabat
quam nobis quia mulieres generationi
insisterent et licet castitatem in deside-
rio habuit semper hoc tamen voluntatem
suam divino arbitrio commisit post-
modum desponsata sponso quod ut
mos illius temporis erat simul cum
eo virginitatis votum emisit ante-
quam annunciatio ei facta fuisset /
Tertia nobilitas ex hoc apparet quod
fuit amplissima capacitate. De huius
capacitatis amplitudine scribitur
Baruch 3 O Israel quam magna
est domus dei et bene magna
et immensa quia illud quem celi
et terra capere non poterant continebat /
Tertia habuit columpnam primo appa-
ret spatio patris / Pater enim ista ca-
pacitatem tam ample distendit quod
per virtutes et dona repleri non posset
potuit quousque eam tandem de-
itatis singulariter adimplevit. Nam
pater per potentiam / filius per sapientiam
spiritus sanctus per divinam clementiam.
Et iste tres mansiones fuerunt
figurate per archam diluvii signi-
ficantes mariam que omnes quamvis
a diluvio eterne dampnationis pre-
servavit. Secundo in ea apparet spatio
filii in sue immensitatis repletione.
Bene enim cuius capacitas magna

fuit que non nisi per immensitatem
diuine persone repleri potuit Unde
verum et mirum quod beatam virginem
tam mirabiliter quam corporaliter adim-
plevit Unde potest dicere illud Celum
et terram ego impleo ut per celum
intellegatur mentalis per terram corpora-
lis natura virginis gloriose que
utraque per immensitatem diuine per-
sone fuit singulariter adimpleta
quod bene figuratum est in hoc quod sicut
tota manna fuit in urna aurea
tota urna simul in archa et tota
archa claudebatur in templo Sic tota
divinitas tamquam manna dulcissima
erat in anima christi et hec coniuncte
et utraque simul claudebatur in templo
~~Sic tota divinitas tamquam manna dul-~~
~~cissima~~ / i. erat in carne christi que
in archa deificata Et hec omnia clau-
debantur in templo i. in virginis utero
In hac autem adimpletione secundum
Ber. in hoc supermissus quadruplex im-
mensitatis apparet admiranda Nam ibi
ostenditur longitudo brevis / eterni-
tas temporalis latitudo et immensitatis
angusta i. in corporali utero coartata
Altitudo scilicet potestatis divine subdi-
ta et profunditas divine sapientie
ostenditur plana quia oculis cor-
poreis in carne assumpta visibiliter
deposita / Tertio in ea apparuit operatio
spiritus sancti in omni gratiarum et
donorum largissima diffusione propter
quod nimio spiritu dicitur Aue gratia plena
Et bene plena Quia secundum Ber.
In mente plena divinitate fuit
in corpore plena puritate in corde
plena misericordia et pietate In facie fuit
plena pudicitia et castitate / in ma-
nibus fuit plena munificentia
et largitate Unde sic de plenitudine

eius hec omnia eundem accipit vir-
go tota Unde in signum sue libe-
ralissime communicationis omnes
ad accipiendum invitat dicens
Eccl. 24 Transite ad me omnes
Tertio nobilitas eius domus ex
hoc apparet quod fuit altissima sub-
limitate quia preceteris depressa in-
greditur in celestibus suspensa fuit
propter quod bene potuit dicere illud
Eccl. 24 Ego in altissimis habitavi
Sicut enim videmus in naturalibus
quod virtute solis vapores sursum
elevantur elevati inspissantur
inspissati inflammantur Ita pater
a potestate ipsam elevavit per spe-
cialem sublimitatem / Filius elevatam
solidavit per specialem firmitatem Et
spiritus sanctus elevatam et solidatam
inflammavit per incendium sui caritatis
De primo patet Constat enim quod ni-
mium celsitudinem excessit fuit
quando indubitanter credidit se ex-
manere virginem et virginem / et di-
nasci deum et hominem que rationis
cursu nec incredibilia sunt videre
Ber. Quia ipsa sue fidei in-
tegritate attingit inaccessa ascen-
dit incognita et comprehendit immensa
Et per hoc nimio quam quibus lapsum
reparavit infernum spoliavit et ruinam
angelorum restauravit / De secundo
patet quam per Greg. V. mors sepulta
in eternitate omnes cingit et ideo
nulla que [illegible] tollebat sed ut
Est enim spes quedam plicatio ani-
mi celestis cum sicut Augustinus [illegible]
est intrare ortum paradisi et inter
aufferre flores et aromata [illegible]
paucis adversitatibus amaritudinis
dulcorantur Et ideo ex spei soli-
ditate consummimosam meruit

cū sui constant' et patient' tulit
ueāt q̄ sm̄ pmissū suū post
tdūm debet resurgē et homīem
dictā ad regna celestia reuocare
unde quādo omēs discipuli a
xp̄o fugierūt et in fide dubita=
uerūt / ipā sola p̄ ſpēi soliditē
fidei certitudinem inconcussā
mansit de tercio patz / ipā cū
fluens amore dilectoris integre
in celestib; suspensa fuit unde
cuncta creata transcendens bene
dicat dicē illud Ezech̄ viij Ele=
uauit me spūs p̄ intensiā scilz
amore flagrantia int' celū et
terram et dicit et hoc est super
omnem naturā creatam que in
comparatione ad deum terrestris e
corporalis Caritatis cū sī feruet
hominem usqz ad celū sublimat
et diam ipi deo pfecte sociat / Quarta
nobilitatis est q̄ fuit fulgidissima
claritate q̄ patz quia queqz p̄ma
iradiatur luce supnāli ipaz illu=
minavit / ~~luminis patris sapientie~~
tram pr̄ ipam illustrauit lumine
eterne sapie quādo sibi filium
suū eternū a se genitū nō solū
mentalit' inspirauit imo etiam
corpalit' demonstrauit / filius ipaz
illustrauit luce interne sapientie
quādo sibi misterium incarnationis et
modum supnālis conceptionis di=
uinitus reuelauit de talib; cū
sum Jerōm apl'os et euangelistas
edocuit quia plenius in libris p̄ totius
trinitatis magisterium edocta fuit
Similit' spūs sctūs eam illustrauit
luce supne gratie que ipaz super
omnem creaturam affluent' inun=
dauit unde bene impletū est i ea
illud ysaie 60 Erit tibi dominus
in lucem sempiternam et deus

tuus in in gloria tua / Sexta no=
bilitatis in hoc apparet q̄ fuit iocundi=
ssima suauitate unde de ipa canit
ecclia Speciosa facta es et suauis
In hac columpna apparet spatio
patris quia in eam impressit suauitatē
odorem Ecc 70 Quasi balsamus
nō mixtus odor tuus / filius i ea
impressit puritē natiuitate eo q̄ ipe
in ea incarnatus est ymago patris
et figura prīncipalis eius ipm patrem
et omnia creata pfectissime repse=
tans / Spūs sctūs impressit in ea sua=
uitatem per celestis gaudij gustatē
Cui recte dicit Ecc 24 Spūs meus
sup mel dulcis / Septima nobilitatis
in hoc apparet q̄ fuit opulentissima
ubertate quia tres psone diuīe aucto=
ritate in ista domo replectem thezaurs
recondiuit Nam pat' in ea recon=
didit thezaurū omnis essentie creatē
Omnis aut essentia creata aut est
corpalis uel spūalis et utraqz reclus
in humana natura unde patz q̄
ista ergo thezaurū omnis essentie
in se comphendit / filius uo in ea
recondidit thezaurū oīs sapie
unde pt sibi ~~replicati~~ applicari q̄ de
xp̄o dicit apl's In ipo sunt omēs
thezauri scie et sapie dei reconditi
quod pbat anselmus sic In xp̄o
sunt omēs thezauri scie et sapie
dei essentialit' reconditi Cristus aūt
in maria nasceus recepciuit igit'
ipa omēs / et Spūs sanctus in ea
recondidit thezaurū omīs grē
et uirtutis et scie ... scīa sm
Jerōm omnis sapia uita decor
et gl'ia in ea resplendiuit unde
dicit hoc bn̄ gpat' quasi fluuis
dorax exiui de padiso scilicet

ecclesie militantis Dixit rigabo ortum
plantacionum mei et inebriabo partus mei
fructum et quod illas aquas libani diffun-
dat per hoc patet quod omnes sicientes
ad se inuitat dicens ysaie l v Omnes
sicientes venite ad aquas scilicet gracie
salutaris que de manibus et corde
marie liberaliter effluunt et munifi-
ce se diffundunt Et isti sunt fontes
saluatoris de quibus precipimur hau-
rire ysaie xii Haurite aquas de
fonte saluatoris etc./

Sequitur sermo secundus de natiuitate marie virginis

Peciuaui lucernam christo meo
psalmus Cum tanta reuerencia et
tam mirabili dignitate gloriosa
virgo maria progressa est in mundum
ut nunc per lucernam nunc per archam
nunc per stellam nunc per auroram
nunc per paradisum eius natiuitas
commendatur In verbis propositis ex
persona dei patris nobis tria quod de ea-
da attendit primo igitur consideremus
eius natiuitatis diligentissimam
preparacionem Secundo consideremus natiue
virginis gloriosissimam commendacionem
Tercio consideremus in ea vtilitatis fruc-
tuosissimam insinuacionem. primum ibi parui
secundum ibi lucernam / tercium ibi christo meo //
Parauit autem deus pater sicut lucernam
ecclesie apparatu apparatu scilicet in corde in
ore et in opere In corde ipsam ab eter-
no predestinando In ore gloriosa dic-
ta de ipsa vaticinando In opere
multipharie multisque modis eam
patribus prefigurando De tota ecclesia
officij hodierne festiuitatis et scribitur
prouerbiorum viii^o vbi dicitur ex persona eius
dominus possedit me ab inicio viarum
suarum antequam quicquam faceret
a principio ab eterno ordinata sum
et ex antiquis antequam terra fieret nec-
dum erant abyssi et ego iam concepta
eram De secundo dicitur illud Genesis 3

ponam inimicicias inter te et mulierem
et inter semen tuum et semen illius
Quod exponens Bernhardus dicit In dubi-
tanter de virgine est dictum aui quod
sequitur ipsa autem conteret caput tuum
subiungit Cui hec seruata est victoria
nisi marie que iniqua suggestioni
cuius consensit quod de nulla alia
tarn potest quoquo modo intelligi Salo-
lomon legens sicut scripturam
inde dixit prouerbiorum 31 Mulierem
fortem quis inueniet Nouerat
quippe ut sapiens huius sexus im-
becillitatem fragile corpus lubricam
mentem quia tamen deum legerat promisisse
et ita videbat congruere ut qui
femina victus fuerat per ipsam vinceretur
admirans ait Mulierem fortem quis
inueniet quasi dicat Si ita dependet
in manu huius salus fortis
sexus ut confidatur que ad tantum opus
possit esse ydonea Sed ne putetur
dixisse desperando subiungit prophe-
tando procul et de vltimis finibus
precium eius hoc est non vile non paruum
non mediocre non de terra non de finibus
huius terre est precium eius Mulieris
fortis sed a summo celo egressio eius
De hoc apparatu loquitur dicit Ieremias
Creauit dominus nouum super terram
femina circumdabit virum Quod expo-
nens Bernhardus dicit Que est
femina circumdans virum dixerim Et est
maria femina vir christus et non aliud
aliquam virum dixerim cum iam dixit
vir potens in opere et sermone
terra cum adhuc tenera infantis
mir membra blando vel foueret
in gremio vel portaret in vtero vir
ergo erat ille nec dum natus sed sa-
piencia non etate aut vigore non cor-
poris maturitate sensuum non corpulencia
membrorum / necque eam minus habebat
sapiam / vel post non minus fuit sapiencia
ille conceptus quam natus primus

[illegible] magnitus siue gratia diuersitatis
[illegible] doctoribus siue latens in
[illegible] siue vagiens in presepio siue
[illegible] in templo siue in perfecta etate
[illegible] in tabula in papula [illegible]
[illegible] plenus fuit spiritu sancto nec
[illegible] in qua etate sua qua de illa ple-
nitudine ei aliquid minueretur vel eidem
aliquid adderetur. Constat igitur quod ipse
[illegible] virilem animum gerit et si tempore
corpore vir non apparuit. Ait ergo
subito virum fuisse in utero que utrumque
[illegible] ambigo. Hec [illegible] preparauit deus
[illegible] lucernam [illegible] multipharie multis-
que modis prius eam prefigurando
[illegible] namque moysi in rubo aaron
[illegible] gedeon in vellere ezechieli in
porta clausa. Primo ostensa fuit hic
[illegible] Quid rubus ille quidam
[illegible] flammas ignis
emittens sed non ardens nisi maria
parientem et dolorem non sentien-
tem. Quid virga aaron flo-
rida nec humecta nisi ipsa concipi-
entem quamuis virum non cognosceret.
Quid illud signat gedeonis vellus
de carne tonsum sed sine vulne-
re [illegible] in acie ponitur [illegible]
[illegible]
ipsi carne assumptam de carne virginis
absque detrimento virginitatis. Quid
clausam portam que non aperitur
et vir non transiet per eam nisi solus
[illegible] Quod vim per-
[illegible] beatus Augustinus in sermone
de annunciatione [illegible] dicit verba
[illegible] Ezechielis vidi portam in do-
mo domini clausam et dixit an-
gelus ad me porta hec quam vides
non aperietur et homo non transibit per
eam quia dominus solus intrat et egre-
dietur per eam et clausa erit in eternum
[illegible] dicit Augustinus [illegible]
[illegible] Quid est portam do-
mus domini clausa nisi quod maria virgo
semper erit intacta. Et quid est

homo non transibit per eam nisi
quod ioseph non cognouit eam. Et quid
est solus dominus intrat et egreditur
per eam nisi quia spiritus sanctus
impregnauit eam et deus angelorum
nascetur per eam. Et quid est clausa
erit in eternum nisi quia maria virgo
est ante partum. Et infert Augustinus
Dicat ergo maria porta facta sum
celi ianua clausa per quam egressus
est ad suos [illegible] Bernardus
Et sic apparet [illegible] apparatus unde
de quibus [illegible] apparatibus simul [illegible]
dicit Bernardus O miranda et omni
honore dignissima virgo nec nouiter
inventa nec fortuitu sed a seculo
a deo [illegible] electa. Ecce [illegible]
promissa. Ecce [illegible] prius patriarchis
prefigurata. Ecce [illegible] et subiungit unde
ergo fuit [illegible] nominibus [illegible] di-
uersis modis signis et operibus [illegible]
[illegible] diuerso [illegible] et preuide-
runt et [illegible] Quod enim
monstratum est in rubo et igne aaron
in virga et flore Gedeon in vellere
et rore hoc aperte preuidit Salomon
in muliere forti et cuius precio [illegible]
Jeremias premisit de femina et viro
[illegible] tandem gabriel exhibuit
Quod enim deus pater occulte in cor-
de predestinando ab eterno tenuit et
patribus in figuris voluit [illegible]
[illegible] Hoc gabriel in euidenti
exhibuit. Loquitur [illegible] principale [illegible]
lucernam per quam [illegible]
[illegible] gloriosissima commendacionem
Sed ne sermo [illegible]
[illegible] lucerna [illegible] modis accipitur
Est enim lucerna verbum predicationis lumine
deuocionis [illegible]
[illegible] dine dignationis plena
[illegible] consummatis [illegible]
De prima dicitur in psalmo lucerna pedibus
meis verbum tuum. De secunda. Ecce ardeat
lucerna semper in tabernaculo tuo i.

i. devotio sit semper in corde tuo / De
tertio dicitur Luce 12 Sint lumbi vestri
precincti et lucerne ardentes in manibus
vestris Quod est dictum prelatis in dignitatibus con-
tinentibus et tamen hec exprimunt in bono
exemplo edificantes Item Math. v.
Non accendunt lucernam et ponunt
eam sub modio sed super candelabrum
ut luceat omnibus qui in domo sunt
De quarta dicitur Job 29 Quis michi
hoc tribuat ut sim iuxta menses pri-
stinos secundum dies quibus deus custodie-
bat me quando splendebat lucerna eius
super caput meum et ad lumen eius am-
bulabam in tenebris sicut fui in die-
bus adolescentie mee quando secrete
deus erat in tabernaculo meo quando
erat omnipotens mecum et in circuitu
pueri mei quando lavabam pedes meos
butiro et petra fundebat michi rivos
olei Item 2 Reg. 21 Iam non egredieris
in prelium ne extinguas lucernam Israel
De quinto et ultimo dicitur in presenti aucto-
ritate lucerna i. vas capacissimum omnibus
significationibus Quod est Maria que
convenienter dicta est lucerna propter
similitudines et proprietates utriusque re-
spectu Omnia enim que in lucerna sunt
in beata virgine inveniuntur Habet autem
lucerna ut audistis quatuor proprietates
Est enim luminis contentiva puritatis
receptiva vel directiva caloris in
tactu contractiva humoris applicatione colo-
ris variativa Iste proprietates confluunt
et conveniunt in Maria // Primo igitur
virgo Maria dicitur lucerna quia est luminis
contentiva Sicut enim lucerna in se lumen
continet sic beata virgo Maria lumen illud
in se habuit quod de seipso dicit Joh. viii
Ego sum lux mundi Est autem tri-
plex lumen scilicet naturalis intelligentie
infuse scientie divine presentie De primo
dicitur in Ps. Oculorum meorum
lumen tu es et ipsum non est mecum
et illud Johannis 12 Adhuc modicum
lumen est in vobis scilicet intelligentie

De secundo dicitur Sap. 7 Dilexi eam super
omnem sapientiam / De tertio Ysa. 60 dicitur
Erit lumen Israel quasi in igne De
eo Surge illuminare Jerusalem quia venit
lumen tuum et gloria domini super te orta
est // Hec tria lumina habuit in se beata
virgo Maria et ideo congrue dicitur
lucerna / Habuit enim in se in summo lumen
naturalis intelligentie Spiritus enim sanctus
contemperavit in ea ex nobilissimo
sanguine corpus quod et nobilissimam
naturam habuit per quam omnem intellec-
tum et sublimitatem subtilitatis
quam unquam consecutus est habuit in ipsa
Super hoc lumen habuit lumen infuse
scientie per quod plenam et perfectam scientiam
omnium bonorum omnium verorum omnium utilium
et necessariorum habuit Si enim de quolibet
sancto verbis dicitur Sapientie x
Dedit illi scientiam sanctorum in multitudine
verius de ipsa potest dici quod dedit scien-
tiam omnium sanctorum ut in deo veraciter
gloriari possit et dicere illud Sap. 7
Ipse dedit michi horum que sunt veram
scientiam ut sciam dispositionem orbis ter-
rarum naturas animalium et virtutes ele-
mentorum initium et consummationem et medie-
tatem et medietatem vicissitudinum per-
mutationes et consummationes tempo-
rum mutationes et divisiones tempo-
rum anni cursus et stellarum dispositiones
et vires bestiarum [illegible] differentias vir-
gultorum et virtutes radicum et quecumque
sunt absconsa et improvisa didici
Est enim in illa spiritus intelligentie
spiritus multiplex unicus subtilis di-
sertus [illegible] suavis amans
bonum Neminem enim diligit deus ni-
si eum qui cum sapientia inhabitat Est
enim hec speciosior sole et super omnem
dispositionem stellarum Unde conveni-
enter hec dicere potest Omnium enim arti-
fex docuit me scilicet sapientia ut vere
dicere possit illud Proverbiorum 30
Non didici sapientiam sed audi [illegible]
nunc et non novi scientiam sanctorum

[..]ro sup hoc habuit hunc due
[..]tie tam spualit quam corpalit in
[..]habitabat et sciendi q hec bta
[..]na hec tria hnd fuit in supmo
[..]od per singula sit videt Primum
[..]ut excellens sensible corrupit
[..]sum ita excellens intelligibile
[..]auit et comouet intellctum et sit
[..]s q excellentissimu intellctu fuit
[..] hunc sue intelligentie in ea ha-
[..]abat Scdo in supmo eciam fuit
[..]ue sciencie / Hec supmitas in hoc
[..]it cum quis eciam scdm modum eciam
[..]bet sciendi / Sciencia enim sine
[..]do sciendi no solum no est vtilis
[..]ccia inflat Supma igr sciencia
[..]t attingit quando cum sciencia hr
[..]ncipalis vsus sciendi Et hec beata
[..]o maria excitacia qualis sua sciaz
[..]uem ordinauit debitum / ideo
[..]am sciam fuit in supmo fuit
[..]bhds Qui no habeat no multa
[..]entem si modum nescit tam
[..]tum sc et vtilitatem et modum
[..]endi Bernhardus hanc vocat scz
[..]t homo sciat quo ordine quo stu-
[..]o quo fine quid nosce optat
[..]uo ordine ut illud prius q mat-
[..]s ad salutem Quo studio ut hec
[..]deucius et vehemencius q ad
[..]lorem dei et amorem dei duc-
[..] dicit Quo fine ut no ad ina-
[..]em glam amplitudinem Et quia
[..]m hoc modo sciendi beata virgo
maria sciam scivit / ideo ipsam
[..]abuit in supmo Tercio hunc due
[..]cie fuit simulit in supmo Non
[..]o solum gnalit ut in multis nec
[..]palitcr ut in paucis sed singu-
[..]aut in ea habitabat plenitudo
[..]iuitatis corpalit In qua nec prima
similem visa est nec habe sequ-
[..]em Et sic patz quam convenit
[..] hac prima pprietate beata virgo
maria dicta sit lucerna et quia

excellentr hoc hunc in se ab
scandebat Scda lucerna est puritatis
perspicua q nimis conveniet virgi
beate in qua puitatis et mundicia
castitatis et omnis pcti immunitatis
sup omnes homines excellebat / fuit
Augustinus Ea puritate nitebat bta
virgo maria qua sub deo nequit
maior intelligi Quante enim puritatis
mente et corpe fuit bta virgo ma-
ria ut dicunt hunc de ea iuradi-
ans enim inuentum omnium mentis
castitatis facit et pudicitias ut autem
supmam ea puitatem consequeretur
triplicit fuit depurata depurata / Primo
in vtero matris ab originali pcto
que purgatio intantum refrenavit
fomitem ut potens esset no peccare
inclinquit tamen in ea fomitem
sm essentiam Scda puritatis accessit
ei in filii sui concepcione et hec totalr
extinxerit fomitem ut que prius
potuit non peccare in reliquum non
posset peccare / Tercia puritatis accepit
mater virgo in filii sui conglutinacione
filii per quam mente et corpe tam
diuina extitit ut omnes reliquie et
dispositiones pcti ab ea penitus
tollerentur Tercia lucerna est vie directiua
/ lucerna enim in quibuscz tenebris
viam ostendit Sic bta virgo ma-
ria est lucerna que errantes in
huius mundi tenebris ad celestem
patriam directa via dirigit et
perducit Cum enim omnium sanctorum
exempla et vitam pfert et pro-
ferat dicente de illa Bernhardus
Non defuit tibi fides patriarcharum
pphs apphetarum / caritas aplorum Con-
stancia martirum sobrietas confessorum
Castitas virginum fecunditas coniu-
gatorum / ideo omnis etas omnis status
omnis conditio omnium hominum nomina

viuendi pie et proueniendi in ea
potuerunt inuenire ut singulares /
possit dici illud Judith 4. Quid
me vidistis facere hoc facite / hec
est que iterum Richardus vocat eam
viam per quam itur ad celum .i. illud
regnum celi / regnum celi virgo maria
tu es via per quam salvator ad nos
venit Tenamus ergo viam / studeamus
et nos ad ipsum per eam ascendere
qui per eam ad nos descendit
per eam venire in gratiam ipsius qui
per eam in nostram miseriam venit
per te ergo accessum habeamus
ad celum O benedicta inuentrix
gratie dei genitrix maria mater
salutis et vite nos suscipiat
qui vite datus est nobis Et ad
dicta est etiam maris stella per
quam naute in mari viam suam
Tercio benigna est lenis in tactu
Sic virgo maria lenis est et benigna
omnibus qui suis orationibus
et fiducia tangunt eam De eius
lenitate Richardus dicit Quid
ad mariam trepidat humana fragilitatis
non austerum in ea nichil
terribile sed tota suauis omnibus
offerens lac et lanam Revoluat
diligentius evangelicam historiam
vniuersam et si quid forte increpacionis
si quid durum si quid
denique signum vel tenuis indignationis
occurrit in maria Deinceps
suspectam habeas et accedere
vereris Quod si bene intelliges
plena est omnibus pietatis et gratie
plenam mansuetudinis et gratie
Age gratias ei qui talem tibi mediatricem
benignissimam misericordie
prouidit in qua nichil possit esse
suspectum Quarto benigna est secundum
applicationis salutis variationem

Sic beata virgo maria est omnibus
animam miseris necessitatibus
indigentiis per compassionis affectum
patitur et misericordie sue
formam aptat ut in infinitum virgo
possit dicere cum paulus Quis infirmatur
et ego non infirmor hinc Bernardus
Maria sinum pietatis omnibus aperit
de plenitudine eius accipiant vniuersi
Captiuus redemptionem egrotus curam
tristis consolationem peccator veniam
iustus gratiam / Denique omnibus omnia
est facta ut omnibus subueniat et
nemo sit qui se abscondat a calore eius Sequitur tercium membrum
huius diuisionis scilicet cristo inter
quod nostra salutis designatur De
deus pater hanc benignam cristo filio
suo preparauit ut per hanc homo
assumpta in ea nostrum negotium ageret
Primus omnem triplicem vtilitatem consecuti
per eam scilicet informationem
redemptionem et celi apertionem Primum
informationem accipimus ex eius
conuersatione redemptionem ex eius passione
Celi apertionem ex eius resurrectione
Primo de primo scilicet quantum ad conuersationem
eius vel imitationem ipse hortatur
nos Luce 9 Qui vult venire post
me abneget se metipsum et tollat
crucem suam et sequatur me vnde
Cassiodorus Tunc tua michi prodest
passio si accesserit imitatio ut sequar
vestigia eius et propria tamen
aliquando sequitur hinc Augustinus
ille iniustus qui conuersus est super terram
nec vmquam recedit ab illo tamen in ministerio
dicitur indecorum quod videlicet tante caritatis
ingratus fuerit vel fuerim quod propria
gratia contumeliam fecerim quod filio
dei contumeliati fuerim / vnde idem
persona cristi dicit nobis Bernardus

in vita mea patris cognoscite vitam
tuam Et sicut ego paupertatis humi-
litatis caritatis obediencie patie
indeclinabile semitas tenui Sic
et tu eisdem vestigiis incedas nec
declinas vel sinistram de secdo
scz redemptione dicitur ysaie xliiij Re-
uertere ad me quia ego redemi te per
eum nullus potest venire ad deum nisi
ante se a culpa Tercio aut redimit
nos insinuatur apoc v Redemisti
nos deus in ~~salutari tuo~~ sanguine
tuo Tercia vera utilitas que homi-
ni christo est quia aperuit nobis celum
per cuius signum cum christus baptisa-
tus ascendisset de Jordane aperti
sunt celi super eum Math iij Mr i
Luce iij ut per hoc daretur intelligi
quod per eius adventum celi quam
sibi per baptismum desponsavit De-
cetero regnum celorum est apertum unde
est apoc iij Johannes testatur se celum
vidisse apertum per hoc insinuans quod
liberum introitum in ea habeamus
ad quod ingrediendi mereamur meritis
et precibus virginis marie gloriose
Amen etc //

Sermo tercius de nativitate virginis marie

Ego mater pulchre dilectionis
timoris et agnicionis et
sancte spei Eccl xxiiij Secundum
quod sicut est unus dei patris filius
naturalis scz ihesus christus et multi
filii adoptivi sunt sicut omnes elec-
ti christi quod idem filius eciam virginis
marie sunt eciam dicitur primogeni-
tus Math i ubi dicitur peperit
filium suum primogenitum eo quod ipse
per eam genitus dedit ei multos
filios adoptivos ut secundum apostolum
ad Ro viij ipse sit primogenitus
in multis fratribus hunc eciam est
illud quod ipse deus omnes apostolos
et omnes electos fratres vocat apertis
penitentiam dicens Renunciabo nomen

tuum fratribus meis hos ergo filios
adoptivos ihesus christus sub nomine
Johannis matri dedit in filios Cum
in cruce pendens diceret ad discipulum
suum Ecce mater tua Item sub nomine
Johannis qui gracia dei interpretatur omnes
filii adoptivi qui per graciam dei adoptantur
in filios designantur Tercio eciam notandum
fuit ut Johannem matri et matrem
Johanni quorum amiciciam novit adinvicem
commendaret nisi quod in eo loco et per
ipse hoc facere voluit ut eandem recom-
mendacionem impressius ~~inculparet~~ incul-
caret acsi diceret vide mater quid pro
peccatoribus patior et quociens eorum te
iusticia ipsum dampnari oportebat tu
memor recommendacionis huius passionis
tibi facte non immemor ipsos michi
subripias eisque cito intercedas Cum quo
visceribus benignissime matris dei circa
nos refulerit // Tercio tam multipli-
caverit ut eciam misericordie et hec
recommendacio matris nostri tam pro-
fundissima est universa et ut eciam
ipsa se offerat omnibus invocantibus
benivolenciam seu benivola et be-
nignam Et licet quantum in ea est omnibus
desideret misereri // Hec tamen requirit
ordinacio caritatis veritatis et
ut nos ad graciam eius recipiendam
studeamus habiles et dispositi inve-
niri // quia licet ut diximus gratiam
omnibus offerat ipsam tamen habiles
simul conferatur Tercio ut aut ad eius
graciam consequendam nos habilitare de-
beamus ipsa nobis insinuat in verbis
propositis q Ego mater pulchre dilec-
tionis etc ubi supra acsi diceret quod
per pulchram dilectionem timoris ca-
ritatem scilicet spem diligentibus se
disposuerit illorum ego mater singulari
et mater sine eisdem effectu fidelibus
propicie respondendo // Dicat ergo

Ergo inter pulchre dilectionibus et ubi
super i. pulchram dilectionem timore
cognitam spem sanctam habente
De eo quod accidencia non sunt nisi
in subiecto primo ergo querendum vult
esse inter sunt qui pulchram sunt
dilectionem // Quid sit autem pulchra
dilectio Sciendum quod aliquid dicitur pulchrum
tripliciter De puritate de ordinabilitate
et de nobilitate De puritate dicuntur
pulchra vitrum vinum aqua quando
pura videntur Similiter de ordinabilitate
aliqua dicuntur pulchra quando partes
vel membra proporcionabiliter sunt ad
invicem ordinata ut homo vel equus
pulcher dicitur quando partes eius aut
membra eius scilicet os nasus oculi
bonam habent adinvicem proporcionem
Similiter aliqua dicuntur nobilitate pulchra
ut illa ymago que de auro est pul-
chrior est illa que de vili materia-
te est formata // Hec ergo tria pul-
chra debent convenire in pulchra
dilectione ut illa dilectio dicatur pul-
chra que de pura subiecto cum
ordinato affectu in nobilem affectum
ordinatur De puro quidem subiecto
de pura anima que propter sui puritatem
cara cavet omnem pravitatem mor-
talium peccatorum Quia sicut dicitur levitici

Si maculam habuit non erat deo
acceptum Et Corinthios Modicum fermenti
totam massam corrumpit quod est dictum
Si anima maculam et modicum fermenti
mortalium peccatorum habuit eius di-
lectio non est grata Secundo dilectio
pulchra dicitur De ordinato affectu
hoc est ad sua diligibilia iustum sui
ordinem diligendi de qua illa glossa
Canticorum 2 Ordinavit in me carita-
tem hoc est debitus ordo diligendi
cum omnia diligibilia ordinantur
in deum ut omnia propter deum diligatur

diligatur cum pater mater soror aurum
aurum divitie honores corpus et
deus et anima In quibus omnibus ne-
cesse est ut amor ordinetur Ordi-
natur enim ordinatur cum deus principaliter
et de consequenti i. propter deum omnia
alia diliguntur // De quo ordine
dicit Bernardus // Ordinavit deus
in rebus diligendis caritatem
ut sciamus quid prius quid postea
quid minus quid magis // quid propter
se quid propter aliud diligatur Sint
enim temporalia diligenda propter corpus
corpus propter animam valet enim anima
corpus sanum ad penitenciam
corpus infirmum ad cumulacionem
meritorum mortuum ad requiem
resuscitatum ad gloriam consummatam
Et ideo propter animam corpus est di-
ligendum multo anima ut diligatur
propter deum ad cuius ymaginem facta
est deus ut diligatur propter se Quia
eo nichil dignius nichil utilius
scimus dedit nobis posse diligi et
dignius quia ipse prior dilexit nos
Eciam et in nullis nichil eciam
utilius quia de eius amore
virtute omnia nobis cooperantur in
bonum // omnia dico bona mala
et aliena preter [illegible] amorem
dei et proximi talis tamen debet
ordinatio ut caritate affectuali
preponatur deus proximo vel plus quam
proximus diligatur Caritate vero
actuali deo proximus preponatur
sicut Bernardus // Cum duplex sit
caritas affectualis et actualis
preferat superiora inferioribus vigi-
in bene affectata anima racione di-
vina quia dilectio dei bonum preponit
et in ipsis bonis perfeccioribus
infirmioribus celum terre eternitatis
tempori animam carnem etc in bene

ordinata caritate semper ordo
oppositus invenitur. Tamen circa
proximi plus vigeamus et in fir-
mioribus fratribus diligentius assi-
stimus et pati tur plus quam celi
ytlie ipsi necessitati assistimus et
languoribus corporis postposita
cura anime pene continue insi-
nuimus. Orantem homines deo
loqui quis dubitat quotiens tamen
in caritate adducimur et exhibimus
eos qui nostra indigent opera
vel loquela. Tociens per amministra-
tionibus iustissime super sedemus
celebracionem missarum solempnia. Tunc
preposterus ordo sed necessarius
commutatus quia necessitas non
habet legem. Tercia dilectio pul-
chra dicitur quod nimis nobilitatem
ut supra ostendimus. Sit illa di-
lectio pulchra dicitur que de pulchri-
ori sive nobiliori dicitur. Unde
amor boni hominis melior est
quam mali celi plusquam terre. Di-
lectio tamen ad bonum quod est deus or-
dinata pulcherrima est maxime
cum diligitur deus propter deum. Ta-
lis enim ~~[struck]~~ diligencia me-
retur. Virgine maria que mirum
sedo virgo maria meretur esse in-
gencium timorem pulchrum. Habetur
aut pulchrum ad deum fedi timoris
per quem cottidie malum committimus
ad bonum aggredi non audemus.
Tamen de primo dicitur Math. 10. Nolite
timere eos qui occidunt corpus et
amplius non habent quid addant
sed timete eum qui potest corpus et
animam mittere in iehennam. De secundo
dicitur Job 6. Qui timet pruinam
irruet super eum nix. Qui enim
timet pruinam modice penitencie
et laboris irruet super eum nix
profundissime amaritudinis

eterne dampnacionis. Si ergo virginis
marie virum habere cupimus expel-
lamus fedum timorem et pulchrum
timorem in cor nostrum introducamus.
Dicitur aut timor domini pulchrior
ex pulchro abiecto quod est deus
efficiens in nobis tria bona scilicet
puritatem bonitatem et dum su-
placii voluntatem. Quomodo aut hunc
pulchrum timorem in cor nostrum
introducere debeamus et hec tria
operetur in nobis docet nos sapiens
Ecc. 1. d. Fili memorare novissima
tua et in eternum non peccabis. Glossa
Timore plurimo que sunt autem
novissima ista memoranda de-
clarat Bernardus exponens predicta verba
atque scriptura dicens O homo novissima
sunt mors iudicium et jehenna. Quid
enim horribilius morte quid crude-
lius iudicio. Tamen iehenna nichil
potest intollerabilius cogitare. Quid
metuit si quis ad ista non trepidat
non expavescit non timore concutitur.
Time ergo quod in morte separandus
es ab omnibus bonis quem corporis
et mundi. Time quod in terribili iudi-
cio es presentandus in cuius manus
horrendum est incidere. Illo equitate
cui nichil latet. Qui de se dicit
Jeremie 29. Ego sum testis et iudex.
Time quod in iehenna cruciatibus e-
ternis et innumeris exponendus
es. Qui hec tria cogitavit sicut
sunt timore cordi suo introducit
nisi sit durior adamante. Primo
ergo timor ille introductus sicut
dignius pulcher dicitur quia inficit
dicens in nobis operatur puritatem quod
statim ut intus venit expellit
omne peccatum quo expulso relinquitur
puritas. Unde Ecclesiastici primo
Timor domini expellit peccatum.

tiam qui sine timore est non potest
iustificari // Secundo expulso peccato
et plantata puritate timor operatur
bonitatem hec stimulat nos ut
bonum faciamus. Sic enim dicitur Eccli 12
Qui timet deum faciet bona et
iterum / qui timent dominum custodiunt
mandata eius. Et iterum qui timet
deum nihil negligit. Tertio timor
domini stimulat nos ut dei faciamus
per omnia voluntatem sicut Eccli 2
Qui timent deum inquirent que
beneplacita sunt illi. Item in psalmo
Beneplacitum est domino super timen-
tes eum. Et ideo de istis tribus effecti-
bus quos operatur in nobis pulchra
dicimus sanctum timorem / Res glo-
riosa ergo mater digna est inter
agnitionibus .i. habentium agnitionem
Est autem triplex agnitio summe no-
bis necessaria quam qui habuit
[illegible] affectum [illegible] pro-
mittit / Prima est ut agnoscamus
dei reuerentiam / secunda nostram insuf-
ficientiam / tertia nostris clementiam
De prima scilicet cognitionem de secunda
humilitatem de tertia spem siue fi-
ducialitatem. Que ualde necessarias
dicimus. Quia de omnibus tribus vir-
tutes nobis necessarie oriuntur. De prima
veritate consequimur. Primo dico quod ex
cognitione diuine reuerentie dilectio
consequitur. Quia quanto deum cogno-
scimus tanto necesse est ut deum
diligamus. Ipse enim tam ineffabilis
est bonitatis tam inexplicabilis dul-
cedo ut nemo posset eum odire sed
quanto cognoscitur tanto diligitur
sicut Ieremias 9 dicit dominus non glorietur
sapiens in sapientia sua nec fortis
in fortitudine sua nec diues in
diuitiis sed in hoc glorietur qui

gloriatur scire et nosse me. Quia
quia ut ait [illegible] nemo absque
cognitione dei saluabitur. Et sub-
iungit. Quid sit ignorans deum potest
necesse saluus nequaquam nec potest
amare quem nescit nec habere
quem non amauerit. Quia sicut
ex dei cognitione dilectionem deus
oriri sit ex dei ignorantia et
diuine desperationem. Quod sic de-
clarat [illegible] Aliquis recog-
nisse et displicens sibi in omni-
bus que fecit cogitans et re-
spiciens omnem vitam malam
Si ignorat quam bonus sit quam
suauis et mitis. Forte multorum
ignoscendo remanet sua crude-
lis cogitatio arguet eum et dicet
Quod facies et vita ista vix pre-
terita et futura peccata tua sunt ma-
xima nequaquam sufficies sati-
sfacere et sic desperatus recedit quia
ignorat quam facile est bonus
omnia ista dissoluet. Hec omnia
idcirco induximus ut ostenderemus
quod sicut ex dei agnitione sequi-
tur dilectio sic ex eius igno-
rantia sequitur desperatio // Secunda co-
gnitio de nobis ipsis est hec
quam quanto verius nosmetipsos
cognoscimus et quanto lucidius
interius ingredimur tanto
ampliori cognitione mala in-
uenimus de quibus necesse est
humiliamur. Sicut Boetius Quis est
tam felicitatis composite viuens
qui non in aliqua parte cum sui
status qualitate rixetur. Et hoc
est quod innuitur Ezech viij ubi
sepe repetitur. Et adhuc conuersus
videbis abominationes maiores
quia quanto verius consideratur

tanto plura mala nostra videmus nec aliquis tam sanctus qui ab hac lege excludatur. Dicit enim Bernardus Tu quicumque es etiam si sanctus es si te ad limine veritatis mentem in aliqua sine dissimulatione inspicias non dubito quin tu humilieris in oculis tuis. Sicut ergo ex cognitione dei dilectionis sic ex cognitione nostra humilitas generatur. Tertio ex cognitione virginis marie nimis clementie spes nobis oritur et fiducia ut qui nostre iusticie fiduciam non habemus nec propter dei reverentiam tamquam peccatores faciem levare audemus ad virginem confugientes de eius clementia speremus. Qui enim propter dei reverentiam et suorum bonorum insufficientiam non audet levare faciem cuius offensam diu erubescentes. Si nunquam tales ad matrem domini confugerent de eius clementia sperantes ipsos in gratiam reciperet et per magna beneficia eos deinde sic reconciliabit et hec est pulcra cognitio. Unde virgo maria beata dignatur esse mater. Certe beata virgo maria gloriosa dignatur esse mater sancte spei id est habendam sanctam spem. Unde ut dicit Scotus spes innuit alias spes inutiles non sanctas. Propterea quod sciendum quod sicut tria que spem nostram sanctificant de virgine gloriosa maria utique propter eam a peccatis cessemus spem nostram solum in ipsam et filium eius ordinemus per ipsam bonis quibus possimus gaudere mereamur. Primo dico ut a peccatis cessemus quia frustra sperat qui peccando tam provocat in quo sperat. Sapientie 7 Spes impii quasi lanugo que a vento dispergitur. Item Job xi Oculi impii defficiet et in effugium peribit ab eis et spes eorum abhominatio est. Dicitur Apud Johannis 3 Omnis qui spem habet in deo sanctificat se sicut ille sanctus est. Secundo spem nostram solum in matrem mariam virginem ordinemus nec de viris nec de alienis viribus presumentes nec maledictum Jeremie incurramus ubi dicitur Maledictus qui ponit carnem brachium suum. Tertio in virgine matrem mariam spem nostram ponamus ipsam in omnibus et per omnibus honorantes quia tunc fiducialiter speramus si spem nostram per exhibitionem operis comprobamus et hoc est quod ait psalmista Spera in domino et fac bonum et delectare in divitiis eius. Et hec est veraciter spes mea. Unde se virgo gloriosa maria asserit esse matrem que magnum affectum nobis merentibus impetrat apud filium eius benedictum amen.

Sermo quartus de nativitate marie virginis sequitur

Homo quidam descendebat ab ierusalem in iericho et incidit in latrones Luce 10. Dicitur in libro Sapientie 9 Difficile estimamus que in terris sunt et que in prospectu sunt invenimus cum labore. Que autem in celis sunt quomodo investigabimus aut quis investigabit. Quasi dicat Si difficile intelligimus aliquid de terrenis que sensibus subiacent quomodo possumus intelligere de celestibus et divinis. Hinc est quod iste archipredicator iesus christus quotiens loqui voluit de celestibus et divinis assumpsit corporalia loquens in parabolis per visibilium rerum similitudines per que capaces nos duxit in celestia et divina dicens Simile est regnum celorum decem

virginibus vel abscondito thezauro
in agro vel eciam sagene misse in mari
Quod exponens Bernardus dicit Regnum
celorum ideo hiis rebus simile dicitur
quatenus ex hiis que animus novit surgat
ad incognita que non novit ut per ea
que usu didicit discat intelligere que
nescit Ex hiis ergo omnibus instruc-
tus placuit verbum propositum adducere
ut per res corporales que hic ponuntur
nativitatem gloriose virginis marie
depingamus In quibus eciam tria in-
telligimus scilicet gloriose virginis marie
singularitatem descensionis quali-
tatem et magnam utilitatem Primum ibi
quidam homo Secundum ibi descendebat
ab iherusalem in iericho Tercium ibi et inci-
dit in latrones Hec per ordinem prose-
quentes Primo dicimus quod in hoc primo
membro intelligimus gloriose virginis
marie singularitatem Licet enim hoc
nomen homo secundum gramaticos sit nomen
appellativum appellans pro omnibus
per hoc tamen nomen quidam additum ei
ab hac generalitate restringitur ut non
accipiatur pro omnibus sicut prius sed pro uno
solo intelligitur Et licet adhuc inde-
finite unde dicit loyca quod propositio
indiffinita equipollet particulari Sic
tamen tria specialiter que virgo gloriosa maria
ab hominibus omnibus restringitur dividitur
et eciam separatur In quibus nec primam
visa est nec habere sequentem scilicet ex parte
graciarum plenitudine virtutum pul-
chritudine et meritorum multitudine
Tercia hec virgo et mater maria ita
singulariter habuit ut eam nemo umquam
habuit nec habebit Primo ergo dicamus
de graciarum plenitudine Tamen de ea
veraciter dicitur per angelum Quod plena
fuit graciarum dicens Ave gratia plena
Que verba cum ab angelo sunt
prolata oportuit esse vera quia verba
angeli non possunt cadere ab effectu Probabit
aut angelus mariam ante con-
ceptionem dixit esse gratia plena

Tamen in concepcione filii dei
in reliqua fuit gratia supplena
Fuit enim sibi plena aut supple-
De primo dicitur Ecclesiastici 24 In me
omnis gratia vie et veritatis in me
omnis spes vite et virtutis De secundo
dicit ibidem videte quia non soli
mihi laboravi sed omnibus exqui-
rentibus veritatem Et ideo etiam
subiungit ibidem Transite ad me omnes
qui concupiscitis me et a
generacionibus meis adimplemini
scilicet de suplenitudine eius omnes
accipiant De primo adhuc dicit
Ieronimus sermone de partu marie
non sed tota se infudit ple-
nitudo divinitatis De secundo dicit
Bernardus Maria sinum misericordie
sue aperit omnibus et de pleni-
tudine eius accipiat omnis capti-
vus redempcionem eger consolacionem
peccator veniam iustus graciam an-
gelus leticiam filius dei carnis sub-
stanciam tota trinitas gloriam
De primo adhuc dicit Bernardus de
assumpcione De te beata virgo maria ple-
nitudo gracie predicatur quia non de-
sunt tibi fidei puritatis [illegible] spei
[illegible] caritatis [illegible] constancie
[illegible] sobrietatis confessorum
castitatis virginum puritatis angelorum
De secundo idem Bernardus Maria
quia supplena gratia in concepcione
filii facta est facilius patitur nunc
ut ex ea liquor gracie effundatur
De utroque simul idem dicit Erat
maria ante concepcionem plena
gratia munita nisi quia dudum sibi
plena nobis fiet supplena
Si enim vasi ex toto iam pleno
aliquod corpus immittitur quanto
illud magnum est quod immittitur
tanto necesse est effluere de suppleto
Et quia in eam iam dudum ple-
nam deus eternus dei filius
in concepcione in uterum eius

innuitur ideo necesse est ut super affluat incrementum. Et sic patet quomodo beata virgo maria de plenitudine graciarum actualiter statum omnium hominum excedit et separatur et dividitur ab ceteris racione de omnibus nobis dicit apostolus ad ephe. 4. unicuique nostrum data est gracia secundum mensuram donationis xpisti Iam autem non unam sed omnes gracias possidebat. Secundo maria singularis homo dicitur propter virtutum plenitudinem quia omnes virtutes habebat sine impulsu contrarii et vicii acquirentur. Unde Eunucho vel qui sic est a natura frigidus non attribuitur virtus castitatis. Quia de contrario vicio non impugnatur Sed illis castitatis virtus attribuitur qui cum impugnantur resistunt vicio et sic plantant in corpore castitatem propter quod ad magnam laudem dicit deus sponse sue in Cant. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Quid per lilium nisi castitas. Quid per spinas nisi vicia impugnancia designantur sicut igitur rosa inter spinas sic et inter vicia castitas crescit. Unde philosophus Ethicorum 2 dicit. Quod virtus tenet medium viciorum et ideo inter virtutes quia iuxta eis vicia sunt conveniunt fecit Gloriose virginis marie dicitur pulchritudinem Hec quia numquam illa vicio fuit ~~impug~~ impugnate quia fomes peccati de quo vicia consurgunt radicitus in utero matris virginis fuit debilitatus ut posset materia trahere in peccatum ut potens posset non peccare. Sed in conceptione filii dei fuit extinctus et mortificatus fomes ut non posset peccare. Et ideo eius virtutes nulla vicia impugnabant ut de ea propter dicit possit illud Cant. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Et sic patet quomodo virgo maria singularis

fuit et diversa ab omnibus hominibus in virtutum pulchritudine. Tercio singularis fuit beata virgo maria propter multorum miraculorum multitudinem. Eo quod ipsa super omnes puras creaturas miracula cumulavit. Erant autem miracula eius nobilia. Nobilia quidem propter immediationem Magna propter duplicatam operationem. Multa propter continuationem. Primo dico quod miracula beate virginis marie erant nobilia propter immediationem. Racione opera misericordie que nos exhibemus pauperibus exhibet ipsa exhibuit immediate ad deum vel in deum ipsum. Racione in paupere qui sunt membra eius exhibebat ipsa eum deum lacte suo pavit et potavit hospitium sui hospitavit utero vestivit dans ei corpus tanquam vestimentum de carne sua vacante in eius tanquam in carcere visitavit et cetera opera misericordie in ipsum deum exhibebat. Secundo fuerunt eius miracula magna propter duplicatam operationem quia simul et semel ~~operationem~~ actionem et contemplationem simul exercebat. Racione in eo quod nutrivit ipsum necessitatibus corpori ministrando in hoc ipso intendebat in deum eius divinitatem sublimiter contemplando. Tercio eius miracula fuerunt multa propter continuationem. Quia sine omni cessatione aut erat in exercicii labore et proficiendi studio aut experiencie dulcedinis vel fruendi gaudio. Ex hiis ergo tribus scilicet ex graciarum plenitudine ex virtutum ~~plenitudine~~ pulchritudine et ex miraculorum multitudine beata virgo maria creatura homo nominatur. Sequitur 2m principale scilicet descendebat ab arbore in ierecho in quibus verbis nobis virginis marie descensionis qualitas designatur. Hec autem venit descendebat sicut motum tria nobis insinuat scilicet eminimum ago eminimum in quem sit ipsum motum descensionis. Et tria in membro

isto tangitur Iterum terminus a quo per
nomen iherusalem terminus ad quem per nomen
per nomen iericho signatur vel quo
ab uno loco vel termino transitur in aliud
per verbum descendebat importatur
Hec tria habent convenienter dicimus
quod beata virgo maria descendebat ab
iherusalem tempore quo ab eterno a trinitate
extitit preordinata ipsa testante proverbiorum
viii° Et in epistola eiusdem officii do-
minus possedit me ab initio viarum suarum
antequam quicquam faceret a principio ab
eterno ordinata sum et ex antiquis
nec dum erant abyssi et ego iam con-
cepta eram Ad hoc ergo terminum de-
scendebat tempore prefinito ut mater dei eli-
geretur descendit autem in iericho hoc est
in hunc mundum dicit enim beda Quod
iericho habet figuram mundi propter instabilitatem
cum luna que mutabilis est sicut mundus
Et hoc de duobus terminis scilicet a quo et
ad quem habent tacta sufficiant
Tertio autem scilicet modum sciam quod beata
virgo maria tribus gradibus descende-
bat scilicet per nativitatem mundissime pu-
ritatis per profundum devotissime
humilitatis per affectum dulcissime
benignitatis Primo dico descendit
in hunc mundum per nativitatem mundissime
puritatis Tamen cum prius nunquam sine
tanta in tanta mundicia et puritate
nata est et sanctitate sicut ipsa iam
in utero matris concepta sanctificata est
per singularem graciam que originali
peccatum subvenit et restrinxit fo-
mitem ut non possit eam impellere
ad peccandum ita ut potens non esset
non peccare nec venialiter nec mortaliter
quod nullo umquam puero homini est colla-
tum Licet enim iheremias et iohannes
baptista in utero essent sanctificati pecca-
verunt tamen peccato veniali ut fere-
runt Secundo descendit per profundissimam
humilitatem ita ut tempore latronis
facta sit omnibus hominibus coram deo humi-

lis appareret De qua omnes humilitate
in aliis omnibus sermonibus inveniens mul-
ta scripta Tertio descendit per affectum
misericordissime benignitatis tam
superaffluentis viscera pietatis ut
omnium hominum miserias faceret esse suas
Si enim paulus in infinitum minor tanta
nimia effluebat ut se omnium hominum mi-
seriis conformaret dicens ii ad corinthios xi
Quis infirmatur et ego non infirmor
Quis scandalizatur et ego non
uror Quanto magis ipsa gloriosa
virgo maria que ipsam misericordiam que
est novem mensibus gestabat in ute-
ro super omnem creaturam nimia effluebat
Et quam dicit Bernardus Sileat misericordiam
tuam o benedicta qui eam in suis ne-
cessitatibus non senserit invocatam
defuisse De qua tamen omnibus nimia in re-
bus quod statim sequitur diffusius dicetur
Sequitur enim tertium principale scilicet et re-
cedit in latrones hoc est quod sancti
sunt inter peccatores Quinque enim crude-
lis latro quam qui per mortifera peccata
non corpus sed eciam animam occidit
post commissa fuerint accusante
conscientia latitant in spelunca
latronum consurgente reatu ut non
audeat faciem levare ante deum
In illorum ergo manus incidit virgo
dei ut omnes peccatores singulari-
ter ad eam habentes confugiant
tanquam ad eorum auxiliatricem et de-
fensatricem adiutricem Quelibet
enim angelorum et hominum sit domina
et regina singulariter tamen est mater
et domina omnium peccatorum et hoc est ex
speciali commisso dilecti filii sui
Cui dicit ei illud iohannis 16 obsecro
fugientes et vagos ne perdas Sed
autem tribus causis quales gloriosa
virgo maria mater [illegible] te-
obligatur restringitur nostris peccatoribus

nicam et gratiam perditam requirere ut nullo
valeat cogitare a nobis misericordia
aufferri. Et si vellet iusto dei iudicio
convincitur oportet nobis gratiam dare.
Et hoc contingit sit scilicet propter gratie
inventionem. 2º maternam affectionem
3º filii sui recommendationem. Secundo
dico quod convincitur nobis gratiam
requirere 1º propter gratie inven-
tionem. Quam enim gratiam in lapsu
primorum parentum gratiam perdidit
Evam, angelo testante Maria
invenit. Sicut enim ait Luc. primo
invenisti enim gratiam apud do-
minum. Ista questio est tam in
iudicio ecclesiastico quam civili ut
qui rem alterius invenit ei restitu-
at cuius erat et sic per istam
similitudinem tangitur Maria nobis peccatoribus
qui gratiam perdidimus restituere
nobis velit. Racione cuius queritur
primo utrum quis teneatur rem in-
ventam vel ablatam restituere
cum fructibus. Respondemus secundum
Ray. Quilibet male fidei posses-
sor tenetur restituere rem cum
omnibus fructibus perceptis et
quos ipse dominus rei possessor
percepisset. Quia de restitucione
spoliatorum. Quamvis. ff. rei vendicatione si navis
et generaliter. Et intellige fructus qui
supersunt deductis expensis
que sunt gratia fructuum querendorum
congregandorum et conservandorum
que deducuntur tam a male fidei
quam a bone fidei possessore
ff. de peti. here. Item si a principio fuit
possessor aut bone fidei non tenetur
de fructibus quos percepit quam
diu fuit bone fidei possessor
si iam consumpti sunt. Sed de
existentibus tenetur. C. de rei

vendicatione. Et nota quod qui solvit
usuram rei furate fuit non sufficit
si restituat rem sed tenetur etiam
ad estimationem usus eius. Host.
vel. Eodem modo tenetur quis re-
stituere dampna si qua ipse dominus
rei propter eius absenciam passus
fuit. xiiij q. vi. Si quis declinat
de quo videtur in usura. c. i. et
Cum inceperit utrum usure possint
et c. xxvi. Cum inceperit sed nunquid
est usura. Et in usuris c. pe-
nultimo. Quid si in ipsa re furtiva
fecit aliquis expensas. Respondeo
secundum W. In foro iudicii expensas
fecit ad conservacionem rei scilicet et ex-
pensas fecit ut pascendo equum
sive ad oportunam melioracionem
scilicet curando animal morbosum vel
nutriendo porcum et huiusmodi deducere
potest eas. Ex quo satis facit aliter
integraliter dampnum passo. Idem vel
W. Quid si res rapta redditur
deteriorata. Respondeo secundum Ray-
mundum liberatur ut de deposito dictum
est. Quid si res perijt rapta.
Respondeo secundum Raymundum. Quocumque
casu perierit raptor tenetur ad re-
stituendum quia fuit in mora re-
stituendi et tenetur prestare estimacionem
eius secundum illud tempus in quo plus
valuit. Quid si non fuit in mora
ut quia abstulit rem domino tempore
debito et dominus neglexit accipere
non tenetur de casu. ff. de condi. fur-
tive. Et que de raptore dicta sunt
intellige etiam de quocumque fure quis.
Si plures fuerint raptores. Respondeo
secundum Raymundum. Si vadunt simul quasi
ut unius exercitus quilibet tenetur in so-
lidum. Item quilibet iuvat alios et
facit eos forciores. Et hoc est

de homicidio Vicesimo digno et dico in .x. Quando unus sine alio non fecisset alias quilibet tenetur pro dampno quod intulit Si vero non incurrit simul sed quilibet per se stat dampnum quilibet tenetur pro eo quod intulit Si quis currit cum com[m]odo plus valuit et non restituit sed quando minus valuit Respondeo in articulo xiiii° Item satis facit nisi lucrum temporis in quo plus apponat Qualiter restituet qui impedivit aliquem a consecutione alicuius beneficii Respondeo secundum Tho. 2.2e q. lxii. aut impedivit eum iuste ut si ~~impon~~ intendens honorem dei vel utilitatem ecclesie procuravit quod daretur alicui digniori tunc nullo modo tenetur aut impedit iniuste puta si intendat eius nocumentum propter odium vel vindictam vel huiusmodi tenetur quidem ad aliquam recompensationem pensatis condicionibus personarum et negocii non tamen tenetur ad equale quia ille nondum fuerat adeptus et poterat multipliciter impediri Si vero impedivit ne detur postquam eque determinatum est quod detur privatis indebite revocari tenetur ad restitutionem equalem secundum suam facultatem et idem iudicium de eo qui impedit aliquem a consecutione cuiuscumque muneris quod honeste reciperet Concordat pe. Qualiter satis fiet pro hiis que restitui non possunt ut mutulatio membri stuprum et similia Respondeo secundum .x. In hiis in quibus dampnum neque in se neque in equivalenti restitui potest satis fiet per recompensationem faciendam arbitrio boni viri Idem Tho. 2.2e q. lxii. et in .4. dis. 15 Qualiter restituet qui semina alicuius agri offodiat vel qui dampnificavit aliquem eo quod suo tempore non seminavit Respondeo in .vi. Primo non tenetur ad restituendum totale dampnum quia diversum est qualiter fructus agri posset vel an mercator dampnum vel lucrum in mercatione habuisset sed restituet tantum quantum fructus agri in illo dubio vendi potuisset vel quantum mercator in illo dubio lucrum vendidisset Concordat ar. 2.2e q. 62. Utrum quis teneatur restituere quod illicite acquisivit Respondeo in Tho. 2.2e q. 62. Circa illicita dationem vel acceptionem distinguendum est Aliquando enim ipsa datio illicita est et contra legem sicut patet in eo qui simoniace aliquid dedit et talis tenetur amittere quod dedit unde non debet ei restitutio fieri et quia etiam ille qui legem accepit non debet sibi retinere sed debet in pios usus ... Aliquando aliquis illicite dat quia scilicet rem illicitam dat licet ipsa datio non sit illicita Sicut cum quis dat meretrici propter fornicationem Unde mulier potest retinere sibi quod ei datum est et si superflue aliquid per fraudem vel dolum extorsisset tenetur aliquid restituere Quid de illis qui ponunt se in manus creditorum sed tamen non intendunt restituere immo sperant quod pro modico vel pro nichilo quietabuntur alias non ponerent se Respondeo secundum fratrem Egidium ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini In tractatu suo Tales quando a peccato rapine non sunt absoluti sed peccatum per penitentiam et confessionem dimittatur Sed utrum sunt absoluti a debito restituendi distinguendum quia si creditor sponte vel voluntarie dimisit non tenetur amplius restituere Secus si deceptus vel coactus vel si putavit se minus

ex magna misericordia [illegible] materne sue peccatoribus advenit

aliquid hic opera omnia intelligere
et restitutam invenire rei. Si po-
tes ad aptam aliquibus in maie-
stationem gratiam ascendas. Secundo
cogitet peccatoribus misereri ex materno
affectu. Sciam ex eo quod cuius filius
dignatus dici esse meus fiat in nota
illud psalmi Narrabo fratribus
meis nomen tuum. Ex hac consi-
deratione nostra cogitet esse mater scien-
dum quod omnis mater filios suos amat
sicut ille christus secundum divinitatem
naturalis est filius dei et omnes electi
filii adoptivi. Sic a simili christus
ille secundum humanitatem naturalis est
filius virginis marie et nos eius fi-
lii ex materna affectione sunt de quibus in
Matheo dicitur peperit filium suum
primogenitum. Qui primogenitus filiorum
eius iusto ordine dicitur respectu
eius qui post illud filii eius sunt.
Ex hac ergo materna affectione cogitet
hic circumspecte quid sciam quod omnis
mater aliquando voluerit et experitur
certa [illegible] venenosam et mor-
tiferam [illegible]. Et diligit in-
mo cogitet diligere fetum suum. Secundo
si tam fortis est natura ut omnis
creatura ex virtute materna cogitet
velle bonum filiis suis multomagis
divinus affectus in matre dei cogitet
ipsam nos amare quia filius dei
qui in mundo venit in utero eius
primo qui est et dicitur ipsa mundi facit
et facit eius viscera intima de
mundo redolere sunt. Ambrosius. Qui
pomum in manu habuit per dimidiam
diem per reliquam partem diei
manus redolet odorem. Sic a simili
quod mundi que est deus in eius
visceribus novem mensibus requievit
primo eius viscera odorat miam

intimo. Tertio cogitet nos misereri
ex filii recommendatione. Sed hoc
elegit deus filius marie tempus
et locum aptissimum quo nobis reco-
mmendaret matrem hoc tempus ad lo-
cum passionis in quo dixit mulier
ecce filius tuus ut exemplo eo
et tempore ipsam recommendatione
eius profundius inculcaret. Sciam nove-
rimus qui contra interpretatur omnes
quo ad deum per gratiam intelligimus
quos in illo tempore et loco matri comme-
ndari voluit ut eius ira iusto dei
iudicio extenderetur ad puniendum
et dampnandum peccatores ipsa memor
loci et temporis et passionis pro nobis
affectuosius intercederet. Sacri in
illa recommendatione filius ei di-
cere illud. Nostros Absconde fugientes
et vagos ne prodas. Sacri dicat videte
mater oculis cordis et corporis quid
quanta qualia pro peccatoribus patior
et eos tibi habeas recommendatos
quia licet magna multa valde sit
miseria mater domini super peccatores ma-
ior tamen est mundi filii ut pote qui
est ipsa mundi. Ipsius in manus oportebat
in infinitum affectus sui cupiens
nos salvari quam dampnari. Et ideo
matrem sue passioni interesse vo-
luit ut per suam intercessionem eius
non est probabile aliquid denegari
[illegible] habeat misericordie. Sic enim
dicitur .3. Regum .2. Positus est thronus
matri regis que sedet ad dexteram
et cum dixit ei rex pete mater
mea neque enim probabile est ut avertam
faciem tuam. Ex predictis ergo liquet
sed contra inventione materna dilectione
filii recommendatione cogitet nobis
peccatoribus misereri et gratiam conferre
[illegible] tamen sane si per primas et [illegible]
nam [illegible] indulgentias ut per istam

iam sunt in gratia constituti ne-
mini eum filius pendens in cruce
recommendavit matri nisi [illegible]
insinuans per hoc ut eos peccatores
qui preterita malicia in peccatis perseverant
matri ullatenus intendit recommendare
sed solum eos qui mutata voluntate
per penitentiam et confessionem iam in gratia
sunt recepti protegit et defendit et
maternus eius affectus ut ab ira iudicis
domini in tempore malo defendantur
expandit super illos. Vere est bonum
hominem esse solum faciamus ei ad-
iutorium simile sibi Gen. 2. Unde
deus pater sicut inito dicitur vere est bo-
num angelos esse solos faciamus eis
adiutorium ut eorum ruina restauretur.
Ipsa est regina Saba que cum multa
copia divitiarum venit. Unde hodie
fuit fabricata domus in qua habitat
nunc angelice reparationis patribus in
limbo ut eripiantur. Ita est Judith
Hec occidit Olofernem et populum
domini liberavit. Hodie nata est illa
que portavit pugilem liberationis
populorum dei iustus ut eis gratia augeatur.
Ipsa est vidua cuius vasa repleta sunt
oleo peccatoribus ut cominantur. Ipsa est
Hester que rogat pro populo suo. Hodie
fabricata fuit archa in qua reposita
fuit precium humane redemptionis ad
reparationem templi i. mundi. Hec est
ista que ascendit sicut aurora consur-
gens vero est castre militantis a-
mirantibus hec virginis marie nati-
vitatem. Dicitur autem aurora in sua na-
tivitate quia tenebrarum expulsiva
Gen. Dimitte me quia aurora est.
Item quod dicitur hec clara pro generis
nobilitatem. Unde canit ecclesia Na-
tivitas gloriose virginis marie ex
semine Abrahe orta de stirpe David.
Unde oritur stella ex Jacob. Item quod
dicitur maria frigida ex fomitis

repressione. Unde Luce primo Virtus
altissimi obumbrabit tibi. Item
quod dicitur gratia rorida ex gratie
plenitudine quia dicitur plena be-
nedictionibus terrifica sicut quando re-
trat regina malefactores timent.
Et sequitur Dulcis tota iocunda de-
contentu [illegible] unde canit eccle-
Nativitas tua dei genitrix vir-
gaudium annunciavit universo mun-
do. Ex te enim ortus est sol iusticie
Christus deus noster. Dicitur benedic-
ta in mulieribus que infinitis
predicata tamen fructus in flo-
benedictus fructus ventris tui. Et o-
videndum solem iustitie. Ortum
habuit beata virgo de Abraham
qui fuit fidelissimus quia cre-
didit deo et reputatum est ei ad
iusticiam. Et Juda quia fuit for-
tissimus Gen. Catulus leonis Juda
de David qui fuit humilimus pre
humilitas suum usque quam sed quia
nunc debet procedere qui habe-
ret virtutes super omnes mortales legi-
habuisse. Domus quam edificavit
hec est beata virgo maria quam ve-
Salomon scilicet dei filius edifica-
vit. Sapientia edificavit sibi
domum, domum lucis nove et re-
virginitatis. Ipsa enim primo obtulit
deo suam virginitatem. Et ideo
appellatur virgo virginum. Dicitur Hec
lucida in ratione sancte conversationis
unde canit ecclesia Cuius vita in-
clita cunctas illustrat ecclesias. D-
maria latam propter habundanciam
pietatis. Job. Quia ab infantia cre-
vit mecum miseratio. Et ideo in eccle-
siastico dicit Transite ad me omnes qui
concupiscitis me et a generationibus
meis adimplemini. Et gratia

plena alta ratione puritatis
et contemplationis de domina-
tione columpnatam ratione domo-
rum sanctis scilicet in ea habitantibus Et so-
lidit in ea columpnas septem
dicens benedicta tu in mulieribus
solidam ratione fecunditatis dicens
benedictus fructus ventris tui Cuius
nobis prestare dignetur marie fi-
lius amen / Sequitur marie

Sermo quintus de nativitate

Ab initio et ante secula
creata sum Eccli 24 In hoc
verbo nunc beate marie dignitas
tangitur In hoc quod ante secula
et ab initio creata dicitur ante
non dicitur quod importat ordinem
temporis sed dignitatem / Dicitur autem
aliquid precedere ad aliud quadru-
pliciter aliquid eternitate ut deus
omnia Origine ut sonus cantum
tempore ut flos fructum Electione
ut fructus florem Ipsa igitur ante
secula creata fuit quia dignitate
sua omnia in seculo creata pre-
cessit unde dicitur vel a predicti the-
matis non quiniantur se unius ki-
gelia in singulari creatione dicitur
Tunc precepit et dixit michi cre-
ator omnium Nec est inquit virgo in qua
deus suam potentiam declaravit
ut dicit Bernardus Si autem domine
fecisti ymaginem bonitatis tue
in ea velud artifex ostendens
magisterium pietatis tue Contingit
autem loqui de beata virgine maria
secundum triplicem statum scilicet ante
partum in partu post partum
In primo statu habet dignitatem
mutabilem In secundo mirabilem
In tertio participabilem ut patet
hoc Et iste status tripliciter tangitur
in hoc verbo Ab initio et ante
secularia / Et quintus ad omnes
istos status ante secula creata
fuit Prima vero creata in seculo
decessit Sed nota quod aliquando creare est
de nichilo aliquid facere et sic paucis
convenit Sed sic sumitur creare pro facere
convenit tunc eam legimus in seculo
creata scilicet nubem fumum ignem ero
dicitur ysaie 4 Creavit deus super
omnem montem syon seu super omnem
locum montis syon ubi invocatus
est nubem per diem et fumum et
splendorem ignis et flammas in
nocte Item aquilonem et mare psalmista
aquilonem et mare tu creasti Item
celum et terram Gen 1o In principio creavit
creavit celum et terram Item angelicam
sive intelligentiam unde in libro
Sapie 1o Omnium creata est sapientia
et intellectus prudentia ab evo hoc
exponitur in 1o libro sententiarum de an-
gelica natura Item homo Eccli xvii
deus de terra creavit hominem Item
cetos grandia Gen 1o dicitur creavit
deus cete grandia Item medicinam
Eccli 38 altissimus creavit medicinam
de terra Item vinum vinum in iocunditate
creatum est non in ebrietate Primum
beata virgo maria quantum ad statum ante
partum ante secula creata est quia que
in seculo creatis preeminet scilicet aquiloni
nubi fumo et igni Excellit est a-
quilo in quo preeminet frigiditas
nubes in quo preeminet levitas
fumus in quo gravitas Ignis in
quo caliditas Sed autem hec beata
virgo creata est quia istarum
preeminentiam excellit Est enim aqui-
lone frigidior per castitatem / Nu-
be levior per paupertatem / fumo
gratior per humilitatem Igne calidi-
or per caritatem / Primo dico quod
frigidior est aquilone per castitatem
Licet enim aquilo frigidissimus sit ventus

ut dicitur Eccli 43 Frigidus ventus
aquilo flavit et gelu cristallis ab
aqua tam in aquilone aliquibus propter
caliditatis potest esse per accidens unde
Jeremie 1° Quid tu vides Jeremia ollam
succensam ego video et faciem eius
a facie aquilonis Sed est hec aqua
frigidior que calorem fomitis et
ignem concupiscencie abradam
actualiter non sensit fomes qui ce-
teris inflammare consuevit in ea a
deo tam frigidus et debilis extitit
etiam ante filii conceptum quod numquam
cum circa usque ad primum motum quid
venialis peccati esset ut prius creditur
calefecit Augustinus de beata virgine maria
propter honorem domini nullam tu de-
peccatis agere hic volo mencionem
Item nube levior per paupertatem
hec est nubes de qua Ysaie xix ascen-
dent dominus super nubem levem
et ingredietur egyptum i. terris per
virginem in mundum Et ecclesiastici
24 Et thronus meus in columpna
nubis hoc signatur 3 Reg. xviii°
ubi vidit puer helye nubem par-
vam quasi vestigium hominis de mari
ascendere hec est beata virgo maria
que de mari huius seculi levitate
paupertatis in altum ascendit Item fu-
mo gracilior per humilitatem hec est
enim de qua dicitur Cant 3 Que est
ista que ascendit per desertum sicut virgula fu-
mi Fumus quanto magis elevatur
tanto magis subtiliatur et gracilior
efficitur Sic beata virgo maria crescens
in honore dignitatis crevit in
gracilitate humilitatis Sic non facit
mala condicio humanitatis que ad-
epta honoribus prius habitam humili-
tatem relinquit ut Saul 1 Reg
xv Nonne cum parvulus esses etc.

Item igne calidior per caritatem
Sicut enim ignis in summo calidus
est ita ipsa in calore dei summe
inardescebat unde [illegible] Augus-
tinus amor sed sunt in ea gradus
sponsa vel in summo stat hec e-
sponsa de qua Cant v Aperi
michi columba mea sponsa mea
speciosa mea quia caput meum
plenum est rore ymmo hec igne ca-
lidior quia eius caliditas non
potuit extingui amando Cant viii
Aque multe non potuerunt extinguere
caritatem Cum ignis possit ex-
tingui huius status virginis in-
mobilis quia in his tribus statibus ipsam
imitari debemus licet ad perfectionem
ipsius attingere non possimus Secun-
da dignitatis per statu suo parti-
que notatur ibi Et usque ad futurum
seculum non desinam per quos ab
illis discernitur qui dicunt Sapie v
Et nos nati continuo desinimus
esse et virtutis nullum signum valemus
ostendere huius status dignitatis per-
petualis est quia secundum illud non
speciosa est Et quantum ad hec 4
secula creata dicitur Prima quatuor
creatis in seculo supponitur i. celi
mare medicine et vino creati
est celestis vel celestis in quo pre-
eminet ipsa magnitudine [illegible]
in quo plenitudine ut dicitur D[illegible]
Commoveatur mare et plenitudo
eius medicina in qua utilitas
et fortitudo vinum in quo dul-
cedo Sed ante hec omnia creata virgo
maria creata est Prima celo gran-
dior demonibus quos terruit mari
plenior indigentibus quos re-
plevit medicina utilior peccatoribus
quos curavit In prima celo grandior

quiret magnitudine sua plus t[er]-
ret et camp[us] init demones q[ui]
tus sua grandi[t]ate terreat as-
picientes vel q[ue] p[ri]mat beluas
et pisces maris Quod signa[tu]r
Ysa[ie] xxvii° ubi dicitur de Leviathan
dyaboli signate Contritura
sup[er] lectum regis regine welu
tre no[n] sustinens / Hec est illa
de cuius magnitudine et terribilitate
dicitur Cant[icorum] vi Terribilis ut castrorum
acies ordinata Item mari ple-
nior indigentibus quos replet
Dicitur enim de mari Ecc[lesiastes] i° Omnia
flumina intrant mare / et mare no[n]
redundat / Hec ergo mari ple-
nior plenitudine gratie aqua
redundat fluvio gratiarum
in omnes eam invocantes / Hec
est enim de qua dicitur q[uod] est fons
ortorum puteus aquarum viventium
Item medicina utilior q[uam] hec q[ue]
cum medicina multiplicat de qua
Ecc[lesiastici] xx ubi no[n] est mulier ingemi-
scit eger quasi diceret ubi no[n]
est adiutorium beate virginis ma-
gna est miseria peccatoris / Hec est
que eruit Theophilum desperatum
et multos alios Cristo cum pec-
catoribus irascenti et iure iusti-
tiam ipsa quasi opponens se per
minas dicenti Cristo Ego occidam
ego percutiam Respondet Maria
et ego sanabo Item vino dulcior
contemplatoribus quos delectat /
Hec est de qua dicitur Cant[icorum] vii
Statura tua assimilata est palme
et ubera tua botris Et si vinum
appetitur propter dulcedinem secundum prophetam
ne hec que dulcissima est multo
plus appetenda est Ecc[lesiastici] xxiiii
Spiritus meus super mel dulcis
qui edunt me adhuc esurient

Sequitur Et in exaltatione sancta coram
ipso ministravi etc. Ubi tangitur mirabilis
exaltatio virginis Marie dignitatis et potesta-
tis circa primum eius status et si varie
et tempore processit statu que modo po-
ssumus tamen propter sui admirabilem sup[er]-
eminentiam tertio loco et ultimo
tanquam supereminens ponitur / Creata
sunt namque status verissime ante se-
cula creata est Quod a quatuor nobili-
ssimis in seculo creatis preeminet
scilicet celo terra angelo homine Creatum
est enim celum in quo preeminet subli-
mitas Ecc[lesiastici] Altitudinem celi quis
dimetiabitur Creata est terra in qua
preeminat fertilitas Gen[esis] i° Germinat
terra herbam virentem Creata est
intelligentia sive angeli in quo p[re]-
eminat dignitas vel nobilitas mi-
sterii presentis Benedicite dominum omnes
angeli eius potentes virtute qui
facitis verbum eius Creatus est homo
in quo preeminet potestas dominii Gen[esis]
primo Faciamus hominem ad ymagi-
nem et similitudinem nostram ut
presit piscibus maris et volatilibus
celi et omnibus animantibus terre Sed
partus eius virginis Marie gloriose
his longe preeminet Est enim celo
sublimior filium concipiendo terra
fertilior pariendo angelo dignior
ministrando / homine potentior im-
perando Celo namque sublimior con-
cipiendo unde canit ecclesia Sancta
et immaculata virginitas quibus te
laudibus referam nescio / quia quem
celi capere non poterant tuo gremio
contulisti Item terra fertilior pari-
endo dicitur enim de terra Gen[esis] primo
Germinet terra etc. Ysa[ie] xlv Aperi-
atur terra et germinet salvatorem /
Et propheta veritas de terra orta /

Et vtique dominus dabit benignitatem
et terra nostra dabit fructum suum Item
angelis nobilior filio ministrando dicitur
enim de angelis danielis vii capitulo
milia ministrabant ei Angeli quoque
domino ministrant nos obsequendo
et voluntati diuine certa nos similiter
Sed hec gloriosissima ad litteram domino
ministrauit que ipsum propriis vberibus
lactauit luce xi Beatus venter qui
te portauit et vbera que suxisti
Sed tunc ministerii dignitatem numquam
aliquis angelorum ascendit Item
homini potencior filio imperando
dictum est de hominis potestate Genesis 1o
Hec hodie potencior quia non creatu-
re mortalibus sed creatori suo im-
perauit Quia ipsa non solum in infan-
cia sed eciam in duodecimo anno tam-
quam mater filius obediuit luce 2
fili quid fecisti nobis sic et Sicut
ibi habetur Quod erat subiectus
illis ymo eciam Ioseph et marie
Tu ergo virgo maria pro nobis [illegible]
Tercia de natiuitate beate marie
virginis Quia hodie est sol in vir-
gine in vicesimo tercio gradu in
quo sicut in aliis signis per certa
dies moratur Et habet hanc proprieta-
tem quod nati sub ea habent faciem pul-
chritudinis personas mediocres hone-
state moribus religiosam vitam bonam
[illegible] pauca loquuntur Sed sunt
tectis in quadam contemplacione steriles lib-
eris. deinde procedit sol ad libram
que tunc equinoctium facit que
librat diem et noctem Hodie igitur
sol iusticie scilicet deus processit in virgi-
ne quia eam in eius natiuitate
sanctificauit parentes eius ste-
riles fecundauit animam eius ab
omni labe mundauit seu preseruauit

sibi eam in matrem preparauit de cuius
carne susceptus cum ipsa in vte-
ro [illegible] mensibus permansit que
nunc nobis in salutem deposcat
maria mater gracie Amen

Sequitur sermo de sancta anna
siue eciam de virgine maria

Plantauerat autem dominus pa-
radisum voluptatis a principio
in quo posuit hominem quem
formauerat Genesis Paradisus iste
deliciosus nimis potest sanctam an-
nam vel virginis matrem siue ipsam
virginem significare Prima ra-
cio dicit damascenus in libro iii capi-
tulo 27 Quod paradisus corpora-
lis est locus diuine dei manu
plantatus gaudii et exultacionis
vniuerse [illegible] In oriente
omni terra altior positus temperato
et tenuissimo aere circumdatus semper
floridis comatus seu stipatus
bono odore plenus siue repletus
Et animis sensibilibus pulchritudinis
intelligencia super excedens Et
secundum strabum paradisus corporalis
est locus a terrenis tumultibus se-
gregatus ab humanis periculis elon-
gatus omnium deliciarum spiritualium re-
dundantissimus et vndique securi
custodia terminatus et tactu
nostrarum [illegible] videtur paradisus
multa significari Tunc anima
contemplatiua et eciam tollerans commendant
sectam animam gementem virginis
marie prima cum paradisus sig-
nificat beatam siue deuotam sum
conscienciam bonam Et de hoc satis
habetur a beato augustino super Genesim xiio
libro c. 2. Idem de ciuitate
dei libro 12. c. xxiiio. Et de
[illegible] paradisum [illegible]

vitam beatorum quorum quatuor
cives flama quatuor virtutes car-
dinales ligna eius omnes utiles
et significant omnes utiles disciplinas
lignorum fructus omnes mores
piorum lignum vite ipse beator
omnium nutrix sapiencia moraliza
tum ad commendacionem anime sancti-
ssime matris nostre concludendo
dicitur illud Sapiencie iiii^o Gratia
dei sicut paradisus in benediccionibus
Secundo paradisus militantem ecclesiam
signat Secundum augustinum super genesim
ad literam de quo Canticorum 4 Emis-
siones tue paradisus malorum
punicorum Et est concordancia
augustini 13 de civitate dei c. ii
ubi ait accipiamus paradisum ecclesiam
Flor eius flama flor ewangelia
ligna fructifera sanctos fructus
autem eorum opera // lignum vite
christum sanctum sanctorum lignum sciencie
boni et mali proprium voluntatis
arbitrium moraliza ut prius ad
beatam annam et filiam eius /
Tercio paradisus triumphantem
ecclesiam significat secundum augustinum ubi
supra de quo Apocalipsis 2 Vincenti
dabo de ligno vite / quod est
in paradiso dei mei lignum vite
in medio paradisi est christus vita
nostra in medio beatorum secundum augustinum
super genesim ad literam libro viii^o
c. 3. De isto paradiso ait ambrosius
in libro de bono mortis primo
ubi est paradisus iocunditatis
ubi nulle nubes nulle tempe-
states nulla ventorum procella
neque tenebra neque vespera neque
estas neque yemps vices varia-
bunt temporum non frigus non grando
non pluvie non solis ignis erit

estus seu usus aut lune aut
stellarum splendor sed sola dei ful-
gebit claritas / deus enim erit lux
eorum / Quarto accipitur paradisus pro
omni loco ameno paradisus delectabilis
secundum augustinum ubi supra unde Genesis 13
dicitur vidit omnem terram iordanis re-
gionem que universa irrigabatur sicut
paradisus Quinto accipitur paradisus
pro loco empirei celi Et sic accipitur
Ezechielis 28 ubi dicitur ad luciferum
In paradisi deliciis fuisti Sed de
illo non cecidit sed in delicias meli-
oris huic fuit recepta consolatorie
intime et ibi nunc est ineffabili
delicia et iocunditate Sexto pa-
radisus significat visionem dei et sic
accipitur Luce 23 ubi dominus ait
ad latronem // hodie mecum eris
in paradiso / et sic etiam accipitur
ubi paulus se dicit raptum in
paradisum et audivit ibi archana
verba / Sic dicere possumus quod beata
anna sepe ad archana conplexiva
filie sue virginis marie prospiciens
rapta sit et deducta ubi pariter
colloquentes vel dulciter de misericordia
divinis et specialiter de ~~salutacione~~ sa-
lute et redempcione que per
conplexivum virginis deus nobis preordi-
navit dilata sunt plane de operi-
bus christi que per istas duas
magistras sunt bene et optime
sepe deducta // Septimo accipitur
paradisus pro fecunditate cuiuslibet pre
quod in persona sapiencie celestis ge-
nite dicitur Ecclesiastici 24 Ego sicut
aque deductus exivi de paradiso
iste paradisus secundum augustinum dicitur
paradisus paradisorum et omnium

ad presentacionem eternam quia deus
specialiter viri sue describit pt no
in mito Ecclesiastici anna autem secte
computari eam de singulis obiectis
dicemus ad laudem virginis ma-
rie et matris sue sancte anne licet
alio modo vbi nondum quando aliqua
sunt simul vnita vnum non potest tangi
sine moueri nisi tangatur vel moueatur
reliquum ita per simile tam mater
et filia sunt simul vnite / et plus
quam Saul cum Jonatha secundo
~~de ambabus~~ de ambabus simul
dicit verbum thematis assumptum /
plantauerat deus paradisum volup-
tatis a principio Genesis 2 Primo ergo
paradisus est locus deliciosissimus
nullus enim locus in mundo sic esset
ita deliciosus et plenus delicijs
sicut paradisus quare locus volup-
tatis dictus est ut audistis audistis
sic dico ~~ma~~ mater et mater sancta
anna fuit locus deliciarum quia
vterus eius conseruatorium virginis
gloriose marie filie eius fuit
vnde non in mito ecclesia tam trium-
phans quam militans admirando
in eam clamat illud Canticorum Que
est ista que ascendit delicijs af-
fluens innixa super dilectum suum
ymmo etiam super dilectam filiam eius
vnde figuraliter illud ... Re(gum)
ipsa fuit archa illa intus aurea
que in se vrnam auream por-
tauit que vrna continebat manna
Mariam et post vltimo multe filie
congregauerunt diuicias tu sola
super egressa es vniuersas quia
multa fuerunt in ea genera deliciarum
congregata et dei filius ipse et
filius filie eius dicit delicie mee
sunt cum filijs hominum / Secundo dico

quod paradisus est locus altissimus
pertingit vsque ad lunarem globum
vt dicit Strabus vnde tam aqua
dilunij super omnes montes .xv.
cubitos extendens ad paradisum
non pertingebat Et de hoc 2
sententiarum .d. .17. dicitur Sic beata an-
na et filia sua dilectissima
sui status dignitate et altitudine
omnes montes precellit vnde non in
mito dicit verbum Salomonis et filie
Ego mater pulchre dilectionis et
timoris agnitionis et spei sancte spi-
ritus Johannes euangelista multum
extollitur ex eo quod sibi a christo
gloriosa virgo ad custodiendum
tamquam filio adoptato committitur
multo magis precellit dignitate
maternalis que eandem virginem
lactauit generauit et custodiuit
vnde est in mito arbor Danielis
In medio terre posita cuius proceri-
tas vsque ad celum et aspectus
vsque ad terminos terre et esca v-
niuersorum in ea / Tercio dico quod
paradisus est locus fecundissimus
arboribus enim paradisi singulis
mensibus ratione maxime fe-
cunditatis eius fructus afferunt
Sic beatissima anna multos fruc-
tus attulit et specialiter vnum precio-
sum mariam matrem ihesu christi vel
attendendum quod anna tres viros
habuisse dicitur scilicet Joachim ex quo
concepit et peperit mariam
matrem christi que Joseph fuit
nupta Secundum habuit Cleopham
ex quo concepit et peperit filiam
quam etiam vocauit mariam
que alpheo fuit nupta et ex qua
quatuor filios genuit Jacobum
minorem Joseph iustum qui

et barsabas Symeonem et iu-
dam sive thadeum. Tercio accepit
mortuo secundo ex quo concepit
et peperit filiam quam etiam mariam
nominavit qui vir Salomee vo-
cabatur et filiam zebedeo coniugio
sociavit que concepit et peperit
Jacobum maiorem et Johannem
ewangelistam. Et sic patet quomodo
fructuosa et fertilis fuit beata
Anna quia de fructu utilitate totus
mundus immo tota curia celi
pascitur reficitur et saginatur. Et de
fructu de eo beatam me dicent omnes
generationes Luce 1o. Et psalmo: Do-
minus dabit benignitatem et terra
nostra dabit fructum suum. // Quarto
dico quod paradisus est locus tutissimus
quia angelice custodie deputatus
sicut patet in Gen. in 2o similiter
Collocavit ante deus ante paradisum
cherub et gladium flammeum
atque versatilem ad custodiendam
viam ligni vite. Sic beata Anna
postquam concepit duas virgines
maria fuit semper ab angelis
protectione custodita. Sicut enim aliquis
rex terre thezaurum suum ali-
cui arche committit ipsamque archam
valde diligenter custodire permittit
sic deus thezaurus celi et iocunditatis
omni angelorum ipsa fuit quia an-
geli ipsam custodiebant. Psalmo:
Angelis suis mandavit de te
ut custodiant te in omnibus
viis tuis. Et sic angelus domini
arcebat demones id est strangulatas
demonum suggestiones et cogi-
tationes quod sic potuit custodire
a peccatis mortalibus et resistere
venialibus ut pie creditur postquam
mariam concepit

mortaliter non peccavit. Quinto dico
quod paradisus est locus gaudiosus
dicit Strabus quod paradisus est gau-
dio decoratus quod nullo tedio vel
contrario perturbatur. Sic dico de beata
Anna quod magno gaudio fuit reple-
ta ex consolatione angelica. Sicut etiam
quo gaudio potuit quando maria virgo
filia eius ei nunciavit quod deum conce-
pit et sic de singulis gaudiis ma-
tris ei applicata et multo beatior facta sic
de illis in celo sunt in terris que
concepit et peperit filia eius. Unde
bene dicunt ambo mater et filia Reple-
tum est gaudio os nostrum et lingua
nostra exultatione. // Sexto dico quod
paradisus est locus longevissimus
quia arbores paradisi non marce-
scunt nec putrescunt quia ibi
est lignum vite. Produxit terra id est
beata Anna herbam virentem et
facientem fructum id est mariam omni
virtute florentem. Si vis scire
de natura ligni vite, vide in 2o
libro sententiarum dis. 12. // Septimo
paradisus est locus utilissimus. Est
enim [?] irriguus a quo quatuor
flumina fluentia quasi totum mundum
fructificant. Unde quicquid vere
dulcedinis ad omnium nostrum
devenit ex fluminibus paradisi dicitur
originaliter et procedit. Sic beata An-
na ex fonte in ipsa genite et de-
corata ideo ad ipsam dicere possumus
Apud te est fons vite. Ex isto
fonte dulcissimo et purissimo id est
ex corde virginis marie procedunt
quatuor flumina. Primum flumen est
gratie inveniende. Unde Gabriel
[?] te [?] ad filiam tuam o bene-
dicta maria invenisti gratiam

genitricis uite nostre saluatoris accessum
Sedes fluminis est maria obtencio
unde psalmus Suscepimus deus misericordiam
tuam in medio templi // Tercius est
fluuius a fraude demonum defensio
pietati tu dominaris dicit psalmus et Bernardus
hinc bellatrix maria egregia dicitur
quia ante faciem tuam militia spiritualium
nequiciarum in fugam versa // Quartus
fluuius est amarum marie in morte
susceptio anshelmus Quomodo digne
referam genitrici domini mei ipsius
cristi per cuius partum de morte eterna
sumus exempti // Isti sunt quatuor
fluuii fontis paradisi scilicet marie virginis
de utero anime misericordie per flu-
entes cuius precibus a morte eterna
liberemur Amen et exaltatio

Sermo primus de exaltatione sancte crucis sequitur:

Dignum est prout Job dicit Gregorius
vita contemplatiua difficile
valde habet accessum licet
eius gustus dulcissimus senciatur
Ideo ne quis nostrum propter infirmitatis
consideracione difficultatis atte-
diatione diffidens per ipsa desinat
labore Inductus est meum propositum
ut quod nobis impossibile in virtute
sancte crucis valeat aggrediamur
Et quod nondum per quod cornu
crucis per super caput est consistit
in dinotu contemplatione que scilicet
contemplatio ut ait Gregorius valde
amabilis sit dulcedo // habet tamen
quasdam amaritudines annexas
que multo plus multis nimio computatur
Unde cum iam per contemplatione
apprehendam laborantibus amari-
tudinem Sed vero apprehensa gustatur
ineffabilem habet dulcedinem
et sit in accessu fruicionis mi-
ram affert graciam et in recessu
subtractionis amaritudinem valde
miseriam Certa cum rapti in con-
templatione habemus leticia tantum
in eius subtractione habemus
mesticia Et hoc est quod dicit Gregorius
super Job Certo et inferius sine
turbatio turbabitur Quia una et eandem
mentem et subleuatio contempla-
cionis illuminat et importunitas
temptacionis obscurat ut et con-
templando gustat quod consolet
et contemptando mordeat quam
erubescat In unius ergo tellinis [?]
et inferius turbabitur eius mens
que iam luce prius superne aspe-
rat eam de terrenis bello ten-
berat occulte temptacionis pro-
longo cum de cela venit inferius a
tenebris possidetur Sciendum autem
quod in sublimi contemplacione
licet ipsa sit dulcissima tribus per-
nalitatibus tamen tribus renuatur [?]
tacenit scilicet in accedendo // in per-
sedendo in recedendo In quibus
omnibus circa nullus abicitur licet
prius iniquus delectabiliter consoletur
ut ita est de contemplacione in
habitu et possessione eiusdem vite
quod contemplatores sunt in accedendo
de fatigacione laborum in pos-
sidendo seu fruendo tempta-
cionis pudore in recedendo de
subtractione languore // Primo
dico quod contemplacionis graciam
cupientes in accessu eius duri
laboribus se dedant quia corpo-
ribus otio tanta gracia nullatenus
conceditur Unde Jacob primus labo-
re filia eius Rachel dicit Genesis
31. Die noctuque estu urebar
et gelu fugiebat et sompnus

ab oculis meis. Sed exponens
Gregorius dicit: Juste Jacob cupiens Ra-
chel potiri amplexibus astrictus se
die noctuque desudare. Quia qui
contemplationis dulcedinem desiderat
necesse est ut laborioso studio hanc
inquirat. Iterum ut ait Job 28: Non
invenitur in terra suaviter viventium.
Quod iterum exponens Gregorius dicit:
Quisquis enim adhuc voluptatibus
pascitur ab interne sapientie intellectu quia
est contemplatio separatur. Unde
et quasi indefesso labore stu-
dio dicit [illegible]. Cum vigiliis
et abstractionibus et multo-
rum imbre lacrimarum quesitus si
affuit tamen tenere putatur labitur
et rursum lacrimanti et insectanti
devotius comprehendi patitur sed minime
se retinere permittit. Quia subito
iterum quasi e manibus evolat et
si insistit fletibus et precibus re-
vocata anima denuo redditur sed rur-
sum mox disparebit. Sic patet
per [illegible] dicentem. Tunc labor et pe-
nalitas in accedendo. Secundo in
fruendo contemplatores sancti
sunt contemplationis pudicitiam.
Quanto cum sublimius decorem et cla-
ritatem contemplantur tanto sepe in-
ferius acrius temptationum acule-
is tractantur quod est diaboli
malignitate et dei bonitate:
sic diabolus ut deiciat, deus ut
proficiat. Iterum de hac diabolica nequitia
Gregorius. Calidus hostis quos luce
contemplationis emittere conspi-
cit eorum mentes in illicitis desi-
deriis inflammare contendit ut
plurimum quam plus se ingerit tempta-
tionibus sonciat, quia tunc cum
lucis eterne radios non habebat.
Quod Exodi luce figuratur. Cum
filiis Israel volentibus egredi de

Egypto dominus dracone ~~Pharao~~ Pharao
paleas subtraxit et tamen eiusdem
mensure opera requirebat. Quod deus
de sua pietate in nobis fieri
permittit et cum virtutum culmen spiri-
tualitas mutat. Unde iterum Gregorius dicit:
Sciendum quod plerumque qui plus in
contemplationem rapitur contingit
ut amplius in contemplatione fati-
getur ne de his ad que rapta est
mens extollatur. Quanto cum dampna-
tio aggravat nec contemplatio
inflet inter contemplatio elevet
ne temptatio demergat. Si enim
sit contemplatio attollet ut tempta-
tio ponitur de esset in superbiam
animus caderet et si sit temptatio
puniret ut contemplatio non levaret
plene in culpam laberetur animus.
Sed mira dispensatione divina agitur
ut in quodam medio anima libretur
ut neque in bonis superbiat neque
in malis cadat. Sic enim per contrarium
munera nulla temptatione mens
concutitur a se animus et a se ipso hic
glorie ut ergo firmitatis vel caritatis
dona habeat et infirmitate suam
qualiter cognoscat ut in sublimi-
bus anima spiritualia conspiciat et in
infimis carnalia sentiat. Et Gregorius.
Tertia penalitas contemplationis
constat in gratie subtractione. De
quo iterum Gregorius dicit: Iterum asserti
dulcedine contemplationis mira-
biliter gratantur in eiusdem gratie sub-
tractione. Unde subdit: Cum mens
sanctorum in contemplatione sursum
erigatur sine rapitur statim importu-
nis temptationibus caro hanc
impugnat et potius aliquam diu
celestibus obiectis actionibus illicite
ymaginibus remeabitur. Iterum

stimulus carnis repente vix aut
sentiat quia de tanta carnis sancta
contemplatio rapiebat. Hinc Richardus
Anima que semel accepit a deo
intrare ad semetipsam et in intimis
sui dei presenciam suspirare. Questio
an vel ipsam [illegible] recipit ad
tempus horribilius penalius re-
dicat vel ducat quia post penales
studii [illegible] gustatam suavitatem
denuo ad illecebras et molestias
carnis. Et submergit dico cum vos
nichil est quod non prodest in talibus
quisquis hoc [illegible] accepit quia
quasi ne gratia delictus necesse habeat
denuo egredi ad carnis consolatio-
nes immo desolaciones. Sed ut quis
de hiis penalibus teneatur contem-
placionis in qua nobilissimorum
religiosorum status consisti nunquam de-
sideret nunquam careat. Sciendum quod predicte
tres penalitates tribus devotionibus
dulcissimis permiscentur de quibus
ita absorbentur ut nichil penitus
senciantur. Hec autem devociones
consistunt in ferventissimi desiderii
ardore, in suavissime delectationis
dulcore, in puris gustate gratie
relicto odore. Ita ut prima devotio
prime penalitati secunda sic tercia
devotio tercie penalitati misceatur.
Primo dico quod prima devotio scilicet ardor
ferventissimi desiderii permixtus prime
penalitati ipsam fatigationem amoris
attenuat et penitus desufflat ut
nichil penitus senciatur immo delec-
tabiliter fatigatur. Sicut catulus qui
feram insequitur pre desiderio feram
apprehendi nec laborem reputat nec
sentit fatigationem et sic sepe delec-
tabiliter currit usque ad mortem. Sic
nimio desiderio apprehendendi

deum quem super nos speculamur
desideremus amplecti usque ad in-
teritum delectabiliter fatigamur. Hinc
Richardus. Vult cum deus ut ardor
desiderii succumbat facie cum
ad eam amicum ad quod ipse est
venturus. Secundo est [illegible]
taliter penalitatem temptationis
ut vix eius titillatio sentiatur.
De hac devotione dicit Richardus
Consolatio non est aliud quam
suavissima delectatio boni et
gustus sapidus licet exiguus quibus
interdum benignus dominus afflic-
tam refrigerat animam. Tercia devotio
consistit in puris gustate gratie re-
licto odore. Et licet de gratie sub-
tractione crucietur de relicto tamen
odore amplius consolatur. Ex quo
odore anima relicta primo de-
siderio languere incipit et totum
clamare revocans gratiam quam
amisit. De quo Richardus dicit
Subducto autem tam delicto spon-
so nichil aliquid aliud non dico
desiderare sed nec cogitare li-
bet, clamabat affectuoso desiderio
Revertere revertere. Et submurmurat se
itaque abeunte anima interim et ex-
trema voce ad continuum eius
desiderii tamquam continuum iterum re-
iterat donec iterum veniat. Licet
itaque anima de eius absencia crucietur
de odoris tamen relicta presencia
in infinitum amplius consolatur
ut miro modo contraria vocant ut
dulcis sit penalitas et penali-
tas delectabilitas. Et hoc est ut
dicit Job: Rursus me mirabiliter
crucias. Exuo deponens. Richardus
dicit: [illegible] dominus [illegible]

mentem meam inspirans ad a-
morem suum sublimius erigit
unde hanc per lacrimas suavius
affligit. Unde notandum se penaliter
sed mirabiliter afficit crucifixum quia
dum per fletum nititur ad summa rapi
penam suam libenter gaudens sustinet mi-
ratur ut dulciter crucietur et pena-
liter consoletur. Et sic patet quod
contemplacio quedam sit crucifixio
que tamen quodam mirabili modo
in infinitum amplius consolatur
quam penaliter cruciat. Per hanc
beatam et gloriosam cum domino
crucifixionem tunc cum Christo etiam
commorimur ut sicut per crucis
mulctationem et crucifixionem
Christus moriebatur, sic et nos per
predictas crucifixiones cum domino
moriamur. Secunda ut dicit apostolus:
Si commorimur et conregnabimus. Num-
quam enim vita nostra ad plenam
et perfectam graciam consurgit
nisi cum domino moriamur. Sed
nec granum plenum fructum afferre
patitur nisi cadens in terram moriatur.
Tercia vero est secundum premissa mors in qua
aliud est nisi delectabilium ab anima
separacio. Sciendum autem quod qui
in deo et cum deo mori desi-
derat oportet eum a tribus delectabi-
libus funditus separari scilicet ab omnibus
mundi concupiscentiis, ab omnibus
carnis desideriis et ab omnibus
cordis viciis ita ut ista tria in
nobis tam efficaciter sint extincta
ut ita parum sicut in mortuo hoc
senciat, ut omnibus que mundi
carnis et cordis sunt non solum
non libenter sed penitus non titillet.
Tam quam diu iste affectiones in
nobis senciuntur etiam si potenter
arceantur per resistenciam adhuc tamen

mortua non dicitur sed iam mortifi-
catur. Cum vero iam amplius non
senciatur, tunc primo ad plenum mor-
tua dicitur. Et hoc est quod Albertus:
hoc est totum corpus meum et tota
vita mea affectiones peccatorum mundi
et carnis castigare, refrenare, morti-
ficare et subiugare. Credo ergo a-
liquid delectabat mortuum est et fe-
liciter mortificatum. De hac gloriosa
morte dicit propheta: Preciosa mors
in conspectu domini sanctorum eius.
Tercia nunquam morti Christi recompensamus
nisi taliter moriamur ut sicut ipse
pro nobis est mortuus sic et nos sicut
pro ipso moriamur. De quo vulnere
nobilissimus intimissimus et dulcissimus
sanguis largiter emanavit. In quo
item expedit ut dominum imitemur
ut sicut crucifixi et commortui sumus
cum Christo simul et convulneremur.
Postquam ergo malis omnibus mortui
sumus vulneremur in corde nostro ma-
gno vulnere maxime caritatis. Ma-
gnam autem caritatem dixi quia non
est illa caritas generalis vel etiam specialis
sed est quedam caritas singularis
que est paucorum unio solum modo
perfectissimorum. De qua si decerni
laborare videamus primo quid in
fixione cordis Christi factum sit
ut secundum hoc cordis nostri fixionem
valeamus lucidius instanciare.
Sciendum ergo quod in vulneracione
cordis domini nostri Ihesu Christi tria co-
gnoscimus adesse, scilicet cordis apercio,
sanguinis effusio, aque emanacio.
Que tria etiam in nobis accidunt. Si-
cut ad hoc vita nostra perficit ut in corde
per fortissimam illam caritatem spiritualiter
vulneremur. Quod vulnus se acce-
pisse gloriatur sponsa in Canticis [illegible]
cum dicit: Vulnerata caritate ego sum

De qua caritate Gregorius dicit Magna
est salus cordis quod dolorem huius
vulneris nescit. Cum autem huius vul-
neris dolorem cepit sentire fit
iam salubrior ex vulnere que prius
egrotabat ex salute. Dicit Bernardus
Vulnus hoc absque ira infligitur et
absque dolore sentitur. Tunc sagitta re-
plicatur in auctorem etiam quod ipsum deum
vulnerat ipso dicente in Canticis vul-
nerasti cor meum soror mea sponsa
in uno ictu oculorum tuorum. Hoc ergo
vulnus tam accipimus per duo probat
in nobis cordis ~~apertionem~~ apertionem
primo per devotionis nostre que de cor-
de exit quasi continuam evaporationem
Secundo per uberrimam imbrem et
bonorum eius quasi continuam infusionem
Primo dico quod hoc vulnus cordi nostro
inflictum probat cordis nostri apertionem
in eo quod quasi continue flammas de-
formatis applicatus nostra devotio cursum
ad deum evaporat ut ex eo [illegible]
vehementis et ineffabilis ardor ebulliat
de quo dicit Bernardus Flagrans amo-
rem impetum divinum cum sentiat co-
hibere non potest non attendit quo
ardore qua lege verborum estimat eum
in dominum nec ullas voces requirit solis
contentus suspiriis incessanter et de
ultimis et profundissimis affectibus ascen-
dunt que vere suspiria ipsa devotio
sine intermissione in dominum nititur volens
se effundere per verba sed non prevalens lo-
quitur quedam aliqua ex affectu non
ex intellectu non comprehendat quid qualiter
eloquatur. Sed quicquid in buccas ve-
nit urgente amore non enunciat sed
eructat. // Secundo comprobatur cordis apertio
per uberrimorum imbrium bonorum donum
quasi continua effusionem. Eum enim cor
devotorum ad bona dona suscipien-
da patulum est et aptum nec ei eo

aliquid quod dei gratiam prohibeat
vel retardet. Tunc prius domi-
nus et benignus et misericors non
cessat infundere imbres gratiarum
nunc immittendo sapientie divi-
norum nunc notitiam secretorum ali-
quando gustum et experientiam eterno-
rum aliquando revelationes misterio-
rum aliquando secretum facit et visitat
cum aliud bonorum. Et ad hoc in in-
finitis modis quibus consolatur devo-
electos suos pie et dilectos ex
quo imbre in nos defluente
dicit Bernardus Si sensero mihi
aperiri sensum vel intelligentiam
vel scripturarum aut sermonem sapi-
entie quasi ebullire ex intimis aut
infuso lumine desuper revelare mi-
steria aut certe mihi quasi quoddam
largissimum celi gremium et uberio-
res desursum influere meditatio-
nis imbres non ambigo spon-
sum adesse et de plenitudine
ipsa accepimus que nullis verbis
aliqua potest explicare // Sed quibus-
dam exaltationibus et evaporati-
onibus ~~evaporant~~ eructu
Et sic comprobamus per devotionem
nostre sursum ad deum exaltati-
et gratiam donorum affluentiam in
nobis effusionem et inde ex hoc co-
gnoscimus nostram apertionem. Si enim cor no-
strum esset strictum et clausum
nec nostra sursum posset devotio
ascendere nec dei bona descendere
in nos possent. Tunc vicissitudine
nostre devotionis ascendentis et
dei gratie descendentis pulchre
in scala Jacob prefigurata legitur
in qua descendentes et ascenden-
tes angeli perhibent // Tertio intus-
fixione cordis istam legimus sag-
ittam ~~effluxisse~~ effluxisse in quo

nobilissimum delicatissimum et intimi-
ssimum qui in terram uberrime deflue-
bat qui in corde ihesu christi intimam
caritatem qua dilexit nos efferbuit
sicut olla per quem sanguinem
nobilissimum delicatissimum quedam
nobilissime designantur virtutes que
ex corde devotorum taliter sicut dictum
est [illegible] effluunt Et sicut ille
sanguis christi ex intimo sic ille
virtutes ex intima vi humane virtutis
et quasi medulle aliarum virtutum
in [illegible] dicuntur Quales
[illegible] emulat [illegible] in mundo
vivere sine mundo aliena non petere
propria non tenere laudem despicere ob-
probria amare gloriam fugere despectum
se [illegible] desiderare adulantes despicere
despicientes honorare Mala nocen-
tium ex corde dimittere et erga eos
dilectionis graciam in corde immobiliter
retinere Et iste virtutes difficiliores
inter ceteras reputantur ideo habet
maximam graciam apud deum
ab homine operante eas Et de intus
fixione cordis ihesu legimus aquam
cum sanguine emanasse et quia
vita humana ex corrupta natura
[illegible] non sine qualitatibus plurium
peccatorum iuxta illud Eccl. Non est
homo iustus in terra qui faciat bo-
num et non peccet ideo pulvis
peccatorum per aquam designatus
in singulis devotionibus cum san-
guine effluit virtutum ut tandem ple-
ne et perfecte exinaniti misericordia
pleni deo et sic ex omni nostro
deo adhereamus et toti simus pleni
deo et hoc est quod dicit Aug.
Cum inhesero tibi ex omni me
nusquam erit michi labor et dolor
et viva erit vita mea tota

plena te Sed dicunt pusillani-
mes Quia nos in viis istis eis
ad ista non attingere Dico quod hoc
saltem cognoscimus quia inutiles
et miseri sumus Si enim deus nobis
non dicit quod inutiles sumus cum
omnia fecimus omnia quanto magis
veraciter dicere possumus quod sumus
nichil quia nichil facimus Unde
Bernardus quia precepta mandata sua deus
voluit custodiri nimis ut viden-
tes in perfectionem nostram et non posse
nos quod debemus saltem ex hoc
humilitatem Et sic humiliati ad mi-
sericordiam confugimus et iusti-
ficabit nos dominus ihesus christus
cristus marie filius qui est in eternum
benedictus Amen.

Sermo secundus de ex altatione Sancte Crucis

Signum est specium ubi superius
narrata sunt in sancta cruce
que multo dicitur lignum hic
specium Quia lignum sancte crucis
primo exornat deformitates illuminat
excecatos tranquillat fatigatos
dulcorat perturbatos inflamat
infrigidatos exaltat humiliatos
ditat depauperatos sanat infirmos
liberat subiugatos elevat depra-
vatos De primo dicitur 3 Reg. 6.
Cum salomon domum domini operuit
lignis cedrinis a pavimento
usque ad summitatem templi Tem-
plum sive domus domini signat
animam hominis que devota dicitur
ex virtute crucis christi in qua debet
esse triplex officium Istud enim
templum primo factum fuit de lapi-
dibus preciosis de [illegible]

tabulis cedrinis deinde tota
operta laminis aureis. In lapidibus
preciosis secundum glosam fortitudo
fidei, in cedro alta longanimi-
tas spei, in auro fulgenti fervor
caritatis intelligitur. Ita per istas
tres virtutes que sunt virtutes sancte
crucis in anima cooriuntur ipsa anima
deformata reformatur. Dicitur autem
in figura: Quatuor ligna quadrangula
posuit in templo, per que significantur
quatuor virtutes cardinales, per
quas coornatur templum dei spirituale.
Et quia totum templum opertum
erat auro, et tanta erat ibi reful-
gentia auri ut quicunque ingre-
deretur templum quasi totus deaura-
tus videretur. In quo notatur quod nulla
cogitatio debet esse in anima
morando nisi sit caritate illa
que in cruce Christi ostensa est
inforata et quasi deaurata. Item
crux Christi illuminat concecatas. Genesis
iij dicitur: Quod mulier vidit
quod bonum esset lignum ad vescendum
et pulchrum esset oculis aspec-
tuique delectabile, tulit de fructu
eius et comedit dedit que viro
suo, et aperti sunt oculi amborum.
Moraliter ista mulier fidelis anima
est que per primo debet videre per
diligentem examinationem quod sui
quod fructus ligni sancte crucis
est bonum ad vescendum sacra-
mentaliter, pulchrum ad comede-
ndum mentaliter, delectabile aspec-
tui ad fruendum spiritualiter. Secundo
debet capere sive assumere de fructu
per devotam susceptionem. Tertio
debet comedere cum vero sub ...

est superiori tradere per iugem reco-
rdationem et tunc aperiuntur oculi am-
borum spiritualiter. Quia sicut primi
parentes peccaverunt in ligno prohibito,
quorum est prevaricatio in obedientia
mala, sic in ligno crucis cepit
finem quorum bonum est devota im-
pletio obedientie. Tertio crucis sic
virtus defensat impugnatos, sus-
tentat fatigatos. Primum sicut dicitur
3 Regum v. Quod Salomon fecit
in oraculo duos cherubin de lignis
olivarum et posuit in medio templi
interioris. Extendebant autem alas suas
et tangebat ala una parietem et
ala secunda cherubin parietem alte-
ram. Ale autem a latere in medio templi
se contingebant. Moraliter duo
cherubin due partes dimicte crucis
quatuor ale quatuor brachia
crucis. Dicuntur autem extense ale et
tangere se invicem. Quia sicut videmus
quod ille aves extendunt alas suas
ad volandum ad umbraculandum ad
defendendum et colligunt alas
ad cala faciendum. Sic per alas domini
crucis subvehimur in contemplatione,
obumbramur in temptatione, defen-
samur in impugnatione et incale-
scimus in dilectione. Quarto crux
credentes virtus dulcorat perturbatos.
Primum sicut dicitur Exodi xv°.
Quod filii Israel venerunt in Marath
et non poterant bibere aquas et sitiebant
ibi quod dum vidit Moyses lignum
quod cum misisset in aquam in dulce-
dinem verse sunt. Moraliter aque
amare significant tribulationem mundi
amaritudinem et supplicia infini-
ta que cum patientia nullomodo
portari possunt ab homine nisi

e inmissionem ligni dominice crucis
[.]cui cum iugiter cogitat quanta pro-
[...]bus deus in cruce sustinuit omnia
[..]culus sustinebit / Quinto habens enim aquas
ablucionis lavatur homo a peccato
Ezech. xvi Lavi te aqua et emundavi
sanguinem tuum // Sexto fecundatur
in nullo vero dicitur iiij Regum 2 c.
Eliseus misit sal in aquas in
Iericho steriles et cessavit ab eis
sterilitas. Septimo tertio probatur quod
crux valeat ad Christi plura unde
dicitur Iudicum vii c. Dixit dominus
ad Gedeon duc eos ad aquas et
ibi probabo eos / dictum erat de illis
qui cum ipso debebant descendere
ad plura // Octavo virtus secte crucis
inflammat infrigidatas. In cuius
figura dicitur Levitici vi Ignis in altari
meo semper ardebit quem nutriet
sacerdos subiciens ligna matutinaliter
sacerdos ante altare cor quemadmodum
ignis caritatis sed ad accendendum
ergo caritatem debet unusquisque ana
devota subicere ligna dominice
crucis spineam spongiam et lanceam
de quibus debet construere ignem per
amaram compassionis et frequentem
recordationem. Nono sicut de alta-
ria primo solent edificari secundo
consecrari / tertio solent reliquie in-
poni / Quarto solent sigillari quinto
solent ornari. Sexto solent cum in eis
sexto misse celebrari. Sic spiritualis
altare Christi usu primo debet edifi-
cari per profundam humiliationem /
secundo debet consecrari per devotam
oracionem tertio debent reliquie imponi
per affectuosam operationem desideracionis
quarto debet sigillari per [...] malo
custodiam quinto debet exor-
nari per virtutum exercitationem /
Sexto debet in eo celebrari per
carnis mortificationem / Decimo virtus
sancte crucis exaltat humiliatos
ideo dicitur Ezech. xvij° Et scient
omnia regna regionis ego dominus
quia humiliavi lignum sublime et
exaltavi lignum humile / primus enim
homo fuit inobediens preceptum domini
contempnendo / Item superbus secundum
dei et equalitatem eius appetendo
Item gulosus sub lignum vite degusta-
do Et ideo Christus per suam obedientiam
humilitatem et mortem / De ipsis
tribus primus [..]plus in ligno crucis
pro satis fecit et iustissime sic
hominem perditum redemit et exaltat
Et ideo dicitur Sapientie 14 Benedictum
lignum per quod fit iusticia // Undecimo
crucis Christi virtus ditat sic in-
ducit in celestis civitatis vii sicut
dicitur 3 Regum 6 c. Salomon in
ingressu oraculi fecit duo hostio-
la de lignis olivarum oraculum
celum duo ostiola oraculi sunt
dominice crucis duo ligna per que
intromittimur in celeste regnum
unde non solum dicta est beata crux
hostium sed etiam clavis sicut dicitur
Ysaie 22 Dabo clavem domus
David super humerum eius et ape-
riet et non erit qui claudat
Dicitur autem ista duo hostiola de
lignis olivarum convenientissime
facta esse ut dicit Ysidorus Oliva
surgit ex amaritudine radicis
in pabulum ignis quia illuminativa
in [..]delectam / medelam vulneris
quia sanativa in refectione
esurientis quia cibativa est /

amaritudine crucis debitur vas
lumine celeste sine obumbracione
sanitatis sine corrupcione. Cibus
sine attediacione. Octavo virtus
cristi crucis sanat infirmitates
sine egrotacionis. Ezech. 47. ubi dicitur
quod Ezechiel vidit aquas re-
dundantes a latere templi dex-
tro et ex utraque parte aquarum
lignum fructiferum et cuius fructus
in cibum et folia eius in medici-
nam. Istud est templum illud be-
nedictum de quo dicitur in Johanne
dixit Judeis Solvite templum
hoc. De cuius latere exivit sangu-
is et aqua in redempcionem
humani generis. Et ex utraque parte
eius huius aque in passione
fuit lignum dominice crucis et
huius crucis fructus scilicet Cristus
est cibus filius. Et virtus folia
hoc est verba que dixit in cruce
sunt ad medicinam peccatorum. Non-
no virtus sancte crucis vivifi-
cat mortificatos. Et ideo dicitur
lignum vite Gen. 2. ubi dicitur plan-
taverat dominus paradisum voluptatis
a principio in quo posuit hominem
quem formaverat. Et sequitur
produxit que deus omne lignum pul-
chrum visu et ad vescendum
suave lignum in medio paradisi
ad custodiam etiam illius ligni
posuit cherubin et flameum
gladium. Paradisus est terra humana
ibi debet esse lignum sciencie boni
et mali hoc est sacramentum
divinitatis quod non debet intelligi
per curiosam inquisicionem nec
comedi per presumptuosam dis-

cussionem ne homo moriatur. Sic
patet per primum Reg. 6. Et dominus
percussit de viris Bethsamitis
hec viros et 50 milia plebis
eo quod vidissent archam domini.
Ibi etiam est lignum vite hoc est
sacramentum corporis cristi et san-
guinis quod conservat vitam spiritualem
debent esse ibi esse alia ligna
hoc est sanctorum exempla que esse
debent esse in usum quasi sacramen-
torum ~~tuo~~ Istum paradisum debet
custodire cherubin angelus id est
sciencia irradians et gladius
versatilis id est vigilans discrecio.
Decimo sociat disgregatos virtus
dominice crucis Ezech. 37 Sume
tibi lignum unum et scribe super
illud Jude et sociorum eius et
tolle lignum alterum et scribe super
illud Joseph sociorum et adiunge
illa unum ad alterum in lignum
unum et erunt in unionem in
manu tua. ~~Cum~~ Cum autem
dixerint quesierint quid ista signi-
ficent dices hec dicit dominus
Ecce ego congregabo Israel de me-
dio nacionum ad humum suam et non
erunt due gentes nec dividentur
amplius in duo regna neque pollu-
entur ultra in sceleribus abhominacio-
nibus suis et erunt michi populus
et ego ero deus et servus meus
David super eos et pastor unus
erit omnium eorum in iudiciis meis am-
bulabunt et mandata mea custo-
dient et facient ea et habitabunt
super terram quam dedi Jacob servo meo
usque in sempiternum et percutiam ei-
is fedus pacis et pactum sempiternum.

erit eis et fundabo eos et
multiplicabo et dabo sanctificationem
in medio eorum in perpetuum et erit
tabernaculum meum in eis et scient
omnes gentes quia ego dominus sancti-
ficator. Ezechielis 37. Exposicio figure
In duobus lignis benedicta crux
intelligitur ad quam in die iudicii
tunc iudas qui interpretatur glorificatus
cum societate sua. Et joseph qui
interpretatur crescens cum societate sua
congregabuntur. Quia tantum glo-
rificantes et in virtute proficientes
auxilio crucis protegentur et duo-
decim maxima dona consequun-
tur. Que expressa sunt in corona
duodecim stellarum apocalipsis 12. Et in
predicta auctoritate figure continentur
et sunt hec primum hereditatis perpe-
tuitas. Secundum societatis unitas.
Tertium peccandi impossibilitas. Quartum
dominandi nobilitas. Quintum rec-
toris utilitas. Sextum voluntatum
ydemptitas. Septimum mansue-
tudinis eternitas. Octavum pacis
securitas. Nonum sanctorum pluralitas.
Decimum sanctitatis puritas. Undeci-
mum divina presencialitas. Duodecimum premii
vel laudis claritas. Primum ergo
quod dabitur fidelibus crucis christi est
hereditatis perpetuitas. Quia quamvis
hic homines habent hoc est totum te-
tessim. Quia cito totum dimittunt
sed illud erit velut eternum. Quia dicitur
in auctoritate Et congregabo eos
ad humum suam eternam. Item erit
indissolubilis societas. Hic enim cum
filii isti multum dispersi sunt
sed tunc omnes congregabuntur
unde dicitur in auctoritate Et non
erunt ultra due gentes nec

duo regna scilicet christi et dyaboli
Item erit ibi peccandi impossibili-
tas. Ideo dicitur Neque polluentur ultra
hic enim homines sequuntur polluuntur
et polluunt et laudant. Item ibi erit
dominandi nobilitas. Hic enim ho-
mines habent sepe viles dominos sed
ibi tunc erit nobilissimus rex. Dicitur
in auctoritate Et ipsi erunt michi in populum
et ego ero eis dominus deus. Item
ibi erit rectoris utilitas. Magnum
malum hominibus est hic malum dominum
Ibi autem non tantum habebunt optimum
regem sed etiam piissimum pastorem
Ideo dicitur ibidem Et david erit
eorum pastor. Item ibi erit dei
et hominis una voluntas. Ideo sequitur
In iudiciis meis ambulabunt
et custodiant mandata mea.
Item ibi erit mansionis eternitas
vilium nobilium divicias hic
oportet hic dimittere. Unde sequitur
Et habitabunt super terram quam
dedi jacob servo meo usque in
sempiternum. Item ibi erit pacis
securitas. Hic enim nichil aliud
est nisi discordia. Unde sequitur
Et percutiam eis fedus pacis
Item sanctorum multitudo sive plu-
ralitas unde sequitur Et dabo
sanctificationem in medio eorum et
fundabo eos et multiplicabo. Item
erit ibi sanctitatis puritas. Unde
ibidem dicitur Dabo sanctificationem
in medio eorum. Item erit ibi
divina presencialitas unde dicitur Et
erit tabernaculum meum in eis
Item ibi erit premii sive laudis
claritas. Unde sequitur Et ~~fient~~
scient omnes gentes quia ego.

domus sanctificator israel // Undecimo
virtus crucis cristi liberat subiuga-
tos sive captivos quod figuratum legitur
3° Regum 22. Vir quidam tetendit
arcum et incertum dirigens sagittam
et casu percussit regem israel inter
pulmonem et stomachum. Moraliter
vir quidam id est cristus singulariter
inter homines tetendit arcum sacru-
cis et in incertum dirigens sagittam
ad dyabolum qui non cavit nec
novit percussit regem israel achab
pessimum qui designat dyabolum
qui fuit quasi rex in paradiso sed
apostotavit sicut ille recessit
a duabus tribubus et cultura di-
vina et ydolatria et percussit eum
inter pulmonem et stomachum
et mortuus est. Pulmone quo
respiramus et signat peccatum
superbie dyaboli quod fuit primum.
Stomachus est cibos et signat gulam
quod significat peccatum hominis.
Illud primum fuit inter vicia hoc
ultimum inter hec duo percussit
et omnia destruxit et superavit
virtute sancte crucis et tunc
liberavit de limbo patres de sua
captivitate. Duodecimo virtus
sancte crucis claudit iacentes
sive desperatos. Nam ipsa est scala
per quam salvator mundi ad se
traxit omnia ut canit ecclesia.
Unde advertendum quod crux cristi
in scripturis sacris multis re-
bus comparatur. Ipsa enim est clavis celi
vectis arche navis maris arbor
danielis palma fructum salutis
lectus sive reclinatorium iacob
baculus quo baculo transivit iordanem

mutacionis scala ascensionis ho-
minis quo leviathan capitur. Cortina
quo sanguinis cristi respergitur. Ci-
thara qua demon salius compescitur.
Patibulum in quo sponsus quasi suspen-
ditur. Thau quo frontes fidelium
signantur. Tabernaculum quo Cande-
labrum quo tabernaculum illuminatur.
Lignum aquas marath dulcorans.
Virga moysi per mare rubrum dei
populum ducens. Gladius regum golia
decapitans. Vexillum ad pugnam
spiritualem colligens. Cathedra dis-
cipulos dei erudiens. Equus ad
dehonorans. Clipeus iosue ha-
pugnans / liber professionis in scientia co-
tinens. Altare oblacionem accepti-
ssimam accipiens // Et ista omnia
et singula invenire poteris in
scriptura sacra. Item per quatuor brachia
crucis signatur et demonstratur be-
neficia crucis. Signat enim pars
superior ianue celestis apertionem
inferior inferni destructionem ex-
dextris gracie collacionem, sini-
stris peccatorum remissionem. Quatuor
fuerunt ligna in cruce cristi sicut
dicit magister in hystoria scolastica.
Pes namque crucis fuit de ce-
dro, stipes de cypresso, transversa
de palma, tabula de oliva. Si-
gnant autem cedrus altitudinem contemplacionis,
cypressus famam bone opini-
onis, palma iusticiam equitatis,
oliva levitatem mentis et sic decu-
tas ut platanus exaltata dignitate quam
venerari concedat ecclesia per pietatem
fontis mentis ipsius cristus in ore filii
mentium benedictus amen.

Sermo tercius de eodem

Levate signum in Syon et con-
fortamini Jeremie 4. Consue-
tudo est quod regis que fuerunt
aliorum victorum solent ferri in reve-
rencia et honore et honorifice por-
tari solent et ostendi vestes cul-
telli et lancee. Et ideo multiformiter
illud lignum in quo vita mundi
pependit quod fuit tinctum sanguine
Salvatoris nostri et fuit instrumentum
mediante quo fuit facta redemptio
humani generis debuit ab ecclesia
honorari et eciam adorari et a
de terra elevari ut homo ibi videret
absolucionem et audaciam acciperet contra
diabolum et peccatum. Hodie illa regina
Helena illud lignum quesitum et in-
ventum in ecclesia collocavit partem
in urbe relinquens et partem
Constantinopolim deferens. Et
ideo dicitur Levate signum etc. id est
signum crucis levatum est in ecclesia
quia in Syon et confortamini q. d.
ideo debetis confortari. In quibus
verbis tria tanguntur. Primo crucis
inventio gloriosa. Secundo crucis
in ecclesia collocatio gaudiosa. Tercio
humani generis consolatio virtuosa.
De primo dicitur Levate signum. De secundo
subiungitur in Syon. De tercio con-
cluditur et confortamini. Ubi de primo
notandum est quod illud signum est signum
sancte religionis. Unde accedenti
ad baptismum fit primo signum crucis
quod est signum adunatum ipsi homini.
Unde per illud signum convocavit
Christus peccatores qui erant longe a
regno paradisi propter peccata et qui erant
profugi a gloria. Unde Ysaie 11 levabit
signum in nationibus et congregabit
profugos Israel et dispersos Juda
colliget a quatuor partibus terre
quia a quatuor partibus mundi sunt
congregati multi ad fidem. Unde
Ysaie 49 dicitur Exaltabo ad populos
signum. In signum huius puer in bap-
tismo in quatuor locis signatur
et hoc quatuor de causis. Primo in pec-
tore ut ex toto corde Deum diligat
quia Christus in cruce ostendit nobis
maximam dilectionem Johannis 15. Maiorem
hac dilectionem nemo habet ut animam
suam quis ponat pro amicis suis.
Unde Ysaie 11 dicit ad propositum Erit
radix Iesse in signum populorum.
Iesse incendium interpretatur. Radix
Iesse est ipsa crux in qua fuit
incendium maxime caritatis.
Johannis in canonica. Nos ergo diligamus
Deum quia ipse prior dilexit nos.
In pectore enim viget amor. Canticorum
8°. Pone me sicut signaculum
super cor tuum. Secundo signatur in fron-
te ut Christum nunquam erubescat
confiteri quia in fronte viget se-
des verecundie. Nullus enim debet
erubescere confiteri Christum nec
debet erubescere sustinere con-
fusionem pro Christo quia ipse multas
confusiones non erubuit sustinere
pro nobis sicut sputa alapas
irrisiones et blasphemias.
Unde in psalmo Confusio operuit
faciem meam. Et ideo dicit in
ewangelio Qui me erubue-
rit et meos sermones hunc
erubescet filius hominis. Tercio
signatur in vertice capitis ut Do-
minum nunquam obliviscatur quia ipse
dicit in Ysaie In manibus meis descripsi-

te ut nunquam obliviscar tui psalmus
adhereat lingua mea faucibus meis
si non meminero tui
Memor ero quam diu vixero labores
quos pertulit in predicando fati-
gaciones in discurrendo vigilias
in orando temptaciones in ieiunan-
do lacrimarum in paciendo et vitupera-
rum in colloquendo peccatoribus con-
tumeliarum persecutorum etc. / Cruciatus
signatur in scapulis ut portet labo-
res et afflictiones pro Christo quia
ibi portantur onera ipse enim tot
multis modis portavit nos et ipso
sustentando et nutriendo ysa. 46
Audite me domus Jacob qui ab
utero meo portamini Osee xi Ego
quasi nutricius effraym in bra-
chiis meis portabam eos Item
a tribulacionibus liberando ysa. [illegible]
fectas ipse portabit Exo. 19 Assump-
sit eos et portavit in humeris
suis Item paciendo ysa. 53 Do-
lores nostros ipse portavit peccata
et nos laboribus primo quia domus
portate Michee vi Opprobrium populi
mei portabitis proverbiorum 9 Illusor
fuit solus portabit malum Item
penam filius pro patris a deo filii in-
flictam Ezechielis 18 Confundere et
porta confusionem tuam Michee 7
Iram domini portabo quia peccavi
ei Item omnibus altius Galatas 6
Alter alterius onera portate Item
nomen omnibus predicare Actuum 9 Vas
electionis michi est iste ut portet
nomen meum coram regibus et
filiis Israel Nota quod crux invenitur
in sex locis aliquid significans
Prima crux invenitur in libro de-
fectuum sive liber sit conscientiarum
hominis Richardus de sancto victore

Conscientia est liber signatus et
clausus in die iudicii aperien-
dus In hoc libro crux id est cruciatus
signat defectum aut quia homo
aliquid mali fecit vel quia aliquid
boni obmisit Quod sic patet
In libro enim aliquis scribit in-
correcte et tunc ponitur ibi cru-
crux vel quid obmittit et tunc
iterum ponitur crux ut corrigatur
Similiter quando aliquid homo illici-
te facit tunc male scribit in
libro conscientie tunc ponitur ibi crux
id est cruciatus vel aliquid boni ob-
mittit sicut honorem vel aliquid
aliud quod esset faciendum et
tunc ponitur iterum ibi crux id est cru-
ciatus quia crux dicitur a cruci-
ando In cuius signum multi religi-
osi portant crucem in pelliciis ubi
cor ubi viget conscientie ostendentes
se pati cruciatum de malo co-
misso vel de bono obmisso per se
vel per alios ysidorus Nulla pena
gravior mala conscientia Glosa super
Galatas v Qui autem Christi sunt car-
nem suam carnem crucifixe-
runt Congruit devocioni nostre
ut qui domini crucifixi passionem
celebramus reprimendo carna-
lium voluptatum crucem portant
non ut semper crucietur pro malis
commissis vel bonis obmissis
sed ut alios crucifigat pro rebus
eorum habendis De talibus
dicit poeta Crux in [illegible]
non est purgacio sceleris sicut
dicitur de antiocho rege qui
aliorum viscera torserat novis
cruciatibus 2 Machabeorum 9 Sic
loquitur tamen materie quando
est inter tercium crucifixorum

tcdo crux inuenitur iuxta viam
et hoc duplici de causa / Prima
de causa inuenitur crux iuxta viam
ad ductionem viatorum / Quia pe-
regrinantes ponunt ibi cruces ut se-
quentes eas non errent // Secunda
causa inuenitur iuxta perpetratione
homicidij per viam que signatur
vita presens Augustinus Quia vita
presens nisi quidam cursus ad mor-
tem In hac via debet homo
caute ambulare Apostolus videte
quomodo caute ambuletis Caute
ambulat qui sequitur crucem
peregrinorum Crux peregrinorum est
omnia post illam crucem ambula-
uerunt illi qui nos ad vitam
eternam precesserunt / De quorum
numero vnus dixit aduena ego
sum apud te et peregrinus sicut
omnes filij mei nec hij crucem
signe reliquerunt nobis Hec crux
dirigit nos ad hospicium hominum
de quo dicit vel quibus Jeremias
sic pater tuus in limine stetit et
rat tuus collo tuo se suspendit
et nunc tua verba sua que te
attrauerunt ostenderit specialiter
cor pectorum et fratrem et ad signum
crucis cuola / De hac cruce
dicit dominus in euangelio Mathei 16
Si quis vult venire post me tollat
crucem suam et sequatur me Glosa
Gregorius Crux tollitur cum per absti-
nenciam corpus et per compassionem
proximi quibus affligitur Sancti se-
cuntur veri discipuli christi Galat-
as Qui ipsi sunt carnem suam
cum vicijs et concupiscencijs
crucifixerunt Item crux secunda
in via signat homicidium spi-
ritualis vel viam significet vitam
presentem sicut iam dictum est

Crux in hac via sit homicidi-
um spirituale Quia homo per mali-
ciam occidit animam suam vnde di-
citur Capitulo 16 Quando quis mortaliter
peccat magnum fit cruciatum in
corde suo et sic cum sit homici-
dium in anima sua Et ponit in conspectu
crucem id est cruciatum penitus iustifi-
catis omnis si vales Capitulo 1o Ob quod
mentitur occidit animam Job 5 Virum
stultum interficit iracundia et talis
plangendus est quasi iam mortuus
Ambrosius in sermone Quis magis
mortuus eo quod portat conscienciam suam
peccatum in conspectu nec sentit nec
concutit nec expauescit sicud
in Exodi 14o vbi dicitur Quod
pharao id est dyabolus persecutorem suum
id est peccatorem afflixit id est in conscientie
amaritudine Tercio crux inuenitur
in cymiterio super sepulchra mortuo-
rum que naturalem mortem signat
Et hec crux dupliciter cruciat
id est duplicem cruciatum importat
Primo quam mortem cogitando
quod multum cruciat Eccl. 41 O mors
quam amara est memoria tua Eccl. 9
Viuentes enim sciunt se morituros
mortui vero nichil amplius noue-
runt // Iste cruciatus vtilis est in
Eccl. 7 Memorare nouissima
tua et in eternum non peccabis
Quia crux in cymiterio multum
vel cruciat mortem alicuius amici
ad memoriam hominis reducendo
Quando cum homo attente cogitat
mortem alicuius socialis amici
multum turbantur Sicut habemus
exemplum in libro Augustino in libro
Confessionum Quidam amicus beati
Augustini defunctus est quo dolore

cor Aug. turbatum est et se
semimortuum reputabat ut ipse
ipse dixit in libro confess. Augu-
dixit quidam de amico suo di-
midium anime mee. Unde ego sensi
animam meam et animam eius unam
fuisse in duobus corporibus et ideo
horrori erat michi vita vivere
quia nolebam viuere dimidius.
Quarto crux invenitur ante tha-
bnacla ubi modo vel rendola
comparatur et ibi signat crucem
Quam de delicijs scilicet crapula et
ebrietate solet euenire quia
multa mala de hoc eueniunt
unde frequenter fit magnus cruci-
atus Proverbiorum Cui ve cui rixe
cui suffossio oculorum. Nonne hijs
qui morantur in vino cum claruerit in vitro
ingreditur cum blande et in no-
uissimo mordebit ut coluber
et sicut regulus venena di-
ffundit Amos vi. Cui ve cui
rixe cui suffossio oculorum? Nonne
hijs qui morantur et student
calicibus epotandis. Idem v.
ve qui consurgitis mane ad
ebrietatem sectandam et potandum
usque ad vesperam ut vino estuetis.
Ecce tales delicie multam et
magnam crucem faciunt pecca-
toribus i. cruciatum testante Cris.
qui dicit neque enim soli sed et
corpori sunt nocive delicie eo
quod de forti fit debile de sano
egrum de agili graue de formo-
so deforme de iuuene veterosum
et in hac vita tantus fit crucia-
tus quantus erit post hanc vitam
Audi quid Johannes dicat in
Apoc. Quantum se glorificavit
in delicijs tantum illi date luctum
et tormentum. Sequitur in divite e-

epulone Luce 16 ubi dicitur
quod epulabatur cottidie splendide
Et sequitur quod post hanc vitam
petijt guttam aque super linguam
suam d. mitte lazarum ut intin-
gat extremum digiti sui digitum
suum in aquam ut refrigeret linguam
meam quia crucior in hac flamma.
Quinto crux invenitur in ecclesia et
signat recordationem passionis Christi
que multum cruciat hominem
deuotum per piam passionem
Unde Bernhardus Visa passione
Christi quis tam deliciosus ut
non abstineat quis tam malicio-
sus ut non puniatur seu peniteat
quis iracundus ut non condonat
Item Greg. Quotiens mortem
saluatoris attendo et pacientiam
Job r. Circa mortem baptiste re-
spiceo tibi dico o peccator sunt re-
spicienda quid passi sunt illi
quos probat si tanta passi sunt
quos amat Item de eadem leo ibi
pendente in patibulo creatore
uniuersa creatura ingemuit et omnis
clamor omnia simul elementa
senserunt nichil ab hoc suppli-
cio liberum sunt hec in tanti maiestate
pena et celum tremuit et terram hec
petras scidit monumenta pate-
fecit inferna rescindit radios sol
abscondit. Debebat enim hec testi-
monium mundo suo auctori ut
in creatura sui quod dictoris vnusquisque
vellent finiri Idem de eodem
Bernhardus Vide de calice domini
bibe nunc o anima mea ingredere
et vide apta sunt celaria apta
sunt foramina patula sunt vulnera
non stillat vinum sed fluit bibe ine-
briari et lauare bibe ne pereas

sobrietas inebriat nec invidia delicias
clamat nec sordes feditas id est Item ad
idem Origenes Si quidem desideras
o anima infecta per sanctitatem assistas
per fecunditatem animas assimulas
pennas sicut columba et volas
nidifica in vulneribus ihesu cristi Item
quod quibus gravior nusquam sanctitas
iucundior nusquam fecunditas utilior
Ibi nimirum disces quid predices
superbus quia non habet ubi caput suum
reclinaret Secundo cum in cenaculo
quia sicut ovis ad occidendum
[...] ad occisionem ductus est Tercio
invidus Quarto dicit pater dimitte
illis Quinto accidiosus quia accele-
ravit ad passionem quia quod facis
fac citius Sexto avarus quia nudus
affixus est cruci Septimo gulosus
quia potatus est aceto Octavo luxuri-
osus quia [...] sicut testatur virgo
[...] Idem de eodem Cristus
multa sustinuit ne paupertas
me frangeret / amara ne
amara me frangerent voluntarie
ne voluntas michi deesset utilis
ut utilitas assisteret / Item Origenes
Sexto crux invenitur supra
ecclesiam et signat triumphum
quem cristus obtinuit per mortem
de inimicis suis scilicet demonibus
qui virtute debilitati sunt ut con-
tinue per signum in hoc mundo tan-
gerentur nec [...] hominibus
nocet Crucem cristi devote hono-
rantibus unde Augustinus ubicumque si-
gnum crucis cum fide et timore
fuerit impressum nichil ibi nocere
poterit inimicus Origenes Tanta
est virtus crucis cristi ut si ante
fidelis habeatur nulla libido peccati
carnale possit sed invidia sed con-
tinuo ad memoriam reducitur illius
[...] et mortis fugit et terretur Nota
de iudeo quem invenit dyabolus
in modum crucis signatum et dixit
aliis demonibus inveni vas signatum
sed vacuum etc. Item tercio notandum
dicit potest Secundo hoc loco crux
signat vitam contemplativam que
etiam habet suum cruciatum [...]
in sermone primus (?) de exaltatione
sancte crucis Rogemus ergo
ihesum cristum marie filium et crucifixum
ut istud nobis imprimat semper caste
et sobrie vivendo Amen.

Sequitur sermo quartus de exaltatione crucis

Requiescite sub arbore Genesis 18
ubi cristus nos ab initio
perdidit ibi venit nos querere
scilicet sub arbore ibi enim quesivit
nos ubi perdidit Primo enim homo
accepit in arbore fructum mortis
et dampnationis Sed cristus in
arbore invenit invenit nobis
fructum vite et salutis In hac
arbore voluit cristus simbolum
prime comestionis ipse enim
ligni tunc notavit dampna
ligni ut solveret q. d. perdidi te
hic hic te inveniam Quicquid
enim perdidimus in prima arbore
recuperamus in secunda Cantica vii
ascendam in palmam et apprehen-
dam fructus eius Dicit ergo re-
quiescite sub arbore ubi enim
cristus laboravit ibi vult ut re-
quiescamus Mathei Venite omnes
qui laboratis et onerati estis et
ego reficiam vos Nota quod hec
arbor id est crux cristi commendatur

a tribus scilicet a pulchritudine a
nobilitate a utilitate de primo Le-
vit 23 Sumetis vobis die pri-
mo fructus arboris pulcherrime Ar-
bor pulcherrima est crux Christi
pulchra quidem in foliis in flo-
ribus pulchrior pulcherrima
in fructu / pulchra est in foliis
per folia intelliguntur verba Christi
in cruce prolata quorum quedam
sunt longa et usque ad inimicos
extensa ut est illud Luce 23
Pater dimitte illis non enim sciunt
quid faciunt In hoc verbo docuit
maxime offense relaxacionem
quando pro crucifixoribus oravit
dicens Pater dimitte illis Et beatus
Stephanus dixit Domine ne sta-
tuas illis hoc peccatum Math 6
Si dimiseritis hominibus peccata
eorum dimittet et pater celestis
peccata vestra Quedam folia scilicet
verborum sunt acuta et cor pene-
trancia ut est illud Mulier ecce
filius tuus et ecce mater tua
In hoc docet parentum curam ha-
bere et reverenciam exhibere Exo 20
honora patrem tuum et matrem
tuam Quedam sunt plana et
suavia ut est illud Luce 23
hodie mecum eris in paradiso In
hoc verbo tulit a peccatoribus desespera-
cionem tanquam clemens dominus Ihesus
latroni pro suis peccatoribus crucifixus
est qui in peccatis fuit sed tamen in
ipsa hora deputacionis sue quia
maliciam confessus est indulgenciam meruit
et tamen ipsa die in paradiso
fuit Quedam suavissimi odo-
ris ut est illud Luce 22 Pater
in manus tuas commendo spiritum
meum In hoc verbo instruit
morientes cum magno cordis

affectu dei misericordiam implorare ut
spiritus reddeat ad illum qui fecit
eum Act 7 Domine suscipe
spiritum meum Unde beatus Vitalis
cum morti appropinquaret dixit
in te domine usque in manus tuas
domine commendo spiritum meum
Quedam optime consolacionis
ut illud Jo. Consummatum est
In hoc docuit nos in bono opere
perseverare Math Qui perseve-
raverit usque in finem hic salvus
erit Vel folia sunt omnia verba
ad laudem crucis scripta vel pre-
dicata Hec folia sunt valde
sanativa Apoc 22 Fo-
lia ligni ad sanitatem omnia
aut verba vel folia continue
sunt virencia in cordibus nostris
per devocionem et recordacionem
passionis permansura Luce 21
Celum et terra transibunt verba
autem mea non transibunt Pulchrior
in floribus In floribus pulchri-
tudinem possumus attendere
pendentis in cruce dignitatem
scilicet salvatorem nostrum qui vo-
catur flos Cant 2 Ego
flos campi [illegible] /
floribus primo flos est purus
in natura Sic Christus de virgine
sine peccato natus est 1 Pet 2
Qui peccatum non fecit nec inven-
tus est dolus in ore eius
Secundo venustus in aspectu ps
Speciosus forma pre filiis ho-
minum. 1 petri 1o. In quem
desiderant angeli prospicere
Tercio est flagrans in afflatu
Gen 27 Ecce odor filii mei
[illegible] / flos ad cuius odorem

remansit sicut mortuus a Iudeis est in-
carnatus et fructus. Sic Christus media-
tor dei et hominum. i. Thimothei 2°
omnibus mediator dei et hominum
Christus Ihesus. In flore est species,
fructus. Et in Christo species virtutum.
Ecclesiastici 24 In me omnis spes vite
et virtutis. Flos aliquando albus
candidus. Sic et Christus candi-
dus deitate et rubicundus
in passione. Cant. 5 Dilectus meus
candidus et rubicundus. Quarto
arbor crucis est pulcherrima
in fructu. In fructu possumus
attendere nostram redemptionem. Ysa°
[...]fert fructus tam sublimis rota
multiplicem fructum tulit haec
arbor i. crux Christi. Primus fuit
destructio inferni ut divideret
malos a bonis a malis. Exodi 14
Tu autem eleva virgam tuam super
mare et divide illud. Per virgam
crux, per mare infernus intelligitur.
Secundus ablucio munda quia in pas-
sione Christi fluxerunt de la-
tere Christi sanguis redemptionis
et aqua regenerationis ut sangu-
is a pena et baptismus a culpa
mundaret. Apoc. 1 Qui dilexit
nos et lavit nos in sanguine
suo. Tercius apercio celi quia in
passione Christi aperta est ianua
celi mediante clave crucis. Crux
enim Christi clavis est paradisi.
Ysa 22 Dabo ei clavem David.
Quartus est temptacionum
expulsio demonis cum a serpentibus
percuterentur serpentem eneum
aspiciebant in palo et sanabantur.
Num. 21. Item de sancta Iustina
et de primo principali dicta sufficiant.

Secundo haec arbor commendatur
a nobilitate. Nulla enim silva ta-
lem profert fronde flore germine
ut cantat ecclesia. Nota autem
nobilitatis quinque arboris a quibus
prima dat primo ligna ad cale-
faciendum ne hospitium tardius
remaneat sine igne amoris.
iiij Reg. [illegible] Vade ergo tu fi-
liis congregatorum ad succendendum
ligna et tolle fasciculum scilicet [illegible]
lamentis arboris passionis Christi
que sustinuit calores frigoris fa-
tigationes ieiuniorum et famis
vigiliarum sputorum clamorum tonc[...]
crucis lancee et aliorum asperitatum
ut sit fasciculus in cruce. Dilectus
tuus tibi. Haec cum sunt duo li-
gna que colligebat illa vidua
de qua 3 Reg. 17 ecce duo ligna colligo
que coniunxit scilicet beneficia que nobis
contribuit et mala que pro nobis
sustinuit. Tercio arbor causat
umbram ad refrigerandum ab
estu et calore mortis. Cant. 2
Sub umbra illius quem desi-
deraveram sedi et fructus eius dulcis
gutturi meo. In pi[...]
Cum in meridie i. in fervore
diei ibat ad messores quia
non habuit umbram huius arboris
percussus in capite calore solis
mortuus est. iiij Reg. 4°
Item a fervore i. a tribulatione.
Ps. 9 Sub umbra alarum tuarum
protege me. Item a pluvia car-
nalis concupiscentie. Ysaie 4
a turbine et a pluvia. Tercio
dulcorat amaritates. Gregorius
Sic passio domini ad memoriam reducta

nichil a deo tam durum quod non
equo animo tolleret hoc signatum
est Exo. ubi lignum in aquas
amaras immissum est et eas dul-
coravit Et ita amor crucis xpi
omnes tribulationes in dulcedinem
convertit unde Aug in soliloquiis
Tua dulcedo caritatis quam
ostendi in ligno crucis Ste-
phanus lapides torrentes dul-
coravit craticula laurentio ref-
rigeravit per tua dulcedine ibant
apli gaudentes a conspectu concili-
um non amari dulcoravit cum
beatus andreas in ea penas
passus seu passurus cum gaudio
ad ipsam properavit Vere mirum
ipsa enim dulcorata fuit per illud
dulcissimum pondus quod super se susti-
nuit sicut cantat ecclesia dulce
lignum dulces clavos dulce pon-
dus sustinens seu sustinet /
Exemplum de quodam fratre qui non po-
terat sustinere austeritatem ordinis
et cibariorum // Tertio commendatur
ab utilitate quia vitam mundo
tribuit Gregorius unde mors oriebatur
inde vita resurgeret Cuius utilitas
ostenditur in exaltatione sancte crucis
ubi legitur quod mortuus quidam susci-
tatus sit ad fidem vite vel ad
fidem fidei paralitici quatuor curati
leprosi decem mundati / infirmi quinque
ceci illuminati demonibus effugati
et a variis languoribus plurimi
curati / Tertio procul dubio est illa
arbor quam vidit nabuchodonosor
rex Dan 4 Hec fuit alta ni-
mis et magna seu magne pro-
ceritatis cuius attingens usque
ad celum et usque ad terminos uni-
verse terre extendebatur quia in

ea magnus et altus pependi-
dus et rex regum et dominus
dominantium // folia eius pulchra
scilicet corpus salvatoris nostri exten-
sum fructus eius nimius i. re-
demptio generis humani esca omni-
um universorum in ea i. consolatio omnium
peccatorum subtus eam habitant
animalia et bestie i. peccatores
bestialiter viventes habentes fiduciam
in misericordia eius s. dei in ramis
eius conversantur volucres celi i.
sancti laudantes salvatorem suum
ysaie 51 Gaudium et leticia in-
venietur in ea gratiarum actio et
vox laudis / Hoc enim est quod
officium hominum et angelorum lau-
dare deum omnibus temporibus laudet
dominum redemptorem ihesum cristum
virginis filium ut nobis det gratiam
suam Amen. Sequitur

Sermo quintus de eodem etc

In baculo meo transivi ior-
danem istud Gen 32 verba
proposita ad literam dicit Jacob
patriarcha pro cantico divino
est redditum sum propterea in
terram promissionis Secundum spiritua-
lem intelligentiam possunt esse cui-
libet fidelis anime deo complacentis
inferentes pro suo transitu in terram
superne beatitudinis qui habet
fieri per baculum sancte crucis Et
quod in verbis premissis primo innuit
dei sancte crucis excellentissima
dignitas cum premittitur in baculo
meo / Secundo describitur eius evi-
dentissima utilitas cum subditur
transivi iordanem istud Tertio
est sciendum quod sicut ex esu
ligni vetiti natura humana cor-

quomodo meruerit vz mortem
tira tyrampnidem dyali et crudelem
intus qualiter Ita diuina clemencia
per lignum sancte crucis triplex
remedium adinvenit per virtute cuius
sancte crucis a morte peccati suscitamur
contra dyabolum preliamur et in eterna
beatitudine tenamur et ideo con-
venienter potest dici quod lignum sancte
crucis est baculus vite quo a mor-
te spirituali suscitamur est baculus
pugne quo contra dyabolum preliamur
et est baculus glorie quo in ce-
lesti gloria tenamur Primo dico
quod crux est baculus vite quo a
morte peccati suscitamur et hoc con-
gruenter figuratum est [deleted text]
ubi elizeus premisit Gyezi seu
Giezi cum baculo suo ad puerum
suscitandum Sed per hoc puer su-
scitatus non fuit venit postmodum
elizeus cum erat baculus et
incuruauit se super puerum
et posuit os suum super os pueri,
et oculos eius super oculos pueri
et incaluit puer et oscitauit sep-
ties et aperti sunt oculi eius per
Giezi quem elizeus premisit
cum baculo signatur lex mosa-
ica in qua sub figuris implicite
continebatur passio christi et crucis
ministerium Et quia lex vetus solum
peccatum ostendebat non autem a peccato
iustificabat Et dicit apostolus
ideo puer mortuus per hoc
non fuit suscitatus donec ve-
nit elizeus id est ipse christus cum
baculus erat ipsa crux prius fi-
gurata taliter incuruauit se in
puerum quem humiliauit se metipsum

formam servi accipiens Deinde
ascendit in crucem et patibulum
pro peccatoribus exorauit et posuit
os suum super os pueri quando in cruce
gloriosa inclinato capite emisit
spiritum et nobis dedit osculum pacis
Et tunc posuit manus suas super
manus pueri quando scilicet nostra
vivificatione manus et brachia
in cruce extendit posuit oculos
super oculos pueri quando per passio-
nem suam nos spiritualiter illuminat
et a nobis peccatorum tenebras ex-
pulit Sed notandum seu notabiliter
est aduertendum quod non subito seu
gradatim puer ille suscitatus est
Nam primo caro calefacta est caro
pueri Deinde oscitauit postremo
oculos aperuit per que tria tres
modi spirituales suscitationis con-
gruenter exprimuntur Nam primo opor-
tet quod primo ex memoria passionis
christi et virtute vivifice crucis
inflametur vis operativa per
compositionem et peccati detesta-
tionem Secundo ut ex hoc delectetur
affectiva ex devotione et in-
spiratione gratie septiformis et
sic quasi per oscitationem et con-
fessionem laudat divinam bonitatem
super omnibus bonis a deo recep-
tis iuxta illud Septies in die
laudem dixi tibi etc. Tertio puer
oculos aperuit ad videndum
quia mens per gratiam illuminatur
et ad gloriam dei contemplandam
informatur Secundo dico quod gloriosa
crux est baculus penitencie

---

ps

quo contra dyabolum pugnavimus. Quod
congrue figuratum est I Regum 17
ubi dicitur: Cum David vellet congredi
cum philisteo tulit baculum
quem semper tenebat in manibus
et elegit quinque lapides limpidissimos
de torrente et misit eos
in peram pastoralem. Deinde
tulit unum lapidem et posuit in
funda quam circumducens percussit
eum in frontem et sic philisteus
decidit. Per baculum quem David
in manibus semper tenebat signatur
memoria passionis quam semper
debemus revolvere in nostris cordibus.
Per quinque lapides electos
de torrente signantur quinque vulnera
Christi que de omnibus penis sunt
eligere debemus quos tunc in peram
pastoralem mittimus quando
acerbitatem sue passionis devota
mente recolimus. Cum autem
unum illorum in funda circumducentes
philisteum percutimus quando
virtute passionis Christi hostis temptationes
et insidias superamus.
Signantur autem isti quinque lapides dicuntur
limpidissimi quia in vulneribus
passionis Christi omnes legere
et cantare possumus. Unde omnes
hostis insidias superemus quod patet
[illegible] quando hostis malignus aliquem
temptat de superbia legat
in cruce Christi profundissimam
humilitatem. Si temptet de avaricia
legat summam paupertatem.
Si de luxuria legat summam in
cruce penarum acerbitatem. Et istis
lapidibus philisteus percutitur in fronte
quia per hoc eius omnes
insidias repellimus a mente.

Tercio dico quod gloriosa crux est
baculus glorie quo [illegible] coronam.
Ipsa enim sancta crux est nobis
in presenti baculus et sustentamentum
nostre peregrinationis cuius virtute perducimur
ad gloriam eterne retributionis.
Quod bene figuratum est Genesis 32:
In baculo meo transivi Iordanem
istum et cum duabus turmis regredior.
Designatur per hoc quod Christus
pauper cum venit in Mesopotamiam
sed inde dives redit in patriam
suam. Iacob significat ipsum Christum
qui pauper venit in hunc mundum
et per baculum crucis cum duabus turmis
victoriam scilicet gentilium divites redit
in celum. Designatur per hoc nobis necessarium
et per baculum crucis cum
virtute de peregrinatione huius mundi
ad celestem gloriam transeamus. Circa
quod sciendum est quod ipsius crucis
evidentissima utilitas ubi cum
dicitur Iordanem istum quod ipsius
virtute transitur de statu peregrinationis
ad statum glorie eterne fruitionis.
Ad cuius maiorem evidentiam
est quod invenimus triplicem
modum quo sancti de statu huius
presentis peregrinationis transierunt in
regnum eterne beatitudinis. Primus
transitus est in virtute baptismatis
qui competit innocentibus. Et istum
transitum significat transitus filiorum Israel
in virtute arche que cum precepto
Iosue precessit populum eum de Egypto
exeuntem et Iordanem transeuntem.
Archa enim federis Christus est in quo
est tota spes nostre salutis. Unde
sicut ad introitum arche divise
sunt aque Iordanis et iter preberunt
populo dei ut venit in terram promissionis.
Sic ad contactum ...

dissimile caracteris christi cum in cor-
dance baptisatur collata est nobis
regeneratiua omnibus aquis ut per
patet omnibus baptisatis via patet
ad regnum beatitudinis. Ideo scribitur
Iohannis iii° Nisi quis renatus fuerit
ex aqua et. Secundus caracter est imperfecte
caritatis et iste competit peni-
tentibus qui hic designantur per pallium
quo Elyas sicco vestigio transivit
iordanem. Signat enim ipsum christum
qui ex caritate pro nobis mortuus
est. Quod vero Elias illud pallium
reliquit Elizeo discipulo suo si-
gnat caritatem christi quam ipse
dimisit collegio fidelium que rec-
te dicitur pallium quia operit
multitudinem peccatorum. Proverbiorum x
Universa delicta operit caritas.
Tercius caracter est in voluntaria
sufferencia penarum penalitatis. Et
iste competit martiribus qui vo-
luntarie paciuntur pro fide christi in
quo caracter multiplicatur materia
leticie. Unde cum martiribus post mortem
canitur in celo sicut consules ad
honorem sicut victores ad recipi-
endam victorie coronam et sicut reges
ad vindictam gentibus per potenciam.
Sapientie 3 Iudicabunt sancti naciones
et dominabuntur populis etc.

Sermo sextus de exalta-cione sancte crucis sequitur

Exaltari oportet filium hominis.
Iohannis 12. Sermo iste propter
ad honorem et exaltacionem
sancte crucis scribitur in ewangelio
hodierno in quo quidem sacramen-
tum nostre redempcionis nobis
describitur quo ad duo. Primo namque
precium nostre redempcionis ostenditur
sufficiens ex dignitate precii
pro nobis effusi. Secundo ostenditur
optimum et expediens ex necessitate
remedii. Quia nullo alio remedio
poteramus liberari ut dicit Augustinus.
Circa sufficienciam vero est cum pre-
cium hominis. Sed circa convenienciam
notandum quod dicitur oportet exaltari. Circa
primum est sciendum quod sufficiencia
et valor precii fuit verus ipse eternaliter
filius dei patris et matris virginis qui
solus fuit dignus ut esset media-
tor dei et hominum ut dicit Apostolus. Colossenses 1
Et pacificaret per sanguinem cru-
cis eius sive que in celis sunt sive
que in terris ut patet Colossenses 1. Potest
autem dici quod christus voluit exaltari
in cruce triplici racione. Primo quod
ut ipsum prudentem intueretur
credentibus. Et hec racio tangitur
Iohannis viii° Cum exaltaveritis filium
hominis. Glosa in cruce tunc co-
gnoscetis quia ego sum ille scilicet
qui pro vestra salute vobis fuit
in lege promissus dicente Moyse
prophetam suscitabit vobis deus de fra-
tribus vestris ipsum tamquam me audie-
tis. Vel potest dici aliter quod christus
exaltatus in cruce nobis proponitur
in tribus signum. In veritate spe-
culi et vite librum. Primo patet
dum cum contemplator seu con-
templor ipsum christum in cruce ex-
altatum in ipso video quoddam sta-
tus signum quo dirigor in viam
paupertatis. Quia nudus in cruce
pependit. In viam humilitatis quia
voluntarie se pro nobis obtulit.
In viam benignitatis quia pro
crucifigentibus oravit. Secundo est ydo-
lor fuit signo quo multi
contradixerunt. 2. speculum ymitacione //

b

ram cupidi contradicit eius pau-
pertati superbi eius humilitati et iu-
racundi eius benignitati / Secundo
patet dum eum contemplor Christum
in cruce exaltatum quoddam con-
spicio virtutis speculum in quo apte
relucet exemplar omnium perfectionum
teste beato Augustino qui dicit in tota
vita Christi in terris disciplina morum
fuit omnia enim bona mundi Christus
contempsit que contempnenda do-
cuit et mala sustinuit que su-
stinenda precepit Tercio patet in
ipso cum Christo in cruce exaltato
conspicio librum vite de quo di-
citur in psalmo In libro tuo etc. scilicet testis
inuittri volentibus ubi dicit Glosa
hic qui sunt forma hominibus
bene vivendi et recte ascendi
ad legendum in hoc libro oportet enim
hoc scilicet ysaie 34 Requirite dilige-
ter in libro domini et legite in
eo scilicet sic quae secte vite voluntatis
conformari Ipse enim est ille liber
foris et intus bene scriptus
et plene ut dicitur Apocalypsis /
Secundo Christus voluit exaltari
in cruce ut pendentem atten-
dare fugientibus et ad ipsum accedentibus
confidentibus Certum enim est quod ille
nequaquam potest negare veniam
qui semetipsum pro nobis hostiam
et pro nobis posuit animam suam
benedictam Et ideo peccantibus patien-
ter expectat et clementer indul-
get ut dicitur ysaie 30 propterea
expectat dominus ut misereatur vestri
talem fiduciam exemie habuit
Bernhardus tamen dicit super Canticum
sermone 61 peccavi peccatum grande
turbabitur consciencia mea sed non pertur-
babitur quia vulnerum domini recorda-
bor ex quo in peccatis venie repromittitur

Si autem deus quandoque non percutit
sed punit hoc est ex eo quia ne-
mo est qui veniam studeat im-
petrare unde indiget ecclesia ipsis
temporibus alio moyse qui stat semper
inter deum et populum / sicut fecit moy-
ses cui ~~fecit~~ dominus dixit Exodi 32
Dimitte me ut irascatur furor
meus contra eos ut deleam eos
Super quo verba dicit Bernhardus Ecce
in hoc verbo evidenter apparet po-
tencia caritatis que vincit invin-
cibilem et ligat omnipotentem Et
utinam vellet dominus hodie habere
talem virum qui eum precibus liga-
ret ne eum irasci permitteret
Et quia talem non invenit ideo
lamentabiliter conqueritur dicens Ezechielis 22
Quesivi de eis virum qui in-
poneret sepem et staret ex adver-
sario contra me ne dissiparem
eos et non inveni et ideo effudi
super eos indignationem meam et in
igne ire mee consumpsi eos /
Tercio Christus voluit in cruce ex-
altari ut ex ipsum aspicientes effica-
cius traheret quanto pro te passus est
attractivus mentem tanto tuam ad se
trahit efficacius ideo ipsemet dicit
Johannis 12 Ego si exaltatus fuero etc.
Et loquitur de sua exaltatione
facta in ligno crucis ut dicit
glosa Nulla enim potest esse tanta
transgressio nulla tam profunda
prima desperatio quam Christi passio
devote considerata non extrahat
de lacu miserie et de luto fecis
immo etiam de profundo desperationis
Et hanc pietatem ipse dominus
promiserat peccatoribus Osee 11
Traham vos in vinculis cari-
tatis Sicut autem dicit in psalmo In vin-
culis caritatis Quia in Christo

vtus unitorum trahit ad sponsi
reconciliationis osculum, decus amplexu-
rum trahit ad multam concupi-
scentiis perfectionis / dolor tormentorum
trahit ad gemitum devote com-
passionis. Sed odor unguentorum
trahit ad amplexum intime
devotionis. Unde anima sedem
Bernhardus fluunt de vulneribus Christi
unde dicit super Cant. Quid
mihi deesse usurpo de visce-
ribus Christi quia uberes nunc effluunt
nec desunt foramina per que
effluant. Patent archana cordis
per foramina corporis patent viscera
misericordie dei. In quibus vi. n. o. ex-
altato. In cruce enim signum
Christus habet caput inclinatum
ut per hoc ostendat quod paratus sit
recipere penitentes ad osculum
pacis. Extendit etiam brachia
ut prompte redeuntes recipiat
ad amplexum pacis et amicitie.
Quum de exaltatione filii hominis
aliqua prelibavimus quibus est ut
sententia hodierne festivitatis
aliqua de exaltatione sancte crucis
etiam inducamus ad cuius eviden-
tiam est sciendum. Quod pre-
mium exaltationis sancte crucis
colligitur ex tribus. Primo quia
fuit sanctificata vestigiis. Secundo quia
fuit clarificata prodigiis.
Tertio quia fuit magnificata su-
ffragiis. Primum ex tactu cum
castissimi corporis et sanguinis
Christi ipsa crux que fuit prius
contemptibilis vilitate et horri-
bilis penalitate fuit reddita
honorata ut dicit Dam. libro 4 c. 3.
Unde dicit Augustinus: Quod ipsa crux
que ~~fuit~~ prius supplicium erat la-
tronum nunc transit ad frontes
imperatorum. [illegible] ratio assignat

caritatis cum dicit. O bona
crux que decorem et pulchri-
tudinem de membris domini su-
scepisti, fuit cum sua propria san-
guine nobilitate et ex membris
eius tamquam margaritis ornata.
Secundum patet hoc cum signo crucis
sibi celitus ostenso Constantinus
de hostibus triumphavit et similiter
Mauritius et Martinus qui dicit
Ego signo crucis non clipeo tectus.
Et ne de ceteris omnibus miraculis
taceam hodierna die cum lignum
sancte crucis ab Eraclio Ieroso-
limam honorifice deferretur quatuor
paralitici sunt curati et leprosi sunt
mundati et 17 ceci sunt illuminati
multi etiam demoniaci sunt liberati
et aliqui mortui sunt suscitati.
Tertium patet sic. Dam. Virtute sancte
crucis protoplasti casus est refor-
matus, hostis est superatus, infernus
despoliatus, et paradisus reseratus.
Ideo dicit Bernhardus in sermone
de sancto Andrea: Crux est scutum
quo tuemur ut eius quatuor
cornua quadrifaria hostis tela
repellat. Hec autem quatuor cor-
nua sunt continentia patientia
humilitatis et prudentia vera ut
ipse dicit. Primum cornu dextrum
repellit timorem pusillanimitatis.
Secundum cornu sinistrum repellit
timorem adversitatis. Tertium
cornu repellit favorem prosperitatis.
Sed supremum cornu quod est ipsa humi-
litatis repellit timorem vanitatis.
Unde dicit Augustinus: Quod signum
crucis a nobis expellit extermi-
natorem si tamen nunc habeat
Christum inhabitatorem. Unde et sic
laudibus premio pulchre loquitur.

ff

Cassiodorus sic dicens est
humilium invicta tuitio superborum
deiectio victoria Christi perditio
dyaboli infernorum destructio cele-
stium confirmatio mors infidelium
vita iustorum Cuius glorie etc. //
Sequitur 2m principale // Secundo
sacramentum nostre redemptio-
nis ostenditur optimum et necessarie
remedii nobis exhibiti quod notatur
cum dicitur Oportet exaltari etc. ad cuius
maiorem evidenciam duo sunt
declaranda // primum est qua necessitate
oportebat filium hominis exaltari
Secundum est qualiter et quibus meritis
talem exaltationem cum ipso
possimus consequi // Circa primum
est sciendum quod filium hominis
oportuit exaltari triplici ratione
primo ad proprie offensionis sa-
tisfactionem Secundo ad divine promissi-
onis adimpletionem Tercio ad di-
vine scripture consumationem // primo
ad proprie offensionis satisfactionem
primum patet cum enim peccatum
primi hominis fuit infinitum ex
parte dei qui offendebatur et etiam
ex parte boni infiniti quod per peccatum
hominis perdebatur Unde probat Ans-
helmus in libro Cur deus homo
De offensa autem infinita pura
creatura cum sit virtutis finite
non potest satisfacere ideo relinquitur
quod ille qui pro peccato primi hominis
satisfacere debebat esset necessario
deus et homo / deus quidem qui
satisfacere posset et homo qui
satisfacere debebat ut deducit Ans-
helmus ibidem Et istam rationem
tangit Apostolus cum dicit ad hebreos
9 Christus se metipsum pro nobis
obtulit hostiam deo patri in
ara crucis ut nos redimeret

scilicet a peccato quia nulla alia hostia
sufficiebat ad delendum peccatum et
ad satisfaciendum pro peccato nisi sola
hostia ista ut dicit Glossa Cum
voluntarie pro nobis se obtulit
in ara crucis Et ideo admonet
istius beneficii memoriam hortatur
nobis Ambrosius quibus verbis ita d
O homo noli contemnere tantum be-
neficium quia propter te Christus dampnationi
mortis se subiecit ut te de dampn-
atione mortis ~~eruet~~ eriperet
Ille suscepit mortis servitutem
ut tribueret vite libertatem // Secundo
patet ad hoc enim Christus oportuit
in cruce exaltari ut pactum suum
promissionis adimpleret promiserat
namque per prophetas se venturum
ad nos redimendos et salvandos
Et hoc pactum Christus conscriptum
per instrumenta vallaverat sigillis
et firmaverat testibus multis Scriptum
quidem pacti exprimit Ysaie 46
ubi Christus dicit Ego feci ego
feram ego portabo et ego salva-
bo quasi dicat Ego feci primum
hominem ego feram id est sustinebo
omnem penam pro prima faciendo
Sed quia homo per se ipsum non potest
deo satisfacere de peccato primi ho-
minis ideo dicit ego portabo scilicet
et pro eo penam satisfactoriam
ad quam per se non sufficit Et
pro hoc ego salvabo eum quia
pro sua salute omnino incepi ferre
Iuramentum huius pacti exprimit
Gen 22 per me metipsum iuravi
dicit dominus quod in semine tuo be-
nedicentur omnes gentes Et Luc 1
ius iurandum quod iuravit ad Ab-
raham etc. Signum autem instrumenti
sigilla fuerunt omnes prophete

huic concordat nobis testimonium
perhibent accipere remissionem pec-
catorum in nomine eius qui credunt
in eum ut dicitur actuum 10 c. Tercio
oportet christum in cruce exaltari ut omnia
consummentur que de ipso scripta
erant et ideo ipsemet dicit luce
ultimo necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege et pro-
phetis et psalmis de me et di-
xit eis Quoniam sic scriptum est et
sic oportebat christum pati pro salute
humani generis ut dicit glossa et
resurgere a morte tercia die et
predicare in nomine eius penitenciam
et remissionem omnium peccatorum in
omnes gentes Tercium quod est sciendum
Quod si volumus cum christo in
presenti per graciam et in futuro per
gloriam eternaliter exaltari oportet
nos regenerari per graciam reconciliari
per iusticiam et conformari per pati-
enciam primum patet Quoniam cum omnes
natura simus filii ire ut patet
ephes. 2 oportet vetustatem nec-
non deformitatem culpe mori
et novam nativitatem gracie ideo
scribit Iohannis 3 oportet nos
nasci denuo / Hec autem gracia nos
regenerans est ipsa fides per dilectionem
operans que est primum principium
et fundamentum spiritualis vite
quia sine fide impossibile est placere
deo ut dicitur hebr. 11 Ianua autem igitur
sacramentorum ianua hec cum
omnium causam apostoli sollicite
docuerunt actuum 16 d. Si vultis
salvi fieri credite in dominum
ihesum christum et salvi eritis Secundo
est sciendum Quod quicunque per
graciam regeneratur oportet credere
in ihesum non quomodocunque non sed fide
certa et non dubia fide viva et
non mortua fide vera et non ficta
Si enim pro fide timens pati adversa non
est firma Si a fide substraheris bona
opera non est viva sed mortua
Quoniam fides sine operibus mortua
est Si vero a fide queris probacionem
et experimenta non est vera nec
meritoria Quoniam secundum gregorium fides
non habet meritum cui humana racio prebet
experimenta // Secundum patet Quoniam
cum vera fides hominem iustificat
secundum apostolum patet Qui in vacuum graciam
dei recepit qui per hoc in iusticia
non proficit Unde ad hoc exercicium
virtuosum quemlibet nostrum hortatur apostolus
1 thess. 4 d. Rogamus inquit
vos et obsecramus in domino ihesu
quemadmodum a nobis accepistis
quomodo oporteat vos ambulare et placere
deo Sic ambulate ut habundetis
magis Et dicit glossa Ambulare
est recte conversando et in bonis
operibus proficiendo Sicut autem exercicio
corporis incedit via pedum Sic per
exercicium bonorum operum proficitur via
morum Tunc autem ambulamus
sicut oportet cum ambulamus
recte per intencionem perfecte per dilec-
cionem caute per discrecionem et ho-
neste per bonam conversacionem
ad hoc omnes exercicium virtuosum hor-
tatur nos apostolus Coloss. 1 ambu-
letis digne per omnia placentes
deo et in bono opere fructificantes
Et quia exercicium virtuosum non potest
fieri nisi in vita presenti ideo dicit
apostolus Galath. 6 Dum tempus
habemus operemur bonum ad omnes

B.

macome aut ad domesticos fidei / 3m patet / Si cum oportuit pati xpm et ita per passiones primam intrare in gloriam suam utique sine debito quod sine passionibus pessimis intraret in gloriam suam que sibi debebatur nec iure privato nec iure condigno ideo scribitur Ro 8 Non sunt condigne passiones huius temporis future glorie que revelabitur in nobis Quare autem non sunt condigne hic Glosa exponit dicens Quia sic parte minor et pene minus sunt breves ad tollerandum et leves ad sufferendum ideo scribitur 1 Petri 2 In quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari variis temptationibus ut probatio vestra in laudem et gloriam dei ihesu christi Nam sicut triticum trituratum et in aere ventilatum reponitur in granario domini Sic per multas tribulationes vite presentis oportet intrare regnum dei ut patet actu Tribulationes presentis vite sunt quasi plurimum valentes quia inducunt homines ad cognitionem culpe ad restitutionem gratie et correctionem emende et ad perfectionem iusticie ideo dicit Gregorius Si divina iusta domino placere studemus iniusta autem pati possumus nisi ea que deo placuerunt Iusta igitur sunt cuncta que patimur esse quod utilitatem parent passionum ad virtutes seu caritates habitus Augustinus dicit Domine hic seca hic ure ut in futuro michi parcas Amen

Sermo primus de dedicatione templi sequitur etc.

Domum tuam domine decet sanctitudo ps 92 Secundum philosophum tam ex divina parte quam creatura quam sacre scripture intelligentia sanctorum doctorum sanctus nomine deum hic est de quo esse tamen filius hominis ut dicit in proverbiis Item quia nomine deum essentialiter esse sanctum sed tamen desiderat ut in nobis habeat mansionem admirando et adaptando dixit verbum illud propheticum Domum tuam domine etc. nobis Crisostomus dicit Quia tu deus magnus es et sanctus dulcedine tue dilectionis dignatus es habitare in nobis decet omnino domum i. civitatem tuam esse sanctitatis quod ipse dominus movens ostendit ita dicens Levitici Sancti estote quia ego sanctus sum Quia sicut primo Sapiencie dicitur In malivolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis Sed sicut ibi septimo dicitur Transfert se in animas sanctas Et ideo si deum in cordibus nostris habere cupimus necesse est ut per devota exercitia nos sanctificemus Que sunt autem exercitia que nos sanctificant per consecrationem pontificis edocentur Expedito igitur in primo sermone de domus distinctione distincte domus sanctificatione edificatione dedicatione domus eius dedicatione Nunc est secundo de domus consecratione ymmo sanctificatione Quia si sanctificare cupimus necesse est ut pontifices imitemur Quia sicut pontifices materiales domum materialibus exerciciis sanctificant Nos cum ecclesia sit spiritualis domus

spiritualibus devotionibus consecre-
[illegible] aut exterius domus dei
que sunt anime nostre sunt conse-
crande docet nos Crisostomus
ita dicens / Quando ecclesia materialis
per manus pontificum dedicata
est domus per nos sine dubio
factum est ut et nos desideran-
tes corda nostra domum dedicare
et ita faciamus idem in nobis
spiritualiter impleri necesse est que
per in parietibus visibiliter perfece-
runt / Hec in Ecclesia si volumus utique
sancta habet anima hec eaque
aspersio lavacri inscriptio crucis
erectio luminis incensio olei
inunctio vestium sacratarum bene-
dictio hec ut ait Crisostomus
in visibili domo faciunt ponti-
fices hec eadem eadem Christus
assistens pontifex futurorum
bonorum invisibiliter operatur
in nobis / volentibus igitur tem-
plum dominum dedicare apponamus
imbrem lacrimarum et sudorem
penitentie que videlicet lacrime
tante sunt virtutis ut de prosti-
bulo dyaboli dedicant domum
dei de quibus lacrimis ibi dicit
plorantes nequaquam plorabitis
Augustinus / O fortis lacrima
vincens invincibilem ligans omni-
potentem hoc est quod omnia alia
affectum habet supplicantibus lacrima
non virtutem tangentibus unde dominus
per ysaiam prophetam verum nunc ine-
briasti ad ipse lacrimarum tuarum
enim tu diversa sunt genera lacrima-
rum secundum diversitatem devotionis
et statum sanctitatis / Sed quod innuit
Jeremias de divisionibus aquarum
deduxit oculus meus Quod ubi
exponit Hugo dicens / Divisas quip-
pe aquas oculus lacrimas deducimus
quando peccatis singulis dispertitas
lacrimas damus / vel quando
singulis devotionibus singulos
fletus impendimus / secundum ergo
per omnibus diversitatibus consideratis
sic invenimus genera lacrimarum
Sunt enim lacrime compunctionis
devotionis compassionis compre-
hensionis misericordie consideracionis
amoris sive dilectionis vehemen-
tissimi desiderii accensionis
Sed quia de hiis speciebus lacrima-
rum longum esset prosequi de
primis tribus tamen que ad cordis
nostri dedicationem sufficiunt prosequamur
Sunt ergo lacrime dicuntur com-
punctionis que tantum in mun-
do affluunt et provocantur Unde
s. Augustinus et etiam Crisostomus ~~[illegible]~~
Ascendit homo ad tribunal
mentis sue et audiat causam
pretite vite sue Assit timor car-
nifex testis conscientia accusa-
trix memoria et sic revolvat
et recogitat annos suos in
amaritudine anime sue Denique
sit fariens verorum cum cogatur
prorumpere in lacrimas dicens
illud Heu michi domine quid
peccavi nimius in vita mea
ubi me abscondam a vultu
ire tue Hinc itaque lacrime
affluunt quando homo in degusta-
tione sua incipit revolvere
et recolere beneficia que ei contulit
deus Et iste lacrime vocentur
~~hic~~ recordationis lacrime tamen
ex recordatione beneficiorum dei

oritur quedam dulcis devotio
et fiducia de venia et amici-
cia conscientia. Ex quibus gau-
dium spirituale concipitur et ex isto
concepto gaudio dulces lacri-
me profluunt. Unde Bernhardus:
Felix anima que omnia beneficia
vel saltem precipua studiose
colligere et ante mentis ocu-
los digna cum graciarum
actione reducere curat. Profecto
cum fuerint in vasculo cordis
pistillo crebro meditationis con-
tusa atque contrita, deinde igne
sancti desiderii simul decocta et
demum impinguata oleo leti-
cie, erit unctio longe preciosior
et aspectu excellentior priore.
Et sciendum quod prime fletus species
non longe queruntur sed penes
nos absque labore copiose ac
de cellulis nostris capiam talia
per facile tollimus. Quis enim
non ad manum habeat iniquita-
tes et peccata si non dissimulat. Dici-
tur ergo fletus species tria in dicta
quam profert, sed procul et de ultimis
finibus eius nobis species comminus.
Hec lacrime sunt compassionis
que omnes alias fortis antecel-
lunt. Hec autem lacrime sicut sen-
sit de necessitatibus pauperum,
anxietatibus oppressorum, culpis
delinquentium et postremo de
omnibus quorumque miseriarum casi-
bus. Unde Bernhardus: Ex multe miserie
atque oculo pietatis inspecte spe-
cies sunt species de quibus unguenta
optima componuntur. Unguenta
lacrimas vocantur. Hec tria genera
lacrimarum dominus signavit in
se relinquens nobis exemplum

ut et nos ita faciamus. Primo enim
cum flevit lacrimas in passione
propter dolorem et penalitates
amarissimas sentiens et etiam
intus dolores sciens quos ex
magnitudine sue amarissime
passionis essent recepturi. Secundo
lacrimas devotionis fudit super
lazarum cum eum resuscitare veni-
ret uniformem voluntatem
patris et precem dicens: Gratias
tibi ago pater quia semper me audis.
Cum hijs verbis fudit lacrimas
devotionis. Tercio flevit lacrimas
compassionis cum super civita-
tem Iherusalem flevit dicens: Si cogno-
visses et tu. Sciendum quod ad dedi-
cationem templi necessarium est ex-
terius inscriptio. Hec autem in-
scriptio nichil aliud est nisi quo-
rundam frequens et continua me-
moria que ibi infixa impressa
et inscripta debent esse cordi
ut eorum numquam obliviscamur. Et
aut tria que scribere debemus
in corde nostro ut eorum numquam ob-
liviscamur. Primum est dei beneficii
inscriptio ita radicitus et in-
delebilibus debet esse impressa cor-
dibus nostris ut numquam ob-
livisci valeamus. Unde Deut. vi
precipitur nobis dicens: Cave diligenter
ne aliquando obliviscaris domini
dei tui. Et Proverbiorum dicit: Adhereat
lingua mea faucibus meis si
non meminero tui. Et Ecclesiastici:
Graciam fideiussoris tui ne
obliviscaris. Dedit enim pro te animam
suam. Ex tali memoria
omnes cogitationes et opera-
tiones nostre sanctificantur et nobilitantur

Unde Cant. pone me sicut signaculum super cor tuum. Et Thobias dixit: audi fili mi verba oris mei et ea in corde tuo quasi fundamenta construe omnibus diebus vite tue in mente habeto deum. Unde de isto dicit beatus Augustinus: quid salubrius, quid honestius, quid dulcius quam omni hora eius meminisse qui nullo momento nostri obliviscitur. Et sine quo nulla hora vivere possumus. Debemus autem deum cordi nostro inscribere dupliciter, scilicet quantum ad divinitatem et quantum ad humanitatem. Prima facit admirationem, secunda imitationem. De prima dicit apostolus: O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. De secunda dicit Petrus: Christus passus est pro nobis nobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Contra ad divinitatem dicit Bernardus: invisibile capit deum nisi ymago eius. Sed quantum ad humanitatem dicit idem Bernardus: ad ymaginem humanitatis dei oportet nos conformari si ad ymaginem divinitatis volumus reformari. Secundo quod cordi nostro inscribere debemus sunt dei precepta et maxime illa sine quibus non est salus. Omnis enim qui in mundo est constitutus scribat in corde suo precepta mandatorum. Qui autem in religione precepta religionis et talia obsequia que oportet eum observare quo de religione. Unde Deut. vi: audi iste precepta domini et ea in corde tuo quasi in libro scribe. Ibidem sequitur:

Verba que precipio tibi erunt in corde tuo et narrabis ea filiis tuis et meditaberis ea in domo tua sedens et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, et ligabis ea quasi signum in manu et movebuntur inter oculos tuos. Scribes que ea in limine et in hostiis domus tue etc. Dicit Jer.: Dabo legem in visceribus eorum et in cordibus eorum scribam. Prov. iii: Fili ne obliviscaris legis mee. Eccli. iii: Altiora te ne quesieris et maiora te ne scrutatus fueris, sed que tibi precepit deus illa cogita semper. Tertium est quod debemus scribere in corde nostro est offensa qua dominum deum offendimus. Unde Deut. ix: Memento et non obliviscaris quomodo ad iracundiam provocaveris dominum deum tuum. Hec cum tanto sine dolore et pudore de cordibus nostris non debet aliquando recedere donec ipse deus misertus nostri habeat scripturam deleat. Iram ad hoc ipse pollicitus est per prophetam: Ego sum qui deleo ut nubem iniquitates tuas. Apoc. me hec triplex inscriptio cordis mei erit prefigurata in inscriptione elementorum que fit in templi consecratione litterarum omnium cum alphabeto greco et latino. Tertio quod in dedicatione ecclesie agitur est quomodo in parietibus crucis ~~vere~~ in minio scribitur et nos in cordibus nostris dedicationem crucem Christi eam continuam devotione memorando.

Hec aut crucis exercitacio licz ad
omnia bona impetranda et omnia
mala amouenda summa sit
eciam prodocta. hinc. Bern[ardus] dicit
passio tua domine ultimum re-
fugium singulare remedium
valet enim ad quatuor scilicet ad sui com-
passionem ad sui imitacionem
ad temptacionum repressionem ad
tribulacionum dulcoracionem ad dei
attraccionem De primo Bern[ardus]
Respice o homo oculo mentali
Christe pacientem et saltem
compatere qui pro te passus est.
De secundo petrus Cristus pro nobis
passus est nobis relinquens
exemplum ut sequamur vestigia
eius De tercio figura precessit
de serpente eneo quem qui re-
spexit sanatus est a morsu
serpentis De quarto similiter
figura precessit Exo. ubi legitur
Quod cum in marath plus a-
qua pro amaritudine bibere non
possent per tactum ligni quod sumptum
sunt amare aque verse sunt in
dulcedinem Ecce ecce crucis ligno
indulcorate sunt aque De quarto
quod magis est negocij dicit Bern[ardus]
Gaudet celestis sponsus thalamum
in cordibus libenter ingredientibus
ubi passionis sue ignominiam
et resurreccionis gloriam sedula
videt cogitacione versari ibi adest
sedulus ad est libens Hanc aut
crucis exercitacionem fecit et faciat
sponsa cristi que dicebat fasci-
culus mirre dilectus meus in
Bern[ardus] Et ego ab ineunte me-
a etate hunc fasciculum mirre
de omnibus amaritudinibus eius mi-
hi collegi et cordi meo ligaui

cuiuscumque sic R caritatis qui
habet sensum quantum ad hanc prope
tati expediat saltem aliqua
hora dei passionis ipsius ac
redempcionis attencius recol
ligere Sufficiat ad faciendum sua
mentem in consciencia caritatem cum lumi
num attensio que ad eclesias
dedicacionem necessario afflugunt
Sit eciam in dedicacione cordis
nostri pro predicta duo attendit
lumine et illuminare dignatur
corda et corpora nostra Hec illumina-
cio nichil aliud est nisi cari
tas dei que diffunditur in cordi
bus nostris per spiritum sanctum qui datus
nobis In luce aut tria sunt
scilicet ardor splendor et nitor Sed
est differencia inter nitorem et sple
dorem Splendor est in fonte
lucis principio luminis splendentis
in seipso Sed nitor est in exterio
ribus transparentibus in exteriis
corporalibus spatiis Similiter in luce
spirituali scilicet caritatem tria predic
ta sunt scilicet ardor splendor et
nitor per ardorem caritatis
fruicionem per splendorem spiritualium
luminum cognicionem per nitorem
exemplorum edificacionem accipimus
De primo scilicet amore fruicione dicit
Bern[ardus] O dulcis affectio co
suauior quo totum diuinum est quod
sentitur Et item verus amor in
venit amicus in se traducit affectum
et captiuat Iterum Cum mentis
nostra in dei dulcedinibus amore
attenditur omne desiderium presentis
vite languescat De secundo scribit Bern[ardus]
In lumine caritatis duplex co-
gnicio est scilicet dei et mei De
dei cognitione caritas magis

et magis attenditur supra plen-
deum cognoscere et non amare de
cognitione aut sine humilitatis ope-
ratur. Est itaque cognitio illa
tam necessaria ad salutem quam
necessaria dilectio quia sine hu-
militate nequaquam erit salus.
De tertio monet nos dominus in Matthaeo:
Sic luceat lux vestra coram hominibus ut
videant vestra bona opera et glori-
ficent patrem vestrum qui in caelis
est. Quartum ad dedicationem magis
necessaria est unctio per quam
sanctificantur altaria per quam
figuratur spiritus sancti infusio. Et
cum Ambrosius: Quod spiritus sanctus
per magnam amoris infunditur devo-
te anime. Fuit autem hec verba eius
ad voluntatis excipit ut amor
fiat intimus per magnam amoris
infundit se spiritus sanctus spon-
te adiuvans seu in oratione
seu in meditatione infirmitates
orantibus vel cogitantibus et
continuus memor efficitur
vel afficitur cum suaviter sapiunt
ei bona domini intellectus vero
fit contemplatio. Est autem
triplex affectus vel effectus
unctionis. Unguntur enim
milites ut pulchre fiant.
Danielis: afferte mi oleum et
smigmata ut laver et ungar.
Secundo unguntur reges et episcopi
ut in dignitatibus efficiantur
ut in libris regum dicitur: Accipe
cornu tuum plenum oleo. Tertio
ut homines ad gaudium et ex-
ultationem afficiantur. Unde in psalmo:
Unxit te deus tuus oleo
letitie per quod signatur quod
per adventum spiritus sancti ho-
mines a peccatis mundantur. Et hoc per
unctio signat. Secundo nobilitantur
quia adventu spiritus sancti scilicet anime
Christo desponsantur ut sicut Christus
rex est et dominus sit anime talium sicut
regine. Tertio gaudio ineffabili le-
tificantur super omne gaudium huius
mundi. Bernardus: Gustato spiritu desipit
omnis caro. Quinto ad dedicationem
magis necessaria est benedictio
que benedictio non incongrue sequitur
ad predicta. Qui cum mentem suam
taliter compleverit ut eam habitaculis
expressum est multo est benedictus
a domino. Qualiter autem et in quibus
et quo sit benedictus innuitur in
Deuteronomio 28. Ubi dicitur: Si audieris
vocem domini dei tui ut facias
atque custodias mandata que ego
precipio tibi hodie faciet te dominus
deus tuus excelsiorem cunctis
gentibus que versantur in terra venient
que super te benedictiones iste. Prima
benedictus tu in civitate. Secunda
benedictus in agro. Tertia benedictus
fructus ventris tui. Quarta benedictus
fructus terre tue. Quinta fructus
iumentorum tuorum sit benedictus.
Sexta benedicta horrea tua. Septima
benedicte reliquie tue. Octava
benedictus ingrediens et egrediens.
Nona benedictio inimici tui qui
consurgunt adversum te corruent
in conspectu tuo. Decima bene-
dicent que te in terra quam acceperis.
Suscitabit te dominus in populum
sibi sanctum sicut iuravit tibi. Vide-
bunt omnes terrarum populi quod nomen
domini invocatum est super te. Habun-
dare faciet te dominus omnibus bonis.
Benedicet cunctis operibus manuum
tuarum. Fenerabis gentibus
multis et a nullo ipse feneraberis.

accipies. Constituet te dominus deus tuus in caput et in caudam et cetera. Et nos subter. Quas benedictiones in nobis compleat cristus Ihesus marie filius in eternum benedictus. Amen.

Sermo secundus de dedicatione templi sequitur

Vidi civitatem sanctam Iherusalem novam descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Apocalipsis 21. Verba proposita que scribuntur in epistola hodierna secundum quod intellecta possunt esse dicta in persona militantis ecclesie vel cuiuscumque fidelis anime que ad hoc disposita est ut digna possit effici templum dei quam eciam per graciam inhabitet et eam per suam amabilem presenciam sanctificat. In quibus anima devota scribitur quo ad duo. Primo quo ad statum perfectionis que habet in presenti vita et notatur cum premittitur Vidi civitatem sanctam Iherusalem novam descendentem de celo. Secundo describitur quo ad statum perfectionis quam habebit in vita beata quod notatur cum subditur a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Circa primum est sciendum quod perfectio anime in vita presenti ut digna sit effici templum dei in tribus consistit. Primo in sublimatione virtuosa quia virtutibus adornatur. Secundo in illustratione gloriosa quia per graciam illustratur. Tercio in conformatione sponsa quia cristo in vita et in moribus conformatur. Propter primum premittitur Vidi civitatem sanctam. Propter secundum subditur novam Iherusalem. Sed propter tercium annectitur descendentem de celo. Ad primum

evidenciam est sciendum quod sublimatio virtuosa quantum ad presens consistit in duobus. Primo in conservatione tam exteriorum quam interiorum perfecta circumspectio propter quam quidem circumspectionem et custodiam ipsa mens provida sub specie civitatis apparuit cum dicitur vidi civitatem. In hac autem civitate, secundum Augustinum de civitate dei, deus est vita. Haec est ipsa caritas, sed vita est ipsa civitas. Quia autem mens devota in suis sensibus custodia et circumspecta civitati comparatur, quia talis mens duplici muro cingitur. Primo quidem muro divine providencie que homines a multis malis saepe preservat in que ex fragilitate propria labi possit, unde dicit Augustinus: Quod omnia illa nobis omnibus debemus censeri dimissa a quibus nos divina preservat providencia. Sciendum autem quod preservat muro divine providencie aliquando malo preservavit seu preservat in que ex quibus facile labi possumus. Primo namque preservatur ab hoc malo quod temere indicemus. Secundo ab hoc malo preservatur quod nunquam alienis bonis defectibus nimis aggravemus. Quia hoc est contra precepti seu pueri tardis et omnibus virtuosi quia semper defectus aggravet et altius ascendit. Cuius ratio est quia eius boni magis sunt noti defectus proprii quam alieni. Et ideo plus debet aggravare defectus proprios quam alienos. Tercio preservatur ab hoc quod nullus hominum propter suos defectus contempnandum

Ecce cum propriam voluntatem fra-
gilitatem diligenter advertit clare
cognoscit quod in maiores defectus
labi potuisset si ipsum divina
clemencia misericorditer non pre-
servasset et ideo pro hoc quilibet
magis inducitur ad proximo com-
paciendum quam ad ipsum contemp-
nendum. Secundo talis mentis cin-
gitur muro angelice custodie de
qua dicitur anime devote Ysaie 62
Super muros tuos iherusalem constitui
custodes tota die et tota noc-
te non tacebunt laudare nomen
domini. Sed hec est murus ange-
lice custodie homo triplicem uti-
litatem consequitur. Primo namque
angeli nos custodiunt bona no-
bis suggerendo. Secundo a malis
temporalibus retrahendo. Tercio eciam
nos hostis sevicia et malicia
cohibendo non permittentes nos
ab hoste tam acriter impugnari
sicut libenter faceret de sua cor-
rupta voluntate. Unde enim dicimus
habemus in ex sponte primum
lapsum hominis persuadente ser-
pente secundum augustinum dyabolus
non assumpsisset ex arbitrio proprio
sed quia non permissus alia species
assumere in qua magis potuisset
sua calliditas occultari. Tercio cin-
gitur muro proprie diligencie et
circumspeccionis attente. Hec autem
circumspeccio figuratur in qua-
tuor animalibus sanctis que erant
plena oculis populus ante et
retro. Prima diligens circumspeccio
de condicione preteritorum accipit
cautelam futurorum. Tam de hoc
quod homo recolit se quondam in preterito
de levi temptacione se passum

cepisse accipe cautelam in futuro
ut anteriori temptacioni se diligen-
cius preservet. Erant eciam ista ani-
malia oculata ab intus et ab extra
ad designandum quod mentis interne pu-
ritate non potest subsistere nisi sit
in diligenti custodia sensuum ex-
teriorum et interiorum diligenter pre-
cavens ne menti aliquid per eos
illabatur que eius puritatem va-
leat obfuscare. Talis autem mentis
predictis muris cincta nullius mo-
lis machina mentis vel hostis po-
terit expugnari nec ad aliquam
inordinatam concupiscenciam poterit
inclinari. Secundo sublimatio virtu-
sa in amenum virtutum vinetum divino
plena fecunditate que continue in-
nuitur in ipsa felicitate. Cum dicit
Setam vidi inquit civitatem Setus
enim idem est quod unctus vel floridus
unde vasa crismate uncta dicuntur
sancta ad designandum quod mentis
per spiritum sanctum sublimata intus
ungitur spiritus sanctus gracia et in-
genter floret in virtutum ubertate et
affluencia ipsorum unguentorum
suavitate degustaverat sponsa
Cantica 1o. Cum dicit meliora
sunt ubera tua vino fragrancia
unguentis optimis. Per ubera sponsi
debemus intelligere uberrimam
divine sapiencie et benignitatis ple-
nitudinem de quibus nobis influit
delectabilis gustus divine suavitatis
et lac purissimum divine pietatis.
Hec quidem ubera recte dicuntur
meliora vino. Prima quia gustus divine
suavitatis incomparabiliter excedit
triplicem proprietatem vini. Tam in
gustus suavitate quam in mentis
hylaritate quam eciam in mentis
fecunditate. Hec quidem in terra //

divini amoris valor efficit in hoc
iam quietus divini saporis in tanta
securitate mentem constituit quod
nullum opus quantumcumque arduum
pro amore divino aggredi pertime-
scit. Unde ergo fidelis anima
dicitur civitas sancta quia per
gratiam conversionis sanctificata et
per diviniorum donorum afflu-
enciam deo in speciale habitaculum de-
dicata. Secundo describitur ab illu-
stracione gloriosa quia per gratiam
mentaliter illustratur. Unde non-
dum subditur: Ierusalem nova. Hec
aut mentis illustrate sic in-
nuitur ex duobus. Primo ex interna
in se ipsa perfecta quietacione. Secundo
ex eius per gratiam perfecta innova-
cione. Propter primum anima fidelis di-
citur Ierusalem, quod interpretatur visio pacis,
quia mens virtutibus et gratia soli-
data perfecta pace in se ipsa fruitur.
Quia nullam sentit repugnanciam
virium inferiorum ad superiores. Cuius
racio quia mens racionalis per
donum gracie a deo firmatur in bono
virtutis et quasi redditur inflexi-
bilis ad opera viciosa. Ideo in tali
mente sic pacata ipse sponsus ap-
petit delectabiliter habitare, dicens
illud Cant. 8: Vade michi ad
montem meum et ibi loquar
sponse mee. Mens enim cum caritate
inflammata recte monti comparatur
quia confluentibus desideriis in ardore
divino elevatur et suspenditur. Secundo
ideo dicitur mons meus quia ar-
dor divini amoris omnem mentis
flexibilitatem dissecat et repri-
mit. Mirra namque valet habet
... dissecare et a corrup-
cione ... omnis preservare

Sit aut mente vel elevata et
omni concupiscencia dissecata, tunc spo-
sus loquitur sponse sue que
quedam locutio non est aliquid
nisi sue presencie exhibicio et divine
dulcedinis pregustacio. Unde quia
ineffabilis est omni lingue, ideo
sicut dicit apostolus, quod audivit
archana verba que non licet homini
loqui (2 Cor). Secundo mens spiritualis Ie-
rusalem dicitur nova et hoc
sunt. Racio enim anima per graciam
illustrata dicitur nova quia est
per graciam innovata omni vetu-
state peccati expulsa, ad quod hor-
tatur apostolus Ephe. 4: Renovamini
spiritu mentis vestre
et induite novum hominem qui
secundum deum creatus est in iusticia
et sanctitate veritatis. In quibus
verbis perfecte innuitur renovacio
interior mentis. Iam intellectus re-
novatur per veritatem, voluntas per
iusticie rectitudinem, et totus
homo interior per sanctitatem. Si-
cut aut mente sic renovata
per iusticiam et sanctitatem sponsus
delectabiliter quiescit. Hanc memoria
quia per suam amabilem presenciam
sue maiestatis. Unde patet
per Augustinum qui dicit: Tu domine
dedisti hanc dignacionem memo-
rie mee ut maneas in ea,
scilicet vel amplexu tue ama-
bilis presencie. Quesivi te invenire non
nisi in te et super te. Secundo quie-
scit intelligencia per contemplacionem
luciferam divine veritatis, unde
dicit Augustinus: Intravi in intima
cordis mei et potui te ...
quia factus es adiutor meus

intrauit et vidi qualicumque oculo anime mee super mentem meam quadam lucem immutabilem te deum meum. Tercio quiescat in voluntate per quedam amplexum diuine caritatis et gustum mellifluum diuine suauitatis de qua dicit Augustinus 10 confessionum Introducis me in cubiculum meum id est in interiora anime mee et tanta tui amatoria cantica et recordans celestis illum. Extendo me in ea sursum corde et suauiter deposito et non auitar donec in eius pacificam per dulcem scilicet amplexum diuine patrie et saporem intimum pregustatoris et securem saporem nobis prelibatorie pregustare concedat. Cui dic.

Sermo tercius sermo de dedicatione seu tercium principale

Tercio spiritualis perfectio anime deuote que vult esse templum dei consistit in quadam conformatione sponsa qua ipsi christo unitur et moribus conformatur. Quod notatur cum annectitur descendentem de celo id est de celica vita christi. Quod non solum quandam sed etiam celestem vitam duxit in terra sicut [illegible]. Augustinus de ciuitate dei. Ideo hec ciuitas dicitur de celo descendere quia celestis est gratia que eam format et que ipsam in baptismo sanctificat et ad istam conformitatem imitationis hortatur apostolus ad Ephesios cum dicit induimini dominum nostrum ihesum christum vitam scilicet ipsius et conuersationem imitando et eius exemplis contra fragilitas quandam pati vos conformando. Hec enim conformitas est illa vestis nuptialis sine qua nullus potest ingredi ad nuptias agni sicut scribitur Matthei 22. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem. Est autem secundum quod quicumque vitam christi imitare voluit et primo debet esse huius mundi perfectissimus contemplator. Secundo debet esse sue salutis et aliorum feruentissimus emulator. Tercio debet esse diuinorum beneficiorum ardens assiduus meditator. Primo dico quod imitator christi debet esse huius mundi perfectissimus contemptor. Primo apostolus ipsum exemplo christi tam sponte deserere que huius mundi amatores feruentius amplectuntur scilicet ipsas res exteriores corpus proprium et proprie voluntatis arbitrium. Hec enim tria christus perfectissime deseruit quia res exteriores reliquit per voluntariam paupertatem. Corpus proprium reliquit per tormentorum penalitatem. Sed voluntatem propriam reliquit per diuinis conformitate. Ideo dixit Non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Primo patet quomodo verus christi imitator debet omnes res temporales relinquere per voluntariam paupertatem. Exemplum huius habes patet in capitulis in quorum persona dicit petrus Matthei xix. Ecce nos relinquimus omnia et secuti sumus te et hec res temporales merito sunt relinquende quia mentem inclinat et ab amore

diuo et profectu virtutis retardant
unde dicit Gregorius Petitis mirabilis
ipsa rerum affluencia onerosa est
sit quia grauius tollerant qui fe-
stinantes ad patriam in itine-
re multa portant Et ideo sancti aut
contempnendo deserunt aut largien-
do distribuunt Secundum patet Ita enim
artissimam vitam duxit quam
etiam inchoauit in sua natiuitate
inchoauit quando in presepio super
fenum arida positus fuit Vnde
verus cristi imitator debet corpus
suum spiritu contempnere per corporis
macerationem et cuiuslibet corporalis
comodi vitationem quando humana fra-
gilitatis pati potest Et ad istam imi-
tationem cristus nos inuitat inuitat
Math 16 Qui vult venire post
me maius in perfectionem imitando
tollat crucem suam id est volunta-
rie assumat mortificationem car-
nis et carnalibus afflictionibus et
sequatur me tramen secundum Augustinum
Tota vita cristiani si secundum ewangelium
viuat crux est atque martirium
et isti monicioni bene sponsa ob-
temperauit Cant 1 Quiuerpsit id est
spiritu comodum corporis preposui
ut appiciam dilecto meo id est cristo
meo id est ut ipsi cristo in me mete-
ipso mansionem amabilem preparem
et me suis exemplis plenius
conformarem Tertium patet Verus
enim imitator debet exemplo cristi
contempnere propriam de propriae volun-
tatis abrenunciationem per summe co-
uersationis abdicationem ut sic vera-
citer possit dicere cum cristo Non
veni facere voluntatem meam
Debet etiam homo sic totaliter
deserere conuersationem pristinam

Quod eam relinquat corpo-
re mente et voluntate Ad quod
monet propheta cum dicat Obliui-
scere populum tuum et domum patris tui
ubi per domum paternam debemus
intelligere conuersationem pristinam ad
quam reddere prohibet saluator
spiritualiter perfectionibus Math 24
Qui in tecto id est qui vult sub-
sistere in virtute in mundo non ita
tamen tollere aliquid de domo sua
Ciuia qui vite noue perfectionem
studere voluit oportet quod pristinis suis
desideriis totaliter renunciet Quarto
eundo vetere homine cum actibus
suis et induendo nouum qui renouatur
deum id est secundum conformitate diuine
ymaginis creatus est in sua pri-
maria condicione Quinto dico quod
verus imitator cristi debet esse
sue salutis feruentissimus emula-
tor Exemplo qui nouam salutem tam
ardenter et sollicite quesiuit Gre-
gorius et Bernardus dicit Certe
quasi miserationes eius etiam
me attento ita ipsum totum etiam
meam custodiam occupatum video
ut quasi omnium aliorum et celi immi-
tum mee saluti vacare velit Ipsius
exemplo quelibet anima fidelis tem-
pore toto perficiendi debet habere
in amore dei et totam salutem
aliorum ut nichil reputet omnia
bona opera que iam est per gratiam
assecuta respectu eorum quod sese
per gratiam assequens ut possit
dicere cum apostolo Que retro sunt
obliuiscens ad anteriora me ex-
tendo Sciendum autem quod iste co-
natus perficiendi in melius

inascitur ex bonis primo quod ex temporis
et vite labilis brevitate. Qui
cum diligenter advertit incertitudine
presentis vite et quod tempus quod nobis
ad bene operandum indulgetur tam
velociter decurrit. Et quod post hanc vi-
tam per nullam pecuniam possumus
minutissimam horam presentis temporis
recusare. Certissimum est quod tali
magno conatu proficiendi inardes-
cit. Ad quod etiam hortatur Sapiens
Eccl. 9: Quodcumque potest manus tua
instanter operare. Quia nec ratio
nec sapientia est apud inferos,
quasi diceret: Quod nulla ratione
nulla sapientia nulla potentia nobis
possumus post hanc vitam aliquod
meritum comparare. // Secundo conatus profici-
endi inascitur ex presentis temporis
fructu et utilitate. Qui enim
diligenter advertit quantum boni in quo-
libet momento mereri posset per
unum fervens desiderium in deum
et a quantis peccatis et penis homo
seipsum per penitentiam in quolibet
puncto temporis potest expiare. Et
quod impossibile est post hanc vitam
per annos penas inferni de mi-
nimo peccato mortali [illegible]
satisfacere non potest. Dubium quod talis
inardescit magno conatu profici-
endi in melius. Unde piger et
tardus in bono opere per Salomo-
nem monetur a formica sapientiam
discere que in estate congregat ci-
bum sibi. Sic et nos in presenti
tempore quasi in estate aptus scilicet ad
bene operandum debemus viriliter
bonis operibus insistere seminandi
in presenti bona opera ut post hanc
labilem vitam possimus metere
fructum eterne retributionis. //
Tercio cum in labore et sudore

seminavimus sed in futuro cum gau-
dio et exultatione metemus
fructum eterne retributionis. Tercio
talis conatus inascitur ex magni-
tudine celestis premii. Quia sicut
dicit Crisostomus: Consideratio premii
comedat vim flagelli. Qui enim
suavitatem premii eterni considerat
quicquid in presenti momentaneum
tollerat pro nichilo reputabit. Et
ideo scribitur Sapiencie 16: Panem
de celo dedisti eis sine labore
non quia panem eterne fruitionis
possidebit aliquis simpliciter sine omni
labore cum scriptum sit: Quod non
laborat non manducat. Sed compara-
tione [illegible] quo premium eternum in sua-
vitate et indurabile excedit mo-
mentaneum laborem presentis vite
tamen labor presentis nichil est re-
spectu beatitudinis eterne. // Quarto
dico quod verus Christi imitator debet
esse beneficiorum divinorum que nobis
Christus impendit ardens et assi-
duus meditator ut sic possit
dicere illud Ysaie 63: Miserationum
domini recordabor laudem domini
super omnibus que reddidit nobis
dominus deus noster. Turpe namque fideli
multum est videnda ingratitudo. Quia
secundum Bernardum: Inimica est anime
[illegible] meritorum dispersio virtu-
tum et ventus urens fontem
pietatis desiccans. Tamen autem
pietatis divine qui [illegible]
meditationi divina beneficia cum
gratitudinis actione devota mente
recolimus. Sed quod hortatur Augustinus:
Sicut nullum momentum est quo
homo divina beneficia non per-
cipiat, sic nullum debet momentum
que cum presentem per [illegible] actionum

in memoria non teneat ut sit cot-
tidie in intimo sue mentis re-
sonat graciarum actio et vox laudis
Debemus autem deo psallere laudes
in psalterio decacordo psallam
tibi ut videlicet pro decem generibus
beneficiorum sibi laudibus premium
exsolvamus Que quidem bene-
ficia sint docet intelligere Augusti-
nus Primum beneficium est quod te
ex nichilo creavit Secundum est quod
te imagine sua insignivit Tercium
quod naturam nostram assumendo nos super
omnem dignitatem angelicam sub-
limavit Quartum quod nos precioso
suo sanguine ab eterno liberavit
Quintum quod nobis pro suam racionem
eternam spe immortalitatis contulit
Sextum quod in presenti exilio alimen-
to sui corporis enutrivit Septimum
quod ipsos innocentes a peccatorum la-
queis in quos ex fragilitate huma-
na labi potuisset tam misericor-
diter preservavit Octavum quod multos
in profundum peccatorum lapsos tam
pie per graciam renovavit No-
num quod multos bonos sic per graciam
stabilivit quod modicam aut nullam
sentit pronitudinem peccandi Deci-
mum quod ita fuerit nostre saluti in-
tendit Quod sicut Augustinus Omnibus
videri possit sic probabile est dicere quod
deus nichil aliud quam quod nostre
intendat saluti Et quia istorum
beneficiorum proch dolor multi sunt
immemores Ideo dicit Bernhardus
Quod talium magnitudo fuit causa
quare cristus in cruce flevit quia
talis magnitudo plus eum affligit
quam omnis dolor quem sensit
passibus ut ipse dicit Et ideo talibus

sicut Augustinus dicet cristus in extre-
mo iudicio Ecce homine quem
crucifixistis videtis latus quod pupu-
gistis agnoscatis vulnera que
inflixistis que pro nobis aperta sunt
nec tamen per ea precium salutis intrare
voluistis Ite ergo maledicti in
vitam eternam ignem eternum Sed
e contra hiis qui de preciosi sui sangui-
nis gracia exstiterunt dicet illud vinum
mellifluum Venite benedicti
patris mei percipite regnum
dei quod vobis paratum est ab ori-
gine mundi Cuius regni nos par-
ticipes etc

Sermo quartus scilicet quartum principale sequitur de dedicatione templi

Secundo describitur anima
rationalis quantum ad statum
perfectionis quem habuit
in patria Quod notatur Cum sub-
ditur a deo paratam sicut spon-
sam ornatam viro suo singu-
laribus status anime presentis beate pre-
quartum ad dotes corporis quibus de-
center decoratur Quod notatur
Cum premittitur a deo paratam Secundo
quantum ad dotes anime quibus mentes
decentius illustratur Quod notatur
Cum subditur sicut sponsam
ornatam Tercio describitur quantum
ad amplexum regis eterni Cui fe-
liciter copulatur Quod notatur
Cum innectitur viro suo Ubi
incidit rationalis dubitacio
Cum cum sponsa recipiat ipsum
respiciat ipsum sponsum sicut uxor
respicit ipsum virum videtur quod me-
lius dixisset Sicut sponsam
ornatam sponso suo quam
quod dicit viro Ad quod dicitur

quod nomine sponse censentur anime
in presenti vita in qua Christo despon-
satur per triplicem causam. Primo
per fidem ut per fidem illesam
Christo suo sponso custodiat. Secundo
per spem ut in omni pressura tribu-
lacionis de ipsius adiutorio plene
confidat. Tercio per caritatem ut ip-
sum tantum diligat et nullum prete-
rea amatorem admittat. Secundo ra-
cione uxoris sibi competit in vita
beata ubi ad eternum convivium plene
admittitur et ad secreta thalami
introducitur ubi sponsi et viri am-
plexibus eternaliter fruitur et ad hoc
designandum potius hic usus nomine
viri quam sponsi ut ostendatur
quod anima beata ipsius dei amplexi-
bus eternaliter fruetur ut infra cla-
rius apparebit. Circa primum est sci-
endum quod anima in vita beata
quantum ad ipsum corpus exterius
~~dotibus q~~ decoratur quatuor dotibus
que ex virtute anime effluunt et in
ipsum corpus ut dicitur in epistola
Augustini ad Dyoscorum. Harum autem
dotium prima est perfecta claritatis
quam nullus corporalis possit sup-
plere in cuius signum Christus in trans-
figuracione Christi ubi eius dote
claritatis ostendit. Ceciderunt
in facies suas quia visus eorum
reverberabatur ab excessiva claritate
ipsius Christi. Secunda dos est perfecta
subtilitatis quia corpora gloriosa
sic erunt subtilia quod nullum
corpus potest eis subsistere quin
in illo penetrent omni facul-
tate. Tercia dos est perfecta in-
passibilitatis quia corpus gloriosum

nec ab igne nec ab aqua noc-
uo ledi potest. Cuius racio est quia
illud corpus sic perfecte subditur
imperio anime et ideo virtute anime
hec sibi largitur quia nullo no-
cumento ledi potest ut ipsa anima. Quar-
ta dos est perfecta angelitatis seu
agilitatis que tanta erit in corpore
quod ipsum corpus secundum Augustinum habebit
sequitur velocitatem seu velocitatem
agilitatem ipsius anime. Unde dicit
Augustinus: Quod ubi volet spiritus
ibi protinus erit et corpus. Predictas
autem dotes corpus gloriosum
habet quia consequitur quod in vita pre-
senti plene subiectum fuit imperio
racionis. Et quod nunquam per aliquem
motum inordinatum inclinare se
voluit contra dictamen racionis.
Et ideo iste dotes quasi pro
premio sibi plene subiectionis
ab anima beata influuntur. Corpora
autem dampnatorum habent con-
trarietates condiciones quia
nunquam subdi voluerunt nec
dictamini racionis nec regule
divine legis. Et corpus glorificatum
predictis dotibus ab anima vestitum
bene potest dicere illud Ysaie 61 In-
duit me dominus vestimento salutis
et indumento leticie circumdedit
me. Quia in beatitudine eterna
erit perfecta salus et perfecta leti-
cia. Circa secundum est sciendum quod
tres sunt dotes anime beate quibus
mens racionalis per gloriam illu-
stratur. Prima dos consistit in
clara visione sapiencie divine in
quo complebitur totum desiderium
potencie racionalis. Secunda dos
consistit in firma tencione divine

potentie per quam completur totum
desiderium potentie memoratiue
Tertia dos consistit in deliciosa fru-
itione bonitatis diuine per quem
completur totum desiderium potentie
volitiue Et ideo super ista dicit Bernardus
super Cantica Quod deus erit
rationi plenitudo lucis voluntati
multitudo pacis Quia tunc homo
est in perfecta pace sui desiderij
quando delectabiliter fruitur eo quod adest
memorie vero erit continuatio eternitatis
Inquantum memoria diuinam presentiam
ardenter et inde sincerius tenet et
amplectitur Et per istas tres dotes
predictas puta per claram visionem
per firmam tentionem et per dulcissimam
fruitionem anima beata immediate
et primo coniungitur ipsi deo Tunc
etiam per quandam appropriationem con-
uenienter personis tribus propriis ita ut
ipsa tentio memorie obiectiue con-
ueniat persone patris Quia me-
moria diuinam potentiam ingiter et
delectabiliter meditatur Ipsa vero
visio conueniat persone filij cuius
sapientiam obiectiue nostra intelli-
gentia delectabiliter contemplatur
Sed ipsa fruitio obiectiue conueniat
persone spiritus sancti In cuius voluntate
ipsa bonitas per actum fruitionis et
amoris delectabilis voluptatur
Et ideo isto duplici modo anima
beata de torrente diuine voluptatis
delectabiliter potatur Et de fonte
diuine bonitatis suauiter inebriatur
Iuxta illud quod propheta predixerat in
psalmo Inebriabuntur ab vbertate
domus tue et de torrente

voluptatis tue potabis eos
Secundum autem quod licet ille tres
dotes solum perfecte possideantur
in patria per quandam participationem
etiam in presenti per efficaciam et doni
gratie aliqualiter attinguntur quod patet
primam tentio diuina licet quandoque
attingitur per diuine potentie firmam
inhesionem de qua scribitur Prouerbiorum 3
lignum est hijs qui apprehenderi-
ent eam et qui tenuerint eam beatus
primam sicut lignum vite tamen sti
valuit ad perpetuam sanitatis
conseruationem Sic fructus desiderium
diuine potentie causat in anima
amorosam ingeniem boni diuini medi-
tationem de qua pulchre loquitur
Hugo inde laudibus caritatis
adte me conuerto dulcis amor
ipsum in quo totum bonum anime mee
dependet Tu cum mentem amo-
rosam sic suauiter intus tu foris
vt quicquid cogitat quicquid
in corde gestat tu dulcis amor
a memoria non recedis si quid
tractat ad te cogitat Si quando
loquitur ad te loqui desiderat omnibus
dulce credit quod sibi sapit cogni-
tio Etiam diuina lux attingitur
per quandam diuine lucis irradiationem
de qua 2 Cor 4 deus qui
in tenebris dixit lumen splen-
descere in prima scilicet mundi crea-
tione ipse illuxit in cordibus
nostris ad illuminationem scientie
claritatis dei Inquantum deus
quandoque suis amicis multa mi-
steria diuine claritatis manife-
stat per quandam influentiam

diuine lucis fruitio eterna diuina
sit quasi prelibatur per quandam diuine
suauitatis pregustacionem de qua
Canticorum primo scribitur Que est ista
que ascendit de deserto delicijs
affluens innixa super dilectum
suum Et bene dicit innixa quia
anima beata in istam pregustacionem
sublimata suo dilecto innititur
et plicat secundum tres partes ymaginis
izam primo per memoriam inse
meditacionis ita figitur a bono diuino
quod nullius alterius rei potest delectabiliter
recordari ut patet per Augustinum
x. confessionum Secundo figitur in dilecto per
intelligenciam que ita fixa con-
templacione summe veritati inheret
quod nil aliud ipsam cogitare delec-
tat quasi sole refulgencia summe
veritatis inspicit revoluens in animo
illud Origenis Preter meum creatorem
meum solum vide quero ideo omnis
creatura michi grauis est ad
videndum Tercio figitur in dilecto
per voluntatem amorosam
Que tanto amore cum dilecto
vnitur quod pre suauitate diuini amoris
cuiuslibet rei alterius dilectio que teneat
absorbetur Et ideo solum in bono
diuino per suam affectionem percipit
delectari Talem suauitatem
sensit Augustinus cum dicit Intro-
mittis me quandoque in affectum multum
et inusitatum aliud nescio quam
dulcedinem que perficitur in me
nescio si quid vita dulcior esse
posset Ista tamen est secundum
quod immediate anima beata deo con-
iungitur per claram visionem per
quam in ipso sicut in speculo
intellectuali omnem veritatem
ut dicit Augustinus limpidissime con-
templatur per fruicionem aut teptacoz
sibi iungitur sicut bono desiderabili
in quo totum desiderium memorie
potentissime perfectissime quietatur
per ipsam aut fruicionem sibi iungitur
tamquam bono amabili in quo to-
tum desiderium voluntatis perfecti-
ssime sociatur Ideo iste tres dotes
possunt dici ille amplexus ama-
bilis quem petiuit sponsa Canticorum
2o dicit Leua eius sub capite
meo et dextera illius amplexabitur
me vbi per leuam 2m Origenem
intelliguntur bona temporalia vel cor-
poralia per hoc dantur ad susten-
tandum fragilitatem nostre
indigencie Que quia minora
sunt bonis eternis ideo intelli-
guntur per leuam Ceterum sinistra
pars naturaliter est frigidior minor et
per debilior parte dextera Et hoc
est propter influenciam caloris cordis
que maior est in dextera quam
in sinistra Sed per dexteram intelli-
guntur bona eterna que dantur
in gloria Que eciam ideo amplexus
quia totam capacitatem anime
replent et saciant sicut am-
plexus corporalis propter sui circulari-
tatem totam rem complectitur
ut dicit Origenes Et quia amplexus
quibus fit per duo brachia possunt
dici clara cognicio summi veri
et intima fruicio summi boni
Et hec duo brachia per que re-
lancia summe dulcedinis di-
cuntur duo vbera Canticorum primo

Dicite sponso meo quod chara sunt ubera
tua vino fragrancia unguentis op-
timis. Que bene dicuntur meliora
vino quia dulcius mentem illuminat.
Sed dicuntur fragrancia unguentis
optimis quia mira suavitate re-
ficiunt omnes vires anime licet diverse
quia superiores reficiunt per congruentiam
sive obiectivam presentiam inferiores
vero per redundantiam ut sic declarata
beata verificetur quod scribitur
Apoc. xxi omnes platee eius ulterius
sternentur auro mundo et per omnes
vicos tuos cantabitur canticum
leticie. Per plateas autem que largi-
ores sunt vicis intelliguntur
vires superiores que bene auro
mundo sternuntur quia per divinitatis
nuditatem replentur racionalem
replet claritatem cognicionis
ut dictum est voluntatem autem
per suavitatem fruicionis. Sed ipsam
memoriam replet per firmitatem
tencionis. Per vicos autem qui mino-
res sunt plateis intelligere
debemus potencias inferiores
in quibus omnibus canticum leticie
decantabitur quia omnes vires
inferiores ex redundancia visionis
superiorum gaudio et leticia re-
plebuntur. Cuius gaudii nos par-
ticipes faciat Ihesus Christus dominus noster.

Sermo primus de sancto Augustino sequitur etc.

Appropinquate ad me indocti
et congregate vos in domo
discipline. Eccl. li. Possunt
esse verba beati Augustini doctoris
egregii invitantis nos ad suam
doctrinam si volumus in sapien-
ciam erudiri. Sed oportet quod simus
congregati in domo id est in eccle-
sia per fidem veram et vitam bonam
vel domus discipline est ipsum corpus
quod est domus anime quod debet
esse disciplinatum id est imperio racioni
subiectum vel domus discipline
est ipsa religio in qua caro disci-
plinatur et mactatur ut non superbiat
sed humiliter deo obediat vel domus
discipline sunt ipse scole in quibus
ipsi scolares debent subici disci-
plinis et regulis magistrorum. Illi
autem qui sunt in tali domo disci-
pline si ad doctrinam beati Augu-
stini se induxerint per studium et affectum
si erant indocti efficiuntur sapien-
tes et docti sed non divinam sa-
pienciam qua beatus Augustinus
habuit omnes adipisci possunt.
Quedam requiruntur ex parte
docentis quedam ex parte docti
sive illius qui docetur et quedam
ex parte utriusque. Ex parte docentis
requiritur ut ipse habeat doctrinam
facilem amabilem et utilem.
Ista tria tangit Augustinus in libro
de doctrina christiana d. porro qui
non verbis contendit sive summisse
sive temperate sive granditer dicat
id agit verbis ut veritas pateat
veritas placeat veritas moveat.
In hoc quod dicit veritas pateat
ostendit quod debet esse facilis et
apta. In hoc quod dicit veritas
placeat ostenditur quod debet esse
amabilis et placabilis. In hoc
quod dicitur veritas moveat scilicet
intellectum ad cognoscendum affectum

ad diligendum et effectum operandi
ostenditur quod debet esse utilis // Debet
igitur doctor habere doctrinam non ob-
scuram sed facilem et aptam
sicut est doctrina beati Augustini prov. 14
doctrina prudentium facilis. I Cor.
14. Si incertam vocem det tuba
i. predicator quis preparabit se ad pugnam
contra vicia et dyabolum. Et ideo dice-
bat apostolus volo quinque verba meo sensu
loqui ut et alios instruam
quam decem milia verborum lingua
Ambrosius Consultius est ut nos
intelligant ipsi quam commendent
grammatici. Augustinus de doctrina
christiana. Quid prodest locutionis
integritas quam non sequitur intel-
lectus audientium // Est tamen
triplex causa quare aliquorum
doctrina aliquando est obscura quam
ponit Ieronimus super 12 prophetas in
exposicione dicens Ignoscat ob-
scuritati que tribus modis nascitur
aut secundum rerum difficultatem aut
ingenii inopiam aut discentium
nimiam tarditatem. Debet etiam
dicit Gregorius Nazanzenus triplici
modo in ecclesia docentium vel
dicentium periculum pendet ex sensu
ex verbo ex auditu aut enim mens
est illuminata sensus aut ad expla-
nandum deest sermo sufficiens
aut bene compilata crassiori [illegible] non
recipit auditus // Secundo debent
doctores habere doctrinam amabilem
et placibilem. Talem doctrinam
petebat psalmista sibi dari a deo
dicens voluntaria oris mei be-
neplacita fac domine. Tunc quidem
tunc est amabilis et accepta

quando doctor vitat prolixitatem et
inculcacionem et habet modum congru-
entem. Doctrina enim nimis prolixa
efficitur tediosa et ideo dixit [illegible]
Quicquid precipies esto brevis ut
cito dicta percipiant animi dociles
omne supervacuum pleno de pectore
manat. Ideo dicitur Eccli. 21 verba
sapientium statera ponderabuntur
debet etiam doctor cavere ne nimis
inculcet. Augustinus de doctrina chri-
stiana. Sicut ingratus est qui inco-
gnita obnubilat sic onerosus est
qui cognita inculcat // Debet etiam
doctor habere modum congruentem
quem tradit Augustinus de doctrina chri-
stiana. Is erit eloquens qui poterit
parva submisse modica temperate magna
granditer dicere // Tercio illi qui docent
debent habere doctrinam utilem
iuxta illud quod dicit dominus Ys. 48
Ego dominus deus tuus docens te uti-
lia. Quod est contra multos qui
semper volunt dicere subtilia vel curio-
sa vel fabulosa. Distinguunt enim
Augustinus in libro de civitate dei
triplicem theologiam dicens miticam
phisicam et civilem. Miticam appellat
qua maxime utuntur poete, phisicam
qua phisici utuntur, civilem
qua ipsi. Prima theologia maxime
accommodata est ad theatrum, secunda
ad mundum, tercia ad urbem. Quales
greci dicunt miticen fisicen phi-
sici politice latine vero dici possunt
fabulosa naturalis civilis. Multi autem
predicatores sunt fabulosi nar-
rantes fabulas poetarum. Multi
naturales intendentes circa curiositates
philosophorum, pauci vero civiles intendentes

tca instrucconem morum Caue tales
dicit ysaie 2 In illa die proiciet
homo ydola argenti sui et simu-
lacra auri sui que fecerat sibi
et ingredietur scissuras petrarum
per argentum intelligitur eloquentia
fabulosa poetarum / per aurum philosophorum
sciencia que tamen ydola sunt
quia propter ostentacionem et avaricia
que est ydolorum servitus sepe
talia quaeruntur per scissuras petrarum
intelliguntur vulnera cristi et pas-
siones aliorum sanctorum qui instar
petre fuerunt constantes et firmi
Scissuras ergo petrarum ingredi est
in sacris libris exempla cristi
et sanctorum considerare et imitari /
Secunda quedam considerantur ex parte
illius qui docetur In quo quidem
plura esse debent super si ipse sa-
cram sacram addiscere / primo namque
debet esse desideria auxilium sa-
piencie vii optavi et datus est
michi sensus davi. Si cerimus
affectuose discentes erimus ulta
scientes Cris super agathe ex dili-
gencia de lectionum nascitur considera
dei / Ignorancia aut negligencia
filia est talis cui est scriptura
~~volenti~~ nolenti vivere secundum deum
Quemadmodum si alicuius agricole
non sit voluntatem pugnandi
deponat bellicam disciplinam
aut e contrario viro bellicoso nolenti
tolere terram agriculturam deponat
Si tota die audiat verba exposicio-
nis illius nichil intelligit aut com-
prehendere potest quia nec habet desi-
derium disciplinae vel culturam /
Utrumque fuit desiderium hominis
illic digitur et sensus illius
apparuit / Augustinus in libro de trinitate

Omnis qui querit invenit et inve-
nire vult Et si id querit quod ad no-
ticiam pertineat Omnis qui querit
noscere vult quod ardenter et instanter
vult studere / Dicitur quod maxime in
acquirendis atque assequendis
quibusque doctrinis solet dici / Secundo
debet esse timore dei repletus
Cumquidem timor viam ad sapienciam
aperit Proverbiorum 1° Timor domini
principium sapiencie et frequenter timor
quiete sathagit Ecclesiastici viii Qui ti-
met deum nichil negligit et om-
nem oracionem intacte facit Proverbiis
Sapiens timet et declinat a ma-
lo Ibidem Timor domini fons ut decli-
net a ruina mortis // Tercio in
meditando et in memoria reti-
nendo debet esse valde sollicitus
Seneca Cum multa perciperis
unum decerpe quod illa die decoquas
Cuius cum fit securitas sit disposi-
cio conveniens ad tenacitatem impressio-
nis Sicut humiditas est disposicio
conveniens ad receptionem caracteris
per longam meditacionem et exercicium
ita unum vel pauca tercia in humi-
da complexione fortiter infigitur
et retinetur unde pueri quamvis
sint humidi firmiter in memoria
tenent quia ante earum non occu-
pantur ita multa sicut ante ma-
iorum et maxime humidus illud pla-
cet ita quod animus excitatur Si ergo
ad receptionem in memoria requi-
runtur et sicca complexio et longa
exercitatio et rei cognite delecta-
cio et ita pauca occupatio Bernardus
Ad fratres de monte dei de cotidi-
ana lectione aliquid in ventre
memorie mittendum est quod fideliter
digeratur et sursum revocatum

rebrum remittet. Quod proposito
conveniat quod intencioni proficiat
quod detineat animum ut aliena cogi-
tare non libeat. Alius cum non rumi-
nantibus immundum est. Qui vero non
habent bonam memoriam in scrip-
tis redigere debent. Sunt autem qui
nichil ponunt in memoria sed omnia
in scripto. Et sunt qui nimis
confidentes in memoria sua nichil
commendant scripture et utrumque
vicium est. Pytagoricus. Hanc vero
armarium doctius quam pectus ha-
beas. Quarto in studendo debet
esse ordinatus ut scilicet per varia in-
ordinate non discurrat sed certa
certis intellectum conficiat. Seneca. Studi-
um vide ne lectio multorum et
omnis generis voluminum habeat
aliquid vagum et instabile. Certis
ingeniis et immorari et nutriri
oportet si velis aliquid trahere quod
fideliter animo sedeat. Idem. Si pru-
dens est animus tribus temporibus dispe-
ratur: presencia ordina, futura provide,
preterita recordare. Debet namque ille
qui studet et proficere desiderat or-
dinare presencia ut scilicet ita magis uti-
lia et necessaria magis intendat,
providere futura ut scilicet de bono magistro
et bona societate et libris neces-
sariis sibi provideat, recordari
preterita ut scilicet ea que iam didicit
per frequentem meditacionem recordetur.
Quinto in audiendo quilibet est man-
suetus. Eccl. 32. Audi tacens et
pro reverencia accedet tibi bona
gracia. Eiusdem v°. Esto man-
suetus ad audiendum verbum domini
ut intelligas et cum sapiencia profe-
ras. Jeronimus. Scriptura sacra
letificat lectorem sed multo plus
si de litteris dictatur in corde

Quintum autem ad quod debet esse
quilibet in audiendo ut scilicet audita
discrete recipiat. Qui enim solum
a bonis volunt audire similes
sunt illis qui solum in calicibus au-
reis et argenteis volunt bibere
et solum in sacris purpureis sacra-
menta volunt recipere. Quorum
fames et sitis miseranda est. Hoc
ostendit Crisostomus per duo exempla
super Matheum .2. Si accipit de homine
malo bona procedit doctrina. Ecce
cum et malis terra preciosum aurum
producit. Numquid propter vilem terram
preciosum aurum contempnitur? Sed
aurum eligitur et terra relinquitur.
Sic et vos doctrinam accipite et mo-
res relinquite. Item apibus hec
necessarie non sunt sed flores her-
barum colligunt et herbas relin-
quunt. Sic et vos flores herbarum
colligite et conversaciones relinquite
ut quasi inutiles herba arceat.
Debet etiam esse quilibet in audiendo
ut scilicet ignoranciam suam confiteri
non erubescat. Crisostomus. Non erube-
scendum est bonum confiteri se nescire
quod nescit ne dum se scire mentitur
nunquam scire mereatur. Item Ieronimus. Nec pige-
bit me sicubi aperto quicquid nescio nec
pudebit sicubi crudo discere. Sexto
in disputando et conferendo man-
suetus ut scilicet veritati cognite non
contradicat sed acquiescat. 2
Timo. 2 ubi dicit: Noli verbis
contendere, ad nichil enim utile est nisi
ad subversionem audiencium. Crisostomus
de doctrina Ecclesiastica. Verbis contendere
est non curare quomodo error veritate
vincatur sed quomodo tua diccio alterius
diccioni preferatur. Idem ibidem

desciplina disputacionibus ad aud
grandia questionum que in litteris
sacris sunt penetranda plurimum
valet tamen ibi cauenda est vincendi
libido et puerilis quedam ostentatio
aduersarium decipiendi // Septimo
a) in perscrutando maturus iuxta illud
Iohannis quinto Scrutamini scripturas
quia vos putatis in ipsis vitam
eternam habere Curiosi est tamen illas
qui scripturas perscrutabilis transcurrit
et earum sinus penetrare noluit
Ammiratur transcurrendo videre non
potest latentem sinum scripturarum
Sapiencie 8 rethice magnum rerum ipsa
natura cito effici voluit posuit quod
publicius eius aperi difficulta-
tatem nascondi quod habent legem
fecit ut maiora animalia rusticus
partum diutius contineantur Rabanus libro
quod dicit in libro de animalibus Sed
elephas femina pugnat quod est a
magnum duobus annis fetum in ventre
gerit plus studiosius lector labo-
rare debet ad intelligendum quam
ad transcurrendum Augustinus in libro
de doctrina christiana dicit Sunt qui
scripturas legunt et negligunt
et intelligat quibus sine dubio
preferendi sunt qui verba earum te-
nent et ter earum sinus cordis
oculis vident Sed utrisque ille me-
lior est qui et cum vult illas dicit
et sicut oportet intelligit Idem de
utilitate credendi Duce se prorsus
laudabiles in regione vna earum
qui iam in veritate inuenerunt
quos etiam beatissimos indicare
necesse est Alia eorum est qui studio-
sissime et rectissime inquirunt

primi sunt in ipsa possessione re-
bus in via qui certissime peruenient
Tercia vero sunt genera hominum profecto
reprobanda ac detestanda vnum
est opinancium i. eorum qui se arbi-
trantur scire quod nesciunt alterum
eorum quidem qui senciunt se nescire sed
non ita querunt ut inuenire possint
Tercium vero eorum qui nec scire se ex-
timant nec querere volunt Octauo
in legendo assiduus Ieronimus diuine
scripture semper in manibus et in mente
iugiter in mente voluantur nec
sufficit proinde mandata dei me-
morie tenere et obliuisci operibus
Idem Diuinas scripturas sepius
lege immo nunquam sacra lectio de tuis
manibus deponatur Idem nescit bene
qui sacras ignorat Octauo requiritur
quedam concepte illius qui docet
simul et docetur // Primum est librorum
emendatio Augustinus de doctrina chri-
stiana Codicibus emendandis o-
mnis debet in vigilare solercia
eorum qui scripturas diuinas no-
scere desiderant Secundum est vite per-
feccio requiritur cum bona vita in illo
qui docet Augustinus de doctrina christiana
Libentius obedienter auditur qui se ipsum
non audit Gregorius in moralibus Cuius
uita despicitur restat ut eius predicacio contempnatur
[illegible] quod plus agitur quam
dicatur Nam doctrine subtrahunt
qui fiducia eius quod sciat impe-
dit linguam // Tercium est bona vita
in illo qui docetur Augustinus Erat
quisquis veritatem se posse co-
gnoscere putat si adhuc nequiter
viuat Idem multas regiones ne
diligentissimos iusticie et audi-
tissimos sapiencie quos docet
diuina scriptura inuenire non posse

d hec quod appetit nisi suadeo
p negligunt (viii confessionum) / Sic
inquit gaudiis tenus sapientiam
sua iusticia et deus perhibet ea
ubi // Tercia est devota oratio ita
ille qui docet orationem premittere
debet (Augustinus de doctrina christiana
rogat eloquentis quantum potest ut bo-
na et iusta dicit ut intelligenter
libenter et obedienter audiat
et hec se posse si potuit et quantum
potuit pietate magis orationum
quam oratorum facultate / non
dubitet ut orando pro se et pro
illis quos allocuturus est sit ora-
tor antequam doctor / Idem in eodem
Si regina hester pro sue gentis tempora-
li salute locutura apud regem
oravit ut in os eius congruum
sermonem daret quanto magis
orare debet ut tale munus accipiat
qui pro eterna hominum salute in verbo
et doctrina laborat / Iste eciam qui
docetur orationibus simul debet in-
stare Quam cum donum dei sit non
debet temptare rape ipsam a deo
per studii vigilanciam sed per orationis
vigilanciam (Iacobi 1o Si quis
indiget sapiencia postulet a deo /
nichil hesitans etc.) Oratione
melius solvuntur dubia quam in-
quisitione alia // Quarta est dilec-
tio communis ut scilicet tam ille qui
docet quam ille qui docetur
plus veritatem amat quam verba (Au-
gustinus) Bonorum ingeniorum
insignis est indoles in verbis
verum et non verba amare / quid
utrum ignoscere pro dicta sillaba terra
aut corrupta dicatur non intelli-
gat qui pro peccatis suis deum
petit ut ignoscat Sed tamen

eo magis inde ostendimus Ho-
mines eos doctiores quo inferio-
res et eos inferiores quo doctio-
res videri volunt / Idem Quid
prodest clavis aurea si aperire quod vo-
lumus non potest et quid obest lignea
si potest quando nichil querimus nisi pa-
tere quod clausum est etc. Hec non
a tulis legit sed intellectu non verba
ponderatur sed opus // Quinta est humi-
litas vera que humilitas maxime
consistit in nobis primo ut humilem
modum scripture non contempnat
(Augustinus) ad volupatum magnus
ascendi quo sacra scriptura contexitur
omnibus est accessibilis quamvis paucis
sit penetrabilis / Idem in libro
confessionum Institui animum intendere in
scripturas sanctas sed visa est mi-
chi scriptura indigna quam tullianae
dignitati compararem Tumor enim
meus fugiebat modum eius
Illa autem erat que cresceret cum parvulis
sed ego dedignabar esse parvulus
et turgidus fastu grandis michi
videbar / Consistit eciam humilitas
in hoc ut sacre scripture auctoritati
et non suo sensui credat (Augustinus
de doctrina christiana) Ante omnia
opus est dei timore ad cognoscendam
eius voluntatem / deinde mitescere
opus est pietate neque contradicere
divine scripture sive intellecte quasi
nos melius sapere meliusque precipe-
re possemus / sed cogitare potius
et credere illud esse melius et ve-
rius quod in scriptura est eciam si la-
teat quam illud quod per nos ipsos sape-
re possumus // Sexta est sobrietas di-
scretiva ut scilicet tam ille qui docet
quam ille qui docetur non sit

nimis curiosus circa subtilia et ea que non sunt utilia Eccli 3o altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris Sed que precepit tibi deus cogita illa semper et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus Prov 25 Scrutator maiestatis opprimetur a gloria Seneca Quid torqueris in illa questione quam subtilius est contempsisse quam solvere dicit tibi magister geometrici antiqui dixerunt quod ille qui ponit ingenium suum circa quatuor recipiet confusionem Quando scilicet vult scire quid est in summo et quid est in imo quid fuit in primo et quid fuit vel erit in ultimo etc.

Sermo secundus sequitur de sancto Augustino etc.

Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso Eccli 50 Beatus Augustinus fuit vas dei inquantum plenus fuit sapiencia dei Sed quia scientia sine caritate non edificat ideo non tantum fuit vas per sapienciam sed eciam aureum per caritatem perfectam Sed quia sapiencia abscondita nullius est utilitatis et caritas non communicata nullius est edificationis dicente scriptura Eccli 20 Sapiencia abscondita et thezaurus scilicet caritatis invisus id est non communicatus que utilitas in utrisque ideo fuit vas solidum per solidam et sanam doctrinam nisi hec coniungatur vitam bonam ducere dicit Math 23o dicunt enim et non faciunt ideo etiam illud vas fuit omni lapide precioso ornatum per vitam virtuosam per hoc agitur patet quod beatus Augustinus in istis tribus prophetis a quatuor commendatur primo a plenitudine sapiencie Cum dicitur Quasi vas Secundo a proprietate caritatis perfecte cum dicitur auri ‖ Tercio a soliditate doctrine Cum dicitur solidum Quarto a perfectione omnium virtutum et hoc ad dicitur ornatum omni lapide precioso ‖ Primo igitur commendatur a plenitudine sapiencie Cum dicitur vas Sed notandum quod est triplex sapiencia sicut ipse Augustinus ostendit in libro de civitate dei scilicet nociva necessaria et superflua Nociva est de impedientibus ad salutem Superflua de impertinentibus ad salutem necessaria est de expedientibus ad salutem Et hoc ostendit per simile in corpore Cum enim translato verbo aliqua discurrendi disputatur dicitur de [illegible] Et in corpore est triplex augmentum primum nocivum quod tumor vocatur alterum superfluum per quod medium crescit ut sicut digitti eciam in manibus et in pedibus nascantur hominibus Tercium necessarium quo naturalis incrementum impletur in membris Sic et in anima est sapiencia nociva que est de impedientibus Et hec videtur in tormento corporis quod est nocivum Et sapiencia superflua que est de impertinentibus et hec respondet in in tormento corporis quod est superfluum Et sapiencia necessaria que est de expedientibus et hec respondet in incremento corporis quod est necessarium Istud ergo vas ista triplici sapiencia plenum fuit Nam ante suam conversionem fuit plenus sapiencia nociva superflua post conversionem vero est necessaria Est autem sapiencia nociva sapiencia carnalis et mundana que est nociva quia est mortis dicitur Rom 8 Sapiencia carnis mors est de qua eciam di-

Jacobi 3 · Non est ista sapiencia
desursum sed terrena animalis et dyabolica
est enim terrena quia consistit in
terrenorum cupiditate istam habuit
augustinus unde ait in libro confessionum doce-
bam artem rethoricam et victorio-
sam loquacitatem victus cupiditate
vendebam est animalis quia consistit
in carnali ~~cupiditate~~ voluptate
hanc eciam habuit unde ait ibidem recor-
dari volo transactas ~~cupiditates~~ fedi-
tates meas non quod eas amem sed
ut amem te deus meus exalabant
nebule de limosa concupiscencia car-
nis et scatebra pubertatis et ob-
nubilabant cor ~~tuum~~ meum ut non
discerneretur serenitas dilectionis a ca-
ligine libidinis est dyabolica
quia consistit in superbia et ven-
tosa ambicione hanc similiter
habuit unde ait ibidem libros
docebam eloquencie in qua emi-
nere cupiebam fine dampnabili
et ventosa per gaudia vanitatis
humane // Secundo habuit superbia
superfluam que est sapiencia secularis
et philosophica que plus est amicabilis
quam utilis plus habet de vani-
tate quam de veritate magis est
curiosa quam fructuosa de qua dicit
apostolus Ro. 1° loquens de philosophis
dicentes se esse sapientes stul-
ti facti sunt Item 1 Cor 1° Nonne
stultam fecit deus sapienciam huius
mundi Ista vocatur sapiencia dicitur super-
flua quia sine illa potest esse salus
Unde augustinus loquens in libro confessionum
de huiusmodi scienciis sic ait infe-
lix ille homo qui scit omnia
hec te autem nescit beatus autem qui te
scit eciam si illa nesciat qui vero
te et illa novit non propter illa beatior
sed propter te solum beatus Ista sapienciam

superfluam et philosophicam habuit beatus
augustinus unde ipse ait in libro confessionum
Omnes libros artium quas liberales
vocavit tunc nequissimus cupiditatum
malarum servus per meipsum legi et
intellexi Item in eodem quicquid de
de arte loquendi et disserendi quicquid
de dimensionibus figurarum et de nu-
meris et de multis sine magna fa-
cultate nullo homine tradente in-
tellexi Ideo de eo potest exponi quod dicitur
proverbiis 9 Sapiencia edificavit sibi
domum et excidit in ea colump-
nas septem i. septem artes libe-
rales excidit Et hee dicuntur columpne
quia sicut columpne materiales sub-
sternuntur et subserviunt edificio ma-
teriali sic artes liberales tamquam
ancille sic obsecuntur et obsequi
debent sapiencie divine et spirituali
et sicut columpne sunt inutiles
nisi in edificio ponantur sic artes
liberales sunt inutiles nisi in edificio divine
sapiencie applicantur // Tercio habuit
sapienciam necessariam scilicet sapienciam
divinam et hanc post suam conversionem
et hec necessaria est quia sicut
proverbiis 18 Ubi non est sciencia anime
ibi non est bonum quia ut ipse
alibi dicit vas es sed plenus es
funde quod habes ut recipias quod non
habes funde amorem seculi ut
implearis amore dei Ideo istud
vas prius fuit evacuatum a bono
sapiencia nociva et superflua quia
nocivam omnino abhorruit et superfluam
contempsit et post modum fuit
repletum necessaria i. divina quam ipse
tanto desiderio concupivit ut posset
dicere deo illud 3 Regum 3 Dedit
deus sapienciam Salomoni et

prudenciam multam nimis et
latitudinem cordis quasi arena
que est in littore maris. Ipse enim
habuit sapienciam de divinis
et prudenciam de humanis et hanc
habuit et multam plurimam et
nimiam. Multam quidem quia habuit
sapienciam sufficientem quia nichil
ei defuit quod ad divinam sapienciam
pertinet. Volusianus: Legi dei
deest quicquid Augustinum contigit
ignorare. Plurimam quia habuit
sapienciam excellentem. Quia ceteros
alios doctores in sapiencia divina
precellit. Nam alii doctores comparantur
stellis. Dan. 12 Qui ad iusticiam
erudiunt multos quasi stelle in
perpetuas eternitates. Hic autem potest
comparari soli. Eccli. 50 Quasi sol re-
fulgens sic ille refulsit in templo
dei. Nimiam quia habuit sapienciam
superaffluentem quia totum mundum
sua sapiencia implevit. Unde
legitur quod cum beatus Bernhardus
matutinis interesset et quendam
tractatum Augustini legeret parum-
per dormiens vidit quendam iu-
venem de cuius ore tam imme-
nsus fluvius exiebat quod totam eccle-
siam irrigabat. Cui dubium
non fuit illud fuisse Augustinum.
Fuit etiam impletus sicut arena
que est in littore maris quia habuit
sapienciam inestimabilem. Sicut
enim arena est innumerabilis ita
libri Augustini innumerabiles fuerunt.
Plura enim scripsit quam aliquis
doctor secularis vel ecclesiasticus.
Unde dicit Remigius: Ieronimus
sex milia voluminum Origenis se
legisse fatetur. Iste tamen tanta
scripsit quod nullus possit eius libros

diebus ac noctibus scribere nec
non legere. Unde quidam de eo
ait: Mentitur qui te totum legisse
fatetur. Habuit etiam latitudinem
cordis quia habuit intellectum celerem
et nobilissimum ingenium. Unde
ipse ait in libro Confessionum: Scis tu
domine deus meus quia celeritas
intelligendi et discendi acumen
donum tuum est sed non inde sa-
crificabam tibi. Item apparet in libro
de vita contemplativa dicit Prosper:
Augustinus episcopus fuit acer ingenio,
suavis eloquio, secularis litterature
peritus, in ecclesiasticis laboribus
operosus. Item Ieronimus ad Au-
gustinum: Queso reverentia tua
patiaris me laudare
tuum ingenium. Secundo commendatur
a prosperitate caritatis perfecte
in eo quod dicitur: vas fuisse aureum.
Sicut enim aurum precellit omnia
metalla sic et caritas precellit
omnia dei dona. Que quidem ca-
ritas fuit in beato Augustino
in gradu perfecto. Distinguit enim
beatus Bernhardus quatuor gradus
dileccionis. Primus est quo quis
diligit se propter se. Secundus quo
quis diligit deum propter se. Ter-
cius quo quis diligit deum
propter suam propriam acceptam boni-
tatem. Quarto quo quis se et
deum diligit solum modo. Quinto
quo quis divino amore ebrius
nescit se ipsum. Primus igitur
gradus est quo quis diligit
se propter se. Et ista dileccio est
naturalis. Homo enim naturaliter
diligit suam utilitatem et
sui conservacionem. Ephes. 5 Nemo
unquam carnem suam habuit
odio sed nutrit et fovet eam

Secundus gradus est quo quis diligit deum propter se hominem. Quia enim homo in seipso per seipsum stare non potest, ideo necesse habet deum adiutorem querere et amare, tamen non nisi propter seipsum et propter utilitatem. De qua dilectione dicitur in psalmo: Diligam te domine virtus mea, dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Tertius gradus est quo quis diligit deum eo quod quis expertus est saepius eius bonitatem. Unde cum insequentibus crebris necessitatibus et angustiis crebro invocatur et audit et liberat et suavem bonitatem ostendit, ex huiusmodi frequenti experientia quasi cogitur homo ipsum propter suam diligere bonitatem. De ista dilectione dicitur in psalmo: Diligam te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me. Quartus gradus est qui diligit se et deum tantum propter deum, vitam suam tali diligens in ipsum et in desiderio hominis corpus et animam tradere propter ipsum. Talis erat apostolus qui dicebat ad Philippenses 1o: Vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus; idem michi vivere Christus est et mori lucrum. Quintus gradus quo quis amore dei ebrius ita negligit seipsum et prenimia amoris ebrietate quodammodo insanire videtur. Vis audire inquit Bernardus amoris insaniam: aut dimittens eis hoc peccatum aut, Moyses, aut dele me de libro in quo me scripsisti. Vis audire et aliam: optabam inquit apostolus anathema esse a Christo pro fratribus meis. Ratione inquit quadam sana mentis bona affectione videtur tibi esse insania anathema esse velle a Christo. Ad in pectore sed affectum habere in effectu anathema esse a Christo. Istam charitatem amoris habebat beatus Augustinus qui dicebat in libro confessionum: Intromitte me domine aliquando in affectum multum inusitatum recessis ad quandam dulcedinem que si perficiatur in me nescio quid erit quod vita non est ista. Idem libro [illegible] Unde [illegible] domine ut venias in cor meum ut inebries illud ut obliviscar mala mea et unum bonum meum amplectar te. Tertio commendatur a soliditate doctrine. Unde dicitur solidum. Unde cum doctrina est sana et solida propter quatuor conditiones quas habet. Habet enim purissimam veritatem. Ideo assimilatur simile [illegible] Gregorius in epistola ad comitissam Africe: aut beati Augustini contra paterne epistola legite et ad comparationem illius similaginis nostrum furfurem non queratis. Augustinus [illegible] 3 primi et purissime fructus eius sermones namque eius sunt primi id est precipui inter omnes doctores et sunt puri quia nullam habent falsitatem et sunt puriores quia nullam sunt dubietatem et sunt purissimi quia omnem continent veritatem. Ideo Ieronimus sciens quod in libris eius nulla est falsitas nulla dubietas omnimoda veritas dicit ad eum: Te [illegible] aut ut quicquid de libris beatitudinis tue attingere audeam. Cassiodorus in prologo super psalterium: est enim Augustinus brevis cum magno eloquio et quod in veritate rarum est tantissimus disputator decurrit [illegible]

tanquam fons purissimus nulla fe-
culentate pollutus sed et in intelligentia
fidei consenciens nos fecit hereticis
dare unde se possint aliqua
tollucionatione defendere totus ca-
tholicus totus orthodoxus invenitur
Et in ecclesia domini fulgidissimo
nitore resplendens superni
luminis claritate radiatus 2°
eius doctrina habet altissimam
profunditatem Et ideo comparatur aquile
Jeronimus augustinus episcopus volans
per montium cacumina quasi aquila
et ea que sunt in montium radi-
cibus considerans multa celorum
spacia terrarum quoque situs et aquarum
circulum claro sermone prosequitur
Job 28 profunda quoque fluviorum
scrutatus est et abscondita pro-
duxit in lucem fluvius enim sacre
scripture et habet superficiem scilicet
sensum literalem et habet profundum
scilicet sensum misticum et spiritualem
Iste autem doctor non tantum scrutatus
est scripture superficiem sed et
medium et profundum 3° habet
firmissimam soliditatem Et ideo
comparatur malleo Bernardus. Sicut
sit et validissimus malleus he-
reticorum Sicut enim malleus ictibus
suis ad invicem firmat et ferrum
domat et melodiam generat
Sic augustinus sermonibus suis ecclesiam
confirmat unde dicitur in epistola Celestinus
In vita sui suffulsit domum et
in diebus suis corroboravit tem-
plum hereticos domuit et fugavit
precipue manicheos rebaptisatos
circumcisiones domesticas cata-
frigas et alias plures sectas
Unde dicitur in epistola Jeronimus ad eum
gentem suam et liberavit ea

a perdicione propter in libro de
vita contemplativa Sanctus augustinus
fuit in cottidianis disputacionibus
clarus in omni accione sua compo-
situs in questionibus solidus
acutus in convincendis hereticis
circumspectus in exposicione fidei
vere catholicus in explanandis
scripturis canonicis cautus Dei
laudem gaudet tota enim ecclesia
laudat deum qui sibi concessit
doctorem egregium magnus
dominus et laudabilis nimis
valde qui de tenebris gentium
lumine ecclesie sue vocavit augustinum
Quarto habet dulcissimam sua-
vitatem Et ideo comparatur cibo de
licioso Gregorius in epistola ad
affricanos Si delicioso cupitis
pasci pabulo sagmari beati
augustini opuscula legite Et
vocat Gregorius doctrinam augustini
pabulum deliciosum et sagmatum
pabulum quia pascit et saciat
Psalmus pavit eos in innocencia
cordis sui ipse enim et pavit co-
tra inordinatas affecciones
scilicet gaudium et dolorem spem
et timorem et tunc dicuntur
politice cum aufferunt illas
animo et tunc dicuntur purgato-
rie cum aufferunt memoriam illarum
et non tantum illas et tunc dicuntur
virtutes purgati animi cum
talem faciunt ut nec illas sit
in illo nominare inordinatas
affecciones et tunc dicuntur
exemplares et sic sunt in
deo Primo igitur virtutes politice in-
ordinatas affecciones reprimunt
Secundo aufferunt Tercio nesciunt

in quantis neophas est eam affectiones quas cogitare ? stas quatuor virtutes beatus augustinus habuit maxime dicuntur virtutes purgati animi quia tales affectiones inordinatas eam in memoria non habebat aut si habebat tamen horrore et afflictione habebat unde sicut legitur in libro soliloquiorum cum ratio ipsum interrogasset Nonne te delectat uxor casta pulchra pudica morigerata et dives Respondit augustinus Quantumcumque velis eam depingere atque cumulare bonis omnibus nichil michi tam fugiendum quam concubitum decrevi Cui ratio Non quero quid decreveris sed utrum adhuc delecteris Et respondit augustinus Prorsus namque nichil in quantum quero nichil desidero eam cum horrore et aspernatione talia recordare etc.

Sequitur sermo tercius de sancto augustino seq

Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis lucet et quasi sol refulgens sic iste effulsit in templo dei Eccl. 50. Inter ceteras stellas et planetas isti tres planete scilicet stella matutina luna et sol sunt maioris luminis et maioris effectus et amplius ornant celum et copiosius terram fecundat Sic beatus augustinus inter ceteros doctores fuit maioris sapientie et gracie et celum magis ornavit et fecundavit suis predicationibus et doctrinis Cuius autem status triplex potest considerari Primo qualis fuit ante conversionem 2o qualis in sua conversione 3o qualis post conversionem Status beati augustini ante conversionem assimilatur stelle matutine in medio nebule posita et in istis tribus statibus notatur eius triplex status predictus Primum post primam sunt plures in stellis non cadit error nec corruptio nec occasus Sic in beato augustino post suam conversionem nullus credit aliquis error circa credenda quia fuit summe catholicus nec aliqua corruptio circa diligenda quia fuit valde purus nec aliquis casus circa operanda quia fuit in bonis operibus valde continuus In ipsa autem sua conversione fuit stella matutina quia ab ipso recessit omnis obscuritas ignorantie et advenit lux sapientie et gracie Unde ante autem suam conversionem fuerat stella matutina sub nebula posita Ipsa autem stella fuerat supposita quadruplici nebula scilicet nebula erroris et falsitatis prave vanitatis terrene cupiditatis et carnalis voluptatis Erat enim tectus nebula infidelitatis quia in secta manicheorum incidit in qua novem annis involutus permansit Ad hanc eam mater eius predictus est ut ipse in libro confessionum testatur ut videret filium ploraret cum decepit in intrem arboris latronis lacrimis flentem Job 26 Qui tenet vultum solii sui et expandit super eum nebulam suam augustinum futurum erat vultus dei et solium dei quia deus in ipso regnascebat per sapientiam et quiescebat per graciam Sed tamen super illud solium deus permisit expandi solidam nebulam infidelitatis et ignorantie ut ipse vultus et solium tanto esset maioris claritatis quanto omnis nebula

26

fugaretur erroris. Fuit tercio nebula
presumptione vanitatis unde cum mater
quendam episcopum rogaret ut eum
eo dignaretur colloqui recusavit
eo quod adhuc inflatus esset vanitate
seu novitate illius erroris unde
ipse eciam dicit in libro confessionum
institui animum intendere in scripturas
sanctas sed visa est michi sancta
scriptura indigna quam tulliane
dignitati compararem tumor enim
mentis refugiebat modum eius illa
autem erat que cresceret cum parvulis
sed ego dedignabar esse parvu-
lus et turgidus fastu michi vide-
bar de ipso eciam cantat ecclesia
Tumentis inani presumpcione volebat hu-
mana racione comprehendere quod prima
mentis humilitate fidei nititur
apprehendere. Quintus autem presumpcionis defectus
esset tamen ista philosophorum sibi non adeo
sapiebant eo quod nomen Christi
ibi non inveniebat unde sicut
ipse refert cum pervenisset in
quendam librum Ciceronis qui exho-
rtacionem continet philosophie immutatur
eius affectus sed quia nomen Christi
quod tunc ipse lacte matris imbiberat
ibi non inveniebat illa lectio non
adeo sibi grata erat. Istam nebu-
lam sol verus sapiencie in eum veniens
optime effugavit et suo lumine
illustravit et suo calore accendit
ut illud quod dixerunt impii non
inpie ad litteram congrue possit re-
ferri Sapiencie 2 Transiet vita mea sicut
postrema et minuendam tamquam vestigium
nubis et sicut nebula dissolvetur
que fugata est a radiis solis
et a calore illius aggravata. Fuit
eciam tercio nebula terrene cupiditatis
Nam eciam de carthagine romam
et roma mediolanum perrexit ut
rethoricam venderet et sue cupidi-
tati satisfaceret unde ait ipse in libro
confessionum Docebam autem rethoricam
et victoriosam loquacitatem victus
cupiditate vendebam Et ista nebula
dicitur in proverbiis nebulam sicut cinerem
spargit. Omnis sicut nebula spargit
quando affectus animi terrenis cupidi-
tatibus occupatur. Cinis in terram pro-
iectus terram impinguat quamvis avarus
post mortem omnibus effectus prodest
et omnes saciat. Fuit eciam tercio
nebula carnalis voluptatis unde
ipse dicit in libro confessionum Exalabant
nebule de limosa concupiscencia
carnis et scatebra pubertatis et
obnubilabant cor meum ut non
discerneretur serenitas dilectionis a cali-
gine libidinis. Istas autem nebulas
deus ab ipso fugavit ut posset dici
de eo illud Ecclesiastici 3 Evolaverunt
nebule sicut aves cum aves plure-
strepis de caveis fugiunt et cito vo-
lant et numquam de caveis revertuntur
Sic et tales nebule a beato augustino
subito evolaverunt et ad ipsum
ulterius non redierunt. Potuit igitur
Christus sibi dicere illud ysaie 44
Delevi ut nubem iniquitates tuas
et tamquam nebulam peccata tua. 2o
consideratur eius status qui fuit in con-
versione et quantum ad hoc assimilatur
lune plene. Ipse enim deo plene
conversus est. Est enim conversus cum
plena contricione vera sicut ipse
refert in libro confessionum Sub quadam
fici arbore stravit se et dimisit
habenas lacrimarum Et prorupit
flumen oculorum eius acceptabile
deo sacrificium et iactabat voces
miserabiles et plorabat amarissima

contricione cordis sui. Ideo potest
dici sibi quod dicitur Jeremie 6: luctum
unigeniti fac tibi planctum ama-
rum. Et Michee primo: faciam planc-
tum quasi seu velud draconum
et luctum quasi strucionum. Draco
sicut dicit Glosa venenis ab elephan-
te pellitur. Strucio ovorum immemor
in arena relinquit que postmodum
a bestiis conculcata planguntur. Plan-
gebat igitur beatus Augustinus quadru-
plicem nebulam superius dictam
qua fuerat obvolutus. Faciebat
enim planctum unigeniti eo quod
Christum qui est unigenitus patris
amiserat per amorem et infide-
litatem. Habebat planctum amarus
quia secutus fuerat carnalem
concupiscenciam et voluptatem.
Faciebat planctum quasi draconum
quia ab elephante id est demone de-
ceptus fuerat per philosophiam vanitate.
Faciebat luctum velud strucionum
quia affectus suos posuerat in pul-
vere per terrenorum seu terrenam cupi-
ditatem. Secundo fuit conversus cum
plena confessione. Accusabat enim
se humiliter de ipsa eternis feditate
quam tamen dulcedo divina fugavit
et rursum desideria divisim in u-
num collegit. Unde ipse dicit in libro
confessionum: Recordari volo transac-
tas feditates meas non quod eas
amem sed ut amem te deus
meus. Et sequitur: Amore amoris tui fa-
cio istud recolens vias meas ne-
quissimas in amaritudine reco-
gitacionis mee ut tu dulcescas
michi dulcedo non fallax dulce-
do felix et secura et colligens a
dispersione in qua frustratim di-
scissus sum dum ab uno te

diversus in multa evanui. Et
non solum de hoc sed eciam se accu-
sabat de minimis que a sua pue-
ricia peccaverat sicut de hoc quod ad
palam ludebat cum ad scolas
ire deberet et quod nolebat legere
nisi vi a magistro vel parentibus
urgeretur. Et quod fabulas poetarum
nimis libenter legebat. Et Dydo-
nem ex amore mortuam flebat.
Et quod de celario parentum aliqua fu-
rabatur ut pueris secum luden-
tibus daret. Et quod in ludo pu-
erorum fraudulentas victorias
querebat. Et quod de quadam arbore
pira et vicina vinee sue furatus
fuit non necessitate cum in vinea
sua magnam copiam haberet sed
peccandi cupiditate. Tercio conversus
est cum plena satisfactione. Sunt
enim tres partes satisfactionis scilicet
ieiunia oraciones et elemosine
non tamen temporales sed maxime spiritua-
les que consistunt in docendo indoc-
tos. De hiis tribus dicitur de eo: post
mortem matris reversus in Affricam
ad agros proprios ubi cum aliis
ieiuniis et oracionibus vacans scri-
bebat libros et docebat indoc-
tos. Et sic per oraciones ordinabatur
quo ad deum, per ieiunia quo ad
se ipsum, per elemosinas quo
ad proximum. De hiis tribus dicitur
Ti. ii: Sobrie et pie et iuste
vivamus in hoc seculo. Causa
autem sive occasio cuius tam ple-
ne conversionis plura fuerunt scilicet
flagella exempla doctrina et
sollicitudo materna. Flagella quidem
fuit occasio sue conversionis
eterna sicut dicitur Job 8 ape

volucrat sed in corpore et videret
sed in mente percutit flagellando
et manus eius sanabunt curam
apponendo Fuit autem flagellatus
quatuor modis sicut in libro confess(ionum)
refert/ Primo dolore stomachi dum
adhuc iuvenis esset et cum eius
mortis timeret a matre voluit ut bap-
tizaretur sed pater recusavit quasi
adhuc necesse esset ut sordidaretur
si viveret quia maius periculum esset
si post baptismum peccaret Fuit
eciam flagellatus dum romam
iuisset ubi incurrit egritudinem
validam et ibat iam ad inferos
portans omnia mala que commi-
serat et hoc mater nesciebat quia
si hoc vulnere feriretur cor matris
nunquam sanaretur Fuit eciam
flagellatus in primordio sue
conversionis tam vehementi
dolore dentium quod eciam loquelam
amisit Unde in tabulis cereis
scripsit ut pro eo deum deum ex-
orarent Ipse igitur cum aliis
genua flexit in terram et subito
se sanatum sensit Fuit eciam
flagellatus in quodam amico
suo cum morte cor Augustini
a deo turbatum fuit Et quicquid
aspiciebat mors illi erat et se-
mi mortuum reputabat Unde ipse
ait in libro confess(ionum) Bene dixit
quidam de amico suo dimidium
anime mee Nam et ego sensi
animam meam et animam ipsius unam
fuisse in duobus corporibus Et ideo
horrori erat michi vita quia no-
lebam dimidius vivere// Secundo
occasio sue conversionis fuerunt ex-
empla scilicet exemplum Ambrosii
Simpliciani Victorini et Anthonii

et aliorum sanctorum defunctorum
Primo quidem exemplum Ambrosii erat
cum ad conversionem videns eum
cum tanta sanctitate et sapiencia
pollere Cum enim dictum eius predica-
cionem audiebat quem Ambrosius
paterne suscipiebat et clementer
tractabat Unde incepit eum Augustinus
amare et delectabatur suavitate ser-
monis eius Nam eciam mater eius
diligebat Ambrosium sicut ange-
lum quia sciebat filium suum per
ipsum ad fidem catholicam reducen-
dum Exemplum Simpliciani erat
ipsum ad sancte vite electionem tra-
ctum audisset quod a iuventute sua
deo devotissime vixisset ad ipsum
perrexit ut conferret ei conferenti
secum estus suos quis esset aptus
modus vivendi sic affectanti ut
ipse in via dei ad ambulandum
videbat enim plenam ecclesiam
in qua alius sic alius sic ibat
Unde Simplicianus eum salubrem
viam edocuit Exemplum Victorini
ipsum traxit ad imitacionem Tra
Cum Simplicianus Augustino nar-
rasset quomodo Victorinus philosophus
Rome in foro statuam meruisset
et quod ad fidem Christi venisset
et quod in ecclesia in altum ascendens
mirante Roma gaudente ecclesia
simbolum fidei pronunciasset exar-
sit Augustinus ad imitandum eum
cum et cepit graviter suspirare
Exemplum Anthonii ipsum traxit
ad celestium desideriorum aviditatem
Nam sicut ipse in libro confessionum
refert Cum Poncianus miles
de affrica venisset et de vita
et de miraculis Anthonii Augustino
narrasset Augustinus exemplum sibi

et dolore horribili consumebatur
et vultu turbatus exclamavit
ad Alipium quid patimur quid audimus
surgunt indocti et celum rapiunt
et nos cum doctrinis nostris in infer-
num demergimur. Plurisque alloque-
bantur animum eius sanctus [illegible]
calor magis vocis quam verba
que promebat. Exempla sanctorum
iam defunctorum ipsum accendebat ad
ardentem caritatem. Unde ipse
dicit in libro confessionum: Exempla
servorum tuorum quos de nigris
lucidos de mortuis vivos feceras
in sinum cogitationis mee vivebant
et accendebant me valde seu va-
lide. Tertia occasio sue conversionis
et sui fervoris fuit doctrina seu doc-
trina Tullii Ambrosii et ~~doct~~
Pauli. Cum enim sicut ipse refert
in libro confessionum esset annorum decem
et novem et quendam librum
Tullii qui Ortensius dicitur legis-
set affectum eius immutavit et
repente ei omnis vana spes vi-
luit et immortalitatem sapientie
concupivit et ut ad deum rediret
surgere cepit. Doctrina etiam
Ambrosii ipsum duxit ad fidei
veritatem. Erat enim valde sus-
pensus ne Ambrosius in suis
predicationibus contra sectam aliquid
manicheorum vel ~~[illegible]~~ pro ipsa
diceret. Unde cum quadam die contra
ipsam sectam diutius disputaret
ipsamque apertis rationibus confutaret
error ille a corde Augustini
penitus est ablatus et ab ipso
tunc multa leticia est baptisatus.
Doctrina etiam beati Pauli omnes
dubietates ipsius fugavit. Nam
sicut ipse refert in libro confessionum

arripuit codicem apostolicum
et capitulum quo primo iniecti
sunt oculi eius legit ubi scrip-
tum erat: Non in comessationibus
et ebrietatibus non in cubilibus
et impudicitiis ut in contentione
et emulatione sed induimini
dominum Ihesum Christum. Statimque quasi
luce securitatis infusa a corde
eius omnes dubietatis tenebre
diffugerunt. Itaque dicitur ibidem:
avidissime arripuit venerabilem
stilum spiritus sancti apostolum Paulum
et perierunt ille questiones
in quibus aliquando visus est adver-
sari testimoniis legis et prophetarum
textus sermonis eius. Apparuit ei
una facies eloquiorum castorum
et exultare cum tremore didicit.
Quarta occasio sue conversionis
fuit sollicitudo materna. Que sicut
ipse contestatur ceteris matribus ita
per modum caritatis visceribus
multo lacrimarum semine seminavit
Christo. Sed sicut ipse refert in libro
confessionum amplius flebant pro eo
quam solent flere matres corporea
funera. Unde cum importune
quendam episcopum rogaret ut cum
filio suo conferret et instanter
fleret ille tedio affectus dixit:
Vade mulier fieri non potest ut istarum
lacrimarum filius pereat. Quod
ita illa accepit acsi de celo so-
nuisset. Unde de ipsius conversione
certificata est et per visum et per episcopi re-
sponsionem et per divinam revelationem.
Vidit enim se stantem in quadam
regula lignea lugentem et quendam
iuvenem splendidum sibi ar-
ridentem et tam tristem interrogare

Grue cum dicit prodicionem augustini filii mei ploro illeam monuit ut attenderet et videret ubi ipse esset et filius suus. Quod illa attendit et vidit illud iuxta se in eadem regula stantem. Cum autem visum filio retulisset et ipse eam ubi ipse futurus esset asseret. Illa sine aliqua hesitatione dixit Non non michi dictum est ubi est filius tuus ibi eris et tu sed ubi tu ibi et ille erit.

Sermo quartus de sancto Augustino sequitur

Quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei. Ecclesiastici L°. In sapiencia Simone ostenditur nobis quis fuit status beati Augustini ante conversionem et in conversione. Veniet videndum est qualis fuit eius status post conversionem. Et quia status soli refulgenti comparatur post conversionem autem fuit in multiplici statu scilicet in statu laycali clericali et pontificali in statu in morte et in statu post mortem. Et in quolibet istorum statuum tamquam sol refulsit. Nam in statu laycali refulsit quia tunc incepit a fucuti delectatione. Unde ipse ait in libro confessionum Sagittaveras tu cor meum caritate tua et gestabam verba tua transfixa in visceribus meis. Et ibidem ascendam a convalle ploracionis et cantanti canticum graduum dedicabis sagittas acutas et carbones vastatores. Incepit adventi devotione unde ipse ait ibidem Non satiabar illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilii divini super salute generis humani. Quantum flevi in ymnis et canticis suave sonantis ecclesie mutarebant lacrime et bene michi erat cum eis. Incepit ab omni sensualitatem in deum perfecta conversione. Sicut enim omnibus sensibus ante prius in amore mundi posuerat sic ipsos totaliter in amorem dei post modum convertebat. Unde ipse ait in libro confessionum Sero te amavi pulchritudo tam antiqua et tam nova sero te amavi intus eras et ego foris et ibi te querebam et in ista formosa que fecisti deformis irruebam mecum eras et ego tecum non eram. Vocasti et clamasti et rupisti surditatem meam coruscasti et splenduisti et fugasti cecitatem meam fragrasti et duxi spiritum et anhelo tibi. Gustavi et esurio et sitio te. Tetigisti me et exarsi in pacem tuam. Incepit et profectus consumacione qua cottidie in dies dei amore proficiebat et crescebat. Nam sicut ipse refert in libro confessionum invenit se longe esse a deo in regione dissimilitudinis tamquam audiret vocem dei de excelso cibus sum grandium cresce et manducabis me nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue sed tu mutaberis in me. Incepit ab omnimoda perfectione quia et divicias contempsit et honores respuit delectaciones et voluptates abhorruit sicut ipse ostendit in libro Soliloquiorum. Enim quasi statim post baptismum composuit ubi racio ipsum interrogat dicens

diuicias nullas cupis et videt
Augustinus Et quid nec nunc primum
tam tunc triginta annos agam
quatuordecim fere anni sunt
ex quo ista cupere destiti nec aliquid
in hiis plus necessarium victum cogi-
tam porro vnus ciceronis liber
michi facile persuasit nullo modo
appetendas esse diuicias Quod
autem honores respuit in eodem
libro testatur vbi racio interrogat
dicens Quid honores et respon-
det Augustinus Fateor quod eos pene
hiis diebus cupere destiti Volup-
tates quoque et delicias abhorruit
et quantum ad concubitum racio eum
interrogat in eodem libro dicens
Quid vxor nonne te delectat
pulchra pudica morigerata pre-
sertim si eciam sibi nichil ex ea te
molestie esse passurum Et videt
Augustinus Quantumlibet velis eam
depingere atque cumulare bonis omnibus
nichil michi tam fugiendum
quam concubitum decreui Cui racio
non quero quid decreueris sed vtrum
adhuc alliceris Et respondet
Augustinus Prorsus nichil inquit
quero nichil desidero eciam cum
honore et aspernacione talia recor-
dor Quantum ad gustum interrogat
eum racio dicens Quid de cibis
Et videt Augustinus Cibo et potu
sunt de balneis ceteraque corporis
voluptate nichil interrogeris tam
abeo quantum in valitudini ope con-
ferri potest Incepit a studiis sapiencie
cogitacione Cum eciam venit
in affricam cogebat se eciam corporis
maceracionem et eciam indoctorum eru-
dicionem Vnde legitur de eo Quod

post mortem matris reversus ad a-
gros proprios vbi ieiuniis et oracionibus
vacans scribebat libros et docebat
indoctos Secundus eius status post
conuersionem fuit status clericalis Quia
cum valerius yponensis episcopus cum
plebem conuocasset ut eius de aliquo
presbitero prouideret et tunc Augustinus
tunc in populo sedens astaret ignotus
quid fuit contingit omnes eius fa-
mam scientes ipsum ordinandum episcopo
obtulerunt In ipso autem statu clericali
Augustinus refulsit ostendens suam
humilitatem sanctitatem et doctrine va-
rietatem Fuit enim cum humilitatis
fuit quod indignum se reputabat in
presbiterum ordinari Et ideo tunc
vberime lacrimas fudit Quod
autem eius lacrimas superbe interpretati
sunt suppliantes quod ideo fleret
quia ordo presbiteratus esset infi-
mus locus Et ideo ipsum consolabantur
dicentes Quod locus presbiteri licet
ipse dignus esset appropinquaret
tamen episcopatui Ostendit eciam suam
sanctitatem quia mox monasterium
clericorum instituit et cepit cum
eis viuere secundum regulam sub sanctis
apostolis constitutam vbi nullus a-
liquid proprium habebat sed omnia
in commune viuebant Ostendit eciam
sue doctrine veritatem quia verbum
dei verbis predicabat et hereticos
conuincebat dicitur I thimo. 2 Qui
bene presunt presbiteri duplici ho-
nore digni sunt seu habentur
De isto autem potest dici quod duplici ho-
nore habetur Quid laborauit non
solum in verbo et doctrina secundum humili-
tate verbi et sanctitate et humilitate
perfecta talis cum a domino hono-
ratur secundum humiles hinc Qui se-

humiliat exaltabitur. Sancti pauperes
Math. 19 vos qui reliquistis omnia
et secuti estis me sedebitis super
sedes duodecim etc. Et sancti
predicatores Dan. 12 Qui ad iusti-
ciam erudiunt multos fulgebunt
quasi stelle in perpetuas eternitates.
Isto triplici honore sanctus Augustinus
dignus fuit quia humilis fuit
ut humilis honoratus est adeo
usque ad angelicam societatem
nec cum humiles et parvuli ange-
lorum sunt socii iuxta illud Math.
18 Angeli eorum semper in celis vi-
dent faciem patris mei qui in
celis est. Cum enim monasterium instituit
et paupertatem elegit meruit
honorari usque ~~adimpleta~~ ad iu-
diciariam potestatem. Job 36 Iudi-
cium pauperibus tribuit. Quia predi-
cator eximius fuit meruit hono-
rari usque ad divinam familiari-
tatem. Ieremie 17 Si separaveris pre-
ciosum a vili i. animam a peccato per
tuam predicationem et exhortacionem
quasi os meum eris i. michi
in familiaritatem iunctus. Tercius
eius status post conversionem fuit
status pontificalis in quo quidem
non tantum fulsit doctrina scilicet predi-
cando et libros [illegible] conficie-
endo sed eciam in vita multam
sanctitatem et honestatem ostendendo.
Habuit enim se in quibus alii
episcopi multum defecti fuerunt.
Primo enim removit a se omnem
suspectam familiam unde legitur
de eo feminarum nullam umquam
nec eciam germanam sororem aut
fratris sui filias que deo pariter
serviebant secum habitare permisit.

unde dicit Gregorius de eo legitur
quod beatus Augustinus nec cum sorore
habitare consensit dicens: que cum sorore
mea sunt sorores mee non sunt.
Prelati enim non debent habere suspec-
tam familiam sed honestam. 1
Thi. 3 Oportet episcopum irreprehensibilem
esse et in sua sue domui bene
prepositum filios i. famulos habentem
subditos cum omni castitate. Si quis
autem domui sue preesse nescit quo-
modo ecclesie dei diligenciam habebit.
Secundo removit a se omnem ambicionem
et pompam tam in vestimentis
quam in vasis. Itaque sicut legitur
de eo vestimenta eius et calcia-
menta et alia ornamenta nec
nitida nimium nec abiecta plurimum
sed ex moderato et competenti
habitu erant. Ipse enim de se di-
xisse legitur: fateor quod de preciosa
erubesco et ideo cum michi datur
vendo eam ut quia vestis non potest
esse communis precium sit. Que vasa eciam
argentea vel aurea habere noluit
coclearibus argenteis tamen contentus.
Cetera autem vasa testea vel lignea
vel marmorea erant non necessitatis
inopia sed proposito voluntatis.
Quod de multis prelatis potest dici illud
Naum 2. Non est finis diviciarum
ex omnibus vasis desiderabilibus. Tercio
removit a se omnem cupiditatem
et avariciam. Villam enim agrum
numquam emere voluit multas eciam
hereditates sibi dimissas respuit
et eas amicis propinquis dari fa-
ciebat. Fabricarum eciam novarum
numquam studium habuit devitans
in his implicacionem sui animi quem
semper habere liberum voluit sed

de multis platis dici pt illud
ysaie .v. ve qui coniungitis domum
domui et agrum agro copulatis
usq3 ad t[er]minu loci nu[m]quid habitabi-
tis vos soli in t[er]ra // Et ita ha-
buit ad pauperes magna[m] liber-
tatem v[er]am sicut de eo legit[ur]
pauperum semp[er] erat memor eis
q[uo]d de eis que habe[re] poterat libe-
ralit[er] exhibebat v[er]am et de va-
sis domus ... captiuos indi-
gentes iubebat frangi et con-
flagrari et ipsis dispensari cum
vero precium sibi displicebat et
ipm ipso demittebat dicens
se non habere q[uo]d indigentibus eroga-
ret. Illud eciam est unum de ca-
pitulis platorum in regula pa-
storis v[er]am cum ap[osto]lus dicat
.i. thi[motheum] .iii. oportet ep[iscopu]m irre-
prehensibilem esse subiungit
hospitalem. Illud tamen capitu-
lum a multis male s[er]uatur eum
ipsi dicat iheronimus clerici quibus
habent pauperum est et domus
eorum omnibus debent esse co[mmun]es //
Et ita habuit in cibo et in
potu magna[m] p[ar]citatem v[er]a sicut
scribit[ur] mensa frugali et p[ar]ca
usus est et in[ter] olera et legumina
p[ro]pter hospites et infirmos carnes
habebat. Et in ipsa mensa ma-
gis disputacionem vel lectionem quam
epulacionem diligebat. Et in ipsa
ita scriptum habebat. Quisquis
amat dictis absentum rodere
vitam hanc mensam indignam
uel vetitam nouit esse sibi //
Unde si aliqui in detractionib[us]
v[er]ba linguarum laxabant dice-
bat eis quod aut taceant aut
ip[s]e ipsos deleret aut a mensa
recederet quia parcus erat in
cibo et potu sicut ipse

ostendit in libro confessionum dicens
sic me docuisti domine ut que-
ad modum medicamenta sic ali-
menta sumpturus accedam. Ebrie-
tas longe est a me misereberis ne
appropinquet michi crapula autem
non nunquam surrepit seruo tuo et
quis est domine qui non rapiatur
aliquantum extra metas necessitatis
Quisquis ille est magnus est et
est magnificet nomen tuum. Ego autem
non sum qui contra platas co[n]tinue e-
pulacioni deditos sic dicit[ur] Amos
.vi.o ve vobis qui opulenti estis in
Syon optimates capita p[o]p[u]lorum in-
gredientes pompatice domum israel
qui dormitis in lectis eburneis et
lasciuitis in stratis vestris Qui co-
meditis agnum de grege et vitu-
los de medio armenti bibentes in
fialis vinum et optimo vnguento
delibuti et nichil paciebantur
sup[er] contricione ioseph // Octo fuit
g[ra]cia virtutis magna constanciam
et firmitatem ipse enim eos tam
validissime p[er]sequebat[ur] ut ipsi mit-
te publice p[re]dicarent p[er]iculum non
esse interficere augustinum quem tamquam
lupum interficiendum dicebant et omnia
pecca[ta] occisoribus a deo dimittenda
esse asserebant multas eciam insidias
ab eis passus fuit sed ipse in omnibus
intrepidus et constans manebat
et pro suo grege mori paratus erat
non enim mercenarius sed pastor ve-
rus erat de quo dicit[ur] Joh[annis] .10.
Bonus pastor animam suam dat pro
ouibus suis // Septimo illam habuit
ad consanguineos carnalitatem
unde dicit[ur] de eo Consanguinie-
is sic bene fecit ut non diui-
cias et non nimis egerent sed quod
platas carnales tempore secundo

Ve qui edificat civitatem in sangui-
nibus et preparat urbem in ini-
quitate // Quartus status eius
post conversionem comprobatur in morte
in qua quidem effulsit quia ibi o-
stendit magnam compassionem ma-
gnam devotionem magnam purita-
tem magnam caritatem et ma-
gnam paupertatem Magnam
quidem compassionem ostendit quia
cum civitas sua a barbaris esset
obsessa et omnia vastarentur
et passim omnes occiderentur fuerunt
sibi lacrime eius panes die ac
nocte Unde convocatis fratribus
eius dixit eis / Ecce rogavi do-
minum ut aut nos ab istis pe-
riculis eruat aut nobis patien-
tiam tribuat aut me de hac vita susce-
piat In isto autem tercio exauditus
fuit quia tercio obsidionis mense
lecto decubuit / Habuit etiam
magnam devotionem Nam septem
psalmos penitentiales sibi scribi fecit
ipsos quos contra parietem po-
sitos lecto decumbens et videns
ac ingiter flebat et ut orationi
vacaret postulavit an-
te decem dies sui exitus ne quis
ad eum intraret nisi cum medicus
ingrederetur vel refectio portaretur /
Habuit magnam puritatem dicebat
enim nullum quantumcumque excellentis
vite de corpore sine compassione
et eucharistia exire debere et cum
ipse maxime puritatis esset hoc
in se observare voluit ut verifi-
caretur illud quod dicitur Apoc. Iustus
iustificetur adhuc et sanctus sanctificetur
adhuc / Habuit magnam caritatem
Quidam enim eger ad ipsum egro-
tantem venit rogans ut sibi
manum imponeret et sanitatem
conferret Et cum Augustinus se ex-
cusaret quod si illud prestare posset
sibi hoc primitus prestitisset instabat
ille dicens sibi per somnium dictum
fuisse quod ad Augustinum pergeret et sanita-
tem sibi conferret Ipse igitur manum
sibi imponens pro eo oravit et
sanitatem accepit Ecce quante ca-
ritatis fuit quia isti infirmo sani-
tatem impetravit Sibi autem impe-
trare noluit Nec mirum quia de-
siderabat transire ad deum iuxta illud
apostoli Cupio dissolvi et esse cum
Christo / Habuit magnam paupertatem
Unde sicut dicitur de eo testamentum
in morte nullum fecit Quia unde
faceret pauper Christi non habuit Quamvis
autem non dimiserit substantiam
terrenam dimisit tamen toti mundo tri-
plicem preciosum thezaurum precio-
sam scilicet sui corporis margaritham
preclaram et perpetuam famam et doctrine
affluentiam De hac triplici the-
sauro dicitur Eccli. 44 Corpora sancto-
rum in pace sepulta sunt Ecce
corporis margaritha et nomina
eorum vivunt vivunt in generatio-
nes et generationes Ecce perpetua
fama sapientiam ipsorum ~~nar~~ nar-
rant populi Ecce redundantia
doctrine // Quintus status eius
post conversionem est post mortem
In quo quidem statu valde re-
fulget quia est illustratus luce
celestis claritatis immersus
in pelagus infinite suavitatis
collocatus in culmine divine ma-
iestatis et constitutus in multitudine
prosperitatis // Est quidem illustratus luce
celestis claritatis Nam sicut
legitur de eo Quidam monachus

in vigilia beati Augustini raptus in spiritu vidit ipsum in pontificalibus insignitum super lucidam nubem sedentem cuius oculi quasi duo solis radii totam ecclesiam illuminabant de quo eciam odor nimius exalabat per quod datur intelligi quod ipse tanta luce et claritate splendet quod eciam nunc totam ecclesiam suo fulgore illustrat ut possit dici de eo illud Apocalypsis 18 oculi eius sicut flamma ignis. Psalmus: In lumine tuo id est in beato Augustino illuminato divina claritate videbimus lumen scilicet divine sapientie. Est et immersus in pelagus infinite profunditatis. Legitur enim quod beatus Remigius quadam nocte in matutinis existens aliquantulum obdormisset et in quodam tractatu Augustini lectiones legerent vidit quendam iuvenem pulcherrimum ibi stantem de cuius ore tantus inundationum aquarum impetus exibat quod totam illam ecclesiam videretur implere quem beatum Augustinum esse non dubitavit. Cuius est aquarum impetus nisi ille de quo dicit propheta fluminis impetus letificat civitatem dei. Iste quidem fluvius est inundantia sapientie et celestium gratiarum quibus beatus Augustinus dum viveret ecclesiam irrigavit et nunc in pelagus est immersus quia effluere habundancius non desinit. Proverbiorum 19 aqua profunda verba ex ore viri et torrens redundans fons sapientie. Est etiam collocatus in culmine divine maiestatis. Legitur enim quod cum quidam in ecclesia sancti Petri pernoctaret et beatum Sirum cum quibusdam aliis ad se venientem vidisset interrogat eum si tunc eis esset beatus Augustinus.

Cui respondit Augustinus excellentissimus virorum de quo queris altiorem locum a nobis tenet. Creditur eciam in spiritu cum raptus esset fratres in gloria conspexisset et Augustinum minime vidisset et de hoc plurimum miraretur responsum est ei Augustinus residet in excelsis ubi disputat de gloria excellentissime trinitatis. Unde sibi potest competere illud Iohannis 12 ubi ego sum illic et minister meus erit. Est etiam constitutus in multitudine potestatis. Psalmus: Introibit in potencias domini. Item potentes in terra erit semen eius id est beatus Augustinus quem Christus genuit et per Ambrosii doctrinam et per baptismi gratiam et per sacramentorum habundanciam de spiritu potestate accepta dicitur Mathei 27 Eia quia super pauca fuisti fidelis super multa te constituam. Et quia in tanta potentia constitutus fidelibus et sibi devotis iuvare potest sicut patet in multis quos sepe a diversis languoribus et afflictionibus liberavit.

Sequitur sermo quintus de sancto Augustino etc.

Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis et quasi sol refulgens sic iste refulsit in templo dei. Ecclesiastici 50. Sicut in quolibet genere rerum est ponere aliquid quod est summum in illo genere et unum quanto est perfectius in illo genere tanto magis illo summo assimilatur. Unde in genere calidorum ponitur ignis et in genere alborum nix vel margaritha vel aliquid quod sit extra omne genus

tertio necesse est ponere aliquid su-
mmum et primum scilicet deum in quo adu-
nate sunt omnes perfectiones rerum
et unaqueque res quanto plus ei
assimilatur tanto magis est perfecta
et completa. In isto autem primo rerum
principio est invenire limpiditatem
intellectus per cuius emanationem oritur
verbum a patre, sinceritatem affectus
per cuius emanationem procedit spiritus
sanctus a patre et filio. Et ultimo
invenitur in isto primo rerum principio ex-
ecutionem actus per quam creature pro-
cesserunt a deo ad extra [?] ergo
commendationibus beati Augustini
doctoris eximii, scilicet et tria inveniuntur
in ipso fuisse sub triplici metha-
phora in verbis propositis scriptis
in epistola hodierna que sumpta est
de ecclesiastico c. 50. Et procedit
spiritus sanctus hoc ordine eundem
gratia presupponit nam quia sola
natura intellectualis est subiectum
gratie. Ideo primo describitur quantum
ad limpiditatem intelligentie
et hoc sub methaphora stelle
matutine. Hec cum inter omnes stel-
las est limpidissima. Et dicit
in medio nebule quia hanc
limpiditatem habebat etiam
in peccato existens. Sed quia naturalia
proprie in conspectu dei non sunt
laudabilia nec vituperabilia sed
potius moralia et gratuita.
Ideo secundo describitur quantum ad sin-
ceritatem vel sanctitatem affectus
et hoc sub methaphora lune ple-
ne cum dicit Et quasi luna ple-
na. Luna cum plena totum respicit
solem et tota a sole respicitur
in quo figuratur affectus sive dilectio
dei. Luna etiam inter omnia cor-
pora celestia magis est [?]
tie et plenitudine sua stetu-

dat et implet inferiora in quo
figuratur dilectio proximi. Ultimo quia
amor ut dicit Gregorius numquam est
ociosus operatur enim magna si est.
Ideo tercio describitur quantum ad exe-
cutionem actus et hoc sub solis re-
fulgentis methaphora Et hoc ibi
et quasi sol refulgens etc. Sic ergo
describitur beatus Augustinus ecclesie dei doc-
tor eximius. Primo quantum ad per-
spicacitatem sive limpiditatem
intellectus. Quod notatur cum dicit Quasi
stella matutina in medio nebule.
Secundo quantum ad sinceritatem affec-
tus quod notatur cum dicitur Et quasi
luna plena in diebus suis. Tercio
quantum ad executionem actus Et hoc
notatur cum subiungitur Et quasi
sol refulgens sic iste refulsit
in templo dei. Primo ergo de-
scribitur quantum ad limpiditatem
intellectus limpiditas autem intellec-
tus patet ex tribus scilicet ex gradu
ex ambitu et ex statu. Primo ex
gradu. Sunt enim quidam sensum
proprium qui nec propria investigatione
nec doctrina aliorum conclusiones
sciunt elicere ex principiis. Alii sunt
qui etsi non propria investigatione
tamen per doctrinam aliorum hoc faciunt.
Tercii sunt qui propria investigatione
sine aliorum doctrina conclusiones
ex principiis eliciunt. Et isti sunt
in summo gradu, et talis fuit
beatus Augustinus. Et hoc iste testatur
in libro confessionum dicens. Omnes libros
artium quos liberales vocavit
tunc nequissimus malarum cupi-
ditatum servus per me ipsum legi et
intellexi quoscumque legere potui.
Et ibidem dicit Quicquid est de
arte loquendi et disserendi quicquid
de dimensionibus figurarum
et de musicis et de numeris sine
magna difficultate nullo hominum
tradente intellexi. Et addit d.

fecit tu domine deus meus quia
celeritas intelligendi et discendi
acumine domini tui est sed non inde
satisfaciebam tibi // Secundo limpiditas
intellectus eius patet ex ambitu quia
omnia quodammodo scivit unde scribit
Valesianus de eo ita dicens legi
dei de est quicquid Augustinus in-
contigerit ignorantie Et ideo dicere
possumus quod ipse fuit vas auri
solidum ornatum omni plenum omni
lapide precioso Tertio limpiditas in-
tellectus eius patet ex facultate
cum intelligerent homines sit sancti
eo quod nacti sunt vocis earum
passionum que sunt in anima note
sicut alibi scribitur unde dicit
Jeronimus in quadam epistola scribens
ei duobus libellis tuis erudi-
tissimis et omni eloquentie splendore
fulgentibus respondere non potui
Ecce quid peccat et assumi ingeni-
um et de scripturis sanctis haurire fonte-
bus a te positum est atque dispositum
Et in libro de duodecim doctoribus
dicit Augustinus eius volans per mon-
tium cacumina quasi aquila et ea
que sunt in montium radicibus
conspiciens multa celorum spa-
tiarum quoque fretus et aquarum circulos
claro sermone comprehendit Et quantum
ad hoc possumus dicere quod ipse fuit
ille Salomon de quo dicitur 3 Regum
Disputavit super lignis a cedro
que est in Libano usque ad ysopum
que egreditur de pariete et disseruit
de iumentis et volucribus et rep-
tilibus et piscibus et veniebant
de cunctis populis ad audiendum sapientiam
Salomonis Disputavit super lignis
a cedro etc. et ita patet limpiditas
intellectus eius ex gradu quia ex
hoc insinuatur quod sciebat cetere
principiis conclusiones a cedro
que est in Libano usque ad ysopum

que egreditur a pariete et disse-
ruit de iumentis et volucribus
et reptilibus et piscibus in quibus
verbis signantur et speculabilia et
agibilia et ita patet limpiditas
intellectus eius ex ambitu et ve-
niebant de cunctis populis ad audi-
endum sapientiam Salomonis Et ita
patet limpiditas intellectus eius ex
statu Comparatur igitur beatus Augustinus
merito stelle Quia ut dicitur Danielis
12 Qui docti fuerint fulgebunt
quasi splendor firmamenti et
qui ad iustitiam erudiunt multos
quasi stelle in perpetuas eternitates
ut autem utique alludamus sicut stel-
le possumus dicere quod beatus Augustinus
comparatur stelle et hoc triplici ratione
scilicet ratione essentie eminentie
et ratione effectus // Comparatur
igitur stelle primo ratione essentie
Stella enim secundum philosophum est corpus
luminosum in se totaliter plenitudine
et cum descriptio stelle aptissime
convenit beato Augustino // Fuit enim
beatus Augustinus corpus luminosum fu-
gans tenebras ignorantie ista
enim prius ignorata et ad intelli-
gendum obscura per ipsum nobis
elucidata sunt unde ad commen-
dationem ipsius cantat ecclesia Que
obscura prius erant nobis plana
faciens frangis nobis favos
mellis de scripturis dulcedinis
Et ideo dici potuit cum apostolo
apostolo Ephesiorum 5 Eratis aliquando
tenebre scilicet per ignorantiam
nunc autem per doctrinam eius illu-
minati lux in domino per intelli-
gentiam unde de ipso dicere
possumus quod dictum est per Ysaiam prophe-
tam Ysaie 9 // Populus qui ambulabat

in tenebris scilicet ignorantie
vidit lucem magnam super augustinum
Et ideo tanta ecclesia magnus
dominus et laudabilis valde qui de
tenebris gentium lumen ecclesie
sue vocavit augustinum Nam lux
lucem vidit deus quod esset bona
et ait fiat lux et ecce facta
est lux ita ut de ipso dictum
sit illud quod scribitur in actibus
apostolorum 26 mitto te aperire
oculos eorum ut convertantur
a tenebris scilicet ignorantie ad
lucem intelligentie // Fuit etiam

d

beatus augustinus corpus luminosum
fugans tenebras pravitatis hereticae
ipse enim in tenebris hereticorum ni-
chil occultum reliquit sed eorum
tenebras eduxit in lucem de
quibus tenebris genesis 1° dicitur
tenebre erant super faciem abys-
si i. homines heretici qui per abyssum
designantur ut de ipso dictum sit
illud Sapientie 7 ponam in lucem
scientiam tuam Nam est qui re-
velat profunda de tenebris et
producit in lucem umbram mortis
sicut dicitur Iob 12 Et ideo de ipso
dici potest illud quod dictum est
ysaie 9 habitantibus in regione
umbre mortis lux orta est
eis Illa inquam lux de qua
dicitur hester 10 Iudeis autem
nova lux oriri visa est iu-
deis i. credentibus nova lux
oriri visa est i. beatus augustinus
qui sua nova doctrina fugans
tenebras heretice pravitatis totam
ecclesiam illuminavit // Fuit ultimus

e

beatus augustinus corpus luminosum
fugans tenebras sue malitie
de vase enim contumelie translatus
est ad vas glorie itaque prius

fuit tenebre peccati cecitatis sed
post ea lux celitus illustratus sicut
ipse testatur in 2° confessionum dicens
Recordari volo transactas feditates
meas et carnales corruptiones
anime mee non ut eas amem sed
ut amem te domine deus meus
unde idem subdit dicens Deus
meus amore amoris tui facio
istud recolens vias meas nequi-
ssimas // Fuit etiam beatus augustinus
corpus luminosum repellens tene-
bras sue malitie ymo in se to-
taliter lucidum intus scilicet et exterius
interius puritate conscientie et exterius
sancta et honesta conversatione Et
sic bene comparatur stelle ratione esse-
ntie // Comparatur ultimus beatus augustinus

f

stelle ratione eminentie stelle
enim in eminenti loco site sunt
unde dicitur genesis primo fecit deus
stellas et posuit eas in firmamen-
to Et beatus augustinus cor suum ad quod
in carne manens erat in celo
collocavit scilicet contemplando et hoc
ipse testatur in 3° confessionum ubi de-
vilruit mihi omnis vana spes et
immortalitatem concupiscentie
sapientie concupiscebam estu cordis
et incredibili Et subdit Nam
ardebam deus meus quomodo ar-
debam revolare a terrenis ad
te unde dicitur potuit ad probandum
Ad te levavi oculos meos qui
habitas in celis ad te inquit
levavi oculos meos i. affectus
meos Nam sicut oculus totum
corpus regitur sic affectu vo-
luntatis tota anima dirigitur
voluntas enim est qua peccatur
et qua recte vivitur sicut ipse
dicit in libro retractationum
Nam igitur beatus augustinus bonam
voluntatem habuit ad deum

oculos levavit. Et sic est. Et tunc
dicitur stella ratione eminentie
comparatur virtutis stelle beatus Augustinus
ratione effectus. Effectus enim stel-
le est illuminare sicut dicitur Gen. 1°
posuit eas in firmamento ut lu-
cerent super terram. Est autem de natura
stelle sicut dicit sapiens mundi
et quanto fuit remotior a terra
tanto maiorem potentiam habet potest
illuminare. Sic erat beatus Augustinus
quia multum erat a terra elonga-
tus celestia contemplando mul-
tum terram i. ecclesiam illuminabat
puritate vite et claritate doctrine.
Et ideo de ipso dicere possumus
quod ipse fuit una de duodecim
stellis aureis corone capitis
mulieris de qua dicitur Apoc. 12
Signum magnum apparuit in celo
mulier amicta sole et sequitur
et in capite eius corona stel-
larum duodecim. Mulier ista
est militans ecclesia cuius caput
est Christus cui affixus beatus
Augustinus verbo et exemplo et mul-
torum suffragio universam deco-
ravit et illuminavit ecclesiam. Et
quantum ad hoc ipse fuit illa lami-
na aurea sic nominata habens
hunc de qua habetur Exo. 28
que pendebat in fronte pon-
tificis veteris testamenti. Pontifex
quidem erat beatus Augustinus quia
nondum videns deum facie ad
faciem in fronte quia oppo-
nens se pro defensione fidei
Christi formam habens hunc
quia pugnans fuit disputans
a doctoribus et a ministris contra
hereticos cum specialiter legitur de ipso
quod presbiterum quendam
nomine Fortunatum in conventu

cum disputans publice superavit
et ideo convenit sibi illud quod dicitur
Cant. 4 Collum tuum sicut turris
David que edificata est cum propu-
gnaculis mille clipei pendent
ex ea. Collum enim sicut turris
ecclesie fuit beatus Augustinus edi-
ficata cum propugnaculis omnium virtu-
tum mille enim clipei pendent
ex ea scilicet auctoritatum argumen-
torum et rationum contra hereticos. Unde
ipse est ille de quo dicitur Eccli. 48
Quod munivit civitatem suam
et induxit in medium eius aquam.
Munivit enim beatus Augustinus
civitatem i. ecclesiam suis dictis
et scriptis et induxit in medium
eius aquam sapientie et doctrine.
Et iste aque eius sunt aque
fideles ut dicitur Ysa. Quia doc-
trine eius doctrine fideles nulla
continentes falsitate heretice pravitatis
unde ad commendationem eius can-
tat ecclesia In medio ecclesie
aperuit os eius et implevit eum
dominus spiritu sapientie et intellectus
spiritu intelligentie quo ad scientiam.
Ista enim duo sunt que decorant
et reddunt perfectam animam imperfectam
cum recedit scilicet ipsum sed scientia
et virtutibus perficitur. Et intellectus
tamen virtutibus quam scientia
enim sicut dicit beatus Augustinus
in suis sermonibus perficit
animam intellectivam sed virtutes vel
virtutes totam animam. Hiis enim
duobus beatus Augustinus ornatus
et decoratus totam ecclesiam
decoravit et illuminavit. Deco-
ravit virtutibus illuminavit scientia
et doctrina ut de ipso dictum
sit illud Apoc. 18 Terra
illuminata est a gloria eius.

cum .i. ecclesia compulsus tene-
bris ignorancie Compulsus est
tenebris pravitatis hec ecclesia illu-
minata est a gloria eius .i. a glo-
sa doctrina eius unde ipse fuit
illa lux de qua dicitur Sapiencie
18 Sanctis tuis maxima erat
lux Sanctis eius .i. credentibus
maxima erat lux beatus Augustinus
et hoc quantum ad unum spiritualem
figuram Quis cum Adam de
cuius latere formata est Eva
mater omnium viventium nisi beatus
Augustinus de cuius preceptione cordis
cuius facta est religio que dat
vitam mendicantibus et ser-
vantibus et in ea perseverantibus
Quis Abel qui de melioribus
offerebat sacrificium deo nisi beatus
Augustinus qui cor suum obtulit
Christo Et Christus hoc ipse dicebat
in primo confessionum Quia fecisti nos
ad te inquietum est cor nostrum
donec requiescat in te Quis
ultimus Noe Qui archam sa-
lutis sue et aliorum construxit
nisi beatus Augustinus qui ab amore
mundi conversus factus est presbiter
statim monasterium clericorum institu-
it et cepit vivere sub sanctis
apostolis constitutam Ecce archa
salutis quia ut dicit beatus
Gregorius Qui se ab amore
mundi convertit in corde edificat
archam salutis Quod et fecit
beatus Augustinus Quis ultimus Ab-
raham qui interpretatur pater mul-
tarum gencium nisi beatus qui
fuit et est hodie pater multarum
religionum Ille per multitudinibus

et tercie est per multitudinibus
quia secundum in multiplicatione
spiritualis et ut ultimus alludam
huius figuris Quis Joseph de
quo Genesis Quod fuit rector
fratrum et stabilimentum populi nisi
beatus Augustinus qui fuit primus
institutor et rector fratrum sue
religionis et stabilimentum tocius
populi christiani Quis eciam Jhesus
ille filius Syrach de quo legitur
Ecclesiastici Qui doctrinam sapiencie et dis-
ciplinae scripsit in codice nisi beatus
Augustinus Qui doctrinam sapiencie
et doctrine scripsit in regula
canonicorum Quis ultimus e
Abdias de quo habetur 3 Regum 18
qui pavit centum prophetas pane
et aqua nisi beatus Augustinus qui
pavit et hodie pascit innumeros
fideles qui per centum intelliguntur
pane doctrine et aqua sapiencie
Christe quia de ipso canit ecclesia Eu
de verbis salvatoris dulce pane
confectus et premiatus potu vite de
psalmorum nectare Ipse eciam
est ille Symeon de quo dicitur
Ecclesiastici 50 Quod in diebus eius ema-
naverunt putei aquarum nisi
beatus Augustinus Quia in diebus
beati Augustini emanaverunt
putei aquarum .i. profunditates
scripturarum Ipse eciam est ille
Abiathar qui interpretatur pater meus
[illegible] de quo legitur
2 Regum 23 Quod elevavit hastam
contra trecentos viros quos interfecit
Et beatus Augustinus pater ecclesie et interfecit
deo oblatum hastam .i. acumen
ingenii sui et sic elevavit

contra tentaciones malas / quas contr-
ecit. i. contra unum hos hereticos
qui intelliguntur per trentaos eo
quod auersi sunt contra fidem trini-
tatis et sit de singulis dicitur
ergo quasi stella et non sum r
stella ymo matutina et hoc est
quadam spiritualis comparacionis simi-
litudinis hoc cum stella per habet
esse in tanitate cum sole sic
erat beatus augustinus ex quo conversus
fuit semper cum fuit in eo vitate
vel caritate cum cristo qui est
sol iusticie unde ipse dicebat in
libro confessionum sic nos ut recedam
a te sed magis accedam te ut
de te fugiam ad te ultimo /
stella matutina letificat intimos
qui expectant ortum dei et b.
augustinus mirabiles letificat doctus
in ex hortacionibus suis unde
et beatus valerius ypponensis eius
exultabat uberius habens sibi di-
vinitus datum qui in doctrina sanc-
tis erat instruere populum dei
et ideo de ipso dicere possumus
illud quod dicitur de Job 2° Ecce docu-
isti plurimos et manus lassas
roborasti vacillantes confirmaverunt
sermones tui et genua trementia
confortasti / Stella eciam matutina
vocatur stella vigil et grandis
et beatus augustinus potest dici vigil et
grandis / fuit enim vigil in
contemplacione et grandis in
pontificali dignitate vel modo
potest dici grandis per primum innume-
tatem et de quo dicitur Mathei
ecce merces vestra multa est in celis
Bene ergo comparatur beatus augustinus

stelle matutine / Est autem
stella dicitur in medio nebule
de qua nebula dicit propheta
nebulam sicut cinerem spargit
hec nebula potest dici sacra scrip-
tura / de qua beatus augustinus propheta
pluviam de nubibus id est doctam
de prophetis et apostolis dicitur ergo stel-
la in medio nebule quia tota
eius mens tota eius intencio
erat in utilitate sacre scripture
Aliter aut aliquando nebula
potest dici devocio mentis de
qua dicitur levitici 16 posuit super
ignem aromatibus i. super ardo-
rem mentis posuit sanctitatis
desideriis et meditacionibus
nebula i. devocio mentis
dicitur in genesis et tunc optime
iungitur stelle in medio nebule quod
erit splendor sapiencie in dulcedine
devocionis et quantum ad hoc
optime sequitur / sicut principale
In quo describitur beatus augustinus
quantum ad superioritatem affectus
et hoc sub methafora lune
plene unde dicit et quasi
luna plena in diebus / luna cum
cum iungitur soli illuminatur a superio-
ri et tunc non illuminat terram / sic
luna signat mentem sacram
que cum iungitur deo soli per
contemplacionem tunc illuminatur a
superiori tunc cum viris superio-
ris sit ... et speculatis
intellectus luna celesti illustrat
sed inferiores non illuminantur nisi
reddeant in activa et tunc dici-
tur a sole quia tota inferiori-
bus et illuminantur ab inferiori quod
inferior racio illustratur ad aliorum

12

utilitatem que utrique reperitur
in beato augustino et gratia con-
templationis qua unum gerebat
deo et gratia actionis qua pro-
ximis subveniebat. Unde et ipso
legitur quod post mortem matris
reversus ad agros proprios ieiu-
niis et orationibus vacans fuit
Item contemplatio scribebat li-
bros et docebat indoctos. Item
ultimus luna a se non habet lucem
sed radiis solis percussa reddit
lucem terre per reverberationem radiorum
Et hoc fuit in beato augustinus
qui radiis cristi velud quedam lu-
men doctrine refudit in ecclesiam
Sol igitur dicitur cristus luna beatus
augustinus radii lune solis sunt
gratie spiritus sancti. Quibus inflammatus
beatus augustinus refundebat in nos
ita quod sicut septiformem spiritum septi-
formem videtur refudisse doctrinam
Radio cum timoris percussus do-
cuit cognoscere se ut in libris confessionum
in quibus accusat infan-
cie peccata. Radio pietatis per-
cussus docuit veram religionem
ut in libro de vera religione
et in libro de doctrina christiana
Radio scientie percussus docuit re-
gimine bone vite ut in pluribus
operibus et in libro quem fecit ad
matrimonium. Spiritu fortitudinis
indutus contra hereticos expu-
gnavit sicut patet in libris
de civitate dei et in aliis
quos fecit contra hereticos in quibus
nulla verba ingessit (?) manet here-
tice pravitatis. Radio intellige-
ntie illustratus exposuit scrip-

turas novas et veteres ut in li-
bris quos fecit super genesim super
psalmos et super johannem in quibus
circa multa dat de intelligentiis
et spiritualibus tractatus. Radio consilii
sapientie illuminatus attingit ad divina
ubi de patre et filio et spiritu sancto
ab utroque procedente multa sub-
tilissime investigavit ut patet
in libris de trinitate et in questioni-
bus. Radio consilii completus (?)
docuit vite perfectionem. Et hoc patet
in regula canonicorum in qua pre-
cipitur et docetur continentia et
perfectio vite et obedientie. Unde
de ipso cantat ecclesia Tu de
vita clericorum sancta scribis re-
gulam quam qui audivit et se-
cuntur viam tenent regiam atque
tuo sancto ductu redeunt ad
patriam. Dicitur ergo. Et quasi
luna plena in diebus suis. id est
in quibus servivit deo et sibi
seu anime sue. In istis mundanis
diebus fuit luna plena non
semiplena non vacua non ec-
clipsata sed semper plena in die-
bus suis. Luna semper respiciens
solem verum et hoc sanctus
affectu quem semper habuit ad dei
dilectionem. vel in considerationibus
seu inspirationibus divinis ad quam
multipliciter inducebat. Vel primo
cum inducebatur ad dei dilectionem
inspirationibus seu inspiratio-
nibus divinis unde dicit in
libro confessionum Tu mihi tempore primo cogno-
visti revelasti infirmitatem aspec-
tus mei radians in me vehe-
menter et contremui amore

et inveni me longe esse
a te in regione dissimilitudinis
tamquam audirem vocem tuam
de excelso: cibus sum grandium,
cresce et manducabis me. nec
tu me mutabis in te sicut
cibum carnis tue, sed tu mutaberis
bis in me. // Secundo de divinis
factionibus vel creaturis, unde
dicit in libro confessionum: Celum et
terra et omnia que in eis sunt
undique michi dicunt ut te amem,
nec cessant dicere omnibus ut sint
inexcusabiles. Et in libro de
libero arbitrio dicit: Ve qui
derelinquunt te ducem et oberrant
in vestigiis tuis, qui nutus
tuos pro te amant et obliviscuntur
quid innuas. O suavissima
lux purgate mentis sapientia,
non enim cessas innuere
nobis que et quanta sis, et
nutus tui sunt omne creature
decus. // Tertio de divinis scripturis
ut dicit in libro confessionum: Laudabo
te domine pro scripturis tuis, sus-
penderunt palmite cordis mei
ut non raperer per inania nugacitatis
turpis preda volatilibus. Unde
in eadem dicit: Sagittaveras
tu cor meum caritate tua et
gestabam verba tua transfixa in
visceribus meis. // Quarto de
divinis conversationibus ut de
incarnatione filii dei et passio-
ne et morte. Et hoc ipse testatur
dicens: Quod in principio conversio-
nis non satiabar dulcedine mi-
rabili considerare altitudinem
consilii divini super salute generis
humani. Unde dicitur in libro de ca-
thezandis rudibus: Que maior
causa est adventus domini nisi ut
ostenderet deus dilectionem suam in nobis.
Et post ea subdit: Si amare pige-
bat, saltem reamare non pige-
at. // Quinto de divinis hominibus,
i. exemplis hominum sanctorum deo,
unde ipse dicit in libro confessionum:
Exempla suorum servorum tuorum
quos de nigris lucidos et de
mortuis vivos feceras congesta
in sinu cogitationis mee u-
rebant me. // Unde sequitur
tertium principale ubi describitur
beatus Augustinus quantum ad executionem
actus et hoc sub solis refulgentis metaphora. Unde dicit:
Et quasi sol refulgens sic iste
effulsit in templo dei. Sicut enim
sol radios emittens totum mundum
illuminat, sic etiam beatus Augustinus
quasi sol radios fame sue
caritatis et doctrine per totum
mundum emisit. Et ut beatum soli
assimilare possimus, dico quod
beatus Augustinus dicitur sol triplici
ratione. Primo ratione sue forma-
tionis. Sicut enim sol formatus
fuit de quadam nebula sive
nubecula, ita beatus Augustinus de vita
nubilosa, unde ipse dicit in 3º
confessionum: Et tradidi miser magis se-
minatam prestandam fructibus terre
quam hominibus hic quidam sicut.
Et subdit ibidem: Et misisti ma-
num tuam de alto et de hac pro-
funda caligine eruisti animam
meam, cum pro me fleret ad te
mater mea, cum fidelis tua am-
plius quam flent matres cor-
porea funera. Unde de ipso

C

dicere possumus quod ipse fuit
ille filius prodigus de quo dicitur
Luce 15 Qui mortuus erat
et revixit perierat et inventus
est // Secundo potest dici sol celestis Au-
gustinus ratione nubium dispersi-
onis Ipse enim nubes errorum
et hereticorum extinuavit sicut
sol unde et libros plures contra
hereses fecit fecit sicut superius
dictum est // Tercio potest dici sol
celestis Augustinus ratione universalis
illuminationis Sicut enim sol non
solum terrestria sed etiam celestia
illuminat Sic celestis Augustinus non solum
ipsos homines predicationibus illu-
minavit et scripturis sed etiam
et angelos et sanctos secundum quod
illud dicitur illuminari Augustinus premium
seu gloria manifestatur nam celestis
Remigius, Jeronimus et quosdam
alios doctores commemorantes
sic concludit hos omnes Augustinus
ingenio et sciencia sua vicit. Sed
licet se Jeronimus sex milia volu-
mina Origenis legisse fateatur
iste tamen tanta scripsit ut
nullus non solum diebus ac noctibus
scribere libros suos non possit
sed nec legere quidem occurrat Et
quantum ad hoc dicere possumus
quod ipse est ille sol de quo dicitur
Eccl. 42 Sol illuminans per omnia
respexit. Per omnia respexit celestis
Augustinus et quantum ad dicta loca-
les quia in omnem terram exivit
sonus eius Et quantum ad dicta
temporales quia tractat de hiis que
pertinent ad statum presentem et ad sta-
tum futurum Et quantum ad dicta per-
sonales quia informat omnes
diversitates hominum secundum diversitates
conditionis status et professionis

Et quantum ad dicta morales quia
omnes virtutes predicat omnia vicia
eliminat optime ergo de ipso
dictum est Sol illuminans per omnia
respexit // Comparatur ulterius
celestis Augustinus soli ratione rectitu-
dinis seu regulationis Sicut enim
sol cursum suum sub ecliptica spera
perficit Sic celestis Augustinus ex quo
conversus est semper sub lege dei
vixit Et hoc insinuatum fuit
matri eius in visione qua vidit
in se regula lignea stantem
et quendam iuvenem venire
splendidum alloquentem eam
et dicentem quod ubi tu ibi et
ille sed ipsa erat sub lege dei
quia sancta erat et ipse futurus
erat sanctus Et quia in sanctitate
perseveravit usque ad mortem
ideo ad gloriam pervenit celestem
ad perseverantiam in bono hor-
tatur nos apostolus Galla. 6 Bo-
num facientes non deficiamus
tempore enim suo metemus non deficientes
Et iste qui perseveravit scilicet in bono
sicut dicitur Math. 10 usque in fi-
nem hic salvus erit Quod nobis

Sermo primus de decollacione sancti Joh. baptiste

Male tractaverunt eum qui
a ventre matris sue con-
secratus est propheta evertere
et perdere et iterum edificare Eccl. 49
Quamvis Johannes baptista
in utero matris sue sanctus fuit
et nulli unquam nocuit / multos
tamen habuit persecutores qui eius
sanguinem siciebant / scilicet Herodes
volebat eum occidere / Herodias
sibi insidiabatur; filia eius caput
suum petiit speculator missus est

hebreis iam venit et fecerunt
in eo quecumque voluerunt. Tercio
Julianus apostata cuius ossa
combussit et dispersit et sic in
mortem Johannis convenerunt male
increpantes adulteratores corrigentes
mordentes et adeo apostatantes
Et sic isti omnes male tractave-
runt eum in vita quia ipsum
incarceraverunt Et tamen Johannes sic
male tractatus ostendit quo ad
herodem magnam constanciam quo
ad cristum magnam reverenciam quo
ad discipulos magnam diligenciam
Et quo ad se magnam sanctitatem
et graciam ¶ Ostendit quidem
quo ad herodem magnam constanciam
quia licet sciret quod herodes eum
quereret ut occideret et quod herodias
insidiabatur tamen non fugit nec ali-
quo modo perterritus fuit Crisostomus Quod
herodes illi faciebat ille susci-
piebat pro beneficio Et ira illius
quasi dei misericordia fruebatur
Quia verum gaudium secretum est
corde de mundo Eccl. 48 In diebus
suis non pertimuit principem quia
scilicet eum arguit et potencia nemo
vicit illud ut scilicet timore fugeret
nec superavit eum verbum aliud quam
scilicet veritatem predicaret et cristo
testimonium perhiberet et mortuum
prophetavit caput eius ipso scilicet ca-
ut revelavit Ostendit etiam quomodo
in carcere quo ad cristum magnam
reverenciam recognoscebat se cristi
famulum ad iustos sicut fuerat
ad superbos Et ideo de carcere mi-
sit eum ei per discipulos dicens Tu
es qui venturus es an alium expecta-
mus / Ostendit quo ad discipulos
magnam diligenciam Unde Crisostomus

Crisostomus super mathaeum Anxius sollicitus
in carcerem non de suo periculo sol-
licitus erat sed de discipulorum
salute cogitabat Ideo premisit
ad cristum discipulos ut miracula
eius viderent que tot fecit cristus
ut paucos iustos lucraretur Quia
melior apud deum unus iustus quam
totus mundus peccatoribus plenus /
Ostendit quidem ad se magnam
sanctitatem et graciam quia numquam
reputabat carcerem esse aut car-
cerem quia cristus reputabat paradisum
Unde dicit Crisostomus super mathaeum Johannes
spiritualem graciam angelus quia nil
terrenis erat in eo nisi ipso sola
corpore tenebatur in carcere aut
in celo / Similis enim erat paulo
qui dicebat philippenses 3 Nostra
conversacio in celis est Et talis erat
Jeronimus qui dicebat Oppidum
michi carcer est solitudo para-
disus / Secundo male tractaverunt
eum in morte quia eum decol-
laverunt Cuius autem decollacio facta
est pro iusticia et fidei defensione
quia herodem de stupro arguebat
sed ipse eius reprehensionem
impaciencius portavit et ideo ipsum
carceri reclusit Amos 5 Odio
habuerunt corripientes in porta
Eccl. 21 Qui odit correctionem
vestigium est peccatoris id est animali
id est valde similis ~~sicut vestigium~~
~~est valde simile~~ / qui autonoma-
sice dicitur peccator quia correctionis
insensibilis est Et ideo talis
est vestigium animali id est valde similis
sicut vestigium valde simile pedi
Secundo facta est eius decollacio
cum multa sui devocione quia
cum decollari deberet deo se devo-
te recommendavit Unde cantat /

ecclesia. In medio carceris stabat Johannes et voce magna clamabat dicens: Domine deus meus tibi commendo spiritum meum. // Secundo facta est eius decollatio cum multo patribus qui erant in limbo gaudio et exultatione, unde legitur in evangelio Nicodemi quod cum Johannes ad limbum descendisset et decessisset sanctis patribus qui ibi erant, dixit: Ego sum Johannes qui Christum baptizavi clamante facie eius preparavi vias eius primi et primum digito ostendi et descendi nunciare vobis quia vos in proximo visitabit. // Tertio facta est eius decollatio cum misterii significatione. Cuius misterium assignans dicit Augustinus quod Christus fuit in cruce exaltatus, Johannes vero fuit capite minoratus ad significandum quod fama Christi debebat crescere, fama autem Johannis qui Christus putabatur debebat decrescere iuxta illud quod ipse dicit Joh. iii: Illum oportet crescere me autem minui. Et ideo ad hoc innuendum Christus natus est eo tempore quo dies crescere incipiunt, Johannes autem eo tempore quo decrescere incipit. Quarto facta est eius decollatio cum ecclesie veneratione. Quibus cum ad limbum descenderit cuius hic passio in ecclesia celebratur. Eorum enim qui in limbum descenderunt quidam spectabant ad vetus testamentum sicut Abraham Ysaac et Jacob dei et ceteri patriarche et eorum obitus nunc celebratur. Quidam vero spectabant ad vetus quantum ad tempus sed ad novum quantum ad causam sicut innocentes qui licet in veteri testamento fuerint hac occasione passi fuerint. Et ideo quia ad limbum descen-

derunt celebratur eius cum eorum obitu propter causam. Sed substituitur alia quia tempus Johannes autem baptista spectabat ad novum et ratione cause quia mortuus est propter fidem predicandam et iustitiam defendendam vel defendendam. Et tunc temporis est fuit finis veteris testamenti et initium novi. Et ideo licet ad limbum descendit cuius hic passio colitur et alia tamen. // Secundo male tractaverunt eum post mortem scilicet Herodes eius caput in disco afferri faciendo quasi quoddam ferculum in deserto eius discumbentibus ubi dicit Scolastica lyquiasse quinimo tremente cepulcre inferunt. Et Herodias corpus sine capite sepeliri faciendo. Ipse enim timebat quod nec propheta resurgeret si cum corpore caput positum fuisset. Et Julianus apostata eius ossa dispergendo et pro magna parte comburi faciendo. Ipse enim eius ossa per campum dispersit et canibus et feris lacerandum et consumenda dedit. Postea posuerunt mortiferia suorum tuorum ecclesia vo. ce. car. s. t. bestie tunc solum aut dispersit sed etiam pro magna parte combussit. Et per Johannes quasi hoc maxime patiebatur. Hoc quidam dicunt quod in festo sancti Johannis Baptiste unde tunc ossa aliquantulum collecta comburuntur. Et quia predicti sic male Johannem tractaverunt ideo etiam ipsi a deo male tractati fuerunt. Herodes enim male tractatus fuit quia in exilium missus et ibi miserabiliter mortuus. Herodias etiam male tractata fuit quia simul in exilium cum viro suo vel etiam quorundam quia fuit subito mortua. Cum ut quidam aiunt caput Johannis in manu teneret

et ei insultaret divino iudicio
in cuius faciem sufflavit et illa
subito mortua est corruit. Se-
cundo filia herodiadis fuit male trac-
tata quia fuit in aquis prefocata
cum enim super glaciem ludendo
discurreret subito sub pedibus
eius glacies frangitur et illa in
aquis miserabiliter suffocatur. Iudei
fuerunt male tractati quia a tyto
et vespasiano capti mortui dis-
persi et triginta pro uno denario
venditi. Iulianus apostata ma-
le fuit tractatus quia celesti pla-
ga percussus ab hostibus vulneratus
et de corio scabellum regi persarum
fuit fabricatum. Iohannes autem bapti-
sta fuit male tractatus in vita
in morte et post mortem. Sed
tamen deus in hoc triplici statu ve-
nerabiliter eum tractavit. Primo
scilicet in eius vita quia habuit vitam
spiritualem celestem angelicam et
divinam. Spiritualem quidem vitam
habuit quia non curavit de cibo et
potu corporali qui pascebatur invisi-
bili instar angeli qui dixit Thobie
12. Et cum eram vobiscum per
voluntatem dei videbar quidem vo-
biscum manducare et bibere sed ego
invisibili cibo et potu utor nec
de ornatu vestimentorum quia vestitus
erat ornamento contemptu nec de
domicilio quia nemus demorabatur
in celo. Habuit vitam celestem
quia in terris vegetabat vel degebat
sed cum celestibus misteriis intererat
quando celos apertos vidit vocem
patris audivit spiritum sanctum in specie
columbe inspexit filii divinitatem
agnovit. Habuit vitam angelicam
quia purgavit culpam. Ecce enim
quia erat lucerna ardens perfecit

continuum ad virtutem et graciam.
Luce 1o ut convertat patrum corda
ad ad filios parare domino ple-
bem perfectam. Habuit vitam di-
vinam quia non vincebat amore
domestico ex eo quod omnes parentes
relinquerat et in deserto habita-
bat nec amore mundano quia
omnes divicias contempserat nec
amore proprio quia carnem suam
mirabiliter cruciabat sed vincebat
amore divino quia totum amorem
suum in deum posuerat. Unde
potuit dicere cum apostolo. Vivo ego
iam non ego vivit vero in me
cristus. Secundo deus bene dis-
posuit de ipso in morte quia
scilicet mortem habuit preciosam.
Primo preciosam in conspectu domini.
Mors sanctorum eius. Fuit enim
mors eius preciosa respectu
dei quia pro iusticia dei sua
deffendenda mortem susti-
nuit. Ecclesiastici 4o pro iusticia agoni-
zare pro anima tua usque ad mortem.
Ita pro iusticia. Respectu sui quia
precio sui sanguinis regnum
celorum acquisivit. Mathei 11.
Regnum celorum vim patitur
et violenti rapiunt illud. Respectu
celi quia primus in tempore gracie
precio sue mortis illud promeruit.
Respectu limbi quia sanctis
patribus qui ibi erant preciosum
sanguinem nuncium apportavit.
Respectu mundi quia eius mor-
tem preciosam venerabiliter colit.
Tercio disposuit de ipso post mortem.
Ipse enim fuerat patriarcha propheta
apostolus a deo missus angelus
id est dei nuncius iuxta illud Malachie 3.
Ecce mitto angelum meum et
martir confessor et virgo in deo mu-

deus in celo bone disposuit et
in diversis locis posuit. Viram modo
morari in societate patriarcharum
modo in amicis prophetarum modo
in ordinibus angelorum modo in choro
apostolorum modo inter cetus martirum
modo inter ~~[struck]~~ confessorum sociolas
modo inter lilia virginum. Ad quam
nos perducat etc.

Sermo secundus de decollatione sancti Jo. baptiste

Male tractaverunt eum qui de ventre matris sue consecratus est propheta. Eccl. 49°.

In verbis premissis ponitur primo ex parte Herodis magna crudelitas cum dicitur Male tractaverunt eum. Secundo ex parte Johannis magna sanctitas cum dicitur De ventre matris sue consecratus est. Tercio ex parte eius magna dignitas in hoc quod dicitur propheta. Quarto magna auctoritas in hoc quod subditur Evertere perdere et iterum edificare. Crudelitas autem Herodis ostenditur in hoc quia Johannem male tractaverunt quando ipsum decollari fecerunt. Circa quod notandum est quod aliquando mali pugnant contra malos. Unde sicut dicitur Proverbiorum 13 Inter superbos semper iurgia sunt. Aliquando mali contra bonos. Unde dicitur in psalmo Persecutus est hominem inopem et mendicum etc. Aliquando boni contra bonos quando sunt imperfecti. Perfecti autem contra perfectos pugnare non possunt. Augustinus in libro de civitate dei: Pugnant inter se mali et mali, boni et boni, sed si perfecti sunt inter se pugnare non possunt; proficientes autem nondum perfecti ita pugnare possunt ut bonus quisque ex ea parte ita pugnet contra alterum qua contra seipsum. In ~~[struck]~~ uno quippe homine caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem. Concupiscentia autem spiritualis contra ~~carnalis~~ alterius carnalem potest pugnare vel concupiscentia carnalis contra alterius spiritualem. Sic inter se pugnant boni et mali. Hec Augustinus. Ista autem tam multiplex pugna invenitur prope circa Johannem baptistam. Pugnabant enim mali contra malos scilicet Herodes et Herodias ex una parte et Phillippus cuius uxorem abstulerat Herodes et rex Arethe cuius soror erat uxor Herodis ex alia parte. Pugnabant mali contra bonos scilicet Herodes et Herodias contra Johannem. Pugnabant boni contra malos scilicet Johannes contra Herodem et Herodiadem quorum vicia reprehendebat. Pugnabant imperfecti contra bonos scilicet discipuli Johannis contra discipulos Christi. Unde dicitur Mathei 9 Quare nos et pharisei ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant. Inter Johannem autem perfectum et Christum perfectissimum nulla potuit esse pugna sed pax et caritas perpetua. In hoc igitur quod dictum est supra Male tractaverunt eum etc. notatur pugna malorum contra Johannem. Sed tamen in hac pugna Johannes non succubuit nec mirum quia erat super fidem trinitatis fecundatus quia patrem cognovit in voce filium in humana carne

Spiritum sanctum in specie columbe
fidos solum autem fuit bene funda-
tus sed etiam fuit lapis quadra-
tus quia qui non potuit commoveri
Habuit enim quatuor virtutes
que ipsum quadratum ~~faciunt~~/fe-
cerunt scilicet temperancia in eo quod sic
abstinebat/fortitudo in eo quod
sic constanter herodem arguebat/
prudencia in eo quod tam sapienter
populo predicabat et iusticia in eo
quod coram xpo se inferiorem humiliabat
Fuit etiam iste lapis xpo forti
vinculo copulatus scilicet vinculo
amoris Contraxerat enim xpus
et Johannes istam tam magnam
amiciciam in utero materno quando
scilicet uteri se mutuo visitaverunt
Et ista amicicia numquam fuit
postea interrupta nec in prosperis
nec in adversis Fuit aliquando Jo-
hannes in magna prosperitate
quando populus ipsum credebat esse
xpum Fuit in magna adversitate
quando herodes ipsum carceri tradi-
derat Sed nec Johannes oblitus
est xpi in prosperis quia xpum
se esse negavit nec xpus obli-
tus est Johannis in adversis quando
quia potius tunc ipsum maxime
commendavit dicens Math. 11. Quid
existis in desertum prophetam videre
dico vobis plusquam prophetam etc.
Secundo ostenditur quante fuit sanctitatis
Cum dicitur In ventre matris sanctifi-
catus seu consecratus Ex quo datur
intelligi quod ipse fuit in utero
consecratus quod ipse fuit sine peccato
natus et quod ipse fuit nazareus
effectus Fuit quidem in utero ~~consecratus~~
sanctificatus ex qua sanctificatione
accepit peccati purgationem Iere. 1o

antequam exires de ventre sanctificavi
te Sanctitas enim fuit diminuta idem
est quod mundiciam accepit gratie repletus
Luce 1o Spiritu sancto replebitur adhuc
ex utero matris sue accepit in bono
confirmationem ysaie 49 dominus ab utero
vocavit me accepit gaudiosam
et subdit Sub tegumento manus
sue protexit me accepit gaudiosam
xpi cognitionem luce primo Ecce u-
t facta est vox salutationis tue
in auribus meis exultavit infans
in gaudio in utero meo Ex hoc
etiam quod dicitur Consecratus est notatur
quod ipse fuit sine peccato natus Tres
enim sunt nativitates miraculose
facte una que facta est de ho-
mine sine femina sicut nativi-
tas eve Secunda que facta est ~~sine~~
de femina sine homine sicut na-
tivitas xpi Tertia que facta est
de femina et homine contra solitum
cursum nature sicut nativitas Jo-
hannis baptiste Hec quidem fuit
miraculosa quia ibi erat triplex
impedimentum ad generandum unum
ex parte viri scilicet nimia senectus
et ideo non poterat generare Secundum
ex parte mulieris scilicet senectus et
sterilitas et ideo non poterat concipere
Quod triplex impedimentum
tangit lucas cum dicit Et non
erat eis filius eo quod elizabeth
esset sterilis et ambo processis-
sent in diebus suis Ex hoc
etiam quod dicitur consecratus est notatur
quod ipse fuit nazareus deo conse-
cratus Regula autem nazareorum
habebat tria capitula prout
habetur Numeri 6. primum est ut
ab omni vino et ab omni quod ine-
briare potest abstineant Secundum

Regula Nazareorum

est ut novacula super caput eius
non ascendant Tercium est ut ad
mortuum non ingrediantur Istam
regulam servavit beatus Johannes
et litteraliter et spiritualiter Ad literam
ipse nec vinum nec siceram
bibit comam et barbam nutrivit
atque in deserto giravagus ad nullum
mortuum ingressus fuit Spiritualiter
autem per hoc signatur quod ipse ha-
buit munditiam operis quia in vi-
no in quo est luxuria absti-
nere Secundo ipse habuit pu-
ritatem cogitationis quia no-
vacula super caput non ascen-
dit Novacula cum in capite est
munditia in mente Recidit
septem crines Sampsonis
et aufert septem dona spiritus
sancti Spiritus cum sanctus disciplinae
effugiet fictum et auferet
se a cogitationibus quae sunt sine
intellectu quod ipse habuit sanctita-
tem affectionis quia ad mortuum
non intravit Nullus cum carna-
libus affectibus a sinagoga tristis ipsum
retrahit Mathei viii Dimitte
mortuos sepelire mortuos suos
Tertio ostenditur quod ipse fuit magne
dignitatis In eo quod dicitur apostolus
domini Cristus cum in omni genere
creature ipsum semper nobilioribus
comparavit Creature cum autem sint cor-
poralia aut spiritualia aut ex hiis
composita Inter corporalia autem assi-
milat ipsum corpori lucido quod est
excellentissimum super omnia corpora
unde dicitur lucerna ardens et lu-
cens ut habetur Johannis v Et lucifer
ut habetur Job 38 Inter spiritualia assi-
milat ipsum angelis qui sunt no-
biliores inter omnes spiritus racionales

Mathei xi Hic est de quo scrip-
tum est Ecce ego mitto angelum
meum etc Inter composita ex cor-
pore et spiritu assimilat ipsum
prophetis qui sunt excellentiores
ceteris hominibus ut pote qui fue-
runt sanctitate precipui et spiritu dei
pleni Iheronimus Cum autem ipsum prophetis
comparavit sed eciam pretulit cum
dixit Mathei xi Quid existis in
deserto videre prophetam Ipse cum fuit
plus quam propheta quia ceteris prophetis
et sanctis Cristo fuit vicinior atque
familiarior Cristus cum fuit verbum
dei capere Qui sedebat super
equum vocabatur verbum dei Et Johannes
vox dei Johannis 1o Ego vox
clamantis in deserto etc Ceteri
sancti os dei sunt tuba dei
Jeremie 17 Si separaveris preciosum
a vili quasi os meum eris
Sunt eciam tuba Osee viii In
gutture tuo sit tuba Cristus fuit
sponsus Johannes amicus sponsi
Johannis 3 Qui est sponsam spon-
sus est amicus autem sponsi etc
Ceteri autem sancti sunt servi sponsi
Luce 12 Et vos similes hominibus
expectantibus dominum suum quando
revertatur a nuptiis Et sequitur
Beati servi illi etc Cristus fuit
sol Malachie tercio vobis timen-
tibus nomen meum orietur sol iu-
sticie Johannes fuit lucifer Job
38 Nunquid producis luciferum
in tempore suo Ceteri sancti sunt
stelle Baruch 3 Stelle vocati
sunt et dixerunt assumus Cristus
fuit ignis Hebreorum xii Deus noster
ignis consumens est Johannes
fuit facula ardens Ceteri sancti
sunt scintille ignis Ezechielis 1o

Scintille quasi aspectus eris candentis. Sapie. 3. Fulgebunt iusti et quasi scintille in arundineto discurrent. Cristus fuit lux Johannis 1o. Erat lux vera. et Johannes erat lucerna ardens et lucens Johannis 5o. Ipse erat lucerna ardens et lucens. Ceteri fuerunt radii lucis. Ecclesiastici 43. Tripliciter sol comburens montes radios igneos exsufflans.

Tercio auctoritate fuit magne auctoritatis cum dicitur precedere et viam edificare quod idem est quod viam domini preparare. Istam suam auctoritatem ostendit cum dixit Ego vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas. Crisostomus super Matheum: viam domini preparat et dirigit aut fossa replendo aut tumencia reprimendo vel offendicula removendo, sive aspera adequando aut tortuosa rectificando. De hiis quatuor dicitur Ysaie 40. Omnis vallis exaltabitur et omnis collis humiliabitur. Et erunt prava in directa et aspera in vias planas. Tunc autem de fossa replentur cum in precipicium desperationis vel nimii timoris prolapsi ad spem venie elevantur. Tunc vero tumencia deprimuntur quando superbiam elati ad humilitatem et infirmitatis sue consideracionem reducuntur. Tunc offendicula removentur quando omnia peccata abiciuntur. Tunc tortuosa rectificantur quando omnes intenciones nostre in deum diriguntur. Quarta(?) beatus Johannes est apud deum tante sanctitatis dignitatis auctoritatis manifestum est quia vult nobis innuere ipse suam sanctitatem

Et scit ipse suam dignitatem. Quia cum prophetia cognoscit(?) deo sapienciam divinam a deo recepit. Et patet per suam auctoritatem. Adiuvat autem in triplici statu scilicet in vita in morte et post mortem. In vita quidem sicut patet in Longobardis. Nam sicut refert Paulus ystoriographus Longobardorum. Cum Theodora regina Longobardorum ad honorem sancti Johannis baptiste apud Modoicum nobilem ecclesiam construxisset, postmodum Constantinus imperator Ytaliam a Longobardis eripere vellet et quendam virum sanctum interrogasset de eventu belli, orationi illi insistens a deo audivit Johannem pro Longobardis continue intercedere ab illo die quo regina ecclesiam fabricavit. Et ideo superari non possunt. Adiuvat eciam in morte. Nam sicut refert Gregorius. Cum quidam vir nomine Sanctulus in infirmitate fuisset deductus et fortissimus pugil in cervicibus eius gladium vibraret. Et ille protinus clamavit Sancte Johannes suscipe illum et statim brachium eius obriguit et inflexibile remansit. Sed vir dei beatum Johannem pro ipso iam penitente oravit et ut brachium deponeret obtinuit. Adiuvat eciam post mortem. Nam refert Paulus ubi supra. Cum quidam rex Longobardorum cum multo apparatu in ecclesia sancti Johannis baptiste fuisset sepultus, quidam cupiditate illectus nocte sepulcrum aperuit et omnia surripuit. Cui beatus Johannes apparens dixit Quia ausus fuisti tangere michi commissum, ecclesiam meam ingredi de cetero non valebis.

Quod semper ita evenit. Nam quotiens
carcerem ingredi volebat subito velud
validissimo pugillo gutture eius invi-
sibiliter feriebatur. Et sic ille in terram
cadens confusus recedebat etc.

Sequitur sermo tercius de de-
collatione sancti Joh. bapte.

Herodes misit et tenuit
Johannem et vinxit eum in
carcerem etc. Math. vi. In presenti
ewangelio in quo passio sancti Johannis
baptiste describitur, tria de ipso re-
citantur scilicet incarceratio eius decolla-
cio eius et sepultura eius. Circa
primum notandum quod est multiplex carcer
in quo beatus Johannes fuit. Primus
est matris uteri et iste fuit val-
de gaudiosus de quo dicitur Luce
primo. Unde michi hoc ut veniat mater
domini mei ad me. Ecce enim ut facta
est vox salutacionis tue in auri-
bus meis exultavit infans in
gaudio in utero meo. Gaudebat
enim infans de virginis tanta di-
gnitate quia scilicet dignata fuit ipsum
et matrem suam salutare vel visi-
tare. Gaudebat de filii dei incar-
nacione. Sciebat enim ipsum in utero
esse filium dei. Et ideo dixit mater
domini mei. Gaudebat de sua le-
gacione quam quidem cognovit inchoatam
cum scilicet ipsum de utero gaudenter
salutavit. Spiritus eius enim exultando
fuit quodammodo veniens de utero
salutacio. Secundus est carcer corporis
ipsius a quo exui postulabat propheta
dicens. Educ de carcere animam meam.
Et iste fuit valde preciosus. Cor-
pus enim eius fuit incorruptum
et integritatem. Sapie. viij^o. Veni
ad corpus incoinquinatum. Quo-

[illegible] et [illegible]
angelicam. Ideo angelus vocatur
Math. primo. Ecce ego mitto angelum
meum etc. Approximabat in quantum
est possibile ad divinam puritatem.
Maior enim puritas post divinam
est virginis. Puritas post purita-
tem virginis est puritas Johannis
baptiste. Ista triplex puritas scilicet
Christi virginis et Johannis signatur
per tres planetas celi lucidiores
scilicet solis lune et luciferi. Puri-
tas enim Christi assimilatur soli. Psalmus.
In sole posuit tabernaculum
suum. Puritas virginis assimilatur
lune. Cant. primo. Pulchra ut
luna. Puritas Johannis lucifero.
Job 38. Numquid producis lu-
ciferum in tempore suo. Sicut igitur
lux fontalis in sole sic fonta-
lis puritas in Christo. Et sicut
post solem magis lucet luna sic
post Christum maior est puritas in
Maria. Et sicut post solem et
lunam lucifer magis lucet sic
post Christum et Mariam Johannes
ampliori puritate resplendet.
Tercius est carcer deserti qui quidem
fuit valde penosus quantum ad
cibum quantum ad potum quantum ad ve-
stitum quantum ad domicilium et quantum
ad consorcium. Communis iste carcer
Christus quantum ad ista quatuor fuit
valde penosus tamen antea erat
valde deliciosus. Communis enim
quantum ad cibum communis edit locu-
stas mitius tamen edebat delicatas
temporalitatis. Communis communis edit
mel silvestre antea tamen edebat
mel celeste. Eccli. 24. Spiritus meus
super mel dulcis quantum ad deli-
cias cenas et hereditas mea super

mel et favum. Tercius quantum ad mel
celeste. Quartus quantum ad potum:
cotinus bibit aquam materialem, iustus
non bibebat aquam spiritualem. Unde
dicitur Eccl. 17: Aqua sapiencie sa-
lutaris potavit illum. Quintus quan-
tum ad indumentum: iste cotinus
vestitus de pilis camelorum, iu-
stus tamen habebat indumenta virtu-
tum. Psalmus: Astitit regina, i.
fidelis anima que corpus suum
fideliter regit, a dextris tuis in
vestitu deaurato etc. Sextus
quantum ad domicilium: cotinus ha-
bitavit in deserto, iustus tamen
habitabat in celo. Unde illud
Philip. 3: Nostra conversacio in ce-
lis est. Septimus quantum ad
consorcium: habet cotinus societatem
ferarum, iustus tamen erat socius
angelorum. Iuxta illud Psalmi:
Angelis suis deus mandavit
de te etc. // Quartus carcer
fuit tyranni, i. ipsius Herodis,
et iste fuit valde gloriosus quia
magna gloria est pati pro Christo.
Ipse enim incarceratus pro triplici
veritate, scilicet pro veritate iusticie
quam defendebat cum dixit
Herodi: Non licet tibi habere uxo-
rem fratris tui. Hec enim erat contra
iusticiam legis que precipiebat
ut nullus uxorem fratris sui ipso
vivente duceret. // Pro veritate
doctrine quam predicabat. Ita sicut
refert Josephus, videns Herodes
quod magna multitudo populi predica-
cionem Johannis sequeretur, timebat
populi formidans et Herodiadi
placere desiderans ipsum incarce-
ravit. Pro veritate vite quam
tenebat. Dicit enim cum serpentes et
bufones adorem vinearum

fugiunt et sicut noctue
lucem odiunt. Sic et Judei vitam
Johannis imitari non valentes odiebant
ipsum et fugiebant eius vitam dyabolo
potius quam deo tribuentes, tanto
scilicet eius odio conturbati et tanta
eius luce excecati. Math. 11: Venit
Johannes non manducans neque bibens
et dicunt demonium habet. // Quintus
est carcer limbi et iste fuit valde
graciosus quia sanctis patribus qui
in limbo erant magnam leticiam
et consolacionem fecit. Erant enim in
quadruplici tristicia, scilicet quia dei
visione carebant. Secunda in loco tam
infimo et tam tenebroso mane-
bant. Tercia tantam moram ibi tra-
hebant et quia demonum
vicinitatem ~~tenebant~~ habebant.
Sed Johannes ad limbum descendens
super hiis quatuor magnum eis gau-
dium nunciabat. Unde pater eius
prius dixit Luce 1°: Tu puer propheta
altissimi vocaberis etc. Ostendit
quid debeat nunciare superius cum
dicit ad dandam scienciam salutis ple-
bi. Deinde quid nunciaturus erat in-
feris eorum subdit: Illuminare hiis qui
in tenebris et in umbra mortis
sedent etc. Nunciavit enim eis quod
ultimus in tenebris ignorancie non
essent sed cito luce divine visionis
viderent, et ideo dicit Illuminare
hiis qui in tenebris etc. Nunciavit
eis quod ultimus in loco umbroso
et morti, i. infimo et vicino, non
manerent sed cito in celum ascenderent.
Et ideo dicitur: Et in umbra mor-
tis sedent. Nunciavit eis quod ibi
ultimus moram non facerent sed
ad recedendum inde cito pararent

suos dixerunt ~~Et ideo dixit sed~~
digitandos pedes meos Reputavit
eis quod pax facta erat inter homines
et angelos et ideo ultra non e-
rant contenti vicinitate demonum
sed societatem angelorum postquam
scilicet inimicitie erant remote et
pax facta Ideo subditur In viam
pacis // Secundo fit mentio in evangelio
de eius decollatione Quia Herodes
caput eius amputare fecit Cir-
ca quod notandum quod est quadru-
plex caput Caput scilicet corporale
rationale superius et spirituale Caput
corporale fuit ab eius corpore propter
eius iustitiam amputatum Magnum
pietatis gemitus et compassionis
affectus lacrima ~~cogitationis~~ et
rationis et fletus cogitare quod
tam vile tam beatum caput am-
putatum est In quo erant illi beati
oculi qui Christum semper in specie co-
lumbe conspexerant Ille beate aures
que vocem patris audierant Ille
beate ~~aures~~ nares que tetigerunt
beata oscula et testimonia que
retinuerant Illi beati capilli qui
Christo consecrati fuerant quando na-
zarenus deo ab infantia fue-
rat et novacula super caput eius
non ascenderat // Caput rationale
est ipsa superior pars rationis que
superioribus viribus semper prefuit
et ipsas per se dirigit Et dicitur
ratio caput Quia sicut in ca-
pite corporali sunt quinque sensus
spirituales scilicet visus superne con-
templationis psalmus Revela oculos
meos et considerabo mirabilia
de lege tua Auditus interne in-
spirationis psalmus Audiam quid
loquatur in me dominus deus Ol-

factus bone opinionis 2 Cor.
Christi bonus odor sumus deo
In hiis qui pereunt et qui salvi
fiunt Gustus celestis degustationis
psalmus Gustate et videte quoniam
suavis est dominus Et tactus bone
operationis Illi enim qui dicunt
manibus tangunt quando ea que alii
predicant ipsi operibus faciunt
Unde de quibusdam ~~dicitur~~ di-
cebat Matt 23 Alligant onera
gravia et importabilia et impo-
nunt in humeros hominum digito
autem suo nolunt ea movere
Caput spirituale est Christus Et
illud caput nunquam a Johanne
separatum fuit Sed potius in eum
motum et sensum influxit et
in utero et in mundo et modo
in celo In utero quidem in ipsum
influxit secundum motum quo eum cognovit
et motum quo eum salutavit
In mundo in ipsum secundum vim influxit
scilicet sensum fidei recte et motum
operationis bone In celo modo
in ipsum influxit secundum quod il-
luminatur ad profundam dei cogni-
tionem et motum quo ipse movetur
in deum per intimum amorem
Caput spirituale est ipse prelatus
primi regum 15 Nonne cum parvu-
lus esses in oculis tuis caput
in tribubus israel factus es Pre-
quidem igitur beatus Johannes ma-
gnus prelatus erat caput dici
poterat Et illud caput nunquam
a subditis suis precisum fuit
sed semper in eos influebat
secundum predicando et instruendo
verbo et motum informando
exemplis // Dicitur autem prelatus
caput multiplici de causa

bruto ratione sensualitatis et
aut aristoteles in libro de animalibus
quod caput hominis est sine
carne est cum sustinendo corporis
et ideo debet esse leve Secundo
aut caput est nimis pingue-
tur corpus nimis gravat et
deformat quia tunc belluinum
esse videtur Capita enim brutorum
animalium et maxime aliquorum car-
nosa sunt respectu capitis
humani in homine aut ibi dicit
aristoteles anterius et posterius
capitis in homine est sine car-
ne pondus gravet Prelatus igitur
dicitur caput quia debet esse
sine carnali voluptate quo ad
se ii. Cor. 10 In carne enim
ambulantes non secundum carnem
militantes et sine carnali
affectione quo ad parentes unde
dicebat Ille magnus prelatus
Math. Que est mater mea
et qui sunt fratres mei Qui-
cumque fecerit voluntatem patris
mei qui in celis est ipse est
meus frater soror et mater
Tertio aut prelatus est nimis car-
nalis tunc corpus suum i.
ecclesiam gravat magnis expen-
sis et dehonestat malis ex-
emplis Precipue aut debet esse
sine carne in parte anteriori
i. in affectu ut pure deum dili-
gat et in parte posteriori i.
in intellectu ut veritatem deum
agnoscat // Secundo dicitur caput
ratione fortitudinis dicit enim
aristoteles ubi supra quod testa
capitis est ex osse duro et
forti Sic et prelatus debet esse
durus et fortis contra adversa
omnia sustinenda Talis erat

ille prelatus qui dicebat ii.
Cor. 4 In omnibus tribulationem
patimur sed non angustiamur ape-
riamur et non destituimur persecutionem
patimur sed non derelinquimur //
Tertio dicitur caput ratione compassionis
dicit enim aristoteles ubi supra quod
corium capitis sensu doloris caret
cum leditur Et causam assignat
quia inter ipsum et os non est caro
In carne aut non est sensus doloris
Contrarius aut caput quantum est respectu
ceterorum minus sua sentiat lesione
contrarius tamen fert lesionem aliorum suorum
membrorum ex quorum lesione
sepius lacrimatur Sic prelatus adversa
sua debet equanimiter tollerare
afflictionibus non subditorum compatiatur
secundum exemplo summi prelati i. Christi
qui plus videbatur aliena peccata
flere quam sua vulnera // Unde suorum
vulnerum oblitus aliorum erat
sollicitus d. pater dimitte illis etc.
Quarto dicitur prelatus caput ratione
subministrationis Caput enim
aliis omnibus membris habunda-
tius alimentum ministrat quam
sibi et tamen contra alimenta seu indi-
gens alimento laborat Sic debet
facere quilibet prelatus sed modo
econtra est quia caput pinguescit
corpus aut marcescit Ezech. 34
pastores pascebant semetipsos
et gregem non pascebant
etc. Quinto prelatus dicitur caput
ratione defensionis dicit enim
aristoteles // quod si caput est armatum
est ad corporis defensionem
Sed tamen prelati qui capita dicuntur
minoribus suis i. prelate sua infir-
mos magis impetit et impu-
gnat quam defendunt Eze. 34

Cordibus vestris ventilabitis dua
infima peccata donec dispergerent ho-
ras. Et tam cornua magis sunt data
ad defendendum membra infima
quam fortia talis. Amplius potestatem
suam a deo se recepisse sciebat
scilicet ad defendendum non ad offendendum
dicitur. Cor. 13. Secundum potestatem quam dedit
michi deus in edificationem et non
in destructionem vestram. Tertio fit men-
cio in ewangelio de eius sepul-
tura. Unde dicitur. Quo audito dis-
cipuli sepellierunt corpus eius.
Fuerunt autem reliquie apud ianuam
sua sepulte et honorifice tumula-
te licet sepulcrum multa ubi que sen-
ciant ipsi tamen maxime ubi sunt
eorum reliquie multa beneficia
conferunt et suam potestatem ostendunt.
Unde cum ibidem Iohannes sancte
potestatem super omnia elementa scilicet
super ignem quia cum maximus
ignis esset accensus reliquie
apposuit et ille penitus possuit
formidans in se statim eva-
nuit. Super aerem nam cum vio-
lencia magna ventorum naues
in portu confringerent reliquie
sancti Iohannis contra vim ventorum
opposite violenciam ventorum
protinus cessare fecerunt. Supra
mare quia cum in diversis naui-
bus ipsam reliquias reportantes
ianuam deferrent tanta tempe-
stas in mari est [cancelled] coorta
ut ipsi naufragium formida-
rent. Reuelatum autem cuidam
sacerdoti quod si reliquias ipsas quas
separauit in simul reponerent peri-
culum omne euaderent et tranquilli-
tatem sentirent quod et factum

est. Super terram quia cum magna
esset sterilitas et reliquias ipsas
per ciuitatem processionaliter detu-
lerunt et magne pluuie suscepe-
runt beneficium et terra protulit
fructum suum etc. // Sequitur

Sermo de sancto Mathea apostolo et ewangelista

Ipse uero hic ewangelistam
dabo. Ysaie 41. Ad hoc
quod aliquod donum sit gratum
et perfectum tria requiruntur. Primum
est ex parte dantis quod scilicet detur libe-
raliter. Aliud est ex parte illius
cui fit ista donatio quod scilicet sit
dignus ipsum donum recipere. Tercium
est ex parte ~~illius~~ doni ipsius
quod scilicet sit utile et prosperum. // Ista
tria tanguntur in verbis premissis.
Primum ex parte dei dantis. Vbi
liberalitas cum dicitur dabo. Ex
parte illius cui fit illa dona-
cio notatur magna dignitas cum
dicitur Ipse uero hic, id est in celis mi-
litanti. Ex parte doni notatur
magna utilitas cum dicitur ewan-
gelistam. // De liberalitate autem
ipsius dantis dicitur Iacobi primo:
Si quis vestrum indiget sapiencia
postulet a deo qui dat omnibus
affluenter et non improperat et da-
bitur ei. Ex quibus verbis habetur
quod deus dat utiliter. Quatuor enim
sunt que deus libenter dat et
quatuor que in uite dat. Sapiencie
2. Deus dat sapientiam et
ex ore eius scientia et prudentia.
Libenter dat cordis leticiam. Io. 16.
Petite et accipietis ut gaudium
vestrum plenum sit, id est petite

plenum gaudium quod est in deo
et a deo et accipietis. Libere
dat suam gratiam in presenti et glo-
riam in futuro. psalmus. Gratiam
et gloriam dabit dominus. Libenter
autem dat in vita scilicet longam
vitam maxime peccatoribus
qui nolunt converti. Quia quanto
plus vivunt tanto maiorem
penam sibi acquirunt. Unde dicitur
a regula esse stultus ne mo-
riaris in tempore non suo. Bonis
aut libenter prolongat vitam
suam ut maius meritum acqui-
rant. psalmus. Quis est homo
qui vult vitam diligit dies
videre bonos. prohibe linguam
tuam a malo. In vita dat mi-
serum vindictam quia modo
non est tempus vindicte sed nunc
In futuro aut vindictam red-
debat. Ro 12. Michi vindicta
et ego retribuam. In vita dat
divitiarum copiam quia sunt
causa peccati. Eccli 11. Si divites
fueris non eris immunis a peccato
Et ideo si quis habet consulit
ut relinquat. Math 19. Si vis
perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus
etc. De hiis rebus laudat dominus
Salomonem quia ea petere no-
luit. Unde 3 Regum 3. Quia po-
stulasti verbum hoc scilicet sapientiam
et non petisti tibi dies multos
nec divitias et animas inimicorum
tuorum sed postulasti tibi sa-
pientiam ad discernendum iudi-
cium. Ecce dedi tibi cor sa-
piens et intelligens in tantum
ut nullus ante similis tui
fuit nec post te resurrecturus
erit. In vita tertia dat secularem

potentiam unde cum mater filiorum
zebedei pro filiis suis hoc petisset
a christo. Unde Math 20. Dic ut se-
deant hii duo filii mei unus
ad dexteram tuam et alius ad
sinistram tuam in regno tuo
Christus petitionem repulit dicens
Nescitis quid petatis. Ideo aut
in vita dat suis secularem pote-
stiam quia sepe quanto sunt
maiores in potentia tanto maio-
res sunt in malitia et tanto ma-
iores erunt in pena. Sapie 6.
potentes potenter tormenta pa-
tientur. Ideo dat quibusdam ideo dicit
omnibus qui solem suum oriri facit
super bonos et malos et pluit super
iustos et iniustos. Quasi dicat per
nostrum celestis instar solis dat nobis
lucem qua nos illuminat ad dei cogni-
tionem. Dat nobis calorem per quem
nos inflammat ad dei amorem
et instar pluvie dat nobis gratiam
per quam nos fecundat ad bonam
operationem. Tertio dat ~~affluenter~~ habundanter
ideo dicitur Dat omnibus affluenter
Deus cum terram operatus fecit in quibus
valde liberalis fuit primum est
opus creationis ubi deus fuit
valde liberalis quia celum et
terram solem et lunam et stellas
ad ministerium et ministrum fecit
Deut 4. Caveas ne forte ele-
vatis oculis in celum seu adcelum
videas solem et lunam et stellas
et omnia astra celi et errore de-
ceptus adores ea et colas que
creavit dominus deus tuus in mi-
nisterium cunctis gentibus. Aliud est
opus redemptionis ubi fuit
liberalior postquam seipsum dedit,

una et copiosa apud eum redemp-
cio ps. cxxix. nec copiosa quia non
gutta sanguinis sed unda fluminis
largiter per quinque fontes corporis pietatis
emanavit. Tercia opus est glorifi-
cacionis ubi deus est liberalissimus
i. cor. 2º. Quod oculus non vidit
nec auris audivit nec in cor hominis
ascendit que preparavit deus hiis
qui diligunt eum. Quarto dat cu-
rialiter. Ideo dicitur et non impro-
perat. Contra dicitur eccl. 2º. datum
insipientis non erit utile tibi. Ex-
igua dabit et multa improperabit.
Seneca de beneficiis libro secundo.
Haec beneficii inter duos lex est
alter statim oblivisci debet alter
dati memor esse accepti. Caveat
qui beneficium dedit et caveat qui
accepit. Consueverunt autem maiores
improperare dona sua superbi ira-
cundi et presumptuosi. Seneca de
beneficiis. Ingratus est quicquid
ad eum qui beneficium autem superbe ob-
icit aut iratus impendit aut
fatigatus ut molestia careret dedit.
Secundo notatur ex parte illius cui fit
donacio magna dignitas ea dicitur
i. iohannis 3 quia celica que deus per fidem
videt. Sequitur i. iohannis 3 cum in apparuit
nobis patris dicit autem augustinus
in libro de ordine videbit deum
qui bene vivit bene orat et bene studet.
Illa autem visio potest intelligi aut
de visione qua deus cognoscitur
in via per fidem aut de visione
qua videbitur in patria per speciem.
Inquiunt quia deus cognoscitur
in divinis mandatis et hoc est
quod videt augustinus dicit videbit deum
qui bene vivit pro bonis mandatis
tuis intellexi ps. cxviii. in omni
loquens de duobus discipu-
lis euntibus in emaus dicit
audiendo precepta dei illumi-
nati sunt faciendo illuminati.
Quia scriptum est non auditores
iusti sunt apud deum sed facto-
res iustificabuntur. Quicumque
ergo vult audita intelligere
festinet ea que iam intelligere
potuit opere implere. Cognoscitur
eciam in orationibus devotis et
hoc est quod dicit qui bene orat.
ii. paralip. 2º. Cum ignoremus
quomodo agere debeamus hoc
solum residui habemus ut oculos
nostros ad te dirigamus. Cogno-
scitur in divinis scripturis et
hoc quod dicit qui bene studet.
ps. cxviii. Lucerna pedibus meis
verbum tuum et lumen semitis
tuis. iohannis 5. Scrutamini scrip-
turas quia ipse sunt que testimonium
perhibent. Vel potest ista visio acci-
pi ut erit in patria ex qua cau-
sabitur in homine summa delectacio
ex eo quod bene vixit perfecta delecta-
cio ex eo quod bene oravit perfecta cognicio
ex eo quod bene studuit. Ysaias.
Tunc videbis / ecce cognicio
et delectabitur cor tuum ecce de-
lectacio dilectio caritatis enim
cor dilatatur et amplum facit.
Ista tria habuit mathyeus quia
quia bene vixit bene oravit et
bene studuit et ideo bene accipere
meruit perfectam dilectacionem delecta-
cionem et fruicionem. Ipse audiens
bene vixit quia secundum vixit abs-
dicens quo ad deum. Quia nemo
ut cristus sibi dixit sequere
me surgens secutus est eum

vixit sinceriter quo ad scriptu-
ram nichil terrenum possidere
voluit sed omnia dereliquit vi-
xit paciens quo ad mala quia
cum murmurarent quod Christus ad
peccatorem declinasset ille pa-
ciens tulit nec impaciens verbum
respondit vixit humiliter quo
ad bona nam quibus humiliter
vocatus est unde eciam causa
humilitatis publicanum se appel-
lavit. Ipse eciam bene oravit
unde Actuum 1o Petrus quia Matheus
et ceteri apostoli sunt nominati secundum
cum omnes erant perseverantes
unanimiter in oracione cum mu-
lieribus et Maria matre Ihesu
ex quibus verbis habetur quod oracio
sua erat perseverantissima
unde dicit perseverantes Luce
xviij°. Oportet semper et non
deficere. Secundo orabat attentissima
ideo dicitur unanimiter. Tercio
cum in oracione sua intentus
dividitur non unam sed quandam
duas animas gerunt. Quarto erat
devotissima quia orabat cum
mente pura. Et erat efficacissima
quia orabat cum mente munda.
Ipse eciam bene scripsit et mirum
perfecit quod librum [struck] plenum
omni sapiencia compilavit cum
dici de eo illud Ecclesiastici 50 Doctrina
sapiencie et disciplinae scrip-
sit in codice isto Ihesus filius Syrach
Ierosolimita qui renovavit sapienciam
de corde suo. Secundo ex parte
domini natura magna utilitatis
et prosperitatis. Cum dicitur ewan-
gelistam fuit autem Matheus
valde prosus [?] et racione
sui et racione ewangelii. Ra-
cione quidem sui quia fuit

in forma hominis prefiguratus a
Christo immediate edoctus et a virgine
in specialem familiaritatem assump-
tam. Ipse quidem ut habetur Ezechielis 1o
et Apocalypsis 4. In specie hominis est
prefiguratus. Et racio potest esse quia
homo est animal racionale et mortale.
Christus ante incarnacionem eius tantum
erat spiritus Iohannis 4 Spiritus est
deus. Secundo sed nostram mortali-
tatem suscipiens factus est [?]
homo animal racionale et mortale. Animal
apparuit in incarnacione [struck] racionale
in predicacione mortale in passione.
Ista tria maxime Matheus in
in ewangelio suo tractavit et
ideo non [?] in figura hominis
demonstratus fuit. Nam in principio
sui ewangelii ostendit Christi in-
carnacionem in medio Christi [struck]
predicacionem in ultimo Christi passi-
onem. Secundo fuit eciam a Christo imme-
diate edoctus Hebreorum 1o Multiphariae
multisque modis olim deus loquens
patribus in prophetis novissime die-
bus istis locutus est nobis in
filio. Iohannis 17 Omnia quecumque au-
divi a patre meo nota feci vobis
Et ideo Matheus scripsit de visu.
Cum enim ewangeliste sint Christi
testes et testimonium aliquando fe-
ratur de visu aliquando de auditu
ideo Christus voluit habere duos
testes de visu scilicet Matheum et
Iohannem et duos de auditu
scilicet Marcum et Lucam. Et quia te-
stimonium quod est de visu est fir-
mius quam aliud quod est de auditu
illa cum duo ewangelia que
sunt de visu in ordine

ewangelistarum posita sunt extrinseca
alia vero duo que sunt de auditu
posita sunt intra ut ipsa tanquam
infirmiora ab ipsis extremis tanquam
a fortioribus fulciantur. Fuit eciam
a virgine in speciali familiaritatem
assumptus. Fuit enim notarius
eius quia eius genealogiam descrip-
sit. Fuit secretarius eius quia
ea in ewangelio posuit que non
nisi a virgine scire potuit sicut est
de eo quod Joseph ipsam mittere voluit
de eo quod ipsi Joseph angelus apparuit
de eo quod in egiptum fugit
de eo quod puer a magis adoratus fuit
Ista enim et similia non potuit scire
a Joseph quia quando Matheus scripsit
ista iam Joseph mortuus erat
et ideo a virgine didicit universa
Fuit eciam cubicularius suus quia
cubiculum immaculatum esse docuit
fuisse docuit dicens Mathei 1o Cum an-
tequam convenirent inventa est in
utero habens de spiritu sancto
Et infra et non cognovit eam
donec peperit filium suum primo-
genitum nec eciam post modum
nec inter eum. Eius eciam ewangelium
fuit valde sublime et profundum
quod patet maxime ex quatuor
rationibus Prima ratio quia fuit
a ceteris abreviatum Johannes
non habuit abreviatorem quia egit
de christi divinitate que abreviari
non potuit secundum Augustinum. De ipsi tellure
tellus celorum te capere non potuit
quanto magis domus hec quam
edificavi tibi. Lucas non habuit
Matheus non habuit. Marcus ante
rationem assignat Hugo. Quia
Matheus nam suscepisse dicitur

incarnationis domini sed per
sonam regiam. Lucas autem
personam sacerdotalem et ideo non
habuit abreviatorem Lucas
sicut ceteri Matheus quia
regis est non esse sine comitiva
obsequio. Sacerdos autem in sancta
sanctorum solus intrabat. Secunda
ratio quia lingua ebraica
fuit conscriptum. Ceteri autem ewangelia
scripserunt lingua greca. Ma-
theus vero lingua ebraica. Ebraica
lingua fuit prima quia
fuit ade fuit non ab homine
inventa sed a deo immediate
tradita Est lingua curialis
et decora. Curialis sicut dicit
Rabimoyses quod nullum vocabulum
quod in lingua illa deputatum
est ad aliquam feditatem vel
turpitudinem nominandam
sed per aliquas circumlocutiones
talia exprimuntur. Est eciam
perpetua et eterna. Eterna sicut
dicit Ysidorus post diem iu-
dicii omnes lingue cessabunt
et solum sola lingua manebit
ebrea. Merito igitur Matheus
ewangelium suum scripsit lin-
gwa illa que fuit prima quia
eius ewangelium tempore et ordine
fuit primum. Unde dicit Jeronimus
in prologo Matheus ex iudea
sicut in ordine positus est primus
ita in iudea ewangelium primus
scripsit. Tercia eciam in illa lin-
gwa que a deo fuit immediate
data quia eius ewangelium
immediate a christo traditum
a spiritu sancto immediate inspi-
ratum. Ideo sic fuit de ewangelio

Luce et Marci quia licet ha-
buerunt a spiritu sancto non tamen
immediate habuerunt a Christo
in illa eadem lingua que est
[...]ca quia eius evangelium
nobili stilo exaratum unde
dicitur illud Proverbiorum 22 appone
cor ad doctrinam meam que
pulchra erit tibi cum servaveris
eam in ventre tuo et redun-
dabit in labiis tuis in illa
eadem lingua que est perfecta quo-
niam evangelium editum est
Luce 21 Ecclesia et ita conscribit
[...] aut mea non conscribunt.
Tertia ratio est quia sicut a
Barnaba recitatur approbatum
quia ipsum evangelium secum
portabat super infirmos pone-
bat et secum poni in sepul-
chro mandavit. Ideo autem
secum portabat ut ab insidiis
demonum secum protegitur
ideo super infirmos ponebat
ut sanarentur. Ideo secum
sepelliri voluit ut securus
moreretur. Quarta ratio est
quia ab ecclesia est valde aucte-
nticum quia frequentius omnibus
aliis ab ecclesia recitatur. Ecclesia
enim frequentius recitat evangelium
Mathei epistolas Pauli et psalterium
David. Et huius multiplex est
ratio. Una est quia omne
peccatum aut committitur ex infirmitate
quandoque aut ex ignorancia
aut ex certa malicia. Ex infir-
mitate quandoque peccavit Ma-
theus peccunias cum lucris
congregando aliquando procedit infir-
mitate. Ex ignorancia peccavit
Paulus qui dicit in Thimotheo i°

prius fui blasphemus et persecutor
et contumeliosus sed misericordiam conse-
cutus sum quia ignorans feci
in incredulitate. Ex certa mali-
cia peccavit David qui adul-
terium commisit et homicidium perpe-
travit. Ut igitur ostendatur quod nullus
debet desperare de venia sive
peccet ex infirmitate sive ex
ignorancia sive ex certa malicia.
Ideo dicta horum trium frequentius
in ecclesia recitantur. Alia ratio
est quia omne peccatum aut est in
deum sicut peccatum perfidie aut in
proximum sicut homicidium aut
in seipsum sicut avaricia et cupi-
ditas rerum. Et alibi pro habet
[...] Eccl. 5 Cunctis
diebus vite sue comedit in
tenebris et in curis multis et
in erumpna atque tristicia. Peccato
igitur peccavit in deum Paulus
unde dixit ei dominus Actuum 9
Saule Saule quid me perseque-
ris. Peccato in proximum peccavit
David qui fidelem militem
interfecit. Peccato in seipso peccavit
Matheus qui immoderate ava-
ricie deditus fuit. Ut igitur
ostendatur quod nullus debet de dei
misericordia diffidere sive peccet in deum
sive in proximum sive in seip-
sum. Ideo verba istorum trium frequentur
in ecclesia leguntur. Alia ratio
est quia sicut dicitur i Johannis 2
Omne quod est in mundo concupiscentia
carnis est et concupiscentia oculorum
et superbia vite. David igitur
peccavit concupiscentia carnis quia
adulterium commisit. Matheus
concupiscentia oculorum quia

avaricia sectatus fuit publicanus superbia vite quia superbe et crudeliter in sanctos persecutor extitit ut igitur nullus gratia dei se aptum esse diffidat sive peccato concupiscencie sive avaricie sive superbie. Ideo scriptura horum trium tam frequenter ad memoriam reducit. Licet enim tam graviter peccaverint tamen in eis ubi abundavit peccatum gratia habundavit quod sevissimum persecutorem fecit fidelissimum predicatorem, adulterum et homicidam fecit prophetam et psalmistam, lucrans iniquitatem et cupidum fecit evangelistam et apostolum. Movet autem Crisostomus questionem. Quare fit mencio de vocacione Mathei et quatuor piscatorum et non fit mencio de vocacione plurimorum aliorum apostolorum sicut Bartholomei Thome Symonis et Thadei. Et dicit quod nichil piscatione theolonei deterius et nichil piscatione vilius. Nos eciam possumus addere quod fit mencio de vocacione Pauli quia nichil persecutore sceleracius. Sceleratus est autem quoddam officium vilitatis ut piscari quod in se nec est bonum nec est malum. Quoddam cupiditatis ut negociari quod et si in se non est malum est tamen occasio mali et quoddam iniquitatis ut sectas persequi quod in se et secundum se et simpliciter est malum. Ideo vocacio horum trium tam singulariter exprimitur ut detur intelligi quod deus nec vilia nec rusticana opera despicit nec concedentibus negocia et alia officia que sunt occasio peccati

lumina salutis claudit nec malos si nec scelerosos a sua gratia abicit. Et cetera. Amen.

Sermo secundus de sancto Mathico apostolo et evangelista

Opus fac evangeliste. 2 Thy. 3. Opus evangeliste est predicare vel evangelium scribere vel verbum vivere. Isto triplici modo beatus Matheus opus evangeliste fecit. Primo quia cum predicavit utiliter sapienter fervenciter fideliter et constanter. Utiliter quia predicavit. Legitur enim in legenda eius. Dicitur deus ipsum et alios apostolos misit ut edificarent turrim virtutum per quam fideles ascenderent ad celum. Sicut enim mali edificaverant turrim viciorum per quam descenderent ad infernum. In edificatione autem huius turris in fundamento est fides, in supremo est spes, in medio est caritas que ipsos lapides vivos id est fideles coniungit. Ista tria tangit apostolus Ephe. 2. Superedificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum. Ecce fundamentum fidei id est super fidem quam docuerunt apostoli et prophete ipso summo angulari lapide Cristo Ihesu. Ecce stabilimentum spei que nos dirigit. In quo omnis edificatio constructa crescit. Ecce unitas fidelium qui per caritatem coniungitur. Secundo predicavit sapienter quia sicut in legenda habetur omnia figmenta demonum detegebat ut quod illi

nitebat in principio iste contra
salutem. Dyabolus namque
suadet aperte malum et tunc ne-
cessaria est resistencia. Iacobi 4
resistite dyabolo et recedet a
vobis. Aliquando suadet illud
quod videtur esse bonum et tunc
necessaria est sapiencia. 2
Corinthiorum 11. Ipse enim sathanas
transfigurat se in angelum lucis.
Iohannis 4. Karissimi nolite omni spiritui
credere sed probate spiritus si ex deo
sint. Aliquando suadet illud
quod videtur esse perplexum et tunc
necessaria est sapiencia prudencie
ut scilicet homo de duobus malis
sciat eligere minus malum. Iob 40
Verum tentatorum eius perplexi
sunt. Dyabolus igitur isto
triplici etiam cum Matheo
apostolo pugnavit scilicet suadendo
aperte malum quia scilicet magi se
volebant facere adorari. Et ideo
duos dracones ignem spirantes
ad eum miserunt. Sed istud etiam
vicit per resistenciam. Crucis signo
armatus et virtute dei ipsos dra-
cones expulit et fugavit. Postea
pugnavit contra ipsum per ap-
parens bonum sicut quando filio re-
gis mortuo suscitato sacerdotes
cum coronis aureis et diversis
sacrificiis ad eum venerunt
ut ei sacrificarent quod bonum
aliquod videbatur sed istud vicit
per sapienciam quia soli deo est
sacrificandum et omnia que attu-
lerant respuit et de auro
et de argento ecclesiam edificari
fecit. Postea pugnavit contra ipsum
per illud quod videbatur esse perplexum
sicut quando Ephigeniam virginem

sacro velamine consecratam ab ipso in
uxorem petebat aliquin mors sibi
iminebat. Malum erat si raptus
accideret, peius erat si votum dei viola-
retur. Sed istud etiam vicit per
discrecionem prudenciam quia elegit ut
fieret minus malum scilicet sua occisio
non fuisset sibi mala sed preciosa iuxta
illud psalmi. Preciosa in conspectu
domini mors sanctorum eius. Secundo predi-
cavit ferventer. Magni quidem fervoris
extitit qui usque ad ethiopiam gratia
predicandi perrexit ut in eo impleretur
illud prophete. In omnem terram exivit
sonus eorum. Tercio magis si tanti
fervoris extitit quia super ipsum et
alios apostolos spiritus sanctus in linguis
igneis apparuit ad innuendum quod
debebant esse eloquentes verbo
fervent zelo lucentes exemplo.
Quarto predicavit potenter quia pre-
dicacionem suam miraculis confirmabat
scilicet infirmos sanando mortuos su-
scitando et demones effugando
sicut patet quando duos dracones
expulit qui suo visu cunctos
terrebant flatu inficiebant et igne
comburebant per quos dyabolus
signabatur qui est horribilis ad
videndum. Iob 20. Vadent et ve-
nient super eum horribiles qui
est infectivus ad venandum. Proverbiorum
23. Sicut regulus venena
diffundet qui est inflamativus
ad succendendum. Ysaie 54. Ecce ego
creavi fabrum sufflantem in
igne prunas. Iob 41. De naribus
eius procedit fumus sicut
olle succense atque fervens.
Quinto predicavit fideliter quia ho-
norem domini noluit usurpare

et ideo cum aut sacrificare vel-
lent omnino respuit et ea que fa-
ciebat non sibi sed divine virtuti a-
scribenda esse admonuit. Predicator
cum licet ministro ubi multos convertat
peccatorum tamen conversionem non sibi sed
divine virtuti ascribere debet. Pro cum
dat virtutem vivendi vel gradiendi
illi qui cum lucerna illuminat sicut
civitatem commodat comedenti. Ille
qui cibum ministrat sicut campana
dat virtutem orandi que orantes
ad ecclesiam vocat sicut tuba dat
virtutem preliandi que ad prelium in-
vitat. Sic predicator quidem potest immediate
[illegible] ministro ubi ut aliquis deum
cognoscat et per viam salutis incedat
ut aliquis vita gratie vivat ut a-
liquis devotionem acquirat ut aliquis
fortius dyabolo resistat. Sed nisi deus
operetur intus non valet ad ista.
Tertio predicavit constanter quia sicut
promissis regis potuit emolliri qui
scilicet dimidium regni sui se daturum
promiserat si super dictam sententiam
ad suum consilium inclinaret sicut minis
potuit deterreri sicut cunctis suppliciis
superari sed missarum solemnia
devote perficiens mortem constanter
accepit. Secundo fecit opus evangeliste
quia evangelium scripsit et sic ipse
fuit apostolus evangelista et martir
ita quod in nullo aliorum sanctorum iste
tres prerogative insimul inveniuntur.
Petrus quidem fuit apostolus et martir
sed non fuit evangelista quia evangelium
non scripsit. Johannes fuit apostolus
et evangelista sed non fuit martir
quia sanguinem suum non fudit
sed in pace quievit. Stephanus
fuit martir sed non fuit apostolus
nec evangelista. Mathias aut

non fuit apostolus et ideo iudex
mundi fuit evangelista et ideo
notarius Christi et fuit martir
et ideo testis dei. Erit autem
iudex mundi iuxta illud Mathei 19
Cum sederit filius hominis in
sede maiestatis sue sedebitis
et vos super sedes 12 iudicantes
duodecim tribus israel. Erit autem iudex
non sententiam ferendo sed vel iudi-
cibus assistendo. Proverbiorum 31 Nobilis
in portis vir eius quando sedet
cum senatoribus terre vel iudi-
ciorum sententiam conscribendo. Psalmus ut
faciant in eis iudicium conscriptum
vel iudicans sententiam concordando.
Apocalypsis 19 Laus et gloria et virtus
deo nostro quia vera et iusta
iudicia eius sunt vel malis
ex vite sue merito condempnando.
Proverbiorum 14 Iacebunt mali ante
bonos et impii ante portas iustorum.
Fuit etiam evangelista et quantum
ad hoc fuit notarius Christi. Per
illud Mathei 13 Ideo omnis scriba
doctus in regno celorum simi-
lis homini patrifamilias qui profert
de thesauro suo nova et vetera.
Levitici. Novis supervenientibus
vetera proicietis. Iste cum scriba
et notarius Christi in suo evangelio
posuit nova id est nova Christi
salutaria documenta ut sunt
illa Mathei 5 Beati pauperes
spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum
et magna novitatis quando
pauperes et lugentes et persecu-
tionem patientes beatificantur
posuit et vetera sicut veterum
testamentum prophetarum testio-
nium ut est illud Mathei 1

Hoc aut totu factu est ut
impleret quod dictum est per prophetam
dicentem Ecce virgo in utero habebit
et pariet filium et illud Math.
i. Et veniens habitavit in civi-
tate nazareth ut impleretur
quod dictum est per prophetam Quoniam
nazarenus vocabitur posuit
et vetustissima quia ea que
ab ipso mundi creatione et corde
hominis fecit scripta Ista ve-
tustissima ponitur Math. xix
Si vis ad vitam ingredi serva
mandata dicit illi que ihesus
aut dixit non homicidium
facies non adulterabis non fu-
raberis furtum et Nova igitur
et vetustissima semper concurre-
runt quia cristi documenta
et dei precepta semper durabunt
vetera aut abierunt quia iam
fidelibus non sunt necessaria
prophetarum testimonia per quod
est eis exhibita veritas completa
tanta Iste igitur scriba instructus
spiritus sancti evangelium suum
scripsit Unde potest dici illud
ps. xliiii. Lingwa mea calamus
scribe velociter scribentis Scriba
est spiritus sanctus Calamus quo
scribit est lingwa evangeliste
Carta sunt corda nostra scrip-
tum atramentum unctio spiritus sancti
lex moysi fuit scripta in la-
pide ad designandum quod erat
servitutis et timoris Et in ea ti-
mor et servitus omnibus dimissim
faciunt Lex cristi est scripta in
corde ad designandum quod est
lex amoris et adoptionis Ro.
viii° Non accepistis spiritum servi-
tutis iterum in timore Sed

accepistis spiritum adoptionis filiorum
Lex moysi fuit in manu Lex at
moysi fuit in manu quia videba-
tur tunc exhibere manum Lex aut
cristi est scripta in animo quia exhi-
bet manum et animum Math. v.
Audistis quia dictum est antiquis
non mechaberis Ecce exhibitio
manus Ego aut dico vobis quia
omnis qui viderit mulierem ad concu-
piscendum eam iam mechatus est
eam in corde suo Ecce exhibitio
animi Lex moysi scripta erat in
terra sive in lapide quia tunc videba-
tur promittere terrena Lex aut cristi
scripta est in celo quia promittit
celestia Joh. 3. Si terrena dixi vobis
vobis non creditis quomodo si dixero
vobis celestia credetis q. d. Si
noluistis credere legi moysi qua
ego dedi vobis que promittebat
terrena que videtis quomodo credetis
evangelio meo quod promittit ce-
lestia que non videtis De ista le-
ge in corde scribenda dicitur
Jeremie 33° Dabo legem meam
in visceribus eorum proverbiorum iii°
describe eam in tabulis cordis
tui Sed sunt multi qui neque ut
scripta fuerit obliviscuntur
Tales enim similes vasi confracto
Eccl. 21° Cor fatui quasi vas
confractum omnem sapientiam non retine-
bit Sacco pertuso Aggei primo
Qui mercedes congregavit misit eas
in saccum pertusum Ecce recepto
Sancta in corde plus vita pendet
tribus nec carpi accedit qui
statim sumptibus emittitur Et

fetui abortivo quod cum procedit perit
conceptio quam statim mors consequitur
Sic parum valet susceptio doctrine
vel sapientie si statim oblivio sequitur
Oblivio enim quaedam mors sapientie
est secundum Quidam namque sunt
qui ea que audiunt de facili suscipiunt
et de facili obliviscuntur / Isti sunt
sicut aqua que figuras impressas mox
recipit et mox amittit Gen. 49
Effusus es sicut aqua non crescas
Quidam difficulter recipiunt et sta-
tim obliviscuntur / Isti sunt sicut
aqua congelata que difficulter
vel figuras vel litteras recipit et
receptas mox adveniente sole
perdit Eccl. 43 Frigidus ventus
aquilo flavit et gelavit cristallus
ab aqua Quidam difficulter recipi-
unt sed postquam semel receperint
firmiter memorie retinent / Isti sunt
sicut lapis qui litteras sculptas
difficulter recipit sed numquam perdit
Inde dominus digito suo scrip-
sit decalogum in tabulis lapideis
ad innuendum quod ea que semel
recepimus semper memorie tene-
amus Quidam cito recipiunt et
postea semper retinent Isti sunt
sicut cera que litteras vel figuras
de facili recipit et postea retinet
Et isti sunt omnibus meliores quia
cito recipiunt et numquam obliviscuntur
Talis erat propheta qui dicebat factum
est cor meum tamquam cera liquescens
scilicet ad recipiendum Et aruit tamquam
testa virtus mea scilicet ad retinendum
Fuit etiam martir dei Et continuum
ad hoc fuit testis eius quod martir
testis vocatur iuxta illud Apoc. 2

In diebus illis antipas testis
meus fidelis qui occisus est
apud vos Martyr non tantum
fidem testificatus est in corde
tamen veritatem tenendo non tantum in
ore tamen fuerit predicando iuxta
illud Ro. 10 Corde creditur
ad iustitiam ore autem fit confessio
ad salutem verum tamen opere eam con-
peribus comprobando quia sicut
dicitur Jacobi 2 Fides sine ope-
ribus mortua est Sed etiam testi-
ficatus est sanguine proprio pro
ipso moriendo Servans illud
Eccl. 4 Pro iustitia agonizare
pro anima tua et usque ad mortem
certa pro iustitia // Tertio fuit opti-
mus evangeliste quia evangelium
implevit et hoc respectu dei proximi
et sui Respectu dei quia secutus
est ipsum et egressu corporis et
egressu mentis et affectu operis
Ista tria tangit Ambrosius de Ma-
theo dicens Sequebatur Mattheus Christum
iam letus et alacer Ecce egressus
corporis / et exultabat dicens iam
non publicanum gero iam non de-
porto levi Ecce mutatio af-
fectus mentis Ecce levi per qui
cristum induit Ecce mutatio affectus
operis / implevit enim evangelium
respectu proximi quia pauperes
pascebat et contra malos pati-
entiam exhibebat Ipse enim christum
pauperem et discipulos eius re-
creavit non tantum corporali materiali
refectione sed etiam spirituali in sua
conversione Fecit inquit levi ei
convivium magnum levi in domo
sua / vere magnum quia talibus cibis
pascit corpus et potat angelum
Christum quidem pascit Gen. 27

affer michi duos edos optimos
et faciam ex eis escam patri tuo
qualibus libenter vescitur Edi optimi
sunt peccatores propter penitenciam quia ta-
lem gustum cristus multum delectat
et ipse sibi eos incorporat / potat
eciam angelum Bernardus pe-
nitencium lacrime sunt vinum
angelorum vere magnum quia ta-
lem gustum facit deo magnum
festum psalmo 9 Reliquie cogitacionis
diem festum agent tibi et ange-
lis magnum gaudium sicut Gau-
dium erit angelis dei in celo
super uno peccatore penitenciam
agente Ipse eciam contra malos
pacienciam habuit Pharisei enim
dicebant ipsum esse peccatorem qui
non erat iustificatus per publicanum
quasi publicum tamen qui tamen
erat mundatus Christi eciam presencia
indignum qui tamen erat dignus
effectus Sed ad ista ipse non fuit
commotus nec in animo ex aliqua
turbacione nec in signo ex a-
liqua vultuositatis ostensione
nec ore ex aliquo impacienti
sermone / nec in facto ex aliquo in-
iurioso opere Unde eciam scribens
ewangelium respectu sui quamvis et
habuit humilitatem et vitam
suam per penitenciam mutavit Eius
autem humilitas apparuit et in hoc quod
nomen suum vulgatum posuit et in
hoc quod se publicanum vocavit
Proverbiorum 18 Iustus prior accusator
est sui De hoc sic dicit Ieronimus
ceteri ewangeliste propter verecundiam
et honorem Mathei noluerunt ipsum
nomine appellare vulgato sed
dixerunt levi Duplici enim vo-
cabulo fuit ipse autem matheus

Iuxta illud Salomonis Iustus
in principio accusator est sui Ma-
theus sic et publicanum nominat ut
ostendat legentibus nullum debere
de salute desperare si ad meliora con-
verti voluerit cum ipse de publicano
in apostolum sit mutatus vitam eciam
suam ad unius domini inspiracionis vocem
per penitenciam mutavit Unde ut re-
spexit Sequere me statim surgens
secutus est eum Ecce modo cum statim
convertitur ad unam vocem dei scilicet ad
interiorem eius inspiracionem Iob
Voca me per internam scilicet inspiracionem
et ego respondebo tibi per obediencie
exhibicionem Alii non convertuntur nisi au-
diant duas voces scilicet interiorem in-
spiracionem et exteriorem exhortacionem
Actuum Loquente petro ad plebem cecidit
spiritus sanctus super omnes qui audiebant
seu audierant verbum Alii non convertuntur
nisi cum illis duabus habeant terciam
scilicet diviciarum cumulacionem psalmo
Confitebitur tibi cum benefeceris
ei Alii non convertuntur nisi cum illis
tribus habeant quartam scilicet fla-
gellacionem / et tunc flagellati ad
deum currunt et recurrunt Iuxta
illud psalmi Multiplicate sunt infir-
mitates eorum postea acceleraverunt

Sermo tercius de sancto Matheo apostolo et ewangelista

Cum transiret ihesus vidit
hominem sedentem ad theo-
loneum matheum nomine
et ait illi Sequere me Et surgens
secutus est eum Mathei 9 Si aliquis
infirmus sanari desiderat oportet
in infirmitate sua medico ap-
periat et ut medicus eciam ipsum

infirmum diligentem curam adhibe-
at et ut ipse sanatus sanitatem
suam per evidentia signa ostendat
Ista tria notantur in verbis premissis
primo igitur ponitur species infirmitatis
ex parte egroti cum dicitur hominem
sedentem in theolonio matheum
nomine // Secundo ponitur modus curacionis
ex parte medici cum dicitur Cum
transiret Jhesus vidit Jhesus et ait
illi sequere me Tercio ponitur ostensio
curacionis ex parte sanati cum dicitur
Et surgens secutus est eum / primo
igitur ponitur species infirmitatis ex
parte egroti Circa quam notandum
quod ipse egrotus infirmitate multiplici
laborabat prima igitur infirmitas
est quia factus erat terrenus per
cupiditatem et avariciam Quod
notatur cum dicitur vidit hominem
non virum homo enim dicitur ab hu-
mo. Matheus igitur diligendo ter-
ram factus erat terrenus Augustinus
Talis est unusquisque qualis
est dilectio sua si terram diligis
terra es deum diligis deus es Di-
vites avari sunt terreni quia terra
in superficie est venustata flo-
ribus et plantis In medio est dita-
ta mineralibus et thezauris In
infimo est repleta doloribus
et tormentis quia in inferioribus
partibus terre creduntur esse infer-
nalia supplicia dampnatorum Ava-
rus ergo sunt dives cum terra
quia in superficie sepe ornatur flo-
ribus et plantis id est nitentibus
vestibus et filiis Sicut ille dives
de quo dicitur Luce 16 Homo quidam
erat dives et induebatur purpura
et bysso etc In medio vero ditatus est
magno thezauro id est auro ad simi-
tudinem dei facta de quo the-
zauro dicitur 2 Cor 4 Habemus
thezaurum istum in vasis fictilibus
Sed quandoque fit ut divitibus
in superficie decoratus et in medio
sit ditatus in imo tamen est tor-
mentis et doloribus plenus quia
habet animam concupiscentie remor-
dentem et ignem avaricie cruciantem
Ysaie ult. Vermis eorum non
morietur et ignis eorum non ex-
tinguetur et habet sollicitudinem
suffocantem et tristiciam exsicien-
tem Eccl. 5 Cunctis diebus vite
sue comedet in tenebris et in
curis multis et in erumpna atque
tristicia // Secunda infirmitas est quia
erat in bono opere remissus per
torporem et negligenciam quod
notatur cum dicitur sedentem
id est a bono opere torpentem Tria
namque sunt loca scilicet celum infernus
et mundus Celum deputatum est
ad quiescendum id est ad sedendum
et regnandum Sedere enim est quie-
scentis et regnantis Beati
igitur sedent quia a laboribus
requiescunt Apoc. 14 Amodo
iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis Sedent eciam
quia cum Christo regnant Math. 19
In regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue
sedebitis et vos super sedes etc
Infernus deputatus est ad ia-
cendum Prov. 14 Iacebunt mali
ante bonos et impii ante portas
iusticie In quo autem lecto habe-
bunt pro culcitra tineas devo-
rantes pro coopertorio vermes ro-
dentes eos Ysaie 14 Subter
te sternetur tinea et operimentum

tuum erunt omnes pro lintiamine inferiori et superiori habebunt sarcinas doloris ysaie 14 In doloribus dormietis ~~pro omni~~ vestimentali habebunt capita corpoream Job 20 Caput aspidum suget Et quia dimittes consueverunt facere pulsari diversa organa ut suavius dormirent Ideo ibi habebunt quandam organa miseratorum scilicet stribilum demonum Jeremie 49 Omnis qui transibit per eam stupebit et sibilabit super omnes plagas eius stridorem dentium florum dampnatorum Math 8 Ibi erit fletus et stridor dentium planctum miseriorum Amos quinto In omnibus plateis planctus et in cunctis que foris sunt dicetur ve ve Et ululatum omnium ysaie 16 Ideo ululabit moab ad moab universus ululabit dampnati modo intra se ululabunt modo ad demones modo demones ad ipsos modo ad ceteros dampnatos modo omnes ad simul // Mundus autem deputatus est ad standum et ~~deputandum~~ et ambulandum Stare enim est pugnantibus et ambulantibus debemus enim stare ut est vicia fortiter pugnemus Ephe 6 State ergo succincti lumbos vestros in veritate induti loricam iusticie Et ut mente et affectu in celestem patriam ambulemus prophetia Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Jerusalem Tercia infirmitas est quia erant negociis secularibus irretiti per sollicitudinem et curam superfluam Quod notatur cum dicitur in theolonio theolon autem grece idem est quod vectigal latine et dicitur vectigal a vehendo Theloneum autem erat locus ubi vectigalia et merces que vehuntur congregabantur Erat autem matheus theolonearius quia huiusmodi vectigalia colligebat que vulgato nomine pedagia nuncupantur Huiusmodi autem negocia secularia querere et si aliquando vana sit potius sunt tamen sepe occasio peccati Sollicitudines enim mundane aliquando contingunt hunc grece Luce octavo Aliud cecidit inter spinas et simul exorte spine suffocaverunt illud Perdunt suavitatem devocionis Eccl 10 Musce morientes perdunt suavitatem unguenti deo tale ferculum non comedet quod musce coinquinaverint quia est belzebub id est deus muscarum perturbant pacem consciencie Dan 5 Cogitationes eius perturbabant eum et dividunt per diversos affectus unitatem anime Job 20 Ideo cogitationes varie succedunt sibi et mens in diversa rapitur Quarta infirmitas est quia publicanis et peccatoribus erat domesticus per familiaritatem et amicicia Quod notatur per hoc quod multi publicani in domo sua convenerunt Viso enim ei multa familiaritas fuisset in domo sua non comedissent nec secum discubuissent istud autem scilicet habere amicitias malorum displicet deo 2 paralipomenon 9 Impiis prebes auxilium

et aliis qui hic aderunt domus a-
miticia miseris et hoc cum homo
sepe mollescit ab opere bono Jeremie
51° Egredimini de medio eius
populus meus ut salvet unus-
quisque animam suam ab ira furoris do-
mini et ne forte mollescat cor
vestrum sepe quietat eis in delicto
Ecclesiastici 13 Qui communicavit superbo in-
duet superbiam sepe maculatur in
fama Ecclesiastici 13 Qui tetigit picem
inquinabitur ab ea sepe involvitur
in eadem pena Apocalypsis 18 Exite
de illa populus meus et ne participes
sitis delictorum eius et de plagis
eius non accipiatis Istud ergo
convivium quod convenit facere publi-
canis nullius erat meriti quia non
faciebat illa pauperibus sed divitibus
virorum iustis sed peccatoribus non
propter deum sed propter mundum Istud autem
convivium quod fecit christo magni
meriti fuit quia fecit illud ad hono-
rem dei et fecit illud christo
et discipulis eius qui pauperes
erant et iusti Secundo ponitur modus
curacionis ex parte medici cum
dicitur Cum vidisset etc Ubi notatur
triplex modus sanandi Sanat
cum eum visitando Cum dicitur Cum
vidisset videndo eum dicitur vidit
vocando eum dixit ei Sequere
me visitavit cum ipsum non tem-
poralibus sed sua intemeratam interius
illud Luce 1 Per viscera misericor-
die dei nostri in quibus visitavit
nos oriens ex alto virum tem-
poraliter sicut visitat bonos per

gracie iustificacionem Iob x
visitacio tua custodivit spiritum
meum Sed circa singularitatem
per sue presencie exhibicionem
qui ad vocandum unum homi-
ad illud locum processit et ad
magnam mathei dignitatem
qui non per aliud discipulum
sicut petrus per andream et
nathanael per philippum sed
inmediate per christum dominum
vocatus fuit Est autem quedam
visitacio amoris quia deus
sepe visitat bonos tali tempore
flagellando Psalmo visitabo
in virga iniquitates eorum
et in laboribus peccata eorum (?)
autem qui dicit post cum psalmista
Probasti cor meum et visitasti
nocte igne me examinasti
et non est inventa in me ini-
quitas Alia est visitacio ti-
moris qua deus hominibus ter-
nos visitat temporalia multipli-
cando et dedamus per nimi-
rum habundanciam ad ine-
briandos Psalmo visitasti terram
et inebriasti eam multiplicasti
locupletare eam Et talis vi-
sitacio est timenda Timenda
est enim ne ideo deus det ei
temporalia quia non vult eis
dare celestia Quia sicut
dicit Gregorius Continuus suc-
cessus temporalium est evidens
dampnacionis signum
Alia est visitacio doloris
qua scilicet dampnati in inferno
visitabuntur ut scilicet corpus

resumat et duplice dolo-
rem habeant Qui cum prius
in anima torquebantur postmodum
in corpore et in anima affligentur
De ista visitatione dicitur ysaie
24 Congregabuntur in con-
gregatione unius fascis in
lacum et claudentur ibi in car-
cere et post multos dies visi-
tabuntur quod erit in die iudicii
Alia est visitatio honoris
qua sancti in iudicio simul et
visitabuntur ut qui tunc nunc
honorantur una stola anime
tunc duplici stola in corpore
et in anima honorentur / Hoc
enim modo in presenti vita post
corruptionem corporis videntur
ab angelis minorati tunc
in anima celesti gloria beatifica-
ti et in corpore honore deco-
rati videbuntur angelis equa-
les effecti Illud autem verificatur psalmiste
dicentis Quid est homo quod
memor es eius aut filius ho-
minis quia visitas eum minuisti
eum paulominus gloria ab angelis
et honore coronasti eum etc. /
Secundo eum sanavit videndo /
Habet enim duos oculos dextrum
quo respicit bonos et iste est
oculus gratie Gen. 4o Respexit
dominus ad Abel et ad munera eius /
Habet et oculum sinistrum quo
respicit peccatores penitentes et
iste est oculus misericordie quo re-
spexit petrum penitentem Luce
22 Conversus dominus respexit

petrum De isto duplici oculo dicitur
Sapie. 4o Gratia dei et misericordia est in
sanctos eius / Hoc refertur ad oculum
misericordie et respectus in electos illius
hoc refertur ad oculum gratie Ista du-
plici oculo respexit Matheum scilicet
oculo misericordie quo sibi peccata dimisit et
oculo gratie quo eum in apostolum elegit
Tertio eum sanavit cum dixit se-
quere me id est imitare Christus enim quasi
habuit in quibus Matheus eum
imitatus fuit Habuit enim paup-
tatem humilitatem passus enim est
contumelias verborum iniurias verberum
et dolores suppliciorum De quibus
quasi sic dicit Augustinus in libro de
vera religione divitias satelli-
tes voluptatum perniciose ipsi appete-
bant Sed Christus pauper esse voluit
honoribus imperii inhiabant rex
fieri noluit Contumelias super-
bi summe horrebant Christus omne
genus contumeliarum sustinuit In-
iurias intollerabiles esse arbitrantur
Sed que maior iniuria quam inno-
centem iustumque condempnari Dolo-
res corporis execrabantur Christus
flagellatus atque cruciatus fuit
In istis quasi Matheus Christum
imitatus est scilicet in paupertate quia
omnia terrena deseruit In humilitate
quia se publicanum vocavit In
contumeliis verborum que a iudeis
~~passus~~ passus fuit unde dicitur de ipso
et aliis Actuum capitulo 5 Ibant
apostoli gaudentes a conspectu
concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine

·q·

iectu contumeliarum pati murmuracio[n]es
que a phariseis audiuit qui dice-
bant ipsum esse publicanum et pecca-
torem et in doloribus suppliciorum
quia pro amore cristi gladio uictus
Ex his patuit exemplo curationis ex
parte curati Tunc dicitur Et surgens
secutus est eum Hic aduerte sunt
quadruplex sicut infirmitas qua-
druplex fuerat primus modus fuit
quia qui prius terrenus sectando ter-
na factus est spiritualis celestia de-
siderando Unde lucas addidit
Et relictis omnibus secutus est Di-
cebat enim quod nisi terrena relinqueret
celestia desiderare non posset quia
ipsi terreni affectus hominem ita uide
ligauit ut ad celum respicere non
valeat Hoc signum est in regum
ubi sic dicitur accidit ut occurret
absolon seruis dauid sedens in
mulo Cumque ingressus fuisset
mulus subter condensam quercum
et magnam adhesit caput eius
quercui per quercum que habet
tecum portorum significat terrena que
hominem portent et non spirituales
viri inde pascuntur Per capillos
significantur terreni affectus quibus
animi terreni adherent ardenter
quibus circa tres habet insigniter
scilicet labor timor et dolor labor
in acquirendo timor in custo-
diendo dolor in amittendo
Secundus modus est quia qui prius
sedebat acriter sectando primum
surrexit salutem optando

Sed multi sunt qui surgere volunt
dormiendo et sedere et manducare
et nunquam volunt surgere Contra quos
apostolus hortatur dicens vanum
est vobis ante lucem surgere sur-
gite postquam sederitis qui mandu-
catis panem doloris Et sic dicat
postquam dormistis in peccatis
postquam sedistis vacantes abs-
que bonis postquam satiati estis
delectationibus temporalibus saltem nunc
surgatis prius lamentantibus Tertius
modus est quia qui prius se-
tabat theolonio postmodum
secutus est cristum non leuiter
ductus sed uirtuosa voce cristi
attractus primum Habet vati-
cinae uocem uirtutis Unde gle-
ica... uero leuitate ductus
sed uirtute operum et diuina
potentia intus operante at-
tractus de hoc sic dicit ie-
ronimus In originali arguit
in hoc loco porphirius et
iulianus augustus uel im-
peritia hystorici mentientes
uel stultitia eorum qui statim
secuti sunt saluatorem quasi
irrationabiliter quemlibet uocantem
hominem sunt secuti cum
tante uirtutes tanta que signa
precesserint que apostolos antequam
crederent vidisse non est dubium
Et ut fulgor ipse et maiestas
diuinitatis occulta que etiam
in humana facie relucebat
Ex primo ad se videntes trahere
poterat aspectu Si enim in

lapide magnete virtus hec que
dicitur ut ad se trahat et sibi co-
pulet quanto magis dominus
omnium creaturarum ad se trahere po-
terat quos volebat Ex quibus
verbis colligitur quod secutus est christum
miraculorum visione commotus
splendore faciei illustratus glo-
riosa maiestate illectus et po-
tenti virtute attractus // Tercio narratur
modus est quia ille qui prius
faciebat convivium publicanis
postmodum fecit christo et disci-
pulis Illud autem convivium fecit
in signum separacionis Quando enim
duo amici debent ab invicem
separari convivium faciunt / Duo
amici erant Matheus et mundus
volens igitur Matheus a mundi
amicicia separari christo coniungi voluit
convivium celebre fecit eciam in
signum reconciliacionis Quando
enim duo inimici ad invicem recon-
ciliari volunt seu debent con-
vivium faciunt Matheus publi-
canus cum christo inimiciciam habe-
bat et quia officium faciebat quod
sine peccato fieri non poterat Et quia
publice peccabat ideo dicitur
publicanus quasi publicus cum
christo sicut perfecte reconciliatus
fuit et ideo sibi convivium in si-
gnum reconciliacionis paravit
fecit eciam istud convivium in signum
interne refeccionis Unde glosa
super illud Luce v° fecit ei con-
vivium magnum levi in domo
sua sic dicit Qui domicilio interiori
suscepit intima maiore exube-
rancia pascitur delectationibus voluptatum

Sermo quartus de eodem

Relictis omnibus surgens
secutus est eum Luce v°
In isto evangelio ponitur
duplex differencia infirmancium Quorum
quidam infirmitatem suam cognoscebant
Et de numero istorum erat Matheus
alii infirmitatem suam recognoscere
nolebant Et de istorum numero erant
scribe et pharisei In horum medio
erat medicus constitutus qui primum
infirmum scilicet matheum sanavit a-
lios in sua infirmitate reliquit
Agitur igitur in hoc evangelio de
tribus videlicet de infirmo scilicet matheo
quem sanavit cum dicitur Relictis
omnibus surgens secutus est
eum / Secundo de infirmis quos
in sua infirmitate reliquit Cum
dicitur Et murmurabant scribe et
pharisei etc Tercio de modo quo
christus sanare consuevit Cum dicitur
Non egent qui sani sunt me-
dico sed qui male habent //
Circa primum est notandum Quod
Matheus perfecte fuit sanatus
quod colligitur ex duobus scilicet et quia
omnia reliquit Et quia non more
ceterorum secutus fuit prudenter
cum fecit quod omnia reliquit quia
currentem erat secuturus Ambrosius
loquens de illo verbo Petri Ecce
nos relinquimus omnia et optime
inquit et non ad insipienciam
fecit tibi quia consultavit ut
expeditus ad currendam viam et
currentem sequi non poterit
oneratus quia per angustam
portam erat transiturus Ambrosius
efficaces ex onerati qui sequi-

prius expediti artissimum cum fora-
men nobis expectat quod tendamus
necesse est ingredi per angustam
portam. Quid tu cameli gibbum
quid tuis impetuosis prioritatibus lo-
culos tollis nec sit impie nec
sic impeditis foramen acus eius
sarcinulis non admittit. Quia pro
mare periculosum mundi erit nata-
turus levius cum tu sarcinis
enatat ut ait Seneca. Quia per
viam arduam et montuosam usque
ad celum erit ascensurus per Bernardum
Expeditus vir cuius est amplius ascen-
dere. In ser. 5. dis. etc. Quia erit
omnia relicturus per Psalmum Ne timue-
ris cum dives factus fuerit homo
et cum multiplicata fuerit gloria
eius domus quoniam cum interierit
non sumet omnia neque descendet cum
eo gloria eius. I Thim vi. Nichil
intulimus in hunc mundum haud
dubium quia nec auferre quid
possumus. Quia cum hoste nudo
erit pugnaturus. Nudo autem
nudus cum vestito pugnat ipse
per vestes ad terram deiciat dyabolus
est nudus quia terrena non posside-
det et ideo homines sufficientibus
divitiis desiderat. I Thim. 6. Qui
volunt divites fieri incidunt
in temptationem et in laqueum
dyaboli. Ideo dicitur quod naturaliter
spernens homines nudum fugit in-
vestitum persequitur quia dyabolus a pau-
peribus Christi fugit divites vero
potentes invadit. Sunt etiam preter
quosdam(?) quia non tum omnia relinquit
sed etiam Christum secutus fuit. Aliqui
enim omnia reliquerunt sed habet

non propter deum sed propter mundi
iactanciam fecerunt. Iste autem non
tum omnia reliquit sed etiam Christum
secutus fuit. Et habet propter beni-
gnitatem et clemenciam quam in Christo
invenit. De quo magna fidu-
cia sperandi de dei venia omnibus
peccatoribus exhibetur. Bernardus
super Cantica. O quam propter mansue-
tudinem que in te predicatur curri-
mus post te domine Ihesu audientes quod non
spernas pauperem peccatorem non
horreas non horruisti confitentem
latronem non lacrimantem peccatricem
non supplicantem cananeam non
deprehensam in adulterio non seden-
tem in theolonio non supplicantem
non negantem discipulum non per-
secutorem discipulorum non ipsos
crucifixores tuos. In odorem unguen-
torum tuorum currimus. Secundo
ponitur infirmi scilicet scribe et pha-
risei qui sua infirmitate cognos-
cere noluerunt. Et ideo medi-
cus in sua infirmitate relinquit(?)
Ipsi enim quadruplici infirmitate
laborabant. Prima est infirmitas
murmurationis. Est enim quedam
murmuratio bona sicut mur-
muratio contra a parte mala ca-
detestando. Unde quidam quia
non murmurant reprehenduntur. Ysaie
56 Canes muti non valentes
latrare. Quedam murmuratio
est mala sicut murmuratio contra
a parte bonos et de bono. De qua
dicitur Sapie. 1 Custodite vos
a murmuratione et a detractione
parcite lingue. Talis erat mur-
muratio istorum phariseorum
qui contra Christum murmurabant
de eo quod peccatores ad penitenciam
suscipiebat. Alia est murmuratio

promissa quam scilicet quodammodo
contra dei patientiam murmurare
videntur ex eo quod sic permittit
bonos opprimi et impios exal-
tari unde dicebat Abakuk 1°
Quare respicis contemptores et
taces conculcantem impio iu-
stiorem se murmurant etiam
invidendo dei liberalitatem
qui tarde venientes sua libe-
ralitate remunerat Math. 20 Et
accipientes murmurabant ad-
versus patrem familias dicentes
Hii novissimi una hora fecerunt et
pares illos nobis fecisti Secunda
erat infirmitas presumptionis
quia presumpserunt reprehendere
meliores se et de bono opere
quod faciebant scilicet christum quia peccato-
res recipiebat Matheum quem
a cristo recipi dignum non erat
et discipulos quia cum publicanis
comedebant et bibebant et
sic infirmi reprehendebant eun-
dem de egritudine medicum
de subventione et discipulos me-
dici de obsequii exhibitione
Tertia erat infirmitas elationis
quia se iustos credebant et
alios tamquam peccatores despicie-
bant Luce 18 dixit ihesus ad
quosdam qui in se confidebant
tamquam iusti et aspernabantur ceteros
Tales credunt quod non sit lux
nisi in via sua et quod non sit se-
mita nisi in conscientia sua et quod non
sit tranquillitas nisi in mente
sua Et quod non sit perfectio nisi
in vita sua Cum tamen deus omnibus
paratus sit dare lucem gratie
semitam conscientie tranquillitatem
pacis interne et perfectionem forte
sue cognitionis divine Ista

quattuor tangit Boecius in libro
de consolatione philosophie Claritas tuo
splendore mundum tuum quia serena
tu requies tranquilla piis te
cernere finis principium vector dux
semita terminus idem est Quarta
erat infirmitas malicie et teme-
rarie suspicionis Iudicabant
eum et suspicabantur Matheum
adhuc esse peccatorem quem elegerat
cristus in ecclesie doctorem Iud[ica]-
bant esse avarum et cupidum quem
elegerat in martirem preciosum
ut qui prius nolebat dare deci-
mam sibi cum cristo sua poneret
animam Christus ponit medicum in medio
constitutus qui primum infirmum sanat
alios in infirmitate relinquit
qui dicit se venisse ad medicandum
seu ad medendum ad miserandum
et ad vocandum Mathei ipsius causa igitur
iste medicus ad medendum
quod notatur cum dicitur non egent
qui sani sunt medico sed qui
male habent Sed dicit Augustinus
super Iohannem aliud est esse
sanum aliud sanabile aliud in-
sanabile Qui sanus est non
eget medico qui egrotat in
spe sanabilis est / qui egrotat
cum desperatione insanabilis
dicitur Ex quibus verbis Augustini
habetur quod quidam sunt sani
quidam infirmi sed sanabiles
alii infirmi sed incurabiles Sa-
ni non egent medico nisi forte
ad sanitatis conservationem Sanabi-
les egent ad curationem Insa-
nabiles non nisi ad quandam
vite prolongationem / vitam ad tempus
prolongare possunt infirmitatem non
auferre non possunt Sani igitur

sunt viri sancti Isti non egent medico quantum ad curationem a mortali culpa. Egent autem quantum ad conservationem gratie. Sanabiles autem sunt peccatores penitentes. Isti indigent medico et quantum ad curationem culpe et quantum ad conservationem gratie. Insanabiles sunt peccatores obstinati vel iusti simulati. Isti non egent medico quantum ad conservationem gratie quia eam non habent nec quantum ad curationem culpe quia ipsam curationem non requirunt. Indigent tamen tantum quantum ad prolongationem et expectationem ad penitentiam. Deus tamen aliquando tales diu expectat ut ad penitentiam convertantur. ysaie 30 Expectat vos dominus ut misereatur vestri et ideo exaltabitur parcens vobis. Secundo iste medicus fuit missus ad miserendum. Et ideo dicit Misericordiam volo et non sacrificium. Est autem valde misericors. Et ista misericordia trahitur a natura divina et humana. Humana a consuetudine longa et ab experientia et a natura quia divina habet esse misericordem pater quia filium generando sicut sibi dedit totam suam essentiam potentiam et sapientiam et totam sibi retinuit sic sibi dedit totam suam misericordiam. Et ideo sicut a natura divina habet eum omnipotentem et sapientem sic et habet esse misericordem et ista est misericordia eterna et abscondita ps. Confiteantur domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius misericordia eius

F

habet etiam esse misericordem a natura humana quia ab instanti sue conceptionis fuit unctus oleo letitie misericordie et compassionis ysaie 61 Spiritus domini super me eo quod unxerit se unxerit se ad annunciandum mansuetis misit me ut mederer contritis corde etc. Et ista potest dici misericordia innata Job 31 Ab infantia crevit mecum miseratio et de utero matris mee egressa est mecum. Habet etiam misericordiam esse a consuetudine longa. Incepit enim a principio mundi per omnes generationes misericordias suas impendere et usque ad finem mundi non cessabit suam misericordiam exhibere 1 Machabeorum 2 Cogitate per generationem et generationem quia omnes qui sperant in deum non infirmantur. Et quia consuetudo vertitur in necessitatem. Sicut dicimus de aliquo qui consuevit esse liberalis et curialis quod necesse est aliter facere etiam si vellet. Sic et de Christo dicere possumus. Scilicet deus assuetus est miserationes suas impendere quod aliud facere non posset quia hoc usum est in necessitatem immutabilitatis voluntatis dummodo quantum in velle. Et ideo ista misericordia potest dici necessaria id est immutabiliter exhibita unde dicit Apostolus 2 Thimotheum 2 Negare seipsum non potest. Sed enim seipsum negaret si misericordiam suam deprecanti non impenderet. Habet etiam esse misericordem ab experientia sicut dicitur Hebreos 5 Didicit ex hiis que passus est obedientiam. Et potest ista potest dici misericordia acquisita unde dicitur Hebreos c. 2

debuit per omnia fratribus
similari ut misericors fieret.
Hebr. iiii° Non enim habemus
pontificem qui non possit com-
pati infirmitatibus nostris,
temptatum autem per omnia. Et
sicut patet quia in Christo consideratur
quadruplex medicina, scilicet eterna
quam habuit a natura divina,
innata quam habuit a natura
humana, necessaria quam habuit
a consuetudine longa, et acqui-
sita quam habuit a magna experi-
encia. Tercio iste medicus fuit
missus ad vocandum infirmos
ad sanitatem recipiendam.
Unde dicit Matth. ix Non enim veni vocare
iustos sed peccatores ad penitentiam,
quod intelligi potest quia non
venit vocare iustos scilicet tantum
sed et peccatores. Alias duas ex-
positiones ponit Rabanus
dicens Non veni vocare fal-
sos iustos qui de iusticia glo-
riantur ut phariseos sed illos
qui se peccatores recognoscunt.
Vel qui iusti erant sicut Natha-
nahel et Iohannes Baptista
non erant ad penitentiam invitan-
di. Vocat autem dominus peccatores
undique ex omni parte sui
ut se excusare non possit. Vo-
cat quidem ipsum ex parte superiori
ostendendo celum tam pulchrum,
a parte inferiori ostendendo
infernum tam horrendum. Psalmo [?]
27 Celum sursum et terra deor-
sum. Crisostomus [?] dicit deus posuit
sursum tam pulchrum celum
ut homo animetur ad desiderandum
et subtus tam horrendum
infernum ut avertatur ad fugiendum.
Unde dicit Apostolus [?] de sanctis: ascen-
dunt usque ad celos celestia con-
templando et descendunt usque
ad abyssos infernalia abhorrendo.
Secundo vocat exterius per exhortationem
et predicationem et interius per inspirationem.
Prov. [?] primo Sapientia foris predi-
cat, in plateis dat vocem suam.
Ecce exterior exhortatio. In capite
turbarum clamitat, in foribus por-
tarum urbis profert verba sua. Ecce
interior inspiratio. Caput enim est
mens que habet tres turbas,
scilicet cogitationes, intentiones et
affectiones. Fores portarum sunt
quinque sensus corporis. Divina ista
inspiratio facit ut homo ordinet
sua interiora rationibus divinis subici-
endo et sua exteriora sensus
corporis cohibendo. Tercio vocat
a parte exteriori et anteriori, retro
quidem reducendo ad memoriam
dei beneficia preterita ut provocetur
homo ad amorem, ante vero
reducendo ad memoriam mortem
propriam [?] et dei iudicia futura ut
provocetur ad timorem. Unde dicitur
de sanctis animalibus Apoc. iiii°
In circuitu sedis quatuor animalia
plena oculis ante et retro. Ha-
bent quidem retro animalia oculos
retro quibus considerant dei be-
neficia preterita. Habent oculos
ante quibus considerant dei iudicia
futura. Quarto vocat modo a dex-
tris dando prosperitatem, modo a
sinistris infligendo aliquam
adversitatem. Multi vero sunt qui
nec in adversis nec in prosperis
ad deum vadunt sed potius

ab ipso recedunt plures tamen sunt qui a deo recedunt in prosperis quam qui recedunt in adversis psalmo Cadent a latere tuo mille et decem milia a dextris tuis Et alibi dicitur Si sunt mille qui adeo cadant et si non appropinquat in adversis per impacienciam decem milia recedunt qui ab eo recedunt in prosperis per intemperanciam Simplus autem confessor pro te erat immunis et ideo valde erat securus Anima dicebat in Canticis ... parma iusticie a dextris et a sinistris Unde ipse dicebat philippenses 4 Scio habundare id est scio in habundancia habere temperanciam Scio et penuriam pati id est scio in adversis seu in adversitate habere paciencium

Sermo primus de Sanctis Martiribus sequitur

Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie vel mortis visi sunt oculis insipiencium mori illi autem sunt in pace Sapiencie 3. Isti sancti martires laudabiliter se habuerunt in vita Constanter se habuerunt in morte Et feliciter se habuerunt post mortem In verbis istis premissis ostenditur Primo quales fuerunt in vita Cum dicitur Iustorum anime in manu dei sunt Secundo quales fuerunt in morte Cum dicitur Et non tanget illos tormentum mortis Tercio quales sunt modo post mortem quia pacem eternam sunt assecuti Ideo dicitur Illi autem sunt in pace In vita quidem fuerunt iusti quia prompti ut iusticiam facerent et rem publicam conservarent ad rem autem publicam conservandam quatuor exiguntur Sicut dicit Katho prout refert Augustinus in libro 5 de civitate dei scilicet quantum ad domesticos magna industria quantum ad forenses iusticia quantum ad seipsum animus liber in consulendo et animus nulli obnoxius peccato Unde dicit ibidem Katho prout refert Augustinus ibidem Nolite inquit Katho existimare maiores nostros armis rempublicam ex parva magnam fecisse Si ita esset multo pulcherrimam eam nos haberemus quippe sociorum atque civium preterea armorum et equorum maior copia nobis quam illis est Sed alia fuerunt que illos magnos fecerunt que nobis nulla sunt Domi industria foris iustum imperium animus in consulendo liber nec delicto nec libidini obnoxius Pro hiis habemus luxuriam avariciam publice egestatem privatim opulenciam inter bonos et malos discrimen nullum omnia virtutis premia ambicio possidet Primum igitur necessarium ad conservacionem rei publice est que ad domesticos industria Unde sicut dicitur 1 Thimothei 5 Si quis suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit et est infideli deterior 1 Thimothei 3 Oportet episcopum irreprehensibilem esse Et infra Sue domui bene prepositum filios habentem subditos Thobie 10 Apprehendentes parentes filiam suam osculati sunt eam monentes honorare soceros

diligere maritum regere familiam
gubernare domum et se ipsam ir-
reprehensibilem exhibere // Secundo
necessarium est quo ad forinsecos
iustitia Job 29 Iustitia indutus
sum et vestivit me sicut
indumentum Ioannes 5 Non possum ego a me ipso facere quicquam solite
iudicare sine faciem sed iudi-
cium iustum iudicate // Tertio est
eciam in consulendo et reprehen-
dendo liber ut nec timore nec
amore nec odio nec munere
a veritate discedat. De timore
quidem quia sicut dicit ysido-
rus metu potestatis prudentis
veritatem occultat eiusdem
veritatis iracundiam sibi pro-
vocat dum plus timet hominis
iram quam trepidat maiestatem
De amore quia sicut dicit
ipse nunquam iudices errant in iudi-
cio cum in qualitate intendunt
personae Ieremias 9 Amor ignorat iu-
dicium ratione in libro actus caret nescit
modum nec numerum Sed dicit beatus
Augustinus usque a deo cupiditatis mo-
rent malum ut iam pro consuetu-
dine venduntur leges corrumpuntur
iura sententia ipsa venalis est et nulla
iam causa possit esse sine causa
De odio Gregorius Nazanzenus //
invidie languor quibusdam recte
concludit ipsum invidia aut super
iniquum est odium Gregorius in moralibus
iudicare digne de subditis nequeu-
nt qui in subditorum causis odium
vel gratiam sequuntur. De munere neces-
sarium est ut eciam nulli vicio
sit subditus nec subiectus Aug. ...
ne tua oratio tibi contraria
sit quia pondus est pudoris contra-
rium ipsa voce confundit Gregorius
in moralibus durum est ut qui nescit
tenere moderamina vite sue iudex
uno fiat aliene. Ista quatuor in

istis martiribus perfecte fuerunt et ideo
recte iusti fuerunt et rempublicam
consuetudine possiderunt / Habuerunt in
domo industriam. Unde dicitur in
legenda habitatores regionis illius
erant callidi ingeniosi sapientia
locupletissimi / Habuerunt foris
iustitiam. Unde sicut ibidem dicitur
secundum dei preceptum que erant dei
deo et que cesaris cesari redde-
bant / Habuerunt eciam in consulendo
et in reprehendendo liberum. Unde
dixit Mauricius militibus suis
imperatoris tui sumus aut cristi quod
confitemur non est nobis condicio nec
formido sed fidem cristi imitemur
militemque defendimus / Habuerunt
eciam in innocentia perditum quia
non se armaverunt armis carna-
libus sed spiritualibus. Unde dicit
Apostolus Induimini armaturam dei. Ve-
stre arma carnalia et armen-
tur virtutibus. Beda ostendit qua-
les sunt in passione cum dicitur
Et non tanget illos tormentum
mortis / Fuerunt enim condempnati
decimati vallati et trucidati Sed
in condempnatione invenit sunt
fideles in decimatione alacres
in vallatione pacientes in tru-
cidatione constantes / Fuerunt
quidem condempnati de tribus scilicet ut
ydolis ymolarent ut fidem cristi
desererent ut contra cristianos con-
iurarent sed in hoc fuerunt valde
fideles quia nec ydolis vole-
bant ymolare nec fidem cristi
deserere nec christianos expugnare
sed paciebantur ipsos defendere et iu-
vare. Unde dixit Exuperius
Omnia tormenta pro cristo suscipere

pati sunt et ab eius fide nunquam discedunt. Fuerunt etiam decimati et ibi inventi sunt valde alacres. Unus aliud precipue tonabatur. Sciendum autem decimas rerum que in veteri testamento fuerunt constitute et primo ab Abraham sicut primitie ab Abel dicerem que a Cristo in novo testamento fuerunt invente quando xl diebus et xl noctibus ieiunavit. Unquam cum invenimus decimas capitum nisi hic. Magnum est solvere decimas rerum maius solvere decimas dierum sed maximum solvere decimas capitum. Multi enim dederunt res suas qui non dederunt dies suos et multi dederunt res et dies suos qui non dederunt capita sua. Isti autem et solverunt decimas rerum quia que temporis erant dabant cesari et solverunt decimas dierum et que dei erant dabant deo. Et insuper solverunt decimas capitum. Fuerunt etiam vallati sicut oves a lupis. Matthei x: Ecce ego mitto vos in medio luporum et in ista vallatione inventi sunt valde patientes et magis quam oves. Omnis enim ovis se non defendit quia cornua non habet. Sed si habet se defendet. Facit tamen quod potest quia se defendit aut fugiendo aut balando aut pedes commovendo. Isti autem beati martires cum possent resistere noluerunt sed dei mandatum de cohibenda patientia sumpserunt unde dicitur: Mauricius commilitones monebat velociter sustinere quia nos ad passionem pro Cristo patres vidi et domini mandatum suum qui petro ait: Mitte gladium tuum in vaginam. Isti ergo non fugerunt nec balatu vel murmuratione emiserunt nec manibus

nec pedibus resisterunt sed mortem in patientia receperunt. Fuerunt etiam cruciati. Et in ista cruciatione fuerunt constantes. Constantiam quidem constantia habuerunt in vita et in morte eos vincere potuit mundus nec dyabolus nec caro. Mundus quidem pugnavit contra eos duplici manu. Dextram in vita pugnavit contra eos dextra prosperitatis ut allicit sinistram sinistra adversitatis ut frangit. Sed ipsi et in vita mundum contempserunt blandientem et in morte ipsum contempserunt sevientem. Et hoc exemplo cristi unde dicit Augustinus: Omnia bona terrena contempsit homo deus et contempnenda monstravit et omnia mala terrena sustinuit que sustinenda precipiebat ut nec in illis quereretur felicitas nec in istis timeretur infelicitas. Similiter dyabolus habet duas manus scilicet sinistram qua impellit ad vitia et dexteram qua trahit ad terrena. Sed isti sancti martires a deo fuerunt constantes quod dyabolus ipsos nec in vita potuit compellere ad aliquod vitium nec in morte trahere ad aliquod supplicium. Similiter caro habet duplicem manum scilicet sinistram qua inducit ad otiositatem ut homo a bono opere torpescat et dexteram qua inducit ad voluptatem ut in carnis delitiis conquiescat. Sed isti corpus suum ieiuniis et laboribus castigaverunt et carnis delicias abhorruerunt. Tertio ostenditur quales fuerunt post mortem. Cum dicitur: Illi autem sunt in pace. Habebant enim isti sancti pacem perpetuam. Ysaie 33: Sedebit populus meus in pulcritudine pacis in thabernaculis fiducie in re

repiue opulentia / dederunt deo
magnam gloriam Quia si unus qui
confitetur christum facit gloriam christo quanto
magis quando sunt multi confitentes
erunt et multi gloriam dantes deo
dicit christus Luce 12 Omnis qui-
cumque confessus fuerit me coram
hominibus et filius hominis con-
fitebitur illum coram angelis / fe-
cerunt angelis magnam leticiam
Quia si angeli letantur super uno
peccatore penitenciam agente seu peni-
tente / quanto magis super tanta mul-
titudine triumphante Luce 12 Gau-
dium est angelis dei super uno pe-
ccatore penitenciam agente Erunt autem
nobis magna fiducia quia si im-
possibile est preces exaudiri peccatorum
tantorum militum Exaudiunt enim
quia consolantur tribulatos adiuvant
in periculis constitutos corripiunt inde-
votos dampnant sacrilegos et blas-
phemos Quod cum consolentur tribu-
latos patet per illam mulierem que
cum filium suum abbati sancti Mauricij
tradidisset et ille mortuus fuisset
et mater irremediabiliter eum fleret
Mauricius ei apparens et eam con-
solans semper inter monachos
cantantes vocem filij cantantis
audire promeruit Quod autem
adiuvent in periculis constitutos
patet per hoc Quia cum quidam
quasdam reliquias ipsorum sanctorum
in capsa per latus deferret et tota
tempestate naufragium formida-
rent cum capsa undas tetigerit
et optima tranquillitas mox fuit
et periculum evaserunt Quod autem
corripiant indevotos patet per
illum gentilem qui cum die dominica
fratribus celebrantibus ~~ipsum~~ ipse solus
labori insisteret ab ipsis arguitur
atque corripitur Et ille emendatus

christianus efficitur Quod vero dam-
nent sacrilegos et blasphemos
patet per illum clericum qui cum
quedam in sancti Mauricij us-
passet et ewangelium legeretur
in quo dicitur Omnis qui se humiliat
exaltabitur derisit miser et dixit
falsum est quia non inimicos meos
me humiliasse cum hodie tot dimittas
non habeo Statim quasi fulgur in-
star sagitte in os eius introivit
et ille miserabiliter vitam finivit

Sequitur sermo secundus de sancto Mauricio et sociis

Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiam
adepti sunt repromissiones
patrum Hebr. 11 Ille est legittimus
miles qui est in persona sua val-
de strenuus in armis valde
munitus quo ad hostes valde victo-
riosus quo ad commilitones valde
munificus et operosus et quo
ad regem valde acceptus Cum
autem ostenditur regi valde acceptus
quando rex gratiis eum prevenit et
omnia promissa libenter impendit
Isti igitur martires s. Mauricius et
socij eius primo ostenduntur quales
fuerunt in personis suis cum dicitur
Sancti / Secundo quales fuerunt in ar-
mis cum dicitur per fidem Tercio qua-
les in victorijs suis cum dicitur
vicerunt regna Quarto quales
in beneficijs suis cum dicitur ~~opti~~
operati sunt iusticiam Quinto quales
in premijs suis cum dicitur adepti
sunt repromissiones // Primo igitur
ostenditur quales fuerunt in perso-
nis quia fuerunt sancti Est dicit sa
sanctum id est quasi unctum quasi sanguine

tinctum et quod sacro usui depu-
tatum. Ipsi enim fuerunt mundi
per verbum dei quod receperunt Ioh.
17 Iam vos mundi estis propter sermo-
nem quem locutus sum vobis
per fidem dei quam habuerunt tra-
ditam a beato Iacobo fratre domini fide dicun-
tur penitentes sui fuisse edocti act.
15 fide purificans corda eorum
per spiritum sanctum quem receperunt
Ezech. 36 Effundam super vos
aquam mundam et mundabimini
ab omnibus inquinamentis vestris
Et per sanguinem quem effunde-
runt Apoc. 7 Laverunt stolas
suas et dealbaverunt eas in
sanguine agni / Fuerunt etiam
firmi quia nec promissionibus
potuerunt emolliri nec commina-
tionibus deterri nec suppliciis vinci
Math. 7 / descendit pluvia et ve-
nerunt flumina et flaverunt venti
~~et venerum~~ et irruerunt in do-
mum illam et non cecidit fun-
data enim erat supra firmam pe-
tram / per pluviam intelliguntur
promissiones que videbantur eum
hic refrigerantem / per ventum
intelliguntur comminationes que
videbantur habere vim commovente /
per flumina intelliguntur tormenta
que videbantur habere vim irruente
sed ista omnia in istis martiribus
irruerunt et nichil facere potue-
runt quia supra firmam petram
id est Christum fundata fuit / Fuerunt
eciam sanguine tincti unde
potest de eis dici illud quod legitur
Exodi 12 Aspergetis eo scilicet sanguine
agni super liminare et utrumque
postem. Super liminare est voluntas
sive affectiva dua postes intelli-

gencia et operativa / Habuerunt
igitur sanguine Christi aspersam
voluntatem sive affectivam per
mutationem devotionis intellectivam
per meditationem operativam per imita-
tionem fuerunt eciam sacro usui de-
putati quia fuerunt deputati ut
hostem devincerent et rempublicam
conservarent ut fidem Christi defen-
derent unde dicit Martinus
Militibus sum imperator tui.
Erant quia erant ad hostium victo-
riam facientes seu faciendam
propter ea sunt dicit Heron est nobis proditi
nec formido sed Christi fidem
militamus et eam militatem
defendimus Erant quia erant
ad defendendam fidem catho-
licam / Beda ostenditur qualiter
fuerunt in armis suis Eviden-
ter per fidem fideles enim sunt scuti
per quod se muniebant et ad-
versarios devincebant Ephe. 6
In omnibus sumentes scutum
fidei in quo possitis omnia
tela nequissimi ignita extin-
guere Dicitur autem fides scutum quod
sicut in scuto tres sunt angu-
li qui tamen faciunt unum scutum
Sic in deo sunt tres persone
que tamen sunt unus deus
vel potest dici quod fides est de ipso
in quo sunt tres anguli id est
tres persone scilicet tamen una deitas
et una tamen persona vel potest
dici quod fides dicitur scutum quia
scutum fertur solum in sinistra
Sic eciam fides tamen in sinistra
presentis vite In dextra autem
celestis patrie non est fides
1 Corinth. 13 videmus nunc per

speculum et in enigmate
tunc autem facie ad faciem Quando
enim deus sinistra amice
sustentat per fidem tunc autem
dextra sua nos amplexabitur
per apertam visionem Cant. 2
leva eius sub capite meo
et dextra eius amplexabitur
me. Vel dicitur fides scutum
armatura sicut scutum suscipit per
ictus hostium et certa ista protegit
et corpus defendit Sic est fi-
des primas suggestiones demo-
num et primas questiones ty-
rannorum suscipit et ceteras
virtutes custodit et animam ab
impugnatione defendit. Tertio
ostenditur quales fuerunt in
victorijs suis cum dicat vice-
runt regna et dicitur regna imple
quia vicerunt regnum demonum
hominum et celorum. Regnum quidem
demonum vicerunt per resistentiam
Jacobi iiii° Resistite dyabolo
et fugiet a vobis. Sermo beati
Bernardi in anima sunt tres do-
mus et quelibet domus habet
portam suam et quelibet
porta habet portarium suum
prima domus est memoria
in qua dyabolus vult intrare po-
nendo malam suggestionem
et aliquam pestiferam ymagina-
tionem Sed ad hostium huius domus
debet stare portarius qui vocatur
status condicionis ut dicat
et cogitet in corde suo Clericus
es vel sacerdos es vel religio-
sus es et non convenit ut
clericus vel sacerdos vel religio-
sus talem cogitationem habeat

vel ymaginationem Et sic talis
portarius ei resistit nec intrare
permittit et si intraverit statim
expellit Si autem dyabolus hanc
domum intraverit mox ad secundam
domum scilicet intelligentiam accedit
et ibi malam delectationem immi-
ttere contendit Sed in ista domo
debet esse portarius qui vocatur
consideratio delectationis eterne
qui hostium debet tenere clausum
ne aliqua delectatio ingrediatur
et si ingressa fuerit protinus repel-
latur debet cum cogitare et dicere
Si admisero istam delectationem
momentaneam perdam
eternam delectationem Et non
convenit ut pro modica delecta-
tione eternali privetur delectatione
celesti et sic protinus resistit
et ipsam expellit Si vero dyabolus
istam domum ingressus fuit
accedit ad tertiam volens im-
mittere in voluntatem primum
consensum Sed in ista domo debet
ut dicit Bernardus ordinari por-
tarius fortis durus et severus
qui nemini parcat et nulli
adversario hostium aperiat Et iste
portarius consideratio vocatur consider-
atio pene eterne ut dicat et
cogitet in corde suo Si ergo ad-
misero istum consensum in cruciatus
tormentum eternum Si habeo perpe-
tuam culpam turpitudinem perpe-
tuam miseriam [illegible] et
sic iste portarius et resistit et
hostium voluntatis alicui nullo
consensui non aperit Et ideo

bus dicit Iac. 4 Resistite dyabolo
et fugiet a vobis Resistite scilicet ne
ingrediatur in vestram memoriam
per suggestionem nec in intelligen-
ciam per delectacionem nec in volun-
tatem per consensum // Vicerunt reges
homines eciam per pacienciam paciam
Et iste modus vincendi est valde
gloriosus victoriosus et fruc-
tuosus Gloriosus quidem quia
est modus quo rex noster vicit
scilicet per pacienciam Et sicut dicitur
Eccl. 23 Magna gloria est sequi
dominum Cum enim cristus posset
habere xii legiones angelorum
ut habetur Mat. 26 quibus ho-
stes suos superaret paciendo potius
voluit vincere Hebr. 12 Quod in-
firmum est dei forcius est hominibus
Prov. 16 Melior est paciens viro
forti Seneca Magnum animi impe-
rium in summa. paciencia pati est
eciam modus scilicet vincendi per pacienciam
valde victoriosus Seneca Innumera-
biles sunt qui populos qui urbes habue-
runt in potestate paucissimi qui se
Ideo dicitur Job 10 Ubi est fortitudo
tua dicit Glossa Qui se vincit super
omnia fortis est unus homo potest
paciens a toto mundo vinci non po-
sset Seneca facilius est gentem
unam quam virum unum vincere
Et super illud Prov. 16 Qui do-
minatur animo suo fortior est expu-
gnatore urbium dicit Glossa Maior
est victoria urbes expugnare
quia cetera sunt que vincuntur
paciens superat hostem qui in se
est in anima Est eciam modus fruc-
tuosus quia ipsum celum vincit

et rapit Enim cum sibi violen-
ciam facit suo duro animo dum-
do celum rapit cum sibi acquirendo
Mat. 11 Regnum celorum vim pati-
tur et violenti rapiunt illud Vincit
eciam iste mercibus regnum celorum
per penitenciam Mat. 3 penitenciam agite
appropinquabit enim regnum celorum
Iac. 4 Appropinquate deo et appro-
pinquabit vobis Itaque cum homo
appropinquat deo per penitenciam tanto
deus sibi appropinquat per graciam
et gloriam parum appropinquavit deo
ille qui dicebat Luc. 18 Ieiuno
bis in sabbato decimas do omnium
que possideo et ipsi deus parum ap-
propinquat publicano quidem multum
appropinquavit dando decimam pos-
sessorum nec parum vel nichil quia non
meruit per suam superbiam Iterum
appropinquabat deo qui dicebat
Luc. 12 Anima mea habes multa
bona reposita in annos plurimos
requiesce comede epulare // Et
eciam deus nil appropinquat quia
raptus est continuo ad gehennam
Multum appropinquabat deo zacheus
qui dicebat Luc. 19 Ecce dimi-
dium bonorum meorum domine do pau-
peribus et si aliquem defraudavi
reddo quadruplum Et ideo ipsi deus
multum appropinquavit quia in domo
mihi eos fecit // Secundo autem
quod sit quatuor invincibilia scilicet
deus diabolus mors anima et regnum
celorum quod est in altissimis con-
stitutum Ista quatuor sancti mar-
tires vicerunt deum quidem vicerunt
per lacrimas quas effuderunt

Isto modo vicit deum Jacob de
quo dicitur Osee 12 invaluit
ad angelum qui sibi personam dei
gerebat flevit et rogavit eum
Alii per fidem quam vicerunt
i petri 5 adversarius vester tamquam
leo rugiens circuit quaerens quem
devoret cui resistite fortes in
pacientiam per magnanimitatem
quia cordi suo dominati fuerunt
Proverbiorum 16 Melior est paciens viro
forti et qui dominatur animo suo
expugnatore urbium Mortem
per caritatem quam inflammati
fuerunt Canticorum 8 Fortis est ut
mors dilectio Isto modo Christus
mortem vincebat Romanorum 8
Certus sum enim quod neque mors
neque vita etc. poterit nos separare
a caritate dei Regnum celorum
per sanguinis precium quod dederunt
Psalmus pretiosa i. precio plena est
in conspectu domini mors sanctorum
eius Tales magnam violen-
tiam sibi faciunt qui mortem
sponte accipiunt et per ipsam
mortem regnum celorum sibi ac-
quirunt Mathei 11 Regnum celo-
rum vim patitur et violenti
rapiunt illud Ex narratis ostenditur
quales fuerunt in operationibus
suis Tunc dicitur operati sunt iu-
sticiam Est autem iusticia virtus
unicuique suum ius tribuens
De quo modo sic dicit Tullius
Habemus autem nos superiores pares
nos minores a quolibet amicos
a superioribus inimicos reddamus
singulis quod suum est superioribus
obedientiam minoribus doctrinam
amicis leticiam inimicis pacientiam

Isti igitur martires deo tanquam
superiori dederunt obedientiam
minoribus doctrinam amicis leticiam
inimicis pacientiam Isti igitur martires
dederunt deo tanquam superiori
dederunt obedientiam exempti
namque fuerunt ut idolis ymmola-
rent ut contra canones committerent
Sed ipsi magis deo tamquam ho-
minibus obedire volentes neutrum
facere voluerunt Actuum 5 obedire
oportet deo plusquam hominibus Mi-
noribus dederunt doctrinam unde
Mauricius et socii sui qui mi-
lites erant maiores militibus docuerunt
et qualiter imperatori debebant reddere
dicentes Imperatori sic responsa man-
damus Milites sumus imperator
tui sumus autem quod libere confitemur
tibi debemus militiam deo inno-
centiam a te laboris stipendium
ab illo exordium suscepimus vite
Amicis autem i. angelis fecerunt
magnam leticiam Si enim gaudium
est angelis dei super uno peccatore
penitentiam agente ut habetur Luce 15
Quale gaudium eis fuit de tanta
multitudine militum triumphante
Tyrannis ad iniurias autem habuerunt
magnam pacientiam unde cantatur
de eis Non murmur resonat non
querimonia sed corde tacito mens
bene conscia conservat patientiam Tercio
ostenditur quales fuerunt in premiis
suis Cum dicitur adepti sunt repro-
missiones ~~sed repromissiones~~
~~quia deus rectam~~ non dicit
promissiones sed repromissiones
quia deus dictam beatam

sepe promisit et repromisit. Con-
suevit enim fieri promissio aliquando
verbo aliquando iuramento aliquando
signo. Signo autem tripliciter aliquando
se mutuo osculando aliquando
manum ad manum applicando aliquando
rem aliquam sicut paleam vel pomum
offerendo. Istis quinque modis deus
vitam eternam se nobis daturum
promisit scilicet verbo Gen. 13. Semini
tuo dabo terram Chanaan scilicet terram
promissionis que terra viventium
figurabat que lacte et melle flu-
ebat id est consideratione purissime
et lucidissime quantitatis et
contemplatione dulcissime deitatis
sicut Exo. 3. Dabo vobis in heredita-
tem terram fluentem lacte et
melle. Promisit in iuramento
Luce primo. Iusiurandum quod iuravit
ad Abraham patrem nostrum
daturum se nobis. Promisit oscu-
lando quod fuit in incarnatione
ubi fuit beata et dulcis unio nature
divine cum humana. Istud osculum
petebat sponsa Cant. 1. Osculetur
me osculo oris sui. Et infra
8. Quis michi det te fratrem
meum id est quis michi det ut qui
es deus meus efficiaris frater meus
sugentem ubera matris id est quis
michi det ut tu qui es in sinu
patris efficiaris parvulus in sinu
matris ut inveniam te foris id est
quis michi det ut qui es pre-
latens in divinitate fias manifestus
et apparens in humanitate. Et qui
semper lates in celis appareas
et videaris in terris et deosculer
id est eternam et dulcem unionem tue nature

tam mea perpetuam et tunc iam
nemo me despiciat nec demon
sed me sibi reconciliabit nec
angelus sed me in reverentiam ha-
bebit. Promisit etiam manibus suis
crucis manibus applicando Zacha-
rie 13o Formam scilicet crucis in
manibus eius. Promisit etiam promis-
sionem nobis dando 2. Cor. 5.
Dedit nobis pignus spiritus etc.
De hiis ergo certi esse debemus
quod vitam eternam optinebimus quia
verbo dei non subest falsum. Psalmus
Que procedunt de ore meo non
faciam irrita. Iuramento dei non
medium mendacium Hebr. 6o
Interposuit iusiurandum ut per
duas res immobiles quibus
impossibile est mentiri deum fortissimum
solacium habeamus. Sic ergo dei non
subest vacuum nec signum quod fecit
per osculum nec signo quod fecit per
applicationem manuum nec signo
quod fecit per spiritus sancti donum. Ideo
apostolus securus sic per istam tercium
est hostium victoriam apertam dimittit
et consolationem eternam petebat dicens
Fac mecum signum in bono ut
videant qui me oderunt et
confundantur quoniam tu domine adiu-
visti me et consolatus es me.

Sermo tercius de eodem

Beati qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam quoniam ipsorum est
regnum celorum Math. 5. De
hiis verbis habetur quod pati pro Christo
est magne beatitudinis certitudinis
et felicitatis magne quia beati-
tudinis est causa promittitur. Bea-

Tercio 3 si quid patimur propter iusticiam beati quia statum aut beatitudinem ipsi martires mauricius et socii eius habuerunt quia pro cristo pati meruerunt vel nos aut statum beatitudinis habere non possumus ut pro cristo martirium patiamur. Secundo tribus de causis accidit patet. sicut dicit prosper una est ex parte nostra quia tantam gratiam non meremur et pro pati digni non sumus. Alia est ex parte dyaboli quia scit quod per martirium consequimur remissionem peccatorum et ad regnum nos perducit celorum unde ipse tradit nos invidet et impedimentum prestat Tercia est ex parte dei quia deus per suam bonitatem sicut magis infirmitatem nostram scit et misericordie condescendit. Psalmus ille pro sicut miseretur pater filiorum misertus dominus timentibus se quia cognovit ipse figmentum nostrum Iste autem tres cause in istis martiribus locum non habuerunt quia et deus ipsos dignos fecit et dyabolus ipsos impedire non potuit et constanciam et fortitudinem eis dedit. Nos autem si non possumus habere statum beatitudinis ut pro ipso vitamus dyabolicam temptacionem ut si non possumus pati in corpore saltem pugnemus contra dyabolum in mente de qua beatitudine dicitur in proverbiis. Beatus qui tenebit sicut serpentem infernalem per caput et allidet parvulos suos ad petram. tunc caput serpentis tenemus quando sue prave suggestioni resistimus tunc parvulos ad petram allidimus quando ipsos primos motus cristi

angelis antichlaims nisi cum iste serpens per caput teneatur statim totus illabitur. Iheronimus liberatus est ille hostis antiquus et nisi capite teneatur statim illabitur. Dicunt 3 partes contra caput tamen Habet cum iste serpens caput corpus et caudam Caput est suggestio corpus sua est consensus cauda est ipsius peccati consumatio sive operatio serpens ubi ponit caput statim ponit corpus et ubi ponit corpus statim ponit caudam. Sic dyabolus ubi ponit suggestionem statim ponit consensum et ubi ponit consensum statim ponit opus pravum Et ideo debet capite teneri et eius suggestio conteri. Sicut quod per ea statim habere non potest serpens cum decapitatus in cauda adhuc vivit decaudatus in medio adhuc vivit sed contritus in capite omnis virtute perdit et moritur. Sunt qui peccata relinquunt quantum ad opus et cetera tamen satisfacere deo nolunt ut sunt usurarii et raptores qui cessant ab usuris sive rapinis tamen nolunt restituere que male acquisierunt. Isti videntur amputasse seu amputavisse serpentis caudam adhuc autem habent in corde suo corpus eius et caput. Sunt eciam qui actum exercendi fornicandi relinquunt aut quia opportunitas non datur aut quia timore coherentur aut quia verecundia impediuntur consensum tamen in animo retinebunt. Isti similiter amputaverunt serpenti caudam adhuc tamen retinet corpus et caput. Alii sunt qui operacionem et

et consensum interiorem relinquit
adhuc tamen a malis suggestio-
nibus et cogitationibus agitantur
Isti amputaverunt serpenti corpus
et caudam adhuc tamen caput
vivit in corde Sed salubre consilium
est ut maxime ubi serpens caput sug-
gestionibus posuerit conteratur Con-
tritio cum serpenti capite nec cor-
pus nec cauda ulterius nocere valebit
Tertia repulsa suggestione demo-
nis ab omni consensu et operatione
homo securus est et erit // Secundo
pati pro Christo est inultum reatinis
Ideo dicitur propter iustitiam Tertium cum
hic enim patitur hic iustitiam patitur
Eccl. 4o pro iustitia agonizare pro
anima tua et usque ad mortem certa
pro iustitia Dicit autem Augustinus in libro
de libero arbitrio Iustitia quid dicta
nisi virtutem qua sua cuique tri-
buuntur ut recte iustitia unicuique
ius suum tribuat Tribus indiget
virtutibus que sunt prudentia
temperantia et fortitudo Prudentia
namque tamquam lucerna ante faciem
suam vadit et viam ostendit
ut sciat quid qualiter et quibus
distribuat Temperantia vero assidet
sibi a dextris prosperitatis ne amor
alicuius boni temporalis in superbiam
elevet et sic debito iustitie per-
solvendo non cedat // Fortitudo vero
assidet a sinistris adversitatis ne
timor alicuius mali nimius deter-
reat et ea que debet ~~[illegible]~~
perditum timore non solvat Istud
autem debitum iustitie aliquando contrahitur
a fide naturali aliquando ab officio
aliquando a merito aliquando
a beneficio recepto // Fedus

autem naturale quadruplex est unum
est quo sumus deo naturaliter ob-
ligati ut patet a quo recepimus
esse nec non vitam gratie et motum
operationis habe Actus xvii In
ipso vivimus movemur et sumus
Aliud fedus est quo omnes ho-
mines ad invicem naturali federe
sunt coniuncti Hoc eo quod omnes
ab uno sunt creati et ab uno
sunt geniti Et quantum ad hoc
omnes sibi tenentur mutuam di-
lectionem veritatem et fidem Aliud
fedus est duplex propter naturalem
unum affirmativum de quo dicitur
Math. 7 Omnia quecumque vultis
ut faciant vobis homines et vos
facite illis Aliud negativum quod
habetur Thobie 4 Quod ab alio
tibi oderis fieri vide ne tu ali-
quando alteri facias Aliud fedus est
quo parentibus et aliis nobis attinen-
tibus naturaliter sumus iuncti Et istud debi-
tum [illegible] aliud vocatur pietas de quo
dicitur Eccl. 7 Honora patrem tuum
et gemitus matris tue ne obliviscaris
memento quoniam nisi per illos
natus non fuisses et retribue illis
quomodo et illi tibi ~~fecit~~ Istud autem
ceteram est quadruplex unum naturale
quo deo et nobis ipsis naturaliter
obligamur Verum tamen istud
debitum iustitie causatur a fide
naturali sed etiam causatur ab officio
a merito et a beneficio recepto
De officio quidem quia prelatis de-
bemus obedientiam Hebr. 13
Obedite prepositis vestris et subia-
cete eis ipsi enim pervigilant quasi
rationem reddituri pro animabus Ipsi
non tenentur nobis dare disciplina

Prov. 23 Noli subtrahere a puero
disciplinam. Si enim percusseris eum
virga non morietur. Tu virga percuties
eum et animam eius de inferno
liberabis. Causatur etiam istud debitum
a merito ut cum pena vel premium
redditur hiis qui meruerunt de
quo merito dicitur in psalmo Oculi
domini super iustos et aures eius in
preces eorum vultus autem domini super
facientes mala etc. 1ª Petri 3°
Deus retribuet unicuique secundum iusti-
ciam eius et fidem. Causatur etiam
istud debitum a beneficio recepto.
Qui enim recipit beneficium obligatus
est ad retribuendum de quo debito
dicitur Eccl. 14 Ante mortem bene
fac amico tuo. Luce 6 Si enim
bene feceris sive feceritis hiis qui
bene faciunt vobis sufficit tibi que vobis
Omnibus istis modis deo
sumus obligati scilicet ratione federis
naturalis quia ipse est creator noster
a quo scilicet corpus et animam. Deu-
teron. 32 Numquid non ipse est pa-
ter tuus qui possedit et fecit et creavit
te. Ipse enim fecit nos quantum ad cor-
pus creavit nos quantum ad animam
possedit nos quantum ad utrumque. Ratione
officii quia factus est pontifex
et prelatus noster. Hebr. 9 Christus
assistens pontifex futurorum bo-
norum etc. Ratione mercati quia factus
est emptor noster ipse enim per suam
passionem nobis meruit ut totos
nos sibi ~~dedit~~ demus et nichil de
nobis retineamus. 1 Cor. 6 Non
estis vestri empti enim estis precio
magno etc. Ratione beneficii accep-
ti quia factus est benefactor noster
maximus. Ipse dedit
nobis mundum cum elementis
corpus cum instrumentis animam

cum ornamentis fidem cum sacra-
mentis artes cum documentis
et scripturam cum tormentis. Tertio pati
pro Christo est magne felicitatis
ideo dicitur quia ipsorum est regnum
celorum patiencium aut persecutiones F
propter iusticiam est regnum celorum triplici
racione. Primo quia in iudicio ipsam
iusticiam admittere habebunt. Prov. 10
Non proderunt thezauri impietatis
iusticia autem liberabit a morte. Secundo
quia vim sibi inferendo ipsum regnum
meruerunt. Math. 11 Regnum celo-
rum vim patitur et violenti rapiunt
illud. Tertio quia Christi passionibus
se sociavit. 2 Tim. 2 Si sustine-
bimus et conregnabimus. 2 Cor. 1
Sicut socii passionum estis sic e-
ritis et consolationis. Pariter
igitur tales persecutiones sunt susti- G
nende que tali premio remunerantur
quia scilicet regnum celorum talibus datur.
Gregorius: Consideratio premii vim mi-
nuit flagelli et istud ostenditur
tribus racionibus quadruplici exem-
plo. Amaritudinem radicis dul-
cedo pomi compensat. Procellam maris
spes portus delectat. Dolorem
medicine spes salutis mitigat
qui nucleum desiderat nucem frangit.
Ergo primam agat qui secundam velit H
adquirere bona. Volentes igitur
igitur bene verba Ricardi cum diligencia
indagare dicamus quod deus in celo
quatuor magna beneficia suis
fidelibus preparavit scilicet plenam satie-
tatem tranquillam securitatem
integram sanitatem et dulcem
iocunditatem preparavit quidem ple-
nam sanctitatem plantavit

cum deus arborem cuius radix fo-
lia et flores sunt in mundo fruc-
tus non percipitur in celo Radix a-
mara est penitentia de qua ama-
ritudine dicitur Jeremie 6 Luctum uni-
geniti fac tibi planctum amarum
Folia est ipsa confessio que sanat
vulnera peccatorum Apocalypsis 22 Folia
ligni ad sanitatem gentium Flores
sunt ipsa penitentie opera que sunt in
conspectu dei valde redolentia Ecclesiastici
24 Flores mei fructus honoris
et honestatis De hiis etiam in ce-
lesti patria nascitur fructus eterne
refectionis et satietatis de quo dicitur
Cantica 2 Sub umbra illius quem
desideraveram sedi et fructus eius
dulcis gutturi meo Psalmus Sa-
tiabor cum apparuerit gloria tua
Primum autem sit quamvis ista radix
penitentie amaritudinem eius tamen
compensare debet suavitas refectionis
eterne Et ideo bene dicitur Amari-
tudinem radicis dulcedo pomi
compensat Secundo deus preparavit tran-
quillam securitatem portus quia
vita in mare in quo magni de-
vorant minores sicut accidit in
piscibus Abacuk 1 Facies homines
sicut pisces maris In qua etiam
homines fere sunt in motu cupidi-
tatis et ambitionis Ysaie 57
Impii quasi mare fervens quod
quiescere non potest In qua etiam
illi qui videbantur electi periclitantur
Exodi 15 Electi principes eius sub-
mersi sunt in mari rubro In
futuro autem est portus tranquillitatis
et quietis Apocalypsis 14 Amodo
iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis Tertium autem

per quod venitur de isto mari ad
istum portum est penitentia ita quod qui
habet navem non ascendit ad istum
portum pervenire non valebit Sapientie 14
Exiguo ligno credunt homines
animas suas et transeuntes mare
per ratem liberati sunt Tertium autem
labor sit et multa pericula in navi-
gando animus tamen hec mitigare
debet spes quam habemus in perve-
niendo Et ideo dicitur pericula ma-
ris spes portus delectat Tertio
deus paravit nobis integram sani-
tatem In hoc enim mundo est infir-
mitas continua Ysaie 1 A planta
pedis usque ad verticem non est in eo
sanitas A planta enim pedis sen-
sualitatis usque ad verticem rationis
nulla in nobis sanitas invenitur
Sanitas autem celestis tota erit plena
[illegible] sanitatis Ysaie 60 Occu-
pabit salus muros tuos Et quia
et cum muros civitatis [illegible]
est sanitas sed infirmitas me-
dicina autem huius infirmitatis est
penitentia salutaris Ecclesiastici 38 Altissi-
mus de terra creavit medicinam
et vir prudens non abhorrebit
eam Deus enim de terra nostri cordis
educit medicinam penitentie salutaris
per quam sanatur omnis infirmitas
mentis Et sic dicit Crisostomus
medicina citius sanat quam
amara penitentia citius curat Istam
tamen amaritudinem penitentie mi-
tigare debet spes salutis adi-
piscende Et ideo dicitur Dolorem
medicine spes salutis mitigat
Quarto deus preparavit nobis dulcem
suavitatem de qua dicitur in psalmo
Quam magna multitudo dulcedinis tue domine

quam abscondisti timentibus
te. Qui non vult gustare hanc
celestem dulcedinem oportet
ut prius gustet penitencie amaritudinem.
Et ideo dicit Qui nucleum ed-
derit nucem frangat per nucem
intelligitur cristus in quo fuit
corium, cortex mortalis corporis
et nucleus intus dulcis divinitatis
et testa media anime fortis. Cristus
igitur habuit corium corporis frac-
tum per attricionem et vulneracionem
Ysaie 53 Ipse autem vulneratus
est propter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra. Habuit
testam anime fractam per dolo-
rem Mathei 26 Tristis est anima
mea usque ad mortem. Nucleus
autem divinitatis frangi non potest
sed tamen fractis fractionis corporis
et anime ostendit se acquisi-
visse gloriam beatitudinis sue
Hebreorum 2 Eum autem qui modico quam
angeli minoratus est videmus Ihesum
propter passionem mortis gloria et
honore coronatum. Nos igitur fra-
ngamus corium corporis nostri per mor-
tificacionem Colossensium 3 Mortificate
membra vestra que sunt super
terram frangamus et testam anime
nostre per contricionem Joelis 2 Scin-
dite corda vestra et non vestimenta
vestra et sic perveniemus ad nu-
cleum id est ad gustandum eternam dulce-
dinem. Psalmus Secundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo
consolaciones tue letificaverunt
animam meam etc. Sequitur alius

Sequitur sermo de sanctis Cosma et Damiano medicis et cetera etc.

Medici suscitabunt et confitebuntur
tibi. Ista verba que scripta videntur
esse posuisse interrogative
et negative exponi possunt de
istis martiribus scilicet Cosma et Dami-
ano remissive et affirmative. Ipsi
enim fuerunt medici corporales et spiritua-
les et multos de gravibus infirmita-
tibus corporum et animarum suscitabant
ideo dicit medici suscitabunt et hoc
non per se sed deo attribuebant ideo dicit
confitebuntur tibi. De istis autem
medicis dei quatuor videnda sunt.
Primo quales fuerunt quantum ad progre-
niem. Secundo quales quantum ad artem.
Tercio quales ad passionem. Quarto
quales ad nostram subvencionem. Circa
primum est notandum quod ipsi quantum ad origi-
nem sunt quasi fratres a religione
matre progeniti. Quorum nomina
sunt Cosmas Damianus Antimus
Leoncius et Euprepius. Circa tamen
de duobus primis scilicet Cosma et Da-
miano qui fuerunt gemini fratres
et inter ceteros dignioris tamen solemp-
nizat ecclesia. Felix igitur fraternitas sed
quia a parentibus religiosis progenita
felicior quia sunt martirio coronata
felicissima quia sunt ad gloriam
celestem assumpta. Est enim felix
fraternitas quia sunt a parentibus religi-
osis progenita. Bonitas enim parentum
sepe est causa multarum in filiis
bonitatum. Unde Crisostomus super Mathei dat
documentum volentibus uxorem accipere.
Quod si ambo parentes puelle sunt
boni secure eam accipias seu acci-
piat. Si autem ambo sunt mali o-
mnino ipsam fugiat. Si vero alter bonus
et alter malus quid facturus sit
timeat verum tamen si pater est bonus

et mater mala magis debet timere
Si vero pater malus et mater bona minus
timere potest quia puelle magis consue-
uerunt sequi mores maternos quam
paternos / Est etiam ista fraternitas
felicior quia fuit martirio coronata
Verum autem et perfectum martirium quatuor
faciunt scilicet pena causa precedens vi-
ta et acquisita corona Ecce quatuor
tangit apostolus Hebr. 11. Sancti
per fidem vicerunt regna Ecce causa
Operati sunt iusticiam ecce vita ad-
epti sunt repromissiones ecce ac-
quisita corona Alii vero ludibria et
verbera sunt experti etc. Ecce pena
Ista quatuor in istis martiribus
perfecte fuerunt Habuerunt enim vitam
sanctam / Ideo dicitur decius corona
terrena contempnebant Habuerunt
fidem firmam quia pro christo ipsi mortem
pati non formidabant Habue-
runt penam acerbam quia fuerunt
cruciati lapidati sagittati et deco-
llati Habuerunt acquisitam coronam
quia celestem coronam a domino
receperunt Est etiam ista fraternitas
felicissima quia ad celestem
gloriam est assumpta Sed certa ge-
mmas que in sua corona hos
quinque lapides preciosos portat /
Felices illi qui hos quinque marti-
res merentur habere patronos //
Prolixum quid est quando homo est
solus quia cito a diabolo vincitur
Sed si habet unum vel duos pa-
tronos securus esse potest quando ma-
gis si quinque habet Eccl. 4
Melius est simul esse duos quam
unum habent enim emolumentum
societatis sue Si unus ceciderit
ab alio fulcietur / Talis est quia
temptationibus demonum fortiter
resistunt ne decipiant / Ideo

subditur Si quis solus preualue-
rit aduersus alium duo resistent
ei Aliud est quia in dei amore
frigidos inflammant / Ideo subdit
Et si dormierint duo fouebunt
mutuo Aliud est quia
fortiori vinculo coniungunt / Ideo
subditur Funiculus triplex diffi-
cile rumpitur Sed si unus vel
duo vel tres sancti sic a peccatis
reuocant sic a temptationibus
diaboli conseruant sic in dei amore
inflammant sic indissolubiliter
deo copulant quid facient si
quinque conueniant qui homines adiuua-
rent Et ideo utile est hos quinque
habere patronos et in celesti curia
aduocatos / Isti quinque medici fue-
runt quantum ad artem ipsi enim
fuerunt medici quia a spiritu sancto
acceperunt gratiam curandi Adiu-
uabat enim scientia cirurgicorum non tamen accepe-
runt spiritum sanctum ad sui instruc-
tionem non tamen ad corroborationem
sed etiam ad peccatorum remissionem
et miraculorum operationem / Sanabant
autem isti medici communiter liberaliter
mirabiliter et totaliter Communi-
ter sanabant quia omnibus tam
magnis quam paruis tam diuiti-
bus quam pauperibus immo etiam
ipsis animalibus curationis beneficia
impendebant ut visitet de cibo ill'
complete homines et iumenta sana-
bant Sanabant liberaliter
quia nichil ab aliquo recipere vo-
lebant Math. 10 Gratis accepistis
gratis date Unde cum sanctus
Damianus quoddam munusculum
a quadam matrona accepisset
Cosmas frater eius multum
commotus fuit quod nec corpus illius
cum suo corpore poneretur precepit

Sanabant invisibiliter et visibiliter
cum illa curatio fuit qua quidam
crure putridum ipsius crure perdiderat
et crure mauri recenter sepulti
inserierunt. Sanabant integraliter
et totaliter quia corpora morbos
pellendo et animabus peccatorum
veniam impetrando. Sepe enim
infirmitas mentis est occasio
infirmitatis corporis sicut dicit
dominus cuidam infirmo sancti
Johannis v c. Ecce sanus factus
es iam amplius noli peccare
ne deterius tibi contingat. Et
sanitas mentis sepe est occa-
sio sanitatis corporis. Proverbiorum 17
animus gaudens etatem flo-
ridam facit. Sic econverso
infirmitas corporis est occasio
sanitatis mentis. Ecclesiastici 31°
infirmitas gravis sobriam
facit animam. i. Cor. 12 Cum
infirmor tunc potens sum
Et sanitas corporis sepe est
occasio infirmitatis mentis. Psalmo
prodiit quasi ex adipe iniquitas
eorum. // Tercio videndum est quales
fuerunt quantum ad passionem eo-
rum. Nam passio fuit gloriosa
miraculosa fructuosa et victo-
riosa. Gloriosa quidem fuit
quia ipsi duo sancti Cosmas et
Damianus ad similitudinem
Christi fuerunt crucifixi. Et sicut
dicitur Ecclesiastici 23 Magna est glo-
ria sequi dominum. Nec tamen
fuerunt crucifixi corpore sed etiam
mente iuxta illud Galatas secundo
Christo crucifixus sum. Cruci
fuerunt a superiori magnam
caritatem ab inferiori profundam
humilitatem a dextris magnam
in prosperis temperantiam a sinistris
magnam in adversis patientiam

Fuit etiam miraculosa quia sicut in
legenda habetur // cum sagittarentur
sagitte redibant in ipsos iaculatores
et ipsos perforabant. Cum lapidarentur
lapides redibant in ipsos actores
Sapientie 16 vindex est enim orbis iniustorum
Fuit etiam eorum passio fructuosa
quia fructum centesimum habuerunt
Quibusdam enim sanctis datur fructus
tricesimus quibusdam sexagesimus
in activis autem datur centesimus Matthei
13 Alia ceciderunt in terram bonam
et dabant fructum aliud centesimum
aliud sexagesimum aliud tricesimum
Ipsi enim martires fuerunt terra bona quam
habuerunt cor bonum optimum et pacifi-
cum Luce 8 Quod autem in terram
bonam hii sunt qui in corde bono
et optimo au. v. re. et f. af.
ipsa habuerunt cor pacificum
quia passi sunt patienter cor bonum
quia passi sunt libenter cor optimum
quia passi sunt constanter et gaudenter
Fuit etiam eorum passio victoriosa
quia fuerunt in omnibus elementis
conmissi nam in terra quia in pedi-
bus et manibus sunt fuerunt
torti sed in nullo conturbati
Conmissi in aqua quia sunt
alligati et in mare precipitati
sed ab angelis soluti et liberati
conmissi in aere quia in eculeo
suspenduntur sed ab angelis deponuntur
conmissi in igne quia in ignem
copiosum proiecti sed illesi con-
servantur. Sapientie 16 Creatura enim
tibi factori deserviens exardes-
cit in tormenta adversus iniustos
et lenior fit in hiis qui in te
confidunt // Quarto videndum est
quales fuerunt et sunt quantum ad nostram
subventionem. Ipsi enim subvenerunt
debilibus sicut patet in illo

in quem superius pro eo intrucat ~~dr~~ et oppressione demonum defendunt ab oppressione demonum sicut patet in vita Aug. dam qua ipsi rrome dancat quam demones prepitare voluerunt sed ipam sancti martires defenderunt diligentem curam habet de suis devotis sicut patet in cu stade ecclesie sue cui cruce maradio pederunt et aliud sanus insurrexerunt secundum ultam inserunt malis sicut patet quando demonibus preceperunt ut tyrannum blasphemantem in faciem percuteret et inserunt penitentibus et humilia vidit cum predictus tyrannus eos rogaret ut flagella demonum ab eo removerent statim eos desistere preceperunt ecce quod isti martires habent demones in sua potestate quia iussi statim ferunt et itum iussi continuo desistunt Sabel venuqmo illudes ei quasi auratus quando emittit recedit et quando revocatur reddit sic isti martires habent demones quasi aucupes quia quando eos emittunt ad maiorem vindictam ostendam statim ascendunt quando eos revocant statim obsecuntur etc.

Sermo secundus de sancto Cosma et Damiano

Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Isti sancti martires scilicet Cosma et Damianus erant fratres non tantum carne sed etiam fide et passione / habitant autem in unum sex modis. Primo quantum ad idem domicilium. 2o quantum ad eundem mentis affectum. Tercio quantum ad idem officium. Quarto quantum ad eandem fidem. Quinto quantum ad eandem operationem. Sexto quantum ad eandem passionem.

Primo igitur habitaverunt in unum quantum ad idem domicilium quia ad levam ipsi quidem fratres cum religiosa matre in una domo insimul habitabant / felix ista mater que tales filios generavit de qua marcio libet michi legatus per tres quiquies mater appellari necto quia in quolibet filiorum matrem est prospera / habitabant autem isti fratres insimul pacifice et concordie et ideo ipsorum habitatio fuit laudabilis. Sermi enim dei libenter debent insimul habitare quia multa bona ex hoc consequuntur que notantur Ecclesiastici X ubi dicitur melius est duos simul esse quam unum / habent enim emolimentum societatis sue. Si unus ceciderit ab alio fulcietur ve soli quia cum ceciderit non habet elevantem se et si dormierint duo fovebuntur mutuo unus quomodo calefiet et si quispiam prevaluerit contra unum duo resistunt ei. Quatuor namque sunt genera hominum qui libenter volunt societatem habere scilicet negociatores qui ad invicem societate faciunt et multa emolimenta et lucra acquirunt / Ideo dicitur habent enim emolimentum societatis sue. Itinerantes quia libenter in societate vadunt et si unus ex ipsis ceciderit / ab alio fulcietur alii manus ei porrigunt et ideo surgit. Sic unus ceciderit ab alio fulcietur preliantes qui habent volunt esse plures ut facilius hostibus resistant / Ideo subditur si quispiam prevaluerit contra unum duo resistent ei. Dormientes qui quando sunt insimul frigoris mutuo a se repellunt

Qui igitur dei sunt negaci-
ones. Dei luce 19 negociamini
dum venio ipi cum ad minuta
multa lucra acquirunt quidam
vnus acquirit ab alio humilita-
tem ab alio castitatem alio
temperanciam ab alio pacienciam
Sunt eciam ut mercantes .i. ad
celestem patriam properantes
Et ideo si vnus cadit alii suis
oracionibus et exhortacionibus
eum sublevare festinant prover-
biorum 6 discurre festina suscita
amicum tuum Sunt eciam preliantes
et ideo quando sunt plures
sunt demonibus valde terribiles
Cantica VI pulcra es amica
mea suavis et decora sicut
iherusalem terribilis ut castrorum
acies ordinata Sunt eciam
dormientes .i. lecto contempla-
cionis quiescentes Et ideo cum
sunt plures mutuo se inflam-
mant Unde sponsa conquebatur
se solam in lecto relictam
esse dicens Cantica 3 In lectulo
meo per noctes quesivi quem
diligit anima mea quesivi illum
et non inveni // Utilis est igitur
in congregacione habitacio quia
quod vnus non potest alius potest
et quod unus non habet alius supplet
Quod ostenditur in membris
corporis ad que patet dictum alteri
et corpore ab alio habent cum
vim activam et passivam collatam
et susceptivam Oculi cum et manus
in suis operibus dirigunt mutuo
sibi subserviunt mutuo dant et
accipiunt Oculi cum manus in
suis operibus dirigunt manus
oculos mundant et tergunt Similiter
os et aures sibi subserviunt os
cum aures verba ministrat / aures

vero ori obedienciam prestant Similiter
caput et pedes similiter sibi subser-
viunt mutuo Caput cum sensibus
influunt sensum et motum pedes
caput portant et tenent Sic est
in corpore mistico Oculus cum et manus
signant contemplativos et activos Contempla-
tivus igitur activum in suis operibus
dirigit et activus vero contemplativo in
temporalibus subvenit Os aut et aures
signant predicatores et auditores
predicatores aut auditoribus influunt
verba doctrine auditores aut dant
predicatoribus consensum obediencie
Caput et pedes signant prelatos et
subditos / prelati cum debent influere
in subditos secundum amorem et motum
boni operis per verbum et exemplum
Subditi aut prelatos supportare
debent si aliquando gravia iniungunt
vel difficilia imponunt / Secundo
in simul habitant quantum ad eundem
mentis affectum Michi cum potest
si religiosi in simul habitarent
corpore et diversi essent mente Hugo
de sancto victore Nichil prodest
si nos contineat vna domus et se-
parent diversa voluntas Sunt cum
multi in simul habitantes non
more hominum sed ferarum / scilicet cum
ad invicem pugnant aut propter cibum
aut propter domicilium aut quando
de libidine certantur Sic eciam
sunt multi monachi et religiosi
qui cottidie litigacionibus contencionibus
et murmuracionibus insurgunt aut
propter cibum quia non delicate ut vellent
pascuntur aut propter domicilium
quia scilicet in magnis monasteriis
et conventibus non collocantur
aut propter libidinem dominandi quia scilicet

ad prelaciones et alia officia dignita-
tum commouentur. Religiosi igitur
sunt innumeri uncti sicut uncti
in corpore ita debent uniri mentis
dileccione. Septima cum dileccio uniat
in religione homines diuersorum
cordium et voluntatum. Certitudo
multitudinis credencium erat cor
unum et anima una. Hugo de sancto
victore. Hec est quod maxime
adducit concordiam si quis non
suam sed alienam voluntatem facere
studeat in bono et hec est magne
humilitatis indicium. Unde conseruatur
obediencia et crescit caritas
et pax atque iusticia et cetere
virtutes. Quod si ego volo facere
voluntatem meam et iste suam
et ille suam sunt diuisiones
oriuntur lites ire quoque et rixe que
sunt apud carnales. Conuenit eciam
homines diuersorum morum. Psalmo
Qui habitare facit unius moris
in domo. Hugo de sancto vic-
tore. Ecce in una simul plures
homines diuersi moribus diuersa cor-
da diuerse anime licet anima deberet
coniungi in unum una intencio
et unus amor in domo. Conuenit
eciam homines diuersarum nacionum.
Ysaie lx. Filii tui de longe
venient et filie tue de latere
surgent. Religiosi cum suscipit
longe i. deuocione retrahencia
sunt de latere i. deuocione propin-
qua debent tamen uniri per unitatem
fraternam. Unde cantat ecclesia
per diuersitatem linguarum cunctas
gentes in unitate fidei congre-
gasti. Conuenit eciam homines
diuersas contemplaciones religio-

sorum et est tanquam archa
in qua animalia animalia mitia
et immitia fuerunt pacificata.
Ubi ubi completur illud quod dicitur
Ysaie xi. Habitabit lupus cum
agno et pardus cum edo accubabit.
Quidam enim instar agni naturaliter
videntur mites quidam instar
pardi naturaliter videntur astuti
quidam instar edi naturaliter
videntur inquieti. Istas autem
diuersas complexiones debet uniri
et coniungere amor dei. Conuenit
eciam homines diuersarum condicionum
et nobiles et ignobiles ut in
victu et vestitu utantur. Ezechielis
cum esset si aquila duo grana
vestitur cum quo columba. Ibi
namque completur illud Ysaie lxv.
Lupus et agnus pascentur
simul leo et bos comedent
paleas i. siue sunt multa
appetentes ut lupi siue parui
ut agni siue sunt nobiles
instar leonum siue ignobiles
et torpentes instar boum. Ad
debent vesci uno genere ciborum.
Conuenit eciam homines diuer-
sarum etatum scilicet antiquiores minores
et mediocres et sepe prelatus
iuuenis eis preponitur qui eos
regit et ducit in dei amore
coniungit. Ysaie xi. Vitulus et
leo et ouis simul morabuntur
et puer paruulus minabit eos.
Per vitulum intelliguntur iuniores
per ouem anhelitum frigidum et
balatum subobscurum intelliguntur
senes. Per leones intelliguntur
viri robusti et fortes. Iste sepe

in una domo morantur et collati-
one cibis sepe cibis reficiuntur et
eos pacifice regit et ducit Deo
habitaverunt in simul. Quantum
ad idem officium fuerunt cum
ambo medici non tamen corporis
sed etiam animarum. Christus quidem
animas sanabant in ducendo
ad contricionem. Iste cum tribus
modis instar medicine corpora-
lis animas sanabat. Sanatur cum
aliquando corpus per amore
medicine susceptionem. Ista est
contricio Prov. 31 Amara est
potio bibentibus illam. Jer. 6
luctu unigeniti fac planctum
amarum. Aliquando per vomitum
et reiectionem. Ista est confessio
ubi homo ea que male con-
gregavit debet per os suum
evomere. Prov. 30 Verba congre-
gationis filii vomentis. Eccl.
31 Si coactus fueris in edendo
multum surge e medio et vo-
me et refrigerabit te et non
adduces corpori tuo infirmitatem.
Aliquando per sudorem minu-
tionem et dietam per quam intel-
liguntur tres partes satisfactionis
scilicet oratio elemosina et ieiu-
nium. Oratio autem et maxime
quando est lacrimosa intelligitur
per sudorem. Contingit cum oculus
sudat quando plorat. Eccl. 22
pungens oculum educit lacrimas
et qui pungit cor profert sen-
sum. Elemosina autem intelligitur
per minutionem. Istam minutionem
docet Deus facere dicens Luc.
11° Quod super est date

elemosinam. Et omnia munda
sunt vobis. Postea dicat Sanguinem
superfluum a corpore vestro diminui-
te et sanitate carnis obtine-
bitis. Ieiunium autem intelligitur per dietam
per quod diabolus expellitur a corde
sicut lupus per famam de nemore.
Matt. 17 Hoc genus demoniorum
non eicitur nisi per orationem et ieiunium.
Quarto habitaverunt in unum
quantum ad eandem fidem. Fides
enim coniungit hominem Deo. Unde quo-
dam tinctorium applicatur. Ysaie 61
et erit inspersum cingulum lumborum
eius et fides tinctorium renum
eius. Sicut enim sponsa coniungitur
sponso sic per fidem anima coniungitur Deo.
Osee 2 Sponsabo te michi in fi-
de. Coniungit etiam homines. Eccl. 21
Dilige proximum et coniungere fide
cum illo. Coniungit etiam hominem
principi. Eccl. 27 fideli autem amicum
ad glutinandum est ei. Quinto habi-
taverunt in simul quantum ad eandem
operationem. Omnes enim operabantur propter
eandem finem id est propter Deum. Tamen enim
aliter operatur opera sua perdit. Deus
enim est finis omnium desideriorum
quia summa bonitas est. Psalmus 71
Desiderium iustorum omne bonum. Expecta-
tio impiorum furor omnium cognitionum
quia summa veritas est. Ioh. 14
Ego sum via veritas et vita
omnium amorum quia summa suavitas
est. Eccl. 24 Spiritus meus super mel
dulcis et hereditas mea super mel et
favum. Omnium operum quia fecit summa
tranquillitas. Sap. 12 Tu autem
dominator virtutis cum tranquillitate

iucunditas cum magna reverentia
disponis nos omnia cum spiritu nostra
in ipso quietantur et tranquillitantur
Apoc. 18. Quomodo iam dicit propterea
ut requiescant a laboribus suis ipsos
quartus finis tangit Augustinus in libro
de civitate dei dicens ipse est finis
desideriorum nostrorum qui sine fine
videbitur sine fastidio amabitur sine
errore cognoscetur sine fatigatione
laudabitur. Quarto habitaverunt
insimul quantum ad eandem passionem
omnes cum quibus fuit insimul decapitati. Isti tamen duo martires
scilicet Cosmas et Damianus omnes
passiones quas alii sancti passi
sunt particulariter videntur habuisse
universaliter. Fuit cum in mare missi
instar clementis. In igne proiecti
instar laurencii. In aculeo torti
instar vincencii. Crucifixi instar
petri. Lapidati instar Stephani.
Sagittati instar Sebastiani. Decollati instar pauli etc.

Sermo primus de Sancto Wenceslao. Sequitur etc.

Beatus dives qui inventus est sine macula. Eccl. 31. Creator
deus similes nos sibi effecit
esse in deo ad pietatem tamquam
precipue nos invitat. Ezechiel enim
est quod sit similes nos deo facit
sicut pietas et misericordia. Eccl. 4. Esto
pupillis misericors ut pater et pro
viro matri eorum et eris velud
filius altissimi. Cum enim misericordia
dei sit super omnia opera eius patet
quod sit misericors maxime super omnes
misericordes similitudine vero bonitatis
amor. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi
simile. Augustinus. Ezechiel est quod
vos ita deo amabiles facit
seu faciat ut pietas dicit ergo
Beatus dives qui inventus est
sine macula. Non dixit simpliciter
beatus dives sed addidit qui inventus est sine macula. Quia
alii divites confidentes in divitiis
suis sunt maledicti unde dicitur
Luce 6. Verumtamen ve vobis divitibus
qui habetis hic consolationem vestram.
Similiter alii dicunt esse sapientes
unde dicitur Ysa. 5. Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram
vobis metipsis prudentes. Item
dicit esse potentes Ysa. 5. Ve
qui potentes estis ad bibendum
vinum et viri fortes ad miscendum ebrietatem. Divicie enim
non faciunt hominem beatum sed
miserum. Apoc. 3. Dicis quia
dives sum et locupletatus et
nullius egeo et nescis quia miser
es et miserabilis cecus et pauper
et nudus. Item potencia facit
hominem beatum sed maioribus
tormentis adductum. Sapie. 6.
potentes potenter tormenta
patientur. Item sapiencia humana
seu mundana facit hominem
beatum sed stultum. 1 Cor. 3. Sapientia
enim huius mundi stulticia est apud
deum. Beatus autem Wenceslaus
cuius solempnitatem colimus venerabiliter ista dona habuit
scilicet sapienciam potenciam et divicias
que multis occasio fuerunt ruine. Ipse autem hiis donis suffultus
et ad bonum adiutus eadem dona
non convertit ad bonitatem mundi sed
ad gloriam dei ut videtur in ipso
quod dicitur Ro. 8. Diligentibus
deum omnia cooperantur in bonum

Horum divicias convertat ad gloriam
dei faciendo largas elemosinas
non tamen corporales sed etiam spirituales
unde de eo canitur Infantes et
gentiles servituti gentilis et eos
fecit heredes fidei christi perditos
unde de eo scriptum est Cuius pes
aurum non abiit nec speravit in the-
sauris pecunie fecit enim mirabilia
in vita sua Cuius mirabilia de
ipso etiam cantat pauper in divi-
ciis potenciam quam habuit quia
scilicet princeps mundi fuit non convertit
ad tyrannidem sicut modicum faciunt
sed ad pietatem et misericordiam
ut visitetur quod de ipso cantat etiam
virum humilis in gloria Sapientiam
etiam mundanam non convertit ad va-
nitatem Sed nunc autem explici-
cendam tria nos inducere debent
scilicet debitum exemplum et emoli-
mentum debitum quidem quia deo
debemus timorem honorem et
amorem Ille autem qui miseretur
et pauperi bene facit ostendit
se deum timere Eccli 17 Qui timet
deum faciet bona Ostendit se
deum honorare Prov 14 Honorat
deum qui miseretur pauperi
Ostendit se deum diligere Qui
enim miseretur filio ostendit se amare
dominum Qui miseretur membris oste-
ndit se amare caput Nos autem
sumus filii christi sumus christi mem-
bra christi Preterea deus cum sit
deus vere summe potens opus
misericordie precepit Math 5 Estote
misericordes sicut et pater vester
misericors est Cum sit vere magister
summe sapiens opus misericordie
consulit Math 19 Si vis perfectus
esse vade et vende omnia que

habes et da pauperibus Cum sit
pater noster summe bonus opus misericordie
vult Math 9 Euntes autem discite
quid est misericordiam volo et non sacrificium
Nos autem debemus implere preceptum
domini tam potentis ut ipsum
timeamus audire consilium magistri
tam sapientis ut ipsum honoremus
et perficere voluntatem patris tam
clementis ut ipsum amemus Secundo
ad opus misericordie nos inducere debet
exemplum omnium creaturarum scilicet crea-
ture insensibilis rationabilis et in-
tellectualis In sensibilibus quidem tam superio-
ribus sicut patet in sole quia omnibus
lumen suum infudit quam medie
sicut patet in aere qui omnibus
pluviam salutarem transmittit Math
5 Benefacite hiis qui oderunt vos
ut sitis filii patris vestri qui in
celis est qui solem suum oriri facit
super bonos et malos et pluit
super iustos et iniustos Quam eciam
in fine sicut patet in terra que
fructum quem affert non sibi reservat
sed nobis tribuit Ambrosius Si levare
sursum oculos non potes saltem
ea que deorsum sunt in pedibus
tuis intuere Affert tibi fructum sicut
terra Noli esse deterior in sensibili
elemento Illa enim fructus quos
affert non suis usibus vendicat
sed tuis ministrat obsequiis tu
non fructus illius salubs? in radiis
et tibi soli concludis Job 12
Loquere terre et respondebit tibi
Invenimus eciam exemplo tam
in rationalibus in hoc tamen exempla de
operum quam diversarum Exercitarum
quidem sicut patet in elephantibus

ff

quorum si unus cecidit currunt
ceteri ad sublevandum patet etiam in
cervis qui cum aquas/flumen transna-
re volunt seu debent ne forte
fatigentur ponderositate cornuum
ponunt capita super dorsum seu
dorsa sociorum || tandem primus
redit ad ultimum et fit novissi-
mus et sic mutuo se succedunt
patet etiam in equabus que quando
in simul pascuntur si aliqua moritur
alia suscipit filium eius ad nutrien-
dum patet etiam in avibus quia
primum carissimum non est aliud cadaver
propter quod vel aliquorum aliud mu-
tuum se comedere || patet etiam in
porcis qui si unus percutitur ceteri
currunt ad adiuvandum Sed multi
sunt econtrario tamen christianorum si unus
percussus fuit ceteri currunt non ad
subveniendum sed ad mordendum
diversorum non propriorum sicut patet
in leonibus qui mutuum non ostendunt
nam hominibus crudelitatibus || propter
hominibus coram se proprietatis et
non nocent animalibus infirmis nisi
fame valida urgeantur Ideo potest
dici illud Job 1. Interroga iumen-
ta et docebunt te volatilia
celi et indicabunt tibi Inducitur
eciam in exemplo creature rationalis
et hoc quantum ad triplicem ritum
scilicet gentilium iudeorum et christiano-
rum Gentilium quidem sicut patet
in Allexandro de quo refert Valeri-
us Cum dum in Asia quadam
loco invalida tempestate oppressus
esset et iuxta ignem repperit
militem quemdam macedonem
nimia senectute confectum et ni-
mio frigore stridentem apposuit

circa ignem exsiliens cum levavit
et in sua sede locavit Iudeorum
quoque sicut patet in Moyse qui
tanta fuit pietate et compas-
sione plenus ut domino domino
diceret Exo. 32. Aut dimitte
eis hanc noxam aut si non facis
dele me de libro tuo in quo
me scripsisti Christianorum vero
sicut patet in Paulo qui tanta
fuit pietate et caritate plenus
ut videtur potest excludi a gloria
ut ceteri salvarentur Ro. 9.
Optabam enim ego ipse anathema
esse pro fratribus suis qui sunt cognati
mei || Similiter etiam patet in sancto
Dominico qui se vendere volui-
t pro redemptione cuiusdam captivi
patet in sancto Iohanne elemo-
sinario qui in oratione sua sepe
dicebat Sic sit bone Ihesu ego dis-
pergendo et tu subministrando vi-
deamus quis vincat Inducitur
etiam exemplo creature intellectualis
scilicet angelorum qui erga nos tanta
caritate et pietate replentur
quod dant nobis suum posse demon-
strando suum nosse pro via
sapientie et innocentie nobis ducen-
do suum velle salutem nostram
desiderando ps. 9. Angelis suis
mandavit de te ut Ecce quam
sollicite nos custodiunt et in ma-
nibus portabunt te ne forte of-
fendas Ecce quam sapienter et
innocenter nos ducunt et quam ar-
denter nostram salutem concupiscunt
Quia si nostram salutem valde
non desiderarent nos in suis
manibus non portarent Super aspi-
dem et basiliscum ambulabis
etc. Ecce quam potenter nos demi-
nus vincere faciunt Tercio adop-

nunc induitur vos debet emoli-
mentum vel spiritualiter aut emolimentum
consequimur concedatur in vita in morte
et post mortem In vita quidem
quia ipsa anima quam impendimus
valet ad honorum temporalium multipli-
cationem Luce 6 Date et dabitur vobis
proverbiorum 18 qui dat pauperi non
indigebit Item aut despicit de-
precantem sustinebit penuriam
proverbiorum 3 honora dominum de tua
substantia et de primiciis omnium frugum
tuarum da pauperibus ut imple-
antur horrea tua saturitate vino
torcularia tua redundabunt
valet ad peccatorum remissionem
Ecclesiastici 3 Elemosina eius patris
non erit in oblivione et sicut
in sereno glacies solventur peccata
tua Glossa super illud Mathei 12
Extende manum tuam dicit vincti
plus valet oratio quam elemo-
sinarum largitio frustra pro peccatis
ad deum manus extendit qui
has ad pauperes pro posse suo non
extendit Ecclesiastici 3 Ignem ardentem
tem extinguit aqua et elemo-
sina resistit peccatis valet ad
pene debite pro peccatis diminucionem
Danielis 4 peccata tua elemosinis
redime et iniquitates tuas
misericordiis pauperum valet ad
spacii penitencie prolongacionem
unde dicit Glossa super illud T.
Tym 4 pietas ad omnia valet
si quis modo sequitur sibi lubri-
cum carnis patiatur vapulabit
quidem sed non peribit valet ad
oracionis exaudicionem Ysaie 58
Frange esurienti panem tuum
et egenos vagosque induc
in domum tuam tunc invocabis

et dominus exaudiet clamabis et
dicet ecce assum vir cum misericordibus
dedecoravit multo fortius debet inter illa
potissimum Ego autem sicut oliva fructi-
fera in domo dei speravi et in misericordia
dei habet cum deum sibi obligatum
proverbiorum 19 Feneratur domino qui miseretur
pauperis et vicissitudinem suam reddet
ei valet ad gracie infusionem Ysaie 58
Cum effuderis esurienti animam tuam
et animam afflictam repleveris orietur
in tenebris lux tua et tenebre
tue erunt sicut meridies Homo enim
per peccatum erat tenebrosus quem
adveniente gratia totus est lucidus
Secundo opus nunc valet homini in mor-
te Ipsa enim elemosina hominem
in morte associat Cantica Vero sunt
bona hominis que secum ferre non
potest sola autem elemosina est defunctorum
associando viam demonstrat Vadit cum
ante faciem eius ut viam sibi
ostendat Ysaie lviij Frange esu-
rienti panem tuum et anteibit faciem
tuam iusticia tua et gloria domini
colliget te Demonstrando dyabolum
expugnat Ecclesiastici 29 dicitur de ele-
mosina Super scutum potentis et
super lanceam adversus inimicum tuum
pugnabit Glossa super illud psalmi
misericordia mea et refugium meum
de illa re sit vincitur dyabolus
sicut de ira Ecclesiastici 17 Elemosina
viri sicut sacculus cum ipso et gratiam
hominis quasi pupillam conservabit
Sicut cum manus reponitur ut pu-
pilla conservetur Sic elemosina quasi
sacculus dyaboli se interponit et animam
defendit dicit enim Crisostomus Quod
qui edificat animam edificat super
petram qui est anima Et ideo securius

esse pt iuxta illud Job 17. Pone
me due iuxta te et cuius vis
manus pugnet contra me Expugnan-
do et reparando hostium celi reserat
In huius signatorum legitur 2 Regum
Quod Salomon fecit ingressum ora-
culi duo hostia de lignis oliua-
rum quia due sunt potencie
scilicet temporalis et spiritualis Augustinus
in libro de vera innocencia confes-
sionum ad deum quibus sunt pietatis
affectus In cuius signum cristus ascen-
dit de monte oliueti ad celum
reserando viam et spacium in cu-
ria celesti pat proverbiis 18. Donum
hominis dilatat viam eius eius
principes ei pat reparando regi pa-
tentes litteras representat quas
ipse omnibus misericordibus dicens
Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam
consequentur Reputando aput regem
intercedit et orat Eccl 29 Conclu-
de elemosinam in sinu pauperis
et hec pro te orabit ab omni
malo intercedendo ascendere et
locum sibi debitum impetrat Eccl 16
Omnis misericordia faciet vnicuique locum
secundum meritum operum suorum et
secundum intellectum peregrinacionis sue
illius / Tercio opus nunc valet
homini post mortem valet eum
in iudicio in regno et defendit
ab inferno In iudicio quia vale-
bit iuxta illud ps Jocundus
homo qui miseretur et comodat etc
Habebunt enim tunc misericordes
magnam iocunditatem de operibus
suis misericordie que fecerunt Ideo dicitur
Qui miseretur et comodat / Ha-
bebunt magnam dignitatem
quia cristus eos coram tota
curia celesti laudabit. Mat 25

Esuriui et dedistis michi man-
ducare etc Et ipsi respondebunt
Domine quando te vidimus esurien-
tem et pauimus te Et ideo dicit disponet
sermones suos in iudicio. Ha-
bebunt magnam stabilitatem quia
non poterunt commoueri Ideo sequitur
In eternum non commouebuntur Magna
stabilitas quia tibi misericordes
non commouebuntur vbi angeli de-
commouentur pro quibus Luce 21 Vir-
tutes celorum mouebuntur Job 2
Columpne celi contremiscunt.
Habebunt magnam securitatem
quia securi erunt a terribili sen-
tencia reproborum qua dicetur Discedite
a me maledicti in ignem eternum etc
Ideo subditur ab audicione mala
non timebunt / Valet eciam ei
nunc in regno celorum quia ibi
misericordes a deo et tota celesti
curia laudabuntur perpetua memoria
erit sanctorum [deleted] fiet de ei
Et ideo subditur In memoria
eterna erit iustus proverbiis vltimo
Surrexerunt filii eius id est omnes
sanctorum anime et beatissimam pre-
dicauerunt et vir eius id est cristus
laudauit eam Ipsi eciam a deo
benedicentur et ab omnibus sanctis
intra suam societatem reci-
pientur Deut 33 Aser in
filiis Aser sit placens fratri-
bus suis tingat in oleo pedem su-
um ferrum et es calciamentum
eius per Aser qui interpretatur beatitudo
intelliguntur misericordes de
quibus dicitur in psalmo Labores
manuum tuarum quia manducabis
beatus es etc Iste igitur Aser inter
ceteros sanctos consequetur dominus
benediccionem Ideo dicitur

beatus in templis asser illam
scilicet benedictionem de qua dicitur
Math 25 venite benedicti patris
mei etc. Consequenter cum fecerit
benedictionem placide cum eos susci-
pient in tabernaculis suis a
quibus suscepti fuerunt in hospi-
tiis suis Luce 16 facite vobis
amicos de mamona iniquitatis
ut cum defeceritis recipient vos
in eterna tabernacula // Oportet tamen
quod tales misericordes unum
pedem habeant calceatum ferro
aliud calceatum cere et utrumque
tinctum in oleo Et ideo subditur
tingent in oleo pedem suum
ferrum et es calciamentum eius
Unum habuit pedem calciatum
ferro quando in se domavit omnia
vitia sicut ferrum domat omnia
metalla propter posset dici de eis
illud Eccl. 14 Qui sibi nequam
cui alteri placens erit Qui alii
vult misereri prius debet misereri
sui Eccli. 30 Miserere anime
tue placens deo Unum vero
habent pedem calceatum cere
quando animam vana gloria sub-
peditant et supplantant Es
enim est sonorum Erumpunt aut
habent es in ore Qui si aliquod
bonum faciunt neque inde se iactant
et aliis manifestant contra quos
dicit dominus Math. 6 Cum facis
elemosinam noli tuba canere
ante te Erumpunt habent es
in manibus qui bona que fa-
ciunt propter ostentationem faciunt
ut scilicet ab hominibus videantur
Math 23 Omnia aut opera sua
faciunt ut videantur ab homi-
nibus Boni vero aut non habent

pedem calceatum cere quia ipsam
vanam elationem supplantant et bo-
na que faciunt ab omni fauore quantum
occultant Math 6 Sit elemosina
tua in abscondito reddet tibi retri-
butio aut pedem in oleo tingunt
Erumpunt habent et affectum misericordie
in opere Job 28 Cum effunderis esuri-
enti animam tuam Ecce compassio in
corde et animam afflictam repleueris Ecce
subventionem in opere // defendit eam
opus mie ab inferno scilicet a morte
interiori que est remorsus consciencie
a morte exteriori que ignis gehen-
ne et a morte superiori que est
privacio visionis divine ideo dicitur
Tho. 4. Elemosina ab omni peccato
et a morte liberat et non patietur
animam ire in tenebras Per peccatum
intelligitur mors interior quia ipsum
peccatum mors anime est que quidem
mors in inferno erit propter dum semper
conscientiam remordentem peccator
habebit // Per morte aut signatur
ipsa pena exterior // Per tenebras
signatur ipsa carentia visionis
divine Cum enim ipse deus sit
lux ubi non est deus lux esse
non potest Elemosina igitur
liberat ab omni peccato .i. a morte
interiori / liberat a morte .i. ab
omni pena infernali exteriori et non
patitur animas ire in tenebras quia
~~patitur~~ liberat a morte interiori

Sermo primus de festi-vitate angelorum etc.

Gaudium erit coram ange-
lis dei super uno peccatore pe-
nitentiam agente Luce 15
Si angeli gaudent de nostra conversi-
one seu conversatione et nos deinde

gaudent de ipsorum glorificatione. Et si de nobis faciunt festum in celis et nos de ipsis debemus facere festum in terris. Et ideo ecclesia de ipsis angelis qualiter in anno solempnisat. Prima igitur solempnitas est que hodierna die agitur. Ortum quidem ortum habuit de eo quod Michael in monte Gargano ecclesiam quandam edificari et se illius loci custodem esse asseruit. Ista autem duo quod monte ecclesiam edificavit et quod se custodem esse asseruit magnum quoddam sacramentum. Non enim edificavit in valle sed in excelso monte. Primo quidem mons sublimitatem angelicam representat. Mons quidem habet altitudinem firmitatem puritatem et claritatem. Sic sancti angeli sunt alti per celestium sedium sublimitatem, firmi per eternitatem, puri per sanctitatem et clari per certitudinem et veritatem. Ista quatuor tangit Augustinus in libro De civitate dei dicens: Merito angeli dei sunt in celestibus sedibus constituti immortales ac beati qui creatoris sui participatione congaudent cuius eternitate sunt firmi cuius veritate sunt certi cuius munere sunt sancti. Quia mortales et miseros ut immortales beati quoniam misericorditer diligunt noluerunt nos sibi sacrificari sed ei cui et ipsi nobiscum sacrificium esse se noverunt. Per hoc autem quod se custodem esse asseruit ostendit quod angeli sunt custodes omnium animarum quia unaqueque anima angelum habeat ad sui custodiam deputatum. Dicitur enim quod animabus statim nato in utero angelus custos deputatur. Conceptio viventi in mundo exeunti de mundo per mortem et recedenti post mortem. Necessaria est enim angelica custodia homini in ista vita quintuplici. Primo quia natus in utero possit a dyabolo suffocari et abortivus fieri. Egressus autem ab utero posset a baptismi gratia impediri. Unde Job 3 in persona dampnatorum dicebat: quare non in vulva mortuus sum, egressus de utero non statim perii. Vivens autem in mundo possit ad multa peccata compelli sed angelus eum custodit atque defendit et potestatem conculcare facit. Per hoc super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis etc. Per aspidem que aurem in terra figit ne incantatoris audiat significatur avaricia qui corde suo in terra figi... ut ne deum audiant amorem. Per basiliscum qui habet visum venenatum significatur luxuria quia ipsa luxuria mutuis aspectibus generatur et concupiscentia inflammatur. Per leonem qui aliquando aliorum se legem facit significatur superbia. Per draconem qui visu inficit dentibus mordet cauda stringit etc. Quia significatur tria genera peccatorum scilicet mundi detractores et consuetudine peccantes. Quia scilicet peccatis a deo involuuntur et a dyabolo constringuntur quod se inde expedire non possunt. Necessaria est igitur homini custodia angeli ut cum ad interiora possit venire et conculcare

istas malas bestias scilicet aspidem
avaricie basiliscum luxurie leo-
nem superbie et draconem invi-
die detractionis mortifere et con-
suetudinis prave Est etiam nece-
ssaria custodia angeli homini
recedenti homini per mortem quia
dyabolus quos non potuit in vita
decipere nititur in morte supplantare
ipsos maxime de fide temptando
et in desperationem propter peccatorum mul-
titudinem pertrahendo Ideo dictum
fuit serpenti Gen. 3 Ipsa conteret
caput tuum et tu insidiaberis
calcaneo eius Quos cum non
potuit decipere in iuventute
que est prima vita hominibus nititur
decipere in calcaneo i. in morte
que est ultima vita hominis Ne-
cessaria est cum custodia angeli
homini post mortem quia in via
per quam anima transitura est sunt
multi laquei positi ps. 141 In via
hac qua ambulabam absconde-
runt superbi laqueum Angelus ergo
post mortem animam associat ne
ab ipsis laqueis capiatur vel mi-
nime terreatur Dicitur igitur ergo an-
gelus homini existenti in utero
ne dyabolo suffocetur Egresso de u-
tero ne a baptismi gratia impediatur
viventi in mundo ne ad peccata
plurima pertrahatur Recedenti de mundo
per mortem ne de fide temptetur
vel in desperationem pertrahatur
et a confessione impediatur Et
recedenti post mortem ne a dyaboli
laqueis capiatur Ideo dicitur Judith
13 Vivit deus quem custodivit
me angelus eius et euntem
et ibi commorantem et inde
revertentem Angeli quidem

dicuntur custodire homines et euntes
venientem sive nascentem in utero
sive euntem et ibi commorantem
i. venientem in mundo et reverti i. re-
tentem i. ad celestem patriam
redeuntem sive dum est in morte
sive dum vadit post mortem Secunda
solempnitas que fit iii. kalendas no-
vembris in loco qui dicitur Tumba
ubi archangelus Michael episcopo ap-
paruit ecclesiam ibidem sicut in monte
Gargano sibi fieri precepit Ex quo
manifeste datur intelligi quod angeli
sancti multum desiderant habere no-
stram societatem qui tociens
in terris voluerunt habere habitaculum
dum modo in monte Gargano
modo in loco isto ecclesiam sibi construi
faciebat Olim quidem angeli erant
hominibus valde duri et acerbi valde
extranei sed modo sunt valde
pii et hominibus valde domestici
Hoc signatum est in angelis qui
erant in propitiatorio quos fecit Sa-
lomon De quibus quatuor leguntur
scilicet erant de lignis olivarum quod
tenebant alas expansas quod habe-
bant pedes obliquos et elevatos
quasi ad ambulandum paratos
et quod vultibus mutuo se respi-
ciebant Olim quidem angeli videba-
tur ab hominibus esse sicut im-
passibiles et duri sed modo sunt
quasi de lignis olivarum et mise-
ricordes et pii de quo misericordia
et compassione dicitur Isa. 33 Ecce
videntes clamabunt foras et
angeli pacis amare flebunt Ipsi
enim angeli qui sunt deum facie
ad faciem videntes ~~ad f~~ cla-
mabunt i. deum cum desiderio

multos reuocauit a peccatis qui sanc-
ti sunt .i. a peccatoribus qui contra
diuinam gratiam restiterunt vnio ta-
te compassionis sunt quod si pas-
sibile esset quando illi qui dati
sibi sunt in custodiam peccant
amare flerent Olim etiam in vite
ad homines veniebat et ideo a-
las dimissas tenebant Modo
etiam alas extensas habent quia
velociter ad nos veniunt et in
nostrum adiutorium currunt Cito
cum volant ad peccatores qui a dyabolo
temptantur ut eos adiuuent
[Iob 18] Ite angeli veloces ad
gentem conuulsam et dilacera-
tam Cito cum volant ad bonos
ut eos purgent et in dei amore
inflamment [Ysaie 6] Volauit vnus
ad me vnus de seraphin et
in manu eius calculus quem
forcipe tulerat de altari
et tetigit os meum Ideo dicit Da-
mascenus loquens de angelis
fortes sunt et parati ad diuine
voluntatis completionem et ibi statim
inueniuntur vbi diuinus iusserit
nutus Olim etiam ipsi laudabant
sed modo in laudando deum
hominibus se associant Quod signatur
per hoc quod obliquos et claudi-
cantes pedes habebant Ideo dicit
propheta Preuenerunt principes
coniuncti psallentibus in medio
iuuencularum tympanistriarum
Ipsi enim angeli beati qui sunt
principes nostri mox ut sentiunt
quod religiosi et deuoti ad deum
laudandum vadunt eos pre-
ueniunt et psallentibus nobis

tacentibus vel dormitantibus
se coniungunt Si tamen aliqui non
possunt psallere voce psallere
tamen debent mente [Ephesios v]
Implemini spiritu sancto loquen-
tes vobismetipsis in psalmis
et ympnis et canticis spiritualibus
cantantes et psallentes in
cordibus vestris in domino Sunt
autem isti angeli in medio iuuen-
cularum non vetularum .i. iuuen-
tium animarum que deum laudant
alacriter et feruenter Multi enim
iuuenes sunt qui laudantes
deum habent animas vetulas
et sompnolentas et pigras
Et multi sunt senes qui ha-
bent animas iuuenculas alacres
et fortes et sollicitas coniungunt
se etiam ad laudandum deum
cum animabus deuotis Et ideo dicitur
tympanistriarum Per tympanum
intelligitur corpus in quo fuit
carnem humanitatis et melodia
diuinitatis Ille igitur anime sunt
in tympanistre que etiam contem-
plantur humanitatem et diuinitatem
Christi sunt valde deuote Olim
etiam angeli naturam nostram tamquam
infimam et abiectam aspicere
videbantur Sed modo videntes
ipsam humanam naturam in Christo
super omnes angelos exaltatam
in stuporem et admirationem
nimiam veniunt Quod quidem
ipse respectus mutuus repu-
tat Vnde canit ecclesia Tre-
munt videntes angeli versa vice
mortalium Ideo [illegible] fit modo
ecclesiam pro ipsi constanti faciunt ad

ad signandum quod libenter homines
frequentant quandoque homines terra videlicet
secum laudantes et orantes
psalmus In conspectu angelorum
psallam tibi In tribulationibus
existentes deum et angelus
sicut domini descendit cum maia
et socijs eius informatorem et
contra demones dimicantes
Tob. vi / Noli timere plu-
res enim nobiscum sunt quam
cum illis In domino morientes
Luce 16 / factum est autem ut more-
retur mendicus et portaretur
ab angelis in sinum abrahe
Omnia divina ministeria devote
frequentantes et maxime mi-
sterium solempnia celebrantes
unde dicit beda in quadam
omelia paschali angelici spiritus
nobis adesse credendi sunt
cum maxime divinis officijs
mancipamur cum lectionibus
sacris aure accomodamus
vel psalmodie operam damus
vel orationi incumbimus vel mi-
sterium solempnia celebramus
Nec dubitare licet ubi dominici
corporis et sanguinis misteria
geruntur supernorum civium adesse
conventus qui monumentum quo ve-
nerabile corpus eius positum
fuerat tam sedulis excubijs ser-
vaverunt / Etiam solempnitas est
que celebratur octavo idus
maij quia tunc michael mag-
nam victoriam dedit et sipon-
tinis et per ipsis contra adversarios
omnia elementa pugnare fecit
sed tamen quia tunc mons gar-
ganus contremuit Ignem quia
fulgura crebra volabant

circum quia caligo tenebrosa to-
tum montem obduxit et aquam
unde tanta Contusum est mare
et contremuit terra ubi ~~angel~~
michael archangelus descende-
bat de celo / De quo habetur
quod omnes creature et omnia eleme-
nta contra malos pugnabant quod
maxime in inferno apparebit Sap.
5 / pugnabit cum illo orbis terrarum
contra insensatos faciet omnis deus
pugnare contra ipsos Igne inde
subditur Ibunt directe emissiones
fulgurum tercium quia inde ve-
nient sagitte et grandines in-
subditur Et tamquam a bene curvato
arcu nubium exterminabuntur et ad
certum locum insilient et a petrosa
ira plene mittentur contra dinces
aqua quia mare et flumina concurrent
duriter Et terram quia ipsi terrena
que dilexerunt ad infernalem
carcerem deducentur unde subditur
Et ad heremum perducet omnem
terram et malignitas evertet
sedes potentium iniquitates illorum
Ignis quia contra eos insurget
deus enim ab igne dividet calorem
a splendore Sicut dicit basilius
super illud psalmi Vox domini inter-
cidentis flammam ignis et totum
splendorem mittet ad regionem
beatorum ut amplius non urantur
et totum calorem ad regionem
dampnatorum ut amplius teneantur
Similiter et aer insurget contra eos
quia deus ab aere separabit amenitatem
turbulentiam nubium omnem impetum
tempestatum et turbinum et mittet
in infernum et ibi convenientur

et grandinet unde dixit de
pena ignis et aeris Ignis sul-
fur spiritus procellarum pars calicis
eorum Remanebit aut aer
purissimus et lucidus ut electi
ampliori leticia repleantur
Ysaie 65 Ecce ego creo celum
novum et terram novam et non
erunt in memoria priora ut as-
cendent super cor sed gaudebitis
et exultabitis usque in sempiter-
num Similiter aqua insurget
contra eos deus enim dividet ab
aqua omnem frigiditatem et
ipsam ponet in inferno ut damp-
nati transeant de frigore nivium ad
calorem modo de calore ad fri-
gus amplius crucientur Job 24
Ab aquis nivium transeant ad
calorem nimium Remanebit
aut elementum aque splendi-
dum tamquam vitrum ad consolationem
electorum Apoc. 4 Vidi in conspec-
tu sedis tamquam mare vitreum
simile cristallo Similiter et terra
insurget contra eos deus enim
terram a terra dividet et separabit
omnes impuritates et immundici-
as et fetores et hec omnia in lat-
vam convertet infernalem ut ipsi
peccatores et fetorem habeant
de penis suis quia igne sulphu-
reo punientur et de corporibus
suis que erunt fetida et corrup-
ta Ysaie 34 De cadaveribus
eorum ascendet fetor et de animabus
suis quia immunditiarum spurci-
tiis erunt replete Matth. 23
Intus estis pleni omni spurcitia
et de consortiis suis quia de-

mones qui erunt eorum socii
sunt valde fetidi Joel 2 Et
ascendet fetor eius et putre-
do eius quia superbe egit et de
habitaculis suis quia ipsa habi-
tatio infernalis tamquam omnium immun-
ditiarum latrina erit valde fetida
Remanebit aut terra in consolatio-
nem electorum purificata et lucida tam-
quam cristallus et aurum fulgi-
dum Thobie 13 Ex lapide can-
dido et mundo omnes platee eius
sternentur Apoc. 21 Ipsa civitas
aurum mundum / Quarta solemp-
nitas est que celebratur similiter
octavo idus maii Cum enim
romani consueverunt in quadragesi-
ma vivere post pascha luxuriis
commessationibus ferme laxabantur
et ideo deus penam inguinariam
in eos misit Sed cum Gregorius
pro eis oraret vidit super castrum
quod olim memoria Adriani nun-
cupatum castrum sancti angeli dici-
tur angelum gladium tergentem
et in vaginam mittentem et
intelligens suas preces a domino
exauditas instituit festum s-
cum festivitatem angelorum ut ipsos
habeant patronos et defensores
quos dei [illegible] excitat primus
Angeli cum quatuor genera peccatorum
punire solent scilicet Sodomitas
et incestuosos quos punierunt
ferventi combustione unde dicitur
Gen. 19 Quod angeli a Loth
recessissent pluit dominus super
Sodomam et Gomorram sulfur
et ignem et subvertit civitates
has et omnem circa regionem
universos habitatores urbium

et tanta tunc violentia puni-
unt contra angeli oppressos viole-
ntos sicut angelos puniunt pharao-
nem militarum plagarum impos-
itione et tandem submersione in
mari rubro Exo 17 dominus
quasi vir pugnator omnipotens
nomen eius currus pharaonis et exerci-
tum eius proiecit in mare rubro
puniunt et superbos et vane glo-
riosos sicut patet in david qui cum
ex superbia et vana gloria populum
numerari fecisset ut ex tanto numero
gloriam haberet deus misit ange-
lum et percussit populum ut david
sciret in paucitate qui gloriatus
erat in multitudine. Sed cum
vidisset angelum dixit ei 2 Reg
ult. Ego sum qui peccavi ego
inique egi isti qui oves sunt
quid fecerunt. puniunt contra immun-
dos et gulosos sicut patet in
sodomitis Gen 19 cum gule et lu-
xurie deservirent ab angelo domini
peste igninaria sunt puniti sicut
supra dictum est etc. Sequitur

Sermo secundus de fe-
stivitate angelorum sanctorum

Omnes administratorii spiritus
in ministerium missi propter
eos qui hereditatem capi-
unt salutis Hebr. 1. Primo
omnibus dicit quia saltem supe-
riores ad medios medii ad in-
fimos infimi ad nos ut vero
melius cognoscamus qualiter
et quid ministrent sciendum
est quod in homine est triplex po-
tentia scilicet intellectiva operativa
et affectiva. Intellectiva habet
triplicem defectum. est enim obscura
1 Cor 13 videmus nunc per specu-
lum et in enigmate i. obscure
Est imperfecta. Ideo ex parte enim
cognoscimus et ex parte prophetamus
Est multiplici oblivioni subiecta
Augustinus in libro de civitate dei Cum
labore meminimus sine labore nescimus
seu obliviscimur cum labore discimus
sine labore nescimus cum labore
scitenni sine labore inherentes sumus
Contra istum triplicem defectum
mittuntur tres ordines in fine
ierarchie scilicet angeli archangeli
et virtutes. Primo igitur contra defectum
nostre intelligentie intellective que
quia est obscura et a deo obscura
quod sepe nimia non cognoscit. Secundo
istum defectum mittuntur angeli quorum
officium est secundum dionysium nuncia mi-
care. Ipsi enim tanquam parvulis
lac potum propinat dum misteria
que ignoramus nobis revelant
et ad dei precepta et rudimenta
fidei nos informant. Unde dicitur
Zach 2. Ecce unus angelus dixit
~~angeli~~ alteri Curre et loquere
ad puerum istum dicens absque muro
habitabitur ierusalem etc. Hoc est tanta
erit pax in urbe et securitas
et non oportebit ut muris aliquis
ambiatur. Certe zacharias propheta multa
misteria sunt de incarnatione
verbi et passione revelata. Istud
autem quod urbem tres in magna
pace esse dicebat modicum quid
erat. Et ideo angelus qui istud
nunciabat de minori ordine fu-
isse videtur. Secundus defectus nostre
intellective est quia imperfecta

licet cum aliquando cognoscat memoria
tamen non sufficit cognoscere subtilia
nec penetrare celestia sacramenta
Contra istum defectum mittuntur ar-
changeli Horum officium est rem
magnam nuntiare summa Ipsi enim
tamquam loquentes sapientiam
inter perfectos nobis sublimia mi-
trant et profunda sacramenta
revelant Hoc signatum est Dan.
12 ubi cum quedam profunda
visio Danieli ostensa fuit ut ab
ipso intellecta dictum est Gabrieli
fac istum intelligere visionem Et iste
Gabriel videtur fuisse de ordine
archangelorum Tertius defectus
noster intelligentie est quia est
multiplici oblivioni subiecta licet
cum aliquando revelantibus celestibus
spiritibus cognoscat memoria et
intelligat summa quia tamen memoria
labilis est sepe obliviscitur memo-
ria nostra que didicit et maxime
que intellexit Ideo contra istum
tertium defectum mittuntur virtutes que
sua virtute nostram labilem [illegible]
et memoriam stabiliunt roborant
et confirmant Ideo Job 26 vocantur
columpne celi id est virorum cele-
stium Ideo secundum Gregorium virtutibus
attribuitur operatio miraculorum per
que quidem miracula [illegible] nostra
que est ex fide [illegible] roborantur
et stabilitur Isti tres ultimi [illegible]
[illegible] ~~[illegible]~~ ordines signati sunt
3 Regum 19 ubi dicitur quod
angelus domini attulit vas Helie
aque et panem subcinericium et
cum comedisset ambulavit in for-
titudine cibi illius xl diebus
et xl noctibus Tria bona an-
gelus Helie contulit et ipsum forti-
ficavit per aquam que est potus
parvulorum intelligitur revelatio mi-
norum que spectant ad ange-
los per panem qui est cibus [illegible]
tum intelligitur revelatio difficilium
que spectat ad archangelos
per fortitudinem collatam intelligitur
roboratio tam in cognitione [illegible]
norum quam in intelligentia ce-
lestium que pertinet ad virtutes Ordo
in homine est potentia operativa
et ista habet triplicem defectum
sive impedimentum ne exequatur
ad opus suum Impeditur enim aliquando
a dyaboli temptatione unde [illegible]
de hoc conqueritur dicens 1 Thes. 2
impedivit nos sathanas Aliquando
a mundi impugnatione Omnibus
enim impugnat peccatores modo pro-
speris ut alliciat modo adversis
ut frangat Johannis 16 In mundo
pressuram habebitis Aliquando
corporis corruptione Sapientie 9
Corpus quod corrumpitur aggravat
animam etc. Istum triplicem defectum
removent tres ordines inferioris
ierarchie scilicet potestates principatus
et dominationes Primus igitur defectus
noster operative est quia impeditur
a dyaboli temptatione Et istum
defectum removent potestates Harum
officium est secundum Gregorium potestatem demo-
num refrenare ne tantum prevaleant
temptare quantum volunt Istud signi-
ficatum est Thobie 8 ubi dicitur quod
~~Gabriel angelus~~ apprehendit [illegible]
Raphael angelus apprehendit
demonium quod [illegible] illos infesta-
bat Et ipsum in deserto religavit
Et cum religatis sint potestatibus
ipsius refrenatio Secundus defectus
est quia impeditur a mundi im-
pugnatione qui impugnant
sanctos prosperis et adversis

stum defectum removent principa-
tus quia faciunt nos mundanis
rebus principari et omnia mundana
in adversa que prospera sub pedi-
bus habere et tenere omnia quasi tacere
prout signatum est Apoc. 10 ubi dicitur
quod angelus domini pedem unum
tenebat super terram et aliud super
mare ad signandum quod isti viri
ministerio angelorum unum pedem de-
bent tenere super terram despiciendo
mundum quantum ad prospera et aliud super
mare quod semper est tempestuosum
despiciendo mundum quantum ad ad-
versa. Tertius defectus est quia impe-
ditur a carnis corruptione. Tertium
defectum removent dominationes quia
faciunt nos omnibus carnalibus vi-
ciis dominari secundum quod signatum est Tho. 11
ubi dicitur quod ad preceptum an-
geli squamas sive albugo ab
oculis Tobie sunt educte. Squa-
me sunt carnales concupiscentie
quas tunc angelus ab oculis
mentis educit quia omnia carnalia
desideria a cordibus nostris ex-
pellit. Isti tres actus horum
trium ordinum signantur Gen. 32
ubi dicitur quod cum Jacob valde
timeret Esau angelus cum eo
luctabatur qui cum videret quod eum
superare non posset tetigit nervum
femoris eius et emarcuit et
in posterum sibi nomen ipse dixit
si contra deum fortis fuisti quanto
magis contra homines prevalebis
[illegible] fecit angelus Jacob quando
ipsum contra Esau constantem fecit
ipse nomen sibi imposuit et
nervum femoris eius perculit et
emarcuit. Tunc angelus contra
Esau hominem constantem fecit
quando [illegible] temptationes
fortem reddit. Et hoc spectat
ad potestates. Tunc ipse nomen imposuit
quando propter deum terrena despicere
facit virorum cum angelus primum
nomen scilicet Jacob abstulit sed secun-
dum scilicet Israel ipse superaddidit. Jacob
interpretatur supplantator vel Israel vir
videns deum. Tunc [illegible]
supplantet despiciendo terrena
sed non propter deum. Ille est Jacob
sed non Israel sicut multi pharisei
mundum despexerunt non dei conside-
ratione sed hominum laude. Qui autem
mundum despicit et propter deum hoc
facit ille [illegible] Jacob et Israel nun-
cupatur et hoc spectat ad prin-
cipatus. Tunc autem angelus nervum
femoris perculit et marcescit quando
omnibus carnalibus concupiscentiis
dominari facit et omnem carnis car-
nalis concupiscentie in nobis ex-
tinguit et hoc spectat ad domina-
tiones. Tertio in homine est po-
tentia affectiva et ista habet
triplicem defectum. Primus est quia
dilectio aliquando est privata quando
scilicet homo tantum diligit seipsum et
cum dilectio non est equa sed iniqua
quia diligit se plusquam debet
et alios minus quam debet. De
tali dilectione dicitur 2 Tim. 3 [illegible]
[illegible] cupidi elati et [illegible]
[illegible] seipsos amantes etc.
Secundus defectus est quia aliquando
est dilectio simulata dilectio scilicet
quando fingit se diligere proximum
quem non diligit fingit se diligere
sermone quem non diligit corde
fingit se diligere verbo quem non
diligit obsequio 1 Joh. 3 Non
diligamus verbo neque lingua sed
opere quantum ad obsequium et veritate
quantum ad cordis affectum. Cui

defectus est quia ~~impeditur a terrenis~~
~~corruptione Istum defectum remo-~~
~~uent dominaciones quia faciunt nos~~
~~omnibus carnalibus viciis dominari~~
~~Istum signatum est zacharie vbi di-~~
~~citur ad prophetam angeli~~ Secunda est
aliquando est tepida quando scilicet deum
tepide diligit apocalypsis 3 vtinam
frigidus esses aut calidus sed quia
tepidus es incipiam te euomere
ex ore meo Istum triplicem defectum
remouent ordines tercie ierar-
chie scilicet throni cherubin et
seraphin Primus enim defectus est
quando est prauata et hoc respectu
sui et tunc ut dictum est non
est equa sed impia Istum defectum
remouent throni Unde sicut
dicit gregorius Throni dicuntur sedes
eo scilicet quod deus in eis et per eos
iudicia sua decernat Tunc enim a-
ffectum thronorum sit omne iudicium
ad ipsos pertinebit iniqua corrigere
et ea que non sunt equa vel
equalia ad equitatem vel equa-
litatem reducere psalmus Sedes
super thronum qui iudicas equitatem
Item idem thronus tuus deus
in seculum seculi Ista littera est
[illegible] est quod in diffinitione pre-
hierarchie ponitur iudicii libra
[illegible] thronos quia ipsa in libra
iudicii omnia appendunt et
omnia inequalia ad equalitatem
reducunt Sed de multis potest dici
quod dicitur danielis v° appensus es in
statera et inuentus es minus habens
Secundus defectus affectus est quia
aliquando simulata et hoc respectu
proximi quando scilicet quis fingit se
diligere quem non diligit Et
istum defectum remouent cherubin
que interpretatur scientie plenitudo /

Ipsi enim per lumen sue scientie omnem
fictam et simulatam et maxime ca-
ritatem dilectionem detegunt et ad
lumen veritatis reducunt apocalypsis 18
vidi angelum descendentem de ce-
lo habentem potestatem magnam
et terra illuminata est a gloria eius
Tercius defectus affectus est quia
aliquando est tepida et hoc re-
spectu dei quando scilicet quis tepi-
de deum diligit et istum defectum
remouent seraphin qui interpre-
tantur ardentes siue incenden-
tes quia habent a nobis tor-
porem excutere et in amorem
dei nos fortiter inflammare Istud
signatum est ysaie vi° vbi dicitur
volauit ad me vnus de seraphin
et in manu eius calculus quem
forcipe tulerat de altari et te-
tigit os meum etc. Per hoc quod
per seraphin lapide ignito la-
bia prophete inflamata inflammans
purgauit datur intelligi quod
seraphin debent nos incendere
et ad dei amorem inflammare
Ipsi tres actus horum trium ordi-
num signati sunt 4° Reg
vbi dicitur quod cum dominus
vellet leuare heliam in celum apparu-
it currus et equi ignei qui ip-
sum deportauerunt Ille autem currus
et equi ignei erant angeli qui
in tali forma apparuerunt
Angeli igitur dicuntur equi currus
et ignis Equi autem animalia dicuntur
illa ex eo quod olim quadri-
gis equalitas per omnia incedebat
Equi igitur sunt throni qui per
libram sui iudicii omnia inequa-
lia ad equalitatem reducunt
et remouent primum defectum
affectus quem scilicet est prauata et in

-em equa per currum intelligitur cherubim qui propter lumine sue scientie mentem simulationem detegunt et in omni obsequio veritatis veritatis currere nos faciunt ut sic removeant primum defectum affectiue quando scilicet est simulata. Per ignem intelligitur seraphim qui torporem mentem excitant ut nos vehementer attendant ut sic removeant secundum defectum affectiue quando est tepida. Psalmus: qui facit angelos suos spiritus

Sermo tercius de eodem

Factum est prelium magnum in celo michael et angeli eius preliabantur cum dracone et draco pugnabat et angeli eius et non valuerunt neque locus inventus est eorum amplius in celo. Apoc. 12. Sicut dicitur Eccl. 3 tempus belli et tempus pacis, ideo deus presentem vitam deputat ad bellandum iuxta illud Iob 7: Milicia est vita hominis super terram; futuram autem vitam deputavit ad quiescendum et triumphandum iuxta illud Isaie 32: sedebit populus meus in multitudine pacis et in tabernaculis fiducie in requie opulenta. In verbis autem premissis in quibus agitur de prelio quod fit in celo id est in ecclesia militanti quatuor tanguntur. Primo scilicet convenientia loci cum dicitur factum est prelium magnum in celo. Secundo magnitudo prelii cum dicitur et draco pugnabat et angeli eius. Tercio ponitur magnitudo adiutorii cum dicitur michael et angeli eius preliabantur cum dracone. Quarto nobilitas triumphi cum dicitur non valuerunt neque locus inventus est eorum amplius in celo. Circa primum notandum quod nomine celi signatur hic militans ecclesia que quidem est locus conveniens ad pugnandum. Celum enim beatorum non est conveniens locus ad pugnandum quia ibi sunt solum triumphantes et fruentes. Sed ecclesia militans est locus conveniens ad pugnandum quia ibi sunt stipendiarii et militantes. Dicitur autem militans ecclesia celum quadruplici ratione. Primo propter celestem conversationem. Philipp. 3: Nostra conversatio in celis est. Habet enim unusquisque sanctus thezaurum suum et ideo habent cor suum ibi. Unusquisque autem homo ubi habet thezaurum suum ibi habet et cor suum quia de ipso cogitat. Sed ibi habet oculos suos quia sepe ipsum considerat. Ibi habet et os suum quia libenter de eo loquitur. Ibi etiam habet manus suas quia libenter illud tangit. Sic et sancti ubi thezaurum suum in celo habentes non tamen habent ibi cor suum celestia desiderando sed oculos suos cordis ad celum sepe levando, os suum verba divina et celestia sepe loquendo et manus suas opera celestia et spiritualia faciendo. Secundo dicitur celum propter celestem originem. Apoc. 21: Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Sicut enim aliquis dicitur facere ymaginem ratione forme quamvis materiam non faciat, sic ecclesia militans quantum ad formam de celo descendit, sapientiam cum gratiam et virtutes inde recepit unde esse formale accepit

homo quidem quantum ad esse naturale
originalem habet a terra quantum
ad esse spirituale originem habet a
celesti gratia. Econtra vero ad utrumque
esse perfectionis et consummationis
originem habebit altitudinem
a terra. Econtra ad primam originem
homo dicitur terrenus. Econtra ad
secundam homo dicitur celestis. I Cor. 15
primus homo de terra
terrenus / secundus homo de celo
celestis. Econtra ad terram dicitur
homo dominus. I Joh. 3 Carissimi
nunc filii dei sumus et nondum
apparuit quid erimus. Scimus cum quando
cum apparuerit similes ei erimus
quoniam videbimus eum sicuti est. Ecclesia
dicitur celum propter celestem subli-
mitatem. Celum enim est locus
sublimis et elevatus a terra remotus.
In ecclesia autem militanti sunt quidam
perfecti quidam imperfecti et quidam me-
dii. Perfecti totaliter elevantur a terra
celestia desiderantes et terrena
despicientes / de quibus dicitur Matth. 19
Si vis perfectus esse vade et vende
omnia que habes et da pauperibus.
Imperfecti sunt qui ad solum terrenis
incumbunt et terrena licet cetera
decem minus ad solum diligunt
de quibus dicitur in psalmo oculos
suos statuerunt declinare in
terra / Medii sunt qui nec terra
despiciunt nec deserunt nec eis
nimis incumbunt sed ea retine-
tes modeste et rationabiliter
eis utuntur de quibus dicitur I Cor. 7
Qui habent uxores sint tanquam
non habentes et qui utuntur
hoc mundo tanquam non utantur.
Isti nec omnino sunt in celo nec
omnino in terra sed inter celum et terram
de quibus dicitur Ezechielis viii

Elevavit me spiritus inter celum
et terram. Econtra dicitur celum
propter celestem claritatem. Inveni-
tur est quoddam corpus quod illu-
minat sicut sol ipsum firmamentum.
Econtra quoddam quod illuminat et
illuminatur sicut stelle et luna.
Econtra quoddam quod illuminatur sed non illu-
minat sicut ipsum firmamentum
quod de se non illuminat. Ista triplex
differentia est in ecclesia militanti. Pre-
lati namque sunt sicut sol qui
debent alios illuminare et ipsi
a nullo illuminari debent de quibus
dicitur Phil. 2. Inter quos lucetis
tanquam luminaria in mundo verbum
vite continentes. Ideo dicit Dionysius
hierarchicus oportet mundari primum
oportet et sic alios mundare
sapientem primus fieri et sic
alios facere sapientes lumine
effici et sic alios illuminare. Per
stellas intelliguntur inferiores
doctores qui a superioribus prelatis
debent assumere sapientiam et ipsi
aliis debent effundere per doctrinam.
Nam per firmamentum intelligitur
homo laycus simplex et illiteratus
qui a prelatis et doctoribus huius
doctrine recipiunt sed aliis non
infundunt. Dan. 12 Qui autem
docti fuerint fulgebunt sicut
splendor firmamenti / et qui
ad iustitiam erudiunt multos quasi
stelle in perpetuas eternitates. Ter-
tio ponitur magnitudo prelii. Michael
et draco pugnabat et angeli
eius. Ipsi enim nostri adversarii et
persecutores magni sunt ratione
potentie astutie scientie et mul-
titudinis. Infinite habent enim
magnam potentiam. Job 41 Non
est potestas super terram que comparetur

quia factus est ut nullum timeret
Iob cum sunt sicut locuste crudeles
ipsi sunt tanquam gigantes for-
tes Gregorius vult dicere illud quod dicitur
de facie vult cum de locustis superadd-
it gigantes et de hiis qui in terra
sunt celestes virtutes nequicias
et istam potentiam inferunt molen-
tiam aliquando corporibus corpora ipsa
ardendo sicut patet in Iob vel per
bicionem flatum formatum sensu
exterioribus decipiendo aliquem in vigi-
liis vel in corporibus illabendo sicut
patet in obsessis vel inspirando
imaginaria illicita suggerendo vel per
commotionem sanguinis concupiscentiam
inflammando Habent etiam magnam
astuciam de qua astucia sic dicit
Gregorius Ipse diabolus aliquando
aut opprimendo rapit aut insidiando
circumvolat aut suadendo blanditur
aut minando terret aut desperando
frangit aut promittendo decipit
Nec mirum si demones sunt adeo
astuti quia sicut dicit Ysidorus triplici
acumine vigent scilicet subtilitate
nature experientia temporum et revelatione
superiorum spirituum primo intelli-
gunt naturalia preterea secundo naturalia
futura certo cognoscunt etiam vo-
luntaria propter istam astuciam ipsi
demones modo suadent bonum
ut ad malum pertrahant ut cum bonum
instabili suadent ingressum religi-
onis ut ipsum apostatare faciant
modo suadent malum sub specie
boni ut peccatum propter rebus alienis
consumendis vel male acquisitis pro
male clericis modo suadent
bonum tanquam malum ut cum
suadent propter vita ingressum
religionis ut peniteat et ergo
dicentibus confundatur vel cum sua-
dent elemosinam ne inveniat

vanam gloriam modo suadent
malum ut inducant ad peius
ut cum suadent crapulas in cibo
potu ut inducant in abstinentia
indiscreta Ieronimus ad eliodorum elio-
dorum persequitur me hostis tui novi
nullo / nullo nocendi artes et ego
infelix victoriam me putabo Item
pater Paulinus hostis noster tui
mille nocendi artes tamen variis
decipiendi est telis quam impugnat
insidiis Habent etiam magnam
sevitiam de quorum sevicia dicitur
i petri v adversarius noster diabolus
tanquam leo rugiens querens quem
devoret Sicut enim leo vehementer
sanguinem sitit sic et ipse ardenter
sitit nostrum sanguinem animarum
Gregorius Prius se diabolus se reputat
nisi tunc senciat animas Ista autem
tantam seviciam maxime concipit
ex eo quod modicum tempus habere se
sentit Apocalypse 12 Ve terre et mari
quia descendit diabolus habens iram
magnam sciens quod modicum tempus
habet ipse de summo bono certo
habere tempus videt sibi restare
diabolus ut dampnet tanto magis
immanior persecutionis iram movet
dum sordidentur iustitia permittente
ut glorificetur sordidentur inquam
tunt diabolo duriter restat damp-
nationis suam Sunt etiam isti hostes
multi et quasi infiniti Unde dicit
Haymo ut philosophi dixerunt et sancti
nostri opinati sunt aer iste ita
plenus est demonibus sicut radiis
solis minutissimis pulvisculis
aut tot sunt eis inter se similitudines
Gregorius Angelis eorum contrarium mi-
nimi cum tot nutiunt ita ut
qui ab aliquo sancto viro victus
fuit deinceps ille de illo vitio
vastat temptacio Ipse enim diabolus

miltos secum traxit quos ad in-
pugnandum mittit unde dicebat
Apoc. 12 draco pugnabat et angeli
eius. Secundum haymonem angeli di-
cuntur dracones quia terrenis consenserunt
cum dixit Ysa. 14 ascendam ad
celum etc. Secundum Bedam non solum
illi sed eciam homines qui laqueis
peccatorum sunt irretiti. Eciam ponitur
magnitudo adiutorii cum dicitur
Michael et angeli eius preliabantur
cum dracone. Tercia quod notandum
quod invenimus in michaele quatuor
prelia egisse et in omnibus victoriam
habuisse quorum quatuor iam precesse-
runt quartum futurum est. Primum
igitur prelium est quod cum lucifero
et angelis eius habuit sed hoc
prelium vicit de celo in quo erat ad
caliginosum et in abyssum ipsos
expulit. Non enim permissum est
eis in celo vel superiori parte
aeris quia locus lucidus est et
clarus et in ipsis cum sint tene-
brosi non decet cum lumine contendere
2 Cor. 6 Que conventio lucis
ad tenebras. Nec in mundo nobi-
scum quia nos nimis suis temp-
tationibus infestarent sed in medio
aere inter celum et terram ubi quandoque
turbines conducunt et tempestates
ut dum sursum respiciunt et vi-
dent gloriam quam amiserunt
~~in die dolore~~ inde dolorem habent
et cum inferius inspiciunt et vi-
dent homines illuc ascendere
unde ipsi ceciderunt inde invidia
torquentur. Frequenter tamen ex divina
dispositione ad nos descendunt
ut nos exerceant et nobis coronam
acquirant. Secundum prelium est quod
ipse michael cum dyabolo de moysi
corpore habuit de quo plenius dicitur
Jude 1. Cum michael archan-
gelus cum dyabolo disputans
altercaretur de moysi corpore
non est ausus iudicium inferre
blasphemie sed dixit imperet
tibi deus. Dyabolus enim sciens
iudeos ad ydolatriam promptos
esse volebat corpus moysi hono-
rabiliter sepelliri ut iudei ipsum
pro deo colerent et sibi pro illo
ydolatriam committerent. Sed in isto
prelio michael optinuit quia
corpus moysi abscondit et
sic conatus dyaboli non processit.
Vel forte ista altercatio inter mi-
chaelem et dyabolum fuit quia dya-
bolus dicebat se in moyse ali-
quid habere eo quod aquas contra-
dictionis videbatur offendisse. Sed
cum michael culpam illam adeo
sibi remissam asseret et ad hoc
dyabolus instaret michael dei ad-
iutorium et imperium imploravit.
Imperet tibi dominus etc. Tercium prelium
est quod michael contra neapolita-
nos pro sipontanis habuit ipse
sipontanis victoriam dedit.
Sicut enim Gabrieli commissa est
revelatio secretorum iuxta illud
Dan. 8 Gabriel fac istum intelli-
gere visionem et raphaeli curatio
morborum corporalium et spiritualium
sicut patet in Thobia quem curavit
a cecitate et in Sara quam curavit
a demonibus temptatione. Sic
et michaeli videtur esse commissa
victoria preliorum unde cantatur
dum committeret bellum draco cum
michaele archangelo etc. Quartum
prelium est quod michael habuit
contra pharaonem et egyptios. Ecce
iste ille angelus de quo dicitur
Exodi 23 Ecce mittam angelum
meum qui precedat in via
et introducat ad locum quem

[...]am creditur ille angelus fu-
it qui egipciis plagas intulit
qui mare divisit qui in columpna
nubis et ignis ipsum custodivit
antecessit qui in terram promissio-
nis ipsum ipsum introduxit. fuit
enim primus princeps synagoge
unde dicitur Danielis 10 nemo
michi adiutor est nisi michael
princeps vester. Sed postquam iudea
dominum crucifixit factus est
princeps ecclesie unde audite sunt
voces angelorum dicentium emi-
gramus ab hiis sedibus. Ideo psal-
mista dicit: Deus in adiutorium
meo dei. quanto plus est
in gloria angelorum habebit anti-
christus cum ut dicit Glosa super
illud Apocalypsis 13 vidi unum de ca-
pitibus eius occisum in mor-
tem se finget et per triduum la-
tens postea apparebit dicens
se suscitatum arte quasi magica fe-
rentibus cum demonibus in a-
era ascendit et veniet ado-
rabunt eum tamen stabit in
monte oliveti michael ut dicit
Glosa 2 Thessa 2 quem dominus
Jhesus interficiet ipsum in papi-
lione et [...] Christo ponitur
nobilitas [...] cuius subditi
et non valuerunt nec locus inven-
tus est eorum amplius in celo
est quid locus eius inven-
tus sed non in celo unde nomen
et inde nominibus est comparatum
nam officium et culpam natu-
convenit locus supremus scilicet
celum in quo quidam tamquam
in loco conspirio fuerunt creati
et si stetissent post modum fuit
in ea confirmandi officio vero
quod habent scilicet aere hominis
convenit locus medius scilicet aer
caliginosus ut scilicet et nos exer-
citant qui sunt ad temptandum et ut
luminem non habeant ad gaude-
dum et celum sursum respiciant
ad dolendum et deorsum habent
ad celum ascendentes respiciant
ad mordendum culpe quod convenit
locus infimus scilicet infernus unde
post iudicium quando cessabit eorum
officium detrudentur in infernum nec
ultra per aerem habebunt exitum sed
in aeternum [...] sustinebunt tor-
mentum sequitur ultimus etc.

Sermo quartus de festivi-tate angelorum sanctorum

Michael unus de principibus
primus venit in adiutorium
meum Dan 10. In celesti curia
sunt diversa officia et diversi sunt
ibi officiales et ne in suis officiis
se impediant vel confundant ideo
specialiter cuilibet propria officia delegavit
Specialiter autem beato michaeli suo ma-
iori officiali quintuplex officium assi-
gnavit scilicet principandi impugnandi ad-
versandi preliandi ponderandi et
deportandi. habet quidem officium prin-
cipandi et impugnandi quia aliis ce-
lestibus dei princeps existit unde dicitur
in superiori auctoritate Michael
unus de principibus primus fuit
autem primus princeps synagoge sed
postquam synagoga dominum crucifixit
cassatus et factus princeps ecclesie
unde ipse ecclesiam protegit et de-
fendit iustum aut ipsi angeli pro-
vinciis quibus principantur zelare
videntur ut patet in vitem obviare
respectu et preliari dicuntur unde
ponitur Dan 10 Quatuor angeli
de ordine principatus quorum
unus scilicet michael erat princeps
et prepositus iudeis qui remanserat
in iudea alius scilicet qui loquebatur
cum Daniele illis iudeis qui erant
in captivitate Persarum alius ipsis
Persis alius Grecis unde dicitur
Ibidem vir vestitus lineis et

renes eius accincti auro obrizo
et corpus eius quasi crisolitus
et facies eius quasi species fulgo-
ris et oculi eius ut lampas ar-
dens et dixit noli timere daniel
quia ex die primo quo posuisti
cor tuum ad intelligendum ut affli-
geres in conspectu dei tui exaudita
sunt verba tua et ego veni propter
sermones tuos / princeps autem regni
persarum restitit michi viginti diebus
Et ecce michael unus de princi-
pibus primus venit in adiutorium
meum et tunc revertar ut prelier
adversus principem persarum Cumque
egrederer apparuit princeps grecorum
Ecce quia hic angelicos principes
quatuor nominat Que verba quomodo
sint intelligenda ostendit gregorius
in moralibus dicens Angeli dispen-
santes singulis quibusque gen-
tibus sunt prelati Cum quod subditorum
mores adversum se vicissim oppo-
sitorum spirituum opem merentur ipsi
qui sunt prepositi contra se venire
referuntur ysaie xvj. ¶ Ibi cum ange-
lus qui danieli loquebatur capti-
vis ysrahelitis populi in perside constitutis
prelatus agnoscitur Michael autem
eorum qui ex eadem plebe in
terra remanserant prepositus in-
venitur de quo subditur Nemo
michi adiutor est nisi michael
In hiis omnibus princeps vester
dicit ergo ego veni propter sermones
tuos princeps autem persarum resti-
tit michi Ac si aperte dicat pa-
trum quidem tuorum vita pro-
meruit ut restitutus populus a capti-
vitatis servitute exeat Sed adhuc est quod
in eodem populo persarum dum proficere
ut de captione illius michi in-
re persarum princeps contradicit quibus
peccatis tue eos quos qui in iudea
latitant adiuvat Unde addit mi-
chael princeps vester venit in adiuto-
rium michi Sed et grecorum princeps

adventus apparet quia et
visus aliquid inde commiser-
qua perfecto de causa erepcio-
nis resistebat Ecce ego dum
cum contra se angeli veniunt qui
subiectarum sibi gentium vicium
sibi merita ferunt Cum quod vi-
us tunc quod gentis vel culpa vel
iusticia ad suum meritum dicitur
eiusdem gentis prepositus ne
obtinuisse conspicitur Secundo
est officium adiuvandi Unde
dicitur missa autem venit in
adiutorium meum Angeli qui
hominem semper adiuvant et cu-
stodiunt nec umquam ipsum dese-
runt etiam peccantem quin
etiam sunt parati auxiliari si il-
le velit seu velit fallit tamen
hoc in obstinatis et desperatis
quos deserit unde in dictu
salvatoris omnes sodomite
fuerunt a dyabolo detenti tamen
ab angelis derelicti patuit fi-
et angelus etiam tales custodit
et adiuvat si redire voluerit
cum peccato hominem numquam
angelus deserit quamdiu vivit
Sed etiam si deserent michael
tamen numquam deserit qui semper
auxiliator existit unde dicitur
dan x nemo est adiutor meus
in omnibus hiis nisi michael prin-
ceps vester Adiuvat autem michael
cum angelis sibi deputatis
hominem ne a dyabolo superetur
dyabolus quidem habet malitiam
quia semper portat venenum
quod vult effundere Habet astuciam
quia per quem fraudem per quam
possit intrare Unde dicitur
Gen 3 Sed et serpens erat
malicia Erat callidior cunctis
animantibus terre astucia / Habet
potentiam qua hominem vult
opprimere Job xl non est potestas

super tiram que comparatur contra
sunt michael et angeli eius
sunt vigilantes eminentes
et ad deum clamantes *Cant. 3*
pto. Invenerunt me vigiles
qui custodiunt ciuitatem
Ecce quod sunt vigiles
seu vigilantes *ysaie lxii*
Super muros tuos posui ierusalem
custodes Ecce quod
sunt eminentes et super alti-
tudinem celi erecti ut se-
insidias de longe aspicere pos-
sunt Deinde subditur Tota
die et tota nocte non tace-
bunt inperpetuum Ecce quod sunt
ad deum clamantes Sunt
igitur angeli vigilantes contra
demonum maliciam Sunt insi-
dias de longe respicientes
seu spectantes propter eorum
astuciam Sunt ad deum cla-
mantes petentes eius au-
xilium contra persarum potentiam
et vigilanciam Tercio michael
habet officium preliandi *Dan.*
xii In tempore illo princeps
magnus qui stat pro filiis populi
tui Consurget quod est adiu-
uantis sicut pugnantis preli-
ant cum dracone *Apoc. xii*
factum est prelium magnum in celo
Michael et angeli eius prelia-
bantur cum dracone preliatur
cum dyabolo *Jude ii* Cum mi-
chael archangelus cum dra-
cone disputans altercaretur
de moysi corpore et preliatus
cum rege persarum unde dicitur
Dan. 10 princeps regni persarum
restitit michi et ecce michael
vnus de principibus primis
venit in adiutorium meum et ego
et tunc remansi ut pluries contra
regem persarum In hac angelus
loquebatur cum daniele

dixerit contra se regem persarum
preliaturum et in illo prelio nullum
adiutorem nisi michaelem se
habiturum ostendit quod michael
contra regem persarum similiter
dimicauit pro istos autem tres scilicet
dracone dyabolum et rege persarum
tria genera demonum figurantur per
draconem signatur demon qui
post auaricie / cultus eum est ad
recipiendum et sic auariciam
que sitim inducit quia auarus
quanto plus bibit tanto plus
sitit unde ezechiel ydropicum
figuratur Michael igitur tunc contra
dracone pugnat quando demone
qui post auaricie refrenat pro
dyabolum qui interpretatur deorsum flu-
ens signatur demon qui post
superbie pro superbiam cum dyabolus
in infernum fluxit unde dicit
dominus *Luce 10* videbam sathanam
quasi fulgur de celo cadentem
Ipsa cum superbia homines de celo
in infernum fluere facit Luce. Tu ca-
pharnaum numquid in celum exal-
tata es et vsque ad infernum de-
mergeris Sunt igitur michael
contra dyabolum preliari quando
demonem qui post superbie
cessare facit per se cum in-
portantur temptationi uel sua la-
tera dysplicentes Ecce igitur
persarum sicut demonem qui post
luxurie / luxuria cum inter cetera
alia peccata homines magis infe-
stat et amplius de ipsa temp-
tatur luxuria quia corpus ad terram
deprimit et cor a deo diuidit
et totum corpus miserabiliter
dissoluit et totam substanciam
consumit et ideo tres persone i. sua
latera dysplicentes voluntatem
Sunt igitur michael contra

regem persarum pugnabat quando demonem qui per [illegible] ab impugnatione refrenat. Tercio habet officium ponderandi [illegible] [illegible] que sunt libri la-torum michael in statera ponderat animas ut que sunt vacue recognoscat. Dicitur autem Daniel 5 Appensus es in statera et inventus es minus habens.

b Sunt vero quedam anime vacue, quedam semiplene, quedam plene et quedam supplene. Vacue sunt que secum nulla bona opera portaverunt. Istas michael ponderabit et eas vacuas inveniens dicet: Appensus es in statera et inventus nichil habens. Dici etiam potest talibus quod dicitur Apocalypsis iii° Tu es miser et miserabilis pauper et nudus. Tales enim sunt quasi nudi quia bonis operibus despoliati, ceci quia per ignoranciam obtenebrati, pauperes quia omnium sanctorum bonorum suffragiis destituti. Et ideo erunt miserabiles quia divina visione privati, miseri quia iehenne incendiis deputati. De talibus in persona Christi dicet michael Mathei 22 Ligatis manibus et pedibus mittite eos in tenebras exteriores. Semiplene sunt anime que licet aliqua bona fecerunt, ea tamen tepide et negligenter fecerunt. Istas michael archangelus ponderabit in statera et dicet eis: Appensus es in statera et inventus es parum sive minus habens. Ipsis etiam dici poterit illud Apocalypsis 3 Non inveni opera tua plena coram deo meo. Illa opera sunt semiplena que fiunt cum negligentia et torpore. Talibus etiam dicet michael in persona Christi illud Apocalypsis iii° Utinam calidus esses aut frigidus, sed quia tepidus es incipiam te evomere de ore meo. Ille anime sunt plene que secum opera bona portaverunt. Talis erat illa de qua dicitur Actuum 9 Hec erat illa plena operibus bonis et elemosinis quas faciebat. Istas michael ponderabit et dicet: Appensus es in statera et inventus es satis habens. Ipsis etiam in persona Christi dicet poterit illud Mathei 25 Esurivi et dedistis michi manducare etc. Et ideo venite benedicti patris mei, possidete vobis paratum regnum. Ille autem anime erunt supplene que non tantum precepta servaverunt sed etiam consilia supererogaverunt. Istas michael ponderabit et dicet: Appensus es in statera et inventus es ~~[illegible]~~ [illegible]. Ipsis etiam dici poterit Luce 6 illud Mensuram bonam confertam et coagitatam et superffluentem dabunt in sinum vestrum. Isti enim fuerunt divinorum preceptorum conservatores et ideo habebunt mensuram bonam; fuerunt bonorum contemptores et ideo habebunt mensuram confertam; fuerunt proprie voluntatis subiugatores et ideo habebunt mensuram coagitatam; fuerunt caritatis amatores et ideo habebunt mensuram superffluentem. Quarto michael habet officium deportandi: portat enim in celum animas sanctorum. Unde cantat ecclesia de eo: Archangele michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas.

Non tamen intelligendum est quod ipse solus portet quia et alii angeli portant sed quod ipse honorabilius portet et quia ceteri angeli qui portant sunt sibi subiecti sicut cardinales summo pontifici sunt subiecti et ideo cantat ecclesia michael prepositus paradisi quem honorificant angelorum cives unde creditur de ordine principatuum seu principatum eius esse ceteros qui portant de ordine inferiorum angelorum. Portant autem angeli animas sanctorum valde reverenter quia non in humeris sed in manibus portant psalmus in manibus portabunt te. Portant valde diligenter quia ab omnibus offendiculis eos custodiunt et conservant unde sequitur ne forte offendas ad lapidem pedem tuum super aspidem et basiliscum ambulabis etc. Portant valde gaudenter quia cum canticis et iubilationibus eos in celum deducunt ysaie lv in leticia egrediemini et in pace deducemini montes et colles cantabunt coram nobis laudem. Portant valde humiliter quia pauperes et mediocres non despiciunt sicut videtur luce xvi factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum abrahe. Non solum autem sancti angeli portant sanctos post mortem sed in vita quod ostendit bernardus dicens. Turbatur aliquis vehementer sive corporali quavis incommodo sive tribulatione aliqua seculari sive acidia spiritus et animi quadam defectione languescit arbitror sane huiusmodi homines velud quibusdam manibus interdum ab angelis portari ut quasi non sentientes transeant que tanto tempore formidabant nec parum mirentur

super tam prosperiori felicitate etc.

Sermo quintus de festivitate angelorum sanctorum

Angelis suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis psalmo xc. Ista verba tractans beatus bernardus sic dicit. O mira dignatio et vere magna dilectio quis quibus de quo et quid mandavit. Deus scilicet mandavit de angelis suis mandavit et de te homine mandavit et ut custodiant te in omnibus viis tuis mandavit. Ex quibus verbis colligitur quod in illo qui mandavit ostenditur magna caritas in angelis magna humilitas in homine magna dignitas et in ministerio magna utilitas. Caritas dei in hoc ostenditur quod tantos et tales custodes homini deputavit. Humilitas angeli in hoc quod tam humile ministerium subire non recusaverunt. Dignitas hominis in hoc quod deus tanti ipsum reputavit. Utilitas huius ministerii in hoc quod hominem in omnibus viis suis deus securum per angelum reddidit. De caritate autem dei circa nos sic dicit bernardus domine quid est homo quod innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Demum mittis ei unigenitum tuum immittis spiritum tuum promittis vultum tuum et ne quid vacet in celestibus ab opere sollicitudinis illos etiam beatos spiritus gloriam tuam intuentes contemplantes propter nos mittis in ministerium. Secundo in angelo ostenditur magna humilitas qui tam humile officium non recusat sed hominem tam diligenter custodit et sibi ministrat. Et ideo homo magnam debet sibi reverentiam exhibere qui sibi dignatur

ministrat Bernardus In quovis diversorio in quovis angulo reverentiam exhibe angelo tuo ne audeas illo presente quod me presente non auderes Ideo Bernardus loquens de hoc verbo angelis suis mandavit de te etc. Quantam inquit debet tibi hoc verbum reverentiam inferre afferre devotionem conferre fiduciam reverentiam pro presentia devotionem pro benivolentia fiduciam pro custodia Sed quod aut angeli homines custodiunt stantes tenent ne cadant cadentes adiuvant ut resurgant resurgentes custodiunt ne iterum cadant Tertio in homine ostenditur magna dignitas in hoc quod ab angelis meruit custodiri Jeronimus et Bernardus Magna dignitas animarum ut unaquaeque ab ortu nativitatis sue angelum habeat ad sui custodiam deputatum Deputatus est autem angelus homini pro custodia ratione angeli et ratione ipsius hominis Ratione angeli quidem cum propter sue ruine reparationem quia homines salvandi introibunt locum cadentium angelorum tum propter accidentalis premii cumulationem quod usque ad diem iudicii in angelis augetur tamen quod homines per eorum ministerium querunt tot in eis gaudia cumulabuntur Luce 15 Gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente Tum propter amoris erga nos demonstrationem ratione vero hominis et hoc propter hominis necessitatem et dignitatem Necessitas cum homini hoc requirit quia saepe dyabolus in homine rationem seducit voluntatem allicit virtutem opprimit Ideo necesse est ut homini angelus rationem erudiat per suam sapientiam voluntatem inflammet per caritatem ignitam et per virtutem roboret per exhortationem Item dignitas etiam hominis hoc requirit associari cum est natura divina humane nec in eadem persona iungi

ab ea spernatur Et ideo angeli non dedignantur famulari homini cum sit id est Christus et socii id est fratres cum ipsum super se exaltatos conspiciunt Quarto notatur magna utilitas quam homini consequitur ex custodia angelica cum dicit ut custodiant te in omnibus viis tuis Circa quod notandum quod angelus custodit hominem in omnibus viis suis scilicet in vita in morte et post mortem In vita quidem custodit bonos malos et tepidos De quibus dicitur Apocalypsis 3 utinam frigidus esses quo ad malos aut calidus quo ad bonos sed quia tepidus es quo ad tepidos Bonos quidem custodit eos a temptatione dyaboli confundendo eos in bono gratie perficiendo faciendo et ipsorum opera divina ut putamus preservat quidem eos a dyaboli temptatione Cum enim dyabolus habeat in venia quam vult intendere astutiam quam subtiliter agens vult submittere et potentiam quam vult opprimere Angelus contra maliciam succedente opponit celeste refrigerium quod signatum est Danielis 3 In angelo qui in fornacem cum Azaria et sociis eius descendit et refrigerium magnum fecit Contra astutiam latenter submittentem opponit dominice passionis signaculum quod signatum est Apocalypsis 7 ubi dicitur Nolite nocere terre et mari neque arboribus quousque signemus servos dei nostri in frontibus eorum Item Ezechielis Signa thau in frontibus virorum gementium Thau namque est admodum crucis facta Contra potentiam opprimentem opponit fortitudinem et signatum est Apocalypsis 20 In angelo qui demonem ligavit et in abyssum misit Ipsos etiam bonos perficere facit in bono gratie scilicet proficientes perficientes et perfectos Judith 13 Vivit deus quoniam custodivit

me angelus eius et liberavit eum de manu herodis. Secundo angelus custodit hominem quo ad statum proficientem per quem homo surgit de peccato et ibi commorantem quo ad graciam proficientem et inde habet recentem per gratiam proficientem. Angelus enim deo bona opera representat scilicet oraciones ieiunia et elemosinas quibus cum habet tria deo angelus representat dicitur Tho. xii. Bona est oracio cum ieiunio et elemosina magis quam thezauros auri recondere et infra Quando orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos derelinquens prandium ego obtuli oracionem tuam coram domino. Tercio angelus custodit malos circa quos multa bona operatur. Primo eos de peccato perpetrato reprehendit. Quod signatum est Judic. 2. ubi angelus domini de prevaricatione filios israel reprehendit dicens Eduxi vos de egypto et introduxi in terram pro qua iuravi patribus vestris. Et sequitur Et noluistis audire vocem meam cur hoc fecistis. Secundo a peccato perpetrato saepe educit. Quod signatum est Gen. 19 in violenta eductione Loth de Sodomis i. de peccati consuetudine. Tercio a peccato futuro saepe impedit. Hoc signatum est Num. 22 ubi angelus domini impedivit Balaam ne iret ad maledicendum. Quarto eos a peccato monent ad contricionem. Quod signatum est Judic. 6. ubi angelus domini eduxit Gedeonem de petra quia saepe de hominibus duris angelus educit Gedeonem contricionis. Quinto aperit labia ad confessionem. Quod signatum est Ysa. 6 ubi per angelum labia ysaie purgantur et inducit ad satisfaccionem. Hoc signatum est Paralip. 21 in angelo precipiente per prophetam qui dixit Gad prophete ut diceret david quod in monte ascenderet et deo satisfaceret. Tercio angelus custodit tepidos quia eos excitat fortificat et confortat. Excitat ut operentur fervencius. Hoc signatum est Act. 12 in petro dormiente quem angelus excitavit dicens Surge velociter. Fortificat ut operentur perseveranter hoc signatum est 3 Reg. 19 in elia sub iunipero iacente quem angelus excitavit et cibo ipsum a deo fortificavit quod xl diebus et xl noctibus i. per totum tempus huius vite ambulavit et usque ad montem oreb pervenit Oreb autem interpretatur mensa quia talis refectio angelica de refectione gracie pervenit ad refectionem celestis mense. Confortat ut operentur libencius. Sic confortavit Thobiam dicens Thobie 7. forti animo esto in proximo est ut a deo cureris. Unde eciam daniel ab angelo confortatus ait Dan. 10 loquere domine quia confortasti me. Sexto angelus custodit hominem in morte. Homo quidem in morte quatuor incommoda patitur. Unum est quod timor mortis ipsum affligit. Aliud est quod deus racionem requirit. Tercium est quod dyabolus animam rapere intendit. Quartum est quia peccatorum multitudo terret et sollicitum reddit. Contra primum incommodum angelus in morte viris sanctis salvacionem revelat et sic timorem mortis concludit et ipsam mortem iocundam facit. Ysaie 77 In leticia egrediemini et in pace deducemini. Contra secundum incommodum angelus cum deo reconciliat ut sit sibi sicut racionem reddat Job 33 Si fuerit angelus pro eo loquens unus de similibus ut annunciet hominis equitatem miserebitur eius. Zacharie 1o Et respondit angelus domini et dixit domine exercituum quousque non misereberis ierusalem et urbium iuda quibus iratus es. [illegible] super Cant. desiderat

angelus medius int' dilectum et dilectam vota offerens recipiens dona gratias presentat et ipsam placat illum Contra tercium incommodum dyabolum fugat sicut signatum est Gen 32 ubi dicitur Cum Jacob Esau valde timeret habuit angelos sibi obvios ipsum adiuvare paratos quos cum vidisset ait Castra dei sunt hec Contra quartum incommodum angelus peccata dimissa sepe revelat sicut signatum est Dan 9 ubi dicit Gabriel danieli dixit Ab exordio precum tuarum egressus est sermo Glosa venia a deo Et sequitur Ego autem veni ut indicarem tibi peccata tua scilicet a deo esse dimissa quia vir desideriorum es Tercio custodit hominem in omnibus viis suis post mortem Tres enim vie post mortem sunt Una est que ducit ad infernum alia ad purgatorium Tercia ad celum In prima via custodit angelus animam ne per ipsam incedat et ne a demonibus rapiatur unde talis anima regraciatur deo dicens in psalmo Nisi quia dominus adiuvit me scilicet per angelum suum paulominus habitasset in inferno anima mea Et illud Anima mea sicut passer erepta est de laqueo venancium etc. In secunda via angelus animam custodit quia ut purgetur ipsam in purgatorium ducit et post modum ipsam purgatam letanter inde educit et in celum introducit unde potest ei convenire illud Thobie 12 dixit angelus Ego sanum ducam filium tuum scilicet ad purgatorium ut purgetur et sanum reducam in celum scilicet ut glorificetur In tercia via que ducit ad celum animam custodit quia ab omnibus laqueis eam defendit et in celum introducit Exo 23 Ecce ego mittam angelum meum qui precedat te et custodiat te in via et inducat in locum quem paravi tibi etc.

Sermo sextus de festivitate angelorum sequitur

Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem Angelus est nomen officii Spiritus vero est nomen nature Similiter minister est nomen operacionis ignis vero est nomen ardentis amoris dicit ergo Qui facit angelos suos spiritus ac si aperte dicat Deus illos quos secundum naturam habet spiritus simplices nam quando vult facit angelos commissionis ministerium et quos semper habet velud ignem urentem per fluidum amorem facit ministros per exteriorem operacionem In verbis igitur premissis tanguntur de ipsis angelis condiciones Primum est obediencie velocitas cum dicit Qui facit angelos suos spiritus Secundum est vere simplicitatis cum dicit spiritus Tercium est operacionis sollempnitas cum dicit et ministros suos Quartum est fervide caritatis cum dicit ignem urentem Est igitur in eis obediencie velocitas quia sunt angeli id est nuncii de vident et discurrunt per dei imperium Secundo vero ad exteriora accedunt ab interiori contemplacione recedunt Sed quocumque mittuntur per intra deum moventur Dystinguit autem dyonisius in celesti ierarchia in angelis triplicem motum scilicet circularem rectum et obliquum Circularis est ab eodem in idem et circa idem centrum et mobile Quem motum angeli habent quando immediate recipiunt illuminaciones a deo et per illas revertuntur ad deum Motu recto moventur quando procedunt ad providenciam subiectorum recte omnia consequentes et ibi non revertuntur ab eodem in idem Sed de uno ad aliud quasi circuitu aut obliquo moventur quando cognicionem inferiorum quibus providere

reflectitur in deum principium et
finem pulchri et boni / Secundo
in angelis consideratur nature simplici-
tas Ideo dicitur spiritus ex eo autem
quod angelus est spiritus et non sim-
plex ostenditur quod in natura sua corpu-
reis multis quidem magnas excellencia-
tas habet / habet enim magnam dig-
nitatem angelus in libro de natura
boni / sicut aurum corruptum et ar-
gentum corruptum melius est quam
argentum incorruptum et argentum
corruptum melius est quam plumbum
incorruptum Sic eciam corruptus
spiritus melior est quam incor-
ruptum corpus et hoc racione simpli-
citatis et nature / De dignitate eciam
nature ipsorum eciam dicit dyonisius de divinis
nominibus Angelice mentis sunt super
aliqua vivencia et intelligunt et
agnoscunt super sensum et racione
Secundo habent magnam puritatem
anima cum racione corporis multas impu-
ritates contrahit Angelus enim
purissimam habet naturam Ideo dicitur Capitulum
nichil inquinatum in illam incurrit Sicut
enim in pomo aliquando corruptio aliquando
nascitur a verme interiori aliquando
a lesione exteriori / sic et in anima
corruptio nascitur / aliquando ab interiori
mundo immunda cogitacione polluitur
aliquando exteriori quia semper ex
corporibus aliqua impuritas venit
In angelo autem non est sic Et ideo
appellatur lux. Genesis primo fiat lux
et facta est lux. Ipsa enim lux
nec in se potest corrumpi nec ab
extrinseco potest fedari Tercio habent
intellectualitatem Nos enim indigent
raciocinacione vel collacione sicut
homo Sed sicut Augustinus simplici con-
tuitu res cognoscunt Unde dicit
dyonisius in libro celestis ierarchie
simplicibus et immediatis splendori-
bus illuminantur et divino nutrimento
implentur Quarto habent nobi-

bilitatem stabilem enim supernalis boni
semel stabilis est in bono vel in
malum nisi commocione eius cum
alio Sicut patet in anima que sepe
mutari de bono in malum Soluta
non a corpore non potest / Quinta autem racio
est quia natura et pure supernalis
simplicitatem suam totam se
convertit ad id quod diligit quod non
facit natura supernalis unita quadre-
trenus corpus habet Quinto
habent magnam velocitatem ysaie 18
ite angeli veloces Et Sapiencie 1 dicitur
omnibus mobilibus mobilior sapiencia
ut per sapiam naturam angelicam acci-
piamus propter ipsorum aut velocem
motum venti appellantur ps. Qui
ambulant super pennas ventorum
dyonisius in celesti ierarchia ventus
aut ipsos angelos nominare velocem
motum eorum signat ad omnia fere
transeuntem sine mora actionem
damascenus in libro 2o loquens de
angelis dicit fortes sunt et parati
ad voluntatem dei complendam et ibi
confestim inveniuntur ubicunque divinus
iussit nutus // Tercio consideratur in ange-
lis operans fraternitas cum dicitur
ad ministros suos Hec sunt autem
opera que ministerio angelico obtinemus
determinatur Thobie 12 ubi thobias in-
morans conclamans patri suo eam quae
angelus sibi fecerat dixit me duxit
et reduxit sanum pecuniam a gabelo
ipse suscepit uxorem habere ipse
me fecit demonium abeat ipse
concessit gaudium parentibus eius
Ipse fecit me / ipse ad cenacionem
piscis liberavit te quoque fecit
unde lumine celi et bonis operibus
per eum repleti sumus / Ex quibus
verbis habetur Quod ministerio an-
gelico omnia nobis bona proveniunt
et omnia mala a nobis excluduntur
Est autem bonum triplex scilicet temporale
spirituale et celeste Bonum temporale

Tobie est unum quod est intra
hominem scilicet sanitas tocius cor-
poris et omnium potenciarum anime
scilicet memorie intelligencie et
voluntatis Et istud bonum habetur
in ministerio angelico Et ideo dicit
ipse duxit et reduxit sanum
Aliud bonum est quod est iuxta ho-
minem scilicet uxor prudens que datur
a deo ministerio angelico Proverbiorum 19
domus et divitie dantur a
parentibus a deo autem proprie uxor pru-
dens Et ideo dicitur uxorem habe-
re me fecit Aliud bonum est quod
est extra hominem scilicet prosperitas
et habundancia divitiarum et rerum
aliarum Ideo dicitur pecuniam a gabelo
ipse suscepit omnia etiam tue nascen-
cia ministerio angelico proficiunt Sicut
enim hec fiunt per motum celi ita
quod post iudicium cessante motu celi
nichil in mundo generabitur et quia
secundum sanctos intelligencie angeli movent
celos et principalitas effectus attri-
buitur primo motori sicut effectus
artis magis est artificis quam
instrumenti et ipsum celum sit quodam
modo instrumentum intelligencie
Apparet quod per angelos non tantum
bona spiritualia sed etiam ad vitam
temporalem necessaria nobis adveniunt
Habemus etiam in ministeriis bona
spiritualia scilicet bona dona et virtutes
et ideo dicit repleti quia bona
temporalia non replent Ecclesiastes avarus
non implebitur pecunia Augustinus
Omnis copia que deus meus non
est egestas michi est Habemus
etiam celeste quod comparat seu consistit
in beata dei visione Ideo dicit ecce
quod sedet videtis lumen celi lumen est
ipsa visio dei quo lumine propheta illuminari
petebat dicens illumina faciem tuam super
servum tuum Et quia dampnati isto lu-
mine carent ideo perpetuam tristiciam
habent ut dicere possit quilibet eorum
illud Tobie 5 Quale gaudium

michi erit qui in tenebris sedeo
et lumen celi non video Item solum
autem ministerio angelorum omnia nobis
bona proveniunt sed etiam omnia
mala excludunt scilicet malum culpe
pene tristicie et gehenne Ma-
lum autem pene et culpe a dyabolo
causatur quia ipsi ad peccata nos im-
pellunt et multis adversitatibus nos
affligunt Sed angeli ista a nobis
excludunt quia demonem a nobis
compescunt timet enim angelos ab
eis demonium compescit quidem potenciam
ne ipsum incitat ad peccata et affli-
gat per adversa Aliud malum est mali-
tie tristicie de quo dicitur 2 Cor. Seculi
tristicia mortem operatur Istud malum
angeli ministerio removent quando
seculi tristiciam auferunt et spiritualem
iocunditatem infundunt Ideo dicit
Gaudium parentibus eius ipse fecit
Aliud malum est malum gehenne
Istud etiam malum a nobis remo-
vent Ideo dicitur me ipsum a devo-
racione piscis liberavit Quamdiu
peccator est in hoc mundo est in fau-
cibus dyaboli sed non est devoratus
a dyabolo ymmo sicut faucibus noab
intravit per culpam sic ab ipsis ex-
ire potest per penitenciam Dampnati autem
non tantum sunt in faucibus dyaboli
sed etiam sunt devorati ab ipso
dyabolo Et ideo non est spes ut vi-
de ipso ventre possint exire quod
ergo dicitur Quod angelus liberat
a devoracione piscis id est demonis
intelligendum est quod non liberat iam
devoratum sed devoracioni propinquum
qui devoratus fuisset nisi eum
angelus adiuvasset Quarto in an-
gelo notatur fervens caritas Eum di-
gnem urentem dicuntur autem
angeli ignes urentes quia ardent
per amorem et lucent per cognicionem
ut vero secundum quod ardent

Vnde dicit Dyonisius in libro de diuinis nominibus Amor
habet triplicem vim scilicet eleuati-
uam inclinatiuam et coordinatiuam
Eleuatiuam quidem quia eleuat infe-
riora superioribus Inclinatiuam quia
inclinat superiora inferioribus Coor-
dinatiuam quia ordinat equalia
coequalibus Istam triplicem vim a-
mor dei non tantum in nobis sed etiam
in angelis operatur / Et quantum ad hoc
ipsi angeli dicuntur ardores seu
ardentes semper, item lapides igniti
et carbones accensi Inquantum
enim amor dei habet in eis vim
eleuatiuam per quam ad deum
eleuantur et ab ipso inflammantur
dicuntur ardores ysaie 33 Quis
habitabit ex uobis cum ar-
doribus sempiternis Augustinus
in libro de ciuitate dei loquens
de angelis Tanto ineffabilius diuina
pulchritudine tamquam sancto a-
more inardescunt singuli ut ea
que infra sunt quod illud non sunt
se et ipsos inter cetera contempnant
In quantum autem amor dei habet in eis
vim inclinatiuam per quam ad
nos inclinantur et ad dei amorem
nos inflammant / Dicuntur carbones
accensi Ezechielis 1° Similitudo
animalium et aspectus eorum quasi carbo-
num ignis ardentium Sicut enim car-
bones ligna inter que ponuntur in-
flammant Sic et sancti angeli tamquam
carbones ardentes ad nos venien-
tes in dei amorem nos accendunt
Inquantum vero amor facit in eis vim
coordinatiuam per quam se inuicem
coordinant et in dei amorem
inflammant Dicuntur lapides igniti
Vnde dicitur de primo angelo Ezechielis
28° In medio angelorum
quasi lapidum ignitorum ambulasti
perfectus in viis tuis in die co-

-nditionis tue donec
inuenta est iniquitas in
te Quod autem inuicem se inflam-
ment signatum est Ezechielis 10
vbi dicitur Extendit cherub
manum suam de medio cheru-
bim et dedit in manus eius
qui erat indutus lineis In-
tendunt ergo nos angeli et in-
flammant dum affectum nostrum
~~...~~ excitant et adiuuant hu-
manum cum affectum inflammare
et accendi tripliciter potest intelligi
vel efficiendo et mouendo vel
excitando et adiuuando primo modo
solus deus potest nostrum affectum
inflammare Secundo potest angelus ipsum
concupiscibilem et delectabilem / Tertio
potest angelus nam et in igne materia-
li istud videre possumus Quantum
enim ad primum modum ignis accendit
ligna Quantum ad secundum ligna
accendunt ignem Quantum ad tertium
ille qui ligna ponit ipsum ignem
accendit // Secundo ipsi angeli dicuntur
ignis vrens non tantum quia ardet
per amorem sed etiam quia lucet
per cognitionem / Habet autem angelus
triplicem cognitionem scilicet matutinam
vespertinam et meridianam Ordo
autem dicitur de cognitione matu-
tina et vespertina in angelis
introductus est ab Augustino
Qui dies in quibus legitur deus cuncta
creasse non hos dies vsitatos
intelligi uult / sed cognitionem angeli-
cam quibus putata sit eam in
die conspecto mane est principium
dici vespere autem terminus / ita cognitio
dicitur matutina secundum quod res est in verbo
Cognitio autem in proprio esse ...
quod in propria natura consistit dicitur cognitio
vespertina Vera est enim sicut a verbo
sicut a quodam primordiali principio
Et hic plures veniunt ad esse rerum

q habent in patria nec pot etiam
dici q ipi angeli et omes beati
habent cognitionem meridianam quam
dicitur clare et apte cognoscunt
hanc aut cognitionem petebat sponsa
dicens Cant 1 Indica michi
quem diligit anima mea ubi pas-
cas ubi cubes in meridie ne
cum sinus in nocte i in nubes
tenebras ignorantie Iac 30
vos quippe involuimur tenebris
sunt aut orimus in meridie
i in aperta et in plena dei cognitione
1 Cor 13 videmus nunc per
speculum quasi in enigmate
tunc aut facie ad faciem Nunc
cognosco apte Tunc aut cogno-
scam sicut cognitus sum Et quan-
tum ad istam triplicem cognitionem
tripliciter nominatur s astra ma-
tutina specula pura et luna
sola Primum quantum ad cognitionem
vero qua habet in verbo dicitur
astra matutina Iac 31 ubi cum
tunc me laudaret astra matutina
quantum ad cognitionem qua habent
a nocte dicuntur specula pura
dionisius in angelica yerarchia an-
gelus est ymago dei occulti lu-
minis speculum purum clarissimum
incontaminatum immaculatum Quantum
vero ad cognitionem meridianam
i visionem claram et apertam dicitur
luna sola unde damascenus loquens
de angelis dicit hec sola lumina-
ria secunda intellectualia corpore
et sine principio lumen illuminatum
habentia Ipse enim deus est primum
et principale lumen q a nullo
illuminatur et cuncta illuminat
Secundaria aut lumina ab ipso illu-
minata angeli sunt Et ideo a
damasceno sola lumina appellantur

Sermo septimus de festivitate angelorum

Benedicite dno omes virtutes
eius ministri eius qui facitis
voluntatem eius Officium angelorum
duplex est scilicet deo assistere per contemplationem
iubilationem et nobis ministrare per sollicitam
operationem Ipsi igitur angeli sunt semper deum
laudantes Ideo dicitur benedicite domino
omes virtutes eius et sunt semper nobis
ministrantes Ideo subditur ministri eius
laudant igitur per deum aug in libro
confessionum Laudant te per celestes ipsi
angelorum tuorum vident enim faciem
tuam et ibi legunt sine sillabis temporum
quid velit eterna voluntas tua legunt
eligunt diligunt et legunt et nunquam
claudit codex eorum Exemplo igitur
angelorum et nos debemus laudare
deum unde dns introducit ange-
los laudantes deum Job 31 ubi cum
tunc me laudarent astra matutina
et iubilarent omes filii dei debemus
igitur inducti ad laudandum deum et
non tantum per exemplum angelorum
sed etiam omnium creaturarum Nunc quia
laudant omes deum unde prophe-
ta omes creaturas ad laudandum
deum invitat dicens laudate do-
minum de celis laudate eum
in excelsis laudate eum sol et
luna etc Et infra laudate dominum
de terra dracones et omes abyssi
Ecce quia introducit ad laudandum
deum dracones et abyssos Cuius
aut introducit ad laudandum deum
luxuriosos et avaros nec aliquos
peccatores insinuans enim et diabolus
iustitiam dei commendat luxuriosi
et avari et peccatores sunt peio-
res draconibus et inferno Si
igitur omnis creatura deum lau-
dat homo qui nobilis et ratio-
nabilis creatura est deum lau-
dare debet Augustinus in libro
confessionum Non cessat nec tacet
laudes universa creatura tua
Si deum laudat universa creatura Ergo

ille qui non laudat non videtur
esse creatura. Laudant autem cum
creature quia sunt magne pulcre
et utiles. Magnitudo autem laudat
omnipotentiam, pulchritudo sapien-
tiam, utilitas bonitatem. Sap. 13. A ma-
gnitudine enim speciei et creature
cognoscibiliter poterit creator eorum
videri. Verum cum autem debemus
induci ad laudandum deum propter
creaturam, sed etiam propter debitum nostrum
et officium. Propter debitum quod quia
homo deum laudare tenetur ex eo
quod ad hoc specialiter est creatus. Ysaie
43. Populum istum formavi michi
ad laudem meam annunciabit.
Propter hoc etiam deus homini dedit
linguam. Eccli. Hoc dedit michi
deus linguam mercedem meam
et in ipsa laudabo eum. Propter nostrum
quia deus suos laudatores tamquam
suos ioculatores liberaliter remu-
nerat. Eccli. 32. Qui elucidant
me vitam eternam habebunt. 1
Regum 2. Quicumque honorificaverit
me quicumque honorificaverit me ho-
norificabo eum. Propter officium quia istud
est officium beatorum laudare deum.
Psalmus. Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum lau-
dabunt te. Et quia istud officium
et nos habituri sumus in celo, li-
benter debemus assuefacere nos in
via officio quod habituri sumus
in patria. Cum cum leticia spirituali
~~dolore~~ habemus deo gratias agimus
et ipsum devote laudamus tunc
beatorum officium recognitamus. Ysaie
51. Gaudium et leticia invenietur
in ea gratiarum actio et vox lau-
dis. Secundo ipsi angeli sunt nobis
ministrantes. Circa quorum ministerium
quatuor sunt videnda. Primo
quibus ministrant. 2o quomodo ministrant.
Circa primum scilicet quibus ministrant no-
tandum est quod hominum
quidam sunt valde boni, quidam

valde mali, quidam mediocriter boni,
et quidam mediocriter mali. Valde
boni sunt viri perfecti qui gloriam
dei aspiciunt. Circa quos homines
angeli ministerium suum exercent dum
faciunt eos de bono in melius
proficere et omne malum vitare. Hoc
signatum est Thobie 13. Ubi Tho-
bias de angelo dixit: Me duxit
et reduxit sanum. Sanos angelus
nos duxit cum facit eos proficere
feliciter. Sanos reduxit quando
facit eos vivere innocenter. Quamvis
autem christus fuit perfectissimus
custodia tamen angelorum non indiguit
quia anima eius omnibus angelis
est prelata et immediate a verbo
sibi unito illuminata. Et quamvis di-
catur quod subdebatur primis
eruditionibus mediantibus ange-
lis, intelligendum est quia angeli
instruebant Joseph et matrem
eius in hiis que circa puerum
erant agenda. Valde mali sunt
obstinati et desperati a quibus
angeli ministerium suum subtrahunt
quia nichil nisi eos proficiunt. Di-
cunt Jeremie 51. Curavimus Babilo-
nem et non est curata. Derelinqua-
mus eam. Mediocriter boni sunt viri
imperfecti sicut layci qui dei precep-
ta custodiunt. Istis angeli ministe-
rium suum impendunt quia eos
ad bona opera semper inducunt
sicut ad orationes, ieiunia et ele-
mosinas que sunt tres partes
satisfactionis. Hoc signatum
est in angelo qui dixit Tho. 12.
Bona est oratio cum elemosina
et ieiunio magis quam thesauros
auri condere, quia elemosina a mor-
te liberat et ipsa est que purgat
peccata et facit invenire misericor-
diam et vitam eternam. Mediocriter
mali sunt mali christiani qui fidem
habent sed opera bona non habent

Talibus angeli ministrant quia eos sepe a peccato revocant hoc signatum est Gen 19 in angelo qui eduxit loth de sodoma i. peccatorem de peccati immunditia. Circa 2m sc quare angeli dominum ministrant non dominum quod hoc facit hoc tristi viri et sui ratione quidem tristi quia angelus scit tristum sitam unum esse et honor qui nobis ab ipsis impenditur in sitam unum sc tristia respondit cum ipse dicat Math 27 Quod uni ex minimis meis fratribus in fratris ratione viri quia scit nos valde sua ministeria indigere dyabolus cum videt intelligentiam unam cecitate per errorem voluntatem inquinare per amorem et memoriam obnubilare per dei oblivionem Angelus autem est virtutem illuminativa purgativa et perfectiva et ideo eius ministerio indigemus ut illuminet rationem purget affectum et perficiat memoriam / Ratione sui quia ruina angelorum debet per salvandos homines restaurari et ideo de nobis salvandis magna eius cura incumbit Dicit enim Augustinus Quod tot homines salvabuntur quot angeli ceciderunt Gregorius autem dicit Quod angeli remanserunt in celo tot homines salvabuntur Aliqui tamen dicunt Quod in celo erunt duo parietes sive due societates una angelorum et alia hominum et quod ruina angelorum restaurabitur de virginibus tamen Et ille erit unus paries inalis aut pariete tot erunt de hominibus salvandis quot in reliquo sunt de virginibus et angelis Circa 3m sc que sunt que ministrant Homo quod sum ego Augustinus

quedam sunt bona infima quedam media quedam suprema Bona infima possumus appellare bona spalia que nobis angeli ministrant ad sustentationem hoc signatum est in 3 Reg 19 ubi angelus ministravit Elie cibum et potum hoc est etiam signatum Thobie 12 ubi Thobias post quam multa bona spalia enumeraverat concludit et bonis omnibus repleti sumus Bona media sunt bona spualia que angeli nobis ministrant ad iustificationem Ipse enim illuminat unam intelligentiam et cognitionem hoc signatum est Apoc 18 In angelo de quo dicitur Quod terra illuminata est a claritate eius et angelo qui Thobie oculos illuminavit inflammat unam affectionem ad amorem hoc signatum est Ysa 6 In angelo qui posuit super eius os forcipis super carbones ardentes et in 3 Reg 2 In angelis qui in curru igneo et in equis igneis apparuerunt / perficit unam operationem continendo omnem corporem hoc signatum est Zach 2 ubi angelus dominum excitavit me quasi hominem qui excitatur a somno Etiam dirigit unam interpretationem ordinando omnem locutionem hoc signatum est ysa 6 ubi per angelum ysaie labia sunt purgata Bona suprema sunt bona celestia que angelus nobis ministrat ad glorificationem portat enim animas nostras in celum et hoc ipsas animas in manibus suscipiendo per quod In manibus portabunt te etc / Unde cantat ecclesia Archangele michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas Susceptas per unam deducendas Exo 23 Ecce ego mittam angelum meum

qui te custodiat in via et intro-
ducam in terram quam promisi
patribus tuis. Susceptus et adiu-
tus deo reputando. Hoc signatum
est Luce 16 In illo mendico quem
angeli in celum deduxerunt et deo
representaverunt / de quo dicitur factum est
ut moreretur mendicus et portaretur
ab angelis in sinum Abrahe. Et
patitur s. quod ministrat protegendo
quia angelus ministrat in vita et in
morte. Primo enim custodit in vita
s. quia angelus suum quantum ad custo-
diam in vita et contra tamen quantum ad
custodiam in morte. In vita quidem
aut conservando baptismalem inno-
centiam aut baptismos seu bapti-
zatos reducendo ad penitentiam et reddi-
mentibus impetrando dei misericordiam /
Conservat quidem homini innocentiam
baptismalem. Hoc signatum est Exodi 12
ubi dicitur Quod angelus percussit pri-
mogenita egyptiorum et conservavit
primogenita hebreorum. Primogenitum
carnali est voluntas prava / primoge-
nitum dei est baptismalis innocentia.
Sicut igitur angelus occidit primogenitum
egyptii et conservat primogenitum filii
dei quando in homine voluntatem
pravam occidit et innocentiam
baptismalem custodit. Si vero labitur
post baptismum ut perdat innocentiam
angelus suo ministerio ipsum revocat
ad contricionem et penitentiam. Hoc signatum
est Tho. 11 ubi Thobias ad do-
cumentum angeli linivit oculos patris
de felle per quod signatur amaritudo
contricionis / Linivit autem oculum intellectus
ut peccatum agnoscat et oculum affectus
ut peccatum detestetur et abhorreat. Si
vero homo patitur tedium defendendo
humanum angelus adiuvat sibi impetrat

dei misericordiam. Hoc signatum est Zach 1o
ubi angelus ad misericordiam inclinat dominum
dicit domine exercituum quousque non mi-
sereberis Jerusalem et urbium Iuda. Secundo
est. Tertio vero non tamen angelus adiu-
vat in vita sed etiam in morte quia
ab iniquis spiritibus animam defendit
ut inde refert Beda. Quod dum
animam sancti Fursei episcopi in celum ab an-
gelis duceretur demones ei obviaverunt
et multis modis eam accusare conati sunt
primo opponendo verba ociosa que
dixerat dicentes: Ociosos sermones
sepe dixit et ideo celestibus non debet
sociis adherere sed angelus eum defendit
d. nisi principalia vicia contra eum ponu-
erit anima non peribit. Secundo obiciunt
ei iram et impacientiam quam
aliquando habuerat. Et primo fecit contra
illud verbi quisque fratribus et ...
sicut parvuli non intrabitis in regnum
celorum. Sed angelus eum defendit
d. Nunquam passione aliqua commo-
tus fuit sed iram tantum in corde pro-
tenuit / Tertio opposuit ei avariciam
quia ab iniquis dona receperat. Sed
angelus eum defendit de avaricia
d. Hoc non fecit de avaricia sed
de ignorancia quia credidit quod boni
essent / Quarto opposuit ei cupidi-
tatem apertam quia sanctus a quodam
usurario quandam vestem acceperat
tunc demones permittente angelo
usurarium illum sic torrendum et in
ipsum precerunt quod pectus ipsius
gravatur incendit et dolore gravi-
primo cruciat et dixit ei angelus
quod incendisti arsit in te. Si enim
dona non accepisses in te
pena non arsisset / Quinto obiciunt
ei negligentiam quia ut debuit
non predicavit. Cum scriptum sit

Si nō annunciaueris in[i]quo iniquitatē
suam sanguinē eius de manu tua
requiram sed angelus eum defendit
d. Quinto auditoribus vrba dei exponant
in scriptis predicatoribus vba dei di-
mittē possunt / Sexto obviant ei di-
uini precepti transgressionem quod dominus
dixit. diliges dominum deum tuum et c̄
Istud aut̄ preceptum nō seruat quia
tamquam seipsum proximum nō diligit
Sed angelus cum defendit d.
proximum suum ipse diligit quia di-
lectionis ope ei impendit Et de-
mones hoc nō diligit pro-
ximum suum sicut seipsum Et ange-
lus ad obseruatonem huius precepti su-
fficit quod homo proximum nō odiat
sed obsequium caritatis dei impe-
dat Septimo obviant ei amore
mundi quia sez mundo abrenuciat
sed diuicias diligit cum scriptum
sit Nolite diligere mundum neqz ea
que in mundo sunt Sed angelus
cum defendit d. quod diuicias
se nō retinuit sed indigentes
quibus ea dispensauit et sic de-
mones confusi recesserunt et ani-
ma sancti per ministerium angeli defen-
sa liberata fuit / Sequitur

Sermo de festiuitate an-gelorum sanctorum et c̄

Nunquid nosti ordinē celi
et pones racionem eius in
terra Job 38 Cum de celes
per explicitum modum notitia habetur
sez per reuelacionem diuinam per erudi-
cionem humanam et per inquisicionem
Primam ordinē celi qui consistit
in ierarchijs et ordinibus ange-
lorum Sanctus paulus vsqz ad 3m
celum raptus cognouit per
diuinam reuelacionem Secundum cognouit
per pauli erudicionem / Quamuis enim
dicat paulus quod illa secreta que
vidit ibi homini loqui nō licuit
de homine carnali intelligendum
est cui nō licuit ei reuelare / dyonisius
nō fuit homo carnalis sed spiritua-
lis et ideo licuit ea sibi loqui
Augustinus aut̄ et Gregorius et ceteri
doctores cognouerunt illud hoc
ordinem celi per reuelacionem dei
et per reuelacionem dyonisij et per
inquisicionem proprij studij per ergo dicen-
dum licueqz nosti ordinē celi et c̄
intelligendum est quod proprium studium
nullus hoc scire voluit nisi hoc
diuinam reuelacionem accepit Nolo
igitur et si reuelacionis dei digni
nō sumus et ea que sunt super
nos inuestigare nō sufficimus
ea tamen que a sanctis patribus de ysto or-
dine celi tradita sunt hic breuiter ponimus
De ysto igitur ordine celi tria sunt
videnda Primo qualiter ipsi ordines
ab inuicem distinguuntur Secundo qualiter
homines ad ipsos angelorum ordines
assumuntur / Tercio qui et qualiter
mittantur / Circa primum notandum quod ipsi
angeli / sunt tres ierarchie s.
suprema media et infima Suprema
nō continet tres ordines sez sera-
phin cherubin et thronos Secunda
secundum assignacionem dyonisij continet
dominaciones virtutes et potestates vltima
vero secundum assignacionem eiusdem continet
principatus archangelos et angelos
Racio aut̄ huius distinctionis
talis haberi potest in palacio sequi-
tur aule imperij quidam circa personam
imperatoris assidue comparent similes
hijs sunt ordines prime ierar-
chie Quidam circa negoci-
acionis imperij generaliter occupantur
Similes hijs sunt ordines sec[un]de

ierarchie Quidam ad loca dele-
gata vel negocia tam specialia
deputantur. Et multis hijs sunt
ordines tercie ierarchie eorum autem
qui circa personam tocius imperatoris
conversantur quibusdam competit
racione familiaritatis et amici-
cie ut sunt imperatoris filij socij
cubicularij et istud spectat
ad seraphin qui divina familia-
ritate amicicia et dilectione pre
ceteris sunt repleti Greg. Sera-
phin vocantur illa agmina que ex
singulari propinquitate conditoris
sui incomparabili ardent amore
seraphin namque ardentes vel
incendentes vocantur. Quibusdam
competit racione sciencie ut secre-
tarij et istud spectat ad cheru-
bin qui divina cognicione et
sapiencia sunt preditti Greg.
cherubin plenitudo sciencie dicitur
et sublimiora illa agmina cheru-
bin vocata sunt quia tanto per-
fectiori pleni sunt sciencia quanto
claritatem dei vicinius contempla-
ntur. Quibusdam competit racione
potestatis ut sunt iudices et assesso-
res et istud spectat ad thronos
Greg. Throni dicti sunt hij qui
tanta dignitatis gracia replentur
ut in eis deus sedeat et per eos
iudicia sua decernat. Eorum vero
que circa tocius imperij negocia ge-
neraliter occupantur quidam habent
officium per modum imperandi ut sunt
marsalchi et imperiales curie domini
et istud spectat ad dominaciones ad
quas pertinet alijs inferioribus preesse
et eis divina misteria imperare unde
dicitur Zach. 10 ubi unus an-
gelus alteri imperavit d. Curre
loquere ad puerum istum etc. Greg.
dominaciones vocantur quia etiam prin-
cipatuum potestates transcendunt Ra-
...mpari est inter aliquos preesse

exequitur / Quarum vero est subiectus
quosque possidere Quidam habent offi-
cium per modum operandi ut sunt came-
rarij et senescalci et iusticiarij
Et istud spectat ad virtutes quorum
est ardua operari et mirabile est
eis impossibile ad consequendum quia
datum est eis posse super omnia di-
ficilia ad ministerium divinum pertinencia
Et ideo eis attribuitur operacio mira-
culorum Greg. Virtutes vocantur
illi spiritus per quos signa et miracula
frequencius fiunt Quidam habent fac-
iunt per modum pugnandi ut sunt
milites legiones et militum magistri
Et istud spectat ad potestates que
contra demones habent pugnare
Et omnia impedimenta contrariorum
demonum Greg. Potestates vocantur
hij qui hoc potencius ceteris
perceperunt ut eorum dicioni vir-
tutes adverse subiecte sunt quorum
potestatem refrenantur ne tantum temp-
tare presumant quantum volunt Eorum
vero que temporalia negocia impe-
rij deputantur Quidam habent exe-
quuntur per modum legatorum et istud
spectat ad principatus Quidam
per modum simplicium ministrorum
Et istud spectat ad archangelos
Quidam per modum nunciorum
et cursorum Et istud spectat ad an-
gelos / Vel dicendum est quod quidam
presunt uni provincie et isti sunt
de ordine principatus sicut erat
princeps persarum de quo habetur
Dan. 12 Quidam deputantur
ad regionem multitudinis sicut
unius civitatis Et isti sunt de
ordine archangelorum Quidam
deputantur ad regimen unius persone
singularis Et isti sunt de ordine
angelorum de quibus dicit Greg.
Hij qui minima nunciant angeli
Qui vero summa nunciant archan-
geli vocantur angeli cum dicunt

nuncia in terra quia eorum ministerium
ad unum hominem limitatur. Archan-
geli vero dicuntur maiora nunciantes quia
bonum unius multitudinis maius est
quam bonum unius hominis. Viso qua-
liter ordines distinguuntur videndum
est qualiter homines ad ipsos ordines
assumuntur. Circa quod notandum quod
homines quidam assumuntur ad ordines
infime ierarchie et istorum tria
sunt genera. Quidam enim sunt sim-
plices et illiterati ideo tamen et exem-
plo quantum possunt alios edificantes.
Isti assumuntur ad ordinem angelorum.
Gregorius Sunt plerique qui pauca capiunt
sed tamen hec pie annunciare fratribus
non desistunt. Isti itaque quo nisi
in angelorum numerum currunt. Quidam
sunt magna intelligentes et sol-
licite alios ammonentes. Isti assu-
muntur ad ordinem archangelorum.
Gregorius Et sunt nonnulli qui divine
largitatis munere refecti secretorum
celestium summa capere prevalent
et nunciare. Quo igitur isti cum nisi
in archangelorum numero deputantur.
Quidam sunt per vite perfectionem
scilicet inferiorum merita transcendentes. Isti
assumuntur inter ordines principatuum.
Gregorius Sunt nonnulli qui acceptis
virtutibus etiam electorum hominum merita
transcendunt. Cumque et bonis me-
liores sunt electis quoque fratribus
principantur. Quo ergo isti sortem
suam nisi inter principatuum numerum
acceperunt. Vel potest dici quod ad ordi-
nem principatuum assumuntur illi
qui bene rexerunt suas provincias
ad ordinem archangelorum qui
bene rexerunt suam ecclesiam ad
ordinem angelorum illi qui bene
rexerunt suam personam. Alii as-
sumuntur ad ordines secunde ierarchie
et ista tria genera similiter inveniuntur.
Quidam enim sunt de aliorum corpo-
ribus et animabus peccata et demones
expellentes et isti assumuntur in-
ter ordines potestatum. Gregorius Sunt
nonnulli qui etiam de obsessis
corporibus malignos spiritus fugant
virtute orationis eos quoque et vi accep-
te potestatis eiciunt. Quo isti itaque me-
ritum nisi inter potestatum celestium
numerum sortiuntur. Quidam sunt sig-
na et miracula operantes et isti assumuntur
inter ordines virtutum. Gregorius Sunt
aliqui mira faciunt signa valenter
operantur. Quo ergo isti nisi ad super-
na cum virtutum societate et numerum
congruunt. Quidam sunt omnibus
in se viciis dominantes et isti as-
sumuntur inter ordines dominacionum.
Gregorius Sunt nonnulli qui sic in
se metipsis cunctis desideriis omnibus
quoque viciis dominantur et ipsi iure in-
ter deos inter homines vocentur.
Quo ergo isti nisi inter numerum domina-
cionum currunt. Alii sunt etiam
qui assumuntur inter ordines supreme
ierarchie et istorum tria sunt
genera. Quidam enim sunt valde spiri-
tuales et ideo de aliis multo iudicant
de quibus dicitur I Cor 2 Spiritualis
autem homo iudicat omnia et ipse
a nemine iudicatur. Isti assumuntur
in [illegible] ordines thronorum. Gregorius
Sunt nonnulli qui dum sibimetipsis
vigilanti cura dominantur dum se
vigilanti cura discuciunt divino timore
perurgentes hoc in munere virtutis
accipiunt ut iudicare et alios recte
possint quorum [illegible] mentibus
divina dum contemplacio presto est in
hiis velud de throno suo dominus
presidens aliorum facta examinat. Quid
ergo isti nisi throni sui conditoris
sunt. Quidam sunt dei et proxi-
mi caritate flagrantes. Isti
assumuntur inter ordines cherubin.
Gregorius Sunt nonnulli qui tanta
dei et proximi dilectione pleni
sunt ut cherubin iure nominentur.
quia cum plenitudo legis est caritas

Quibus agitur qui dei et proximi cari-
tate ceteris amplius pleni sunt ure-
rorum suorum sortem inter cherubin
perceperunt Quidam sunt valde
in igne amoris quasi et in solo
conditoris desiderio anhelantes isti
sunt qui assumuntur inter ordinem
seraphin Gregorius Sunt nonulli qui
superne contemplationis facibus
accensi in solo conditoris sui desi-
derio anhelant nichil itaque in hoc
mundo cupiunt solo eternitatis amore
pascuntur cuncta queque abiciunt
et cuncta temporalia mente transcendunt
amant et ardent atque in ipso amore
requiescunt amando ardent et lo-
quendo alios accendunt et qui
eos tangunt ardere protinus in dei
amore faciunt Quid ergo istos
nisi seraphin dixerim quorum
cor in igne conversum lucet et urit
quia mentium oculos ad superna
illuminant et conpungendo in fleti-
bus rubiginem viciorum purgant
Qui ergo ita ad amorem conditoris
sui inflammati sunt quo nisi inter
seraphin numerum sortem sue vocationis
acceperunt Et subdit Gregorius Videte
in medio horum agminum que breviter
tangendo perstrinximus sortem vestre
vocationis invenitis Ve autem anime
que in se de hiis bonis que nominavimus
nihil recognoscit ei quoque deterius
que se privatam bonis hiis in-
telligit et nequaquam gemit quisquis
talis est fratres mei gemendum est
valde quia non gemit. Potest aliter
assignari horum ordinum distinctio
et nominum ad ipsos assumptio.
Angeli enim comparationem habent ad summum
superius ad summum intimius ad summum
inferius ad summum superius id est ad deum
in quo est summa bonitas summa
veritas et summa tranquillitas. Qui
ergo totaliter se convertunt ad deum
per amorem tanquam ad summam
bonitatem dicuntur seraphin qui
totaliter se convertunt per cognitionem
ad deum tanquam ad summam verita-
tem dicuntur cherubin qui totaliter
se convertunt per amorem boni et cogi-
tationem veri in deum per summam tran-
quillitatem dicuntur Throni. Assu-
muntur autem ad ordinem seraphin illi
qui ardentissimo amore convertunt se
ad summam bonitatem Sed ad ordinem
cherubin illi qui conversi sunt per se
per plenitudinem cognitionis convertunt
se ad summam veritatem Sed ad ordi-
nem thronorum illi qui convertunt
se ad deum per cordis tranquillitatem.
Secundo angeli habent comparationem ad summum
intimius id est ad seipsos secundum quod ipsi consti-
tuti sunt in opposito et tertio habent
enim ipsorum regimine est super ange-
los bonos et hoc spectat ad domina-
tiones que influunt in inferioribus
secundum tres bonitates scilicet illuminationis
purgationis et perfectionis Et de isto
ordine videtur fuisse ille angelus
de quo dicitur Apocalypsis 1 Qui clamat
et imperavit quatuor angelis quibus
datum est nocere terre et mari dicens
nolite nocere terre et mari neque arbo-
ribus etc. Secundo autem est contra bonum et
malos et istud spectat ad principa-
tus. Et de isto ordine videtur
fuisse ille angelus qui Jacob appa-
ruit et Esau maliciam compescuit
ut habetur Genesis 32 Tertio autem est contra
angelos tenebrarum. Et hoc spec-
tat ad potestates Et de isto ordine
videtur fuisse ille angelus qui cathe-
tena draconem antiquum ligavit
ut habetur Apocalypsis 20. Assumuntur
autem ad dominationes qui sapienter
sciunt preesse dantes subditis illu-
minationem doctrine et impartientes eis
purgationem culpe et perfectionem gratie
Assumuntur ad principatus qui sciunt
malos homines vincere non vindican-
do sed patiendo iuxta illud Ad Romanos 12
Noli vinci a malo sed vince in
bono malum Gregorius Ille igitur ve-

perfectus est qui gratia aliorum imperfectorum impaciens non est / Assumuntur ad potestates qui demones cum dei adiutorio sciunt vincere et supplantare iuxta illud quod Apostolus dicebat Ro. 16 Deus autem pacis conterit sathanam sub pedibus vestris velociter / Tercio ipsi angeli habent operacionem ad summum infimus .i. ad nos quibus ministrant et hoc aut in hiis que sunt naturalia sicut fuit illuminatio thobie et hoc spectat ad virtutes / aut in hiis que spectant ad consilia et dei misteria occulta et hoc spectat ad archangelos unde dictum est Dan. 8 Gabriel fac istum intelligere visionem / aut in hiis que spectant ad dei precepta et que sunt ope communia ut sunt operationes nostras offerre et nos custodire iuxta illud Thobie 12 Quando orabas cum lacrimis etc. Et illud spectat ad angelos iuxta illud Ysaie 62 Super muros tuos ierusalem etc. Et hoc spectat ad angelos / Assumuntur autem ad virtutes que sunt in caritate perfecta in illa scilicet qua paratus est aliquis animam suam pro amicis suis ponere / hoc est enim gratia naturam .s. amare vitam alterius plus quam seipsum / Ipsius enim non potest homo cum in corpore in hac vita se extendere vel proficere / Ad archangelos qui servant dei consilia ad angelos qui servant dei precepta / Cuius autem deus dimisit ista officia nisi angelos qui servant dei precepta ipse tamen omnia officia novem ordinum angelorum in se habet et operatur sicut ostendit Bernardus de consideratione Deus enim amat ut caritas novit ut veritas / presidet ut maiestas tenetur ut salus operatur ut virtus aspirat et archangelus revelat ut lux / Viso qualiter angelorum ordines distinguuntur et qualiter ad ipsos homines assumuntur dicendum est qualiter mittuntur / Sciendum autem quod omnes mittantur iuxta illud Hebre. 1o Omnes sunt

administratorii spiritus / dicendum est tamen quod seraphin mittuntur ad cordium inflammationem Et secundum hoc dicebatur ille angelus qui labia ysaie prophete purgavit et inflammavit de quo dicitur ys. 6 Volavit ad me unus de seraphin et in manu eius calculus forcipe tulerat de altari / De isto eciam ordine videtur esse ille angelus de quo dicitur Iudic. 6 Cuius summitate virge petram tetigit et ignem exsurrexit et carnes consumpsit Carnia cum similis tati ardentes Ideo duces quos tangunt incendunt et omnes carnalitatem consumunt / Cherubin mittuntur ad sacram erudicionem hoc signatum est Apoc. 10 in angelo qui habebat librum in manu sua hoc signatum est eciam Apoc. 18 ubi dicitur / post hoc vidi alium angelum descendentem de celo habentem claritatem magnam et terra illuminata est a gloria eius / Throni mittuntur ad iudicii informationem habent enim iudices docere et informare ut legem intelligant Act. 7 Accepistis legem in disposicione angelorum et malos obstinatos ab omnibus per comunitatem excludunt Mat. 13 Exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et ut sinas suas maturas operarant unde dictum est angelo .i. prelato Apoc. 14 Mitte falcem tuam acutam .i. auctoritatem et iurisdictionem tuam et vindemia botros vinee terre quia matura sunt uve eius / Dominaciones mittuntur ad sensuum sub dominationis subiugationem hoc signatum est Gen. 16 ubi angelus domini dixit agar ancille ut ad saram dominam suam rediret et se sibi humiliaret / Virtutes mittuntur ad miraculorum operationem hoc signa

Hoc signatum est in Raphaele in ministerio Thobie iunioris decoratione piscis euasit et patrem eius illuminauit / potestates mittuntur ad demonum et temptationum repressionem. Hoc signatum est Apoc. 20 in angelo qui cathena sua demonem religauit / principatus mittuntur ad summi pontificis imperatoris et regum instructionem. Hoc signatum est Dan. 10 ubi ponuntur tres principes persarum scilicet grecorum iudeorum. Archangeli mittuntur ad singularum ecclesiarum et episcoporum eruditionem et maiorem reuelationem. Unde Gabriel archangelus zachariam pontificem de natiuitate precursoris edocuit et incarnacionem filii dei annunciauit / angeli mittuntur ad singularum personarum tuitionem et minorum reuelationem et animarum deportationem. Luc. 16 factum est ut moreretur mendicus et portaretur ab angelis in sinum **Angeli** Habrahe etc.

Seraphin
Cherubin
Throni
Dominationes
Virtutes
Principatus
Potestates
Archangeli
Angeli

Sermo nonus de festiuitate angelorum sanctorum sequitur thema

Angeli eorum in celis semper uident faciem patris mei qui in celis est Mat. 18. In predictis verbis beati angeli describuntur quales sunt quantum ad officium seu officii impositionem cum dicitur angeli. Secundo quales sunt quantum ad humilem subministrationem cum dicitur eorum scilicet puerorum. Tertio quales sunt quantum ad felicem et beatam visionem cum dicitur semper uident faciem patris mei qui in celis est.

Describuntur primo quantum ad officii impositionem in eo quod angeli nuncupantur. Iuxta illud Greg.: angelus est nomen officii non nature. Est enim duplex officium scilicet contemplandi et operandi. Ad perfectionem autem contemplationis pertinent tria scilicet diligere cognoscere et cognito et dilecto quiescere et permanere. Ab excellencia igitur dilectionis dicuntur Seraphin, ab excellencia cognitionis Cherubin, ab excellencia quietis Throni. Operari vero dicitur quis dupliciter vel imperando vel ministerium exequendo. Ad tres modos pertinet imperium scilicet dominationes principatus et potestates. Dominationes enim habent potestatem ordinatiuam super angelos confirmatos in bono, principatus super homines viabiles in bonum et malum, potestates super angelos obstinatos in malo. Ad ministerium pertinet ad inferiores scilicet virtutes archangelos et angelos. Virtutum est mira agere, archangeli dicti sunt ad enunciationem secretorum excellentium, angeli ad enunciationem minorum. Secundo describuntur angeli ab humili subministratione cum dicitur eorum scilicet puerorum. Humilitas autem angelorum ostenditur magna ex quintuplici consideratione scilicet illorum qui ministrant, loci ubi ministrant, officii in quo ministrant, status in quo homini ministrant. Ipsi autem qui ministrant sunt magni principes dei et ideo magna humilitas est quando tales principes nobis ministrare dignantur. Ps. Preuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Ideo cum nobis libenter ministrant quod inuicem in suis obsequiis se preuenerunt. Ideo dicitur preuenerunt.

principes / Libenter autem ministrant
deo gratis de suo ministerio affectibus
Ideo dicitur Conuenti psallentibus /
Libenter ministrant in dei amore feruen-
tibus Ideo dicitur In medio iuuen-
cularum i feruentium animarum Sicut
enim anima tepida quedam est vetula
Sic et anima feruens quedam in modo potest
dici iuuencula / Libenter ministrant
christum in corde portantibus Ideo dicitur
tympanistriarum / per tympanum enim
christus significatur in quo fuit forma
ex parte diuinitatis et pellis quasi
Secundo humilitas angelorum est magna
ex consideracione illorum quibus mi-
nistrant Cum enim angelus ministrat
homini quasi aurum ministrat luto
vili Vos quidem sumus valde inferi-
ores eis quantum ad corpus et animam
sicut dicit Augustinus in libro de natura
boni Sicut autem aurum corruptum
melius est quam argentum incor-
ruptum et argentum corruptum me-
lius est plumbum incorruptum Sic
est corruptus quilibet spiritus melior
est quam incorruptum corpus et hoc
est propter simplicitatem nature spiritus / Su-
mus enim inferiores eciam quantum ad animam
et hoc propter statum Unde dixit dominus
de Iohanne baptista Mathei xi Qui
minor est in regno celorum maior est
illo / Licet autem sumus eis inferiores
tamen nos custodiunt et in nostro principio
i in natiuitate / et in nostro me-
dio i in vita / et in nostro ultimo
i in morte Iudith 13 Custodiuit
me angelus eius et hinc euntem
quantum ad natiuitatem per quam
homo venit in mundum et ibi com-
morantem quantum ad vitam et inde
huc reuertentem quantum ad mor-
tem per quam homo in patriam cele-
stem reuertitur / Tercio humilitas eorum
est magna ex parte loci vbi ministrant
quia scilicet in mundo quasi in stabulo
Romanos 9 Quamuis gratanter recipiet
in celo quos tam gratanter visi-
tant in sterquilinio Non enim
nobiscum dedignantur stare in sta-
bulo quia ut propter fructum quod sepe

a demonibus violenta in hoc sta-
bulo curantur ministerio angelorum
Sicut patet Luce 10 In illa violen-
ta qui in stabulo est curatus cum
propter exemplum quia scilicet dominus
nascens non est dedignatus
in stabulo poni et in presepio re-
clinari Sicut habetur Luce 2 Cum
eciam propter consorcium quia scilicet in hoc
stabulo sancti vi consortes angelorum
futurum Et ideo non dedignantur cum
suis consortibus stare sancti angeli
quorum eciam consorcium non dedignatur
dominus angelorum Mathei 18 vbi sunt
duo vel tres congregati in nomine
meo ibi sum in medio eorum / Quarto
humilitas eorum est magna ex parte
officii in quo sunt quia scilicet animas
electorum in celum deportant Hec
autem deportatio fit in signum fidu-
cie ut scilicet ex hoc detur intelligi quod
secure sunt electorum cum de hac vi-
ta exeunt et in celum ascendunt
cum tales defensores et portato-
res habere merentur Psalmus Angelis
suis deus mandauit de te et in
manibus portabunt te ne forte offen-
das Item fit eciam in signum reuerencie
Sicut cum aliquando episcopi portantur
non propter indigenciam sed propter reuerenciam
Sic et angeli dicuntur portare animas
electorum non racione necessitatis vel
indigencie sed in signum honoris
et reuerencie Anima enim cuiuslibet
electi a carne soluta et a peccato
purgata cum sit subtilis nature
in celum ascendere posset sine adiu-
torio angelorum Sed tamen angeli
ipsas animas deportant ut eis reue-
renciam et honorem exhibeant
Sic honorare voluerunt animam
illius mendici in hoc mundo de-
specti Luce 16 factum est autem ut mo-
reretur mendicus et portaretur ab an-
gelis in sinum abrahe / Fit eciam
illa portacio in signum laudis et
leticie Sicut cum aliquando secius
in itinere constitutus dicitur aliquando

exportatione non sunt quam querele sed
nis solaciis et cantilenis Sic
angeli quia sunt cantorum depor-
dicuntur quia ante eas dul-
citer iubilant et cum laudibus
cantilenis usque in celum appor-
tant ys(aias) 55 In leticia egrediemini
in pace deducemini montes
maiores angeli / et colles id est
minores animas sanctorum
cum canticis et laudibus in ce-
lum deducent Tercio equalitas
orum est magna ex parte hominis
status in quo ei ministrant quia
etiam in statu peccati ipsum peccatorem
non derelinquunt sed adhuc eum
custodiunt Quia si angeli pecto-
rem non custodirent dyabolus ipsum
suffocaret Et licet dicant angeli
curavimus babilonem et non est
sanata derelinquamus eam tamen non est
intelligendum quod peccatores totaliter
derelinquant sed quod non ita eos
debent custodiant Quinto ante
ex parte angelorum magna humili-
tas videtur quia parvulis ministrent
post christi incarnationem eam non
reputant sibi et humilitate sed
ad ultra honorem quia sumus
fratres domini magis cum homo ca-
ret christo quam angelus Quod
tribus modis ostendi potest primo
quia deus angelum de progenie
sua fecit quam scilicet ipsum ad imagines
et similitudinem suam creatur ho-
minem vero fecit de progenie sua
ad imaginem et similitudinem
similiter cum fecit unde dicit
paulus act(us) 17 genus eius et genus
sumus et tandem fecit de progenie
nostra quam scilicet verbum caro factum est
deo dicitur hebr(eos) 2 Nusquam eum an-
gelos apprehendit semen abrahe
apprehendit / Secundo quia angelis attinet
christo tamen ex parte patris sed homo

attinet christo ex parte patris sicut
et angelis et ex parte matris quia
mater christi fuit soror nostra scilicet virgo
beata / Tercio quia deus contraxit pa-
rentelam cum angelo solum dando
quasi scilicet filiam suam id est ymaginem
suam sibi dedit Cum homine vero
contraxit dando filiam suam et re-
cipiendo sororem nostram id est humanam
naturam Quarto describuntur angeli a
beata et felici visione Cum dicitur
Semper vident faciem patris mei qui
in celis est Ipsi cum angeli vident
et semper vident faciem patris videt
et in celis vident / Ex quibus verbis
datur intelligi quod angeli in ipsa dei
visione habent quatuor beatitudi-
nes Primo habent claritatem Cum
dicitur vident Gregorius Quid est quod
non videant qui videntem omnia
vident Propter hanc claritatem osten-
dendam tripliciter denominantur
scilicet lumina secunda radiantes specula
pura a dyonisio Et astra matu-
tina a deo / sicut dicitur Job 38
Angeli cum dicuntur lucidi aut per
comparationem ad nos qui divinas illumina-
tiones quas a deo recipiunt ad
nos refundunt et sic dicuntur
lumina secunda / Aut per comparationem ad se
ipsos quia non solum dona gratuita
sed etiam naturalia habent lucidissima
et clarissima a deo / ut etiam de
angelis malis dicat dyonisius data
eis angelica dona scilicet naturalia
nequaquam mutata esse dicimus
sed sunt in eis integra et splen-
didissima Et quantum ad hoc ange-
li dicuntur specula pura Aut per
comparationem ad deum in quo omnia
clare cognoscunt Et quantum
ad hoc astra dicuntur matutina
Ipsi cum non solum cognoscunt omnia
in principiis generali cognitione vespertina

Sed certe in ista cognitione matutina Secundo in ipsa dei visione habet continuitatem Unde dicitur semper etc. cum visio nullam habet interpollationem sed quocumque mittuntur semper dei faciem contemplantur unde Augustinus de duobus nominibus distinguit duplicem motum ipsorum angelorum scilicet circularem rectum et obliquum Circulari quidem motu moventur cum ad deum moventur recto autem quo ad nos mittuntur obliquo vero qui ex circulari et recto componitur moveri dicuntur quando et nos vident et in deo immobiles manent Sicut ad nos cum moventur ut a deo nunc discedunt Tertio habent ardentissimam caritatem Unde dicitur faciem patris mei etc. Illa cum facies pro nimia sui pulchritudine ardentissimo amore diligitur a beatis unde propter istum ardorem significandum ipsi angeli quadrupliciter nominantur dicuntur enim ardores sempiterni ysa 33 quis ex vobis habitare poterit cum ardoribus sempiternis dicuntur lapides igniti Ezech 28 In medio lapidum ignitorum ambulasti dicuntur carbones accensi ponitur Carbones succensi sunt ab eo dicuntur sagitte acute potentis dei psalmus Quid detur tibi aut quid apponatur tibi etc. Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatoriis i. volo quod detur michi custodia angelorum qui sunt sagitte penetrantes et carbones succendentes Ideo autem hoc quadruplici nomine designantur Quoniam sicut dicit dyonysius loquens de Seraphin ipsi habent amorem indeficientem calidum superfervidum et acutum Habent quidem amorem indeficientem quia ipsorum amor ex nullo umquam fine concluditur Et quantum ad hoc dicuntur ardores sempiterni Habent amorem calidum quia ferventissime deum diligunt et quantum ad hoc dicuntur lapides igniti Habet amorem calidum et numquam saciantur sed semper inardescunt et quantum ad hoc dicuntur carbones accensi Habent amorem acutum quia vis amoris ipsorum intrat et penetrat usque ad rem amatam et quantum ad hoc dicuntur sagitte acute potentis dei Ideo quidem est amor ipsorum potens quod usque ad intima cubiculi penetrat et sponsi archana subtiliter investigant Quarto habent in hiis plenam securitatem Unde dicitur in celis etc. Cum que in celis sunt tuta et secura sunt quia cum visionem dei angelici spiritus perceperunt triplici de causa eam [illegible] Si cum deus michi lapidem preciosum tradit eo possum aut si sponte perdo aut tu qui dedisti repetis et tollis aut si aliquis aufert violenter ut predo fraudulenter et latro Sed sancti angeli numquam dei visionem sponte dimittunt sed fortiter tenent et obtinent Nemo enim nisi sit insanus illud sponte dimittit quo excepit bonus Nec deus qui ipsos ad suam visionem recepit numquam eos eicit seu eiciet Ioh 6 Eum qui venit ad me non eiciam foras Nec demon aliquis violenter aut fraudulenter ab eis aufert Math 7 Thezaurizate vobis thezauros in celo ubi fures non effodiunt quantum ad violentiam nec furantur quantum ad fraudulentiam demon enim est fur violentus quia vi rapit et est fur fraudulentus quia fraudulenter decipit Istam similitudinem ponit Crisostomus [illegible] Certe ideo crevit numquam illud bonum eis deficiet sicut dicit [illegible] non suam sponte illud amissuros nec [illegible] illud dilectoribus suis ablaturum nec aliud deo potentius inventuros eum et illos separaturum etc.

Sequitur sermo primus de sancto Ieronimo

[T]ercium deduxit deus per vias
rectas Ipsum sumptum est de libro
Sap. 10 ubi sic dicitur multa alia de
commendatione sapientie Hec profugum
[ira]e fratris deduxit per vias rectas
[E]t est dictum specialiter de Jacob iram
[fra]tris sui Esau fugiente. Potest autem con-
[u]enienter dici de beato Jeronimo qui
[ver]e iustus fuit quia propter amorem
[Chris]ti parentes suos et omnia sua
[re]liquit prius scilicet Tercium neglexit
[se]mpiternam propter amicum qui iustus est
[...]e cum quorundam emulorum suorum
[insidi]am fugiens romam reliquit
[et] mare transiuit Et in illa via ipse
[de]us custodiuit Possumus autem dicere
[quod] ipse quatuor vias fecit per quas
[eu]m deus custodiuit sive duxit et
[e]um in omnibus conseruauit. Prima est
[vi]a de oppido Stridonis quod est inter
[Da]lmatiam et pannoniam in qua
[na]tus fuit romam in adolescentia
[ve]nit Secunda qua de roma constanti-
nopolim adiit Tercia qua de constanti-
nopolim Syriam pergens desertum
[pe]tiuit Quarta qua de deserto rece-
[d]ens ad bethleem oppidum remeauit
[I]n prima ergo via scilicet qua romam
[ve]nit diuina sapientia ipsum duxit
[et] custodiuit Ibi cum adeptus est
[...]m sacerdotium magna perfectione
[m]agnam promotionem magnam passus
[es]t ab emulis persecutionem et magnam
[a] deo flagellationem Magnam quippe
[per]fectionem cum sacerdotium ibi at-
[q]uisiuit qui in gramatica magistrum
[hab]uit donatum in rethorica victo-
[ri]num qui tante fame et sapientie
[ex]stitit quod per beatum simplicianum
[a]d fidem ... modum sicut fuit
[c]onuersus sicut refert Augustinus in libro confessionum Ibi
[eti]am assecutus est magnam promotionem
[q]uia cum esset 29 annorum in roma
[...]a cardinalis presbiter est ordinatus
[et] mortuus papa dignus summo pon-
[ti]ficio ab omnibus aclamabatur Ibi etiam

passus est ab emulis magnam per-
secutionem Cum enim quorundam cleri-
corum et monachorum vitam reprehenderet
ei insidias parauerunt et per vestem
muliebrem ut dicit Johannes beleth
sibi turpiter illuserunt Unde de ipso
dicit Seuerus Sulpitius Sancti Martini dis-
cipulus in dyalogo suo Sancto Jeronimo
Jugis aduersum malos erat pugna
perpetuumque certamen Oderunt eum
heretici quia eorum vitam insectatur
et crimina Sed plane omnes boni eum
mirantur et diligunt Istas autem
persecutiones sustinebat gratanter unde ipse ait
ad Asellam Gratias ago deo quod
dignus sum quem odiat mundus
sustinebat patienter unde dicit ad Asellam
me garriunt Sed frater ad regnum celorum
peruenitur per infamiam et bonam famam
sustinebat desideranter unde dicebat
utinam ob nomen domini mei atque meri-
tum universa me infidelium turba
persequatur utinam in opprobrium meum
solidus consurgat hic mundus
tantum ut merear a Christo laudari
et sue pollicitationis sperare mer-
cedem Grata itaque et desideranda
temptatio est cuius premium a Christo
speratur nec maledictio grauis est que
diuina laude mutatur Ideo autem
sustinebat istas persecutiones tam pati-
enter tam gratanter tam desideranter
quia sciebat verum christianum per-
secutionem non pati et tamen maiorem
oppugnationem si te oppugnari non
sentis Ibi etiam passus est a deo
magnam flagellationem Cum quidem
cum adhuc esset iuuenis libros
seculares nimis ardenter legebat
et quantum ad quatuor ibi peccabat
Primo quia sic toto tempore tali
lectioni dabat quia de die tullium
de nocte platonem legebat Secundo quod
habebat quod sacris litteris tempus
modicum impendebat Secundo

lecturus Tullium ieiunabat lecturus
evangelium non abstinebat unde
ipse dicit in epistola ad Eustochium
Cum ante plurimos annos domo parentibus
sorore cognatis et quod hiis diffi-
cilius est consuetudine lautioris
me castrassem / miser ego lectu-
rus Tullium ieiunabam. Tercio quia
post lacrimas prius legebat libros
seculares sic cum potius tunc
sacri libri essent legendi unde
ipse dicit ibidem post noctium crebras
vigilias legebat post lacrimas plato sumebatur in manibus.
Quarto quia stilum sacre scripture
vilipendebat unde ait ibidem
si quando prophetas legere cepissem
horrebat sermo incultus. Ideo
dum gravi infirmitate premeretur ut
membra officiis vix
haberent. Et sicut in eadem epistola
refert cum exequie pararentur
subito in spiritu ad tribunal iudi-
cis est perductus ubi tanta clari-
tas radiabat ut ipse in terra pro-
iectus sursum aspicere non auderet
interrogatus tamen de conditione esse
christianum se esse respondebat
Et iudex mentiris ait Ciceronia-
nus es Et iussus est graviter verbe-
rari et inter verbera ille cepit cin-
gilat et clamare miserere mei
domine miserere mei tandem
qui astabant procidentes ad genua iudi-
cis provoluti rogabant ut ado-
lescentie eius veniam daret
ipse in iudice cepit et dicere domine
si umquam libros seculares habuero
si legero te negavi quibus hec
verba dimissus et ad seipsum
reversus invenit se totum lacrimis
infusum et scapulas lividas
ex plagis quas receperat se habere /
De cetero autem Jeronimus libros secu-
lares non legit sed in hiis que
in memoria retinebat aut

qua in scripturis seu in scriptu-
ris aliis referebat unde ipse
dicit super epistolam ad Galatas plus
quam viginti quinque anni sunt ex quo
numquam in manibus seu in manibus
meis gentilium litterarum quilibet
auctor ascendit sed si quid for-
tassis ~~[ob]repit~~ obrepit dum lo-
quimur velut antiqui per nebulam
sompni recordamur. Quarta via est
qua Constantinopolim est profectus
volens cum emulis suis locum
dare Romam reliquit et ad Gregorium
Nazanzenum Constantinopolitane
urbis episcopum venit ut qui magiste-
rium fecerat eius discipulus in
scripturis sacris efficeretur et ab[…]
diceret. Sic enim ille Gregorius qui
maxime in duobus eminebat
scilicet in plenitudine sapientie et immun-
dicia et puritate vite unde refert
de eo Ruffinus presbiter Aqui-
leiensis in prologo super librum apolo-
geticum de ~~Greco~~ greco in latinum
transtulit. Quando cum Gregorius philosophie
studiis apud Athenas floret
vidit per soporem sedenti sibi et
legenti a dextera et leva duas
formosas feminas consedisse quas
ille oculo torvo respiciens que-
nam essent et quid sibi vellent
percunctabatur at ille familiarius
eum requirentem amplectentes
aiunt ne moleste accipias iuve-
nis nota tibi satis et familiares
sumus altera enim ex nobis sapientia
altera castitas dicitur et misse sumus
a domino tecum habitare quia grata
diximus nobis et mundum in tuo corde
habitaculum preparasti. Et quia Gregorius
magister Jeronimi ista duo scilicet sa-
pientiam et munditiam habuit ideo
Jeronimus ista duo ab eo didicit
et fuit cum omni sapientia plenus
unde dicit de eo beatus Severus
Jeronimus pater fidei mirum doc-

ꝫ autem non solum latinis litteris
verum grecis sed etiam hebraicis ita
instructus fuit ut se illi in omni
eius nemo audeat comparare. Fuit
etiam multa castitate et munditia
preditus fuit enim virgo sicut in eius
legenda habetur. Et quamvis ipse di-
cit in epistola ad Pammachium virgini-
tatem in celo efferro non quia ha-
beo sed quia magis miror quod non
habeo tradit tamen quod de humilitate
sua dixit et ideo vero se virgini-
tatem habere non reputabat quia
carnis incentiva sepe perpessus
fuerat unde ipse ait in epistola ad
Rusticum monachum Ne nobis
in quoque concupiscencia carnis
dominantur. Item etiam dicit contra
Jovinianum illa virginitas hostia
Christi est cuius nec mentem cogi-
tacio nec carnem libido macu-
lavit. Ex quibus verbis satis
est colligi ex quo sensu dixit
se virginitatem non habere. Tandem via
est quod a Constantinopoli sumpta
est factus ubi heremum petiit et
ibi per quatuor annos in arctissima
via se afflixit sicut ostendit
in epistola ad Eustochium. Habuit
enim ibi durum habitaculum unde ait
Quociens constitutus in illa vasta
solitudine que exusta solis ardo-
ribus horrendum monachis pre-
stat habitaculum putavi me ro-
manis interesse deliciis. Habuit
durum habitum unde ait horrebant
sacco membra deformia squalida
cutis situm ethiopice carnis addu-
xerat. Habuit durum lectum unde
subdit Si quando repugnantem sompnus
imminens oppressisset nuda humo
vix ossa herentia collidebam. Habuit
durum cibum et potum de cibo vero
et potu taceo cum etiam languentes
utantur aqua frigida et coctum
aliquid accepisse luxurie sit
Et tamen post ista omnia tam gravia

que vir sanctus sibi inferebat adhuc
in corpore suo carnis desideria
senciebat unde subdit Ille igitur
ego qui ob gehenne metu taliter
carcere dampnaveram scorpionum
tantum socius et ferarum sepe choris
intereram puellarum pallebant ora
ieiuniis et mens desideriis
estuabat et in frigido corpore sola
libidinum incendia pullulabant
Sed tamen vir sanctus ita carnis
desideria per quatuor remedia
refrenabat sicut in eadem epistola
ostendit. Refrenabat quidem per
lacrimosam et continuam orationem
unde dicit. Itaque omni auxilio
destitutus ad Ihesu pedes iacebam
pedes rigabam lacrimis crinibus
tergebam. Memini me diem crebro
iunxisse cum nocte nec prius
a pectoris cessasse verberibus quam
a domino rediret tranquillitas. Re-
frenabat per carnis diutinam
maceracionem unde dicit repugnantem
carnem ebdomadarum inedia sub-
igebat. Refrenabat per scriptu-
rarum frequentem amorem unde
quod in se expertus fuerat Rusticum
monachum docebat dicens Ama
sciam scripturarum et carnis
vicia non amabis. Refrenabat
per laborum utilium occupacionem
unde ait ad Rusticum monachum
Dum essem iuvenis inquit
et incentiva viciorum crebris
ieiuniis frangerem animus tamen
cogitacionibus estuabat. Ad quam
domandam cuidam qui ex hebre-
is crediderat me in disciplinam
tradidi ut discerem hebraicum
alphabetum. Quid laboris
ibi sustinuerim testis est consciencia
eorum qui mecum duxerunt vitam
Quam utilis autem sit occupacio
ad concupiscentiam domandam

ipse ostendit ad rusticum monachum
asserens quod cum quidam monachus
adolescens nulla abstinentia fla-
mmam carnis posset extinguere
abbas autem videns eum periclitari praecepit
ut quidam vir cum saepe impeteret et
per iurgia et iniuriam ipse ad
querimonias veniret prius et prius
se testes induceret abbas vero
ne in desperationem caderet eum tamquam
defendebat. Completo anno interro-
gatus adolescens super cogitationibus
pristinis papae inquit vivere non licet
et fornicari libet. Per quam vero
Ieronimus sit carnem maceraverit
et lacrimas fundebat et consolationes
miserabiles sentiebat unde
ait in praedicta epistola Et ut mi-
chi testis est deus post multas
lacrimas post caelo oculos inhaerentes
interdum michi videbar ange-
lorum agminibus interesse. Quarta
via est qua per certa peragrans ad
Bethleem oppidum remeavit ubi
monasterium construxit et multos ibi
discipulos congregavit. In quo quidem
monasterio per quinquaginta sex
annos totam vitam suam circa
quattuor ad dei honorem expendit
primo videlicet circa scripturarum divinarum
interpretationem et expositionem unde
ait in libro de viris illustribus
Ego quidem novum graece testamentum
fidei reddidi vetus quidem iuxta veri-
tatem hebraicam transtuli plura
alia scripsi et transtuli. Augustinus
contra Iulianum vir contemnendus
arbiter sanctus Ieronimus qui graeco
hebraico et latino eruditus elo-
quio ad orientalem ecclesiam
transiens locis sanctis et litteris sacris
usque ad ultimam decrepitam vixit
cuius nobis eloquium ab oriente in
occidentem instar solis lampadis
resplenduit. Ysidorus in libro

Ethimologiarum dicit Ieronimus
trium linguarum peritus extitit cuius
interpretatio ceteris antefertur quia
et verborum tenacior est et perspicuitate
sententiae clarior atque utpote a christia-
no interprete verior. Secundo circa hospi-
talitatem susceptam unde ait contra
Iulianum Certum in monasterio hospi-
talitatem ex corde intendimus
et omnes ad nos venientes praeter
solos hereticos leta fronte suscipimus
atque venientibus pedes abluimus.
Nec mirum si homines hospitio
suscipiebat qui etiam animalia recipi
faciebat. Cum enim quadam die leo
ingens claudicans claustrum in-
gressus fuisset et ceteri fugerent sanctus
Ieronimus eidem velud hospiti obviavit.
Leo autem sese laesi pedis sibi obtulit
plantam. Ille autem lesum pedem
ablui faciens et vulneratum assi-
duis medicinis eum curari fecit.
Qui omni feritate deposita inter
eos velud domesticum animal morabatur.
Cui etiam asinum in custodiam
dederunt et ipse eum ad pastum du-
cebat et incolumem reducebat.
Tertio circa corporis sui macerationem
tanta quidem lenitudine premitur
labore in ieiunando scribendo et
orando fatigatus est ut in strato
suo iacens funiculo ad trabem
suspenso supinis manibus erigeretur
ut officium monasterii prout poterat
exsequeretur. Quarto circa officii ecclesiastici
ordinationem. Cum enim ut ait Iohannes
Beleth in ecclesia unusquisque ca-
neret quod vellet Theodosius impera-
tor Damasum papam rogavit
ut ipsum officium faceret ordinari. Qui
sciens Ieronimum in omni sapientia per-
fectum et idem commisit ipsum officium
ordinandi. Ipse igitur psalterium
per ferias distribuit ut unicuique

[ter]tie nocturni capitulum assignavit et
[c]um ille versiculus tam beatus scilicet
[G]loria patri et filio etc. in cena
[s]ynodo editus fuisset. Non dum
tamen qualiter et quando dici debebat
[s]ciebat ordinatum. Ideo Jeronimus
ut in fine cuiuslibet psalmi diceretur
[in]vitante spiritu sancto statuit epistolas
[q]uoque et evangelia per annum circulum
decantanda. Tertio quia ad officium
[per]tinendum preter cantum prius ordinat
[c]um autem officium taliter ordinatum
[a]d damasum papam misit quod ille
valde approbans ab omni recipiendum
ecclesia demandavit. Hunc versiculum
ille Gloria patri et filio et spiritui sancto
[de] quo supra dictum est cum multa
devocione est dicendus et tunc
debemus nos inclinare et sancte
trinitati reverentiam exhibere. Legitur
[in] cistercien. Erat quidam monachus
[L]egitur quod in quodam monasterio cister-
ciensi erat quidam monachus ma-
gne perfectionis et vite qui eciam
in beatam virginem dei genitricem
mariam devocione nimia afficie-
batur. Quodam igitur die dum
officium solempniter fieret et ipse in choro
cum aliis psalleret vidit ipsam beatam
virginem de altari cum magno sple-
ndore procedere et cum ille versiculus
scilicet Gloria patri et filio etc. a monachis
diceretur illa substitit et profunde usque
ad finem versiculi inclinavit. Quia
cum dictus monachus cur sic
inclinasset se interrogavit et illa re-
spondit. Quando versiculus ille ab
ecclesia dicitur. Ego et omnes angeli
in celo inclinamur et sancte exhibemus
reverentiam trinitati. Et sic beatus
Jeronimus in operibus quatuor viis tota
suam vitam complevit et completis an-
nis nonaginta octo et mensibus
sex de via ad patriam est profectus.

Sermo secundus de S. Jeronimo

Ecce quam bonum et quam iocun-
dum habitare fratres in unum
sicut unguentum in capite etc.
Super hunc locum sic dicit beatus Jeronimus
Iste versus velud dulcis sonus
et psalmus melodis toti orbi noti-
ssimus ut tuba spiritus sancti divi-
sos corpore congregavit in unum
in monasteria plurima peperit. Quia vero
beatus Jeronimus fuit religiosus et
ideo iste psalmus de eo convenienter
de eo potest exponi. Respondeo autem
quod ipse fuit monachus perfectus
et quantum ad hoc sibi convenit quod
dicit Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres in unum.
Fuit cardinalis reverendus et quantum
ad hoc sibi convenit quod sequitur Sicut
unguentum in capite quod descendit etc.
Fuit doctor egregius et quantum
ad hoc sibi convenit quod subditur
Quoniam illic mandavit dominus benedictionem
et vitam usque in seculum. Primo
igitur fuit monachus et religiosus
sibi convenit quod dicitur Ecce quam bonum etc.
Tria autem sunt que faciunt monachos
esse perfectos que in isto psalmo designan-
tur scilicet vite bonitas sive sanctitas
cum dicitur Ecce quam bonum. Secundo
iocunditas cum dicitur Et quam
iocundum. Et tercio unitas cum
dicitur habitare fratres in unum. Quando
autem in ipsa religione est bonitas
sive sanctitas tunc ipsa religio est
deo gratum habitaculum. Matthei xviii.
Ubi sunt duo vel tres congregati in
nomine meo ibi sum in medio eorum.
Duo dicit apostolus geminam caritatem
tres addit propter trinitatis ~~immortalitatem~~
immobilitatem seu immobilem
fidem. Est angelis magnum sola-
cium postquam pervenerunt principes coniuncti
psallentibus id est religiosis deum
laudantibus in medio iuvencularum
id est altarium de quibus dicitur in psalmo

Iubilabit ut aquile mentes tue tympanistriarum i. corporum mortificatorum qui pellem carnis sue macerando extendunt et hominum magnum prodium proverbiorum xxviii° fratres qui adiuvantur a fratre quasi civitas firma Ecclesiastes 4 melius est esse duobus simul quam uno habent enim emolumentum societatis sue est dyabolo magnum tormentum unde dicitur de congregatione bonorum Canticorum vi° Terribilis ut castrorum acies ordinata ¶ Iocunditas autem in viris religiosis causatur a consciencia tuta proverbiorum 17 Secura mens quasi iuge convivium 2 Corinthiorum 1 Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre Causatur a spe eterna Romanorum 12 spe gaudentes ¶ ideo propheta habens hanc spem gaudendo dicebat Letatus sum in hiis que dicta sunt michi etc. Causatur a societate contra tristiciam unde Boethius nullius sine socio iocunda possessio est unde poeta dicit est miserius cui non est ullus amicus ¶ ideo dicitur Ecclesiastici 25 In tribus placitum est spiritui meo que sunt probata coram deo et hominibus Concordia fratrum et amor proximorum et vir et mulier bene sibi consencientes. Tunc enim grata est societas quando fratres inter se habent concordiam ad pacificam conversacionem et intus veram dileccionem ¶ ideo dicitur concordia fratrum et amor proximorum et quando prelati ad subditos habent magnam benivolenciam / et subditi ad prelatos magnam reverenciam et ideo subditur et vir i. prelatus / et mulier i. subditus sibi bene consencientes Causatur a spiritu sancto infusa gracia psalmus Fluminis impetus letificat civitatem dei religionem dei de isto flumine religionem

irrigantem dicitur Apocalypsis 12 ostendit michi flumen aque vive splendidum tanquam cristallum procedentem de sede dei et agni in medio platee eius Ex quibus verbis habetur quod spiritus sanctus in religione nichil dimittit esse aridum ¶ ideo dicitur fluvius / nil mortuum ¶ ideo dicitur aque vive nichil turbulentum ¶ ideo dicitur splendidum tanquam cristallum nichil neglectum vel securum et ideo dicitur Quia procedit de sede dei que est sedes iusticie et sede agni que est sedes misericordie nichil singulare vel proprium et ideo non fluit per diverticula vel per angulos sed per medium platee Quia in religione non debent esse aliqua singularia sed omnia debent esse communia unitas autem in religione causatur ex contrario quia multa divisionum et discordiarum inde aufferuntur et hoc propter votum paupertatis obediencie et castitatis divisiones enim et discordie sepe causantur propter avariciam 1 Thimothei 6 Radix omnium malorum est cupiditas ¶ ideo dicit Seneca Quiete tranquillimam vitam ducerent homines si de medio tollerentur meum et tuum et esset nostrum et vestrum Causatur ex superbia proverbiorum 13 inter superbos semper iurgia sunt Causatur ex carnali concupiscencia Iacobi iiii° unde bella et lites in vobis nonne ex concupiscentiis vestris que militant in membris vestris In religione autem est votum paupertatis voluntarie et ideo non debet ibi esse aliqua divisio que procedat ex radice avaricie et votum obediencie et ideo non debet ibi esse aliqua divisio que procedat ex radice superbie et est votum castitatis / et ideo non debet ibi esse aliqua divisio que procedat ex radice carnalis concupiscencie / istam unitatem beatus Iacobus habuit

quia et paupertatem elegit et simplicitatem tenuit et castitate seruauit Ideo fuit cardinalis reuerendus et iustus ad hoc sibi conuenit Quod dicitur sicut vnguentum in capite etc. Caput autem est summus pontifex in quo capite est vnguentum i. auctoritatis et vniuersalis dominii et dicitur auctoritas prelatorum vnguentum quia vnguentum quoddam est dulcoratiuum quoddam est mortificatiuum et vtrumque est sanatiuum Sic et potestas prelatorum debet esse dulcoratiua quo ad bonos mortificatiua quo ad malos et sanatiua quo ad omnes Quia secundum beatum Augustinum sine prelatendo siue agnoscendo hoc solum bene agitur ut vita bonorum corrigatur Habet autem istud caput barbam vestimentum et horam vestimenti / Per barbam que est iuxta caput significantur cardinales iuxta summum pontificem aliis prelatis viciniores est autem barba indicium discrecionis quia indicat esse virum non mulierem in quo viget discrecio maturitatis virilitatis et alacritatis Unde dicit glosa ibidem Quod descendit in barbam etc. i. in fortes strenuos alacres que barba signat que indicium virilitatis Ideo cum fortem describimus dicimus barbatus est Ipsi igitur instar barbe ita causas sibi commissas debent esse valde discreti in discreta causarum examinatione / valde maturi in examinatis matura ponderatione / valde viles in ponderatis potenti diffinitione et execucione valde alacres et benigna in exhortatione ut illos quos primum benigne ad primam exhortantur. Et capite igitur primo fluit vnguentum in barbam quia auctoritas summi pontificis primo redundat in ipsos deinde fluit in vestimentum i. in alios prelatos

qui post sunt maiores postremo in horam vestimenti i. in prelatos minores et inferiores Et quia beatus Jeronimus fuit cardinalis ideo fuit barba summi pontificis in quem fluxit vnguentum auctoritatis et iurisdictionis Sunt cum presbiter Cardinalis Cardinalium cum quidam sunt episcopi quidam presbiteri / quidam dyaconi Ecclesia cum militans facta est ad exemplar ecclesie triumphantis iuxta illud hebreorum viii Vide inquit omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte In ipsa autem ecclesia triumphante est ierarchia superior media et inferior Superior continet ordines assistentes scilicet Seraphin Cherubin et thronos Et ista representat ierarchiam i. sacrum principatum Episcoporum Cardinalium Sicut cum angeli prime ierarchie sunt deo viciniores et sibi assistentes Sic et ipsi sunt summo principi seu pontifici proximiores et sibi in magnis solempnitatibus assistentes Unde tanquam assessores et assistentes vti cathedris permittuntur Seraphin autem dicuntur ardentes Cherubin plenitudo sciencie throni sunt sedes iudicium quia ipsi debent ardere per caritatem succensam lucere per sapienciam veram et iudicare per iusticiam Sunt autem septem vel propter septem angelos ecclesiarum quibus scripsit Johannes in apocalipsi vel quia septemplici gracia spiritus sancti debent esse repleti vel quia vniuersali perfectione debent esse dotati per septenarium enim vniuersitas designatur ex eo quod vniuersum tempus per septem dies agitur Media ierarchia continet presidentes i. dyacones principatus et potestates Et ista representat ierarchiam cardinalium presbiterorum Dyacones autem presunt bonis angelis

principatus bonis hominibus potestates
malis spiritibus et malis hominibus
Similiter et mali presbiteri cardina-
les sunt presidentes quia presunt
quatuor ecclesiis patriarchalibus
scilicet ecclesie sancti petri sancti pau-
li sancte marie maioris et sancti
laurencii Quarum quelibet habet
septem titulos quibus ipsi presbiteri
cardinales intitulantur Horum
autem quibus presunt quidam sunt
innocentes velud angeli Quidam
penitentes velud homines sancti
et boni Quidam persequentes velud
spiritus maligni Debet ergo preesse
instar dyaconum innocentibus
eos suis consiliis et beneficiis
confovendo Penitentibus instar
principatuum eos de bono in me-
lius promovendo / persequentibus et pse-
quentibus instar potestatum eorum
maliciam comprimendo Distinguntur
quidam per quatuor septenarios
quia quatuor ewangelia deberent
predicare et septem dona spiritus sancti
debent habere et sic in universo
sunt 28 quia sunt / quia sunt
velud viginti quatuor seniores
de quibus dicitur Apocalypsis 3 Secundo
fidem quatuor ewangeliorum
debent dilatare per mundum
Ultima ierarchia continet ordines
ministrantes scilicet virtutes archa-
ngelos et angelos Et ista represen-
tat ierarchiam dyaconorum cardi-
nalium qui in magnis solemp-
nitatibus summum pontificem in-
duunt ipsum deduunt et sibi circa
altare sibi ministrantes serviunt
Ministerium autem virtutum est circa
difficilia archangelorum in annun-
ciando maiora / angelorum in an-
nunciando minora difficilia autem
sunt consilia ewangelica que
servant viri religiosi / Maiora sunt
divina precepta que predicare debent
clerici et boni layci minora sunt

ecclesie statuta que debent servare
omnes boni Ministerium autem
dyaconorum cardinalium non tantum debet
esse circa summum pontificem sed eciam
circa difficilia maiora et minora
quia laborare debent verbo pariter
et exemplo ut religiosi servent
consilia clericis et laycis dei precep-
ta / ab omnibus bonis ecclesie statuta
Sunt autem in universo sedecim quia
servare debent decem precepta et
exhibere sex opera misericordie Summa autem
omnium tam episcoporum quam presbiterorum
et dyaconorum est quinquagintaunum
ut per unum significetur unitas cordium
per quinquaginta qui est annus iubileus
in quo omnes servi liberi efficiebantur
significetur libertas filiorum quia
si habuit in via cordium unitate
percipient in patria ~~unitatem~~ filiorum
dei libertatem Tercio beatus Ieronimus
fuit doctor egregius Quod notatur
cum dicitur Illuc mandavit dominus
benediccionem etc Illuc id est beato Ieronimo
mandavit benediccionem et vitam
usque in seculum Sancti enim doctores
habent benediccionem gracie Proverbiorum xi
Qui abscondit frumentum male-
dicetur in populis Benediccio autem
domini super caput vendencium doc-
trinis eius frumentum id est sacre doc-
trine pabulum dicuntur vendere quia dant
doctrinam et requirunt bonam vitam
Habent eciam vitam eterne glorie
Danielis 12 Qui ad iusticiam erudiunt
multos quasi stelle in perpetuas eterni-
tates Eternitas perpetua est vita
beata Ista tamen duo scilicet benediccio gracie
et vita glorie non datur omnibus doc-
toribus sed tantum illis qui docent verbo
pariter et exemplo Sunt enim quidam
doctores gulosi qui tamen volunt docere
abstinenciam de quibus dicit Ieronimus
ad Eliodorum Delicatus magister est qui
pleno ventre de ieiunio disputat

Alii sunt doctores formidolosi qui tamen volunt alios animare ad pugnam. Alii sunt doctores delicati qui tamen in recentatis [?] militibus reprehendunt formidinem et vecordiam [?] dormientes. Dicit Jeronimus ad Pacatianum [?]: delicata doctrina est pugnantibus vitia de muro et cum ipse unguentis delibutus sit, sic recentatum [?] militem accusare formidinis. Jeronimus autem non fuit ingenio delicatus quia non fuit gulosus sed magne abstinencie. Unde ipse dicit in epistola ad Eustachium: recumbentem [?] ... ebdomadarum media subigebam. Nec fuit formidolosus sed magne constancie quia nec laudibus movebatur per inanem leticiam nec vituperacionibus per impacienciam. Unde ipse dicit in prologo super Hester: Nec affectamus laudes hominum nec vituperaciones expavescimus, sed vite valde austere. Unde ipse ait de se et fratribus qui secum degebant in Epistola ad Eustachium: De cibo eciam et potu taceo, cum eciam languentes aqua frigida utantur et coctum aliquid accepisse luxurie sit etc.

Sermo tercius de sancto Jeronimo doctore egregio sequitur

Os iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius et non supplantabuntur gressus eius etc. Iste iustus fuit beatus Jeronimus qui inter ceteros doctores quatuor prerogativas habuit, scilicet profundam scienciam cum dicitur: Os iusti meditabitur sapienciam; efficacem eloquenciam cum dicitur: Et lingua eius loquetur iudicium; divine legis iusticiam cum dicitur: Lex dei eius in corde ipsius; et boni operis perseveranciam cum dicitur: Et non supplantabuntur gressus eius. Circa primum notandum quod ore suo, id est corde suo, sapienciam meditatus fuit. Et ideo magnam sapienciam acquisivit. Assimulatur autem cor iusti ori quia os hominis ad quatuor datum est, scilicet ad loquendum, manducandum, osculandum et ad attrahendum et sive ad suspirandum. Locutio autem cordis est cogitatio, comestio eius meditatio, osculatio eius devotio et attractio eius affectio. Ista quatuor circa cor iusti operantur et ideo merito ori assimilatur. Primo enim os cordis sapienciam loquitur quando circa ipsam ponit omnem suam cogitacionem. Sapiencie 6: Cogitatum habe in preceptis dei et mandatis eius maxime assiduus esto et ipse dabit tibi cor et concupiscencia sapiencie dabitur tibi. Secundo enim sapienciam comedit quando in ea ponit suam meditacionem ut dictum fuit Ezechielis 3: Comede volumen istud et vade et loquere ad filios Israel. Prius enim predicator verba comedere et masticare debet et post ea aliis tradere predicando. Tercio sapienciam osculatur et amplexatur quando circa ipsam ponit totam suam devocionem. Proverbiorum 4: Glorificaberis ab ea, scilicet sapiencia, cum eam fueris amplexatus. Quarto sapienciam attraxit quando circa ipsam ponit totam suam affectionem. Psalmus: Os meum aperui et attraxi spiritum, ut dictum fuit eidem prophete: Aperi os tuum, scilicet depredicando, et ego implebo illud, scilicet inmittendo. Secundo habuit efficaciam eloquencie cum dicitur: Et lingua eius loquetur.

iudicium ipse cum sepe loqueretur
iudicium i. de iudicio extremo
unde ait in epistola ad Eracium
In stelerum meorum latens sepultus
peccatorum vinculis colligatus diurnum
illud clamorem expecto Jeronime
veni foras Idem sive comedam
sive bibam sive dormiam sive ali-
quid aliud faciam semper videtur
in meis auribus insonare Surgite
mortui venite ad iudicium Vel
lingwa eius locuta est iudicium
quia erunt verba iudicata et exami-
nata et ponderata Multi tamen
sunt e contrario quia in loquendo
sunt nimis precipiti et inconsiderati
Quod quidem est signum maxime
stulticie Eccl. 10 Stultus verba mul-
tiplicat Salomon plures cum aliis lo-
quentibus tacet interrogatus ape-
riendo virum propter inopiam verborum
aut quia stultus tacet respondit
Stultus stultus tacere non potest Est
eciam signum naturalis inpaciencie quare
natura ymo deus tamquam nature unum
os homini dedit et duas aures
concessit ad significandum quod quilibet
debet esse promptus ad audien-
dum et tardus ad loquendum
Jac. 1. Sit autem omnis homo ve-
lox ad audiendum et tardus
ad loquendum Sunt eciam quidam
a deo in loquendo inmoderati
quod non tantum ore sed eciam aliis mem-
bris loquuntur Proverbiorum sexto
Homo apostata vir inutilis gra-
diatur ore perverso annuit oculis
terit pede digito loquitur Se-
necca ait prius Quidam in verbis
ait Audi os unum a natura
aures duas accepimus Est eciam
causa penitencie quia sepe talis multa
loquitur que penitet se dixisse
Eccl. 23 Indisciplinate loquele
non assuescat os tuum est enim

in illa verbum peccati Proverbiorum 10
In multiloquio non deerit peccatum
Seneca ait prius Cum vir malus
taceret interrogatus cur hoc faceret
Respondit Quia locutum me esse aliquando
penituit tacuisse autem numquam Est autem
causa displicencie quia tales odio-
si efficiuntur Eccl. xxxviii Qui
sophistice loquitur odibilis est
Eiusdem 20 Est tacens qui invenitur
sapiens et est odibilis qui pro-
cax est ad loquendum Seneca ait
prius cuidam multa dicenti ait
Si meis inquit auribus te audio
taceo Est tamen aliquando occasio alicuius
paciencie Unde refert Seneca
Quod Socrates duas contenciosas
habuit uxores interrogatus autem
quare cum talibus habitaret ait
disco in domo qualis sim in foro
disco in domo pacienciam ut possim
in foro exhibere Tercius Jacob
verba examinata loquebatur qui eciam a
bonis sepe tacebat unde ipse
ait in prologo super libros Regum
Ego saciens humilitatem meam illius
semper sic recordabor Dixi custo-
diam vias ut non delinquam in lingwa
mea in lingwa mea posui ori meo
custodiam cum consisteret peccator adver-
sum me obmutui et humiliatus
et silui a bonis Tercio habuit divine
legis custodiam Cum dicatur Lex
dei eius in corde ipsius Lex dei
dei fuit in corde suo quia eam
valde dilexit Psalmus Quam dilexi
legem tuam domine tota die meditacio
mea est Sic a deo quidem eam dilexit
Quod illius amore omnia peccata
vitavit Psalmus In corde meo abs-
condi eloquia tua ut non peccem
tibi Fuit in ore suo quia ea
sollicite docuit et deposuit in
labiis meis pronunciavi omnia iudicia

cius tui. Zach. 13 Labia sacerdotis
custodiunt scientiam et legem requi-
runt in ore eius quia angelus
domini exercituum est. Jeronimus
quadraginta sex annos apud
Bethlehem manens totum mundum
sua doctrina repleuit. Fuit in
manu sua quia ipsam compleuit
Jacobi i. Estote factores verbi non
auditores tantum. Roma. 13 Non enim
auditores legis iusti sunt apud
deum sed factores legis iustificabuntur.
Istam legem Jeronimus implebat
qui et artissimam penitentiam faciebat
et omnes hospites leta fronte re-
cipiebat. Fuit in sinu suo quia
quam per longum studium acquisiuit
et tamen in sinu memorie recon-
didit. Job 23 In sinu meo abscon-
di verba oris eius. Fuit autem a-
deo studiosus quod semper inuenie-
batur aut scribens aut legens aut
meditans aut verbo edificans. Unde
dicit Seuerus de eo: Jeronimus totus
semper in lectione erat totus in libris
in die non nocte requiescit. Certe
habuit in bonis operibus perseueran-
tiam. Unde dicitur: Et non supplan-
tabuntur gressus eius. Quod quatu-
or modis intelligi potest. Supplantantur
enim gressus vel quando quis labo-
rat pro re temporali vel quando aliqua
bona facit in peccato mortali
vel quando cadit a gratia dei vel
quando decipitur in fine obitus sui.
Primo namque gressus supplan-
tantur quando laborat pro re temporali.
Multi enim totum tempus suum circa
temporalia exponunt et tamen nudos
et vacuos se inueniunt et ideo
deceptos se reputant qui de
laboribus suis nil nisi afflictionem
et vanitatem reportant. Eccl. 2.

Cum me conuertissem ad uniuersa opera
que fecerant manus mee et ad
labores in quibus frustra sudaue-
ram vidi in omnibus afflictionem
et vanitatem animi. Tales deus
astutos in sua astutia comprehendit.
Job 5 Qui apprehendit sapientes
in astutia sua. Secundo gressus bonorum
supplantantur quando multa de genere
bonorum in mortali facit que tamen
omnia a demonibus corroduntur
et nil ad beatitudinem acquirendam
sibi prodesse inueniuntur. Osee 7
Comederunt alieni i. demones
angeli dei comedi robur eius et
ipse nesciuit. Tales virgines fatue
fuerunt decepte que licet obuiam
sponso processerunt tamen quia non habuerunt
oleum nitide conscientie a nuptiis
fuerunt exclusi. Tertio supplantantur
gressus hominis quando ille qui mul-
ta bona fecit a gratia dei cadit quia
omnia sua bona opera que prius
fecerat perdit. Ezech. 18 Si
auerterit se iustus a iusticia sua
et fecerit iniquitatem secundum omnes
abhominationes suas quas operari
solet impius numquid viuet omnes
iusticie eius quas fecerat non
recordabuntur. Sciendum tamen
quod quedam opera sunt semper
viua sicut illa que in caritate
sunt facta. Ista semper a deo re-
cordantur. Quedam sunt mortua
que facta sunt in mortali et
quia numquam habuerunt vitam
numquam resurgent quantumcumque homo
per penitentiam resurgat et ista numquam
a deo recordabuntur. Quedam sunt
viua et mortua sicut opera ypocri-
tarum que sunt viua apparenter
sed mortua veraciter. De quibus
dicit Apoc. 3 Nomen habes

q' viuas et mortuus es Et ista etiam nisi a deo recordantur nisi ad puniendum Quedam sunt mortificata sicut sicut opa facta iniqua que p peccatum advenientis sunt mortificata Et quia ista opa aliquando fuerunt viua ideo cum suo auctore resurgente resurgunt Cum igitur dicit dns q tales iniustie non recordantur intelligendum est q non recordantur quamdiu sunt mortificate Recordantur autem quando resurgunt et ea primam sunt viuificate Quarto supplantatur gressus hominis quando quis in morte sua a serpente infernali decipitur Sicut cum caput serpentis ab homine conteritur Sic sepe homo a dyabolo in suo calcaneo i in fine vite supplantatur siue quia de fide temptatur siue quia propter peccatorum multitudinem in desperationem trahitur siue quia impenitens moritur siue quia ad aliena restituenda non mouetur Ideo dictum fuit de serpente et mulier et omnis semine Gen 3 Ipsa conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius Ideo talis clamare debet et dicere Surge due precinxi cum et supplanta eum eripe anima meam ab impio Nullo autem istorum modorum gressus beati Jeronimi supplantari potuerunt quia et eciam temporalia acquirenda non laborauit sed ea detestauit et opa sua in caritate fecit et a gratia dei nunquam recedit et vitam suam in dei amore finiuit etc Sequitur

Sermo quartus de sancto Jeronimo doctore Egregio etc

Homo accendit lucernam et in absconso ponit neque sub modio sed sup candelabrum Luce xi Sicut peccator dicitur tenebra quia omnia que in eo sunt sunt tenebrosa Sic iustus dicitur lux quia omnia que in eo sunt sunt luciosa Ideo in presenti ewangelio ostenditur de beato Jeronimo qualiter totus fuit lucidus Habuit enim lucidam doctrinam Unde dicitur Nemo accendit lucernam etc Lucidam intentionem et conscienciam Unde dicitur Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit Lucidam vitam Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit etc Et lucidam famam Unde dicitur Et sicut lucerna fulgoris illuminat te Habuit igitur lucidam quia fuit lucerna accensa Lucerna autem lux est incensa Ille igitur doctor est lucerna qui in sua doctrina habet lucidam veritatem et ardentem qualitatem Cuius eius doctrina maxime ostensa est in quo lux diuinitatis impleuit testam nostre mortalitatis Talis lucerna fuit beatus Jeronimus de qua eciam lucerna dicitur Luce xi Nemo accendens lucernam operit eam vase aut subtus lectum ponit sed sup candelabrum ponit Habemus igitur q lucernam istam i sacram doctrinam quidam ponunt in abscondito quidam sub modio quidam sub vase quidam sub lecto quidam sup candelabrum ponunt Quidam in abscondito obscuritatis sicut predicatores curiosi qui cum debent dicere aperta dicunt obscura Quidam sub modio cupiditatis sicut predicatores auari qui propter questum predicant verbum dei Quidam sub vase timiditatis sicut predicatores formidolosi qui timore mundano siue humano tacent veritatem et sompnum propter timorem abscondunt veritatem Dicunt Quidam sub lecto carnalitatis

Sicut voluptuosi qui cum ipsis repe-
riunt carne consumuntur sicut dicitur
Ecclesiastici 3. Quidam sunt qui super
candelabrum ponunt sicut sunt predica-
tores veri et apti. Talis autem beatus
Jeronimus fuit predicator sinceratus
quia non fuit sub modio. Fuit
predicator constans et firmus quia
non fuit sub vase timoris operculo.
Fuit predicator mundus et purus quia
non fuit sub lecto. Fuit clarus et
toti mundo manifestus quia fuit
super candelabrum. Esse autem super
candelabrum ecclesie intel-
ligitur quatuor modis. Certum ad
officium quia factus est doctor v-
niversalis vel quantum ad vite meritum
quia fuit eminentis virtutis vel
quantum ad locum ut sicut loco est emi-
nentior quia ad literam predicator
se debet cum populo eminentior
et quantum ad locum ut sicut loco est
eminentior ita sit per exempla
altior unde dicit Crisostomus super illud
Mathei 5 Ascendit in montem nemo
in valle stat et de monte loqui
tur. Sed aut ubi stas inde loqueris aut
unde loqueris ibi sta. Si vero in terra
stas de terra loqueris. Si aut de celo
loqueris in celo consiste. Vel quantum
ad gradum qui fuit in ecclesia dei pres-
biter cardinalis. Tales enim in ec-
clesia sunt sublimandi quia vita
et doctrina sunt lucidi. Sicut enim
deus luminaria posuit in celo
et bruta animalia in terra dimisit. Sic
et huiusmodi doctores oportet in ecclesia
in gradu sublimari ponendi et
brutales homines in suis sedibus
relinquendi. Ista igitur lucerna idest
beatus Jeronimus radios sue sapientie
non abscondit sed potius mundum
eos diffudit Sapientie 7. Quam sine
fictione didicit et sine invidia com-
munico et honestatem illius non
abscondo. Prius dicit se didicisse

et postea eam communicasse. Contra illos
qui prius volunt esse magistri quam
discipuli. Jeronimus autem prius divinam
sapientiam didicit et postea eam com-
municavit. Didicit autem eam audi-
endo Proverbiorum 8 [sic] 3. Fili mi ausculta
sermones meos et ad eloquia
mea inclina aurem tuam. Sic
et beatus Jeronimus audivit Dona-
tum in gramatica Victorinum
in rethorica Nazanzenum in
theologia unde ipse dicit ad Eli-
odorum Dum essem iuvenis mira
discendi fervebat ardore nec iuxta
quorundam presumptionem ipse me do-
cui. Audiendo vero plus profecit
quam legendo Jeronimus super
epistolam ad Galathas. Scriptura edificat
lecta sed magis proficit si de
se de litteris vertatur in verba.
Secundo didicit legendo Augustinus
contra Julianum. Sanctus Jeronimus
omnes vel pene omnes qui ante
ipsum de doctrina ecclesiastica scrip-
serunt legit ipse etiam dicit contra
Jovinianum. Opera autem studii mei
est agere ut ex pluribus diversos
flores carpiam que bona sunt
eliciam. Ideo etiam dicit ad
Nepotianum Divinas scripturas sepius
lege immo numquam de tuis ma-
nibus sacra lectio deponatur.
Ipse etiam de domaestene narrat
dicens Demostenes plus olei
quam vini dicitur se expendisse
et omnes opifices nocturnis vigi-
liis prevenisse. Tertio didicit medi-
tando quia die ac nocte medi-
tabatur iuxta illud psalmi In lege
domini meditabitur die ac nocte.
Ideo dictum fuit Ezechielis 3. Comede
volumen istud. Cibus quidem
comeditur masticatur. Deinde in

in stomachum conicitur demde ibi
digestus in membra derivatur
demde incorporatur Sic sancti doc-
tores cibum verbi masticant et ru-
minant frequenti meditatione et
sic traiciunt et recondunt in stoma-
cho memorie et per modum de-
rivat ad subditos per assiduitate
doctrine et bene eis incorporant
per exemplum vite Alias cum non
bene incorporarent nisi exempla
preberent Quarto didicit conferendo
unde ait in epistola ad Augustinum cre-
stes licet dictaminum utinam mereremur
complexus tuos et collatione mu-
tua doceremus aliquid vel disceremus
Necessaria est enim mutua colla-
tio ad discendum Quia sicut
dicitur proverbiorum xxvii° ferrum ferro
acuitur et homo exacuit faciem
amici sui Ideo dicit apostolus Gala.
Contuli cum illis evangelium
quod predico gentibus Quinto didicit
abstinendo quia magnam ab-
stinentiam exhibebat et corpus
suum macerabat Quia sicut ipse
dicit ad Eliodorum pinguis venter
non gignit tenuem sensum Ideo illi
tres pueri divinam sapientiam
meruerunt quia abstinentes
fuerunt Sexto didicit ad senectu-
tem sacris litteris insistendo unde
dicit de eo Augustinus Quod
ipse in libris sanctis et litteris
sacris usque ad decrepitam ve-
nit etatem Item sicut dicit
idem Augustinus ad Jeronimum ad
discendum quod opus est nulla
michi etas sera videri potest
quia et si senem magis deceat
docere quam discere magis tamen
discere quam ut doceat ignorare
Septimo vixit Jeronimus semper cum
tanto sollicitiores et fervores
studias exercebat unde ipse ait
ad Augustinum in cuncto fulgoris

intellecti et dilatis exhibui. Cum bos
lassus fortius figat pedem Secundo
quia lucidam intentionem et castam
Unde dicitur Si oculus tuus fuerit
simplex totum corpus tuum lucidum
erit Unde de isto lumine subditur
vide ne lumen quod in te est te-
Et dicitur ibi corpus universitas co-
operum Sicut cum consumptione corpo-
ris dicitur universitas legum et
corpus civitatis universitas ci-
vium Et corpus naturale universitas
membrorum Sic corpus morale
dicitur universitas operum Sunt autem
corporis sunt membra quasi ad sin-
gularum operum genera Si vero iste actus
intentionis fuerit simplex et lu-
cidus id est purus et rectus omnia
opera eius erunt pura et recta Secun-
dum autem quod quatuor sunt que
nocent oculo corporali scilicet fumus
fluxus pulvis et sanguis Sic
etiam oculo spirituali nocet fumus
superbie proverbiorum 10 Sicut acetum den-
tibus et fumus oculis Sic piger
his qui miserunt eum Fumus
enim quanto altius ascendit tanto
citius evanescit Sic de superbia
dicitur Ysaie 20 involvetur in superbia
fumi Job 24 Elevati sunt ad
modicum et non subsistent Fumus
autem in oculis lacrimas provocat
pruritum et dolorem generat et con-
cludere facit Quia superbi aliquando
ledunt hominem in persona et tunc
magnum dolorem generant aliquando
in temporali re et tunc lacrimas provo-
cant aliquando in fama et tunc
oculos claudere faciunt quia illi qui
videbant oculis apertis postmodum diffama-
ti vadunt oculis clausis Nocet
etiam oculis fluxus humorum lu-
xurie Ezech. 23 Sicut fluxus
equorum fluxus eorum Item est

aut aliquis oculus ita clarus
quem iste fluxus non faciat ca-
liginosum Job 20 Oculus adulteri
observat caliginem nec puto quod non
faciat carneum Job 10 Numquid
oculi carnei tibi sunt etc. Item ita
sanum quem non faciat infirmum unde
refert Ambrosius super Lucam secundo
cum quidam vir nomine Theatinus
gravi oculorum incommodo labora-
ret et amaret uxorem interdicta
est sibi a medico facultas coe-
undi cum uxore et ille vale
inquit amicum lumen et sic preelegit
lumen perdere quam ab uxore abstinere.
Item cecat oculos pulvis ava-
ricie. Avaricia enim unde non potest
permittit tamen enim quia oculos
insatiabiles facit Eccl 13 Insatia-
bilis est oculus cupidi. Item quia
eos ad numerum dirigit Proverbiorum 17
Oculi stultorum in finibus terre.
Item quia eos semper in terram figit
Psalmus Oculos suos statuerunt
declinare in terram. Tales enim
qui semper sunt infixi circa terrena non
possunt intelligere divina Jeronimus
contra Vigilantium Vestrum est custo-
dire nummos et scriptu-
ras preferre degustare vina et capillos
et crispitates intelligere. Item cecat etiam
oculos sanguis iracundie quod
secundum sapientem ita est accen-
sus sanguis circa cor et iuxta
cerebrum altius impedit ita animum
ne possit cernere verum Psalmus Super-
cecidit ignis scilicet iracundie et non
viderunt solem iusticie. Nullo
istorum oculus beati Jeronimi ledi
potuit. Non fumo superbie quia
humilis valde fuit unde dicit
in prologo super libros Regum Ego
sciens humilitatem meam illius
semper sine recordatur dixi custo-
diam vias meas etc. Nec fluxu
luxurie quia castitatem servat
ut ait Ego (?) fuisse creditur nec
pulvere avaricie quia omnia terre-
na despexit. Nec sanguine
iracundie quia patiens extitit
unde in prologo super Josue dicit
vos ad patiam festinantes
mortificatis superiorum tanto
lucida debemus ante respicere (?)
Tertio habuit lucidam vitam
cum dicit Si ergo totum corpus
tuum lucidum fuerit etc. Illa opera
sunt lucida que ab omni amore
mundi sunt purgata sicut sunt
opera purgatorum perfectorum
quia mundum contempserunt
seu contempnunt et solum celestia
diligunt Jeronimus ad Eliodorum
Perfectus sum? Si nil preter Christum
aut si est perfectus non est cum
se perfectum deo fore pollicitus
sit an mentitus est Igitur
ut concludam si perfectus es cur
bona patrina desideras si perfectus
non es cur fefellisti? Beatus
igitur Jeronimus vere perfectus fuit
quia omnia contempsit. Sunt enim
quedam in quibus homo solam
amministrationem habet sicut sunt
bona ecclesiastica et ista relin-
quere est perfectio maior secundum
que homo possidet et per heredi-
tatem successionis sicut sunt
bona patrina et ista relinquere
est perfectio maior secundum
que homo possidet propter suum
studium et operationem bonam sicut
sunt bona propriis manibus ac-
quisita et ista relinquere est
perfectio maxima. Sed hec cum
que propriis laboribus acquisi-
vimus maxime vira (?) tene-
re sunt. Unde dicit Jeronimus in
prologo super libros Regum

lege malachi meum in quandam
meam. Tercio quod cum crebrius
utendo et emendo solicitaris
didicimus et tenemus verum est.
Ostensis igitur Jeronimus tam lucis et
perfecte vite extitit quod ipse dereliquit
bona ecclesiastica quia cum esset
cardinalis officio et beneficio
cessit dereliquit bona patria unde
dicit in epistola ad Eustachium
Cum autem annos plurimos domo
parentibus sorore cognatis et quod
his difficilius consuetudine lautioris
cibi me castrassem etc. Ostensis bona
autem propriis manibus acquisita
si habuisset reliquisset sed non
intendebat corpori opera terrena sed
spiritualia et eterna unde ipse ait in
prologo super Job. Si autem fiscellam
in usus texerem aut palmarum folia
complicarem ut in sudore vultus
mei vescerer pane meo nullus
morderet nemo reprehenderet. Nunc
autem quia iuxta sententiam salvatoris
volo operari cibum qui non perit
crior michi geminus infigitur
etc. Quarto quia lucidam fa-
mam. Unde dicitur: Et sicut lucerna
fulgoris est fama lucide operacionis
sanctitatis autem fame et opinionis fuit
quod toto mundo notissimus fuit. Unde
dicit sanctus decro: Quod lapis
eius eloquii ab oriente in oc-
cidentem resplenduit. Tunc enim
erant in mundo duo lucerna ma-
gna scilicet Jeronimus et Augustinus
qui totum mundum illuminabant. Et
quia omne animal diligit sibi simile
ideo se ad invicem dilexerunt
et licet absentes familiaritatem
plurimam contraxerunt. Quod quidem
per multa signa apparet. Primum namque
signum vere amicicie est quod amicus
amicum iratum mox reconciliat

Istud signum habuit Augustinus ad Jeronimum
scribens. Si quid veri me tene-
bis scio vel credo vel puto in quo
aliter senciens sine tua nimia tanga-
bar asperitate. Quod autem pertinet
ad assercionem tuam cum te inoris-
tum sentirem nil aliud quam
veniam deprecabar. Secundum signum
est quando amicus amicum obiur-
gantem libenter auscultat. Istud
signum habuit Augustinus ad Jeronimum
scribens ei leccionis omnes me si in-
veneris errorem meum quem
forte inveneris in dictis meis
Iterum si eam in me reprehendas
que reprehendenda non sunt
te potius quam me per absita-
moribus in sancto proposito tuo
ut hoc facias. Post cum fieri ut
tibi videatur aliud aliter non fiat
quam caritatis habet. Iterum et ego
amicissimam reprehensionem tuam
si tranquillus accepero non delebo
michi dolor timor capitis do-
let cum curatur. Iterum dum ei
precipitur non sanatur. Hoc est omne quod
acute videt cum dixit Tullius
esse plerumque amicos iurgantes
quam amicos obiurgantes me-
tuentes. Illi cum dum rixantur
dicunt aliqua vera que corrigant.
Isti autem quod minorem quam oportet
exhibent iusticie libertatem dum
amicicie timent exasperare dul-
cedinem. Tercium quod et si bos ut
tibi videris lassus senectute for-
te corporis non vigore animi tamen
in acra seu in area domita frui-
tuose laborare desudans Tercio sed
si quid peccatum dixi fortius sigre
pedem Iterum michi esse debet mo-
lestum pondus etatis tue dummodo
conteratur pallium culpe mee

Quartum signum est quando amicus secum
secreciorem communicacionem dictat et re-
serat. Istud signum habuit ad augustinum
Jeronimus. Super est ut dilectus dilige-
tem in scripturarum campo invicemus
senem [illegible] nobis inter [illegible]
[illegible] et annis quarta potius mitte te
currente et longa spacia terris me-
ante nobis detur colloquendi. Quintum
signum est quando amicus omnia secreta
revelat. Istud signum habuit Jeronimus
ad augustinum. De amicicia omnis tollen-
da suspicio est et sic cum amico
quasi cum alio se se loquendum.
De isto signo etiam sic scribit augustinus
ad Jeronimum: Cum hominis christiana fla-
grante atque mihi fidelem amiciciam
factam esse sensi quicquid ei consilio-
rum mearum cogitacionum quam quid
committo non homini committo sed illi
in quo manet ut talis sit. Deus
enim caritas est et qui manet in
caritate in deo manet. Sextum signum
est quando amicus amicum eciam
absentem et ignotum facie. Istud
signum augustinus ad Jeronimum habuit
scribens ei: Si enim epistola te non
novimus quia faciem corporis tui
non vidimus. Hoc modo nec ipse
te nosti. Iram tu quia non vides
ea si aut tibi non es aliud notus
es nisi per animum tuum et nobis eum
mediocriter novimus in litteris
tuis in quibus dominum benedicimus
qui nobis et omnibus qui tua legunt
te talem dedit. Septimum signum est
quando amicus amici molestiam ma-
nifeste portat. Istud signum habuit
augustinus ad Jeronimum scribens ei: Vir
et quod molestius fero in omnibus
angustiis meis quas patior in
difficilimis questionibus quando
in tam longinqua tue caritatis
absencia ut vix possim meas dare
vel tempore litteras tuas per intervalla
dierum non mensium sed aliquorum
annorum cum si fieri posset cottidie
te presentem habere vellem cum quo
loquerer quicquid vellem. Nec
ideo cum non habui facere quod
potui si non potui totum quod volui.
Octavum signum est quando amicus
de amico loquitur frequenter et libenter
eum nominat. Istud signum Jeronimus
ad augustinum habuit scribens ei:
Omni tempore beatitudinem tuam eo qua
decet honore veneratus sum et
habitantem in te dilexi dominum
salvatorem. Sed nunc si fieri possit
cumulo aliquid addimus et plene
complemus ut absque tui nominis men-
cione nec unam horam preterire patiamur.

Sequitur primus sermo de sancto francisco etc.

Qui sanctus est sanctificetur adhuc
apoc. 22. Sancti vero quidam-
cumque sunt sancti in corde
nichilominus hanc sanctificationem volunt
in corpore per munditiam retinere
ut verificetur quod apostolus de muliere
sancta .1. Cor. vii.o Mulier sancta
et virgo cogitat que domini sunt ut
sit sancta corpore et spiritu. Ad istam
duplicem sanctitatem corporis
scilicet et anime monet nos apostolus
dicens .2. Cor. vii.o Emundemus
nos ab omni inquinamento car-
nis et spiritus. Istam sanctitatem
se gloriabatur habere propheta dicens:
Cor meum et caro mea exulta-
verunt in deum vivum. Super quo loco
dicit augustinus: Cor exultat in deum
quando religiosa opera et deo placi-
ta contemplatur. Caro autem exultat
quando pudica est quando scilicet
nulla impuritate polluitur quando
nullis immundis actibus sordidatur.
Ista duo excellenter habuit sanctus

Franciscus scilicet corpus sanctum et animam sanctam ut vere possit dici de eo verbum propositum Erat sanctus scilicet in anima sanctificatus ad hoc scilicet in corpore Primo quidem habuit corpus sanctum quia omnia que in corpore suo fuerunt sancta fuisse videntur Incipiamus igitur a capite et descendamus usque ad pedes et videbimus quod a planta pedis usque ad verticem capitis non fuit in eo nisi sanctitas Sancti quidem fuerunt capilli eius quia magnam virtutem habuerunt Cum enim quidam medicus circa ipsum infirmum valde fuisset sollicitus et domus eius ob multiplicem pressuram minaretur ruinam ille ex devotione modicum de capillis eius accepit et intra fissuras posuit et deinceps omnimodam stabilitatem accepit Eandem ruinam sancti viri capilli fragilis stabiliunt 3 Regum 1° Si fuit vir bonus non cadet nec unus quidem capillus eius in terram Illud enim in terram cadere permittimus quod vile et inutile reputamus Sed beati Francisci capilli in terram non ceciderunt sed preciosi et miraculosi extiterunt Secundo sancti fuerunt oculi eius quia devotissimas lacrimas emittebant Tantis quidem lacrimarum imbribus eius oculi irrigabantur ut infirmitatem incurrerent oculorum et cum a medico suaderetur abstinere a fletu Ille respondit Non est frater medice ob amorem luminis quod habemus que cum muscis eterne repellenda visitatio lucis Ideo potuit dicere illud Job 16° Facies mea intumuit a fletu et palpebre mee caligaverunt Tertio sancte fuerunt aures eius quia vocem divinam et iubilationem

angelicam meruerunt Tribus enim vicibus vox divina in eius auribus insonuit Scilicet prima fuit vox pie increpationis quam cum adhuc laicus esset et in Apulia ad quendam comitem liberalem pergeret vox divina ad eum facta est dicens Quis melius potest facere tibi dominus an servus dives an pauper Et cum respondisset quod dominus et dives ait Cur ergo relinquis propter servum dominum et pro paupere homine divitem deum Et ille dixit quid me vis facere Et dominus ad eum Revertere in suam terram tibi dicetur Quid te oporteat facere Et tunc autem amor temporalis sibi viluit et in amorem divinum valde excrevit Servavit cum quod dicitur Proverbiorum 15 Auris que audit increpationes vite in medio sapientum commorabitur Secunda fuit vox eruditionis magne quam in primordio sue conversionis divina vox ad eum facta est dicens Francisce amara pro dulcibus sume et te ipsum contempne si me cupis agnoscere Acsi diceret Ad cognoscendum me requiritur contemptus mundi et contemptus sui Et istam eruditionem tam sapientis magistri ipse non surda aure percepit quia et gloriam mundi despexit et de suo corpore non curavit Et ideo potuit dicere illud Ysaie 50 Erigit mane mane erigit michi aurem ut audiam quasi magistrum Tertia vox fuit magni amoris quia scilicet crucifixus de cruce sibi locutus est dicens Vade repara domum meam que ut cernis tota destruitur Et ab illa autem hora in amorem et compassionem crucifixi eius anima tota liquefacta est ut possit dicere illud Canticorum Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est michi Audivit etiam angelicam iubilationem Cum enim semel [illegible] infirmitate

tibus exorcizaret. Angeli sibi sancti
celestes volentes eius spiritui solacium
dulcissimum cantum eo diu audiente
contemptu. Secundo quia iubilatione
cuius anima suscepit magnum gaudium
et corpus eius infirmitate mag-
num alimentum ut posset dicere ad
complectandum auditui meo dabis gaudium
et leticiam etc. / Tertio igitur quidam sancti
fratres erant que audire meruerunt
vocem divinam et iubilationem an-
gelicam. Quarto sancta fuit eius
deo accepta dixit verba et salva eius
aut verba tante fuerunt sanctitatis
et si quem bene dicebat erat be-
nedictus et si quem maledicebat
erat maledictus. Unam cum que-
dam mulier questa sibi conquesta per
virum suum in dei servicium haberet
contrarium misit ei suam benediccionem
dicens: Vade fili tempus est nunc
post modum equitatis. Sed quod
vir eum tantam mutacionem sensit
quod et uxori benivolus extitit et
ipse postmodum devote vixit. Cum
etiam suis agnum nutritissimum comedi-
sset ille compassione commotus intui-
tu eius qui dicitur agnus sine illa
maledixit. Cuius maledictio tantam
habuit virtutem quod illi sui instantem
porcino intulit mortem. Unde potest sibi
convenire quod dicitur Numeri xxii°: Scio enim
quod benedictus sit cui benedixeris
et maledictus in quem maledixeris
confirmatus. Sexto saliva eius que sancta
erat quia propter illam cecitatem ab
oculis tamquam per quoddam salubre
collirium expellebat. Unam cum cuidam
puelle lumen oculorum perdite in
nomine trinitatis sputo suo oculos
liniisset statim lumen recepit immo
restituit. Unde illi puelle dici po-
terat illud Apocalypsis iii: Collirio inun-
ge oculos tuos ut videas. Septimo
sancte fuerunt manus eius que
fuerunt Christi stigmatibus consecrate

a deo quod fuerunt sancte quod ea que
tangebant efficiebantur sancta. Unam
panis cuius manibus tactus tamquam
virtutem ex tali tactu accepit quod mul-
tos comedentes sanavit. Secundo
etiam cum inter yemes gelidas frigoris
asperitate deficeret eius manibus con-
tractus mox fuit in corpore et cor-
de mirabiliter inflammatus. Unde miror
si ille manus frigidas inflammabat
que igniteos calculos, id est Christi stig-
mata deferebat. Octavo sancte fuerunt ung-
ues eius. Unam cum quidam frater
gravi temptatione affligeretur cepit
intra se cogitare: Utinam haberem par-
ticulam unguium patris mei que scio
quod ante omnes seu omnis temptatio
fugaretur. Quod sanctus franciscus
in spiritu recognoscens vocavit
eum dicens: Veni fili et parare
michi ungues. Ille autem stupens
letus ~~...~~ iussa complevit et pro
reliquiis preciosissimis ipsas servavit
et ideo temptatione fugata con-
solatione multa recepit. Nono
sancta fuit scriptura eius. Cum enim
quidam frater temptationibus urgeretur
cogitavit quod si de manu patris
aliquam scripturam acciperet omnem
temptationem vincere posset. Quod
ille in spiritu recognoscens deo sibi
vocato cedulam cum attramento
iussit afferri et quasdam laudes
dei propria manu scribens ei dedit
et illa temptatio ab eo statim ab-
scessit. Decimo sancta fuit crux
signata cum manu eius. Cum enim
quidam religiosus in extremis
laboraret beatus franciscus panis
buccellam in oleo lampadis ante
altare beati ardentis intinctam
et sua benedictione signatam transmisit
quam ille ad devocionem degustans
et corpore sanatus surrexit et mente
mutatus sancte vite ordine intravit

Nono sancta fuit corda eius
Cum cum quandam cordam sancti
francisci qua fuerat accinctus ex
deuocione seruasset cordam illam
et in aqua intingebat et omnes
infirmi ex illa aqua potati incolu-
mes efficiebantur et sani Decimo
sanctum fuit corpus eius tum quia
fuit latterali cristi wlnere dedicatum
Cum quia fuit in modum crucis
duobus crucibus premunitum Tum
quia fuit omni munditia et castitate
nitidum Jdeo quia nitidum quod ul-
lum patiebatur in sua carne pullu-
lare motum Unde cum quandoque vite
carnis temptatio eum inuaderet
ille castitatis amator veste deposita
cum corda se fortissime verberauit
dicens Eya frater asine sic decet te
manere sic subire flagellum Undecimo
sancti fuerunt pedes eius quia scilicet
fuerunt cristi stigmatibus consecrati
Jdeo autem eius pedes consecrati fue-
runt quod locus pedum eius magnam
habebat virtutem Cum cum in campa-
nia mortua oues et boues pestis
seua consumeret vir quidam per visionem
ammonitus lotam aque pedum ac
manuum que beata stigmata gestabat
respersit eam quia aqua mox ut
animalia sunt respersa ab omni morbo
penitus sunt curata Ecce quomodo
verificatum est quod a uertice capitis
usque ad plantam pedis non fuit in
corpore eius nisi sanctitas Si igitur
sanctum corpus eius fuit et tantum
exaltauit in hac vita multo amplius
ipsum exaltabit in resurrectione beata
Et si tum corpus exaltauit quanto magis
eius animam exaltauit Habuit igitur
secundo sanctam animam Unde cum eius
anima beata de corpore exibat exiuit et
visa est in specie stelle cuius magnitu-
do instar lune lux vero instar sol
esse videbatur Si talis stella hodie
in celo appareret mirabile valde esset
Ista stella fuit anima sancti francisci
que instar lune fuit magna instar
solis fuit lucida instar stelle fuit
incorrupta Magna fuit propter immen-
sum amorem quia secundum Bernardum
Anima magna habet caritatem est
magnus qui paruam prius qui
nullam nullus Lucida est propter dei co-
gnitionem Incorrupta propter omnis timoris
exclusionem Anima scilicet de dilecto et
cognito est secura Unde mirum si est
magna quia immersa est in pelagus
diuini amoris Nec mirum si est lucida
quia confundata est in abyssum diuine
cognitionis Nec mirum si est secura
quia iuncta est uite eterni vigoris
Hoc signatum est quod beatus franciscus
quibusdam fratribus apparuit quiescenti-
bus in specie curru igneo mirandi
splendoris super quem globus lucidus
residebat qui solis habens splen-
dorem noctem conuertit in diem Jdeo
autem apparuit in igneo curru quia
positus est inflammatam caritatis
accensione Jdeo autem apparuit super eo
globus lucidus quia immersus in lumine
diuine sapientie Jdeo ille splendor
tenebras fugauit quia in eo non
remanet aliqua tenebra timoris
uel diffidentie etc Sequitur

Sermo de sancto francisco

Vidi alterum angelum ascende-
tem ab ortu solis habentem
signum dei viui Apocalipsis vij°
Cum rex aliquis ad ciuitatem aliquam
venturus est solet nuncios multos
premittere qui eius aduentum solent
nunciare Cristus rex glorie du-
plicem habet aduentum Unus
est quo venit in carnem qui fuit
aduentus mie Et ante istum aduen-
tum premisit unum angelum sine
nuncium scilicet Johannem baptistam
qui fuit angelus non per naturam sed per gratiam

De quo dicitur Malachie. Ecce ego
mittam angelum meum qui preparabit
viam ante faciem tuam. Primus
adventus est quo ad iudicium est
venturus. Et iste adventus erit
iusticie. Et ante istum adventum
alium misit suum angelum scilicet
beatum Franciscum de quo potest
exponi verba predicta. Cum dicitur
vidi angelum alterum etc. In quibus
verbis ostenditur quod beatus Franciscus
fuit homo angelicus. Cum dicitur
vidi angelum alterum. Secundo quod fuit
homo virtuosus. Cum subditur ab
ortu solis. Tercio quod fuit homo dei.
Cum dicitur habentem signum dei
vivi. Circa primum notandum quod beatus
Franciscus angelo assimilatur propter
quatuor commendabilia que in an-
gelis reperiuntur. De quibus dicit psalmista
Qui facit angelos suos spiritus id est
cursores suos ministros suos. In eis
est magna puritas. Ideo subdit
spiritus. Spiritus enim de se puri et mundi
sunt. In eis est magna humilitas.
Ideo dicit Et ministros suos. Ma-
gna quidem humilitas est quod nobis mi-
nistrare dignantur. In eis est fervor
caritatis. Ideo dicit Ignem urentem.
Assimilatur autem beatus Franciscus
angelo. Primo propter ~~habundanciam~~ mag-
nitudinem obediencie. Quatuor
quidem deus sibi precepit. Primo ut
adversa letanter susciperet. Secundo ut
corpus contemperet. De hiis duobus
dixit ei deus in primordio sue
conversionis. Cum enim ecclesiam sancti
Damiani fuisset ingressus et ante
crucifixum consisteret audivit ipsum
sibi de cruce loquentem et dicen-
tem Francisce vade et repara do-
mum meam que ut cernis tota de-
struitur. Quarto sibi precepit ut in
se tantum et non in alio homine morta-
li speraret. Unde cum ipse in Apulia
ad quendam comitem liberaliter
pergeret vox ad eum dixit ut ad
propria rediret non in servo sed in domino
non in homine paupere sed in deo di-
vite spem suam et fiduciam collo-
caret. Ad ista quatuor precepta sanctus
Franciscus valde obediens extitit.
Primo quia adversa mundi et opprobria
homines patienter et gratanter sustinuit.
Unde dicitur de eo quod mallebat de
se audire vituperia quam laudes propter
nimium. Unde cum pater ipsius eius
proposito obviaret et pueri post eum
currerent et lutum in ipsum proicerent
ipse ad omnia semper paciens fuit.
Ideo potest dicere cum psalmista Oppro-
bria exprobrancium tibi ceciderunt
super me. Secundo corpus contempsit
quia cum esset sanctissimus se peccatorem
maximum reputabat. Unde cuidam
fratri interroganti quam de se opini-
onem haberet respondit videtur
michi peccator esse maximus. In hoc
imitatus est apostolum dicentem 1 Thi. 1.
Christus Ihesus venit in hunc
mundum peccatores salvos facere quorum
primus id est maximus ego sum. Tercio
ecclesiam dei quam tam materialem quam
spiritualem reparavit. Materialem
quidem sacerdoti pecuniam tribuendo
quam cum ille timore parentum recipere
renuerit eam in terram proiciens
vilipendit. Spiritualem autem verbo
et exemplo edificando. 1 Thy. 3.
Scias quomodo te oporteat in domo dei
conversari que est ecclesia dei vivi
columpna et firmamentum veritatis.
Quarto in deum spem suam tantum posuit
unde frequenter dicere consuevit illud
psalmiste Iacta cogitatum tuum in domino
et ipse te enutriet. Ieremie xvii.
Beatus vir qui confidit in domino
et erit dominus fiducia eius.

Secundo assimulatur angelo quantum ad puritatem cordis cum suum diligenter custodiebat nec aliquam per impuritatem ingredi permittebat. Dyabolus namque in cor eius aliquando voluit immittere suggestionem fraudulentie, aliquando intulit occasionem peccati. Sed ipse eius fraudulentiam vicit per sapientiam et discretionem. Unde cum in oratione consisteret dyabolus cum proprio nomine ter vocavit dicens: Francisce, nullus est peccator cui si conversus fuerit deus non indulgeat, sed nimis se affligentem se nunc [?] denegat. Vir autem sanctus dei sapientia illustratus statim cognovit quod per hoc volebat ipsum a fervore retrahere et ad teporem inducere. I. Joh. 4. Nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sunt. Suggestionem concupiscentie vincit per carnis mortificationem. Unde non tantum corda [?] funibus se verberavit sed in nive magna se proiciebat, modo cibos coctos sibi appositos ne pallatum allicerent aqua frigida vel cinere permutabat. Colo. 3. Mortificate membra vestra que sunt super terram. Suggestionem avaritie vincebat per terrenorum despectionem. Cum enim in via sacculum invenisset quasi denariis tumescentem, rogatur a socio ut acciperet, sed nullatenus acquievit, sed tandem molestatus aperire iussit. Et ecce serpens de sacculo exiliens subito cum ipso evanuit et sic illusionem dyaboli fuisse apparuit. Philip. 3. Omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora ut Christum lucrifaciam. Suggestionem impatientie vicit per patientie perfectionem. Unde cum a quodam cardinali rogatus cum ipso moram aliquam contraxisset, demones nocte advenientes et in eum atrociter surgunt et verbera inferunt. Cui dixit: Socie, demones iusticiarii dei sunt, ego tamen alicuius peccati conscius non sum, sed forsan bonum nobis exemplum quod vitamur [?] in curiis. Et sic verbera patienter sustinens inde abscessit nec per aliquam impatientiam separari potuit. Hebr. 10. Patientia vobis necessaria est. Nec mirum si dyabolus in cor eius intrare non poterat immittendo aliquam suggestionem fraudulentie vel concupiscentie vel avaritie vel impatientie, quia cor suum signo sancte crucis erat clausum et fortissime communitum. Habuit ipsam crucem pro galea in fronte. Unde quidam vidit in fronte suo magnum thau colorum varietate distinctum quod eius frontem miro venustabat ornatu. Ezech. 9. Signa thau super frontes virorum gementium. Habens ipsam crucem pro lorica et ceteris armis in toto corpore. Unde vidit palatium plenum armis crucis caractere insignitis. Cui responsum est quod sua et suorum militum arma essent. II Cor. 10. Arma militie nostre non sunt carnalia sed potentia dei ad destructionem munitionum, consilia destruentes. Habens ipsam crucem pro ense. Unde quidam secularis curiosus [?] vidit beatum Franciscum duobus ensibus valde fulgentibus in modum crucis signatum, quorum unus a capite ad pedes, alius a manu ad manum per pectus transversaliter tendebatur. Qui compunctus ordinem intravit. Si igitur dyabolus volebat in cor intrare a superiori per fraudulentiam, ibi intendebatur ensis sapientie; si ab inferiori per concupiscentiam, ibi intendebatur ensis castitatis et continentie; si a dextris per prosperitatem et avaritiam, ibi intendebatur ensis humilitatis et patientie

Habuit etiam sanctam crucem pro
vexillo in Christi acie. Istud vexil-
lum portavit quando stigmata in
corpore impressa habuit que instar
vexilli Christi rubei coloris fuit
iuxta illud Ysaie 63 Quare
rubeum est indumentum tuum
et vestimenta tua sicut calcan-
tium in torculari. Ad istud autem
vexillum et hostes id est demones
fugiebant, peccatores qui fugerant
ad conversionem redibant et boni
sequebantur devotionem maximam
concipiebant. Ysaie xi Levavit
dominus signum in nationes et congrega-
bit profugos Israel et dispersos Iuda
colliget a quatuor plagis terre.
Tertio assimilatur angelo propter excel-
lentem humilitatem. Ipse enim
maxime humilitatis extitit et
quantum scriptum est Luce 18 Qui se
humiliat exaltabitur. Ideo quadrupli-
cem exaltationem promeruit. Exal-
tatus est enim in ecclesia in fama
in doctrina et in gloria. In ecclesia
quidem quia factus est ecclesie
sustentator. Unde summus ponti-
fex vidit Lateranensem basilicam
subito minari ruinam quam quidam
homo pauperculus et despectus dorso
supposito sustentabat. Qui mox
intelligens eius regulam confirmat.
Eccl. 9 Civitas parva et pauci in
ea viri [illegible] licet multa munitio
venit contra eam rex magnus
id est dyabolus et vallavit eam scilicet temp-
tationibus et persecutionibus. Inventus
est vir in ea pauper et sapiens
scilicet Franciscus et liberavit eam
per sapientiam suam. Secundo exalta-
tus est in fama quia factus est
toti mundo amabilis et preclarus
quia prius erat humilis et abiectus.
Eccl. 11 Et homo marcidus indigens

recuperatione plus deficiens virtu-
te et habundans paupertate et
oculus dei respexit illum in bono
et erexit illum ab humilitate ipsius
et exaltavit caput eius et mirati
sunt multi in illo. Tertio propter humi-
litatem exaltatus est in doctrina
quia factus est celis fructuosus doctor.
Doctrina enim tunc est fructuosa
quando est humilitati iuncta. Unde
cum papa Ostiensis ab illo requireret
si vellet quod fratres sui promoverentur
ad ecclesiasticas dignitates respondit
domine fratres mei ideo minores sunt
vocati ut maiores fieri non pre-
sumant. Si ergo vultis ut ecclesia
faciant fructum committite eos sue
tenere gradu. Eccl. . Sapientia humili-
ata beati Francisci exaltabit caput
illius et in medio magnatorum
consedere eum faciet. Quarto per
humilitatem exaltatus est in gloria
quia factus est civitatis superne
inhabitator. Unde quidam frater
in extasi factus vidit inter ceteras
celi sedes unam ceteris digniorem
et in omni gloria refulgentem. Et
ecce vox ad eum dicens sedes
ista unius de ruentibus principibus
fuit et nunc humili servatur Franci-
sco. Sicut enim dicitur Job 22 Qui
humiliatus fuerit erit in gloria. Prov. 29
Humilem spiritu suscipiet gloria.
Quarto assimilatur angelo propter
ardentem amorem. Ipse enim totus
fuit igne caritatis accensus quod
quidem patet per quatuor. Primo videlicet
per corporis elevationem. Ignis enim
semper habet sursum ferri. Illi
enim qui isto igne pleni sunt sepe
ad celestia elevantur. Unde beatus
Franciscus aliquando orans visus
est manibus ad modum crucis ex-
tensis a terra toto corpore sublevari.

et nubecula quedam fulgente circum-
dari. Illa autem elevatio corporis
representabat elevationem mentis. Ad
istam elevationem faciendam amone-
mur Thren. 3. Levemus corda
nostra cum manibus ad deum in ce-
lum. Secundo patet per corporis ca-
lefactionem. Interrogatus namque quo-
modo tunica tam tenuis a frigore posset
arceri respondit: Si igne sancti
spiritus nos intus calefacit, caro ma-
gis frigus exterius non sentiret. In cor-
de namque suo erat tam magna
fornax amoris que inflammabat animam
sicut inflammabat et corpus. Unde
propheta sentiens se inflammatum in
corde dicebat: Inflammatum est cor
meum. Deinde propter hoc inflammatum
se sentiens in corpore subiungebat
et renes mei commutati sunt. Tertio
patet per sue mentis deificationem.
Ignis enim sibi assimilat ea in que
agit. Unde ignis divini amoris agens
in animam beati Francisci sic ipsam
sibi assimilaverat quod eam totam
deiformem effecit. Sicut enim ferrum
missum in ignem totum efficitur ignis,
sic anima beati Francisci caritate
succensa tota effecta erat caritas.
Et ideo iam exterioribus sensibus non
utebatur, quia interiori amore totaliter
fervebat. Unde et quadam vice
cum asello subvectus a populo ex de-
votione traheretur et comprimeretur, insen-
sibilis ad omnia videbatur. Sancti
enim viri in mentis excessum rapti
insensibiles exterius videntur, quia
ab amoris vehementia totaliter
intus absorbentur. Talis erat
apostolus qui dicebat 2 Cor. 12:
Sive in corpore sive
extra corpus nescio, deus scit, quoniam
raptus est in paradisum. Quarto patet
per ignis exterioris extinctionem. Mar-
tires enim in ignem proiecti ideo sepe
illesi exibant, eorum ignis amoris

interius frigidum ipsum reddebat. Unde
dicit Maximus de beato Laurentio:
Fortior erat ignis qui intus arsit
quam ille qui exterius accendit. Sed
cum sacris sanctus Franciscus ductus
martirii vehementi siti et Solda-
no verbum dei predicaret, dixit se paratum
esse cum sacerdotibus Soldani corpus
suum ignem intrare, et quem clemen-
tia divina protegeret ille veram fidem
haberet. Sciebat enim sanctus dei quod ignis
exterior cessisset ardori fidei et
ignis amoris interni. Ideo dicit Augustinus:
Mirabile genus medicamenti ut
ignis ignibus extinguatur. Secundo
beatus Franciscus fuit homo illumina-
tus. Unde vocatur cum dicitur ascen-
dentem ab ortu solis. In hoc enim
quod ipse ascendit cum sole notatur
quod totus fuit illuminatus, totus in-
flammatus et totus deificatus. Ideo
apparuit in specie ignis curribus et
globus super eum lucidus solis
habens splendorem. Ideo namque
apparuit super eum globus lucidus, quia
totus erat illuminatus. Ideo apparuit
in curru igneo, quia totus erat
inflammatus. Ideo habens solis splen-
dorem, quia totus erat deificatus.
Primo igitur ascendit totus illuminatus,
et quia erat totus illuminatus, ideo
totum mundum illuminavit, ut possit
dici de eo illud Apoc. 18: Vidi
alium angelum descendentem de celo
habentem potestatem magnam,
et terra illuminata est a gloria eius.
Terra est obscura, sicca et frigida,
et sic est mundus. Vere sunt multi ob-
scuri et tenebrosi, scilicet infideles
et extranei; multi frigidi, scilicet ne-
gligentes et tepidi; multi sicci, scilicet
duri et obstinati. Ideo dicitur Gen. 1:
Terra autem erat inanis et vacua,
et tenebre erant super faciem abyssi.
Esse enim inanis quantum ad [illegible]

Quia sicut dicitur Ecci 28 Homo
acharis quasi fabula vana et
vacua quantum ad tepidos qui videntur
se plenos et vacui sunt omni bono
Comedere aut super faciem abyssi quan-
tum ad incredulos. Venit autem
beatus franciscus totus illuminatus
tribus radios portans scilicet
doctrinarum exemplorum et miraculorum
Radio doctrinarum illuminavit totam
terram obscuram quantum ad infideles
et errores Erat enim de numero illorum
quibus dicit apostolus philippensium 2 inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo
verbum vite continentes Radio exem-
plorum illuminavit et inflammavit
terram frigidam quantum ad tepidos
qui ad sua exempla ignita in-
flamabantur Et ideo exempla vigorum
sepe a nobis sunt ymitanda unde
Iacobi 5 Exemplum accipite fratres
exitus mali longanimitatis et
laboris et paciencie prophetas Radio
miraculorum illuminavit terram siccam
quantum ad duros et obstinatos qui
aliter noluerunt converti nisi miracula
viderent contra illud psalmi Signa
nostra non vidimus iam non est propheta
De hiis tribus radiis dicitur Ecci 43
Tripliciter sol exurens montes
radios igneos exsufflans et
Ipse enim excussit ignoranciam
in errantibus radio doctrinarum
negligenciam in tepidis radio ex-
emplorum et duriciam in obstinatis
radio miraculorum Secundo ascen-
dit totus inflammatus habuit enim
carbones accensos in ore quia
habuit verba ignita ut posset dici
de eo illud Ecci 48 Surrexit he-
lias quasi ignis et verbum ipsius
quasi facula ardebat In corde
quia habuit ignita desideria ut
posset dici illud luce 24 Nonne
cor nostrum ardens erat in nobis
Ecci 10 Scintille quasi apparentes
cris candentis Sancti enim viri
habent desideria ponderosa timorosa
bonia ideo dicit scintille et in
auribus dei sonancia Et ideo
dicit eris Et per amoris ardorem
Et ideo dicit candentis In corpore
quia habuit ignita stigmata ut
posset dici de ipso illud quod dicitur
Ecci 31 Vapor ignis urit carnes
eius Ignis enim qui ardebat per
amorem urebat exterius carnem
eius per stigmatum impressionem
In tota sua actione quia habuit
opera ignita de quibus ignitis
operibus dicitur Iob 37 Nonne ve-
stimenta tua id est opera que sunt
vestes anime calida sunt cum per-
flata fuerit terra id est anima que debet
esse per bona opera fecunda austro
id est spiritu sancto calido et accenso
Tercio fuit totus deificatus Quia
enim quod cum sole ascendit eius
similitudinem induit et corpor-
is extitit per stigmata que in
corpore suo portavit Unde christus
in iudicio erit cetera sanctos
cum tamquam similiores sibi reco-
gnoscit in aliis aut dicit Matthei 7
Amen dico vobis nescio vos Super
quem locum dicit Crisostomus Nescio
vos tamquam pater filios meos
quia meam similitudinem non ha-
betis Nec tamquam rex milites
meos quia mea vexilla non por-
tastis Nec tamquam pastor oves
meas quia mea signa abiecistis
Nec tamquam magister discipulos me-
os quia meam doctrinam contempsi-
stis Contra dicit in beato Franci-
sco sua stigmata recognoscens
dicet ei Cognosce te tamquam pater
filium meum quia meam similitu-
dinem tibi impressi Tamquam

rex militem meum quia vita re-
bella semper tibi commisi Tamquam
ducem meum quia te meis carac-
teribus consignavi Et tamquam
insignem discipulum meum quia meam
doctrinam te probare feci scilicet de qua
dixi Math. 16 Si quis vult post
me venire abneget semetipsum
et tollat crucem suam et sequatur
me Talis fuit homo iste quod
notatur cum dicitur habentem signum
dei vivi / portavit in corde per
amoris vulneracionem ut possit
dicere cum anima cum sponsa vul-
nerata caritate ego sum por-
tavit in corpore per maceracionem
2 Cor. 4o Semper mortifi-
cacionem ihesu christi in corpore
nostro circumferentes Ipse enim
mortificacionem in corpore suo cir-
cumferebat quia sicut nuda
humus sibi lectus erat lapidem
ad caput ponebat [illegible] vita tunica
et paupere sibi contentus erat
In magna siti eciam aquam ad
sufficienciam non bibebat sapo-
res ciborum aqua vel cinere im-
mutabat portavit in corpore
tempore corporis per stigmatum
impressionem Cant. 8o Pone
me ut signaculum super cor tuum
hoc refert ad vulnus cordis
per amorem ut signaculum
super brachium tuum hoc refert
ad vulnus stigmatum per impressi-
onem quia fortis est ut mors
dilectio hoc refert ad vulnus
corporis per maceracionem
Sancti enim viri per maceracionem
dilectam quam in corde gerunt
animam vitam in se mortificant
et extinguunt etc.

Sequitur sermo tercius de sancto Francisco etc.

Ego enim stigmata domini ihesu christi
in corpore meo porto Gal. 6. Consue-
verunt reges milites quos
honorare volunt vestibus sue
glorie induere et armis sue victorie
insignire Sicut patet Hester 6 quod rex
Assuerus qui Mardocheum
honorare voluit vestibus regiis
eum induit et super caput eius
de sella regis est eum sedere fecit
Christus rex glorie fuit vestitus veste
aspersa sanguine ut habetur Apoc.
19o Et fuit stigmata vulnerum
tamquam signa victorie Et quia
beatum franciscum tamquam suum
fidelem militem honorare voluit
ipsum in veste sua rubea eum induit
dum in corde eius memoriam
sue passionis inscripsit et signa
sue victorie ei concessit dum beata
stigmata in carne sua impressit
Ideo beatus franciscus de hoc gloriatur
et dicit Ego enim stigmata in corpore
domini mei ihesu christi meo porto ubi
tria implicantur scilicet quod stigmata por-
tavit et quod christi stigmata portavit
et quod in corpore suo portavit Quod
stigmata portavit fuit indicium ma-
xime caritatis quod domini ihesu stigmata
portavit fuit premium maxime
familiaritatis Quod in corpore
suo portavit fuit argumentum
maxime veritatis / portavit igitur
stigmata quod fuit indicium maioris
caritatis Sicut enim ignis materialis
insensibiliter se suggerit donec totam
materiam subiectam in se convertit ut
non tam videatur consumpta quam ignea
Sic in corde beati francisci tantus
de christi passione fuit ardor amoris
quod fortis talis concussionis impressit in
omnes actus stigmata passionis
Que quidem enim fuerunt in eius corde

que fuerunt tam impressionis stigmatum in corpore vehemens ymaginatio vehemens delectatio vehemens admiratio vehemens meditatio et vehemens compassio. Primo igitur impressa fuerunt ex vehementi ymaginatione. Quod cum ymaginatio virtutem habeat imprimendi exemplis pluribus ostenditur. Primo ex eo quod legitur Gen. 30. Quod sibi Jacob virgas populeas ex parte decorticavit et varium colorem fecit et in canalibus posuit ut oves tales fetus conciperent quales umbras virgarum et ductum in aquis speculo ymaginatione susciperent et sic factum est. Secundo alia exempla ponit Jeronimus ut habentur in glo. super predictum locum. Unum est quod quedam mulier peperisset et a viro suspecta de adulterio haberetur. Quintilianus eam defendit quod sibi accederit ex quadam ymaginatione ethiopis quem aliquando ipsa conspexerit. Aliud exemplum est quod cum mulier puerum pulcherrimum utrique parenti et omnino dissimilem peperisset et tanquam adultera morti adiudicata fuisset monuit Ypocras ut in cubiculo quereretur si aliqua talis ymago esset; ibi quesitum est et inventum et mulier liberata est. Aliud exemplum ponit Philippus in libro de animalibus quod dum quedam gallina quendam gallum vicisset gallinule ex ymaginatione victorie crista instar galli et calcaria sunt exorta. Videmus etiam experientia quod si homo ymaginatur victoriam mox rubescit et hilarescit, ymaginatione vero timoris pallescit atque tabescit. Beatus igitur Franciscus ymaginabatur in sacra visione sibi facta Seraphim crucifixum et tam fortis ymaginatio extitit quod vulnera passionis in carne sua impressit. Dicat igitur beatus Franciscus illud Apostoli 2 Cor. 3. Nos vero revelata facie gloriam domini i. gloriosam visionem speculantes in eandem i. per eandem ymaginationem transformamur de claritate visionis ymaginarie et claritate impressionis in carne. Secundo impressa fuerunt ex vehementi et forti amore. Quod cum amor virtutem habeat imprimendi dicit Hugo de sancto Victore in libro de ignibus: sicut massa liquefacta per fistulam et in unam funditur et formam accipit, ita anima amoris igne soluta per radium contemplationis usque ad ymaginem divine similitudinis et unus quicquid diligimus ex ipsa vi dilectionis in eius similitudinem transformamur. Ignis igitur ardentissimi amoris qui in corde beati Francisci ardebat in corde per amorem sic foris se manifestaret per stigmatum impressionem. Quia cum amor dominice passionis in corde eius fortiter ardebat ideo in carne sua mirabilia faciebat. Proverbiorum 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo ut vestimenta eius non ardeant? Homo i. beatus Franciscus ignem ardentis amoris in sinu suo i. in corde suo abscondere non potuit quin vestimentum suum i. corpus suum quod est vestimentum anime non arderet et stigmata in ipsum non imprimeret. Dicat ergo beatus Franciscus illud Jeremie 20. Factus est in corde meo quasi ignis estuans

clausus est in ossibus meis et
defeci ferre non sustinens. Ignis
enim amoris divine passionis non
in corde suo intendit sed etiam
ossa medullitus penetrat et quia
tum ignem clausum in corde suo
non potuit ideo se in carne sua
manifestavit. Tercio impressa fuit
ex vehementi admiratione quia
cum admiratio imprimat ostendit
Augustinus magnus contra Julianum
adducens in exemplum oves Ja-
cob que ex ymaginatione et
admiratione quadam acceperunt fetus
varios per partes videbantur. Videbat
igitur beatus Franciscus seraphym
crucifixum et admiratione et
stupore nimio implebatur unde potest
dici de eo illud Ezech. 1. Secundum
visio discurrens in medio animalium
splendor ignis et non mirum si stu-
pore nimio replebatur quia vide-
bat dei filium sic splendentem sic
ardentem sic fulgentem. Ipse
enim seraphim splendebat dum
ipsum celestibus visionibus illustra-
bat / et ardebat dum ipsum in cor-
de inflamabat / et fulgorabat
dum scintillas stigmatum in suo
corpore imprimebat. Quarto impres-
sa fuit ex vehementi et fre-
quenti meditatione. Ipsa enim medi-
tatio habet imprimere et interius
afficere. Eccli. 2 frequens me-
ditatio frequens est afflictio et
in corde ardorem. Psalmus In me-
ditatione mea exardescet ignis.
Beatus igitur Franciscus Christi
passionem continue meditabatur et
in domo sedendo et in itinere
ambulando et in vigilando
et tamquam in manibus eum ha-
beret semper suis oculis mentalibus
intuendo et ideo implevit illud
quod dicitur Deut. vi. Meditaberis
sedens tua et ambulans in
itinere et dormiens atque con-
surgens et ligabis eam quasi
signum in manu tua. Quinto impressa
fuerunt ex vehementi et magna
compassione. Compassio enim imprimit
quia lacrimas inducit. Job 30 Fle-
bam quondam super eo qui afflictus
erat et compaciebatur anima mea pauperi.
Unde etiam gallina ad suos pullos
parvulos tanta compassione afficitur
quod tota immutatur et tota infirmari
videtur. Beato igitur Francisco in
orante Christus velud crucifixus
apparuit et sibi locutus fuit. Ad cuius
vocem atque aspectum anima eius sic
est liquefacta et sic memoria pas-
sionis cordi eius impressa ut cum
Christi passio in mentem veniret vix
se a lacrimis contineret. Unde potest
dici cum sponsa Cant. 5 Anima
mea liquefacta est ut dilectus
locutus est michi etc. Et cum psalmista
factum est cor meum tamquam cera
liquescens in medio ventris mei.
Sicut enim cera liquescit a facie ignis
Sic cuius anima tota ex passione
liquescebat in memoria passionis.
Sexto portavit stigmata domini
Ihesu quod sunt premium maxime
familiaritatis. Christus enim dedit
sibi stigmata sua tamquam arma
sua tamquam vexilla sua tamquam
testimonia sua. Ipse quidem erat mi-
les Christi / signifer Christi legatus
Christi et procurator Christi. Quod igitur
erat miles Christi dedit dedit sibi
stigmata sua tamquam arma sua.
Istud ostensum est in primordio sue
conversionis ubi Christus ostendit sibi
palacium magnum armis militaribus
plenum crucis caractere insignitis
que sibi et suis militibus danda
erant. Per quod dabat intelligi quod
ipse in Christi milicia dux et miles
erat futurus et crucis sigillo munitus /

Quod autem iste armis crucis
munitus fuerit patet per illud
quia visus est duobus cruribus
in modum crucis munitus ita quod
diabolus non poterat in terram eius ascen-
dere nec a superiori per aliquam
spem vanam / nec ab inferiori
per aliquem inordinatum timorem
nec a dextris per aliquam temporalem
leticiam nec a sinistris per aliquem
dolorem. Unde etiam intra septum
se reclusit crucis imaginem pre-
ferentem ut sicut intus cruci-
fixum induerat sic et corpus
eius induerat lucis arma. Ista
vero arma non erant carnalia sed
spiritualia / non debilia sed valde po-
tentia quia per ea destruebat et
confringebat munitionem omnem adver-
sariorum / sive spiritualia demonum
altam superbiam tyrannorum et
incarcerabat omnem animi inordina-
tum motum. Ista tangit apostolus 2
Cor 10: Arma milicie nostre non
sunt carnalia sed potentia deo
ad destructionem munitionum consilia
destruentes et omnem altitudinem
extollentem se adversus scientiam
dei et in captivitatem redigentes
omnem intellectum in obsequium Christi.
Secundo quia fuit signifer Christi dedit
enim ei stigmata sua tanquam
vexilla sua de quibus vexillis
cantat ecclesia: Vexilla regis pro-
deunt fulget crucis misterium. Et-
enim vexilla aut regalia hostes
terrentur et in fugam convertuntur
principes et barones animantur
et ceteri milites congregantur. Sic iste
signifer dei cum vexillis regali-
bus que deferebat et demones in-
ducebat in confusionem et peccatores
qui iam fuerant provocabat ad con-
fusionem. Et principes celestis curie
id est angelos trahebat in admiracionem

et cetus Christi fideles animabat
ad devotionem. Hoc signatum est in
hoc quod quidam revelatione divina
sibi facta vidit crucem auream ex
ore Francisci procedentem cuius
summitas celum tangebat. Cuius
brachia usque ad fines mundi vi-
debantur extendi / per hoc quod summitas
illius celos tangebat signabatur
quod principes celestis curie ad visionem
signatam trahebantur in magnam
admiracionem / per brachium quod erat
inferius signabatur quod demones indu-
cebantur in magnam confusionem
per brachium sinistrum quod extendebatur
ad aquilonem signabatur quod peccatores
in amore dei frigidi provocabantur
ad confusionem. Brachium dextrum quod
extendebatur ad meridiem signabatur
quod fideles in dei amore ferventes
inducebantur ad magnam devo-
tionem. Unde de hoc potest exponi
quod dicitur Ysaie xi: Levabit dominus
signum in nationes et congregabit
profugos Israel et dispersos Iuda col-
liget a quatuor plagis terre. Et
illud quod dicit apostolus Ephe 3:
In caritate radicati et fundati
ut possitis comprehendere cum omnibus
sanctis que sit latitudo longitu-
do et sublimitas et profunditas.
Tertio quia erat legatus dei dedit
ei stigmata sua tanquam sigilla
sua vulnera cum summi pontificis
sigillum conferebat. Et ideo quod ipse esset
legatus summi pontificis nullus
dubitare debebat. Unde et in vita
sua signum Thau litteras suas
consueverat sigillare. Unde tanquam
legatus summi pontificis dicere
poterat cum apostolo 1 Cor 7:
Pro Christo legatione fungimur.
Et illud Abdie 1: Auditum audivimus
a domino et legatum ad gentes
misit. Legati autem consueverunt

signa pontificalia debere peccata
remittere indulgencias facere et be-
nedictionem dare Et beatus franciscus
tanquam legatus dei pontificalem
mitram multiplici varietate
ornatam in fronte suo portabat
unde quidam vidit in fronte
sancti francisci magnum thau
colore varietatum distinctum quod
eius frontem mira venustabat
ornatu proverbiorum 1 ut addatur
gratia glorie i. corona capiti tuo et
torques collo tuo / Habuit enim
ornatum caput mentis veritate
et collum predicacionis operacionis ful-
gore Item tanquam legatus per vir-
tutem sancte crucis peccata remittebat
unde cuidam apostema pacienti
et se invocanti post mortem appa-
ruit et cum suo baculo qui fi-
guram thau in se habebat apo-
stema tetigit et fregit et sanatus
fuit Et illud signum super locum
sanatum post remansit per quod signatur
quod multis passionibus dura peccatorum
frangit et omnem saniem peccati
inde educit Ipse etiam tanquam legatus
indulgencias faciebat Consueve-
runt etiam legati synodis interesse
et largam benedictionem indulgentie
eis dare unde cum a quodam
provinciali capitulo absens esset
quidam frater probate vite vidit
corporis oculis seu corporeis oculis
beatum franciscum in aera suble-
vatum fratres extensis manibus
in figuram crucis in modum crucis
benedicentem omnes et qui au-
dierant nimia consolacione sancti
spiritus sunt repleti Quia etiam
erat legatus pro virtutem sancte
crucis benedictionem dabat unde
appropinquante die mortis positis
ante eum fratribus et flentibus
omnibus benedixit in modum

crucis manibus cancellatis Sicut
quondam Jacob filios benedixit
et confirmavit Eccli 3 Benedictio
patris firmat domos filiorum
Quarto quia erat preco dei de-
ci stigmata sua tamquam testimo-
nia preco cum principis est ob prin-
cipis quia ea que mittat ex ore
principis mittat Et quia beatus fran-
ciscus verba que predicabat ex ore
principis recipiebat et per eum pro-
sperantem amice a utilitate proximi pre-
dicabat ideo ob dei erat iuxta
illud Ioannis 17 Si separaveris preciosum
a vili quasi os meum eris Dedit
igitur christus preconi suo stigmata
sua tamquam testimonia sua ut
scilicet ab omnibus preco dei cognosceretur
Et verba illius quasi ex ore dei
reciperentur unde cum quidam
dei per alios turpe quidam rustici
abiuvantes eum qui vitam suam
penitentiati sunt Ille autem preconem
dei esse se dixit Tunc illi eum
arripientes in magnam nimium
congeriem proiecerunt Et Iacet ibi
rustice preco dei De isto autem
precone dictum fuit moysi Numeri 10
Fac tibi duas tubas argenteas
ductiles quibus convocare possis
multitudinem Iste due tube fue-
runt beatus franciscus et beatus
dominicus qui fuit tube ex parte
sua strictam per artam vitam et
ex parte ipsi ampli per compassionem
et in eam / etiam fuerunt argentee
i. sonore per predicacionem sollicitam
Et fuerunt ductiles per obediam
promptam Et fuit plenum
i. per plenitudinem spiritus sancti gratia
Tercio quod dicit in corpore
meo porto ostendit quod ista stig-
mata fuit omnino veritatis /
quod autem vera stigmata fuerunt

patet ex multis. Primo ex seraphica visione. Vidit enim in oratione cum Christi passionem meditando revolveret unde seraph sex alas habentem splendidas et ignitas usque ad aerem velud viro dei propinquum de celo descendere et inter alas erat effigies hominis crucifixi. Disposicionis autem visio mirabilem in suo corde reliquit ardorem et mirabilem in corpore suo similiter reliquit effigiem. Secundo ex clavorum infixione ad magnam cum mirabili attencione. Hoc fecit quia manus beati Francisci et pedes in ipso medio clavis erant affixi. Erant quoque clavorum capita in manibus et pedibus rotunda et quasi repercussa que de ipsa carne surgencia carneam reliquiam ostendebat. Tercio ex sanguinis effusione. Dextrum enim latus eius quasi lancea transfixum rubea cicatrice obductum erat quod sepe sanguinem sacrum emittens tunicam et femoralia respergebat. Talia enim sanguine non emisissent nisi stigmata vera fuissent. Quarto ex sensibili dolore. Cum enim frater quidam scapulas eius fricaret vulnus lateris mutans tetigit et ad cuius tactum tam dolorem sensit quod fortiter exclamavit. Nisi enim vulnera vera fuissent nequaquam dolorem sensisset. Quinto ex multorum fidelium attestatione quia tam in vita quam in morte multi fratres fidedigni ista stigmata viderunt tetigerunt et osculati fuerunt ut possint dicere illud i Joh. i: Quod audivimus quod vidimus oculis nostris quod perspeximus et manus nostre contrectaverunt de verbo vite annunci-

amus vobis. Sexto ex multorum miraculorum ostensione. Tam ex ipsis cicatricibus sunt modo certificat dubios, modo iuvat devotos, modo convincit incredulos, quod omnia ex subiectis miraculis patent. Certificat quidem dubios. Cum enim pape Gregorio de laterali vulnere dubitatio quedam inesset, nocte sibi in visione sanctus Franciscus apparuit, aliquantulum brachium elevat et vulnus ostendens ut ampullam supponeret que sanguinem fluentem reciperet admonuit, qua supposita mox illa sanguine est repleta. Summus autem pontifex hoc cum lacrimis retulit et post modum summa devotione ad illa stigmata affectus fuit. Iuvat etiam devotos. Quidam namque miles Francisco sancto devotus a quibusdam letaliter vulneratus beatum Franciscum in suum adiutorium invocavit. Cui vigilanti apparuit et sacro unguento vulnera eius ungens sacris stigmatibus tangens ipsum perfecte sanavit. Tunc omnes videntes sanatum quem sepeliendum videbant deo et beato Francisco gratias obtulerunt. Convincit etiam incredulos. Quidam namque clericus cum de viri sancti stigmatibus dubitaret sensit in sinistra manu sub cirotheca se graviter percuti velud cum emisso sonitu spiculo a balista, de quo vulnere tantus procedebat ardor doloris quod pene deficere videretur. Sed cum reatus sui penituisset protinus sanata est eius manus a vulnere. Post quam miraculum sanatus fuit in mente nullum aut in cirotheca laesionis vestigium apparebat. Sic igitur quod sua

stigmata sic dubii certificantur / sic devoti adiuvantur / sic increduli reducuntur. Nullus iam igitur ipsis stigmatibus debet esse dubius nullus incredulus.

Sermo quartus de sancto Francisco ordinis fratrum minorum

Venite ad me qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos. Matthei 11. In hac vita quatuor reperiuntur incommoda scilicet labor onus fames atque divisio. In presenti igitur evangelio quatuor persone a Christo invitantur ut ad se veniant scilicet fatigati cum dicitur Venite ad me omnes qui laboratis. Secundo onerati cum dicitur Et onerati estis. Tertio famelici cum dicitur Et ego reficiam vos. Quarto separati et divisi cum dicitur Tollite iugum meum super vos. Fatigati sunt avari de quibus dicitur Eccl. 2 Cuncti dies eius doloribus et erumpnis pleni sunt nec per noctem mente requiescit. Onerati superbi quia superbia adeo est ponderosa quod eciam celum ipsum non potuit sustinere sed angelos superbos ad infernum detrusit. Unde dicitur de primo angelo Ysaie 14 / Detracta est ad inferos superbia tua concidit cadaver tuum / Famelici sunt luxuriosi quia ipsa concupiscentia nunquam satiari potest Proverb. 13 Ignis scilicet concupiscentie numquam dicit sufficit / Divisi sunt discordes de quibus dicitur Osee 2 Divisi sunt ut esset absque [?] igitur. Econtra autem beatus Franciscus habuit paupertatem veram / humilitatem profundam / dilectionem divinam et obedientiam perfectam / Dicat igitur beatus Franciscus vos fatigati labore avaricie venite ad me pauperem et ego reficiam vos / vos onerati pondere superbie / venite ad me humilem et ego alleviabo vos / vos famelici fame concupiscentie venite ad me amore deflagrante et ego reficiam vos / vos divisi spiritu [?] indisciplinate venite ad me iugo sancte obedientie subiecti [?] et ego pacificabo vos / Habuit autem beatus Franciscus paupertatem veram per quam fatigatos labore avaricie reficiebat. Eius autem paupertas fuit vera / primo quia non fuit coacta sed spontanea. Cum enim quadam die missam audiret et evangelium legeretur in quo Christus discipulos sine auro et argento et calciamentis mittebat mox calciamenta de pedibus solvit baculum deposuit peram contempsit sine pecunia corrigia assumpsit una tunica vili se induit / Secundo non fuit eius paupertas semiplena sed perfecta et quasi extrema / tam extrema quidem quod nudus ad religionem venit et nudus de mundo exivit. Nam in primordio sue conversionis vestibus eciam femoralibus denudatus patri avaricie restituit dicens usque modo vocavi te patrem in ~~terris~~ terre sed amodo dicam pater noster qui es in celis. Crucis autem ipsum amplectens nudum fecit nudus eciam de mundo exivit. Nam appropinquante die mortis super nudam humum poni se fecit ut nudus cum hoste confligeret et nudus de mundo exiret. Tam extrema fuit quod iam non pauper dici pateretur sed ipsa paupertas. Unde tres mulieres paupercule statura etate et facie per omnia similes ei apparuerunt dicentes Bene veniat domina paupertas statimque disparuerunt. Tam extrema fuit ut si aliquem pauperiorem se videbat ab illo se vinci videbat. Unde cum quendam pauperculum aspiceret socio suo dixit magnam

verecundiam iste nobis intulit quod
nobis ut videtur in paupertate precedit
Tam extrema fuit paupertas eius quod etiam narratur
sibi retinere voluit unum tantum quoddam
mantello pauperculo amictus esset
et eundem pauperi obviasset dixit
ad socium Oportet ut mantellum pauperi
isti reddamus quia ipsius est mu-
tuo cum ipsum accepimus donec pau-
periorem inveniremus et sic
ipsum dedit eidem Talis eius paup-
tas non fuit elata sed humilis et
devota Unde propter humilitatem osten-
dendam libencius utebatur elemo-
sinis hostiatim quesitis quam spon-
te oblatis Dicebat enim elemo-
sinam illam esse angelicam quia
suggestionibus angelorum dicebatur
esse collatam Iuxta illud Panem
angelorum manducavit homo
Unde etiam cum in quadam villa
paupere hospitatus fuisset et quidam
nuncii cum divitibus nichil co-
mestibile repperissent Ille ait so-
cii invenistis quid in vestris
ministeriis id est denariis quod in nomine
dei confidistis Illi igitur ad eius
imperium mendicantes quod pecunia
non potuit fieri invenit paupertas
Secundo habuit humilitatem perimendo
per quam aviditates pondere superbie
allevabat Fuit autem multi gradus
humilitatis quos ipse conscendit et
in se habuit Primus est laudes hominum
fugere Iuxta illud Galla. i. Si adhuc
hominibus placerem Christi servus non
essem Istum gradum habuit beatus
Franciscus quia malebat de se
audire vituperationem quam laudis preco-
nium Et ideo eundem fratrem precipiebat
ut quando plus in eum invitata sancti-
tatis fama extolleret ipse in eum
verba vilitatis inferret Et tunc
ille sibi respondebat Benedicatur

tu fili quia tu melius me cog-
noscis Secundus gradus est humilia
de se cognoscere Secundum gradum
habebat David iuxta illud 2 Reg.
vi. Ludam et vilior fiam plus
quam factus sum et ero humilis
in oculis meis Istum etiam gradum habuit
beatus Franciscus qui tam se humilem
senciebat quod interrogatus a quodam
fratre quam opinionem de se haberet
Respondit Videtur michi ma-
ximus esse peccator Tercius gradus
est de se in hac vita semper
timere Iuxta illud Prov. xxviii
Beatus homo qui semper est
pavidus Istum gradum habuit beatus
Franciscus qui cum a populo beati-
ficaretur dicebat Nolite me lau-
dare tanquam securum adhuc
filios et filias possum habere
contentus ad mundum Nemo est
laudandus cuius incertus est exitus
Quartus gradus est inferioribus subici
et obedire Iuxta illud Philip. 2
Nichil per contencionem neque per ina-
nem gloriam sed per humilitatem
superiores sibi invicem arbitran-
tes Istum gradum habuit beatus
Franciscus qui semper magis va-
lebat subesse quam preesse nec tam
preesse quam parere Unde et guardiano
cedens officio guardiano sibi petiit
cuius voluntati parebat Socius etiam
et ad quem ire solitus erat obe-
dienciam promittebat Quintus
gradus est de opprobriis hominum
non curare iuxta illud 1 Cor. 4
Michi autem pro minimo est ut a vobis
iudicer aut ab humano die
Istum gradum beatus Franciscus
habuit qui de opprobriis hominum
non curavit Unde cum quodam
tempore yemali vilibus panniculis
indutus orans tremebundus

insisteret dixit ei quidam ut sibi de
sudariis mutatam vendat Cui ille
respondit Certa non tibi sed deo
tuo vendam Tercio habuit dei amo-
rem feruentem per quem familli-
aritas flamme carnalis concupiscencie
recedebat Amor enim spiritualis ex-
tinguerit flammam amoris carnalis
Et quia beatus franciscus amore
spirituali plenus erat ideo amorem
carnalem in aliis extinguebat
Quod ipse amore dei flagrabat
ostendit per deuotas et feruidas
oraciones quas habuit Quemadmodum
fuit multe dulcedinis feruoris
admiracionis atque virtutis Tante
quidem fuerunt dulcedinis ut in eo
facerent mentis alienacionem quia
sepe intus mentis rapiebatur exte-
riorum ut exteriora penitus non
sentiret loquens cum deo preoc-
cupatur amoris ebrietatem || Loquens
cum proximis assumebat mentis
sobrietatem iuxta illud 2 Cor 5
Siue mente excedimus deo siue
sobrii sumus vobis Tanti fuerunt
feruoris ut in corpore inducerent
eleuacionem vnde aliquando orans
visus est manibus ad modum
crucis extensis a terra toto corpore
sublevari Hoc totum faciebat ar-
dor amoris iuxta illud Ezech 3
Spiritus quoque leuauit me et assumpsit
me Hoc eciam faciebat puritas
intencionis iuxta illud 1 Thim 2
Volo viros orare in omni loco le-
uandas puras manus sine ira et
disceptacione Tante eciam fuit
admiracionis ut sensus inducerent
in stuporem vnde cum episcopus de
assisio in cella in qua vir dei o-
rabat caput immitteret ipsum
orantem conspexisset tanto est terrore
percussus ut membris obrigesce-

ret et loquelam amitteret ut posset
dicere illud Job 26 Stupebant ista
super hoc et illud Act 2 Repleti
sunt stupore et extasi in eo quod
contigerat illi Tante eciam fuerunt
virtutis ut in hominibus facerent magnam
immutacionem in dyabolo magnam con-
fusionem et in se peccatorum remissi-
onem faciebat Quidem eius oraciones
in hominibus magnam immutacionem
Vnde quidam abbas viro dei in itinere
obuians ab ipso oracionis suffragia
requisiuit Quo ipso orante tantam
deuocionis abbas subito immutacionem
sensit et tantam mentis dulcedi-
nem expertus fuit quantam in vita
sua expertus non fuerat ~~habuit
eciam~~ Faciebat eciam in dyabolo
magnam confusionem vnde cum quidam
vidisset ciuitatem assisii et totam
circumadiacentem vicinam regio-
nem a quodam dracone circumdari
et absorberi ad oracionem viri dei
draco ille confusus euanuit Secundo
quidam virtutem aromatibus plenus
odoriferus fumus exibat Cum aduer-
sarium spiritus dyabolus ferre non poterat
ut posset sibi competere illud Thob 6
Cordis particulam si super carbones
ponas fumus eius extricat omne
genus demoniorum siue a viro
siue a muliere Sibi quoque impetra-
bant oraciones sue peccatorum remissionem
Quadam enim die dum peccata sua
deflet et pro ipsis orat a spiritu
sancto certificacionem accepit de peccatorum
omnium remissione plenaria Clamauit
ad me et ego exaudiam eum
orantem pro aliorum culpa cum ipso
sum in tribulacione et aliquo modo
illata Eripiam eum ab omni
peccato et offensa Et glorificabo
eum salute eterna Et narrato ha-
buit obedienciam perfectam

per quandam diuisionem separatas purificabit
Ipse enim non tantum audiebat suo superi-
ori .i. deo eius mandata et con-
silia obseruando Verum tamen suo cuilibet
.i. cuilibet prelato magnam reue-
rentiam exhibendo sed etiam
suo inferiori .i. subdito cum eum
guardianum sibi assumebat cui
obedientiam promittebat seruans illud
Eccli. 3 Quanto magnus es humilia te
in omnibus Prelatus enim coram sub-
ditis aliquando se debet humiliare
in omnibus aliquando in aliquibus
aliquando in nullo In omnibus quantum
ad sanctitatis perfectionem sic quod se
debet illos quibus preest superiores
sibi quo ad deum reputare Aug. in regula
Honore coram vobis prelatus sit
vobis coram deo timore substratus
sit pedibus vestris Aliquando in
aliquibus sicut in hiis que spectant
ad domesticam conuersationem quia
tunc in hiis que eum decent
debent condescendere et se conformare
moribus subditorum ne dicatur ei
illud quod dicitur Eccli. 4 Noli
esse sicut leo in domo tua euertens
domesticos tuos et opprimens
subiectos tibi Aliquando in nullo
sicut in hiis que spectant ad cor-
rectionem Tunc enim prelatus debet
se subditis humiliare sed etiam
auctoritatem suam debet eis o-
stendere Unde sicut dicit Augustinus
apud eos quos oportet esse subditos
dum nimium seruatur humilitas re-
gendi frangatur auctoritas Ideo dice-
bat apostolus Vni prelato Thi. 2
Argue cum omni imperio Et quia
beatus franciscus sic erat obediens
ideo sibi obediebant omnia ele-
menta Verum ad eius imperium
aer nouam induit claritatem

Cum enim quadam die ipse cum
socio suo in itinere constitutus tene-
brosa caligo inuolueret tanta quod ad
eius orationem claritatis radiauit quod
ipsos usque ad ~~officium~~ hospitium letos
perduxit Ignis induit nouam man-
suetudinem et lenitatem Cum enim
ob nimium fletum incurrisset infirmi-
tatem oculorum et oporteret eum ferreo
instrumento fieri sibi cauterium
dicit Mi frater ignis est michi car-
nalis rogo illum qui te creauit ut
michi temperet feruorem ardoris tui
Emisso igitur contra eum crucis signo
et in eius carne tenera confirmato
presso instrumento nullum sensit do-
lorem Aqua induit nouam tranquilli-
tatem et nouam speciem tranquillitatis
quidem enim cum quidam naute seua
tempestate quassati periculum naufragium
formidarent inuocato sancto
francisco huius magnum in mari
apparuit et maxima tranquillitas magis
fuit facta Speciem vero quia cum in ma-
gna heremo grauem infirmitatem
incurrisset vinum quod tali infirmitati
necessarium erat deesset allata
aqua et ab ipso benedicta in vi-
num optimum est conuersa que tantum fuit
virtutis quod sibi beneficium contulit
sanitatis Terra induit nouam
fertilitatem Cum enim fratri
secreta reuelaret dicens Hodie
est aliquis sanus super terram quem
quem dominus noster promittit
domum sanctam super homines de semine
eius quid sit euenit quia ipso
inuenta terra fructum contulit sed
ipso decedente fere fructum negat
et sterilitas multa fuit Verum tamen
sibi obediebant elementa sed
etiam omnes creature sensibiles et dira

Obediebant eciam sibi creature que habent tantum esse sicut terra et lapis. Terra quidem quia ad eius oracionem fontem aque dedit. Cum enim quidam in deserto siti deficeret oracione sua fontem aque vive terra aperuit quam ille bibens prestinas vires resumpsit. Lapides eciam quia cum lapis ingens super caput cuiusdam fratris sancto Francisco devote adherentis cecidisset et circumstantes crederent caput eius totaliter esse contritum illa sancto dei se recommendans sana surrexit et cum eternus dolore capitis fuit molestata ab illo dolore fuit penitus aliena. Secundo obediebant sibi creature que sunt vive ut sunt vegetabilia. Cum enim in quodam loco deserto egrotaret et petrosilium sibi offerri cuperet, mox divina virtute illius herbe copiam sunt que tamen in illo loco numquam amplius visa fuit. Tercio obediebant creature que sunt sencientes sicut oves et aves. Cum enim quendam ovium gregem benigne ut erat solitus salutasset, ille relicto pastu omnes cucurrerunt ad eum et levatis capitibus et erectis lumbus in ipsum intendebant. Aves eciam plures obedientes sibi fuerunt. Primus namque homo ex eo quod deo inobediens extitit triplex damnum in avibus accepit quia et vocate sunt et se contractare non permittunt et visu homine a tactu desistunt. Sed quia autem homo deo obediens extitisset sibi obedientes fuissent et quantum ad adventum et quantum ad tactum et quantum ad cantum. Ex quo videtur quod beatus Franciscus ad primum statum innocencie per penitenciam redierat.

Primo et aves ab ipso vocate ad eum veniebant et se contractari permittebant et in eius presencia dulciter decantabant. Vocate quidem veniebant unde cicadam quandam cantantem vocavit dicens. Soror mea cicada veni huc et ipsa mox in eius manum volavit. Contractari quoque se permittebat unde in quadam multitudine avium intrans et eas salutans alloquitur dicens. Fratres mei volucres debetis laudare creatorem vestrum qui plumis vos vestivit pennas ad volandum vobis dedit, aeris puritatem concessit et sine labore vestro alimentum impendit. Ceperunt autem in eum respicere alas extendere rostra. Ipse vero per medium incedens tunicam eas tangebat et facto signo crucis data quoque licencia cuncte evolaverunt. Sepe et ab ipso contrectate sub...tiebant. Sepe cantum resumebant. Nam cum semel per paludes venetorum transiens et maximam avium ~~dul~~ multitudinem cantancium conspiceret, dixit socio. Sorores aves laudant creatorem suum. Ipse igitur dum in earum medio horas canonicas cum socio decantaret et ab earum garritu impediretur dixit. Sorores aves a cantu cessate donec deo laudes debitas persolvamus. Ipse igitur omnes continuerunt se donec ab ipso cantandi licenciam receperunt. Alias eciam cum in quodam loco predicaret yrundines cum suis garritibus eum impedirent ait. Sorores yrundines satis dixistis tacete. Silencium habete donec loquar. Ille autem statim conticuerunt. Quarto sibi obediebant creature que habent

distincte sicut homines et non solum
vivi sed etiam mortui quia plurimos
suscitavit et bruta obediebant
sibi creature que sunt intelligere
sicut angeli et non solum boni qui
sibi in summo palacium celi ministrabant
et tamen eo dulciter cantabant
sed etiam mali qui ad eius imperium
fugiebant unde cum civitas arre-
tina intestino bello periclitaretur vidit
super portam civitatis demones
exultantes et discordias succe-
dentes tunc eius imperium socius
reclamavit Ex parte dei omnipo-
tentis et iussu eius servi franci-
sci discedite demones unde sic
mox illis fugientibus ad pacem
civitas est reducta etc. Sequitur

Sermo de sancto dyonisio et sociorum eius etc.

Quidam viri ad herentes pau-
lo crediderunt in quibus
dyonisius ariopagita et
mulier nomine damaris et
alii cum eis Actus xvii In ista
collutatione quam habuit paulus
cum dyonisio et stoicis et epicu-
reis quatuor ponuntur contraria sicut
ex ipso textu manifeste habetur
Primum contrarium quia ibi erant
quidam irridentes quidam dubi-
tantes et quidam credentes
Secundum est quia ibi erant quidam
epicurei quidam stoici et quidam
christiani Tertium est quia ibi erant quidam
curiosi quidam superstitiosi et quidam
malitiosi Quartum est qui con-
sistit in beneficiis a deo receptis
quia ab eo recepimus vitam motum
et esse duos primos contrarios ex-
ponit Augustinus in sermone de seminatore
Primum igitur contrarium est quia ibi
erant quidam irridentes quidam
dubitantes et quidam credentes
Irridentes autem qui dicebant quid
vult seminiverbius hic dicit Augustinus
legimus paulum predicatorem veritatis
dictum fuisse seminatorem verborum
ab irridentibus sed non respuendum
est hoc credentibus Erat enim vere
seminator verborum sed messor morum
et nos licet tantilli et nequaquam
ille sic expandi in agro dei quod est
cor vestrum verba dei seminamus
et uberem messem de vestris cordibus
expectamus Dubitantes erant
qui dicebant Audiemus te de hoc
iterum Credentes erant dyonisius
et alii multi ad fidem conversi de istis
sic dicit Augustinus ibidem Dubitantes
erant qui dicebant Audiemus
te de hoc iterum Et inter irridentes
et credentes medii sunt dubitan-
tes / Qui irridet cadit / qui credit
stat qui dubitat fluctuat
Audiemus te inquiunt de hac iterum
incertum an casurus sit an casurus esset
cum irridentibus an staturus esset
cum credentibus dyonisius autem
non erat de numero irridentium
sed de numero dubitantium et factus
est de numero devote audientium
Et ideo esse meruit de numero cre-
dentium ut possit sibi convenire quod
dicitur Ecclesiastici xx Audi tacens et pro
reverentia accedet tibi bona gratia
Iste autem contrarius hodie multum vi-
get Sunt enim multi irridentes
multi dubitantes et utinam multi
essent credentes Irridentes sunt
qui servos dei in suis operibus
odium detrahunt persequuntur

et irrident de quibus dicitur
Proverbiorum 17 Stultus irridet disci-
plinam patris sui. Tob. 2 parentes
et cognati eius irridebant vitam
eius. Sed certe tales in inferno
irridebuntur a demonibus ab ange-
lis a dampnatis a propria conscientia
et a deo. Ideo dicitur Job 20 Vadent
et venient super eum horribiles
revelabunt celi iniquitatem
eius et terra consurget adversus
eum. Apertum erit germen illius
detrahetur in die furoris domini.
Demones quidem irridebunt. So-
lent irrisores aliorum os vel aliqua
membra corporis in turpem effi-
giem transformare et ante illos
quos irrident sepe ire et transire.
Sic demones dampnatos assi-
stebunt et ante eos frequenter
ibunt et transibunt. Ideo dicitur
vadent et venient super eum
horribiles. Angeli etiam eos
irridebunt. Solent irrisores
omnia mala que sciunt de illis
turpiter irridere. Sic etiam angeli
sancti omnia mala dampnatorum
manifestabunt et de illis eos
irridebunt. Ideo dicitur Revee-
labunt celi iniquitatem eius.
Ipsi dampnati se invicem
irridebunt. Unus eum irridebit
aliud de superbia, alius alium
de avaritia, alius aliud de lu-
xuria et sic de aliis. Et ideo
dicit Et terra consurget adversus
eum. Ipsi dampnati qui terre amo-
rem terrenorum facti sunt terreni
mutuo adversum se insurgent
et se mutuo irridebunt. Irri-
debit etiam eos propria conscientia
quia omnia scelera erunt aperta

et ideo conscientia eos accusabit et irri-
debit. Et ideo dicit apertum erit ger-
men illius. Irridebit etiam eos
deus. Ipse enim habet diem misericor-
die et in illa peccatores benigne
recipit ad veniam. Habet diem
furoris sive iustitie et in illo
dampnatos irridet ad penam.
Et ideo dicit detrahetur in diem
furoris domini. In illo enim die furoris
eos irridebit iuxta illud Proverbiorum 1.
Ego quoque in interitu vestro irride-
bo et subsannabo cum vobis quod
timebatis evenerit. Ab isto sermone
dei non irrideri petebat propheta: Do-
mine ne in furore tuo arguas me etc.
Ipsi tamen irridentes sunt in periculo
cum parva tollerandi. Augustinus ibidem.
Sic Paulus formidavit non credentes
non pervenire ad credentes. Dubi-
tantes sunt qui cadunt cum irriden-
tibus nec stant cum credentibus
sed fluctuant cum temptantibus
de quibus dicitur Iacobi 1. Qui enim
hesitat similis est fluctui maris
qui a vento movetur et circumfertur.
Tales dubitantes sunt in fide
instruendi. Sunt enim tanquam
claudicantes et ideo sunt reducen-
di in regulam rectam vel saltem claudi-
tatis in duas partes. Sic dominus
ipse docet. Secundum quod sunt tanquam
calamus quassationem patientes. Et
ideo non sunt conterendi tanquam
fumantes. Et ideo non sunt extin-
guendi. Ysaie 42 Calamum qua-
ssatum non conteret et linum fumigans
non extinguet. Credentes sunt
qui fidem cum spe vera dilectione
sinceritate et operatione sollicita

Est cum aliquando fides inanis aliquando
mortua aliquando vacua // Inanis est
que non habet spem veram de
qua dicitur i. Cor. 17 Si cristus
non surrexit inanis est gloria
nostra inanis est et fides nostra /
Fides mortua est que non habet
caritatem sinceram que est vita
operum de qua dicitur Jac. 2 Vis
~~aut scire o homo inanis quoniam fi-~~
~~des sine operibus mortua est~~ Sicut
corpus mortuum sine spiritu est ita
fides sine operibus scilicet factis in cari-
tate mortua est // Fides vacua est
que non habet opinionem sollicitam
Jacobi 2 Vis autem scire o homo
inanis quoniam fides sine operibus
ociosa est // Secundus tractatus est
quia ibi erant quidam epicurei
quidam stoyci quidam christiani
sicut et sui discipuli dicuntur
aut epycurei ab epicuro et tamen sine
curis quia totum studium suum
erat super curam vel curam corporis
Et ideo summum bonum ponebant
voluptatem carnis vel dicti
sunt ab epicuro quod ipsi philosophi no-
minabant Stoyci erant aliud
genus philosophorum et dicebantur a
ston quod est porticus quia athe-
nis porticus quedam erant
in qua depicta erant gesta
sapientum et virorum fortium In
hac porticu ipsi morabantur
et philosophabantur Isti autem
tres scilicet Epicurei stoyci et cristi-
ani in aliquibus conveniebant et in
aliquibus disconveniebant Con-
veniebant quidem in appetitu beati-
tudinis sed disconveniebant in

modo appetendi Appetitus enim
felicitatis omnibus erat communis
unde dicit Augustinus in eodem sermone
[illegible] omnes ipsi philosophi studendo dispu-
tando vivendo petierunt vitam
beatam Hoc philosophi nobiscum habent
commune Si enim quereram a vobis quare
in cristum credidistis respondebitis
propter vitam beatam Appetitus igitur
vite beate philosophis et cristianis quibus
est bonis et malis Verum qui bonus
est ideo bonus est ut beatus sit
Et qui malus est ut malus non
esset nisi posse se esse beatum speraret
de bonis facilis questio est de ma-
lis forsan aliqui dubitant Sed
si interrogans eos vultis beati
esse nemo dicet nolo Verbi gratia
pono aliquem furem quem ab eo
querere furtum fecit Respondebit
ut haberem quod non habebam Iterum
unde hoc cur non habebas Respon-
debit quia miserum est non habere
Si ergo miserum est non habere
beatum putat esse habere Sed in hoc
est error quia de malo vult esse
beatus Ista vita nullus bonorum
est bonitas opus est dominus operum
iubet medicus apponit dicit cum
hoc fac et hoc accipe [illegible] aliud
videt nisi malis factis beatus
non erit ad bonum non perveniam
nisi malum et non videt quia bona
et mala contraria sunt Ex bono quere
et mala factis Contrarium curris
quomodo pervenies Hec Augustinus In aliquibus
autem isti tres disconveniunt sicut
ibidem Augustinus Et contra Si quidem epicurei
posuerunt summum bonum in voluptate

corpus. Stoyci in virtute animi.
Cristiani in deo et in gratia dei.
Talem dictam ponit beda licet quasi
ad idem reddeat quia epicuri fe-
licitatem hominis posuerunt in
solo corpore. Stoyci in sola anima.
paulus et christiani in corpore et anima
non in puris nec esse sed ex gratia
dei. Talem dictam ponit augustinus
ibidem. Item epicuri et stoyci de
corpore et anima idem senciunt quod utrum-
que sit mortale et quod detestabilius
est primo animam dicunt dissolvi quam
corpus. Paulus autem et cristiani
dicunt animam immortalem esse et
corpus post resurrectionem immortale
futurum. Epicurei igitur ut augustinus
ibidem dicit sunt dicentes: Comedamus
et bibamus cras enim moriemur.
Cristiani autem post mortem semper
victuri non dicunt comedamus
et bibamus cras enim moriemur.
Sed dicunt ieiunemus et oremus
et donemus cras enim moriemur.
Aut si omnia hec tria nolunt dicere
saltem dicunt duo scilicet donemus
et oremus potius quam ieiunemus
et non donemus. Stoyci non dicunt
sicut testatur Augustinus hoc non putat
virtutem animi habeamus a nobis
et possideamus cras enim moriemur.
Credebant enim virtutes pulcritas
a seipsis habere et ex hoc beatos
esse. Tales alloquitur dicens: Virtus
animi vere laudabilis est pru-
dentia bona et mala discernens
iusticia sua unicuique distribuens
temperantia libidines cohibens
fortitudo molestias equanimiter
sustinens. Magna vere laudabilis
vere laudas stoyce quantum potes
sed dic unde habes si a deo

habes non virtus animi tui te facit
beatum sed qui tibi velle inspiravit
et posse donavit. Si autem habes ma-
ledictus es. Quia maledictus qui
ponit spem suam in homine.
Virtus autem dyonisius licet esset
philosophus philosophia cum christianorum est
secutus ipsum et hunc crucifixum
quem habebat apostolus dicens i. Cor. 2.
Non enim iudicavi me aliquid scire
inter vos nisi ipsum christum et hunc
crucifixum. Istam philosophiam dyonisius
habuit qui verbum de christo intro-
ductus in suo libro ait: Amor meus
crucifixus est. Hodie autem multi
epicurei multi stoyci, pauci vero
cristiani. Epicurei sunt illi qui di-
cunt illud Sapientie 2: Coronemus
nos rosis antequam marcescant. Nullum
pratum sit quod non pertranseat luxuria
nostra. Nemo nostrum exsors sit
luxurie nostre. Ubique relinquamus
signa leticie quoniam hec est pars
nostra et hec est sors. De talibus
Apostolus dicitur phil. 3: Quorum
deus venter est et gloria in con-
fusione ipsorum qui terrena sa-
piunt. In persona talium dicit apostolus
i. Cor. 17. Manducemus et
bibamus cras enim moriemur.
Augustinus: Si vultis dicere cras mo-
riemur non complebo sed aliud
scilicet comedamus et bibamus
non dicatis. Epicurei cum velud
non victuri post mortem et nichil
aliud valentes nisi quod carne
delectet. Aliud dicunt multi
cum hodie etiam sunt stoyci qui
de se et de sua virtute confidunt
de quibus dicitur in proverbiis: Qui
confidunt in virtute sua et in
multitudine diviciarum suarum

gl[or]iant[ur] de talib[us] e[ti]a[m] dicit[ur]
Ysaie 7. Confidis in baculo
arundineum confractu[m]. Iste baculus
arundineus q[ua]mvis exterius habe-
at aliquem nitorem tamen intus
habet vacuitatem et in se mul-
tam fragilitatem. Sic e[ti]a[m] illi
q[ua]mvis exterius videant[ur] nitidi p[er]
quandam honestatem intus tamen
sunt vacui non habentes aliquid
virtutem vel bonam voluntatem
et sunt e[ti]a[m] fragiles contra omnes
adversitates. Pauci autem sunt veri
christiani. Illi autem sunt veri chri-
stiani qui non senciunt inmundicias
concupiscentiarum nec per superstitiones stult-
orum sed corpus suum ieiuniis ma-
cerant ut sunt christiani iuxta illud
2 Cor. 11 In fame et siti et
ieiuniis in multis in frigore et
nuditate et totam spem suam
non in se sed in deo ponunt. Domine
apostata diligam te domine virtus mea
de quibus e[ti]a[m] dicit apostata idem
Domine in lumine vultus tui ambulabunt
et in nomine tuo exultabunt
tota die in iustitia tua exalta-
buntur quia gloria virtutis e[ti]a[m] tu es
Augustinus. Virtutem quedam dicit Ego
homo que te credebas domine
deus cum philosophis aut non voluptas
carnis non virtus propria sed quia
est deus deus ipsius. Deinde sub-
dit Augustinus Et per ista beatitudinis
quam omnes volunt et non omnes
recte volunt quesierunt sunstruxerunt
cum sibi crederent philosophi. Alii di-
xerunt hoc alii non hoc sed hoc
latuit cum via quid deus super-
bis restitit latuit et nobis nisi
venisset ad nos pretor viator

venire nolebat ad viam ad te venit
viam Ego sum inquit via veritas
et vita non errabis quia ibis ad illud
per illud. Et doctrina amorum irra-
pabilit profunda et tiles philosophorum inmun-
dicijs cupiditatum superbijs stultorum
Et Augustinus. Tertius curiosus est quod
ibi erant quidam curiosi qui sicut
volebant audire vel dicere aliquid
novi de quibus dicitur ibidem. Athenien-
ses aut omnes et advene hospites
ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere
aut audire aliquid novi. Quidam
superstitiosi qui dediti erant cultui
ydolorum quibus dixit paulus viri
athenienses per omnia quasi supersti-
tiosos vos video. Quidam malici-
osi et doctrinam pauli attribuebant
divinorum demoniorum videtur annun-
ciator esse quia ihesum nunciabat
eis et resurrectionem. Iste triplex error
multum viget quia hodie sunt multi
curiosi multi superstitiosi et utinam
illi essent maliciosi. Curiosi sunt
qui alienam vitam inquirunt et suam
iniuriam relinquunt. De quibus dicit
Bernardus in omel. Grave est curiosi
vitium que mente angustis investiga-
dam vitam proximi exterius ducit
per ei sua intima abscondit ut
alienam sciens se nesciat. Et quanto
fuit peius alienum mihi tanto sit igno-
tus sui. Ideo dicit Bernardus Stude
cognoscere te ipsum quid melior es
si te ipsum cognoscis quam si te neg-
lectis cognoscas cursus siderum
vires herbarum complexiones hominum
celestium atque terrestrium. Multi etiam
sunt superstitiosi sunt plerique falsi re-
ligiosi. Veram secundum ysidorum superstitio dicitur
quasi super statuta vanam faciunt//

et sup statutis patrum statuta sua
ponere sathagerunt / Vel secundum eundem
supsticio dicitur a supstitibus i. senibus
qui multis annis supstites per etatem
delirant Tales cum delirare videntur
quia sensum maiorum despiciunt et sua
in omnibus fieri volunt Vel secundum
Hugwicionem supsticio dicitur a supsta
supstas quod est superfluere quia tales
necessaria contempnunt Et de quibus
minimis superfluus magnam curam
gerunt / Multi etiam maliciosi sunt
qui doctrinam veritatis dicunt esse
demoniorum de quibus dicitur ys. v.
Ve qui dicitis bonum malum // et malum
bonum / ponentes lucem tenebras
et tenebras lucem // ponentes a-
marum in dulce // et dulce in amarum
Tales cum puniunt doctrinam que sit
etiam ardenda Et ideo dicit ponentes
lucem tenebras et tenebras lucem
doctrinam que sit etiam diligenda
Et ideo dicit / ponentes amarum
in dulce / et dulce in amarum / Beatus
autem dyonisius licet aliquando fuit curiosus
scientiam philosophicam amplectendo // licet aliquando
fuit supsticiosus // supsticiosum cultum
ydolorum sectando Post tamen fuit ma-
liciosus Christi doctrinam persequendo
vel puniendo sed postmodum fuit
humilis et devotus eius doctrinam
humiliter et devote audiendo // Tertio
ternarius est qui consistit in benefi-
ciis a deo receptis que possunt prin-
cipaliter adduci verbum a quo incipit
dicit In ipso vivimus movemur
et sumus Et ideo quod recepimus esse
nature Jo. 1. Omnia per ipsum facta sunt
Ps. Ipse fecit nos et non ipsi nos vitam
gratie Ecc. 4 Sapientia filiis suis inspirat
et motum operationis bone Ysaie 26
Omnia enim opera nostra operatus es in nobis
domine Ista tria beneficia tanguntur
Gen. 1 Fecit deus hominem de
limo terre Ecce esse nature Et inspiravit
in faciem eius spiraculum vite Ecce
vita gratie Et posuit illum in paradiso
ut operaretur et custodiret illud Ecce
motus operationis bone etc.

Sermo secundus de sancto dyonisio et sociorum

Iustorum anime in manu dei
sunt et non tanget illos tor-
mentum malicie visi sunt oculis
insipientium mori Illi autem sunt
in pace Et si coram hominibus
tormenta passi sunt spes illorum
immortalitate plena est Sapie 3.
Cum deus habeat duas manus
scilicet dexteram et sinistram In
sinistra sua habet malos In dex-
tera vero habet bonos Malos quidem
habet in manu ad proiciendum quia
illos proiciet in infernum Unde de quo-
dam malo dicitur Jeremie 22 Si fuerit
Jeconias filius Joachim regis
Iuda annulus in manu mea dextera
inde evellam eum tanquam si dex-
tera si sic posset quod peccatores damp-
nandi qui sunt in sinistra ad dex-
teram transirent et ibi se occultare
vellent adhuc eos proiceret Bonos
autem habet in sua dextera ad custo-
diendum ne dyabolus possit eos rapere
vel auferre Job 10 Item habet
ad extendendum sicut peccatores peni-
tentes quos de statu culpe convertit
ad statum gratie Ps. Emitte manum
tuam de alto eripe me et libera
me de aquis multis Item converte
domine captivitatem nostram sicut
torrentes in austro Habet ad coro-
nandum Sapie 5 Accipient re-
gnum decoris et dyadema speciei
de manu domini Tertio igitur

deus beatum dyonisium et socios eius manu forte sue continuit conservavit et consummavit. Ideo recte verbum propositum de eis legitur, cum dicitur: Iustorum anime in manu dei sunt etc. In quibus verbis describitur ipse cum sociis suis quantum ad quatuor. Primo quantum ad vite perfectionem, in eo quod notatur Iusti. Secundo quantum ad eius conversionem, cum dicitur in manu dei sunt. Tertio quantum ad animi pacificam quietem, cum dicitur Et non tanget illos tormentum malicie seu mortis. Quarto quantum ad corporis passionem, cum dicitur Visi sunt oculis insipientium. Quinto quantum ad eorum glorificationem, in qua quidem glorificatione receperunt patris securitatem. Ideo dicitur Illi autem sunt in pace. Et vite perpetuitatem, cum dicitur Spes illorum immortalitate plena est. Circa primum notandum quod beatus dyonisius fuit valde perfectus. Ideo dicitur Iustus. Fuit enim ordinatus quantum ad deum per mentis elevationem, et quantum ad proximum per compassione. Elevabatur quidem in deum per tres gradus contemplationis quos ipse distinguit in libro de divinis nominibus capitulo 8, scilicet per sensibilium manuductionem, per intellectualium operationem et per immediatam et felicem unitionem. Ipse quidem ante conversionem fuit magnus philosophus, postquam modum factus est verus christianus, et postmodum a beato paulo et Ierotheo factus in divinis valde perfectus. Quantum igitur erat philosophus ascendebat in dei cognitionem per sensibilium et creaturarum manuductionem, unde dicit apostolus de ipsis philosophis Ro. 1: Invisibilia enim dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur.

Tempore quoque conversionis sue et divinitatis ita ut ipsi sint inexcusabiles. Inquantum vero factus est verus christianus non iam indiguit manuductione sensibilium creaturarum sed cepit ascendere in deum per intellectuales operationes et sic de facili potest ipsum invenire. Psalmista: Anima mea desideravit te in nocte sed et spiritu meo in precordiis meis de mane vigilabo ad te. Unde cogitabat apostolus da mihi intellectum ut discam mandata tua. Inquantum vero factus est in divinis perfectus iam non indiguit sensibilibus manuductionibus nec intellectualibus operationibus sed per immediatam unitionem ascendebat in deum, iuxta illud 2 Cor. 3: Nos autem revelata facie gloriam dei speculantes in eandem ymaginem transformamur de claritate in claritatem tanquam a domini spiritu. De isto triplici statu dicitur Prov. 3: Iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem. Primo cum iustus incipit de deo habere aliquem splendorem considerando in creaturis tantam magnitudinem, pulchritudinem et bonitatem. Deinde procedit ad maiorem cognitionem quando ~~intrat~~ se et in animo suo seipsum querit. Tandem crescit usque ad perfectum diem cum sibi totaliter per amorem unitur. Secundo beatus dyonisius fuit ordinatus quantum ad proximum per compassionem. Displicebat enim sibi quando aliquis erat nimis rigidus vel austerus sicut scriptum est Eccl. 7: Noli esse iustus nimis. Tempore namque suo erant duo sancti viri qui tamen erant nimis severi scilicet Carpus et Demophilus. Unde volens ipsum Demophilum ad compassionem inclinare

Epistolam sibi scripsit in qua tractat de ipso Carpo quoddam mirabile exemplum dicit enim quod dictus carpus tante sanctitatis erat quod nunquam celebrabat quin sibi celestis visio infunderetur. Cum autem quidam infidelis quendam christianum peruertisset tantam ex hoc carpus turbationem habuit quod infirmitatem incurrit deprecans deum cottidie ut iusticia ordinis utrumque puniret. Et circa noctis medium dum euigilaret quandam magnam fornacem in domo sua conspexit. Et illos duos homines iuxta fornacem tremulos stare vidit quos retro a quibusdam impingebant et ante a serpentibus de fornace surgentibus trahebantur. Respiciens quoque carpus vidit celum apertum et ihesum circumdatum multitudine angelorum sed a deo delectabatur in punitione istorum quod vix respicere volebat in celum. Tandem cristus de solio surrexit et cum multitudine angelorum descendens manum extendens et ipsos eripuit et carpo dixit Percute me paratus sum enim adhuc pro hominibus saluandis pati et hoc michi amicum quo non peccarent homines. Ecce tria verba mirabilis pietatis. Primum quando dixit carpus ut vindictam illorum in se retorqueret. Aliud quando dixit Ego si esset possibile adhuc pro hominibus saluandis pati paratus essem. Tercium quando dixit quod valde amicum sibi esset quando homines sibi abstinerent a peccatis. Secundo beatus dyonisius describitur quantum ad suam conuersionem. Cum dicitur in manu dei sunt. Erat quidem in manu sinistra venit ad dexteram quando cristus ipsum de statu infidelitatis ad fidem conuertit. Cuius quidem conuersionis quatuor causae fuerunt scilicet diuina inspiratio Pauli

obstinatio Pauli predicatio. Et quedam celi illuminatio. Prima quidem causata est eius conuersio ex diuina inspiratione. Unde cum paulus ipsum interrogasset quis esset ille ignotus deus cuius aram induxisset Respondit Ipse est verus deus qui inter deos non est deuinatus sed secula venturus futurus et inspectiuus regnaturus. Cui paulus homo est an spiritus. Cui dyonisius deus et homo est ideo non est cognitus quia eius habitatio est in celis Manifestum est autem quod dyonisius talem cognitionem dedeo non habuisset nisi diuina inspiratio talem intelligentiam sibi dedisset iuxta illud Job 32 Inspiratio omnipotentis dat intelligenciam. Sed multi sunt contrarii dyonisii qui inspirationi diuine restiterunt iuxta illud Job 33 Ipsi enim fuerunt rebelles lumini Eundem 21 Qui dixerunt deo recede a nobis sciam viarum tuarum nolumus. Secundo eius conuersio causata est ex solis obscuratione videns enim dyonisius eclipsim factam in domini passione naturalem esse non posse. Cum quia luna tunc erat in perfecta distantia a sole tunc eclipsis lune solis non auffert omnibus partibus terre. Cum quia per tres horas durare non potest dixisse refertur aut deus nature patitur aut elementa ~~patitur~~ mentiuntur aut deus nature patitur et elementa sibi compatiuntur. Tercio causata est eius conuersio ex pauli predicatione qui cum predicaret et conuerteret Actuum 17 Quidam viri adherentes paulo crediderunt in quibus et dyonisius ariopagita ipse cuius meminit in epistola ad ephesianos dicens tractatum fecere dic et cum annunciationis

quam paulus vir ambobus intonuit
signis acclamantibus seu quam
paulus manibus expansis seu sus-
pensis intonuit signis acclama-
tibus recordari ceptus dedi vitati
manus et palpitatio suis nexibus
absolutus Tercio causata est eius
gaudio ex quadam ceci illuminatione
Cum enim quidam cecus inde transiret
Et dyonisius paulo diceret ut ipse
in cristi nomine illuminaret paulus
ei dixit ut sibi preciperet ut in nomine
ihesu nati de virgine crucifixi vi-
deret quod cum fecisset cecus ~~vidisset~~
visum recepit et dyonisius
paulo adhesit // Tercio describitur
quartus dyonisius cum sociis quantum
ad omnibus peti civitatem cum dicitur
Et non tanget illos tormentum
mortis Peccator dicitur tormentum
inquantum conscienciam affligit Istud tor-
mentum mortis dyonisius per quan-
tum non sensit quia semper in anime
puritate se servavit Secundo quid
exemplo signo ostendit Primo ex eo
quod eciam a minimis impuritatibus se
mundabat unde ipse dicebat in
ecclesiastica ierarchia Et cum atten-
dentes ad divinum sacrificium mun-
dari convenit eciam ab ultimis anime
fantasiis Probabat cum quod dicitur Eccli
de negligentia tua purga te
cum paucis // Secundo ex eo quod ad puri-
tatem sepe inducebat et de ipsa
sepe tractabat unde ipse dicit
in libro de divinis nominibus Castitas
ut scis sicut nos dictum est ab omni
immundicia libera et perfecta [illegible]
immaculata mundicia sicut cum dicitur
Math Ex habundancia cordis
os loquitur // Tercio ex eo quod temporalia
contempnebat unde in libro de divinis

nominibus deridet illos qui dicunt
esse sanctos illos mundos et puros
qui terrena diligunt · Si illi quos
dicis sanctos diligunt quid ea que
sunt super terram ab inhabitantibus materie
sed zelata omnia a divinis ceciderunt
amore Et non novi quod sancti vo-
cantur seu vocentur immunda facientes
viris amabilibus et divinis Sunt in-
zelabilia et amabilia ab ipsis non
religiose reprobata Tercio cum amor
temporalium immundiciam faciat anime
dicit augustinus in libro [illegible] Amor
inferiorum pulchritudinis polluit men-
tem Idem in libro de utilitate
credendi Sordes anime ut libenter
explicem sunt amor quarumlibet
rerum preter animum et deum // Tercio
describitur ipse cum sociis quantum ad
suam passionem Cum dicitur visi sunt
oculis insipientium mori Eius in
passio fuit diversis suppliciis cele-
brata multis privilegiis decorata
et mirabiliter canonisata Diversis
quidem suppliciis celebrata fuit quia
primus fuit cesus multis verberibus
nudissimus flagellatus instar pauli
2 Cor xi Ter virgis cesus sum
Secundo fuit super cratham ferream
igne supposito inunctis extensus
instar laurencii 2 Math [illegible]
Iussit igne amoveri et ad quot inspi-
cante et sarthaginem moveri [illegible]
Tercio fuit ad bestias ferocissimas
multis ieiuniis exacerbatas proiectus
instar danielis prophete posuerunt
morticinia servorum suorum escam
volatilibus celi carnes sanctorum
tuorum bestiis terre Secundo fuit
in clibano sine fornace iactatus
instar trium puerorum anime azarie
mizaelis Sapiencie 3 Tanquam

aurea in fornace probavit illos. Cruci
fuit rota affixus instar Katherine.
Cristo crucifixus sicut cruci.
Secto fuit cum sociis suis capite
truncatus instar pauli. Sed mirum
est quia flagella amiserunt virtutem
secandi et receperunt virtutem
muniendi 2 Cor. 6 per arma iu-
sticie a dextris et a sinistris.
Cratis ferrea amisit virtutem com-
burendi et per intus ignitam
dilectionem habebat enim intus illud
ignem qui exteriorem extinguebat
de quo dicitur Luce 12 Ignem veni
mittere in terram et quid volo
nisi ut ardeat. Unde etiam
existens super cratham dicebat
Ignitum eloquium tuum vehementer etc.
Bestie feroces amiserunt virtutem
seviendi et hoc per crucis oppositam
signum. Cum crucem opposuit et man-
suetas eas fecit Job 5. Bestie
terre pacifice erunt tibi. Clibanus
accensus amisit virtutem urendi
et hoc per ardorem spiritus sancti re-
frigerationem Dan. 3. Fecit medium
fornacis quasi ventum roris flantem.
Patibulum crucis amisit virtutem
cruciandi et hoc per dominice passio-
nis recordationem. Quia sicut dicit
Gregorius Si passio Christi ad memori-
am reducatur nichil est quod non
equo animo tolleretur. Gladius amisit
virtutem necandi et hoc per fidem
et devotionem. Gladius enim eum ne-
cavit sed per mortem duxit ad
vitam. Licet enim quantum corporis
mortuus fuit tamen eius animus
invictus miles evasit. Secundo ipsius
passio fuit multis privilegiis deco-
rata. Fuit enim in sua passione
honoratus a deo ab angelis et
a toto mundo. A deo quidem quia

~~totus mundus~~ Christus ad eum in carcere
cum multis huc descendit et cum
missam celebraret Christus ei panem
obtulit dicens: Accipe hoc care
mi quia mecum erit magna merces
tua. Magnum honorem Christus sibi
fecit qui ad ipsum personaliter descendit.
Sapie. 12 Tu autem dominator virtutis
cum tranquillitate iudicas et cum
magna reverentia disponis nos.
Honoraverunt ipsum angeli quantum
ad corpus et quantum ad animam.
Corpus quidem sancti dyonisii se eri-
gens caput suum inter brachia tulit
et fere per duo miliaria deportavit
angelis processionaliter eum preceden-
tibus et gloria tibi domine dicentibus
ad modo celebrius alta. Animam
etiam suam et sociorum eius in celum
cum multo iubilo angeli deporta-
verunt quam iubilationem multi pagani
audientes ad deum sunt conversi.
Ysaie 55. In leticia egrediemini
et in pace deducemini montes et
colles cantabunt coram vobis
laudes. Ipsi enim martires cum in
leticia de mundo egressi sunt et
corpus sancti dyonisii in pace
angeli deduxerunt et sua et
sociorum suorum ~~angel~~ animas angeli
tam maiores quam minores
in celum cum multo huc detulerunt.
Totus mundus etiam istos martires
modo honorat. Unde dixit Christus
dyonisio cum ad ipsum in carcerem
descendisset: Memoria tua erit
in laude. Eccl. 44 Sapientiam sanctorum
narrant populi et laudem eorum ~~nunciat~~
ecclesia nunciat. Secundo eorum passio
fuit mirabiliter coronata. Beatus
enim regulus episcopus arelatensis
cum missam celebraret nominibus
apostolorum in canone recitatis adiecit

Et beatus martinus cum dyonisio
rustico et eleutio. Cum aut mi-
raretur quo eorum nomina qui ad-
huc viuebant sic nesciens
extulisset. Ecce tres columbe super
cornu altaris apparuerunt que
dictorum sanctorum nomina in suis
pectoribus litteris sanguineis
habebant scripta et sic sanctos
migrasse cognouit. Tres enim vie
sunt eundi ad celum scilicet per inno-
centiam primam et martirium. Isti
aut sancti iuerunt ad celum per primam
quia sancti ad fidem sunt conuersi
per innocentiam quia fuerunt in
baptismali innocentia custoditi
Et per martirium quia pro fide cristi
passi. Ideo dicitur apparuerunt eorum
nomina in pectore columbe sanguine tincte
ad significandum quod ad celum fuerunt
per gemitum penitentie. ysaie 29. Quasi
columbe meditantes gememus
per simplicitatem innocentie. mathei 10.
Estote prudentes sicut serpentes
et simplices sicut columbe. Et per
cornu passionis dominice. luce 9.
Si quis vult post me venire abne-
get se metipsum etc. Quinto describitur
beatus dyonisius cum sociis quantum
ad suam glorificationem in qua reci-
pit pacis tranquillitatem. Cum
dicitur illi aut sunt in pace. Et
vite perpetuitatem. Cum dicitur
Spes illorum immortalitate plena est
Sunt igitur in illa pace de qua dicitur
ysaie 32. Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis in taberna-
culis fiducie et in requie opulen-
ta. Triplex pax est perfecta quia sit
hostibus superatis. pax cum que sit
sub vexillo [illegible] non est pulchra
Triplex est secunda quando sit hostibus
destructis. Quando cum hostes superati
in castris uel in munitionibus
manere permittuntur sepe repellere mo-
niuntur. Tertia est opulenta quando
sit hostibus despoliatis. Sancti igitur
qui sunt in vita beata habent
pacem pulchram quia omnes
hostes sunt superati et suppeditati
malachie 4. Egrediemini et salietis
sicut vituli de armento et calcabitis
impios cum fuerint cinis sub plan-
ta pedum seu pedum vestrorum. ysaie 9.
Iugum enim oneris eius et virgam
humeri eius et sceptrum exactoris
eius superasti. Habebunt pacem secu-
ram quia omnes hostes erunt de-
structi et in carcerem
infernalem precipitati. primo apoc. 9.
Destruxit impios. leuitici 26.
Dabo pacem in finibus vestris dor-
mietis et non erit qui exterreat
auferam malas bestias et gladius
non transibit terminos vestros. ysaie 25.
Super omnes nationes precipitabit
mortem in sempiternum. Habebunt
pacem opulentam quia omnes
hostes erunt despoliati. Tunc enim
despoliabuntur egiptii et ditabuntur
hebrei. Exo 12. despoliauerunt
egiptios. Collo. 2. despolians
principatus et potestates. Habebunt
secundo vite perpetuitatem quia semper
cum deo viuent. luce 20. Omnes
cum viuunt ei. Quod aut beatus
dyonisius cum deo viuat propter
beneficia manifestat visis cum
viuentes non iuuat non persequitur adiu-
uat aut deuotos et punit irre-
uerentes. deuotos quidem adiuuat
in vita in morte et post mortem
In vita quidem quia dagobertus rex
francorum beatum dyonisium

a sua pueritia et multa devotione habere cepit et cum iram patris sui incurreret ad eius ecclesiam confugiebat et ipse patris iram placabat. Redivivat in morte. Item cum legati Michaelis imperatoris Constantinopolitani libros sancti Dionysii de Hierarchiis de novo translatos Ludovico filio Karoli magni detulissent cum magno gaudio sunt recepti et in eius ecclesia xix infirmi sunt curati. Tercio aliqui ad mortem erant deputati. Adiuvat etiam post mortem. Cum enim Dagabertus mortuus fuisset cuidam sancto viro monstratum est quod eius anima ad dei iudicium rapta fuit. Et cum multi sancti suarum ecclesiarum spoliationem eidem obicerent et mali angeli eam ad penam rapere vellent beatus Dionysius affuit et eam liberavit. Indevotos etiam et irreverentes punit sed penitentibus parcit. Unde cum Clodoveus rex corpus eius minus religiose discooperiens os brachii eius fregisset et rapuisset in amentiam versus est sed postquam penituit sanitatem recepit etc.

Sermo tercius de sancto Dionysio et sociis eius

Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis. i Machabeorum vi. Verbis ostenditur quod beatus Dionysius cum sociis suis fuit a deo valde illustratus. Cum dicitur: Refulsit sol. Fuit valde munitus cum dicitur: in clipeos aureos. Et fuit aliis ad illuminationem datus cum dicitur: Et resplenduerunt montes ab eis. Fuit autem valde illustratus quia sol iustitie in ipsum valde refulsit. Attendendum autem quod sol secundum diversitatem aeris quadrupliciter videtur recipere mutationem. Primo in mane rubescit, deinde lucescit, in meridie fervescit et in vespere pallescit. Istas quatuor mutationes facit sol iustitie in aere mentis nostre per quatuor affectiones quas in ea generat. Primo in corde peccatoris generat dolorem peccatis perpetratis et tunc anima valde, id est magnum, ruborem et verecundiam concipit, iuxta illud Ro. 6: Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis. Deinde generat spem venie. Quando anima dolet de culpa tunc sperat de venia et tunc anima valde lucescit, que cum prius esset in tenebris diffidentie modo incipit sperare in luce divine misericordie, iuxta illud Job 17: Rursus post tenebras spero lucem. Ideo apostolus hortatur ad Ephe. 5: Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te Christus. Deinde iste sol generat gaudium et letitiam spiritualem. Anima enim que dolet de culpa et sperat de venia incipit valde gaudere de conscientia secura, iuxta illud Proverbiorum 15: Secura mens quasi iuge convivium. Eccl. 30: Vero est oblectamentum super cordis gaudium. 2 Cor. 1: Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Et tunc anima valde fervescit, id est magnum fervorem diligendi et operandi assumit, iuxta illud Ps.: Concaluit cor meum intra me

et in meditatione mea exarde-
scit ignis ps 12 [sic] Sed pu fructus
duo prouenientes Primo iste sol
pallet dando timorem contritio-
nisque aia doleat ut in spem ve-
nie resurgat et contrarium mundo
sint se gaudeat oportet tamen
quod semper pallescat .i. timeat
iuxta illud Eccl 27 Si non in ti-
more domini tenueris te instan-
ter cito subuertetur domus tua Item
solis autem istas quatuor mutatio-
nes quas sol naturalis recipit
secundum diuersitatem aeris sol iustitie
per quatuor affectiones causat in
aere nostre mentis Sed eadem
sicut secundum motum solis distinguuntur
quatuor tempora anni in maiori mundo
Sic et sol iustitie quatuor tempora
facit in minori mundo .i. in homine
per quatuor affectiones predictas
quando enim infundit dolorem de peccatis
tunc facit quandam hiemem in nobis
Sicut enim in hieme est habundantia
aquarum Sic in mente contrita in-
uenitur abundantia lacrimarum
iuxta illud ps flauit spiritus
eius et fluent aque Sap 10
paruus fons creuit in fluuium
et in lucem solem que conuersus
est et in aquas plurimas redun-
dauit Ipse enim peccator vix unam
scintillam habere potest lacrimarum
Sed cum se sol ostendit in ipsum et
contritionem infundit tunc aquas
plurimas lacrimarum immittit Cum
vero iste sol dat spem venie
tunc facit tempus vernale Sicut
enim in vere producuntur flores
ex quibus habetur spes fructuum
Sic ex spe accepta venie habetur

spes et fructus vere penitentie
unde dicitur Sap 11 Lux et sol
ortus est et humiles exaltati sunt
aia enim que prius iacebat et despe-
rauerat per diffidentiam ad resur-
gentiam veri solis exaltatur per
acceptam veniam Tertio autem dat
gaudium de securitate conscientie
tunc facit tempus estiuale seu
estiualis letitie In estate quidem
crescunt dies quantum ad lucem
et calorem quia aia que securam
conscientiam habet a deo crescit in dei
cognitionem et amorem quod tota
feruet et liquescit per deuotionem
iuxta illud Cant 5 Anima mea
liquefacta est ut dilectus locutus
est michi Exo 16 Cum inca-
luisset sol liquefiebat manna
Sole enim iustitie incalescente
in anima per amorem liquescit
aia per deuotionem Quarto cum iste
sol pallet infundendo timorem
extremi iudicii vel eterni supplicii
tunc in anima facit tempus autumpnale
Sicut enim in autumpno fit fruc-
tuum collectio Sic et tunc fiat
operum remuneratio 2 Cor 5
Omnes nos manifestari oportet
ante Cristi tribunal ut referat
unusquisque propria corporis prout gessit
siue bona siue mala Gen 15
Cum sol occumberet pauor irruit
super Abram Tunc sol nobis
occumbit quando timorem extremi
iudicii nobis immittet et tunc
debemus horrere quia securitate
diuini iudicii valde debemus timere
Hebr 13 Horrendum est incidere
in manus dei viuentis Sed quo

Secundo beatus dyonisius et socii eius fuit scuto fidei valde muniti. Fides enim est scutum sanctorum in quo omnia arma dyaboli refringuntur. Ephe. 6. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. De isto scuto fidei dicitur in psalmo: Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negocio perambulante in tenebris, ab incursu et demonio meridiano. Veritas enim fidei est tam fortissimum scutum quod dyabolus sibi frangit omnia genera suorum armorum. Frangit enim ibi temptationem luxurie, unde postquam dixit: Scuto circumdabit te veritas eius, statim subiungit: Non timebis a timore nocturno. Timor nocturnus est impugnatio luxurie, quia maxime in nocte regnat et tenebras amat. Job 24. Oculus adulteri observabit caliginem dicens: Non me videbit oculus. Jo. 3. Qui male agit odit lucem et non venit ad lucem ut non arguantur opera eius. Frangit etiam dyabolus ad istud scutum fidei temptationem vane glorie. Ideo subdit: A sagitta volante in die. Vana gloria dicitur volare instar sagitte, sive quia subito venit, sive quia omnibus invadit, et dicitur volare in die et non in nocte, quia non vadit ad opera tenebrosa sed ad opera lucida et virtuosa. Frangit etiam temptationem avaricie. Ideo subdit: A negocio perambulante in tenebris. Negocium est in ocio sed in labore continuo, et est perambulans in tenebris, id est in tribulatione et tribulatione mentis. Ecclesiastes [?] quinto [?]:

Cunctis diebus vite sue comedit in tenebris et in curis multis et in erumpna atque tristicia. Frangit etiam temptationem superbie. Ideo subdit: Ab incursu et demonio meridiano. Per demonium meridianum intelligitur ipse lucifer, qui maiorem ceteris habuit claritatem, cum quo ceteri angeli dicti fuerant matutini vel vespertini. Ille enim meridianus potuit nuncupari, qui quidem est rex superbie, iuxta illud Job 41. Ipse est rex super omnes filios superbie. Nam et demonium meridianum morsum facit, quia temptationem superbie immittit. Sed ille qui scuto veritatis fidei est munitus nec timet temptationem nocturnam luxurie, nec sagittam volantem vane glorie, nec negocium tenebrosum avaricie, nec demonium meridianum superbie. Vel secundum glossam [?]: per timorem nocturnum intelligitur temptatio dyaboli levis et occulta; per sagittam temptatio levis et aperta; per negocium ambulans in tenebris temptatio gravis et occulta; per demonium nocturnum temptatio gravis et aperta. Et ideo omnium temptationum dyaboli frangit qui scutum fidei invenit. Tertio beatus dyonisius cum sociis suis fuit tetris [?] ad illuminationem. Dicitur [?]: Et resplenduerunt montes ab eis. Montes, id est viri perfecti, ab eo resplendent, quia tres fulgentes radios ab ipso habet, scilicet radium celestis sapientie, revelationis divine et orationis devote. Celestem quidem sapientiam habuit quam quid

acquisivit per diligentem contempla-
tionem per mentis purificationem
per Ierothei eruditionem per divinam
inspirationem et devotam orationem
De ipsis quatuor commendat sa-
pientiam Ierothei magistri
sui in libro de divinis nominibus
ostendens quod post ierarchias et
apostolos alios excedebat Ierotheus
puritate mentis diligen-
tia demonstrationis et locutionibus
sanctis Habuit quidem dyonisius
excelsam sapientiam per diligentem
contemplationem et hoc notat ipse
in ierarchico tpis ttrone Illi
cum qui valde fuerunt studiosi nec
unam viam abire permittunt quin
ipsam teneant et continuant in stu-
dio doctrine Unde dicit Ihesus
filius Syrach in prologo suo multa
vigilia attuli doctrinam inspirato
tpis Istam etiam facit nos doceri
Christus dicens Ioh. v Scrutamini
scripturas Istam contemplationem dyonisius
habuit qui sicut innuit in epistola
ad Appollophanem athenis usque
eliopolim Egypti studio sapientie
acquirende profectus est Secundo
ipsam acquisivit per mentis puri-
tatem Prima sicut dicitur Sapientie i
Sapientia in animam sanctam se transfert
in malivolam animam cum non intro-
ibit spiritus sapientie nec habitabit
in corpore subdito peccatis ut dicitur
Sapientie primo Beatus autem dyonisius
magnam puritatem habuit quod
patet per tria signa quia videlicet et im-
mas puritates in se mundabat et
de puritate sepe tractabat et im-
puritatem corporalem contempnebat
ut supra dictum est Tertio ipsam acqui-
sivit per Ierothei instructionem

Habuit enim duos magistros in divina
doctrina scilicet paulum tamquam princi-
palem Ierotheum tamquam secundarium
Unde cum Ierotheus sufficienter tradi-
disset divinas scientias et regulas
excusat se dyonisius quare post-
ea fecerit librum de divinis nominibus
dicens quod hoc non fecit in sui
iniuriam cum ipse fuit magister
suus sed quia ipsum rogavit eum
ut planiori stilo ea describeret
Unde in libro de divinis nominibus
capitulo iii postquam cum super hoc
excusavit se concludit et inquit
factam magistro et amico conventi
et nos ex eius eloquiis post divi-
num paulum inducti seu introducti
Quarto etiam acquisivit per divinam
inspirationem et devotam orationem
et hoc potest notari in Ierotheo
locutiones beatas deus enim
loquitur nobis per suam inspirationem
et nos loquimur cum deo per
devotam orationem Unde dicit in
libro de divinis nominibus oportet
cum nos orationibus primum ad ipsum
sicut boni principium perduci
et magis appropinquantes in hoc
doceri optima dona circa ipsum
collocata Et enim quod universis
adest non omnia autem ipsi assunt
Tunc autem quando ipsum invocamus
castissimis quidem orationibus et re-
velata mente et ad divinam uni-
tionem altitudine tunc et nos
ipsi assumus Secundo habuit radium
revelationis divine Quadrupli-
cem namque revelationem habuit
Prima est quia prophetie spiritu claruit
sicut patet in epistola quam misit
Iohanni evangeliste in pathmos
insulam relegato predicens

ci quod inde esset in assyriam translatum
ubi inter cetera sic dicit Gaude valde delectabilis
valde amabilis et desiderabilis et diligibilis et valde Et infra Ecce custodia
que est in pathmos dimittaris et
in terram asie reverteris et facies ibi
dei boni imitationes et in hiis que
erunt post te trades Decima est que assumptioni beate marie interfuit sicut
ipse de divinis nominibus in sexto [?] videtur
ubi sic dicit loquens ad thymotheum Nos
ut nosti et ipse et ultimus sanctorum
fratrum convenimus ad visionem corporis
vite principis et quod deum suscepit
Aderat autem et frater Iacobus et petrus
summa et antiquissima theologorum
summitas post ea visum est post visionem ut unumquemque ierarchie laudare
sit ut unusquisque erat sufficiens
infinite virtutis bonitate thearchice
infirmitatis Decima [?] est quia ordines
officia et dignitates angelorum cognovit et nobis tradidit dicitur
Job 38 Numquid nosti ordinem
celi et pones rationem eius in terra
Licet enim sanctus paulus ordinem
celi noverat quando in tercium celum
raptus fuit tamen ipsum ordinem in
terra non posuit quia homini loqui
non licuit ~~divinitus~~ dyonisius autem
divinitus inspiravit et ab sancto apostolo
paulo instructus ipsum ordinem angelorum perfecte agnovit et in terra
posuit quia ipsum nobis tradidit
Undecima est quia principes angelorum
scilicet petrum et paulum glorificatos
vidit De qua visione sic dicit
in epistola ad thymotheum post mortem illorum
vidi eos in ortum [?] manu ad manum intrantes portas urbis indutos veste luminis et coronis claritatis et lucis ornatos etc.

habuit radium orationis devote
de qua sic dicit de divinis nominibus
ca 3 Nos igitur ipsos extendamus
orationibus ad divinorum et beatorum
radiorum altiorem aspectum per
orantes enim ad divinorum cognitionem
sursum trahimur non deum ad nos
trahentes sed nos ipsos ad deum
extendentes Et ostendit hoc
dyonisius triplici exemplo scilicet catene [?] funibus et exemplo navis ad petram
impingentis post quam enim dixit
extendamus nos orationibus ad divinorum aspectum subdit de primo
exemplo scilicet cathene luminis
Sicut enim multa [?] luminis cathena
ex celesti summitate pendente
ad inferiora aut descendente per
ipsam ~~[illegible]~~ manibus
ad anteriorem [?] capientes trahere
per ipsam deorsum videamus eam
autem non deponeremus illam sursum
et deorsum putemus sed nos ipsi
sursum agimus ad altiores
micatorum [?] luminum radiorum splendores
De secundo exemplo scilicet catene
funibus sic dicit Sicut si in navem ascendissemus et ad quosdam funes ex quadam petra ad
nos tenemus extentos Et sic
nos ad auxilium datos non ad
nos petram sed nos ipsos et
navem ad petram adduceremus
De tercio exemplo scilicet navis ad petram impingentis sic dicit Sicut
et e contrario si aliquis stans in navi
impingat petram stantem immobilem sed se ipsam ab illa separat
Et quanto amplius illam impingit
tanto amplius ab illa impingetur
post ea concludit dyonisius quod
et ante omnia et maxime theologiam.

ab oratione incipe est valde verum
sicut trahentes utique parte et
invicem virtutem Sed sicut dimis-
sis memorationibus nos ipsos sibi t-
hentes et vincentes In primo igitur
exemplo assimilat dyonisius
orationem cathene et cathene lucide
et desuper dependenti Oratio cum dicitur
cathena ingenua per ipsam nos ad deum
trahimus Et dicitur lucida ingenua
ab ipsa oratione animus noster illuminatur
Et dicitur desuper dependens quia utique
animus non a nobis habetur sed ~~desup~~
bis desuper nobis a deo infunditur
In secundo exemplo scilicet dependentis
funis craticula ponitur scilicet navis fu-
nis et petra Navis est anima
nostra funis est oratio devota petra
autem est cristus per funem igitur orationem
trahimus animam nostram ad petram
id est ad cristum et non ipsam petram
ad animam In tertio exemplo quod post
craticula scilicet navis ad petram
impingentis tria simul ponuntur
scilicet navis petra et impulsus ad
petram Anima autem nostra ad petram
impingit quando peccatum mortale contra
cristum committit et quando impingit
fortius et peccat gravius tanto
a cristo elongatur etc. Sequitur

Sequitur sermo primus de sancto luca ewangelista

Salutat vos lucas medicus
karissimus Colloquenses iiii°
Ista salutatio habet honorem
salutationis scilicet luce et habet reve-
rentiam conferentis scilicet pauli Et
tamen cum attentione audienda cum
devotione suscipienda et cum dili-
gentia pertractanda Cum ad amorem
igitur salutantis venimus quamquam sa-
lutationis pertractemus et dicamus
quod ipse salutans in verbo premisso sa-
lutationis a quattuor proprietatibus com-
mendatur Primo autem salutis
procuratione cum dicitur Salutat vos
Secundo autem curatione cum dicitur
medicus Tertio a sui illuminatione cum
dicitur lucas Quarto a sui laudabili
conversione cum dicitur karissimus
Commendatur primo autem salutis pro-
curatione in eo quod dicitur Salutat vos
id est salutem eternam exoptat vel sa-
lutem nostram procurat procuravit quod
nostram salutem verbo ewangeli-
ste conscriptionis et exemplo salu-
tifere informationis In eo namque
quod ewangelium scripsit nostram salu-
tem procuravit ut possit dicere
cum apostolo i Cor 4 In cristo ihesu
per ewangelium vos genui Item
patet sibi convenit seu congruit quod
quod dicitur Eccl 38 Sapientiam scribe
in tempore vacuitatis prius cum quo
lucas ewangelium suum scriberet
triplex in mundo genus erat vacui-
tas Una erat intellectiva que erat
vacua dei cognitione Alia erat
in affectiva que erat vacua dei
dilectione Tertia erat autem in operativa
que erat vacua meritoria operatione
Habet istam triplicem vacuitatem
que erat in mundo dicitur Gen i
Terra autem erat inanis et vacua
habet defectum divine dilectionis Inanis
enim est qui dei dilectionem non habet
Et vacua Et habet defectum meri-
torie operationis Vacuus enim est
qui bonis operibus caret et tenebre
erant super faciem abyssi etc.

propter defectum divine cognitionis. Tene-
brosus est qui deum non cognoscit.
Tercia igitur ista triplex vacuitas
erat in terra. Ideo ostendit Lucas sapientiam
scribe in tempore vacuitatis. Contra enim istam
triplicem vacuitatem tripliciter scripsit
sapientiam scilicet evangelicam apostolicam
et epistolarem. Scripsit namque sapientiam
evangelicam ut primam vacuitatem
excluderet et illuminaret intellectum
in dei cognitione. In ipso enim suo
evangelio continetur perfecta cognitio et
illuminatio dei quam tamen impedit exce-
catio peccati. ii Cor. iiii. deus huius se-
culi excecavit mentes infidelium
ut non fulgeat illuminatio evangelii
glorie Christi. Terra igitur que sit erat
dei scientia vacua per evangelium Luce
sic est repleta ut possit dici illud
Ysa. xi. Repleta est terra scientia domini sicut
aque maris operientes. Secundo scripsit
sapientiam apostolicam id est actus apostolorum
ut aliam vacuitatem excluderet et ani-
maret affectum ad fortem et meritoriam
actionem. In ipsis enim actibus ostenditur
qualiter ipsi apostoli fuerunt fortes ad bene
operandum et constantes adversum quodlibet
sustinendum. Unde dicitur Actuum v.
Et ipsi demiserunt apostolos ne umquam
amplius loquerentur in nomine Ihesu
et subditur et illi quidem ibant gauden-
tes a conspectu concilii quoniam digni habiti
sunt pro nomine Ihesu contumeliam pati.
Ex hoc igitur animatur nostra operatio ut
scilicet exemplo ipsorum simus constantes
ad sustinendum adversa et fortes ad agen-
dum opera meritoria. Jacobi v. Exem-
plum accipite fratres longanimitatis
laboris et patientie prophetas qui locuti
sunt in nomine. Debemus enim acci-
pere exemplum prophetas non tamen anti-
quos sed etiam modernos scilicet apostolos

qui fuerunt apostoli et prophete in exem-
plo laboris ut scilicet eorum exemplo
opera meritoria faciamus et patientie
ut scilicet adversa constanter sustineamus
et longanimitatis ut scilicet bonum in
operatione boni quam insufficientia adversi
longanimiter prosequamur. Tercio scripsit
sapientiam epistolarem ad Hebreos ut
terciam vacuitatem excluderet et in-
flammaret affectum ad dei dilectionem
veram sicut dicitur in prologo super epistolam
Hebreorum. Hanc autem epistolam fertur apo-
stolus ad Hebreos scripsisse et scripta
hebraica lingua misisse. Cuius sensum
et ordinem retinens Lucas evangelista
post excessum apostoli Pauli in greco sermone
composuit. In illa autem epistola intendit
apostolus iudeos a legalibus a servi-
tutis auctoritate et ad legem caritatis
et amorem Christi ipsos inflammare.
Secundo nos salutavit id est salutem nostram
procuravit exemplo salutifere informa-
tionis. Exempla enim sanctorum virorum
sunt sepe causa salutis aliarum
sicut apostolus monet discipulum
dicens i Thimo. iiii. exemplum esto
fidelium in verbo in conversatione in caritate
in fide in castitate. In cuius quidem
beatus Lucas nobis extitit in exemplo
scilicet in verbo per evangelium quod scripsit
et docuit. In conversatione per amabilem
et quietam vitam quam cum ceteris
habuit in caritate dei et proximi
qua succensus fuit. In fide qua ex-
cellenter claruit. Et in castitate
quam per virginitate perpetuo
servavit. Dicendum tamen quod ipse beatus
Lucas terra spiritualiter in se habuit per
que nobis in exemplum salutiferum
fuit. Habuit namque innocentiam
quia numquam mortale peccatum commisit

unde dicit Ieronimus de eo Virgo
deo fuit sine crimine / Habuit penam
duram quia corpus suum dure afflixit
unde cantat ecclesia de eo Crucis
mortificationem iugiter in sui corpore
pro tui nominis amore portavit //
Habuit in ipsius penitencia quia
in gratia spiritus sancti vitam finivit
Ieronimus octuaginta quatuor annorum
obiit in bithinia plenus spiritu sancto
Ecce quam sancte incepit quia ab
innocencia quam laboriose prosecu-
tus fuit quia cum pena dura
quam feliciter consumavit quia cum spiritu
sancto habundanter / Habebis igitur in eo exemplum
innocencie quantum ad vitam incho-
andam penitencie quantum ad vitam prose-
querandam et finalis penitencie
quantum ad vitam consumandam / Secundo
commendatur a multiplici illuminatione
Unde dicitur Lucas quasi dicitur a luce
Ipse enim fuit totus lucidus quia qua-
druplici luce illuminatus scilicet luce spiritua-
li morali intellectuali et celesti /
Lux spiritualis est ipsa divina sapientia
que ipsum illuminat ab interiori de qua
dicitur Sapientie 7 proposui pro luce
habere illud Proverbiorum 17 In facie
prudentis lucet sapientia / Ista igitur
lux ipsum illuminavit quia omni
sapientia plenus fuit Ecclesiastici 15
Implevit eum dominus spiritu sapientie
et intellectus unde dicit Ambrosius
super lucam / Lucas omnes sapientie
virtutes in evangeliis suis comprehendit
Vitalia quippe docuit dominum christum
prolem unigenitum dei filium credi
et in eius ~~ostendit~~ adventu virtutes
celorum mori proderit In cuius passi-
one tenebre pro diem facte ap-
paruerunt quamque docuit ut inimicum
diligere obsecrante non repercutere

mutuum gratis dare Sed et ratio-
nabilia docuit dominum qui fidelis est
in minori et maiori esse ostendit
Ista autem lux sapientie adeo illuminare
ab interiori dicitur quod cordi infunditur
2 Cor 4 Deus qui dixit tene-
bris lumine splendescere illuxit
in cordibus nostris ad illuminationem
scientie claritatis dei / Secunda lux est
moralis que est conversatio lucida que
ipsum illuminavit ab exteriori de qua
dicitur Matthei 5 Sic luceat lux vestra
coram hominibus ut videant opera
vestra bona et glorificent patrem vestrum
qui in celis est / Ista luce mora-
li beatus Lucas illuminatus extitit quia
honeste conversationis et famose opinionis
fuit 2 Cor 8 Misimus fratrem nostrum
id est Lucam fratrem gloriosum Cuius laus est
in evangelio per omnes ecclesias
Non dixit misimus fratrem vestrum
sed nostrum id est nobis in amicitia et
familiaritate coniunctum / Nisi enim per celebritatem
fame et conversationis honeste fuisset
nequaquam ipsum apostolus in sua fa-
miliaritatem admisisset / Item dixit
Cuius laus est in mundo sed in evan-
gelio quia non credunt de laude mundi
sed de gratia dei / Item dixit per omnes
synagogas sed per omnes ecclesias
Voluit enim famosus esse apud
bonos et non apud malos Ostenditur
igitur beatus Lucas fame celebris ex-
titisse Tum quia familiaritate
apostolica decoratus Tum quia evangelica
laude dignus Tum quia apud omnes
fideles acceptus / Ista autem luce mo-
rali lucebat ab exteriori quia sancti
viri bona opera sua non abscondunt
sed ad honorem dei et edificationem
proximi ea ostendunt Matthei 5 Ne-
que accendunt lucernam et ponunt

eam sub modio sed sup candela-
brum ut luceat omnibus qui in domo
sunt // Tercia est lux intellectualis
que est virginalis mundicia que ipsum
illuminat ab inferiori de qua dicitur
Sapie 4 O quam pulchra est casta
generatio cum claritate que propter tanto
dicitur intellectualis quia virginem esse
est proprium angeli non hominis licet ange-
lus cum hoc sit per naturam per aliquam
homo habet per graciam // Istam lucem
mundicie virginalis Iohannes lucas habuit
quia teste Ieronimo virginitatem perpe-
tuo custodivit habuit autem virgini-
tatem integram et perfectam labo-
riosissime acquisitam longani-
miter consummatam et dono sancti
spiritus confirmatam Integram quippe et perfectam
habuit quia habuit integritatem
carnis et puritatem mentis Ista
duo tangit Ieronimus dicens Hinc continen-
cia virginitate per amancius domino
valuit defendere / habuit virginitatem
laboriosissime acquisitam unde dicitur
in oracione Crucis mortificacionem
in suo corpore pro tui nominis portavit
habuit virginitatem longanimiter
consummatam unde dicit Ieronimus
Sine crimine uxorem numquam habens
neque filios octuaginta quatuor an-
norum / obiit in bithinia / habuit vir-
ginitatem dono sancti spiritus confirma-
tam unde et postquam Ieronimus dixit
obiit in bithinia statim subiunxit
plenus spiritu sancto Ideo ille virginibus
prudentibus que habuerunt istud for-
mentum assponso celesti fuit ad nup-
cias introducte scilicet ad regna celi Ista
autem lux virginalis mundicie ideo di-
citur ab inferiori quia mayorem re-
lucet in corpore quod est inferius respectu
anime Sapie viii Veni ad corpus
incoinquinatum // Quarta est lux

celestis que est spiritus sancti influ-
encia que ipsum illuminavit a superiori
de qua luce dicitur Actus 9 Circumfulsit
eum lux de celo Istam lucem cele-
stem beatus lucas habuit qui spiritu
sancto docente evangelium suum
scripsit unde dicit Ieronimus lucas
instigante spiritu in achaie partibus
scripsit evangelium de ista luce
celesti de super nobis infusa dicit
Psalmista Signatum est super nos lumen
vultus tui domine dedisti leticiam in
corde meo Spiritus enim sanctus per graciam
suam et animam illuminat Ideo dicit
lumen et animam sigillat ne dyabolus
manum prave suggestionis intromittere
audeat Ideo dicitur Signatum est
et animam deo assimilat ideo dicitur vultus
tui domine et animam letificat Ideo dicit
dedisti leticiam in corde meo Ipse
quadruplicem effectum et beatus
lucas habuit Spiritus enim ipsum illuminat
per celestem sapienciam et ipsum sigillat
per mentis et corporis integritatem
perfectam et ipsum letificat per iocun-
ditatem internam et ipsum sibi assi-
milavit per humilitatem et miam
spiritualitatis quibus deo assimulat iuxta
illud Luce 6 Estote misericordes
sicut et pater vester misericors est
Supponendo igitur quod beatus lucas fuit
socius cleophe euntis in emaus
quam opinionem Gregorius in moralibus recita-
tat In veniunt in christo ipso magna
in eo quod christum quem peregrinum cre-
debat ad hospicium invitavit Ista
autem celestis sapiencie Ideo dicitur
a superiori Et quia a deo descendit
Et quia superiori parti hominis infunditur
vel igitur dicitur lucas a luce quia
totus fuit lucidus / et ab interiori
luce celestis sapiencie et ab
exteriori conversacionis honeste Et

ab inferiori luce vel malis medicie
Et a superiori luce celestis gratie
Tertio commendatur a speciali ~~comme-
datione~~ curatione Cum dicitur ascen-
dens Ipse cum sit medicus et qua-
tuor beatitudinibus quas ponit
dominus dicens Luce vi Beati pau-
peres spiritu quoniam vestrum est regnum
celorum id est dei etc. Est enim primus
modus curandi per minutionem Et
isto modo curatur infirmitas avaritie
Istum modum tangit Cum dicit Bea-
ti pauperes etc. In minutione autem
sanguinis putridus totus est abi-
ciendus / superfluus autem diminu-
endus necessarius retinendus
Sanguis putridus sunt divitie
iniuste acquisite Iste ex toto
sunt abiciende Sanguis super-
fluus sunt divitie ad superfluita-
tem possesse Iste sunt diminuen-
de id est pauperibus erogande Sanguis
necessarius sunt divitie ad neces-
sitatem retente Unde vide hominem
facientem minutionem sanguinis
putridi secundum totum Luce 19 Si quem quid
defraudavi reddo quadruplum Unde
vide eundem facientem minutionem
sanguinis superflui secundum partem Ecce
inquit dimidium bonorum meorum
do pauperibus Unde vide hominem
abicientem ex toto sanguinem
putridum et sanguinem superfluum
et retinentem tamen necessarium 1 Thi 6
Habentes alimenta et quibus te-
gamur hiis contenti simus Secundus
modus curandi est per diete abstinen-
tiam per quam scilicet curatur infirmitas
gule quod notatur cum subdit Beati
qui nunc esuritis etc. Eccli xxxvii
Propter crapulam multi obierunt Qui
autem abstinens est adiciet vitam

Propter quod dicitur Luce xxi attendite
vobis ne graventur corda vestra crapula
et ebrietate Tertius modus curandi
est per sudorem quo sanatur infirmitas
inepte letitie Quod notatur cum dicitur
Beati qui nunc fletis quia ridebitis
Fletus enim aliud est fletus nisi quidam
sudor oculorum Sudat oculus per lacrima-
tionem Job 16 facies mea intumuit a fletu
et palpebre mee caligaverunt Sudat
cor per dolorem Eccli 22 pungens oculum
deducit lacrimas et qui pungit cor
profert sensum id est dolorem sensibilem
et amarum Quartus modus curandi
est per amare potionis sumptionem
quo sanatur infirmitas luxurie Et hoc
notatur Cum subditur Beati eritis
cum vos oderint homines et eiecerint
nomen vestrum etc. Afflictio enim quam
quis sibi sponte imponit vel quam
ab alio sustinet patienter amara potio
est Ysa 24 Amara erit potio bibentibus
illam Medicina autem penitentie Eccs. Cristus
est amarior ad bibendum tanto est
virtuosior ad curandum Sic et cura
temporalis quanto magis afflictas motus
contingit Eccli 11 Malitia unius
hore oblivionem facit luxurie ma-
gne Istas autem quatuor medicinas
in se assumpsit medicus scilicet Cristus
ut et nostras infirmitates sanaret
et ne egrotus eas recipere abhorreret
Ipse primo passus in pedibus et manibus
minutionem accepit Quadraginta diebus
et noctibus dietam observavit Fel et
acetum ad bibendum sumpsit Cristus
quendam laudabili conversatione cum
dicitur Carissimus Ipse cum sit cerus
regi id est Cristo Cum quia fuit eius
discipulus Verum sicut quosdam sunt
unus de lxxta duobus discipulis

vnde et illud ewangelium luce vi
depinxerunt duo et alios xij disci-
pulos in festo suo cantatur. Tercium quia
fuit eius notarius ex eo scilicet quod vitam
cristi notavit et scripsit ysa. viij. Su-
me tibi librum grandem et scribe in
eo stilo hominis. lex mosaica scripta
fuit tamquam stilo dei quia ibi manife-
statur dei potestas. Lex autem ewangelica
scripta est stilo dei et hominis quia ibi
continetur cristi divinitas et humanitas
et ideo est liber grandis quia gran-
des materias continet. Secundo fuit carior
sponse regis id est beate virgini. Tercium
quia eius fuit secretarius. Secreta
enim per amphidria que angeli et sola
virgo sciebat solus lucas descripsit.
Tercium quia eius pictor egregius fuit
dicit enim damascenus libro 4 quod
ipse pinxit ymagines cristi et matris
eius que rome habentur. Tercium quia
eius hystoriographus fuit. Descripsit enim
cristi annunciacionem concepcionem et cir-
cumcisionem. Tercio fuit carissimus filiis
regis id est apostolis. Tercium quia actuum
ipsorum diligens compilator fuit. Tercium
quia doctrine ipsorum fidelis auditor
fuit. Quarto fuit carissimus princi-
pi regis id est paulo. Tercium quia et
eius auditor devotus. Quintus enim
post fuit discipulus apostolorum postmodum
secundum Jeronimum paulum usque ad consumma-
cionem secutus est a quo simul cum
didicit et accepit. Ita quod plerique sus-
picentur ewangelium luce esse pauli
vnde jeronimus in libro de viris illustribus.
Quidam suspicantur quotienscumque
paulus dicit secundum ewangelium de luce
significare volumine. Tercium quia eius ta-
men individuus. ij Thi. 4 lucas est

mecum solus. 2 Cor. viij. Non
solum autem ergo sed qui ordinatus
est ab ecclesiis comes peregrinacionis
nostre hoc cum secundum glosam de luca
accipitur etc. /

Sequitur Sermo secundus de sancto luca

Lucas est mecum solus 2
Thi. 4. Lucas interpretatur e-
levans vel consurgens. In verbis
igitur premissis ostenditur quod beatus
lucas habuit mentis elevacionem
quantum ad deum in hoc quod dicitur ele-
vans. Secundo habuit omnis peccati im-
munitatem quantum ad se ipsum in
hoc quod dicitur consurgens. Tercio
habuit magne caritatis unitatem
quantum ad proximum in hoc quod dicitur
est mecum. Quarto quandam pro-
gativam ad suum officium in eo
quod dicitur solus. Habuit igitur ma-
gnam mentis ~~munitatem~~ eleva-
cionem in deum quia elevans interpretatur
ipse enim tamquam aquila a terrenis
se elevavit et ad deum pennam
contemplacionis volavit ut posset
dici de eo illud quod dicitur Job 39
Numquid ad preceptum tuum elevabitur
aquila. Vere nunquam si tam alte se
elevavit quia secum in se habuit
quia ipsum velociter volare et alte se
elevare faciebant. Habuit enim cor-
poris attenuacionem. Aves enim
que corporis ponderositate gravantur
velociter volare non possunt. Vnde dicitur
de eo in oracione. Crucis mortifi-
cacionem iugiter in suo corpore pro
tui nominis amore portavit. Et
in sermone qui per eius collectam legitur
sic habetur cum crucem suo corpori
assiduis lamentacionibus crebris-
que vigiliis membra sua mace-

rauus ipse induxit Secundo habuit
plumarum varietate .i. virtutum diu-
ersitatem ut posset dici de eo illud
Ezech. 17 Aquila grandis ma-
gnarum alarum plena plumis et
varietate etc. De varietate suarum
virtutum dicitur in sermone qui per eccle-
sias legitur Lucas inter angelorum
et gloriosorum apostolorum chorum
atque candentia virginum lilia et
incorruptibilia rosarum martirum
flores coruscat Dicitur namque
choruscare inter angelos et
virgines quia virgo extitit Inter
martires quia martirium per afflictionem
corporis sibi induxit Inter apostolos
quia euangelista et nuncius dei
fuit Tercio habuit alarum magni-
tudinem et ideo volabat sic in deum
eleuabat Iuxta illud ysa. 40 Qui
sperant in domino mutabunt forti-
tudinem assument pennas sicut
aquile current et laborabunt
et ambulabunt et non deficient
Iste sunt ille due ale de quibus
dicitur Apoc. 12 Date sunt mulieri
ale due aquile ut volaret in
desertum Iste due ale quibus anima
volat ad celum sunt oracio et
elemosina Supponendo autem
opinionem Gregorii quod lucas fuerit
socius cleophe ipse de vtraque
oracionem fecit quando dixit mane no-
biscum domine quem ad vesperascit etc.
Et elemosinam impendit quando
ipsum ad hospicium inuitauit Quarto
habuit aue sancti spiritus impulsi-
onem sanus cum que a vento im-
pellitur citius currit vnde dicitur
de cristo ascendente volauit super

pennas ventorum Et de sanctis
animalibus dicitur Ezech. 1 vbi erat
impetus spiritus illuc gradiebantur
Istam impulsionem spiritus habuit
lucas de qua dicit Ieronimus
Sancto in stigmate spiritu scripsit
euangelium Quinto habuit escam
intencionem sanus cum que ad destina-
tam escam peruenit citius currit
Job 39 Sicut aquila volans ad
escam Math. 24 Vbicumque fuit
corpus ibi congregabuntur aquile
Esca ad quam lucas festinabat
fuit deus ad quem per ardencia
desideria se eleuabat Vnde dixit
ipse et cleophas Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis etc. Sexto
habuit omnis impedimenti caren-
ciam sanus cum que libere volat ve-
locius volat Et lucas libere se ad
deum eleuabat quia nullum impe-
dimentum habebat nec peccati quia
secundum Ieronimum sine crimine fuit nec
terrene cupiditatis quia omnia terrena
reliquit Et ideo potest dicere
cum apostolo illud Hebr. 12 Depone-
tes omne pondus et circumstans nos
peccatum per pacienciam curramus ad propositum
nobis certamen Bene igitur lucas ele-
uatus intelligitur quia ad deum se ve-
lociter eleuauit ex eo quod fuit et cor-
pore attenuatus et plumarum va-
rietate circumdatus et alarum magni-
tudine dotatus et vento sancti spiritus
impulsus et ad escam desiderabilem
destinatus Et ab omni impedimento
expeditus Septimo sequitur omnis peccati
immunitatem in eo quod intelligitur
consurgens quia ab omni peccato.

consurgit peccatum cum propter suam
ponderositatem non permittit surgere
Cuius ponderositas manifestatur
Tum quia ad aliud trahit Gregorius
peccatum quod per penitentiam non diluitur, protinus
mox suo pondere ad aliud trahit
Tum quia ad infernum demergit
Exo. 15 Submersi sunt quasi plum-
bum in aquis vehementibus Tum
quia deum fatigat et premit Ysa. 1
Laboravi sustinens. Tria autem
ponderosa sunt et comprimunt peccatum
scilicet superbie luxurie et avaritie
De peccato superbie patet quia deus
habet invincibilem fortitudinem
Job 9 Si fortitudo queritur robu-
stissimus est Celum autem firmissime
soliditatis Job 37 Tu for-
sitan cum illo fabricatus es ce-
los qui solidissimi quasi ere
fusi sunt Terra perpetuam solidita-
tem Ecc. 1 Terra autem in eternum stat
Et tamen superbia est a deo ponderosa
ut deus qui tantam habet for-
titudinem ipsam potuit sustinere
Luce 10 Videbam sathanam sicut
fulgur de celo cadentem Item
terra que tantam habet stabili-
tatem ipsam potuit tollerare Unde
dicitur de superbis dathan et abi-
ron Num. 16 Disrupta terra
sub pedibus eorum et aperiens
os suum devoravit eos Peccatum
vero luxurie est ponderosum
quia animam deicit usque ad animalia
bruta Proverbiorum 7 Velut bos sicut equus
et mulus in quibus non est intellectus
usque ad inmundam putredinem Joel 1
Computruerunt iumenta in sterco-
re suo usque ad stercus vilissimum
Ecc. 10 Omnis mulier que est for-
nicaria quasi stercus in via con-
culcabitur Castitas autem elevat
animam usque ad celestem vitam
Unde ipsa comitatus a Jeronimo
celibatus vocatur usque ad dignitatem
angelicam Math. 22 In resur-
rectione neque nubent neque nu-
bentur sed erunt sicut angeli dei
in celo usque ad cognitionem divinam
Sapientie 6 Incorruptio facit esse proxi-
mum deo Peccatum avaritie est valde
ponderosum et animam deicit et
comprimit Tum quia homines in terram
supra se capite facit Psalmus Oculos su-
os statuerunt declinare in terram
Tum quia animam in terram convertit Osee
9 Facti sunt abhominabiles
sicut ea que dilexerunt Tum quia
terram super caput ponit Amos 9
Avaritia in capite omnium horum ante
quidam male acquirunt sicut rapto-
res et usurarii Contra quos dicitur
Abacuc 2 Ve qui multiplicat
non sua Quidam male retinent
sicut immisericordes et impii sicut
ille qui dicebat Luce 12 Anima
mea habes multa bona in annos
plurimos reposita etc. Quidam male
expendunt sicut gulosi luxuriosi
et prodigi Sicut erat ille de quo
dicitur Luce 16 Homo quidam erat
dives etc. Et male acqui-
sierat Quia sicut dicit Augustinus Omnis
dives aut iniquus aut heres iniqui
Et male retinebat quia Lazaro
mendico etiam micas non dabat Et
male expendebat quia cottidie sple-
dide manducabat Ab isto triplici pec-
cato ponderoso liberat Christus qui
consurgens [?] totaliter consur-
git a peccato superbie quia prestam[?]

humilitatem habuit Secunda scilicet
quia sub nomine cleophe socii apparuit
et sua ex humilitate conticuit Tercio pre-
cate luxurie Quarta secundum Jeronimum virgi-
nitatem habuit et perpetuam conservavit
a peccato avaricie quia numquam ac-
quisivit eo quod erat medicus cor-
porum et inde multa sibi acqui-
rebat lucra licet male retinuit
quia omnia ad pedes apostolorum seu
discipulorum posuit licet gulose
consumpsit sed carnem suam ieiuniis
et abstinenciis maceravit Tercio
habuit magnam caritatem quantum
ad proximum eius dicitur est meum
Sicut autem tunc cum apostolo fuit ita
et modo nobis non deseruit sed no-
biscum quadrupliciter remansit
scilicet per desideria sua per verba sua per
exempla sua et per auxilia sua
Ipse cum dum vixit quatuor precia
habuit fuit cum carissimus / fuit et
medicus de istis et duobus dicitur
Collo. 4 Salutat vos lucas me-
dicus carissimus / Fuit fama et opi-
nione preclarus 2 Cor. viij° misi-
mus fratrem nostrum scilicet lucam secundum
glosam cuius laus est in evangelio
per omnes ecclesias fuit et fidelis so-
cius 2 Cor. viij° ordinatus est
ab ecclesijs comes peregrinationis nostre
Quia igitur fuit carissimus re-
mansit nobiscum per desideria sua
Quia medicus remansit nobiscum
per verba sua Quia fama preclarus
remansit nobiscum per exempla sua
Quia fidelis socius remansit no-
biscum per adiutoria sua Ille autem
est deo carissimus qui est valde
affectuosus / Fuit in hac vita mi-
seria etiam Talis fuit lucas qui

tam affectuosus existit quod
desideria ardentia habuit Luce vltimo
Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis dum ipse etc Et quia tam affectuo-
sus fuit in hac vita misera etiam
quod est affectuosus in vita eterna et sua
desideria sua nobis dat et nostram
salutem nobis exoptat unde quod
tunc dicit apostolus Salutat vos lu-
cas modo etiam dici potest veraciter vos
cum salutat id est salutem eternam
nobis exoptat deus cum desideria
sanctorum cito exaudit psalmus De-
siderium pauperum exaudivit dominus
Apocalipsis viij° Ascendit fumus incen-
sorum de orationibus sanctorum coram
deo desideria cum sanctorum dicuntur
fumus incensorum Quia et de cor-
de inflammato procedunt et sursum
ad celum ascendunt et bonum tamen
odorem faciunt Secundo quia fuit me-
dicus nobiscum remansit per verba sua
anime languescentis sunt medicina e-
ius cum verba nostram cecitatem
curaverunt et viam ad celestem
patriam monstraverunt unde dicitur
in sermone qui de eo ~~loquitur~~ legitur
per ecclesias Beatus lucas qui insignis
lucifer ab orientalibus partibus
remittens nobis lumen fidei et
celestis itineris patenter scandere
callem demonstravit unde beatus Jacobus
ostendit verba sua et aliorum
talia esse medicinam quia et cecitate
illuminant et viam salutis eterne
demonstrant. Jo. vltimo Hec autem
scripta sunt ut credatis quia ihesus
est filius dei et ut credentes vi-
tam habeatis in nomine ipsius Tercio
quia fuit preclarus remansit
nobiscum per exempla sua vos

cum in hoc seculo sobrie pie et iuste
viuere debemus sicut dicitur Thi[moth]e[um] 2
Sobrie quantum ad nos pie quantum
ad deum Iuste quantum ad proximum
Ad ista tria habenda beatus lu-
cas suo nos informauit exemplo
Ipse enim vixit sobrie quantum ad
se quia crucis mortificationem in suo
corpore portauit / virginitatem ser-
nauit / vixit pie quantum ad deum
quia circa pietatem cultus diui-
et fidei excellenter clarvit / vixit
iuste quantum ad proximum quia in suo
superiori dabat obedienciam sicut pau-
lo cui tanquam fidelis discipulus
semper in omnibus obediuit Et suo equali
dabat concordiam sicut cleophe cum
quo in emaus concordiam iniit et con-
cordiam tenuit Et suo inferiori suis
dedit doctrinam quia per euangelium
fidem docuit et predicta apostolorum mo-
res instruxit Secundo quia fuit
fidelis socius remansit nobiscum
quantum ad auxilia sua Ipse enim per
merita et orationes suas nobis sepe
auxiliatur vnde potest dici de eo illud
2 Mach[abeorum] 15 Hic est fratrum noster
amator et populi israel hic est qui
multum orat pro populo et pro vniuersa ci-
uitate Vnde legitur in hystoria anthi-
ochia Quod cum a turcis essent
obsessi apparuit eis quidam vir lu-
cidus et thorisatus dicens se esse
lucam euangelistam qui de an-
thiochia veniebat vbi deus militiam
celi et apostolos et martires congregauit
ut pro suis peregrinis pugnaret Et
precepit igitur lucas cum eis ut contra tur-
cos ad bella procederent Sed cum illi
trepidarent ante eos se posuit
et victoriam magnam fecit Tercio
fuit quasdam prerogatiuas legitur

habuisse Fuit enim pictor imaginum
Medicus corporis et animarum Compi-
lator librorum et notarius plurium
pictor quidem imaginum fuit vnde
dicit Io[hannes] damas[cenus] li[bro] 4 accepimus
lucam euangelistam pinxisse
domini et matrem eius et horum
imaginum habere romanorum fa-
mosam ciuitatem Ideo potest
dici de eo illud Ecc[lesiastici] 38 Assiduitas
eius variat picturam cor suum
dabit in similitudine picture
et vigilia sua perficiet opus Secundo
fuit medicus corporis et animarum
Quod enim fuit medicus corporum
dicit Ieronimus in prologo super lucam
Lucas syrus natione anthio-
chensis arte medicus Et fuerit
medicus animarum testatur Idem scilicet
dicens Sed Actus apostolorum medicam
quidem videntur sonare historiam
sed si nouerimus scriptorem eorum
esse medicum aduertimus omnia illa
anime languentis esse medicinam
Ideo potest de eo dici illud Ecc[lesiastici] 38
vnguentarius faciat pigmenta
suauitatis quantum scilicet ad medicinas
corporum et vnctiones perficiet sua-
nitatis quantum scilicet ad medicinas
animarum Tercio fuit compilator et
scriptor librorum compilauit enim
et scripsit euangelium actus apostolorum
et epistolam ad hebreos prout
ab ore pauli audiuit vnde potest
dici de eo illud Ecc[lesiastici] 12 Quesiuit
verba vtilia et scripsit sermones
rectissimos ~~quantum ad actus apostolorum~~
et veritate plenos verba quidem
vtilia que sunt quantum ad euangelium
Conscripsit sermones rectissimos
quantum ad actus apostolorum quos compilauit
ac veritate plenos quantum /

Tertium ad epistolam ad Hebreos
quam scripsit sicut ab ore
pauli audiuit Quarto fuit no-
tarius plurium scilicet christi quia eius
genealogiam conceptionem natiui-
tatem infanciam predicationem passio-
nem resurrectionem et ascensionem
fideli stilo scripsit psalmus lingua
mea calamus scribe velociter
scribentis / Quintus fuit notarius beate
virginis quia scripsit eius secre-
ta / Sextus fuit notarius apostolorum quia
scripsit eorum gesta / Septimus fuit notarius
specialis pauli quia consecutus est
fideliter acta eius Nec mirum
si iste notarius tot et tanta opera
scribere sciuit quia ad hoc qua-
tuor magistros habuit Primus fuit
spiritus sanctus de quo dicit Jeronimus
Sancto instigante spiritu in achaie
partibus scripsit euangelium Secundus
fuit virgo beata que verba angeli
et pastorum que in corde suo
et ceterorum conferebat sibi ma-
nifestauit Eccli 17 Obuiauit ei
luce quasi mater honorificata
et quasi mulier a virginitate sus-
cepit illum Cibauit illum pane
vite et intellectus Tercius fuit ceterus
apostolorum ceterum Jeronimus Lucas non
solum ab apostolo paulo didicit euangelium
qui cum domino in carne non fuit
sed eciam a ceteris apostolis quos ipse
quoque in principio voluminis declarat
dicens Sicut tradiderunt nobis qui
a principio viderunt et ministri fue-
runt sermonis Quartus fuit paulus
apostolus vt secundum Jeronimum in libro de
viris illustribus Et vtique paulus
in suis epistolis secundum euangelium meum
dicit de euangelio luce intelligit

Sermo tercius de sancto luca

Primum animal simile leoni secundum
animal simile vitulo et tercium animal
habens faciem quasi hominis quartum
animal simile aquile volanti Apocalipsis 4
Per ista quatuor animalia quatuor euangeliste
signantur per leonem signatur marcus
per vitulum lucas per hominem ~~johannes~~
matheus per aquilam johannes
Horum autem racionem quidam nobis dedit
dicens videamus Marcus namque per leo-
nem signatur Leo cum in deserto
rugit precipiti saltu incedit leonculos
tercia die suo rugitu reuiuiscere facit
Sic beatus marcus euangelium suum incipit
a rugitu predicationis Johannis precursoris per
leonem signatur marcus Quia sicut
leo terribilem vocem in deserto emi-
ttit Sic marcus a voce in deserto
incipit dicens vox clamantis in
deserto Consequenter est saltu compendio-
se abreuiationis Crisostomus Marcus
compendiosam et breuem narracionem
facit in quo magistrum suum imitatus
est scilicet petrum breuitati studentem
Sicut autem in voce patris resus-
citacionis quia apercius de resurrectione
ceteris euangelistis est locutus Et
cum pater filium suum tercia die a mor-
tuis resuscitauit dicens Exurge gloria
mea Exurge psalterium et cythara
etc Ideo eius euangelium in pascha
legitur ex eo quod tam apte de resur-
reccione loquatur Nichilominus tamen
quilibet homo iustus significari per
leonem potest Leo cum est animal forte
et nobile / fortitudo autem eius atten-
ditur in capite in pectore in corde
et in vngue Sicut in capite per
securitatem in pectore fortitudinem
et in corde magnitudinem et in
~~vng~~ vnguibus sanitatem Sic
et homo iustus debet esse primus

in capite sensualitati per rationem
fortis duando. Job 9 Constituetis eum
in caput gentium. per gentes intelli-
guntur cogitationes gentiles et car-
nales sapientes super quas caput
rationis debet constitui et eis princi-
pari debet quasi fortis in pectore
ipsum a pravis cogitationibus muniendo
Apoc. 15 Exierunt septem angeli
precincti circa pectora zonis aureis
Zona est zona aurea ipsi caritas
preciosa qua si pectus precingitur nullis
malis cogitationibus aditus indul-
getur. Ideo monet sponsus Cant.
8º Pone me ut signaculum super
cor tuum. Debet quasi magnanimus
in corde aggredi dicendo ardua
Ascensiones in corde suo disposuit
Iustus est cum ascensiones suas
in corde suo disponit ipse de virtu-
te ad virtutem ascendendo propter
unguem omnia vicia lacerando. Mili-
tes sunt cum ungues lacerantes
quam palpationes adulantes
Proverb. 27º Meliora sunt
vulnera diligentis quam fraudulen-
ta oscula odientis. Non omnis
qui parcit amicus est nec omnis
qui verberat inimicus est. Melius
est diligere cum severitate quam
decipere cum lenitate. Item dicunt quod
leo sit fortis tamen quatuor timet
rotam plaustri. Aliud timet scilicet
ignem accensum strepitum rotarum
et gallum album. Quartum cum quod
timet scorpionem venenosum
Si quidem homo iustus timet con-
cupiscenciam titillantem carnem
inflammantem mundum precipien-
tem dyabolum persequentem. Sed dyabolus
aliquando persequitur per apertam mali-
ciam et tunc est scorpio venenosus
aliquando per fraudulenciam et tunc
est albus gallus quia in corde cantat

malas suggestiones immittendo
albus sub specie boni decipiendo
Sed homo iustus habet quatuor contra
dei auxilia unde potest dicere
cum propheta Dominus illuminatio mea et
salus mea quem timebo. Contra non
cum timet demonis fallaciam
qui habet deum illuminantem. Ideo
dicit Dominus illuminatio mea. Contra de-
monis maliciam qui habet deum
salvantem. Ideo dicit Et salus
mea quem timebo. Contra mundi
pressuram qui habet deum protegentem
Ideo subdit Dominus protector vite
mee a quo trepidabo. Contra car-
nis concupiscenciam qui habet deum
Ideo subdit Dum appropinquant
super me nocentes ut edant car-
nes meas. Eciam est alia nobilitas
cuius nobilitas attenditur in qua-
tuor scilicet quia predam solus non
comedit. Item datur ius in duobus quia
in feminas. Sic eciam iustus debet
audire hic liberalitatem in co-
municando. Ezechia dicit auctor
Eccl. 11 Inveni requiem michi
et nunc manducabo de bonis
meis solus. Pietate impendo
Eccl. 22 Viri mei sunt quorum
pietates non defuerunt. 3 Reg. 20
Audivimus quod reges domus Israel cle-
mentes sunt. Bonitatem miti-
gando Job 30 Compaciebatur
anima mea pauperi. Et magnani-
mitatem in puniendo quia prelatus
severus debet punire tyrannos
fervientes quam pauperes mendicantes
Sed de multis potest dici illud Math.
23 Ducentes ceci excolantes culi-
cem camelum glucientes. Item
per culicem nisi pauperem et quid
per camelum intelligunt nisi tyran-
num et potentem. Item contra culpas

pauperum subtiliter examinant. Ca-
melum etiam glutiunt quia vitia ij-
animorum per tusierunt et absconderunt
sedo per bonem sive per vitulum si-
gnatur beatus lucas Bos enim comen-
dabilis est quantum ad sacrificium inte-
rum mansuetudine et laborem
Tertium quantum ad sacrificium tertiam
legem bos in sacrificium deo imolabatur
Sic beatus lucas bos dicitur ratione
sacrificij Primum quia carnem suam
per crucis mortificationem deo hostiam
tradidit Secundum quia cristi sacerdo-
talem generationem et passionem in qua
deo se sacrificium ~~deo~~ obtulit ma-
gis euidenter disseruit Tertium quia
circa templum in principio sui euan-
gelij in medio et in fine immoratus
fuit Istam rationem ultimam assignat
glosa super lucam dicens initio lucas
inter duo animalia vitulo comparatur qui
scilicet ad hostias deputatum circa templum
magnitudine et jerusalem narrationis
sue initium dicatur In principio sa-
cerdotem collocat ad aram orantem
pro populo foris stantem mariam
recepto duo ierusalem mittit ad
domum pontificis ubi baptistam
natum refert illuc dominum natum
cum hostia differt illuc cum pue-
rum ducit duodennem inter templo
chos doctorum inserit post cetera
talia discipulos deum laudantes in
fine euangelium sui concludit Ergo
etiam iustus debet esse bos ratione
sacrificij quia corpus suum debet
macerare ne lasciuiat in principio
in medio et in fine id est in iuuentu-
te viri etate et senectute Secundo
commendabilis est bos quantum ad
suum incessum quia non saltu vadit
sed mature incedit De cuius inte-
ssu dicit gregorius super illud ezechielis primo
planta pedis quasi planta pedis vituli
scilicet mature incedens fortis et diuisa
De quo habetur quod lucas in suo euangelio
incessit mature fortis et diuise Ma-
theus quidem quia introducit precurso-
rem regis post ea inceptione regis /
de conceptione processit ad natiuitatem
de natiuitate ad infantiam ./. luce 2 /
post quam completi sunt dies octo et cir-
cumcideretur puer Et infra Cum inducerent
puerum ihesum in templum De infantia
ad pueritiam / luce 3 / Cum factus
esset ihesus annorum duodecim etc. De
pueritia ad iuuentutem dicens / luce 3 /
Erat ihesus incipiens quasi annorum
triginta De iuuentute ad consumationem
./ luce 23 / Clamans ihesus voce ma-
gna dixit In manus tuas domine
commendo spiritum meum Et hoc dicens
expirauit Incessit etiam in suo euangelio
fortis alij euangeliste fortis incepe-
runt sed non fortis finierunt Ma-
rcus autem et johannes narrationem
suam finierunt in cristi resurrectione
nichil agentes de ascensione nec
agens de iudiciaria potestate Lucas non
tam in euangelio quam in actibus
omnia per ordinem consecutus Incessit etiam
in suo euangelio diuisim quia nar-
rationem precursoris et regis non commi-
scuit sed diuisim et separatim utramque
posuit Matheus cum agens de annuncia-
tione precursoris accedit ad annuncia-
tionem regis Agens de natiuitate
precursoris accedit ad natiuitatem
regis Agens de presentatione precursoris
accedit ad presentationem regis Homo
etiam iustus debet esse bos ratione
incessus quia debet incedere mature
fortis et diuisim Mature non festi-
natione sed cum maturitate operando

Quia sicut dicitur proverbiorum [?] Substantia
festinata minuetur que autem paulatim
colligitur monetur / Tertio in bonis operibus
perseverando proverbiorum 12 / Manus for-
tium dominabitur / Quinto in bona a malis
et magis bona a minoribus separando
Ieremie 17 [?] / Si separaveris preciosum a vili
quasi os meum eris Tertio bos commen-
dabilis est quantum ad mansuetudinem
quia licet pressus stimulis fatigatus
clamoribus lassatus non murmurat
non reclamat Sic etiam sancti viri
Christi licet premuntur adversitati stimulis persecu-
tionis tyrannide vel flagellationis
domini lacessiti clamoribus iniurie non
murmurant in ore patiuntur sudant
in corde Iuxta illud quod cantat ecclesia
Non murmur resonat non querimonia
Quartus bos commendabilis est quantum
ad laborem quia terram scindit terre
inserit et grandia pondera trahit
Sic homo iustus debet cor suum
scindere per contritionem Iohel 2 Scindite
corda vestra et non vestimenta vestra
Debet trahere per confessionem ubi con-
teruntur plaustra palee peccatorum Ysa. 27
Triturabitur moab sub eo sicut te-
runtur palee in plaustro Debet trahere
pondus per satisfactionem Sed multi sunt
qui prava pondera trahere nolunt Contra
quos dicitur leuitici 19 / Nolite facere
aliquid iniquum in iudicio in regula
in pondere in mensura Multi sunt
qui inique iudicant inique regulant
inique ponderant et inique men-
surant Ille inique id est non eque iu-
dicat qui dat se dyabolo et sua deo
dyabolo iuventutem et deo senectutem
deo fidem et dyabolo operationem / Ille
non eque regulat qui ad volunta-
tem suam que est tortuosa et contra
vitam suam disponit et non ad vo-
luntatem dei que est recta dirigit
Ille non eque ponderat qui confessa
peccata committit et levem penitentiam
facit Ille non eque mensurat qui
congregat cumulum peccatorum et sustinere
non vult parvam mensuram penarum
Tertio per faciem hominis signatur ma-
theus homo quidem conpetat [?] quantum
ad sex status scilicet progeniem conceptionem
nativitatem vitam mortem et statum
post mortem In istis autem evangeli-
stas Matheus Christum quantum ad istos
status describit ostendit quidem
eius progeniem fuisse gloriosam quia
descendit a patriarchis regibus et
prophetis cum dicit In principio sui
evangelii Liber generationis Iesu Christi
filii David etc Secundo eius conceptionem
fuisse miraculosam quia non est facta
naturaliter sed substantialiter non de semine
humano sed de spiritu sancto unde dicit
in sequentibus antequam convenirent inven-
ta est in utero habens de spiritu sancto Et
angelus quod enim in ea natum est de spiritu
sancto est Tertio ostendit eius nati-
vitatem fuisse gloriosam quia mox
ut fuit natus fuit gloriose a regibus
adoratus Quarto eius vitam fuisse
gratiosam quia tota fuit gratiosa
in verbis in miraculis in exemplis
In verbis quidem per que nos docuit sicut
patet in sermone que fecit in monte
In miraculis per que incredulos ad
fidem convertit Et in exemplis per que
nos utiliter informavit Iuxta illud
Math 11 / Discite a me quia mitis
sum et humilis corde Quinto ostendit
eius mortem fuisse dolorosam
Iuxta illud Math 26 / Cepit contristari
et mestus esse Ibidem Tristis est anima
mea usque ad mortem Sexto ostendit
eius resurrectionem fuisse gaudiosam
Quod signat angelus qui coopertus

sola alba apparuit unde dicit Crisostomus
candor et cum vestem splendorem
dicat nive solempnitatis Quarto
aquilam signatur Johannes evangelista Aquila
enim commendabilis est quantum ad vola-
tum raptum visum nidum et reno-
vationis modum In volatu quia habet
sublimitatem quia altissime volat
et Johannes altissime volavit Cum
enim sint tres species visionis scilicet corpora-
lis imaginativa et intellectualis Jo-
hannes corporali visione volavit alte
qua cognovit humanitatem verbi
cum dixit In principio sue epistole
Quod audivimus quod vidimus oculis
nostris quod perspeximus Et visione
imaginaria volavit altius per quam
vidit descriptionem corporis mistici
ibi unde dictum fuit sibi Apocalypsis 1
Quod vides scribe in libro et mitte
septem ecclesiis Et visione intellectua-
li volavit altissime per quam vidit in-
quantum fuit possibile divinitatem verbi
dixit In principio erat verbum Et se-
cundam visionem adeptus est per corporalem
Christi instructionem Joh 13 Vos voca-
tis me magister et domine Et tertiam
per angelicam illuminationem unde dictum
fuit Dan 8 Gabriel fac istum
intelligere visionem Tertio per spiritus sancti
inspirationem Quia sicut dicitur Job 32
spiritus est in hominibus et inspiratio
omnipotentis dat intelligentiam Secundo
aquila commendabilis est quantum ad
raptum quia predam solam non comedit
sed ceteris avibus participat paulus predam
quam in tertio celo rapuit sola comedit
quia homini non revelavit Johannes autem
solus non manducavit quia equaliter
sibi scripta et alios docuit Ezech 17
Aquila grandis et cetera et infra venit
ad libanum id est ad deum sublimem et
altum et tulit medullam cedri

id est divinitatem verbi et supplantavit
eam in terram Canaan id est in hoc mundo
Chanaan enim interpretatur commutatus
et signat quantum mundum in qua posuit
dicitur Rom 1 Homines veritatem dei
in mendacium commutaverunt Tunc eam
supplantavit quando dixit In principio
erat verbum Ista tertia aquila non
venabatur de vicinia sed de valle
remota Talis cum evangeliste ve-
nati sunt in vicino id est in mundo
scribentes Christi humanitatem Iste
autem venatus est in celo scribens
Christi divinitatem Augustinus de concor-
dia evangelistarum Talia tria per
que tres alii evangeliste designantur
mystica grandiuntur quia in hiis ma-
xime occupati sunt que Christus
in carne operatus Johannes autem
super nubila infirmitatis humane
velud aquila volat etc Isto autem
raptu aquile secundo quia est que-
dam aquila que terrena rapit in aere
et hec est generosior quedam et hec
nunc quedam autem in aqua habi-
tantes et hec adhuc est nunc Et
quantum ad hec aquila dyabolum represen-
tat Est enim quidam demon qui
terrena rapit in terra laquea avaritie
sicut mamona Ideo dicitur Ysa 24
Formido et fovea et laqueus super
te qui habitator es terre Alius
qui rapit in aere eos celestes
superbie sicut lucifer Ps 1 Ex-
pendit retia pedibus meis quantum
me terreret sunt Et isto tamen retia
superbie viri sancti qui sunt oculati
et pennati non rapiuntur Prover 1
Frustra iacitur rete ante oculos
pennatorum Alius est qui rapit
in aqua cum sagena luxurie sicut

Asmodeus. Ecce in conmuni amaritatem morte mulierem que laqueus venatorum est et sagena cuius. Abakuk i. Totum in hamo sublevavit et traxit illud in sagena. Tertio aquila commendabilis est quantum ad visum tante quidem videt ita solem in sua rota clare irreverberata conspiciat. Sic et Johannes acutissime vidit verbum dei Patri cum ipsum vidit per creata ut visibilia in quibus invenitur dei vestigium. Vidit per creata invisibilia quibus lucet quasi per speculum. Vidit per enigmata occulta in quibus patet per allegorie secretum. Sed vidit per ipsum lumen divinum. Ut In principio erat verbum etc. Quarto aquila commendabilis est quantum ad nidum. Nam super plumam in nido suo reponit duos lapides preciosos scilicet ethitem et etiatem et cum quendam lapidem indicum. Unus autem ex istis lapidibus aquilarum partum facit, alius a morsu serpentis pullos custodit. Tercius autem contra nimium estum temperamentum inducit. Iste nidus est sancta ecclesia in cuius fide quilibet debet et vivere et mori. Job xxix. In nidulo meo moriar. In isto nido ecclesie Johannes posuit tres lapides scilicet evangelium apocalipsim et epistolas. Unus lapis scilicet evangelium a morsu hereticorum defendit. Unde cum Johannes fuit in pathmos insula relegatus et diverse hereses surrexissent rediens evangelium suum scripsit in quo omnes hereses eliminavit. Petrus damianus. Destinatur Johannes in exilium pertinacis heretice fidei puritatem corrumpit confundit ubique tractatur ecclesia vacillat fides plurimi naufragantur. Redit Johannes et quos invenit errantes ad sinceritatem fidei revocat sacramentum. Alius lapis scilicet apocalipsis ab estu tribulationum protegit. Ibi enim ostendit qualiter sancti in hoc mundo tribulationibus premuntur et qualiter post modum in regno dei glorificantur. Apocalipsis i. Ego Johannes frater vester et particeps in tribulatione regno et patientia in Christo Jesu. Tercius lapis scilicet epistole caritatem ad spiritualem (?) honorum operum inducit. Unde dicitur i Johannis ii. In hoc scimus quoniam cognovimus eum si mandata eius observemus. Qui dicit se nosse deum et mandata dei non custodit mendax est. Unde ad bene operandum modo inducit infantes modo adolescentes modo iuvenes modo senes sicut patet ibidem. Quinto aquila commendabilis est quantum ad renovationis modum. Nam secundum Augustinum cum sensit in alis gravedinem in oculis caliginem in rostro duriciem ita quod se cibare non potest exusta radiis solis in fontem se precipit et sic accipit in alis agilitatem in visu claritatem in rostro habilitatem. Sic Johannes volans altissime usque ad solem iusticie exustus igne caritatis immense immersus est in abissum veritatis infinite. Et sic renovatus est in alis quia altissime volavit. Job xxxix. Numquid ad preceptum tuum elevabitur aquila. In oculis quia acutissime vidit. Job [illegible] de longe oculi eius prospiciunt. In rostro quia delicatissime se cibavit. Deum unde contemplatur eternum etc.

Sequitur

Sermo quartus de sancto Luca

In medio sedis et in circuitu sedis quatuor animalia plena oculis ante

et tercio per unum similitudine leoni secundo apoc. iiii. Et istis sanctis animalibus per que quatuor evangeliste designantur quatuor hic determinantur a Iohanne Prima est corpore unum figura oculis et aliis rebus (quarum ipsorum est quilibet quatuor esse describitur) voluit quidem deus ut ipsi evangeliste quatuor essent multiplici ratione Prima est ad innuendum quod quatuor plagis mundi scilicet orientali occidentali australi et aquilonari predicaturi erant predicatores et gentes ad fidem cristi de diversis regionibus congregare. post. De regionibus congregavit eos a solis ortu et occasu ab aquilone et mari Secunda est ad innuendum quod predicatores verbi dei non debent esse rotundi seu rotundi i. volubiles per inconstantiam sed firmi per constantiam figura cum quadrata stabilis est et Prima predicatores namque veteris testamenti sicut scribe et pharisei fuerunt tanquam lateres scilicet decocti per concupiscentiam avaritiam Secundo per caritatem proximi et longi per acquisita laudis humane Sed predicatores novi testamenti fuerunt tanquam lapides quadrati et vivi Unde dicitur ys. 9. lateres ceciderunt sed quadris lapidibus reedificabimus Tertia est ad innuendum quod debent habere fidem spem caritatem et opera bona que quidem faciunt animam quadratam unde dicit Aug. Contrita credis tu speras Contrita credis et speras tu diligis Contrita credis speras et diligis tu operaris Quarta est ad significandum quod debent habere quatuor dimensiones debent enim esse alti per contemplationis sublimitatem profundi per humilitatem longi per perseverantiam lati per caritatem amplam De hiis quatuor dimensionibus dicitur Ephe. 3. In caritate radicati et fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo longitudo sublimitas et profundum Quinta est ad significandum quod debent habere quatuor virtutes cardinales que animam stabiliunt et confirmant prudentia enim retinet animam in veritate ne ab ea recedat aut per errorem aut per cupiditatem Temperantia animam tenet in necessitate ne ab ea recedat aut per diminutionem aut per superfluitatem Fortitudo animam tenet in equalitate ne ab ea recedat aut faciendo alteri quod odit sibi fieri aut non faciendo alteri quod vult sibi fieri Sexta est ad significandum quod debent habere quatuor affectiones ordinatas scilicet gaudium dolorem spem et timorem ut scilicet non gaudeant de seculi prosperitate sed de consciencie puritate iuxta illud 2 Cor. 1. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre Item doleat de amissione ne temporali rei sed de offensa dei Sicut dolebat propheta qui deum offenderat .P. Dolor meus in conspectu meo semper Item timeant mundi adversitatem sed dei punientis severitatem Unde sicut dicitur hebr. 10 horrendum est incidere in manus dei viventis Item ponat spem in mundo vel in homine terreno sed in deo eterno Ieremie xvii Beatus qui confidit in domino et erit dominus fiducia eius Septimo videndum est de speciebus et faciebus ipsorum animalium

Quia unum erat simile leoni aliud vitulo aliud homini aliud aquile volanti. Per quas quidem quatuor facies signatur ipse christus vel ipsi evangeliste vel ipsi fideles vel quatuor virtutes cardinales vel ea que ipsi evangeliste erant predicaturi. Per illas enim quatuor facies signatur christus nascens moriens resurgens et in celum ascendens. Istam rationem assignat Gregorius dicens: Ipse unigenitus dei filius veraciter factus est homo. Ipse in sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori ut vitulus. Ipse per virtutem sue fortitudinis resurrexit ut leo. Ipse etiam ascendens in celum est elevatus ut aquila. Secundo per illas quatuor facies signantur quatuor evangeliste. Quarum rationem assignat Gregorius dicens: Quia ab humana generatione cepit, iure per hominem Mattheus; quia per clamorem in deserto, recte per leonem Marcus; quia a sacrificio exorsus est, bene per vitulum Lucas; quia vero a divinitate verbi cepit, digne per aquilam signatur Iohannes. Tertio per has quatuor facies intelliguntur fideles. Istam rationem tangit glosa super Ezechielem. Quidam enim eorum sunt mansueti et rationabiles ut homo; quidam sunt contra adversa fervent[es] ut leo; quidam se mortificantes ut vitulus; quidam celestia petentes ut aquila. Quarto per has quatuor facies intelliguntur quatuor virtutes cardinales. Per leonem enim signatur fortitudo, Proverbiorum 30: Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum. Per vitulum signatur temperantia que corpora nostra hostiam deo facit, Ad Romanos 12: Obsecro vos per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem sanctam deo placentem. Per aquilam que habet visum acutum signatur prudentia. Cuius secundum [illegible] est invigilare rebus disponendis. Per hominem signatur iustitia que secundum Senecam est vinculum societatis humane. Quinto per has quatuor facies signantur ea que viri evangelici debent predicare. Debent inducere fideles ad dei timorem et tunc habent faciem leonis, Amos 3: Leo rugiet quis non timebit. Secundo ad carnis mortificationem et tunc habent faciem vituli, Colossenses 3: Mortificate membra vestra que sunt super terram. Tertio ad celestium contemplationem et tunc habent faciem aquile, Apocalypsis viii°: Vidi et audivi vocem unius aquile volantis per medium celi. Quarto ad habendam celi in omnibus discretionem et sic tunc habent faciem hominis, Ad Romanos 12: Rationabile obsequium vestrum. Sexto de istis alis dicitur quod habebant alas senas. Super glosam: Prima ala ecclesie est lex naturalis, secunda lex Moysi, tertia prophete, quarta evangelica, quinta institutiones apostolorum, sexta quorumcumque aliorum doctorum. Vel potest dici quod per sex alas signantur sex cogitationes quibus ipse homo ad supernum debet volare, que ipsum debent in humilitate tenere. Sunt autem vilis ingressus, flebilis status, instabilis exitus, horribilis dissolutio, miserabilis et detestabilis dampnatio. De vilitate nostre dixit quidam philosophus. Cum enim quidam eum interrogavit dicens: quid sum, quid fui, quid ero, ille respondit

Sperma fetidum vas stercorum et
esca vermium. Talibus etiam quesivit
Bernardus unde venis ubi es quid
portas quo vadis. Et respondit de
terra in terra terram in terram q. d.
de terra venio in terra permaneo terram
porto in terram vado. De ingressu
flebili dicitur Sap. 7 Primam vocem
similem omnibus emisi plorans.
Omnes enim dicunt e vel a. Secundo sic
sunt nascuntur. Abeunt de statu in-
stabili dicitur Job 13 Quasi flos e-
greditur et conteritur et fugit velud
umbra et numquam in eodem statu per-
manet. Senectus. Si iuvenis es in
senectute debilis. Si sanus es infir-
mitate laborabis. Si vivus es mor-
te morieris. Si dives es aut prodigus
aut avarus. Si prodigus et non habe-
bis. Si avarus et non habes. Habet
etiam homo exitum horribilem quia
horribiles in morte demones sibi
apparent Sap. 17 Proponebant tristes
illis apparentes pavorem illis presta-
bant. Habet etiam post mortem dissolu-
tionem miserabilem quia corpus
eius in pulverem resolvitur. Gen. 3
pulvis es et in pulverem reverteris.
In putredinem delabitur Job 27 Ego
putredo et filius hominis vermis.
Serpentes bufones et vermes de
eius corpore generantur. Eccl. 10 Cum
enim morietur homo hereditabit ser-
pentes bestias et vermes. Habet
etiam post mortem detestabilem
dampnationem quia corpus peccatoris
ignis comburet et vermis conscientie
eius animam corrodet Eccl. 7
Vindicta carnis impii ignis et
vermis. Gravatus dicitur de istis ani-
malibus quod erant plena oculis ante
et retro intus et in circuitu.

Ante ut iudicium dei timeant
Ps. A iudiciis enim tuis ti-
mui ut peccata futura fugiant
Eccli. 21 Quasi a facie colubri
fuge peccatum et ut mortem ad me-
moriam sepe reducant Eccli. 7
In omnibus operibus tuis memorare
novissima tua et in eternum non
peccabis. Debent oculos habe-
re retro ut dei beneficia recogitent
ad regratiandum ~~Eccl. 31~~ Deut.
31 Memento dierum antiquorum
cogita generationes singulas etc.
et dei iudicia que de demonibus
iam fecit cogitent ad timendum.
Sed Prov. 28 Viri mali non cogi-
tant iudicium ut peccata preterita cogi-
tant ad dolendum Ys. 38 Reco-
gitabo tibi omnes annos meos etc.
Debent etiam habere oculos intus
et in circuitu intus et purgent
sua interiora. Exercitabar et scopebam
spiritum meum. Mar. 13 Videte vos-
metipsos. In circuitu ut componant
sua exteriora. Augus. In incessu
statu habitu et in omnibus motibus
vestris nichil fiat quod cuiusquam offendat
aspectum sed quod vestram deceat sanctitatem.
In tuo ut caveant ab offensa in
aspectu proximi. Intus ut invigi-
lent deo per contemplationem. In circuitu
ut invigilent proximo per sollicitam
administrationem. Mar. 13 Videte vi-
gilate et orate. Videte ut scilicet
ut coram vobis estis puri et bene
compositi. Vigilate et coram proximo
sitis innocentes et solliciti. Et ora-
te ut coram deo sitis de peccato
immunes et per contemplationem devoti.

Sermo primus de sancto Symone et Juda apostolis

Symon frater vester servus christi vir apostolicus est ipsum audite semper Et ipse erit vobis pater et Judas Machabeus fortis viribus a iuventute sua erit vobis princeps milicie et ipse aget bellum populi i Machabeorum 2. De istis beatis apostolis quatuor considerantur que in premissis verbis notantur scilicet quales fuerunt in contra ad se et quales contra ad bonos et fideles et quales contra ad persecutores et quales contra demones Primo quidem contra ad se fuit magne sanctitatis quod notatur in eorum nominibus scilicet Symone et Juda Secundum ad bonos fuit magne caritatis sapientie et pietatis Quod notatur Cum dicitur Symon frater vester servus christi boni consilii est et ipse erit vobis pater Tercium ad persecutores fuit magne probitatis et magnanimitatis Quod notatur Cum dicitur de Juda fortis viribus a iuventute sua Contra demones fuit magne potestatis quod notatur de eodem cum dicitur Et ipse aget bellum populi / Primo igitur contra ad se ipsos fuit magne sanctitatis Quod quidem notatur in nominibus eorum Judas enim interpretatur glorificans vel dicitur Judas quasi iubilum dans Symon interpretatur obediens vel ponens tristiciam Eorum enim sanctitas in quatuor attenditur scilicet in exterioris operis claritate in interioris mentis puritate morte succensa et in potencia virtuosa habuerunt quidem exterioris operis claritatem in ecclesiastica hystoria de Juda Quod cum venisset ad Abagarum regem vidit rex in vultu eius quendam mirum et divinum splendorem Ille enim splendor

significabat eius opera luminosa Sicut enim peccatores quorum opera tenebrosa sunt ipsi habent opera lucida i Thessalonicensium 5 Omnes enim vos filii lucis estis et filii dei non estis noctis neque tenebrarum Et istud accipitur penes interpretationem huius nominis quod est Judas i. glorificans Creatura per opera lucida sanctorum glorificamus deum Mathei 5 Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant etc. / Secundo habuit interiorem mentis puritatem Unde cum Ethiopes et advocati eos tanquam viles et pannosos despicerent ~~dicens~~ dixit eis Symon Saepe evenit ut intra scrinia stannea aurea et gemmata vasa quoque habeantur inclusa et intra viles et ligneas capsas sunt gemmarum monilia preciosa composita Quamvis igitur aliquis rei cupit esse possessor non magnus est compositorum sed ipsum quod gestat expectat De quo habetur quod licet isti apostoli exterius viderentur esse despecti interius tamen erant in animo preciosi Iuxta quod sponsa glorificatur Canticorum 1 Nigra sum scilicet exterius per humilitatem sed formosa interius per puritatem De ista pulchritudine interiori dicitur in psalmo Omnis gloria eius filie regis ab intus Et istud accipitur penes ethymologiam huius nominis Judas i. iubilum dans quia puritas consciencie est in sanctis causa iubilacionis et leticie Iuxta illud 2 Corinthios Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre Tercio habuit ardorem succensum cum demones

per calamitates clamabat dicen-
tes Quid nobis et vobis apostoli dei
vivi ecce ingressu vero flammis
exurimur Ille fluvius flamme que
demones exurebant erat oraci-
ones igniti que demones cru-
ciabant unde dicitur Eccl. vi Cor-
dis eius propterea si super carbones
ponas sicut eius exstat omne
genus demoniorum sive a viro
sive a muliere sicut cordis super
carbone positi est oleo cordis in-
flamati Quia quidem demones ex-
cecat comburit ardet De tali oleo
dicitur in psalmo Dirigatur oratio mea
in conspectu tuo sicut incensum Ex-
iens ab igne est oleo exiens ab
inflamato corde Et talis oratio
est deo gratum sacrificium et dyabolo
grave incendium Et istud accipitur
penes interpretacionem sui nominis
quod est Symon quod ponens tristiciam
quia talis oratio dyabolum conturbat et
contristat Psalmus Contribulasti capita dra-
conum in aquis i. in oracionibus lac-
rimosis Quarto habuerunt poten-
ciam laudosam que apparuit in mi-
raculorum operatione quia dyabolos
hominibus putabantur Unde dixit
dux regi isti sunt dii latentes
in effigie hominum Et istud accipitur
penes aliam interpretacionem Symonis
qui dicitur obediens Quia cum ipsi
deo perfecte obediebant Ideo omnes
creature sibi obedientes erant ipsis
Habuerunt enim posse super elemen-
ta sicut super aquam aerem et ignem
terram mare mortuos tercia per
merses ipsis reddidit quod Sy-
mon suscitavit ut dicit Glosa
super actus apostolorum Aer cum
esset valde serenus in eorum morte
in tempestatem magnam conversus
est Ignis celestis pontifices

ydolorum combussit et in carbones
convertit Habuit posse super demonia
quia de corporibus ea eiciebant Mathei
x Dedit eis potestatem spirituum immun-
dorum ut eos eicerent Habuit posse
super corpora quia ea curabant unde
sequitur Et ut curarent omnem
languorem et infirmitatem Ha-
buerunt posse super animas quia eas
a peccatis et ab errore purgabant
unde per annum et tres menses
sexaginta milia hominum ad fidem
cristi converterunt Secundo isti apostoli fue-
runt magne caritatis sapiencie
et pietatis quo ad bonos Fuit
enim sicut supra dictum est de Symone
Machabeo frater meus Et ideo magne
caritatis ... meus et ideo magne pietatis
sapiencie patris meus et ideo magne
pyetatis Eorum autem caritas sapiencia
et pietas suffecit ad quatuor mani-
festantur aliquando enim subveniebat
in corpore et anima aliquando in rebus
et persona aliquando in fama et
in innocencia aliquando in tribula-
cione magna subveniebat quidem
aliquando in corpore et anima sanitate
integram conferendo sicut patet in Ab-
agaro rege Sicut in hystoria
ecclesiastica legitur Cum enim cristus
sibi scripsisset Cum assumptus fuero
aliquem de discipulis meis mit-
tam ad te ut curet et vivificet te
Judas post ascensionem domini ad ipsum
regem quadam lepra perfusum
accessit Et cum dictus rex ha-
beret epistolam cristi quam sibi mi-
serat et ymaginem vultus cristi
quam in linteo cristus impresserat et
sibi destinaverat Tunc Thadeus
qui et Judas dicitur ymaginibus et
epistole salvatoris ipsum regem curavit
maxime cum ut et ipsa epistola eius
faciem confricavit et ymaginem

tum devocione adoraret fecit tam
in corpore quidem in fama perfecte
eum restituit sanitati. Secundo alijs
subveniebant in rebus et personis bel-
la compescendo et humani sanguinis
effusionem prohibendo. Unde cum dux
Babilonie contra indeos processit suis
draconibus in crastinum sine aliqua
humani sanguinis effusione plenam vic-
toriam concesserunt. Hoc eciam patet in
civitate edissa in qua super dicta
epistola salvatoris cum reverencia pende-
bat quia nullus ibi hereticus vel paganus
vivere potuit nec tyrannus nocere vale-
bat. Verum si aliquando contra illam
civitatem hostes insurgerent infans
super portam civitatis epistolam illam lege-
bat et illa die hostes aut fugie-
bant aut componebant. capitulo ut supra xvi.
Cum placuerunt duo vie homi-
nicos qz cives gutet in partem
Tercio aliquando subveniebant ipsorum
famam et innocenciam conservabant.
Cum enim quidam dyaconus . s. Eu-
frosinus sanctus et innocens de qua-
dam iuvencula scilicet filia ducis
Varardach pro fornicacione impregna-
ta falso infamatus fuisset apostoli
infanti eadem die nato preceperunt
ut diceret si ille hoc scelus facere
presumpsisset. Qui ait iste dyaconus
sanctus est nec unquam carnem
suam immaculavit et sic apostoli
famam et innocenciam dyaconi mi-
raculose defenderunt et detrac-
tores mendaces ostenderunt qui
maculaverant eum. Quarto aliquando
subveniebant in tribulacione magis
morbos et pestilencias auferen-
do. Cum enim duo tygrides per-
ram disrumperent et omnes occur-
rentes occiderent apostoli ad eos acce-
dentes et in nomine domini eas capi-
entes velud agnos mansue-
tissimas eas fecerunt laut ro

duxissent in malas bestias et gla-
dius non timebant tiranos vestros. Tercio
contra persecutores fuit magne probi-
tatis et magnanimitatis. Quod
notatur in eo quod dicitur de iuda ma-
chabeo quod erat fortis viribus a iu-
ventute sua. Hec quidem probitas
et magnanimitas in quatuor atten-
ditur scilicet in eo quod erga persecutores
habuerunt magnam benivolenciam
iusticiam constanciam et morte vic-
toriosam. Benivolenciam quidem
ostenderunt. Quod cum dux pon-
tifices ydolorum interficere volebat
prohibuerunt dicentes non missi
sumus ut viventes occidere sed
mortuos vivificare. Item quidam
angelus dixit eis unum ex duo-
bus eligite aut hos repentinam
mortem aut vestrum martirium. Responderunt
oranda est dei venia ut istos
convertat et nos ad martirii palmam
perducat. Item cum magi nollent
converti dixerunt eis. Vos dignatus
deus hic causa salutare. Ideoque
abite illesi habentes libertatem
faciendi quod vultis. Ecce quanta
benivolencia quia persecutorum
suorum nolebant occisionem
sed vivificacionem nolebant interitum
sed conversionis fructum nolebant
coactam sed spontaneam volun-
tatem. Secundo habuerunt erga per-
secutores magnam iusticiam. Cum enim
cum magi multitudinem serpentum
advocassent apostoli pallia sua de-
super iacientes ad magos proice-
runt. Cum autem serpentes carnes
eorum macerarent et ipsi gemitus
magnos emitterent apostoli serpen-
tibus preceperunt ut venenum quod
infuderant revocarent. maio-
res ergo dolores magi senserunt
in revocacione quam in infu-
sione. Iustum igitur fuit ut penam
quam volebant infligere in eos

retorqueret ut impleatur quod dicitur
Prov. xxvi Qui fodit foveam inci-
det in eam. Magnum quidem dolorem
senserunt et in suarum artium
laceratione et veneni revocatione
et in sua confusione quia vide-
bant se tam turpiter superatos. Contra
habuerunt gratia pro persecutoribus magnam
constantiam. Cum enim eis dux eos
interrogasset de genere conditione et
ca adventus. constanter responderunt
Si genus queris hebrei sumus
Si conditionem servos ihesu christi nos
esse fatemur. Si causam salutis vestre
causa sit venimus. Matt. 10 Ego
dabo vobis os et sapientiam cui non
poterunt resistere et contradicere omnes
adversarii vestri. Tercio habuerunt
mortem victoriosam. quia pro fide
christi fuerunt ab infidelibus trucidati
seu trucidati crudeliter. cum infi-
deles corpora occiderunt animas tamen
occidere non potuerunt. Sed ad celum
cum palma martirii ascenderunt.
Matt. 10 Nolite timere eos qui
occidunt corpus animam autem non
possunt occidere. Quarto tanquam de-
mones fuerunt magne potestatis. Quo-
rum potestas in quatuor attenditur
Ipsi enim demones homines quatuor
modis decipiebant aut per fraudulentiam
dando falsa responsa
aut per violentiam trahendo ad diver-
sa vicia aut ~~per~~ per
per prestigia ludificantes eorum
sensus et corda aut per simulacra
fingentes in eis divina esse numi-
nia. Sed apostoli detegebant eorum
fraudulentiam quibus dabant falsa
responsa modo scilicet ut per simulacrum
loquatur prohibendo modo ut re-
sponsa dent compellendo ut demum
falsa respondent eorum fraudu-
lentia cognoscitur. Sapie. 17 tant
enim dum letantur insaniunt aut
certe vaticinantur falsa. Eze. 13 videt
vana et divinat mendacium. 2°

aut duo eis domum non miserit eos
refrenabant autem eorum violentiam
per quam ad diversa vicia pertrahe-
bant unde dux potestatem apostolorum
quam super demones videbantur
habere agnoscens dixit eis dux
minus potentiores vos esse video
Matt. 10 Dedit eis potestatem spirituum
immundorum ut eicerent eos simulti-
labant eorum etiam prestigia que
ludificabant hominum sensus et corda
unde cum magi quibusdam abstu-
lissent loquelam gressum et visum
et ipsi de talibus prestigiis abhomina-
bilibus gemerent et dolerent et in
christum credere permittent apostoli signum
crucis in eorum frontibus fecerunt
et ultra talia magi in eos facere
non presumpserunt. Ezechiel. 9 Signa
thau super frontes virorum gemen-
tium et dolentium super cunctis ab-
hominationibus eorum. Omnem autem super
quem videritis thau ne occidatis
simulacra etiam in quibus finge-
bant esse divina numinia frangi
faciebant unde ad eorum preceptum
duo ethyopes nigri et nudi de
simulacris exeuntes ea penitus con-
fregerunt. Osee 10 Ecce ego
inducam super vos gladium et dis-
perdam excelsa vestra et demoliar
aras vestras et confringentur si-
mulacra vestra etc. Sequitur

Sermo de sancto Symone et Juda apostolis et cetera

Manete in me et ego in vobis
Johannis 15 Notandum est quod
Christus est vitis et nos palmites
juxta illud Johannis eiusdem Ego
sum vitis et vos palmites. Est
radix et nos rami juxta illud Ro.
11 Si radix sancta et rami. Item
non tu radicem portas sed radix
te. Est sol et nos radii juxta

illud Eccl. xlii. Tripliciter sol exurens montes radios igneos exsufflans
Item est fundamentum et nos edifica-
tio iuxta illud Ephe. 2. In quo scilicet
fundamento omnis edificatio construc-
ta crescit in templum sanctum in domino
Est caput et nos membra iuxta
illud Collo. 1. Ipse est caput corpo-
ris ecclesie Est ergo sensus Ma-
nete in me et ego in vobis Ma-
nete inquam sicut palmites manent
in vite / rami in radice / radii in
sole / edificium in fundamento mem-
bra sub capite suo / palmites autem
manentes in vite accipiunt ab ipsa
fertilitatem / rami a radice virdita-
tem / radii a sole claritatem edifi-
cium a fundamento firmitatem me-
bra a capite sensum et mobili-
tatem Istis quatuor modis apostoli Symo
et Iudas et ceteri sancti manserunt
et manent in cristo et cristus in eis
Primo namque sicut palmites in vite
accipientes ab ipso fertilitatem vnde
ibidem dicitur Qui manet in me et
ego in eo hic fert fructum multum
palmites autem manentes in vite
primo producunt gemmas / deinde flo-
res / deinde folia / deinde uvas /
quia sancti viri in cristo manentes
producunt gemmas id est cogitationes bonas
deinde flores id est odoriferas volun-
tates deinde folia id est salutifera verba
deinde uvas id est operationes bonas Ista
autem non habet ex se sed ex vite Non
enim a se possunt habere bonas cogi-
tationes 2 Cor. 3. Non quod su-
fficientes simus cogitare aliquid ex
nobis quasi ex nobis sed sufficien-
cia nostra ex deo est Item bonas
voluntates. Phi. 2. Deus est qui
operatur in nobis et velle perficere pro
bona voluntate Item bonos sermones
Sapie. 7. In manu illius nos et
sermones nostri Item bonas operationes
Ysaie . Omnia opera nostra operatus

es in nobis domine Ioh. 15. Sine
me nichil potestis facere sed multi
sunt palmites degeneres qui
faciunt labruscas producendo ma-
las gemmas flores folia et fruc-
tus id est malas cogitationes volun-
tates verba et opera Ysaie 5. Expec-
tavi ut faceret uvas et fecit labru-
scas de talibus dicitur Ysaie 14 perdam
Babilonis nomen et reliquias pro-
geniem et germen dicit dominus
germen Babilonis id est peccati sunt
ipse male cogitationes que sunt
quasi germen sequentium peccatorum Re-
liquie Babilonis sunt ipse male
voluntates sive delectationes quas
homo retinet aliquando post peccatum
Progenies Babilonis sunt verba ipsa
lascivia / progenies Babilonis sunt
ipsa mala opera Quilibet ergo caueret
debet ne producat malum germen
id est cogitationes noxias / ne produ-
cat reliquias id est pravas delecta-
tiones / ne producat Babilonis nomen
id est lascivia verba / ne producat progeni-
em id est operationes carnales Sed omnia
ista quilibet vir spiritualis debet perdere
et annichilare Et dicit perdam Ba-
bilonis nomen et reliquias et
progeniem et germen dicit dominus
Ista cum in nobis perdit deus quia
ipso operante ista facere possumus
Secundo manserunt in cristo sancti
sicut rami in radice accipientes
ab ipso boni operis viriditatem Gregorius
nichil viriditatis habet ramus
boni operis nisi manserit in ra-
dice caritatis Tales enim qui habent
caritatem semper sunt virides quia
si patiuntur adversa ibi virescunt
per patientiam / si succedunt prospera
ibi virescunt per temperantiam Ergo
illi qui non sunt in radice cari-
tatis semper sunt aridi quia in adversi-
tatibus arescunt per impatientiam
In prosperitatibus marcescunt per
ignaviam Item sunt sanguine

homo aliquando est bonus inter
bona, aliquando bonus inter mala,
aliquando malus inter bona. Habens
enim caritatem est bonus inter
bona quia bonis scit uti ad susten-
tacionem et subvencionem suam. Unde
dicit Augustinus: Bone sunt divi-
cie sed unde facias bonum non que
te faciant bonum. Iste bonus inter
bona tua; est eciam bonus inter
mala quia malis scit uti ad ~~susten-
tacionem et subvencionem suam~~ pa-
cienciam. Unde dicit Augustinus quod pati
non est malum, malum enim non pa-
teris si tu non es malus. Ille
vero qui non habet caritatem est
malus inter mala quia adversa
que patitur faciunt eum peiorem
ut dicitur de eis illud Ieremie xvii
Duplici contricione contere illos. Ieremie vi
Frustra conflavit conflator malicie
enim eorum non sunt consumpte. Ieremie
Argentum reprobatum vocate eos. Est
eciam malus inter bona quia pro-
spera que sibi succedunt faciunt
eum elaciorem. Augustinus: De rebus
bonis tuis noli esse malus in
eis ne pecces cum eis. Et sicut
non habens caritatem est malus
inter bona ita turpis inter pul-
chra. Unde secundum Augustinum cum ma-
lis sunt omnia pulchra licet ipsi
sunt turpes. In libro eciam confessionum
dicit: Inter formosa que fecisti
deformis irruebam. Tercio manse-
runt in cristo sicut radii in sole
accipientes ab ipso sapiencie cla-
ritatem per quam totam ecclesiam
illuminaverunt. Unde canitur de eis
Horum doctrina fulget ecclesia
ut sol et luna. Ecclesia quidem est
luna quia ab ipsis apostolis valde
fuit illuminata, sed secundum Augustinum luna
quadrupliciter obscuratur aut quando

eclipsatur aut quando nubibus tegitur
aut quando renovatur sicut patet
in novilunio. Sic eciam ecclesia ab
apostolis illuminata hiis tribus modis
obscurata videtur. Habet enim triplicem
statum, scilicet primitivum, modernum
et ultimum. In primo statu vero tempore
fuit eclipsata. Luna autem quando
eclipsatur tota sanguinolenta
esse videtur. Sic ecclesia sicut tunc fuit
sanguinolenta id est sanguine mar-
tirum rubricata. Apocalypsis vi: Luna
tota facta est sicut sanguis. In
statu autem moderno obscuratur
per nubes id est per terrenas cupiditates
que nubes sunt et quia mentem
obnubilant et quia cito pertranseunt.
Sapiencie ii: Transiit vita nostra velud
vestigium nubis. Sed hodie potest dici
illud psalmi: Qui operit celum nubibus
Deus enim operit id est operiri permittit
celum id est prelatos qui debent esse cele-
stes nubibus id est terrenis affectibus.
In statu autem ultimo scilicet antichristi obscu-
rabitur per renovacionem quia tunc
de fide renovabitur in speciem, de
speculo enigmatis transibit in faciem
caritatis. Sed tamen ante suam renovacionem
obscurabitur quia multis tribulacio-
nibus deprimetur ut sagittent in ob-
scura luna rectos corde. Sagittabunt
id est in corpore cruciabunt et sic con-
sistente luna obscura id est ecclesia tri-
bulacionibus pressa et persecucionum
radiis non illustrata. Quarto mansi-
serunt in cristo sicut edificium in fun-
damento et ideo acceperunt firmi-
tatem et stabilitatem quia et ipsi
fuerunt firmati et alios firmaverunt.
Adeo quidem fuerunt in hoc fundamento
firmati quod non timuerunt ventum
id est temptacionem immissam a dyabolo
qui est in aere caliginoso nec
pluviam id est persecucionem et exami-
nacionem inmissam de celo.

nec pluuia .i. impetus persecutionis
immisse ab hominibus tirannis Mat. vij
Descendit pluuia venerunt flumina
et flauerunt venti et irruerunt
in illam domum et non cecidit fun-
data enim erat super firmam petram
.i. cristum (Alios etiam in hoc fun-
damento fidei ponebant et funda-
bant per miracula que faciebant
Sed notandum quod sunt quedam
miracula que habent utilitatem sed
nullam admiracionem quia ex frequenti
usu viluerunt de quibus dicit Augustinus
super Iohannem Miracula quibus
totum mundum deus regit uniuersam-
que creaturam amministrat assiduitate
viluerunt ita ut pene nemo nemo
dignetur attendere opera dei mira
et stupenda in qualibet seminis
grano Maius enim miraculum est gu-
bernatio tocius mundi quam quinque
milium hominum de quinque panibus satu-
rare et tamen hoc nemo miratur sed
mirantur homines non quia maius
sed quia rarum est Quedam enim
sunt miracula que habent tantum
admiracionem et nullam utilitatem
sicut sunt miracula magorum et an-
ticristi volare enim per aerem sicut fecit
Symon magus Ignem de celo fa-
cere venire statuas loqui facere et ta-
lia que faciet antichristus admiracionem
faciunt et habent sed utilitatem
non habent de quibus dicitur secunda
Thessa. 1. Cuius aduentus erit secundum
operacionem sathane in omni virtute et
signis et prodigiis mendacibus
Quedam vero sunt miracula que
et si habeant admiracionem et aliquam
utilitatem tamen non habent necessi-
tatem et talia sunt miracula malo-
rum cristianorum Non enim faciunt
illa propter necessitatem ut scilicet infide-
les conuertantur vel fideles edificentur

sed propter ostentacionem ut ipsi sancti
reputentur De quibus dicit Christus
Domine domine non ne in nomine
tuo demonia eiecimus et virtutes
multas fecimus Quedam autem
sunt que habent admiracionem
que sunt preter solitum ordinem
cursum nature et habent utili-
tatem quia fiunt propter honorem
dei et edificacionem et utilitatem
proximi Et habent necessitatem
quia fiunt quando imminet necessitas
fidei vel alicuius periculi et talia
fuerunt miracula apostolorum
De quibus miraculis dicit Crisostomus
super Mat. Virtutes que fiunt uti-
les sunt aut inutiles Utiles
sunt que mirabiliter fiunt et ad sa-
lutem proficiunt ut puta infirmos
sanare et alia huiusmodi que fecit
cristus Inutiles autem sunt que admi-
racionem quidem faciunt utilitatem
autem non faciunt ut puta volare
per aerem statuas facere ambu-
lare et huiusmodi Deinde subdit
Aliud etiam querere debemus
scilicet utrum necessarium est secundum tempus
aut non est necessarium Si ergo
fecit signum utile tamen non necessa-
rium falsus propheta est quia non
fecit ut aliud edificet in opere
Quando mansorunt in cristo sicut
membra sub capite suo a quo
acceperunt sensum et motum .i.
influenciam graciarum et virtutum
Oportet autem ut membra capiti
cristo obediant si influenciam
habere debent (aliquin si deo
inobedientes sunt et insensi-
biles et immobiles sunt quia
nec de deo recte senciunt nec
ad bonum moueri possunt nec
per consilia nec per flagella nec per
beneficia nec per passionis cristi
memoriam Et ideo durecce

sunt lapides adamantinos. Sunt
enim quedam dura que in igne
mollescunt ut patet in ferro.
Quedam que in aqua liquescunt
ut patet in sale. Quedam que
unctione mansuescunt ut patet
in corrigiis duris. Quedam que
ictibus franguntur ut patet in la-
pide. Est enim quoddam genus
lapidis adamantinum quod mal-
leo non frangitur sed in sanguine
scinditur. Sic etiam sunt quidam
sic insensibiles duri et immo-
biles quod non mollescunt per igni-
ta verba nec liquescunt per collata
beneficia. Quicumque in peccatoribus
velud in aqua natare videntur
nec mansuescunt per unctionem
divinam inspiratam gratia nec fran-
guntur per illata flagella. Scinditur
enim quidam per passionis dominice
sacramenta. Tunc tales sic obstina-
ti et obdurati qui nullo statu
modorum ad primam formam prodi sunt
contra quos loquitur divina patientia
dicens Proverbiorum 1. Convertimini ad cor-
rectionem meam en proferam vobis
spiritum meum et ostendam verba
mea quia vocavi et renuistis
extendi manum meam et non fuit qui
aspiceret despexistis omne consilium meum
et increpationes meas neglexi-
stis. Resolvit enim frangi et ad pe-
nitentiam emolliri per ignita verba
et ideo dicit En proferam vobis spiritum
meum et ostendam verba mea
nec per collata beneficia ideo sequitur
vocavi et renuistis. Tunc enim deus
ad se vocat quando sua beneficia
nobis donat. Nec per sue passionis
supplitia. Extendi manum scilicet in
cruce et non fuit qui aspiceret nec
per inspiratam gratiam. Ideo subdit De-

spexistis omne consilium meum nec
per irrogata flagella. Et ideo subdit
Et increpationes meas neglexistis.
Sed terribile est valde quod subdit Ego
quoque in interitu vestro ridebo et subsa-
nabo cum vobis quod timebatis eve-
nerit etc.

Sequitur sermo de sanctis Symone et Juda apostolis gloriosis etc.

Hec mando vobis ut diligatis
invicem. Johannis xv. Sunt ma-
data Christi quo dicitur Hec ma-
do vobis ut diligatis invicem
adiciendum est sicut dilexi vos
Unde in duobus in preceptum cum ea
additione tradidit dicens Hoc est pre-
ceptum meum ut diligatis invicem
sicut dilexi vos. Istud mandatum
isti duo apostoli scilicet Symon et Judas
perfecte observaverunt quia sicut
Christus eos dilexit per eis patiendo
sic et ipsi Christum dilexerunt pro
Christo moriendo. Circa istud autem
preceptum de dilectione tria tanguntur
scilicet actor precepti cum dicitur Hec ma-
do vobis. Materia precepti cum subditur
ut diligatis invicem. Et forma
precepti in eo quod subintelligitur
sicut dilexi vos. Actor autem
precepti est Christus. Et quia est optimus
Et secundum dyonisium optimi est op-
tima adducere ideo optimum preceptum
adduxit. Tunc autem preceptum est
optimum quando est facile ad intel-
ligendum breve ad retinendum utile
ad procurandum et leve ad portandum.
Tale est enim istud preceptum nobis a Christo
de dilectione datum. Est enim facile
ad intelligendum. Proverbiorum. Doctrina
prudentium facilis. 1. Johannis v.
Mandata eius gravia non sunt.
Non enim necesse est per [illegible] ascendere
nec mare transire nec celum ascendere.

ut preceptum possit quis intelligere
sed in corde potest de facili inveniri
Deut. 30 Mandatum hoc quod ego
precipio tibi hodie non super te est
neque procul positum neque in celo situm
neque trans mare positum sed iuxta est
sermo valde in ore tuo et
in corde tuo ut facias illud. Secundo
est breve ad retinendum. Dicitur
enim verbum in incarnatione abre-
viatum suam abreviare legem.
Augustinus Si non vacat tempus omnes
paginas perscrutari omnia volumina
sermonum evolvere omnium secreta scrip-
turarum penetrare tene caritatem
ubi pendent omnia. Idem Ille tenet
quod latet et quod patet in divinis
sermonibus qui caritatem tenet in mo-
ribus. Qualiter autem istud mandatum
caritatis sit et facile ad intelli-
gendum et breve ad retinendum
dicit idem Augustinus in libro de doctrina
christiana ut nemo excusationem
habeat in die iudicii voluit deus
consummare et abreviare verbum super
terram. Hoc enim verbum consummatum et
abreviatum non obscurum esse voluit
ideo breve ut non vacaret legere
ideo apertum ne quis diceret non
michi licuit intelligere. Thesau-
rus est magnus divinarum scrip-
turarum. Idem Pyger unam marga-
ritam sub lingua ferre et quo
securus vis ambula. Istam autem
margaritam Augustinus ipsam vocat
caritatem. Tercio istud preceptum
caritatis est utile ad faciendum
cuius utilitas est in presenti et in futuro.
In presenti quidem quia tunc illa omnia
bona optinemus. Sapie. 7 Venerunt
michi omnia bona pariter cum illa.
Augustinus Attende quanti precii est ca-
ritas que si desit frustra habentur

cetera. Si autem assit habentur
omnia. Idem Ubi caritas est quid
est quod possit obesse. Est etiam
eius utilitas in futuro quia per hanc
celeste premium acquirimus. Ieronimus
Immensam dei benivolentiam o ine-
stimabilem eius benignitatem
quis potest estimare. Premium nobis
pollicetur si invicem diligimus
et si nobis prestamus quibus invicem
~~diligimus sed~~ indigemus. Superbi
et nos simul et ingrato animo
ei renitimur tunc impium bene-
ficium est. Est etiam preceptum caritatis
leve ad portandum quia portari
potest a paupere et divite sano
et infirmo sene et iuvene.
Math. 11 Iugum enim meum suave
est et onus meum leve. Augustinus
O iugum sancti amoris quam feliciter
oneratos quam dulciter illaqueas
quam suaviter stringis quam utiliter
urgis. Unde secundum Bernardum Quan-
titas amicicie secundum quantitatem caritatis
eius estimatur. Ut si magnam
habeat caritatem magnus dicatur
si modicam modicus secundum illud
Apostoli 1 Cor. 13 Si caritatem
non habuero nichil sum. Secundo
ponitur materia precepti cum dicitur
ut diligatis invicem ubi etiam
subiungitur dilectio dei quia nec
deus sine proximo nec proximus
sine deo utiliter diligi potest. Debemus
autem diligere proximum quia si eum
diligimus omnia mandata adimplemus.
Istud ostendit Crisostomus super Math.
Qui proximum diligit non occidit
illud. Quem diligit nec falsum
testimonium dicit de illo quem
diligit nec mulierem eius inva-
dit. Sicut enim odium suggerit fa-
cere omne malum sic dilectio omne

bonum deum aut debemus diligere
propter amici fidelitatem amicicie
utilitatem amoris debitum exemplum
fidelitatis aut bonus amici est magis
sunt cum quidam amici infideles
qui non diligunt in vita sed dili-
gere se fingunt unde adversitatis
tempore advenientes ostendunt quod veri
amici non sunt Et 2m boetium
de consolatione philosophie Quem felici-
tas fecit amicum infortunium
facit inimicum Eccli. 12. Non agno-
scetur in bonis amicus et non
abscondetur in malis inimicus
aut si diligunt in vita non dili-
gunt in morte sed eos deserunt
et derelinquunt Eccl. vj Est amicus
socius mense et non permanebit
in die necessitatis i. mortis Alii
si diligunt in morte obliviscuntur
post mortem Psalmus Oblivioni
datus sum tanquam mortuus a
corde deus aut diligit in vita
veraciter proverbiorum viij Ego diligen-
tes me diligo Et in morte diligit
fortiter quia ab hoste nos defendit
Eccli. Amicus fidelis protectio
fortis Et post mortem diligit fide-
liter quia scilicet ad suum regnum nos
perducit Psalmus Tenuisti manum
dexteram meam et in voluntate
tua deduxisti me et cum gloria
suscepisti me Tenet cum dexteram
manum in vita bonis que diligit
ne in peccatum cadat Deducit in mor-
te ne hostis noceat et suscipit
post mortem ut in regnum suum
perducat // Secundo diligendus est propter
amicicie utilitatem de qua uti-
litate dicitur Ioh. xiiij. Pater meus
diliget eum et ad eum veniemus
et mansionem apud eum faciemus
venit pater mentem memoriam ro-

borando // venit filius nostram
intelligentiam illustrando venit
spiritus sanctus nostram voluntatem
inflamando Propter utilitatem eciam
caritatis dicitur Ro. viij diligenti-
bus deum omnia cooperantur in bonum
adversa scilicet et prospera adversa quidem
quia eis bene utuntur ad patientiam
Augustinus in libro de vera religione
Iustus quidem est in hac vita utitur
amico ad rependendam gratiam
iniquo ad patientiam utitur quibus
potest ad beneficentiam utitur omnibus
ad benivolenciam Idem in eodem
utitur eciam gentibus ad materiam
operationis sue hereticis ad probatam
doctrine sue // Scismaticis ad docu-
mentum stabilitatis Iudeis ad com-
parationem pulchritudinis Alios corro-
borat alios excludit alios re-
linquit alios antecedit // Prospera
eciam peccata diligentibus cooperantur
in bonum occasionaliter quia scilicet
tales sunt humiliores cauciores
ferventiores et devociores // Humiliores
quidem sicut patet in petro Augustinus
Audeo dicere superbis esse utile ca-
dere in aliquod apertum et manifestum
peccatum unde sibi displiceat qui
iam sibi placendo ceciderant
Salubrius enim sibi petrus displicuit
quando flevit quam placuit quando
negavit Sunt eciam cauciores quia
post modum caucius sibi cavet Sicut
patet in david qui postquam cecidit
caucior fuit Ieronimus Sanctus recta
quod aliam in casum perditas recta
quod non incidunt Sic boni post
casum occasiones amplius cavent
Sunt eciam ferventiores sicut patet
in magdalena que ferventius
cristum dilexit Ambrosius Sancti
domini si aliquando cadunt ferven-
tiores resurgunt Sunt eciam

deuociores quia cum maiori deuo-
tione deo seruiunt eo quod ipsos excepi-
unt a morte culpe resuscitauit
ad vitam gratie et liberauit a pe-
na gehenne vnde talis anima a
morte resuscitata regratiatur deo d-
icens .Ecc. li. Laudabit usque ad mortem
anima mea deum et vita mea
appropinquans erat inferno deorsum
Tertio debemus deum diligere propter
amorem debitum quia scilicet propter hoc
factus est homo ut deum summe
diligeret Augustinus propterea facta est
creatura rationalis ut summum
bonum intelligeret intelligendo ama-
ret amando possideret possidendo
frueretur Istud debitum a nobis deus
cum minis requirit Augustinus in libro
Confessionum quid ego sum tibi ut me amare
te iubeas et nisi hoc faciam ira-
scaris michi et mineris ingen-
tes miserias seu miseras Quarto
debemus deum diligere propter exem-
plum quia scilicet omnis creatura eum amat
Augustinus Domine celum et terra et omnia
que in eis dicunt michi ut a-
mem te nec cessant hoc dicere
michi Item Deus est quem dili-
git omne quod diligere potest siue sa-
ciens siue nesciens Tertio ponitur
forma precepti cum dicitur diliges
vos Xpristus enim dilexit nos amore
gratuito recto desiderato utili vehe-
menti et perseueranti Gratuito
quidem quia nullis precedentibus
meritis .i. Ioh. iiii.o In hoc est ca-
ritas non quasi nos dilexerimus
eum sed quia ipse prior dilexit nos
Tali amore gratuito debemus dili-
gere deum Psalmus Diligam te domine
fortitudo mea Et proximus ut di-
ligamus etiam nos non diligentes
Contra quod dicitur Math. v. Si dili-
gitis eos qui vos diligunt quam

mercedem habebitis Secundo dile-
xit nos amore recto quia non
habendo respectum ad suam utilitatem
sed nostram In isto amore recto de-
bemus diligere deum proximum et
nos ipsos Cant. i. Recti diligunt
te Sed multi sunt qui diligunt
amore obliquo volentes diligere
deum et mundum simul quod quidem
fieri non potest sicut ostendit Augustinus
triplici exemplo scilicet vasis sinus et
manus Vasis quidem quia si quis
vult vas plenum aceto implere
balsamo debet ipsum aceto eua-
cuare Vnde dicit Si stat in te
amor mundi non est quo intret
amor dei vas est sed plenum est
funde quod habes ut recipias quod non
habes Effunde amorem seculi
ut implearis amore dei Exemplo
sinus quia si quis habet sinum
plenum luto non potest recipere poma
nisi aperiat et lutum dimittat Vnde
dicit deus In sinu cordis tui
indulgentiam patris ceterorum dare Ex-
cusatio claudis sinum includis
peccatum Excludis medicinam peccati
Exemplo manus Si quis habet
in manu plumbum non potest
recipere aurum nisi prius ~~recipiat~~
abiciat plumbum Vnde dicit
Augustinus super Iohannem Sequimini vero potest quis
amare quod eternum est nisi desistat
amare quod temporale est Amore ho-
minis sit puta quasi manum aie
Si aliquid tenetis aliud tenere non
potest ut autem tenere possit quod datur
dimittat quod tenet Dicit illi deus
tenere quod do qui non vult dimittere
quod tenebat non potest accipere quod offertur
Ita etiam amore recto debemus
diligere proximum scilicet non propter suam sed
propter se Seneca in epistolis Augustinus

qui veritatis causa assumptus
est tam deo placebat quia diu
utilis erit. Augustinus ad macedonium
vera amicitia non pensanda est
temporalibus comoditatibus sed gratuito a-
more tenenda. Isto etiam amore
recto debemus diligere nosipsos
ut scilicet nos non diligamus carnaliter
sed spiritualiter non amore prauo
sed diuino non ad mundanam gloriam
sed ad salutem eternam. Contra quod dicit
apostolus 2 Thimo. 3. Instabunt
tempora periculosa erunt homines seip-
sos amantes. Tercio diligit nos
amore discreto. Amor discretus
est quando quis in homine diligit
naturam et odit culpam. Sic cristus
naturam nostram assumpsit et culpam
tamen cauet. Bernardus. Cristus in car-
nis assumpcione condescendit in
sui culpe uitacione consuluit sibi.
In isto amore discreto debemus
diligere proximum nos et deum. Iste amor
cum caritas habet zelum mortem
et alas. Unde dicit Ambrosius
in libro de ysaac. Zelum habet
caritas quia est zelum quem habet
nec sinit peccatum et mortem habet
caritas. Tercia sicut mors pec-
catorum est finis ita et caritas
et alas ignis habet caritas
unde cristus diligens moysen
in igne sibi apparuit. Ex quibus
videtur quod illi qui habent caritatem
debent habere ad proximum zelum
vicia arguendo. Ad seipsos mor-
tem omnem amorem mundi mor-
tificando. Ad deum alas ignitas
per amorem in ipsum ardenter
tendendo. Quarto diligit nos
amore utili quia tanto tempore quo
nobiscum fuit nostram utilitatem
procurauit. Actuum 10. Qui per-
transijt benefaciendo et sanando
omnes oppressos a diabolo. Isto amore
utili debemus diligere deum et pro-
ximum. Deum ut non tantum ore ut ter-
re sed etiam opere diligamus. Mathei
7. Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum.
Glosa dicat. Qui dicit in semel
domine diligendo me tantum corde
non intrabit. Nec qui bis dilige-
ndo corde et ore confitendo deum
non intrabit. Sed qui dicit tercio
diligendo corde ore confitendo
et opere faciendo scilicet voluntatem
patris mei ipse intrabit. Isto etiam
amore utili debemus diligere proximum.
1 Joh. 3. Non diligamus verbo
neque lingwa scilicet tantum hoc est quod ad
amorem operis et veritate
hoc est quo ad amorem cordis. Gre-
gorius in moralibus. Dilectio vera
semper exhibenda est veneracione
sermonis et ministerio largicionis.
Quinto nos diligit amore vehe-
menti unde ipse dicit Johannes 15
Maiorem hanc dilectionem nemo
habet quam ut quis ponat animam
suam pro amicis suis. Similiter
etiam nos debemus diligere deum
amore vehementi ut ipsum scilicet
toto corde diligas. Math. 22.
Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota mente
tua et ex tota anima tua. Amo-
re etiam vehementi debemus
diligere proximum ut pro eius amore
res et animas exponamus. 1 Jo. 3.
Cristus pro fratribus animam suam po-
suit et nos debemus pro fratribus
animas ponere. Sexto diligit
nos amore perseueranti. Dile-
xit enim nos in principio in-

in medio et in fine. In principio
quidem nobiscum parentelam contrahendo
Jeremie 31 In caritate perpetua dile-
xi te ideo attraxi te miserans
In medio nobiscum familiariter
conversando Baruch 3 Post hec in
terris visus est et cum hominibus
conversatus est. Societas autem istius
amici magis utilis nobis fuit
quam societas eadem patris nostri primo-
rum. Vir amicabilis ad socie-
tatem magis amicus erit quam
frater. In fine autem pro nobis morien-
do Johannis 13 Cum dilexisset suos
qui erant in mundo in fine dile-
xit eos. Isto amore perseveranti
debemus diligere deum et econverso
primo ut diligamus ipsum in principio
in medio et in fine. Et in nostra
adolescentia iuventute et senec-
tute. Econverso ut diligamus
in prosperitate et in adversitate. Gre-
gorius Cum quis positus in pro-
speritate diligitur incertum est an
persona vel prosperitas diligatur. Amis-
sio enim felicitatis interrogat vim
amoris. Quia cum in adversitate
econverso deficit aperte convincitur
quod fuit in prosperis non amatus. Am-
brosius Caritas debet esse anti-
qua et perseverare in affectu non
puerili more amicitias mutare.
Ecclesiastici 9 Ne derelinquas amicum
antiquum novus enim non erit
similis illi etc. Sequitur

Sermo primus de omnibus sanctis

Memento quod salvi sunt
patres nostri et nunc clamemus
in celum et miserebitur nostri
dominus. 1 Machabeorum 4. Beata mater
ecclesia de omnibus sanctis solemp-
nisat quia cum non possit omnibus
honorare singulariter omnibus
hodie honorem impendit
quatenus cum festa sanctorum
ite veneremur. Si eorum virtutes
et sanctitatem aliquatenus imitari
tenemur. Circa autem istam solemp-
nitatem tria iocunda sunt
que etiam in verbo proposito auctoritate
notantur scilicet causa modus et fructus.
Causa scilicet propter quam instituta est
que nobis debet sepe ad me-
moriam reduci. Quod notatur
cum dicitur Memento. Modus
qualiter scilicet sancti salutem eternam
sunt assecuti. Quod notatur
cum dicitur Quod salvi facti sunt
patres nostri. Fructus quem habemus
ex eo quod sanctos honoramus
et devotis laudibus ad eos cla-
mamus. Quod notatur cum dicitur
Et nunc clamemus in celum
et miserebitur nostri dominus. Circa primum
notandum quod hec solempnitas in-
stituta est quadruplici causa.
Prima fuit a parte cuiusdam ba-
silice consecrate. Secunda a parte
nostre insufficientie. Tertia a parte
nostre negligentie. Quarta a
parte nostre indigentie. Circa
primam causam notandum. Quod Ro-
me quedam basilica erat dedi-
cata omnibus ydolis sed facta
mutatione dextere excelsi conse-
crata est omnibus sanctis ut quod
ubi colebatur multitudo ydolorum
nunc devote colitur multitudo
sanctorum. Secundum autem quod aliqui
faciunt quod basilica predicta de-
dicata est omnibus sanctis et alia
tamen adhuc faciunt festum primum quod
scilicet dedicata erat omnibus ydolis
festum cum angelorum faciunt hu-
miles tangitur cum magne hu-
militatis sunt ex eo quod nobis

sciunt Hebr. 1. Omnes sunt administra-
torii spiritus in ministerium missi propter
eos qui hereditatem capiunt salu-
tis. Illi igitur festum faciunt angelo-
rum qui pro humilitate hono-
rant deum Eccli. 3 Magna po-
tentia dei solius et ab humilibus
honoratur. Contra festum luciferi fa-
ciunt superbi Job xli Ipse est rex
super universos filios superbie. Festum
patriarcharum faciunt misericor-
des et pii Eccli. xliiii Hii sunt
viri misericordie quorum pietates non de-
fuerunt. Contra festum mamone
faciunt avari Matth. 7 Non pote-
stis deo servire et mamone. Festum
prophetarum faciunt deiecti et
despecti de quibus dicitur Hebr. 11
Circuierunt in melotis in pellibus
caprinis etc. Contra festum Beel-
phegor faciunt vani garciones et
mulieres vane que in vanis
vestibus delectantur. Beelphegor
enim interpretatur deus vestibus. Psalmo
Initiati sunt Beelphegor et co-
mederunt sacrificia mortuorum
Eccli. xi In vestitu ne glorieris
umquam nec in die honoris tui
extollaris. Festum apostolorum faciunt
fratrum salutem zelantes et
procurantes. Psalmo In omnem
terram exivit sonus eorum etc.
Contra festum belzebub
qui interpretatur deus muscarum
faciunt mundi detrahentes qui
sicut aliquis non quiescunt sed
instar muscarum ad detractiones
et minima opera se volvunt
ponentes eas in telam melioribus
se semper detrahentes. Et ideo
alii inferiores turbari non debent
si de eis ab loquentur qui vident

quod maioribus detrahere non desistunt
Matth. 10 Si patrem familias vo-
caverunt belzebub quanto magis
domesticos eius. Festum martirum
faciunt patientes de quibus
cantatur Non murmur resonat
non querimonia sed corde taci-
to etc. Contra festum martis qui
est deus belli iracundi et im-
patientes faciunt de quibus
dicitur Jaco. iiii Litigatis et bel-
ligeratis et non habetis propter quod
non postulatis. Festum confessorum
faciunt abstinentes de quibus
dicitur 2 Cor. xi In fame
et siti et ieiuniis multis in
frigore et nuditate. Contra fe-
stum baal qui interpretatur devo-
rator faciunt gulosi et epu-
lis intendentes de quibus dicitur
Phil. 3 Quorum deus venter
est et gloria in confusione eorum
qui terrena sapiunt. Rom. xvi
Huiusmodi enim christo domino non ser-
viunt sed suo ventri. Iste est
deus bel de quo dicitur Dan.
xiiii Non tibi videtur quod
bel deus vivens an non vides
quanta comedit et bibat cotidie.
Festum virginum faciunt puri et
continentes de quibus dicitur
1 Thess. iiii Sciat unusquisque
vestrum vas suum possidere in sancti-
ficatione et honore. Contra
festum asmodei faciunt luxuri-
osi et voluptates sectantes.
Ille enim demon ut habetur
Thobie iii septem viros sare inter-
ficiebat. Odit enim matrimonium
et diligit adulterium. Et ideo
viros legittimos occidebat ut
dum illa habere non possit.

legittimos vinos et quot congerit
hic amasios de talibus dicitur
Sapie 2. Vino pretioso et unguen-
tis nos impleamus nullum pra-
tum sit quod non pertranseat luxuria
nostra. Secunda causa institutionis su-
mitur a parte nostre insufficientie
Sancti enim sunt quasi infiniti
nec sufficimus omnibus festa spe-
cialia exhibere et ideo ecclesia
hac die honorat communiter quos
non potest honorare singulariter
Quod enim sancti sunt quasi
infiniti dicitur Danielis vij milia
milium assistebant ei (Gen. xxij
Multiplicabo semen tuum sicut
stellas celi et velud arenam
maris que est in littore maris
Job xxv. Numquid est numerus mi-
litum eius. Ideo dictum fuit Le-
vitici xxvi. Comedetis vetustissima
veterum et novis supervenientibus
vetera abicietis) vetustissima vete-
rum sunt tres in trinitate persone
que vetustissime sunt quia nullum
principium habuerunt / vetera sunt
patres veteris testamenti nova
va sunt sancti novi testamenti
vetustissima ergo debemus comme-
dere quia sancte trinitati cum
devotione et aviditate debemus
reverentiam exhibere et sic ei per
amorem uniri et incorporari
possimus iuxta illud quod dictum
fuit Augustino: Cibus sum grandium
cresce et manducabis me nec
tu me mutabis in te sicut ci-
bum carnis tue sed tu mutaberis
in me / vetera vero id est patres
veteris testamenti possumus abicere
id est ab eorum solempnitatibus absti-
nere, nova vero id est patres novi testa-
menti per annum colere debemus

recolligere et eis laudes impendere
non tamen omnibus singulariter [illegible]
et ipsi sancti novi testamenti sunt
quasi infiniti. Tertia sicut dicit
Jeronimus in epistola ad Chodorum
et Cromatium nullus dies est qui
non ultra quinque milium martirum
numero reperiri posset ascriptus excep-
to die kalendarum Januariarum
Romani enim preceperunt ne ali-
quis illo die interficeretur. Tum quia
prima dies anni erat et ideo festive
sibi volebant. Tum quia Jano
qui fuerat primus rex in Italie de-
dicata erat. Tum quia in illa
die multa prestagia exercebant
Tum quia tunc suos consules
permutabant. Quarta ratio sumitur
a parte nostre negligentie. Nos
enim negligentes multorum sanctorum
festa colimus et multa ibi omi-
simus (aut propter quandam fragili-
tatem aut propter ignorantiam et
oblivionem aut propter ignaviam et
remissionem aut propter negotiorum
secularium nimiam occupationem
Ista quattuor tangit Rabanus. De-
cretum est ut hac die sanctorum
omnium memoria habeatur ut quid-
quid humana fragilitas per igno-
ranciam vel negligentiam seu
per occupationem rerum secularium
in solempnitatibus sanctorum
minus peregisset in hac sancta
observatione solvatur. Ideo dicit
Eccli. De negligentia purga te
cum paucis. Datum brachiorum tuorum
Tunc enim dat brachiis de neglige-
tia nos purgamus vel quando
ad sanctos rogandos manus
extendimus vel quando pauperibus
elemosinas porrigimus vel quando
innocentes a violentia defendimus

Quarta racio sumitur a parte nostre
indigencie. Nos enim sanctorum suffra-
giis multum indigemus. Quando vero unius
vel duorum sanctorum festa colimus
unum vel duos patronos acquirimus.
Sed quia omnes in simul honoramus
omnes advocatos habemus. Et quia
impossibile est multorum oraciones non
exaudiri, impossibile valde erit
eorum preces a domino non admitti. Jo.
Regina virginum hodie ab omnibus
sanctis incedit associata et per nos
intendit. Scitis quid? eam associant
modo ut domicelli modo ut mi-
lites strenui. Quando vero ut domicelli
vestes diversorum colorum assumunt
unam vestem deauratam assumunt
apostoli omnibus dissimilem, purpure-
as martires, iacinctinas confessores,
candidas virgines. Psalmus: Astitit
regina a dextris tuis in vestitu
deaurato. Quoad vestes simplices
circumdata varietate quoad vestes
aliorum sanctorum. Quando vero eam
associant ut milites habent suos
clipeos miro varietate depictos.
In prima igitur acie procedit exercitus
patriarcharum et prophetarum qui in
suis clipeis aquilam auream ge-
stant. Sicut enim aquila de longe
ad solem respicit sic et isti cum
nimia claritate et fervore deside-
rii suspirabant ad Christum. Unde
una de istis aquilis dicebat Job 9
Sicut aquila volans ad escam. Et
alius suum desiderium ostendens
dicebat Ysaie lxiiii Utinam dis-
rumperes celos et descenderes. Quantum
autem iste aquile escam istam videre
cupierunt ostendit dominus Math. xiii Multi
iusti et prophete voluerunt videre que
vos videtis et non viderunt. In
secunda acie procedit exercitus apostolorum
qui in suis clipeis crucem gestant

purpuream. Ipsis enim tamquam
militibus strenuis rex celi arma
sua vexillum scilicet crucem dedit. Et
ideo in ipsum totum pondus prelii consu-
matum est. Unde unus de istis militibus
gloriatur se eius arma gestare scilicet
Paulus ad Galatas vi: Michi autem
absit gloriari nisi in cruce domini
nostri Ihesu Christi. In tercia acie procedit
exercitus martirum qui in suis cli-
peis leonem gestant purpureum.
Ipsi enim leones fortissimi extite-
runt nullos tirannos vel hostes
timentes. Proverbiorum xxx: Leo forti-
ssimus bestiarum ad nullius pavebit
occursum. I Machabeorum iii dicitur de
Juda Machabeo: similis factus
est leoni in operibus suis. In quarta
acie procedit exercitus confessorum qui
in suis clipeis gestant coronam
argenteam qui instar columbe
lote lacte munditie et steterunt
iuxta fluenta divine sapientie.
Cant. v: Oculi eius sicut co-
lumbe super rivos aquarum que
lacte sunt lote et resident
iuxta fluenta plenissima. In
ipsis enim fuit simplicitas inno-
centie. Math. x: Estote pruden-
tes sicut serpentes et simplices
sicut columbe. In ultima acie pro-
cedit exercitus virginum que in suis
clipeis lilium gestant candidissimum
que inter spinas nupciales virgi-
nale lilium servaverunt. Cant. ii:
Sicut lilium inter spinas sic amica
mea inter filias. Inter ista lilia
dilectus libenter pascitur et moratur.
Cant. ii: Dilectus meus michi et
ego illi qui pascitur inter lilia. Quos
igitur isti modo ut domicelli mo-
do ut milites strenui hac die re-
ginam associant ut eam nostra plus
animo quoque intercedant. Sicut in
quadam visione monstratum est

ubi visa est virgo virginum dyademate radiante preciosa quam sequebatur Johannes baptista cum suis patriarchis et prophetis post quos petrus cum suis apostolis post quos multitudo militum copiosa post quos turba diversarum gencium infinita qui omnes ante regem convenerunt ut pro honore suo a mortalibus exhibito gratias agerent et pro universo orbe orarent Ideo dicitur Osee 2 In die illa exaudiam dicit dominus et exaudiam celos et illi exaudiant terram et terra exaudiet triticum vinum et oleum et hec exaudient Israhel / Deus enim exaudit celos id est sanctos qui sunt in celis et celi exauditi exaudiunt terram id est homines qui habitant in terra et terra exaudiet triticum vinum et oleum quia per merita et oraciones sanctorum homines qui sunt in terra acquirunt triticum refectionis glorie et vinum iocunditatis interne et oleum nitide consciencie et hec exaudient Israhel qui interpretatur fortis dei Eciam illi qui per merita sanctorum a deo receperunt gratie refectionem internam exultationem et consciencie nitorem deum exaudiunt dum et ista se ab ipso se habuisse cognoscunt et preceptis eius devote obedierunt etc.

Sequitur sermo secundus de omnibus sanctis etc.

Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri etc. Dicto in superiori sermone de causis huius festiuitatis Nunc dicendum est de modo per quem sancti salutem eternam sunt assecuti Et dicitur qualiter salui facti sunt patres nostri et deinceps quem consequitur ex eo quod orando ad ipsos clamauimus in celum et miserebitur nostri dominus Circa primum notandum quod diuersis sancti diuersis modis eternam salutem obtinuerunt Sicut enim modo sunt quibus castrum aliquod obtinere per unum prebendariam possessionem et hoc modo celestem habitationem obtinent angeli Eximus enim sua confirmatione et beatitudine meruerunt ex eo quod aliis suppeditis[?] bus ipsi deo per amorem adheserunt et ad ipsum taliter sunt quasi tri tholomei[?] tenentur solvere feodum et tributum regi et familie regis quia et deo tenentur assistere et nobis ministrare Daniel vii milia milium ministrabant ei Ecce tributum familie regis et decies milies centena milia assistebant Ecce tributum regis Luce i Ego sum gabriel qui asto ante deum Ecce tributum assistencie quo ad regem et missus sum ad te loqui ad te ewangelisare Ecce tributum ministrationis solliciter quo ad familiam regis Istud autem tributum noluit deo solvere lucifer qui noluit deo assistere per humilitatem sed voluit sibi adequari per potestatem et ideo in infernum deiectus est ysaie xiiii Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris etc. Isto modo eciam celestem mansionem acquirere possunt homines qui corporibus suis et rebus temporalibus ad feodum receperunt si de ipsis fideliter sibi reddunt tributum videlicet de corpore mortificationem Colloss. 3 mortificate membra vestra que sunt super terram / De anima deprecationem et devotionem ysaie xxvi Anima mea desiderabit te in nocte sed in spiritu meo in precordiis meis de mane vigilando ad te / De rebus liberaliter ad pauperes largitionem proverbiorum 3 honora dominum de tua substantia et de primiciis frugum tuarum da pauperibus Sed multi sunt qui istud tributum solvunt dyabolo dantes de corpore suo immunditiam de corde odium et iniquitatem

et de rebus tenacitatem et avari-
ciam [illegible] perdidit aliquis castrum per
fabricationem scilicet quando quis sumptibus suis sup-
tibus et expensis illud fabricavit
et edificavit. Et isto modo acquisi-
verunt sibi celestem palatium patriar-
che qui hospitalitati dediti per ele-
mosinas quas ~~dederunt~~ vel fece-
runt in celis domum sibi fabrica-
verunt. De quorum hospitalitate di-
citur Hebr. 13. Hospitalitatem nolite ob-
livisci per hanc enim placuerunt quidam
angelis hospicio susceptis. Super
fundamentum cum fidei quod habuerunt
domum de lapidibus aureis argente-
is et preciosis sibi edificaverunt
habuerunt enim caritatem auream
quo ad deum dilectionem argenteam
i. sonoram quo ad proximum. Aurum
enim dilectio quodammodo est plum-
bea quando tum latet in corde. Sed
tunc est argentea quando sonat ex-
terius et in ore per affabilitatem
et in opere per largitatem. Habuerunt
enim lapides preciosos i. bona opera
que habuerunt soliditatem per
intentionem rectam et preciositate
per caritatem supernam. De isto ed-
ificio aureo argenteo et precioso
dicitur 1 Cor. 3. Si quis superedifi-
cat super fundamentum hoc aurum
argentum lapides preciosos etc.
Talem domum edificant qui pau-
peribus elemosinas largiuntur. Tunc
habet enim elemosina deo datur
quodammodo est tamquam plumbum
et saxum sed ibi tamen convertitur
in aurum plumbum in argentum
saxum in lapidem preciosum. Per Augustinum
Super psalmum laudas mercatorem
qui vendit plumbum et acquirit
aurum et non laudas illum qui er-
rogat pecuniam et acquirit iusticiam.
Tales securi sunt de celesti man-
sione quia qui habet deum fide-

iussorem debitorem et solutorem
solutorem fideiussorem quidem
unde dicit Crisostomus super lucam Ob hoc
dives ille torquebatur apud infernum
quia lazarum sibi non fecerat amicum.
Ecce pauper cui deus non habet quod
tribuat sed cum ex parte ad deum oculos
quasi debitorem clamat Domine mu-
tuum accepi fideiube pro me. Ideo si
Et si non tenes pauperem redditu-
rum idoneum tum habes fideiusso-
rem. Habet enim debitorem pe-
tentis. [illegible] Da pauperi pecuniam
da panem da vestimentum da
tectum si debitorem non inveneri-
mus. Hic deum liberalissimum so-
lutorem. Idem Da pauperi terram
ut accipias celum da nummum
ut accipias regnum dei da micam
ut accipias totum da pauperi
ut deus tibi tribuat quicquid pau-
peri dederis tu habebis et quod
alter non accepit pauper habebit
alter. Tercio perdit possidens quis castrum
per impignoracionem vel arram
quando scilicet illud in pignus vel arram
accepit. Et hoc modo celestem
mansionem sibi acquisiverunt
apostoli qui in hac vita pignus
et arram acceperunt sed modo
possessionem intraverunt. Istud pignus
et arra fuit spiritus sanctus de quo
dicitur 1 Cor. 2. Signavit nos et
dedit pignus spiritus sancti in
cordibus nostris. Ephe. 1. Credentes
signati estis spiritu promissionis sancto
qui est pignus hereditatis nostre.
Istud pignus spiritus sancti habuit
apostoli quo venturam predicabant
quo celestia depredicabat quo divina
misteria predicabant. 2 Petri primo
Non enim voluntate humana
illata est aliquando prophetia spiritu
sancto inspirati locuti sunt sancti

dei hominibus unde dicitur de uno propheta
sed ysaie xlviii° Spiritu magno vidit
ultima et consolatus est lugentes
in syon in sempiternum ostendit
futura et abscondita antequam fie-
rent Isto modo celestem hereditatem
assecuti sunt qui perfectius spiritum sancti
acceperunt Sed sicut per istud signum
salvati sunt pueri israel sicut et qui
lambere noluerunt dampnati sunt
pueri israel sive quia ipsi resisterunt
sive quia ipsi contristaverunt sive quia
extinxerunt sive quia contumeliis
affecerunt Illi spiritui sancto resistunt
qui sibi advenienti cor claudunt
actuum vii Dura cervice et incircum-
cisi cordibus et auribus vos semper
spiritui sancto resistitis Illi sibi con-
tumeliam faciunt qui ipsum iam
receptum expellunt hebr. 10 spiritui
sancto contumeliam fecit Illi contristant
qui per sui expulsionem inimicum ad-
vocant Ephe. iiii° nolite contri-
stare spiritum dei in quo signati estis
in die redemptionis Illi extinguunt
qui propositum initum receperunt
nullum bonum nec bonam voluntatem
concupiunt i thessa. 5 Spiritum nolite
extinguere Quarto assequuntur
quidam castrum per emptionem Isto modo
apostoli acquisiverunt qui terrena ut
sibi acquirat celestia contempse-
runt Math 20 Ecce nos reliquimus
omnia Et cetera patrem et cetera centuplum
accipiet et vitam eternam possidebit Et cetera premium comparat Augustinus
in persona dei venale habeo quod
dicitur regnum celorum quod emitur
paupertate regnum dolore gaudium
labore requies ignominia gloria
morte vitam Debet autem emi
instar agri thesauri et margarite
ut habetur math. 13 Agri quidem
quia requirit agrum valde cultum
Sed de multis dicitur proverbiorum 24
Per agrum hominis pigri transivi et
ecce totum repleverunt urtice ope-
ruerunt superficiem eius spine
Thezauri quidem quia requirit magnum
desiderium proverbiorum 2 Si quesieris
quasi pecuniam et sicut thezaurum
effoderis eam tunc intelliges
timorem domini et scientiam dei in-
venies Margarite autem quia re-
quirit magnum studium ut scilicet bonus
mercator studeat eam querere et
invenire Nullus autem se excuset
quia modico precio eam emit petrus
Zacheus Ecce dominus regnum suum ven-
dit et ut quilibet emere valeat pro
fragmento panis exponit
Quis ergo excusare non emere
valeat quem tanta venditionis
vilitas provocat Quinto possidetur
castrum aliquando per violentiam et de-
preptionem Et hoc modo possederunt
martires qui sibi vim et violentiam
inferentes suo animo et corpori dampnati
sunt Math. 11 Regnum celorum
vim patitur et violenti rapiunt
illud Rapuerunt autem de manibus
dei regnum celorum desiderabilem
thesaurum et vitam beatorum
Ambrosius Aggrediamur iter
domini Si quis ipse via et more
latronum suis cum spoliare nitamur
Cupimus sibi auferre thezaurum
regnum et vitam Sed ille tam dives
et largus est ut non abnuat non
resistat et tamen omnia dederit incolu-
mis omnia possidebit Aggrediamur
ergo inquam tamen non fuste non
ferro non saxo non mansuetudine
bonis operibus castitate pietate vi
sunt qui violentiam sibi inferunt
Seneca Innumerabiles quidem sunt
qui ipsos qui urbes habuerunt
in potestate pauperrimi qui se ...
Sicut homines reges ita regibus
dominandi desiderium dominantur
Ideo quintus curtius dixit quidam ex
suis maximis alexandro di-
ci habitus corporis tui aviditati

animi tui partem esse voluissent
orbis te non cape alta dimi-
circuitum alta capitis attendentium
Quinto sibi ostendit Apostoli exemplo
quod licet sit modo sublimius et altius
tanto potest fieri humilis et deiectus sicut
magne arboris que subito eradicatur
hominibus in altum ascendentibus qui subi-
to casum patitur. Et hominibus qui aliquam
curam animum eius efficit. Sexto
obtinet castrum et hereditariam succe-
ssionem Et hoc modo sibi acquisive-
runt confessores Christi quia fuerunt
pacifici in se pacem habentes et in
aliis pacem facientes Et quia pa-
cifici ideo filii dei Math. v Beati
pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Cum
vero filii dei ideo heredes dei Ro. viii
Si filii et heredes De ista hereditate
dicitur in psalmo Novit dominus dies
immaculatorum et hereditas illorum
in eternum erit ubi ostendit quod tamquam
quasi legittimi ex immaculato scilicet
thoro nati sunt heredes instituendi
spurii vero hereditate privandi ideo
dicitur Novit dominus dies immaculatorum
Gal. iiii° Non enim erit heres filius
ancille cum filio libere quod in sua he-
reditate sunt perpetuo conservandi quia
nullus tyrannus eos expellere poterit
Johannis x Non rapiet eos quisquam
de manu mea Octavo a principe sunt
in possessionem mittendi Ideo subditur
Non confundetur in tempore malo id est in iu-
dicio extremo ubi mali confundentur
quia accepta hereditate expellentur
Math. xxv Discedite a me maledicti
etc. Boni vero in possessionem mittentur
Venite benedicti etc. Et eciam
bonis animabus saciandi Mali vero
fame perpetua cruciandi Ideo subditur
In diebus famis saturabuntur Ysaie
lxv Ecce servi mei comedent
et vos esurietis Nono mali perpetue
amen hore maiestatis eius excludenti-

tandi Ideo subditur Quia peccatores
peribunt In quibus cum peccato morta-
li diuina maiestas offenditur Septimo
possidet aliquando castrum pro continua
devotione Hoc modo virgines acqui-
sierunt Sicut cum dono gratuito
habuerunt eternam felicitatem iuxta
illud Ysaie lxi Dare eis coronam
pro cinere oleum gaudii pro luctu
pallium laudis pro spiritu meroris Pre-
ceteris cum sanctis virgines tres
prerogativas habebunt scilicet coronam
aureolam quam habebunt ex eo
quod carnem suam mortificaverunt et
quasi usque ad cinerem consumpserunt
Ideo dicit Dare eis coronam
pro cinere Habebunt celestem melo-
diam quam sole cantabunt ex eo
quod pro sponsi absentia semper in
luctu fuerunt Ideo dicit oleum gau-
dii pro luctu Habebunt vestem
candidam id est carnem virgineam
ex eo quod non delicias carnis sed
spiritum meroris secute fuerunt Ideo
subditur pallium laudis pro spiritu me-
roris Octavo ponitur utilitas quam
consequimur ex eo quod ad sanctos lau-
dando et orando clamamus
Unde dicitur Et nunc clamemus in
celum etc. Multa cum fiducia multi
sanctorum sepe recipimus et ut hoc
melius pateat Notandum quod secundum Ysi-
dorum li. iii° ipsi sancti sunt promp-
tuaria et cenacula dei sancti dei
alabastra dei templa dei Et spi-
ritus Organa spiritus sancti Nos
autem sumus famelici sitibundi aridi
voluntati dei [illegible] egestatis et
tanti Cum igitur sint promptuaria
et cenacula dei et nos sumus
famelici sitibundi Ideo accipite
hinc refecciones quo saciamur et
vinum spiritualis exultationis quo
inebriamur Unde dicit Dan. loquens
de sanctis Ubi cum promptuaria dei

spirita tenatula facti sunt Cra
sunt fontes dei et nos aridi
ideo ab ipsis accipimus aquam sapientie
qua irrigamur unde ait Isti
viventes in veritate cum illa
puritia deo assistant salutares
fontes multa nobis beneficia irri-
gantes quia sunt alabastrum
dei et nos vulnerati recipimus
ab ipsis unguentum quo sanamur
unde ait unguentum boni odoris
ex se manans sanctorum reliquie
nobis tribuunt et usque hodie distil-
lat sicut cum manavit ex sua petra
et maxilla asini aqua ema-
navit et mortuis reliquiis un-
guentum boni odoris emanat mi-
rabile nequaquam est Tertio quia
sunt exempla dei et nos quasi
sumus initi dei ideo ab ipsis re-
cipimus orationes quibus deo re-
conciliamur unde dicit Gregorius
pro intelligentia in corporibus
sanctorum habitat deus et ait apostolus
honoranda sunt dei templa
et arata dei tabernacula Quarto
Tertio laboratis ut ducem aliquem
invenietis qui te mortali regi
adducat et pro te ad ipsum sermo-
nem faciat Ducens igitur sanctis
habemus qui reconciliationis pro
nobis ad deum faciunt non ho-
norandum est Quinto quia sunt orga-
num spiritus sancti per quos lo-
cutus est Et nos ignorantes
et ceci sumus ideo ab ipsis reci-
pimus lumen doctrine qua illumi-
namur Augustinus in libro de civitate
dei Neque sunt contemnenda
sed potius tuenda sanctorum
corpora quibus cum adhuc vi-
verent spiritus sanctus quasi quibus-
dam organis ad omne opus
bonum usus est Unde apostolus
An experimentum queritis eius
qui in me loquitur Christus Et
de Stephano dicitur Quod non
poterant resistere sapientie et spiritui qui
loquebatur etc.

Sermo tertius de omnibus sanctis sequitur

Vocate cetum congregate populum
sanctificate ecclesiam coadunate
senes congregate parvulos et
sugentes ubera egrediatur sponsus
de cubili suo et sponsa de thala-
mo suo Johel 2. Ecclesia nostra
omnes sanctos hoc congregat ut eis
laudem et honorem impendat et
quia non potest omnes honorare singula-
riter saltem honorat omnes simul. Sunt
autem octo ordines sanctorum quos
hodie ecclesia honorat qui ponuntur
in octo responsoriis que hodie can-
tantur preter ultimum responsorium quod
quere Tertio quod octo ordines ut supra
dicta auctoritate notantur hos autem
ipsos non prosequimur eo ordine quo
in auctoritate ponuntur sed quo eos
ecclesia in responsoriis prosequitur que
attendit ordinem graduum et mitio
dignitatis. Sunt autem supradicta verba
esse verba angelorum alloquentium
illos de ecclesia militante et dicentium
nos de ecclesia militanti in nostra
solempnitate vocate cetum etc. Est
igitur primus et summus ordo beatissime
trinitatis que notatur cum dicitur Egrediatur
sponsus de cubili suo sponsus est et
in nomine autem Christi tota trinitas intel-
ligitur sicut dicit Ambrosius Verbum cum
Christus dicitur unctus intelligitur et ungens
scilicet pater et unctus scilicet filius et ipsa un-
ctio scilicet spiritus sanctus specialiter tamen
sponsus filius dicitur de quo dicitur Matthei
xxv° media nocte clamor factus
est Ecce sponsus venit Iste sponsus
quadruplex habet cubile scilicet patris
sinum Joh. 1. Unigenitus qui est in
sinu patris ipse enarravit Matris uterus
Cant. 1. lectulus noster floridus
uterus enim beate virginis fuit flo-
ridus id est omnium virtutum flo-

rib(us) adornatus Crucis patibulo in quo velut in meridie requievit Cant. 1. Indica michi quem diligit anima mea ubi pascas ubi cubes in meridie. Tertio de monumento in quo dormivit et requievit propheta In pace in idipsum dormiam et requiescam. De primo cubili egressus est per eternam originem Mich. 5. Egressus eius ab initio a diebus eternitatis. De secundo per temporalem incarnationem propheta Ipse tamquam sponsus dominus procedens de talamo suo. De tertio egressus est per instantiam demonis expulsionem Abacuk 3. Egressus es in salutem populi tui in salutem cum christo tuo percussisti caput de domo impii etc. De quarto egressus est per gloriosam resurrectionem Genesis 49. Requiescens accubuit leo de cubili suo et quis suscitabit eum. De quibus ergo quatuor trahitur quadruplex ratio quare iste sponsus a nobis est hodie cum ceteris honorandus scilicet quia rex noster factus est glorificator noster. Item inquantum est de ... egressus est de sinu patris est rex noster. Inquantum est de utero matris est factus noster. Inquantum egressus de crucis patibulo factus est medicus noster. Inquantum est de monumento factus est glorificator noster. De hiis quatuor Zach. 9. Ecce rex tuus. Ecce quia rex noster venit tibi scilicet carnem assumendo seu assumat. Ecce quia factus noster iustus ecce quia medicus noster et salvator. Ecce quia glorificator noster. Procedat ergo egrediatur sponsus de cubili suo id est christus de sinu patris exeat et carnem assumat et hodierne festivitati se adiungat. Secundo est ordo virginum qui notatur cum dicitur

Et sponsus de talamo suo. Virgo enim licet non est in ordine dignitatis quia ibi non sunt nisi tres persone nec est in ordine sanctorum vel angelorum sed super ordines universos. Dicitur autem sponsa quia cristus cum ea matrimonium contraxit eo quod matrimonium primo fuit initiatum per verba de futuro per Gabrielem nuntium cum Ecce concipies et paries filium. Deinde fuit ratificatum per consensum per verba de presenti quando dixit Ecce ancilla domini fiat michi secundum verbum tuum. Ultimo fuit consummatum quando filius dei in thalamo uteri virginalis naturam nostram sibi eternaliter copulavit. Tunc enim istud matrimonium fuit completum unde exclamat ecclesia Ecce completa sunt omnia que dicta sunt per angelum de virgine maria. Ista autem sponsa habuit triplicem thalamum scilicet uterum preciosum in quo habitavit divina sapientia Eccl. 24. Qui creavit me requievit in tabernaculo meo. Secundum animum virtuosum in quo habitavit omnium plenitudo celica. Omnibus enim electi habitant intra visceta sue pietatis. Tamen ipsa sit mater gratie et vite et sit mater dilectionis et sancte spei Eccl. 24. Ego mater pulcre dilectionis et agnitionis et timoris et sancte spei. Tertium gloriosum in quo ipsa habitat sublimata de quo tanta ecclesia Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum. Ex hiis ergo tribus trahitur triplex ratio quare ipsa hodierna die est a nobis cum ceteris honoranda scilicet quia est sponsa eterni regis advocata humani generis regina et domina totius curie celestis. Item inquantum in eius utero precioso habitavit divina sapientia facta est sponsa

eterni regis pergentis in cuius amore
desiderosa habitat universalis ecclesia
facta est advocata quam genuerat
pergentis in loco glorioso habitat
sublimata facta est domina et regina
totius curie celestis De hiis tribus
dicitur Apoc. 12 mulier amicta
sole et luna sub pedibus eius et
in capite eius corona stellarum
duodecim Primo amicta sole fuit
quando dei filium qui est sol iusticie
in utero suo habuit / Lunam autem
i. ecclesiam sub pedibus habet ipsam
sub sua protectione tenet Duode-
cim autem stelle sunt novem ordi-
nes angelorum et tres sanctorum
scilicet martirum confessorum et virginum
Quorum quia in sua sunt corona et
ipsa omnium est regina Egrediatur
ergo sponsa de thalamo suo i.
beata virgo de sublimi loco suo se
dignatur inclinare et nostre se solemp-
nitati iungere Tercius est ordo ange-
lorum Quod notatur cum dicitur vaca-
te eciam unde cantatur Cetus omnis
angelici [illegible] Iste autem cetus non tam est
nobilis quantum ad numerum sed etiam
ordinatus quantum ad officium Nam
secundum dyonisium triplex habent offi-
cium scilicet illuminandi quod notatur in facto
thobie ubi sic dicitur Thobie xi ad
preceptum angeli oculi eius sunt illuminati
Officium purgandi quod notatur
ysaie ubi sic dicitur ysaie vi per
ministerium seraphin labia sua purga-
ta sunt Officium confortandi et robo-
randi Quod notatur in facto helie
ubi dicitur 3 Regum xix helias mi-
sterio angeli a deo fortificatus est
et usque ad montem dei Oreb xl
diebus et xl noctibus ambulavit
De hiis ergo tribus trahitur triplex
ratio quare sancti angeli in presenti
solempnitate sunt a nobis honorandi
scilicet quia sunt nostri purgatores

illuminatores et perfectores De
hiis tribus propheta regius dicit sic
in conspectu angelorum psallam tibi
Quod autem psallat subdit dicens
super nomen tuum quia ministerio angelo-
rum a culpa me purgas / et ve-
ritate tua quia dei sapientia me
illuminas quoniam magnificasti super omne
nomen sanctum tuum i. quia in tua gratia
me magnificas perficis et confirmas
Quartus est ordo prophetarum et patriar-
charum quod notatur cum dicitur Co-
adunate senes [illegible] cum dicuntur
senes propter reverentiam paternitatem
quia scilicet nos in fide genuerunt
Thobie iiii° filii quippe sanctorum
sumus et Hebr. 12 patres quidem
carnis nostre habuimus eruditores
et reverebamur eos Secundo propter
sensus maturitatem Sapientie iiii°
Cani sunt sensus hominis / De hac
ipsorum sensus maturitate et pro-
funditate dicitur Eccl. xlii° Sapientiam
magnorum videt ultima et tercio
propter conversationis gravitatem et ho-
nestatem Sapientie iiii° Etas senec-
tutis vita immaculata et psalmus in
populo gravi laudabo te et De hiis
ergo tribus trahitur triplex ratio
quare sancti patres veteris testa-
menti a nobis sunt in presenti solemp-
nitate honorandi scilicet quia fuerunt
genitores nostri in fide vera ma-
turi in sapientia graves et honesti
in vita De hiis tribus Eccl. xliiii°
laudemus viros gloriosos et pa-
rentes nostros laudare debemus
senes patres et degeneres filii non
erubescant et confundantur
cum tamen laudatur pater alicuius qui
fuit optimus erubescat filius qui
non imitatur patrem In hoc quod
dicitur viros notatur sensus maturi-
tas cum habuerunt sensum puerilem
sed maturum et virilem in hoc quod

dicitur glo(sa) sub nota ipsorum conversa-
tionis gravitas et honestas ha-
buerunt cum conversationem gloriosam
et cunctis acceptam. In hoc quod
dicitur parentes nostros notatur ipsorum
reverenda paternitas quia nos in
fide genuerunt. Primus ordo est
apostolorum. Quod notatur cum dicitur
sanctificate i. sanctam paternitatem ecclesiam
congregatio autem apostolorum antonoma-
sice ecclesia appellatur quia ipsam
in fide plantaverunt et ista ecclesia
fuit sanctificata i. de adventu sancti
spiritus confirmata. Hoc autem quod dicitur
sanctificate includit ipsum sanctum esse
omnibus cum sanctificatus est sanctus sed
non econverso. Virgo cum maria et Jo-
hannes baptista in utero et apostoli
non in adventu spiritus sancti fuerunt
sanctificati i. in gratia confirmati quod
numquam ab ista sanctitate cadere potue-
runt. Ceteri autem fuerunt sancti non
sanctificati quia graciam sanctitatis
amittere potuerunt. Congregatio
autem apostolorum dicitur ecclesia sancta et
sanctificata ecclesia quia ipsam in fide
fundaverunt et plantaverunt Ephe. 2
Superedificati super fundamentum a-
postolorum et prophetarum 1 Cor. 3
Ego plantavi apollo rigavit.
Sancta quia sanctam vitam habue-
runt que in duobus consistit scilicet
in doctrina fecunda sedula et in
vita perfecta. De his duobus dicitur
Ysaie lx° Qui sunt isti qui ut
nubes volant per aera. Ecce doctrina
sedula quia per totum mundum
volaverunt et quasi columbe ad fe-
nestras suas. Ecce vita perfecta
apostolorum cum amice fuerunt columbe
et simplices et pure que ad fe-
nestras suas steterunt quia sensus
suos custodierunt. Columba enim
que Eva ad fenestras suas

non stetit quia sensus suos
non custodivit (?) cum custodit
fenestram auditus quia venenoso
verbo serpentis audivit nec
visus quia pomum vetitum ac
nimis attente respexit nec
olfactus quia ad odorem
pomi multum delectata fuit nec
tactus quia ad pomum vetitum manum
porrexit nec gustus quia ipsum
comedit. Sunt ergo congregatio
apostolorum sanctificata quia a sanctitate
cadere non potuerunt Job xxxvii
Tu forsitan cum eo fabricatus
es celos qui solidissimi quasi
ere fusi sunt. Es cum quanto
plus malleatur tanto magis reso-
nat. Sic apostoli quanto plus affligе-
bantur tanto maiorem sonum
dulcedinis laudis et predicationis redde-
bant. De his ergo tribus tangitur
triplex ratio quare sancti apostoli
sunt a nobis cum precipua solempni-
tate honorandi scilicet quia in fide
nos plantaverunt suis doctrinis
et firmaverunt suis exemplis et
corroboraverunt suis miraculis.
De his tribus Apoc. iiii dicitur
de throno procedunt fulgura voces et
tonitrua. Licet omnes sancti sint
throni dei in quibus deus sedet
per gratiam precipue tamen apostoli in
quibus deus sedet per plenitudi-
nem gratie. Ab istis ergo thronis
procedunt voces predicationum ful-
gura lucidorum exemplorum et
tonitrua terribilium miraculorum.
Secundus est ordo martirum quod
notatur cum dicitur congregate plebem (?)
Dicta cum martires dicuntur populi ab
populando seu adeplando (?) quia
cum depopulati sunt i. confregerunt
et conminuerunt diaboli mundum
et corpus propter ipsam diabolum.

vicerunt. Jacobi iiii°. Resistite dya-
bolo et fugiet a vobis. Unde Ysa-
ias contra quosdam qui se gerunt resiste-
bant dicebat Hebr. 12. Nondum
enim usque ad sanguinem restitistis.
Ille usque ad sanguinem resistit
qui usque ad mortem dyabolo non
consentit. Eccli. iiii. Usque ad mor-
tem certa pro iusticia. Mundum id est
persecutores mundi vicerunt patien-
do. Unde cantatur de eis. Non mur-
mur resonat non querimonia
sed corde tacito etc. Prov. xvi.
Melior est paciens viro forti et qui
dominatur animo suo expugnatore
urbium. Luce xxi. In paciencia vestra
possidebitis animas vestras. Corpus
proprium vicerunt frangendo id est macer-
ando et castigando. i Cor. ix.
Sic pugno non quasi aerem verberans
sed castigo corpus meum etc. Ex
hiis ergo tribus trahitur triplex ra-
tio quare sancti martires in parte solemp-
nitate sunt a nobis honorandi quia
ipsi tamquam strenui pugiles et
domini per bellatores vicerunt omnes
hostes triplici genere victorie scilicet dya-
bolum resistendo mundum per modum
resistendi mundum per modum pacien-
di corpus proprium per modum frangendi.
De hoc triplici genere victorie dicitur
Hebr. xi. Sancti per fidem vicerunt
regna scilicet regnum dyaboli mundi et
carnis. Deinde subdit modum
vincendi et genus victorie: obtu-
raverunt ora leonum et extinxerunt
impetum ignis effugerunt aciem gla-
dii. Ecce primum genus victorie per
modum resistendi. Alii vero ludibria
et verbera experti insuper vincula
et carceres lapidati sunt secti sunt
temptati sunt in occisione gladii
mortui sunt. Ecce secundum genus vic-
torie per modum paciendi. Circuierunt
in melotis in pellibus caprinis

egentes angustiati sunt afflicti
sunt. Ecce tercium genus victorie
per modum se frangendi. Septimus est ordo
confessorum. Quod notatur cum dicitur
Et sugentes ubera. Deus non dedi-
gnatur aliquando personam matris as-
sumere. Ysaie lxvi. Quomodo si mater
blanditur ita ego consolabor vos.
Sicut autem ipsa est mater ita habet ubera
pietatis et consolacionis. Ex ube-
ribus autem aliquando triplex liquor
effunditur scilicet lac butirum et sanguis
sicut dicitur Prov. xxx. Qui fortiter
premit ubera ad eliciendum lac ex-
primit butirum et qui vehementer
emungit elicit sanguinem. Sancti
igitur confessores ex uberibus di-
vine pietatis ista tria suxe-
runt scilicet lac id est intelligenciam divine
scripture. Ideo autem suxerunt quia
parvuli fuerunt. Psalmus. Sapienciam
prestans parvulis. Math. xi. Abscon-
disti hec a sapientibus et pruden-
tibus et revelasti ea parvulis. Ysaie
lx. Suges lac gencium et ma-
milla regum lactaberis. Sancti enim
doctores habuerunt sapienciam
gencium philosophorum et regum id est prophe-
tarum et apostolorum quam laudabiliter
se rexerunt. Suxerunt butirum
id est pinguedinem devocionis interne.
Psalmus. Impinguasti in oleo caput
meum. Per caput intelligitur mens.
Tunc enim caput in oleo impinguatur
quando mens devocione impletur.
Job xxix. Quando lavabam pedes
meos butiro: pedes anime sunt
affectus anime. Qui tamen butiro lavantur
quando devocionis pinguedine ir-
rigantur. Suxerunt sanguinem
id est memoriam passionis dominice.
Psalmus. Inebriatur pes meus in
sanguine. Pes tunc in sanguine
tingitur quando affectus ad memoriam
dominice passionis fortiter inflamatur.

hoc significatum primi Machabeorum vi ubi dicitur quod elephantibus ostendebant sanguinem uve et mori ad acuendum eos in prelium. Sic sancti confessores ex eo quod hoc sanguine erant uncti in dei amorem erant indelebiliter inflammati. Ex hiis ergo tenebis tertio triplex ratio quare sancti confessores sunt a nobis in presenti solempnitate honorandi scilicet quia fuerunt doctores veri devoti intercessores nostri et inflammatores veri. [?] inquantum suxerunt lac id est intelligenciam sacre scripture facti sunt doctores veri. Inquantum suxerunt butirum id est pinguedinem devotionis interne facti sunt intercessores devoti veri. [?] quia erant inflammati ideo alios inflammabant. Isti fuerunt animalia dei de quibus dicitur Ezech. i. Et scintille quasi aspectus eris candentis. Scintille inquantum scintille lucentes sunt inquantum ardentes sonores sunt inquantum candentes inflammate sunt. Inquantum igitur sancti confessores fuerunt veri intercessores sic eorum orationes fuerunt scintille id est lucentes per humilitatem orationis quia humilitatis orationes eorum lucentes fuerunt quod usque ad celum ascenderunt. Eccl. xxxv. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Inquantum fuerunt doctores fuerunt sonori id est sonori. Ps. In omnem terram exivit sonus eorum. Inquantum fuerunt inflammatores fuerunt candentes id est alios incendentes. Octavus est ordo virginum quod notatur ibi dicitur Congregate parvulos et sugentes cum dicitur parvuli non ratione etatis sed ratione puritatis. Est autem triplex puritas in virginibus requirenda que notatur in parabola que ponitur Math. xxv. Simile est regnum celorum decem virginibus etc. Puritas vasis liquoris et luminis. Puritas vasis notatur ubi dicitur acceperunt lampades. Lampas cum que vitrea est puritatem et splendorem habet. Puritas liquoris notatur ubi dicitur acceperunt oleum. Oleum cum liquidum est et purum. Puritas lucis in hoc quod lampades extinguuntur accenduntur. Puritas igitur vasis est mundicia corporis. I Thessa. iiii. Sciat quisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore. Puritas liquoris est mundicia gratie [?] spiritualis que dicitur munda ab effectu quia facit animam mundam. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Puritas lucis est claritas sancte conversationis de qua dicitur Math. v. Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. Ex hiis ergo tenebis tertio triplex ratio quare virgines in presenti solempnitate sunt honorande scilicet quia sunt sponse christi templum spiritus sancti et filie dei. Primum inquantum habuerunt puritatem virginalis mundicie facte sunt sponse christi. Apoc. xiiii. Sequuntur agnum quocumque ierit. Inquantum habuerunt puritatem spiritualis mundicie facte sunt templum spiritus sancti. I Cor. 3. Nescitis quia templum dei estis et spiritus dei habitat in vobis. Inquantum habuerunt puritatem conversationis sancte facte sunt filie. Unde primo quam dixit Sic luceat lux vestra coram hominibus etc. statim subdit ut glorificent patrem vestrum qui est in celis. Per sanctam namque et pacificam conversationem merentur filie dei appellari. Math. quinto [?]

Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur
de hiis tribus dicitur Apocalypsis xiiii°
Hii empti sunt ex omnibus primicie
deo et agno Item quia sunt so-
cii cristi et in ore eorum non est
inventum mendacium Item quia sunt
filii dei sicut enim dyabolus est pater
mendacii et omnes mendaces sunt
filii eius Sic deus est pater veritatis
et omnes qui sequuntur veritatem
sunt filii veritatis Sine macula
sunt ante thronum dei Item quia
sunt templum spiritus sancti Spiritus
enim sanctus habitat in cordibus
que sunt pura et sine macula
hoc sciens propheta primo petebat
mundiciam cordis et post modum
infusionem spiritus sancti dicens Cor
mundum crea in me deus et spiritum
rectum innova in visceribus meis

Sequitur sermo quartus de omnibus sanctis etc

Vocate cetum congregate populum
sanctificate ecclesiam etc
ut supra Cum triplex est
adoratio scilicet dulie yperdulie et latrie
sancta mater ecclesia istam adora-
tionem hodie celebrat Est autem
dulia honor sive adoratio que
exhibetur sanctis que greco
nomine dulia nuncupatur yperdulia
est honor sive adoratio que ex-
hibetur beate virgini que addit
aliquam maiorem reverenciam
super primam unde dicitur ab yper quod
est supra et dulia Latria vero ut in
Augustinus est cultus soli deo exhibe-
tus quia alio nomine religio
sive pietatis nuncupatur Iste triplex
cultus sive adoratio in premissis
verbis notatur primo enim ponitur ado-
ratio dulie Cum dicitur vocate
cetum et congregate populum Secundo ado-
ratio latrie Cum subditur egrediatur
sponsus de cubili suo Tercio ado-
ratio yperdulie Cum subditur et spon-
sa de thalamo suo Primo igitur
hodierna die exhibemus adora-
tionem dulie angelis Cum dicitur
vocate cetum istum scilicet cetum de quo
cantatur Cetus omnes angelici ho-
norant Et dupplici quidem propter suam
sapienciam vel amiciciam vel benivo-
lenciam angeli igitur a nobis
sunt honorandi et adorandi
quia sunt dei sapiencia illustrati
divino amore inflamati et in divina
gracia confirmati Et quia illuminati
lucem divine sapiencie nobis infundunt
Quia inflamati speciali amore nos
diligunt Quia vero confirmati nos
in gracia dei confirmant De eo autem quod
sunt illuminati vocantur adamas
luna et astra diiomipio [?] speculum mdi [?]
Et Job astra matutina Job xxxviii
ubi cum me laudarent
astra matutina etc De eo autem quod
sunt inflamati dicuntur ardores
sempiterni Ysaie xxxiii Quis po-
terit habitare de vobis cum ardo-
ribus sempiternis Lapides ignitis
unde dicitur de primo angelo Ezechielis
xxviii° In medio lapidum ignitorum
ambulasti Carbones accensi Ezechielis i
Aspectus eorum quasi carbonum ignis
ardencium De eo autem quod sunt con-
firmati vocantur castra dei Genesis xxxii
castra dei sunt hec Columpne
paradisi Job xxvi Columpne celi con-
tremiscunt et pavent ad nutum eius
et solidissimi celi Job xxxvii
Tu forsitan cum illo fabricatus
es celos qui solidissimi quasi ere
fusi sunt Secundo exhibemus ado-
rationem dulie martiribus quod notatur
cum dicitur Congregate populum

i. martires depopulatos i. interfec-
tos Quod quidem quatuor de causis
debemus honorare quas ponit beatus
Maximus [illegible] honoremus sanctos mar-
tires dei tanquam principes fidei
intercessores mundi precones regis
et coheredes dei Sunt ergo primo princi-
pes mundi psalmus principes iuda
duces eorum principes zabulon prin-
cipes neptalim xpi enim fidem glori-
ficaverunt et ideo dicuntur principes iu-
da qui interpretatur glorificatus fide
sustentaverunt et ideo dicuntur principes
zabulon qui interpretatur substantia
fidem dilataverunt et ideo dicuntur
principes neptalim qui interpretatur
dilatatio Secundo sunt intercessores mundi
Sancti enim qui sunt in regno valde
solliciti orare pro nobis qui remansi-
mus in exilio Fulgentius Cur non
speramus et curramus ut pariter
eorum videre et perfrui mereamur salutare
possimus magnus illic carorum nos
numerus expectat parentum fratrum filiorum
frequens et copiosa turba desiderat
de sua iam incolumitate secura
adhuc de nostra salute sollicita Ieroni-
mus contra vigilantium Si apostoli et
martires adhuc in corpore positi possunt
orare pro ceteris quando de se adhuc debe-
rent esse solliciti quanto magis post
coronam victorias et triumphos Tercio
sunt precones regis 2 petri secundo
Octavum noe iustitie preconem custodivit
Sancti enim martires et predicatores sunt
veri precones qui tubam predicationis
applicant ori per meditationem psalmus
Os iusti meditabitur sapientiam et
flatum spiritus sancti infundit per orationem
Iamno aut aperiendo os emittit fla-
tum calidum comprimendo vero frigidum
quia per suas orationes frigidos infla-
mavit et tribulatis refrigerium prestat
Et quia difficilius est tepidos inflammare
quam tribulatos refrigerare oportet

ut viri sancti per illis cum maiori
amplitudine affectus ad deum effundat
ut etiam sicut veri precones debent
gere ex parte sua predicationis [illegible]
per asperam vitam et ex parte aliorum
predicationis latam per compassionem et unitatem
Quarto sunt heredes dei Quamvis enim
omnes sancti sunt heredes dei marti-
res tamen precipue heredes dicuntur quia
hereditas transit ad heredem cum suo
onere hereditas celestis habet onus
scilicet tollerantiam passionum cum isto
onere habuit eam xpistus de quo di-
citur luce xxiiii oportuit xpistum pati
et ita intrare in gloriam suam Ber-
nardus Si dominus glorie oportuit per
viam crucis intrare in gloriam suam
per quam intrabit servus nisi per illam
In gloriam alienam habuerunt
eam apostoli qui dixerunt actuum xiiii
per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum celorum habuerunt
eam martires de quibus dicitur Math. v
Beati qui persecutionem patiuntur propter
iustitiam quoniam filii dei vocabuntur
habent eam omnes fideles 2 thim. 3
Omnes qui pie volunt vivere in xpo
persecutionem patiuntur Qui ergo sine
tribulationibus vult assequi hereditatem
celestem videtur quod velit esse xpisto
innocentior et apostolis dignior et
martiribus sanctior et omnibus fideli-
bus melior Tercio impendimus apostolis
honorem dulie Unde dicitur festi-
vitate celiam licet enim ecclesia sit con-
gregatio omnium fidelium tamen potest dici esse
congregatio omnium apostolorum ex eo quod
ipsi ecclesiam fundaverunt Istam eccle-
siam debemus festivitate i. sanctam
ostendere Sedem aut Eius Sedem faciunt
peccatorum mundicia spiritus sancti presentia
et omnium bonorum affluentia Ista tria
apostoli perfecte habuerunt et ideo sancti
fuerunt habuerunt enim cordis mun-
diciam Io. xv Iam vos mundi estis

propter sermonem quem locutus sum
vobis. Spiritus sancti prerogativam primo
plenitudinem receperunt. Actuum 2
Repleti sunt omnes spiritu sancto. Et
bonorum operum affluentiam quia habue-
runt et actus interiores qui consistunt
in comparando et orando et exteriores
in docendo et disponendo. 2 Cor. 11
preter ea que extrinsecus sunt instantia
mea cottidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.
Quarto impenduntur honorem dulie
patriarchis et prophetis. Quod notatur
cum dicitur Quadraginta seniores di-
cuntur autem seniores non propter temporis antiqui-
tatem sed maxime propter vite sanctitatem
de qua Sapie. 4 Cani sunt sensus
hominis et etas senectutis vita imma-
culata. Distinguit autem Augustinus triplex
genus vite scilicet ociosum actuosum et
ex utroque compositum primum in ocio contem-
plationis secundum in labore actionis tertium
in regimine prelationis. Officium enim
prelati est delinquentes corrigere quod
spectat ad laborem actionis et pro
eis orare quod spectat ad ocium contempla-
tionis. Istud triplex genus vite isti
sancti patres habuerunt. De labore actio-
nis dicitur Hebr. 11. Isti per fidem vicerunt
regna operati sunt iustitiam etc. De
ocio contemplationis dicitur Eccli. xlviii
ubi agitur de ysaia Spiritu magno
vidit ultima etc. De regimine prelationis
dicitur Eccli. xliiii Imperantes in presenti
populo. De hiis tribus dicitur ibidem Homines
divites in virtute hoc refertur ad vir-
tutem contemplationis pulchritudinis
studium habentes hoc refertur ad la-
borem actionis pacificantes in do-
mibus suis hoc refertur ad regimen
prelationis. Quinto impenduntur hono-
rem sanctis virginibus. Quod notatur
cum dicitur Congregate parvulos. Di-
cuntur autem parvuli propter puritatem
que tanta est ut etiam puritati

angelice comparetur. Cui tamen
assignat Ieronimus super Matheum dicens
Primum animalis est lege unius femine
contentum non esse. Primum autem hominis
est lege unius femine contentum esse.
Tertium autem angeli est ab omni usu li-
bidinis omnino separatum esse. Qui ergo
nescit unius femine lege contentus non
est hic nec homo est nec angelus
sed brutum animal est. Qui vero lege
unius contentus est hic nec animal est
nec angelus sed homo. Qui vero
ab omni usu libidinis omnino abstrac-
tus hic nec animal nec homo sed an-
gelus est. Sexto impenduntur hono-
rem dulie sanctis confessoribus. Quod notatur
cum dicitur Et suggentes ubera
Christi cum de ubere sacre scripture
suxerunt lac divine sapientie.
In hoc autem quod dicuntur suxisse lac
notatur quod habuerunt puritatem
vite de quorum puritate dicitur
Tren. iiii Candidiores nive ni-
tidiores lacte rubicundiores etc.
Habuerunt gustum divine sapientie
de quo dicitur Cant. iiii Bibi vi-
num meum cum lacte. Item Cant.
4 Mel et lac sub lingua tua.
Sapientia enim divina dicitur mel quia
habet animam delectare et lac quod
habet animam nutrire. Et vinum quod
habet animam ad dei amorem ine-
briare. Habuerunt et suavitatem
devotionis interne. Terra enim promissi-
onis fluebat lacte et melle. Ita
sancti confessores tempore nostro premisso
et una substantia terrena induto
hauriebant mel id est dulcedinem
et contemplationem divinitatis et
lac id est devotionem ex consideratione
humanitatis. Et quia sancti confes-
sores suggendo lac [?] per-
ceperunt scilicet puritatem vite gustum
divine sapientie et suavitate devotionis

intrinse / Ideo nunc facie ad faciem
deum vident Augustinus in libro de or-
dine Ille videt deum qui bene viuit
hoc refertur ad puritatem vite Be-
ne studet hoc refertur ad gustum
diuine sapiencie Bene orat hoc re-
fertur ad suauitatem deuocionis
intrinse Secunda est adoracio latrie et
preterea cognatum cristo quod notatur
cum dicitur Egrediatur sponsus de
cubili suo scilicet ut hodierne se palep-
ntati iungat Tercia est adoracio yp-
dulie qua beatam virginem adoramus
cum dicitur Et sponsa de thalamo
suo Inter istum autem sponsum et sponsam
notabile matrimonium est contractum
in quo fuit bonum fidei prolis et
sacramenti fidei quidem quia votum
virginitatis quod beata virgo emisit
semper illibatum seruauit prolis autem
quia dei filium de suis castis vi-
sceribus generauit Sacramenti vero
quia nunquam a filio suo diuisa aut
separata fuit Et sicut inter coniuges
est triplex coniunctio vna per consensum
animorum alia per commixtionem
corporum Tercia per indiuisibilitatem
habitacionis amborum Sic inter
cristum et virginem beatam fuit con-
iunctio animorum per mutuam cari-
tatem Cantica vi. Ego dilecto
meo et dilectus meus michi //
fuit coniunctio corporum per naturem v-
nitatem quia vna est caro cristi
et sanguinis matris eius Genesis 2
Erunt duo in carne vna Duo
cum scilicet spiritus sanctus et virgo fece-
runt corpus cristi in ipso vtero
virginali fuit eciam indiuisibilitas
habitacionis amborum Et ita sicut
in vita dilexerunt se ita et in
morte separari minime potuerunt
Iohannis xix. Stabat iuxta crucem
ihesu mater eius et soror matris
eius maria cleophe et mari-
a magdalene etc Sequitur

Sequitur sermo quintus de omnibus sanctis etc

Beati qui habitant in domo
tua domine in secula seculorum
laudabunt te psalmus Omnes
homines naturaliter appetunt beatitudi-
nem sed tamen eam quam beatitudine
diuersi diuersimode errauerunt Alii enim
circa beatitudinis subiectum Alii circa
beatitudinis locum Alii circa bea-
titudinis duracionem Alii circa beati-
tudinis occupacionem siue operacionem
fuerunt enim plures philosophi qui erraue-
runt circa beatitudinis subiectum
Errorum quidam dixerunt subiectum
beatitudinis esse solam animam et isti
fuerunt stoyci qui posuerunt beati-
tudinem in sola animi virtute Alii
dixerunt subiectum beatitudinis esse
corpus Et isti fuerunt Epicurei qui
posuerunt beatitudinem in sola cor-
poris voluptate Contra quos dicit
propheta Cor meum et caro mea exul-
tauerunt in deum viuum Si igitur interro-
garetur propheta quid sentiret de beati-
tudine quantum ad subiectum respondet
quod totus homo in corpore et in anima
Et ideo dicit beati qui habitant
Qui enim crederet tamen in anima tunc
diceret beate anime que habitant vel
si tamen in corpore tunc diceret Beata
corpora que habitant dicendo autem
beati qui habitant totum hominem de-
signat Alii errauerunt circa beatitudinis
locum ponentes beatitudinem tamen
in hoc mundo scilicet in diuiciis et hono-
ribus et aliis prosperitatibus huius mundi
Contra quos dicit propheta Beatum
dixerunt populum cui hec sunt beatus
populus cuius dominus deus eius Si igitur
interrogaretur propheta quid senciat de
beatitudine quantum ad locum vbi sit
respondet in domo tua Alii errauerunt
circa beatitudinis duracionem dicen-
tes animas a corporibus exutas bea-

beatitudine consequi que tamen per multa
annorum curricula ad corpus iterum
rediret et miseriis huius mundi
subiecte desinunt esse beate et iste
fuit error platonis et sequacium eius
in quem etiam errorem incidit orige-
nes Contra tales loquitur divina scrip-
tura dicens Sapie 2 Hec cogitaverunt
et erraverunt Excecavit enim eos malicia
eorum et nescierunt sacramenta dei
neque mercedem speraverunt iusticie nec
iudicaverunt honorem animarum sanctarum
Si igitur interrogetur propheta de beatitudinis
duratione quid sentiat respondit in
secula seculorum Alii erraverunt circa
beatitudinis occupationem sive operationem
sicut iudei et saraceni qui dicunt
homines beatos vacare comestionibus
et potibus et feminarum commixtionibus
Quod reprobat dominus .d. Math. xxii°
In resurrectione neque nubent neque
nubentur sed erunt sicut angeli dei
in celo Si igitur interrogatur propheta circa
que beati occupantur Respondebit
laudabunt te Ex hiis ergo ostenditur
quod propheta in verbis premissis describit
beatitudinem quantum ad quatuor primo
quantum ad beatitudinis subiectum Cum
dicitur Beati qui habitant Secundo
quantum ad locum cum dicitur in domo
tua 3° quantum ad durationem Cum dicitur
in secula seculorum Quarto quantum
ad occupationem Cum dicitur laudabunt
te Circa primum notandum quod subiectum
beatitudinis est ipse homo Dicit Au-
gustinus in libro de civitate dei Quod
quando summum bonum hominis queritur
quid sit homo varro querens putat
et ponit ibi augustinus tres opiniones
quas recitat varro prima est quod
homo sit anima aliquo modo se habens
ad corpus et ponit exemplum in
equite Eques enim non est homo et
equus sed solus est homo ideo tamen
eques dicitur quia aliquo modo habet

se ad equum et sic anima habet se
ad corpus sicut eques ad equum Alii
dixerunt quod solum corpus sit homo
aliquo modo se habens ad animam
et ponit exemplum de poculo ad
potionem Non enim calix simul dicitur
poculum sed calix solus ideo dicitur
poculum quia potioni continende sit accommo-
datus Et sic corpus se habet ad
animam sicut poculum ad potionem
Alii dixerunt quod nec corpus solum
nec anima solum sit homo sed utrumque
simul Et ponit exemplum in biga
duos enim equos iunctos bigas vocamus
quorum unus sive dexter sive sinister
pars est bigarum unum vero equorum
bigas non dicimus quomodo se habeat
habeat se alterum sed ambos simul
~~unum~~ horum autem trium varro hec
eligit tamen hec augustinus Beatitudo
autem consistit in glorificatione cor-
poris et anime Corpus quidem in presenti
quadruplicem habet defectum est
enim mortale obscurum ponderosum
et grossum Et quantum ad istos qua-
tuor defectus remotionem et glorifica-
tionem accipiet Et hoc insinuat apostolus
dicens .i. Cor. 15 Seminatur in cor-
ruptione seminatur in ignobilitate
surget in gloria Seminatur in infirmitate
surget in virtute seminatur corpus animale
surget corpus spirituale Ex quibus
verbis habetur quod tota corporis passi-
bilitas transibit in immortalitatem
Et ideo dicitur seminatur in corruptione
surget in incorruptione Tota ob-
scuritas transibit in claritatem et ideo
subdit Seminatur in ignobilitate sur-
get in gloria i. in claritate glorio-
sa Tota ponderositas transibit in
agilitatem Et ideo subdit seminatur
corpus animale surget corpus spirituale
Dicit enim augustinus in morf Erit
corpus nostrum subtile per effectum spiritualis
potentie spiritualis sed palpabile
per veritatem nature Consisti circa

Beatitudo in glorificatione anime quia
cum in presenti similiter habet quadru-
plicem defectum scilicet in meditationibus
affectionibus et cogitationibus et cogni-
tionibus ad istum quadruplicem defectum
~~...~~ renovationem et glorificationem
accipiet Quod apostolus insinuare
videtur dicens .1. Cor. 13 Cum essem
parvulus loquebar ut parvulus sa-
piebam ut parvulus cogitabam ut
parvulus Quando autem factus sum
vir evacuavi que erant parvuli. Vi-
demus nunc per speculum et in enig-
mate Tunc autem facie ad faciem Tunc
anima loquitur quando aliquid meditatur
Tunc sapit quando aliquid diligit
Tunc cogitat cum secum aliquid coagi-
tat Tunc videt quando intelligit
aliquid et cognoscit Modo igitur
anima habet pueriles meditationes
quia sepe meditatur inania psalmus
ipsi meditati sunt inania pueriles
affectiones quia sepe diligit vana
psalmus ut quid diligitis vanitatem
et queritis mendacium pueriles cogi-
tationes quia sepe cogitat inutilia
Ysaie lix Cogitationes inutiles
et pueriles cognitiones quia vix
sufficit cognoscere minima et apta
Sapie. 9. Que in prospectu sunt
invenimus cum labore Que in celis
autem sunt quis investigabit In
vita autem beata anima evacuabit
que erant parvuli et movebit vilia
meditationes affectiones cogita-
tiones et cognitiones Primo quidem
meditationes nunc tunc erunt circa
operum dei tam mirandam varietate
psalmus Memor fui dierum antiquorum
meditatus sum in omnibus operibus
tuis et in factis manuum tuarum
meditabar Affectiones circa divine
tam dulcissima suavitate Tunc enim
dicetur eis illud Cant. 7. Bibite
amici mei et inebriamini karissimi

Eccli. xxiiij° Qui edunt me adhuc
esurient et Cogitationes circa dei
et sanctorum tam mirabilem eternita-
tem psalmus Cogitavi dies antiquos
et annos eternos in mente habui
Sapie. vij. Cogitatio illorum apud
altissimum Et cognitiones circa
divine visionis tam apertam clari-
tatem 1 Cor. 13 Tunc cognoscam
ex parte Tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum Secundo
propheta describit beatitudinem quantum
ad corpus Cum dicit in domo tua
Habet autem domus dei omnes con-
ditiones laudabiles que ad commo-
ditatem domus alicuius requiruntur
Dicit autem beatus Augustinus in libro
de civitate Bona domus pa-
ribus membris disposita ampla
et lucida Istas tres conditiones habet
domus dei Primo cum est paribus
membris disposita quia ibi deus
fecit suum consistorium cenaculum cubi-
culum et viridarium In consistorio autem
ubi cause audiuntur et sententie
dantur ipse in iudicio manebit Ec-
clesiastes v. xxx sedebit super solium suum
in consistorio pallacii In hoc eodem
consistorio apostolos ponet secum
iuxta illud Mat. 19 Sedebitis super
sedes iudicantes xij tribus Israel
In cenaculo ponet martires quia
cum in hoc mundo fuerunt tribulati
afflicti fame et siti afflicti Ideo eos
refectione habundantissima sa-
ciabit iuxta illud Luce xxij Edatis
et bibatis super mensam meam
in regno meo De istis cenaculis
dicitur 2 Parali. 3. Cenacula ~~...~~
texit auro quia caritate ipsorum
eos decoravit In cubiculo ponet
virgines tamquam sponsas suas Hoc
signatum est Hester 2. Ducta est Hester
ad cubiculum regis sicut et ipse sub
sponse christi iuxta illud 2 Cor. 11.

Despondi vos uni viro virginem castam exhibere cristo et ipse est sponsus earum iuxta illud psalmi Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo In viridario ponit concupiscentes in quibus tanquam in viridario et orto ameno spaciatur iuxta illud hester xvii Intravit rex in ortum nemoribus consitum colligentes ibi rosam pacie lilium munditie et violam humilitatis immense Istud viridarium et ortum tam amenum pater plantavit hester primo Iussit rex parari et convivium in vestibulo orti et nemoris quod regio cultu consitum erat filius fonte sapientie irrigavit eccl 24 Rigabo ortum plantacionum et inebriabo partus mei fructum Spiritus sanctus calido amore herbas et plantas aromaticas producere eas facit cant 4 Surge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluent aromata illius Secundo illa domus est ampla Baruch 3 O israel quam magna est domus dei et ingens locus possessionis eius magnus et non habens finem excelsus et immensus De quibus verbis habetur quod illa domus est longa sine fine Et ideo dicit magnus et non habens finem Est alta sine modo Et ideo dicit excelsus Est ampla sine mensura Et ideo dicit immensus Ideo dicitur 1 cor 2 Quod oculus non ~~aut~~ vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus omnibus diligentibus se Erit ergo domus dei sic longa et sine fine quod oculus non potest ~~aff~~ attingere sit excelsa et sit alta quod auris non sufficiat audire sit ampla et immensa quod cor non sufficiat cogitare Tercio domus est valde lucida Illuminatur a luce superiori i. a deo Apocalipsis xxi Civitas illa non eget sole neque luna ut luceat in ea Nam claritas dei illuminat illam et lucerna eius est agnus Et luce interiori quia platee eius sternentur ex lapidibus preciosis thobie xiii° Ex lapide candido et mundo omnes platee eius sternentur Apocalipsis xxi platee civitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum Et luce exteriori quia corpora beatorum erunt valde luminosa Math xiii Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum Et lumine interiori quia anime beatorum splendore divine sapientie plene erunt ysaie lx° Implebit dominus splendoribus animam tuam quia illis splendoribus divine sapientie aperte videbunt deum seipsos et alia omnia Quarto de civitate dei Ista domus erit nobis notus atque conspicuus ut videatur a singulis nobis in singulis nobis videatur et ab alio in alio videatur in seipso videatur in celo novo in terra nova atque in omni que tunc fuit creata Et quia domus illa isto quadrupliciter sic est illustrata Ideo dicitur Tho 13 Luce splendida fulgebis Tercio describit propheta beatitudinem futuram ad eternam durationem Cum dicit In secula seculorum Sancti enim in domo dei perpetuo morabuntur Creditur namque de temporalibus potest quis amittere possessionem domus quam inhabitat aut quia erat ad tempus conducta aut quia ab hostibus est ablata aut quia casu et ruine incendio exposita aut quia est creditoribus assignata Tercia quando homo depauperatur domus venditur et creditoribus assignatur Nullo istorum modorum sancti viri possessionem domus celestis amittere poterunt Et hoc quod dicitur ysaie xxxv°

Sedebit populus meus in pulchritu-
dine pacis in tabernaculis fidu-
cie et requie opulenta. Isaias 32. Non
amittant tamquam habitatores tan-
dem tantum quia erunt habitatores
veri ut patet peculiares populi dei
et ideo dicit Sedebit populus meus
non populus alienus. De quo dicitur
in psalmo Filii alieni mentiti sunt
michi. Nec amittent ista tamquam
ab hostibus expulsi quia ipsi hostes
subiugaverunt atque vicerunt. Et ideo
dicitur In pulchritudine pacis. Pul-
chram pacem facit qui sub vexillo
suo hostem omagium facere compellit.
Sic et sancti hostes suos scilicet car-
nem mundum et dyabolum sub vexillo
fidei subiugaverunt et servituti perpe-
tue mancipaverunt. Item certa de
possessione domus celestis erunt
tamquam de casu vel ruina domus
securi quia domus illa est perpetua
et secura. Et ideo dicit In taberna-
culis fiducie. Secura quidem est et fir-
ma erit. Primo quia supra montem
divine altitudinis fundata. Psalmus
Fundamenta eius in montibus
sanctis. Secundo quia de vivis la-
pidibus edificata. I Petri 2. Et ipsi
tamquam lapides vivi superedifica-
mini domus spirituales. Tertio quia
caritatis bitumine colligata secundum
illud Colossenses 3. Super omnia autem
hec caritatem habentes quod est
vinculum perfectionis. Quarto quia
non manu hominis sed manu divine
sapientie fabricata. 2 Corinthios 5. Scimus
enim quoniam si terrestris domus
nostra huius habitationis dissolvatur
quod edificationem ex deo habemus
domum non manu factam sed eternam
in celis. Item certa de possessione
domus celestis erunt tamquam

depauperati quia erunt omnes divi-
tes et opulenti. Et ideo subdit
In requie opulenta. Psalmus Fiat
pax in virtute tua et habundan-
tia in turribus tuis. Quarto
propheta describit beatitudinem quantum
ad occupationem sive operationem.
Sancti enim circa laudem dei semper
occupabuntur et eorum occupatio
semper erit eterna dei laudatio.
Augustinus in libro de civitate dei 22. Ipse
deus erit finis desideriorum nostrorum
qui sine fine videbitur sine fasti-
dio amabitur sine fatigatione
laudabitur. Hoc munus hic affectus
hic actus profecto erit omnibus sicut
ipsa vita eterna communis. Et in eodem libro
vacabimus videbimus videbimus et
amabimus amabimus et laudabimus.
Ecce quod erit in fine sine fine.
Nam quis alius noster est finis
nisi ad regnum pervenire cuius nullus
est finis. Distinguit autem beatus
Augustinus in 2o libro de doctrina chri-
stiana triplicem sonum qui habet
fieri in cantilenis. Unus qui
fit voce sicut est illorum qui canta-
bunt sine organis. Secundus alius
qui fit flatu sicut tubarum
et organorum. Tertius qui fit
pulsu sicut in cytharis et tym-
panis invenitur. Istud triplex genus
armonie in celesti patria erit inter
sanctos cum deum laudabunt.
Primo quidem armoniam cum voce faciant
sancti. Psalmus Laudate dominum de
celis. Armoniam faciant cum flatu
angeli quia flatu sancti spiritus pleni
iuxta illud Ezechielis 1. Ubi erat im-
petus spiritus illuc gradiebantur.
l. dei iubilacionem [illegible]
unde subditur in psalmo Laudate
eum omnes angeli eius laudate
eum omnes virtutes eius. Armo-
niam cum pulsu faciet deus.

Si quidem patriarche habent cordam suam, prophete suam, apostoli suam et sic de ceteris ordinibus. Tanget igitur deus cordam patriarcharum et dulcem sonum reddet. Tanget cordam prophetarum et dulcem sonum emittet. Tanget cordam apostolorum et dulcem sonum faciet et sic de aliis ordinibus. Tanget ac dissimiliter in concordem et suavem faciant melodiam quia in dispari claritate erit pro gaudium. Unde subditur in psalmo: Laudate eum sol et luna, laudate eum stelle et lumen. Per solem, stellas et lunam et lumen intelliguntur diversitates sanctorum quasi diversitas in cithara cordarum. Per solem sancti superiores, per lunam mediocres, per stellas inferiores intelliguntur. Corda igitur superiorum cum tangitur facit vocem octavam. Corda mediocrum seu mediorum facit quasi vocem quintam. Corda inferiorum facit quasi vocem inferiorem et planam. Tanget cum cordam beate virginis et super omnes dulciorem sonum faciet et altiorem vocem emittet et sic dulcem faciet melodiam. De ista triplici melodia dicitur in psalmo: Exultationes dei in gutture eorum, hoc quo ad melodiam que fit a sanctis cum voce. Et in alio: Laudate eum in sono tube, hoc quo ad melodiam que fit ab angelis cum flatu. Et sequitur: Laudate eum in cordis et organo, et hoc quo ad melodiam que fit a deo cum pulsu. Propter istam triplicem melodiam dicitur Ysa. li. Gaudium et leticia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis. Gaudium propter armoniam pulsus et leticia propter armoniam flatus, gratiarum actio et vox laudis propter armoniam vocis etc. Sequitur.

Sequitur sermo sextus de omnibus sanctis etc.

Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te. Psalmista describere domum dei premisit dominum dicens: Rex meus et deus meus. Postea describit domum dicens: Beati qui habitant in domo tua etc. Quatuor autem sunt que domum aliquam faciunt esse amenam, scilicet liberalitas domini, nobilitas consortii, amenitas loci et immensitas gaudii. Si enim dominus domus nimis esset avarus vel habitatores essent ignobiles vel domus esset feda et turpis vel ipsi habitatores essent tristes, domus grata non esset. Commendat igitur psalmista domum celestem primo a liberalitate domini cum dicit: Rex meus et deus meus. Secundo a nobilitate consortii cum subdit: Beati qui habitant. Tertio ab amenitate loci cum addit: In domo tua. Quarto ab immensitate gaudii cum concludit: In secula seculorum laudabunt te. Primo igitur ponitur liberalitas domini cum dicitur: Rex meus et deus meus. Licet enim rex sit et deus est tamen vere quia nobis se et sua totaliter dat. Si enim esset aliquis dominus qui omnes peregrinos faceret cives esset multum liberalis. Sed si eos faceret perpetuos habitatores et cives esset liberalior. Si vero eos faceret domesticos, heredes et filios esset liberalissimus. Rursus si faceret eis instrumentum autenticum de sua civilitate, de perpetua habitatione et de sua adoptata filiatione esset superliberalissimus. Talis est deus rex et dominus istius civitatis et domus sue. Ephe. 2. Iam non estis hospites et advene sed cives

cives sanctorum. Ecce prima libe-
ralitas quia omnes peregrinos fa-
ciunt. Deinde subdit super edifi-
cati super fundamentum apostolorum
et prophetarum etc. Ecce quia cives
facit lapides vivos i. habitato-
res eternos. Hec vero quarta libera-
litas ei desit facit eos de sua
civilitate de sua perpetua habita-
cione et de sua adoptata filia-
cione autenticum instrumentum. De
quo instrumento dicitur Apocalypsis iii.
Scribam super eum nomen dei mei
s. glo. Hoc nomen quod est eter-
num et nomen civitatis nomine
v-lem i. s. glo. nomen habet
a civitate s. civis et nomen me-
um novum quod est filius dei. In
qua autem parte hominis scribatur
hoc instrumentum determinatur
infra 14 ubi dicitur Et habebit
nomen eius et nomen patris eius
scriptum in frontibus suis. Sancti
igitur in frontibus i. in manifesto
s. glo. hec tria nomina habebunt
scripta scilicet civis eternus et filius
et sic habebunt instrumentum
de sua civilitate de sua eternitate
et de sua filiacione. Racio autem
quare hec assignatur potest dari cum
per exemplum. Quod deus alicui sancto
diceret Egredere de civitate mea
quia peregrinus ingressus es
posset sibi respondere Ecce domine
quia in fronte scriptum habeo quod
civis sum. Et si deus adiceret
Si ergo civis es mane in civitate
mea per mille annos et postea
inde recedere posset sibi respon-
dere Ecce domine quia in fronte
scriptum habeo quod eternus sum.
Si iterum deus adiceret Si ergo civis
et eternus es in civitate mea tan-
quam civis maneas et tanquam
eternus nunquam recedas, sed ad mea
tamen secreta et ad mea curia

non accedas posset sibi ~~dicere~~ respondere
Ecce domine quia in fronte scriptum
habeo quod filius sum. Tunc non restat
nisi ut sibi dicat deus Ergo ma-
neas in civitate mea ut civis et
semper maneas ut eternus. Et ad om-
nia secreta mea accedas ut filius.
Secundo ponitur nobilitas consorcii. Unde
dicitur Beati qui habitant in domo
tua cum omnes nobiles quia beati
i. in corpore et in anima glorificati.
Corpus quidem glorificabitur quantum ad
omnes sensus et anima quantum ad
omnes potentias. Visus autem beatifi-
cabitur in beatissima dei visione.
Ysaie xxxiii. Regem in decore suo
videbunt. Hoc spectat ad contempla-
cionem divinitatis que de longe prospicitur
quia super omnes angelos exaltatur.
Secundo autem quod color niger visum
congregat viridis non delectat al-
bus disgregat et obnubilat. Iste
triplex color consideratur in Christo.
Color niger fuit humanitas Christi que
in passione fuit valde nigra. Apocalypsis vi
Sol factus est niger tanquam saccus
cilicinus. Et iste color debet cogitaci-
ones congregare quia si tanta passus
est innocens et iustus quid faciet
peccator et iniustus. Luce 23 Si in
viridi hoc faciunt in arido quid fiet.
Color albus est sua divinitas que
per suam nimiam claritatem oculos men-
tis disgregat et obnubilat. i Thymo.
Lucem habitat inaccessibilem. Color
non albus divinitatis coniunctus est in
Christo colori nigro humanitatis et
sic factus est totus viridis et ame-
nus delectabilis in quo visus in-
pascitur et delectatur. Ecclesiastici 40 Graciam
et speciem desiderabit oculus et super
hec virides sationes. Auditus beati-
ficabitur in dulci audicione audi-
endo scilicet dei dulcissima allocucione. Hec

Sonet vox tua in auribus meis vox
enim tua dulcis et Sangelorum sua-
vissima iubilacio Job xxxviii ubi
eras cum me laudarent astra ma-
tutina et iubilarent omnes filii
dei et perpetua homini laudatione ysa li
Gaudium et leticia invenietur in ea
graciarum actio et vox laudis Olfactus
delectabitur ex fragrancie mira diffusione
que quidem fragrancia causabitur ex
odore rose i. ex carnis cristi puri-
ssime Ecc. quasi flos rosarum
in diebus vernis ex odore unguentorum
i. omni virtutum et graciarum quibus xpi
anima fuit plena Cant. i curremus
in odorem unguentorum tuorum ex
odore balsami i. divinitatis Ecc. 24
quasi balsamum non mixtum odor
meus ex odore omni florum i. verborum
et operum cristi Ecc. 24 flores mei
fructus honoris et honestatis Gu-
stus delectabitur in plena dei dilectione
delectatione quam quidem sentiet in
carne cristi tam suavissima ut
dicant omnes illud Job xxxi primo
Quis det de carnibus eius ut saturemur
Ex ore cristi tam dulcissima Ecc. 24
Spiritus meus super mel dulcis et
ex divinitate xpi omni saporum tam
plenissima Sapie 12 panem de celo
prestitisti illis omne delectamentum
in se habentem et omnis saporis
suavitatem Tactus delectabitur seu
beatificabitur in tangendo luce 6
virtus de illo exibat et sanabat
omnes Si enim virtus erat tanta in
tangendo fimbriam cristi quanta
delectatio sanctis erit in tangendo
personam cristi In osculando Cant. 8
Quis michi det te fratrem meum
sugentem ubera matris mee ut inveniam
te foris et deosculer te In ample-
xando Cant. 2 leva eius sub
capite meo et dextera illius am-
plexabitur me Sexta anima beatificabitur

quantum ad suas potentias scilicet in-
tellectivam affectivam et appetitivam
Intellectus quidem noster delectabitur in
dei veritate Scientia autem nostra est in
presenti obscura i Cor 13 Videmus
nunc per speculum et in enigmate
Est imperfecta ibidem Ex parte nunc
cognosco Erit ab eo tunc infusa
unde subdit Cum essem ut parvulus
loquebar ut parvulus Tunc autem
scientia nostra erit clara unde dicit Tunc
autem videbimus facie ad faciem
Erit perfecta unde subdit Tunc
autem cognoscam sicut et cognitus
sum Erit ab ipso deo infusa ideo
subdit Cum autem factus sum vir
evacuavi que erant parvuli Augustinus
Verum ibi omnia quia ita quia pero-
sa sed sine aliquo errore vel
labore quia verbum dei sapientia de ipso
fonte potabitur cum summa felici-
tate sine difficultate Affectiva
nostra delectabitur in dei bonitate
Bonitates autem que sunt in crea-
turis sunt accidentales ideo
sepe eis expoliantur Sunt parti-
culares quia nulla creatura est
que habeat omnes bonitates sed
sunt in eis sparse et divise Sunt
etiam mixte quia nulla creatura
habet puram bonitatem Et
ideo affectus noster delectari non potest
in creaturarum bonitatibus sit acci-
dentalibus sit particularibus et sit
mixtis Ibi autem est bonitas esse-
ncialis ideo dicitur Mar x Nemo
bonus nisi solus deus Boni-
tas universalis Sapie vii Venerunt
michi omnia bona pariter
cum illa Bonitas pura Augustinus
Quanta ibi erit felicitas ubi nullum
erit malum nullum latebit bonum
Appetitiva nostra beatificabitur in
dei satietate Si aliquis valde si-
tiens guttas lambet non satiatur
sed magis sitis augetur Si vero

mensuratum aliquid comprimatur appeti-
tus satiatur. Contrarium in tormentis quas-
dam delectationes habuerunt propter
illud prov. ix. Finiti cibus terrenum
lugebunt et ideo non satiantur
sed miserabili fame torquentur
psalmus famem patientur ut canes
Sancti in patria delectationes reci-
piunt sed mensurate Ephe. iiii°
Unicuique nostrum data est gratia secundum
mensuram donationis Christi Et
ideo eorum appetitus aliquando que-
ritur sed non potest satiari. Beati
autem sunt in fonte dei Et ideo
non patiuntur sitim Apoc. vii Agnus
dei qui in medio throni est de-
ducet eos ad fontes aquarum
Sunt in cenaculo dei Et ideo
non patiuntur esuriem psalmus Satia-
bor cum apparuerit gloria tua Sunt
in thezauris dei Et ideo non
patiuntur penuriam sustinere Eccli. xv
Iocunditatem et exultationem
thesaurisabit super eum Sunt
in plenitudine gaudii dei Et
ideo non patiuntur aliquid triste senti-
re Math. xxv Intra in gau-
dium domini tui. Tercio ponitur amenitas
loci cum dicitur In domo tua
Sunt autem domus est amena quia
est bene ordinata Et de magna
de ordinatione cuius domus dicitur
Ysaie liiii° Ecce ego sternam
per ordinem lapides tuos et funda-
bo te in saphiris et ponam iaspidem
propugnacula tua et portas
tuas in lapides sculptos et omnes
terminos tuos in lapides desidera-
biles. Per lapides ordine stratos
intelliguntur patriarche et prophete
per lapides desiderabiles apostoli
et per saphiros qui sunt celestis
coloris virgines per iaspidem qui
est viridis coloris confessores per
lapides sculptos martires. Domus
autem dyaboli est ordinata et inor-
dinata. Ibi quidem est ordo divine
iusticie suppliciorum et dampna-
torum iusticie quidem quia sicut
dicit Augustinus peccatores in suppliciis
ordinantur ut nusquam sit dedecus
culpe sine decore iusticie
Et hoc ostendit triplici exemplo
Nam in anulo pulchre relucet
gemma latro pulchre apparet
in furca fimus pulchre manet
in cloaca. Sic divina iusticia
pulchre relucet in carcere infernali
Peccator qui est latro anime sue pul-
chre stat in patibulo dyaboli. Peccator
eciam qui est fimus peccati pulchre
manet in cloaca Jehennali. Est
eciam ordo ibi suppliciorum quia
non omnes equaliter puniuntur
sed secundum mensuram peccati datur men-
sura supplicii Deut. xxv Pro
mensura peccati erit et plagarum
modus Apoc. xviii° Quantum glo-
rificavit se et in deliciis fuit
tantum date ei tormentum et luctum
Est eciam ibi ordo ~~peccatorum~~ dampna-
torum quia ordinate punientur
in penis ut qui fuerunt similes
in culpa sociantur in pena Zacha.
xii Plangent sic familie et fa-
milie deorsum. Math. xiii°
Colligite primum zizania et ~~alli~~
alligate ea in fasciculos ad combu-
rendum De superbis enim fiet
unus fasciculus de luxuriosis
alius et sic de singulis aliis. Ceterum
non est ibi ordo quia creature
ibi non servant ibi suam distinc-
tionem situationis et proprietatem dis-
tinctionis quia ibi non servant qua-
tuor elementa abinvicem sunt
distincta et quelibet creatura una
ab alia ibi tamen omnia sunt corrup-
ta pariter et confusa Et ideo vocatur
chaos Luce xvi Inter nos et
vos chaos magnum firmatum est.

Istam corruptionem notavit propheta dicens Ignis sulphur spiritus procellarum etc. Item sentiunt etiam ibi suam situationem quia dampnati de loco ad locum semper transeunt etc. aut dicitur inordinata quando sequitur mutat locum Job xxiiii Ad nimium calorem transeunt ab aquis nivium Item sentiunt etiam ibi suam contrarietatem sicut patet in igne et aqua presens cum ignis ardebit et non lucebit Sapie xvii Ignis quidem nulla vis poterat illis lumen prebere contrarietas ignis est aqua cuius proprietas aqua est ignem extinguere ibi autem nec ignis aquam consumet nec aqua ignem extinguet Sapiencie xix Ignis in aqua volabat super suam virtute et aqua extinguentis nature obliviscebatur contrarietas glaciei et nivis est ad calorem ignis liquefieri et resolvi ibi autem non resolvuntur Sapie xvi Nix et glacies sustinebant vim ignis et non tabescebant Secundo domus dei debet esse clara ante incarnationem quia illuminabat eam lux divinitatis Veniente autem addita est gloriosa lux humanitatis Ysaie lx Surge illuminare Iherusalem quia venit lumen tuum et gloria domini in te videbitur Et ideo omnes sancti tam maiores quam minores illuminabuntur a luce divinitatis et a splendore ortus humanitatis Et hoc est quod subditur Et ambulabunt gentes in lumine tuo et reges in splendore ortus tui Domus autem dyaboli est valde tenebrosa quia ibi sunt tenebre superiores que causantur ex privacione visionis divine Ysa lix Impegimus meridie quasi in tenebris visio enim dei que beatitudo est meridies dampnatis erit tenebra Ibi sunt tenebre etiam

inferiores quia ipsa terra infernalis de se tenebrosa est Job x Antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam etc. Ibi etiam sunt tenebre interiores quia omnes dampnati sunt obtenebrati Sapiencie xvii Ipsi sibi erant graviores tenebris Ibi etiam sunt exteriores Math xxv Mittite eum in tenebras exteriores Et dicuntur exteriores quia sunt extra omnem diem Tercio domus dei est magna Baruch iii O Israel quam magna est domus dei etc. Est enim alta Job altitudine celi quis dimensus est Est lata et est longa Ysaie xxxiiii° Dilata locum tentorii tui longos fac funiculos tuos Domus autem infernalis vel dyaboli est lata et profunda ad capiendum Ysaie xxx° Preparata est enim ab heri Thophet a rege preparata profunda et dilatata sed est angusta ad comprimendum quia ibi peccatores tamquam pecudes comprimuntur Psalmus Sicut oves in inferno positi sunt Est etiam apta ad recipiendum Ysa v Dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino sed est clausa ad conservandum Apoc. i Habeo claves mortis et inferni Domus autem huius mundi est angusta et parva peccatoribus quod in hoc mundo manent velud in puncto Jaco x Que est vita nostra vapor ad modicum parens Gaudent in puncto Job xx Gaudium ypocrite ad instar puncti Moriuntur in puncto Job xxi Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt Sed tamen puniuntur in supplicio eterno Math xxv Ibunt hii in supplicium eternum Econtrario notatur immensitas gaudii cum dicitur In secula Sco seculorum laudabunt te

nunquam resumptis corporibus erit ibi laus vocalis. Dicendum quod lingua data est homini ad quadruplex officium. Primo ad cogitationes hominis notificandas. Augustinus in Enchiridion: verba instituta sunt non per que homines se invicem fallant sed per que in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat. Quantum ad istud officium non erit ibi lingua quia manifesta erunt omnium corda. I Cor. iiii°: illuminabit abscondita tenebrarum quo ad manifestationem cordium reproborum et manifestabit consilia cordium quo ad manifestationem cordium electorum. Secundo data est homini lingua ad erudiendum. Ysa. l°: Dominus dedit michi linguam eruditam ut sciam sustentare eum qui lapsus est verbo. Quantum ad istud officium ibi erit lingua quia omnes erunt sapientes et docti. Jeremie xxxi°: Non docebit vir ultra proximum suum dicens: Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Tertio data est homini lingua ad consolandum. Eccli. xl: Tibie et psalterium suavem faciunt melodiam et super utraque lingua suavis. Job xvi: Utinam esset anima vestra pro anima mea, consolarer et ego vos sermonibus. Quantum etiam ad istud officium non manebit lingua quia omnes erunt consolati. Quando enim dominus meam captivitatem duxerit in libertatem tunc planam habebimus consolationem. Ysaie xxxv: Gaudium et leticiam obtinebunt, fugiet dolor et gemitus. Quarto data est homini lingua ad deum laudandum. Eccli. 51: Dedit michi dominus linguam mercedem meam et in ipsa laudabo eum. Et quantum ad istud officium reddetur quia ibi remanebit lingua. Unde dicit Remigius: Quando tunc cessabit omnis lingua et sola lingua remanebit hebrea que creditur fuisse lingua Ade. Et sancti eciam lingua sua glorificata semper laudes dei narrabunt. Ysa. xliii°: Populum istum formavi michi, laudem meam narrabit. Sancti igitur semper laudabunt et peccatores semper ululabunt. Ysa. lxv°: Ecce servi mei laudabunt pre exultacione cordis, et vos clamabitis pre dolore cordis et pre contricione spiritus ululabitis etc.

Septimus Sermo ~~octavus~~ de omnibus sanctis sequitur

Beati pauperes quia vestrum est regnum dei. Quamvis istud ewangelium in vigilia legatur, potest tamen in festo convenienter. Eciam cum de sanctis vigilias facit et festa celebrat, quia vigilias competit nostre devocioni et edificacioni et sanctorum commemoracioni. Devocioni quidem quia per abstinenciam vigiliarum sanctiores efficimur ut sit festum sequens devocius celebremus. Josue vii: Sanctificamini in crastinum, i. post crastinum. Competit eciam nostre edificacioni quia per hoc instruimur ad festum quod per afflictionem vigilie temporalis pervenimus ad festum consolacionis celestis. II Cor. i: Sicut socii passionum estis sic eritis et consolacionis. Competit eciam sanctorum commemoracioni qui nos ad memoriam reducunt quod per vigilias tribulacionis momentanee pervenerunt ad festum perpetue glorie sempiterne. Iuxta illud Actuum xiiii: Per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum dei. Celebrat eciam ecclesia festa ecclesie

de causa scilicet propter imitationem virtutum
participationem et eorum intercessionem
Istas tres causas assignat Beda. Ad
festivitates sanctorum antiqui patres
veneratione celebrare convenit vel
ad imitandam imitationem vel ut virtutes
eorum conspiciantur atque orationibus adiu-
vemur. Dicit ergo beati pauperes spiritu
etc. Olim inter philosophos magna contentio
fuit in quo consisteret vita beata sicut re-
fert Ambrosius in libro de officiis. Quidam
dam posuerunt ipsam in non dolendo
sicut Jeronimus quidam in scientia
sicut Tullius quidam in voluptate
sicut Epicurei. Alii in virtute sicut Sto-
ici. Alii in virtute et honeste comple-
xi aut ipsam duxerunt corporis volup-
tate et corporis bona conditione sicut
Aristoteles et Peripatetici. Deinde subdit
Ambrosius scripturam aut divinam vitam
beatam posuit in cognitione divinitatis
et fructu bone operationis. Quod autem
dicit Ambrosius Jeronimus posuit vitam
beatam in non dolendo nullo modo
intelligendum est de beato Jeronimo
sed de quodam philosopho sic vocato.
Cum igitur inter mundi sapientes
tanta esset diversitas vite beate et
eorum errorem excludens audivit
in hoc evangelio duplicem esse
beatitudinem scilicet vie et patrie. Bea-
titudinem vie dicit consistere in quatuor
scilicet in paupertate voluntaria in
temperantia in salubri tristitia et in
adversitate mundana. Beatitudinem
autem patrie similiter in quatuor partibus
scilicet in habendo regiam dignitatem
plenam satietatem mentis io-
cunditatem et in eternis copiosam
felicitatem. Ista autem quadruplex
beatitudo patrie causatur a quadru-
plici beatitudine vie. Qui enim in
via habuit paupertatem in patria
recipiet dignitatem regiam.

Et hoc est quod dicit pauperes
quoniam ipsorum est regnum dei. Qui ha-
buerit temperantiam recipiet satietatem
plenam. Et hoc est quod dicit Beati qui
esuriunt quia saturabuntur. Qui habuerit
salubrem tristitiam recipiet iocundi-
tatem eternam. Et hoc est quod subdit
Beati qui nunc fletis quia ridebitis.
Qui passus fuit adversitatem mun-
danam recipiet in eadem copiosam.
Et hoc est quod dicit Beati estis
cum vos oderint homines. Consistit
igitur prima beatitudo vie in paupertate
voluntaria. Paupertas autem voluntaria
facit hominem beatum triplici de causa.
Prima quia pauperes spiritu adversariis
divitiarum non subiacent de quibus
dicit Gregorius Beatus est qui post
illa non abiit que possessa one-
rant amata inquinant amissa cru-
ciant. Secundo pauper dicitur quia pauper
non sentit damna rerum neque in-
iurias passionum. Et ideo dicitur beatus
quia stolam corporis glorificati iam
possidet. Efficitur enim quodam modo
impassibilis unde dicitur Hebr. 10 Rapinam
et vinctis compassi estis et rapinam
bonorum vestrorum cum gaudio susce-
pistis. Efficitur agilis per obedientiam.
Qui enim pondus divitiarum deponit
per viam sapientem velociter currit.
Gregorius super illud Matth. xix. Ecce
nos reliquimus omnia etc. Bene
fecisti Petre quia aliter non poteras
sequi illum qui exultavit ut gigas
ad currendam viam suam. Efficitur
subtilis per ingenii perspicacitatem
quia sicut pinguis venter tenuem sensum
non gignit. Efficitur clarus per conscientie
serenitatem sicut enim dicit Augustinus di-
vitiarum vermis est superbia. Ab isto
verme pauperes spiritu sunt immunes
et ideo in conscientia sunt alacres.

Tercio pauper spiritu dicitur beatus quia
habet quicquid vult et quia nichil
mali vult Augustinus sic describit beatum
beatus est inquit qui habet quic-
quid vult et nichil mali vult pau-
per igitur nichil mali vult alias pauper
spiritu non esset si aliquid mali vellet
habet etiam omnia que vult et quan-
tum ad temporalia et quantum ad eterna de
temporalibus habet enim quicquid vult et
aliquando plus quam vult sicut habetur
apostolus d. i Thimothei vi habentes
alimenta et quibus tegamur hiis
contenti simus Eterna iam habet in spe
et quodammodo in re In spe etiam ha-
bendi in re felicitate acquirendi
de spe dicitur Ro. viii° Spe et enim facti
sumus salvi Tales non sunt pauperes
sed valde divites Tales enim sunt
presertim qui omnibus nichil habent
in spe scilicet qui ad magnam aliquam
dignitatem electi sunt qui in
loco tuto thezaurum aliquem repo-
suerunt Et qui sunt heredes prin-
cipum tales sunt pauperes cristi
de quibus dicitur Jaco. 2 Nonne elegit
deus pauperes in hoc mundo Ecce
quia sunt ad celestem dignitatem
electi Et sequitur divites in fide
Ecce quia thezauri sunt in tuto
repositi divicie enim spirituales que
in virtutibus et in fide consistunt
a nullo auferri possunt et heredes
regni quod promisit deus dilligen-
tibus se Ecce quia sunt dei he-
redes futuri Habent etiam bona
eterna felicitate acquirendi Item
quia sunt super mundum Et ideo
calcando se super mundum appropin-
quant ad celum Sicut appropinquabat
qui dicebat 2 Cor. vi tanquam
nichil habentes et omnia possidentes.

tes divitibus quia habent in terra
gressum securum Sicut enim dicitur
de dyabolo Job xviii° absconditta
est in terra pedica eius Tamen
dicit glo. super illud proverbiorum i
ffrustra iacitur rethe ante oculos
pennatorum facile evadit laqueos
in terris qui oculos habet in celis
Item quia habent clavem regni
celorum Apoc. iii° Ecce dedi co-
ram te hostium apertum et nemo potest
claudere quia modicam habes vir-
tutem virtus modica est ipsa humi-
litas que est proprie pauperum
cristi Item etiam beatitudini vicadetur(?)
promissio premii cum dicitur Quoniam ip-
sorum est regnum dei pauperes
enim non tamen habent regnum ad pos-
sidendum iuxta illud Math. xxv°
Venite possidete paratum vobis regnum
sed etiam ad vendendum Deus quidem
habet regnum celeste terrestre et
infernale Celeste dedit pauperibus
terrestre divitibus infernale demo-
nibus Ordinavit tamen quod si divi-
tes volunt emere pauperes in
terra regnum suum pauperes recipi-
ent divites in terra regnum suum
celeste Luce xvi Facite vobis
amicos de mamona iniquitatis
ut cum defeceritis recipiant vos
in eterna tabernacula Augustinus Regnum
celorum pauperum est quia pauper
nichil habet in mundo et dives
nichil habet in celo Et ecce
quam discrete fecit deus omnia
bona sua dedit hominibus duobus
divitibus terrena pauperibus celestia
Sed volens deus utrumque sal-
vare constituit ut hic divites in
sua hereditate recipiant pauperes et
pauperes in sua hereditate eos collocent.

hec Augustinus diuites autem qui no-
lunt recipere pauperes in suum regnum
eternum recipientur a demonibus
in suum regnum infernale. Unde legitur
quendam vidisse Neronem
apud inferos in auro et argento
liquefacto se balneantem et cum
vidisset turmam advocatorum dixit
eis venite huc venales gentes homines
et mecum balneamini in hoc vase
quia locum vestrum vobis servaui. Octaua
beatitudo vie consistit in esurie sive
temperantia. Quod notatur cum dicit Beati
qui nunc esuritis. Sancti enim viri de-
bent fastidire temporalia et esurire ce-
lestia propter quatuor causas que ponuntur
Job vii. Sicut enim ceruus desiderat
et sicut mercenarius prestolatur finem
operis sui sic et ego menses vacuos
et noctes laboriosas enumeraui. Cutis
mea aruit et contracta est. Ex
quibus verbis habetur quod sancti viri
desiderant ire ad deum quia hic
sunt estuantes laborantes vigi-
lantes vacui et aridi. Sunt enim
estuantes estu multiplicis tribulationis
et ideo desiderant ire ad umbram
refrigerantis consolationis. Et ideo dicit
Sicut desiderat ceruus umbram
sic estuabat qui dicebat Gen. 31
die noctuque urebar estu et gelu.
Ista umbra celestis ~~desiderii~~ re-
frigerii fruebatur in hac vita virgo
beata cui dictum est Luce 1 Virtus
altissimi obumbrabit tibi. Unde
dicitur de sanctis Apoc. vii. Non
esurient neque sitient amplius
neque cadet super eos sol neque ullus
estus. Sunt etiam laborantes et
ideo desiderant repausare. Et ideo
sequitur Et sicut mercenarius prestolatur
finem operis sui. De labore dicitur
Job quinto Homo nascitur ad labo-
rem. De pausatione et quiete di-

Apoc. xiiii Amodo iam dicit spiritus
ut requiescant a laboribus suis.
Sunt etiam vigilantes. Et ideo de-
siderant cum Christo dormire in
pace. Et ideo dicitur Et noctes la-
boriosas enumeraui michi. Gen.
xxxi. Fugiebat sompnus ab oculis
meis. De spirituali sompno dicitur
in psalmo In pace in idipsum dor-
miam et requiescam. Sunt etiam
vacui et ideo desiderant ad-
impleri sicut stomachus vacuus
desiderat saciari. Et ideo dicitur
Habui menses vacuos. Christus im-
plet vasa vacua Luce 2. Esuri-
entes impleuit bonis. Sunt etiam
instar terre aridi. Et ideo celesti
pluuia desiderant irrigari. Ideo
subdit Cutis mea. Psalmus Sicut
terra sine aqua tibi. [illegible] [illegible]
nostre sicut vehementer [illegible]
beatitudinum vie addit beatitudo
patrie cum dicit Quia satura-
bimini. Deus enim grande conuiuium
parauit in quo electos suos sa-
tiabit. De quo dicitur Hester primo
Assuerus anno imperii sui tercio
fecit grande conuiuium cunctis
principibus suis et pueris suis
fortissimis Persarum et Medorum
inclitis et prefectis prouinciarum.
Assuerus qui interpretatur beatus significat
Christum qui est gloria et beatitudo
sanctorum. Conuiuium enim trinum fuit
tempus legis mosaice in quo fecit
conuiuium valde paruum. Secundum
fuit tempus gratie in quo fecit
conuiuium semiplenum. Tercium
est status glorie in quo fecit con-
uiuium plenum et grande. Fecit
autem principibus i. apostolis qui princi-
pantur in celo Mathei xix°.

Tibi dabo claves regni celorum
In mundo scilicet quodcumque ligaveris
super terram Et in inferno et ideo
dicitur Et porte inferi non preva-
lebunt adversus eam fecit eciam
pueros i. virginibus in quibus fuit
puritas carnis mentis intencionis
et operis / fecit eciam fortissimos per
sanctos i. martiribus per se cum in-
terpretatur sua latera dividentes quia
incisiones habuerunt sua latera
divisa i. corpora lacerata Isti fue-
runt fortes in quantum vicerunt
mundum carnem et dyabolum
Hebr. xi fortes facti sunt in
bello fortiores in quantum rapue-
runt celum Math. xi Regnum
celorum vim patitur et violenti
rapiunt illud fortissimi in quantum
vicerunt deum Genesis xxxii°
Si contra deum fortis fuisti quanto
magis contra homines contra ho-
mines prevalebis fecit eciam
meliores medicorum i. confessoribus
quidam cum interpretatur adequati
quia magnitudini fidei adequa-
verunt magnitudinem spei cari-
tatis et operacionis Tercio beati-
tudo vie consistit in salubri tri-
sticia Quod notatur cum dicitur
Beati qui nunc fletis / Nam beati
quia lacrime sanctorum habent deum
inebriare Ysaie lxi° [illegible] la-
crimarum tuarum non inebriasti me
Habent deum pungere glosa super
Tho. Oracio deum ungit lacrima
pungit sicut cum aculeo stimulo pun-
gitur ut currus currat Sic deus
quodam modo lacrimis nostris pun-
gitur ut cito subveniat Unde
cum deus contra Ezechiam regem
iram conceperat Et ille lacrimas

funderet inque deus ad ysaiam
-tu tuerit dicens ut ad regem re-
diret et sibi diceret Audivi ora-
cionem tuam et vidi lacrimam tuam
ut hec xxx8 Habent
deum cogere et vincere Osee xii
Invaluit Jacob ad angelum et con-
fortatus est flevit et rogavit
eum Augustinus Oracio deum lenit
lacrima cogit / Habent animam
clarificare Gregorius Anima lacrimis
baptizata videt in contemplacione
limpidius / Habent dyabolum
subiugere et necare psalmus Con-
culcasti capita draconum in aquis
Quinte beatitudini vie additur pro-
missio patrie cum dicitur Quia
ridebitis Proverbiorum ultimo Ridebit
in die novissimo In celo quidem
est risus plenus Job viii° De-
~~nec~~ donec impleatur risu os
tuum In mundo semiplenus
Proverbiorum xiiii° Risus dolore mi-
scebitur In inferno autem non
risus sed irrisio Irridebuntur
quidem a parentibus et cognatis
Thobie ii° parentes et cognati
eius irridebant vitam eius a da-
mnatis et notis Eccl. xx° Fatuo
non erit amicus et non est gra-
cia bonis illius qui edunt panem
illius, falsi lingue sunt Qua-
ciens et quibus irridebunt eciam
a deo psalmus Qui habitat
in celis irridebit eos et a dyabolo
Treni primo viderunt eam hostes
et deriserunt sabbata eius et a
semetipsis mutuo ysaie xxviii°
Cum voluerit eos sicut et vos
nu simuletis fecitis eis Quarto
beatitudo vie consistit in tolle-
rancia Quod notatur cum dicitur

Beati homines cum vos oderint homines ubi ponitur malicia perse-quencium scilicet quantum ad actum cordis cum dicitur Cum vos oderint ho-mines Secundo quantum ad actum oris cum dicitur Exprobraverint vos et dicent nomen vestrum tanquam malum vos s[cilicet] infamando et calumpniam im-ponendo Tercio quantum ad actum operis cum dicitur Et separaverint vos a synagogam scilicet vos persequendo vel etiam a corpore dividendo Se-cundo quare sancti viri ista tam pa-ciuntur videlicet odia cordium opprobria linguarum manuum persecuciones esse potest quia hereditas cum suo onere devolvitur ad heredem Adam quia offendit deum corde uxorem nimis amando ore fatue se excusando et opere manum pomum vetitum accipi-endo Et ideo celestem hereditatem obligavit odiis opprobriis et sup-pliciis Tercio quia qui celestem heredita-tem vult assequi oportet quod pacienter portet malorum odia cordium opprobria et operum supplicia Unde dicit Be-da super eodem loco Inter odia cor-dium inter opprobria linguarum inter manuum persecuciones laborare corde constanti intuitu superne mercedis Qu-arto beatitudini vie correspondet beatitudo patrie cum dicitur Ecce enim merces vestra multa est in celis Non multa quam scilicet lata et copio-sa Ista tria tanguntur Judicum xviii Intrabimus ad securos in regionem latissimam tradet quia dominus nobis locum in quo nullius rei est penuria Ideo dicitur i Corinthiorum ii Quod oculus non vidit nec auris audivit etc. Est enim tam lata quod oculus non sufficit considerare tam copiosa quod auris non sufficit au-dire tam secura quod cor non suffi-cit cogitare Et vide quod convenienter concludit ista beatitudo patrie beati-tudinem vie Quia cum sancti passi sunt animabus odia cordium recipi-ent tantam mercedem quantam cor non potuit cogitare quia passi sunt audiendo opprobria linguarum tantam recipient mercedem quantam auris non sufficit audire quia passi sunt manuum persecucionem videndo corporis laceracionem recipient in cor-pore tantam mercedem quantam o-culus non sufficit considerare Vide-bunt enim corpus suum glorificatum quod prius sit viderunt laceratum

Sequitur sermo octavus de omnibus sanctis etc.

Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Mathei v Secundum beatum Bernardum triplex est beatitudino scilicet in optimis moribus in preclaris vir-tutibus et in gaudiis celestibus Ideo Christus ponit hic quasdam beatitudines quantum ad optimos mores scilicet quod homo sit pauper voluntarius quod sit mansuetus quod sit pacificus Quasdam quan-tum ad preclaras virtutes que sunt spirituales tristicia iusticia misericordia et mundicia Quasdam quantum ad gaudia celestia sicut sunt ipse promissiones que ipsis beati-tudinibus consequuntur sicut cum dicitur Quoniam ipsorum est regnum celorum et quoniam ipsi possidebunt terram et quasi ponitur autem hic septem beatitudines que septem ordini-bus coaptantur Prima est Beati pauperes spiritu et ista convenit ordini

Apostolorum quia certi sunt premii
qui eas certum animum contempserunt
Istam beatitudinem paupertatis et
nos debemus habere ut vel pauperta-
tem voluntariam habeamus vel salte-
pacienter necessariam sufferamus
Cum tria sint genera paupertatis scilicet
necessaria voluntaria et simulatoria
recte diuidens recte affectus recta
simulatione necessariam patitur et
voluntariam amplectitur pauper
efficitur spiritu Ista paupertas ut sit
voluntaria tria debet habere que tan-
guntur et clauduntur de textu ut scilicet
terrena despiciat Quod notatur cum
dicitur Beati pauperes ut in hoc
tantam intentionem habeat Cum
dicitur spiritu i. spirituali intentione et
ut celestia concupiscat Cum dicatur
Quoniam ipsorum est regnum celorum
Habent enim iam ipsum in desiderio
et voluntate Ista tria tanguntur
in philosophia super libros de vegeta-
bilibus Tria sunt ut ait Empe-
docles in tota rerum varietate
precipua scilicet mobilis affluentie
contemptus Ecce contemptus terrenorum
future felicitatis appetitus Ecce
appetitus celestium Et mentis il-
lustratio Ecce recta intentio cor-
dis / Huic beatitudini additur
promissio cum dicitur Quoniam ipsorum
est regnum celorum Tales enim
pauperes spiritu iam habent hic
celum mundum et deum celi ad pos-
sidendum Luce 12 Nolite timere
pusillus grex quia complacuit
patri meo dare vobis regnum
et ad hereditandum Luce xvi Fa-
cite vobis amicos de mammona
iniquitatis etc Quando ad do-
minandum 2 Cor 6 Tanquam
nihil habentes et omnia posside-
tes Deum ad hereditandum Numeri 18
In terra eorum nihil possidebitis
nec habebitis partem inter eos Ego
pars et hereditas tua dicit dominus
Dicit autem Augustinus Nulla erit deo
possessio nisi quem ipse possidet
Istam voluntariam paupertatem
sic describit Secundus philosophus paupertas
est odibile bonum sanitatis mater
curarum remotio / sapientie reper-
trix / negotium sine damno / pos-
sessio absque calumpnia / sine solli-
citudine felicitatis Secunda beatitu-
do est Beati mites et ista con-
venit angelis quia aliis cade-
tibus ipsi deo adheserunt Sunt
enim tante humilitatis quod nobis
tam vilibus ministrare non dedignantur
Istam beatitudinem et nos habere
debemus Quis autem sit mitis
dicit [illegible] mitis est ille
quem nec cor appetitus seu a-
maritudo non possidet sed sim-
plicitas fidei ad omnem iniuriam
sustinendum pacientem instituit
Ex hoc igitur videtur Quod illi
non sunt mites qui sunt ad iniu-
rias impacientes Quod tribus
modis fieri potest aut quando quis
mouetur magis quam debeat vel
antequam debeat aut cum omnino
non debeat ut dicit Seneca in
libro de virtutibus Quidam non
incipiunt magis quam debeant
quidam antequam debeant quidam
cum omnino non debeant Sic ergo vel
aut augemus dolorem aut precur-
rimus aut fingimus / Primum est
aut quando irascimur vel tristamur
magis quam debeamus quia tibi

tristicia est sicut ventus urens
et exsiccans Quarem dicitur ecclesiasticorum xvii spiritus tristis exsiccat
ossa Est sicut tinea vestimento
et vermis ligno. ita tristicia nocet
viro Peccatum eciam est quod contri-
nire antequam debemus Secun-
da ibidem plura sunt que nos terrent
que que nos premant et sepius
opinione quia relaborauimus illo
tibi Papio ne sis miser ante
tempus cum illa que imminent
ex parvisti forte tibi nunquam euenient
Peccatum eciam est quando
contristamur de hiis de quibus non de-
bemus sicut de adversitatibus multi
Sunt enim sicut flatus quo ignis
spiritus sancti accenditur Gregorius Sicut
flatu ignis premitur ut crescat
Sic ignis spiritus sancti tribulacioni-
bus agitatur ut forcius invalescat
Sunt eciam sicut gemme quibus
corona nostra ornatur Bernardus Si prima
vita crudeli miseracione minu-
itur gemmis corona vita priuatur Sunt
eciam sicut fornax in qua lignum
viciorum uritur incineratur Gregorius
Ille fornax tribulacionis lignum
viciorum incinerat et aurum purgat
Quinte beatitudini addit promissio
cum dicitur Quoniam ipsi possidebunt
terram i. corpus suum tunc possi-
debunt glorificatum ut sicut cor-
pus possiderunt dominando sic
tunc possideant glorificatum re-
cipiendo Bernardus Habitat gloria
in terra nostra i. in corpore meo quod
ex quatuor elementis constat esse
compactum post ea subdit Habeat
ergo corpus ex terra immortalita-
tem habeat ex aqua admodum
impassibilitatem habeat si cum
quam habet ex aere porcione

levitatem habeat ex igne preter
pulchritudinem Glossa Quasi celorum
regnum pauperibus et terra mitibus
promittitur Quid ergo restat superbis
et contumeliosis nisi infernus
Tercia beatitudo est Beati qui lugent
et ista convenit maritibus quibus
dictum est Johannes xvi Amen dico
vobis quia plorabitis et flebitis
vos mundus autem gaudebit ipsum
et nos debemus hic dicit autem
beatus Augustinus Quoniam necessarius iusti qua-
druplici contribulacione affectus con-
siderando scilicet ubi sit ubi erit
ubi est et ubi non est ubi fuit
in quit in peccato ubi erit in iudicio
ubi est in miseria et ubi non
est in gloria Debemus igitur
flere considerando quia sumus in peccato
primus lavabo per singulas noctes
lectum meum quia erimus in terribili
iudicio Sophonie primo Dies ire
dies tribulacionis et caliginis dies tube et
clangoris etc Quia sumus in ex-
ilio Romanorum vii Infelix ergo homo
quis me liberabit de corpore
mortis huius primus Heu michi
quia incolatus meus prolonga-
tus est et quia non sumus in regno
primus fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur per
singulas noctes ubi est deus tuus
Quinte beatitudini addit promissio
cum dicitur Quoniam ipsi consolabuntur
de ista consolacione dicitur Apocalypsis vii
Absterget deus omnem lacrimam ab
oculis sanctorum Bernardus Felix lac-
rima que pia manu conditoris
meretur abstergi Tanta autem eorum
erit consolacio quod omnis consola-
cio terrena videtur esse respectu
illius feda et amara Bernardus

Illud vero verum est et solum gau-
dium quod non de creatura sed de creatore
concipitur cui comparata omnis aliunde
iocunditas meror seu meror est
omnis suavitas dolor omne dul-
ce amarum omne decorum fedum
omne aliud quod delectare potest
molestum. Quarta beatitudo est
Beati qui esuriunt et sitiunt iusti-
ciam et quando venit prophetis qui eo tem-
pore veniebant esuriebant illum pa-
nem qui ait Ioh. vi Ego sum
panis vivus. Siciebant illum fon-
tem de quo dicitur in psalmo Quoniam
apud te est fons vite. Desiderabant
illum iustum de quo dicitur
Ysa. xlv. Rorate celi desuper et
nubes pluant iustum. Unde unus
ex eis esuriens dicebat Ysa. lxiiii
utinam disrumperes celos et descen-
deres. Istam beatitudinem iusticie
et nos esurire debemus. Est autem
iusticia ut idem dicit glosa cuique
tribuens quod suum est deo sibi et pro-
ximo. Deo autem debemus honorem
et timorem Malachie i Si ego
pater vester sum ubi honor meus
Si ergo dominus ubi timor meus.
Nobis autem debemus tranquillita-
tem et puritatem in corpore. Hebr.
12 partem sanctifica et sedimenta
sine qua nemo videbit deum.
Proximo autem debemus reddere
quod suum est scilicet superioribus inferioribus
et equalibus. De hoc sic dicit Ber-
nardus Redde prelato reverenciam
et obedienciam quarum alta cordis
altera corporis est. Exigit a te sub-
ditus custodiam et disciplinam
Custodiam ut possit cavere peccatum
disciplinam ut quod minus cavit non
remaneat impunitum. Equali de-
bes consilium et auxilium. Consilium
quo careat ignorancia, auxilium
quo iuvetur infirmitas. Quinta
sequitur beatitudinem addito premio
Eum dicitur Beati ipsi saturabuntur
quando quid est magna esuries
in omnibus potentiis anime de quo-
rum esurie et saturitate sic
dicit Bernardus super Cantica
Cor meum conturbatum est in me
et inde dolor. Dereliquit me virtus
mea et inde pavor. Et lumen
oculorum meorum et ipsum non est
mecum et inde error verum.
Quare tristis es anima mea
et quare conturbas me. Spera in
deo quoniam confitebor illi. Sed quando
racione error a voluntate dolor
a memoria timor omnis rece-
sserit et successerit illa quam
nos speramus mira claritatis ple-
na suavitatis et eterna securitas
primum saciat veritas deus sum
caritas deus tercium summa potestas
deus ut sit omnia in omnibus
dicit et idem ibidem Qui re-
plet in bonis animam desiderium
suum anime ipse racioni futurus
est plenitudo luci voluntati
plenitudo lucis voluntati ple-
nitudo pacis memorie continua-
cio eternitatis. Quinta beatitudo
est Beati misericordes. Et quot
patriarchis qui hospitalitati et
elemosinis ceteris quoque operibus misericordie
tam corporalibus quam spiritualibus in-
stiterunt istam beatitudinem et
nos habere debemus ut scilicet misericordie
operibus tam corporalibus quam spiritua-
libus insistamus. De corporalibus
dicitur Visito poto cibo redimo.

tecto collecto timbo/ De spiritualibus
dicitur Consule castiga solare remitte
scz ora Consule i. dare ignoranti
et dirige dubitantem Et sic in hoc
intelligitur duplex elemosina spiritualis
scz doctrina et consilium Castiga de-
linquentem Solare contristatum remit-
te iniuste delinquentem seu de-
linquentibus scz i. parcentes pro
aliorum defectus Ora pro omnibus
Quinte beatitudini additur promissio
nem ipsi misericordiam consequentur Quia
quidem misericordiam consequitur in vita et in
morte In vita quia ipsa misericordia im-
petrat remissionem culpe Ecc iiio
Sicut in sereno glacies peccata solventur
Impetrat benedictionem gratie apostolus
Cor Qui seminat in benedictionibus
de benedictionibus et metet hoc
est qui seminat benedictionem ele-
mosine metet a deo benedictionem
gratie Impetrat etiam confirmationem
perseverantie Ecc xxix Elemo-
sina viri quasi sacculus cum ipso
et gratiam hominis conservat In morte
ipsa cum elemosina animam egre-
dientem de corpore associat Ambros
Non sunt hominis bona que
secum ferre non potest Sola misericor-
dia comes est defunctorum asso-
ciando patronos in auxilium
invocat scz pauperes quos sibi
patronos et suspendiarios fecit
Crisost pauperes non sunt tam
compunendi ut egeni sed exora-
di ut patroni et advocati ho-
stes expugnat Unde dicitur de
elemosina Ecc 12 Super scutum
potentis et super lanceam adversus
inimicum pugnabit Expugnato
viam que ducit ad paradisum
demonstrat et dilatat Prov 18

Donum hominis dilatat viam eius
demonstrando et dilatando viam
infirmi debitat Tho 3 Elemosina
a morte et a peccato liberat et non
patitur animam ire in tenebras/ De-
vitando animam in celo collocat
Ibidem Et ipsa est que facit inveni-
re vitam eternam Collocando
ita ut reputat seu libere reputat
et libere simplicis iustitie Illas
scz de quibus dicitur Luce vi Dimitte
et dimittemini date et dabitur
vobis et libere gratuite misericor-
die Illas scz de quibus dicitur
hic Beati misericordes quoniam ipsi
misericordiam consequentur Et litteras
superhabundantis gratie Illas
scz de quibus Luce 6 Mensuram
bonam et confertam et coagitatam
et superaffluentem dabunt in
6 sinum vestrum Sexta beatitudo est
Beati mundo corde Et convenit
virginibus que mundiciam cordis
et corporis habuerunt Item
mundiciam et nos habere debemus
secundum autem quod in veteri le-
ge triplex fiebat mundacio scz
per aquam expiationis de qua
habetur Judic xxxo per sangui-
nem de qua Hebr ix Omnia
pene in sanguine mundantur
et per unctionem sicut tabernacula
et vasa et aaron cum filiis
suis sacerdotibus uncti mundantur per
aquam expiantem i. per divinam
scripturam nos [illegible]
ostendentem hoc signatum est
Exodi xxxviiio per labatorium
quod habebat specula ex omnibus
et aqua ut ingredientes
sacerdotes tabernaculum/

maculas suas in speculo conspiciunt
et eas in aqua lavaverint. Ita
homo in speculo scripture maculas
suas cognoscit et aqua sputo sancti
ablutus per sanguinem . i. carnis mor-
tificacionem. Sicut enim confricacio cum pan-
no maciali valet ad mundiciam
corporalem, sic vite asperitas ad spiritua-
lem. Gal. v. Qui autem Cristi sunt
carnem suam crucifixerunt cum vi-
ciis et concupiscenciis per unccionem
i. gratie infusionem. i. Johannis secundo
unccio eius docet nos de omnibus.
Quinte beatitudini additur promissio
cum dicitur Quoniam ipsi deum videbunt.
Tanta enim puritas tanta maiestas
tanta claritas non posset videri nisi
ab oculis puris per mundiciam, claris
per sapienciam et sanis per innocenciam.
De ista visione dicit Remigius in
sermone de omnibus sanctis. Ibi fue-
runt deum tribus modis videntes,
eum in omnibus creaturis habentes,
eum in nobis ipsis et quod hiis omnibus
ineffabilius atque iocundius est atque
beacius ipsum cognoscentes in se
metipso veritate. Septima beatitu-
do est Beati pacifici. Et convenit
confessoribus qui in se metipsis pacem
conservatam habuerunt. Istam pacem et
nos habere debemus. Tum quia
omnibus naturaliter est insertum pacis de-
siderium. Augustinus de civitate dei. Sicut
nemo est qui gaudere nolit ita ne-
mo est qui pacem habere nolit.
Tum quia tantum bonum est quod per
bella acquiritur. Idem ibidem. Ipsi qui bel-
la volunt nichil aliud quam vincere
volunt. Ad gloriosam quandam pacem
bellando cupiunt pervenire. Nam quid
aliud est victoria nisi subiectio

repugnancium. Quod cum factum
fuerit pax erit. Idem ibidem. Debet quidem
voluntas bellum necessitatis. Non enim
pax queritur ut bellum excitetur sed bellum
geritur ut pax acquiratur. Tum quia
est omnium bonorum finis et complemen-
tum. Glosa super illud [illegible]
In hoc verbo omnia bona dixit.
Tum quia futura pacis est arra
atque vestigium. Quod sit arra dicitur
Ysaie lxvi. Erit sabbatum in sabba-
to. Quia omnis qui habebit tranquilli-
tatem pectoris ibi habebit pacem
eternitatis. Quod sit vestigium dicit
Gregorius. Quid est pax temporalis nisi
quoddam vestigium pacis eterne. Quod
ergo de mente esse potest qui vesti-
gia impressa plurimum diligere et
ipsum a quo impressa sunt non amat.
Tum quia nichil est gracius auribus
ad audiendum nichil desiderabi-
lius cordi ad diligendum nichil
utilius nostro studio ad inveniendum.
Augustinus de civitate dei. Tantum
bonum est bonum pacis ut eciam in rebus
terrenis atque mortalibus nichil soleat
gracius audiri, nichil desiderabilius
concupisci, nichil possit postremo
utilius inveniri. Huic beatitudini
additur promissio cum dicitur Quoniam
ipsi filii dei vocabuntur. Tunc enim
vere apparebit quod sunt filii dei per
aptam similitudinem. i. Johannis iii.
Scimus quoniam cum apparuerit simi-
les ei erimus, per hereditatis paterne
percepcionem. ii Cor. 12. Nec enim
debent filii parentibus thezaurizare
sed parentes filiis. Et per famili-
aritatis magne ostensionem ce-
nabit cum eis in mensa sua.

psalmo filii tui sicut novelle olivarum
in circuitu mense tue. In sede sua
psalmus. Et filii eorum usque in se-
culum sedebunt super sedem tuam.
In camera sua *Luce xi*. pueri
mei mecum sunt in cubili. Et
constituet eos super omnia bona
sua *Mathei xxv*. Super pauca
fuisti fidelis super multa te consti-
tuam. Quod autem sequitur beati
qui persecucionem paciuntur propter iusti-
ciam secundum glosam non est actualis
beatitudo sed est precedentium confe-
sio in precedentibus cum est perfeccio
in tollerantia passionum est per-
fectionis manifestatio atque pro-
batio *quintus xxviii*. Sicut igne
probatur argentum et aurum in ca-
mino ita corda probat deus
istis promittitur regnum celorum
sicut pauperibus per quod datur
intelligi quod pauperes et mar-
tires emunt sibi regnum. Promittitur
eciam istis merces copiosa. Un-
de dicitur Gaudete et exultate ecce
enim merces vestra copiosa est
in celo. De qua mercede copio-
sa sit dicit beatus *Bernardus*
deus qui erat omnia in omnibus
mensuram plenam dedit in v-
niversitate creaturarum confertam
in interiori homine uno coagitatam
in exteriori superefluentem. Nota
beatitudines. Beati pauperes beati
mites beati qui lugent beati
qui esuriunt. Beati misericordes bea-
ti mundo corde. Beati pacifici. Econtra
ve qui coniungatis domum domui
et agrum agro *ysaie v*. ve vobis
qui ploratis et vobis qui malum sonantes
ve vobis divitibus qui habetis

consolacionem vestram *Luce*. ve
qui mane surgitis ad sectandum
ebrietatem *ysaie v*. Item ve qui
iustificatis impium propter munera
seu pro muneribus. ve qui in viam
cayn abierunt et errore balaam
pierunt *iud. i*. ve genti peccatri-
ci. ve civitati sanguinum etc.

Sequitur sermo primus de animabus et cetera

Memorare novissima tua
et in eternum non peccabis *ysa-
ias Eccl. vii*. Valde est utile
servis dei saepius ad memoriam
reducere sua novissima et eternaliter
dirigit enim hominem inter prospera
et adversa. Sicut enim aves cauda
se regunt volando pacie et pi-
sces natando in aqua. Sic homo
per mortis memoriam se regit
in prosperis ne elevetur. Per sup-
biam per impaciam dirigit ne se-
ducatur per ineptam leticiam. Sic
enim vinum purum cito inebriat ope-
tum non sobrietatem facit. Sic
mundana leticia cito animum
resolvit aspera non cum mortis
memoria temperamentum accipit.
proverbiorum ix. Risus dolore misce-
bitur et extrema gaudii luctus
occupat. Dicit ad iudicandum
de presenti et futura vita talis
enim in medio ponitur utrimque intuens
et utrumque de hoc videt et ideo
non fallitur visus eius. Ideo spiritus
sanctus nos amonet ad nostre
mortis memoriam habendam.
Cum dicitur Memorare novissima
tua. Deinde ponit eius memorie
utilitatem magnam. Cum subdit
et in eternum non peccabis. Etc.

memorabilia sunt primordia
media
infima

primum nouissimum. Secundum quod hoc quod dicit
nouissima includit prima media
et infima ut sit sensus memo-
rare primordia tua media tua et
nouissima tua. Et in hoc sensu
loquitur Bernardus dicens: Si recte primor-
dia tua attendas media memo-
rare nouissima. Hec pudorem
inducunt, ista dolorem ingerunt,
illa metum incutiunt. Cogita unde
veneris et erubesce, ubi sis et inge-
misce, et contremisce. Primo igitur
debemus memorari primordia
et inde debemus erubescere.
Omnia enim que in nostris primordiis
sunt ad humilitatem et erube-
scentiam nos inducunt, scilicet
reatus status et ortus. Reatus
quidem quia puer cum peccato conci-
pitur, per quod David visione previdit
psalmo: Ecce enim in iniquitatibus
conceptus sum. Status vero quia
sicut asserunt qui de naturis
rerum agunt puer in utero
matris non stat rectus sed curvus
genua et oculos suppositos
genibus habens; unde et a ge-
nis genua sunt vocata. Et
ideo inter genua et oculos est
quedam affectio naturalis. Unde
est quod valde flexis genibus
oculi hominis citius lacrimantur.
Quando enim quis vult ab oculis
lacrimas elicere super genua sua
oculos ponere consuevit tanquam
gene et genua collectanea et
inter ipsa sit affectio naturalis. In
hoc igitur quod puer in utero matris
non stat rectus sed curvus datur
intelligi quod homo non debet
erigi per elationem sed curvari

Reatus
Status
ortus
verecundiam inducunt

per humiliationem. Ortus etiam indu-
cit nos ad erubescentiam et hu-
miliationem ex eo quod puer cum fle-
tu nascitur. Cyprianus in libro de bono
patientie: Unusquisque qui nascitur
in ortum sumit a lacrimis et cum
adhuc omnium rerum sit ignarus
providentia naturali lamentatur
mortalis vite procellas quibus in-
greditur in ipso exordio suo rudis
anima testatur. Augustinus de civitate
dei: Infantia quia non a risu
sed a fletu orditur. Hanc lucem
quid malorum passurus sit nesciens
prophetat. Quendam tamen vero solum
quando natus est ferunt risisse
Zoroastrem, nec boni illi aliquid
monstruosus risus ille por-
tendit. Nam magicarum artium fu-
isse perhibetur inventor, que quidem
illi nec ad presentis vite felicitatem
vanam contra inimicos suos prodesse po-
tuit. Namque a Nino quippe rege Assirio-
rum cum esset ipse rex Bactria-
norum bello superatus est. Ista
scilicet reatum statum et ortum propheta
in persona quasi omnium deplorat
dicens: Miser factus sum propter
culpabilem reatum et curvatus
sum propter situm tam curvum.
Conturbatus ingrediebar propter
flebilem ortum. Secundo debemus
memorari nostra media et in-
gemiscere quod positi sumus in hac
vita miseriis et vanitatibus
plena. Triplex enim secundum Hugonem de

vanitas

sancto victore est vanitas in
rebus conditis, in operibus humanis
et in corporalibus et in mentibus.
Prima igitur vanitas est in rebus
conditis que tendit secundum hoc

considerantur sine quia ipse
creature inanes sunt sine quia
transitorie inanes quia ostendunt
quod non habent consistencie quia
non permanent in eo quod sunt
a non esse in non esse psalmus
vane constituisti omnes filios
hominum aliam in ipso esse quia
in eodem non permanet statu
et etiam ad nichilum tenderent
nisi manus omnipotentis eas
teneret Ro. viii vanitati sub-
iecta enim est omnis creatura
subiecta est aliam sunt ab
esse in non esse ps. 9 verumtamen
in ymagine pertransit homo
Ista triplex vanitas tangitur
Eccl. 3 Cuncta subiacent va-
nitati hec quo ad vanitatem
quam habet ab esse ad non
esse etc. / Secunda vanitas est in o-
peribus humanis opera autem
humana sunt circa divicias de-
licias et honores / de vanitate
in diviciis et honoribus sicut
dicit Ieronimus Ecce quomodo nundi-
nundinas perambulant / alii di-
vicias querentes alii honores
Sed divicie cum labore acqui-
runtur / cum timore possidentur
cum dolore amittuntur
post ea succedit / quid de honori-
bus Sed in loco sublimi positus
es vide si non indicandus es
sis ab omnibus spectandus ab o-
mnibus lacerandus Numquid in
placione sine turba in honore
sine dolore in sublimitate /
sine vanitate esse quis potest
Tercia delicias eciam vanitas
invenitur Et aliis labore obliu-
scimur cum labore discimus sine
labore nescimus cum labore
scimus sine labore mentes
sumus Tercia mutabilitas mentis
est qui a modo ardenter appe-
tit modo fastidit Gregorius in moralibus

dum mens mutatur cogitanda
appetit et repente cogitata fasti-
dit Dicit quod alibi pendet quod
quolibet posita non requiescit et quod
ad deum solum apprehendendum
facta est unde quod ista appeti-
mus ei sufficit quod deus non est
Aliud mutabilitatis mentis est quia
affectionum varietas ipsam sepe impel-
lit animus nunc a securitate leticie
gaudii excussa modo spe decipitur
modo pavida vexatur modo dolore
deicitur modo falsa hilaritate re-
pellitur Tercio debemus memorari
una novissima Eccl. dicit novissima
in fine quia debemus memorari
vicium mortem tam penosam una
post mortem tam dubiam et for-
midolosam unum extremum iudicii
severum Mors quidem periculosa
est quia circa tunc quadruplex
bellum patitur ideo est magnum
periculum ne succumbat unum
est cum morbo ~~separando~~ separante
anima quidem naturaliter refugit a corpore
separari morbus autem invalescens
nititur separare et sic inter animam
separationem fugientem et morbum
separationem intendentem secundum
et volentem est grande certamen
in dictum est 1 Reg. xv Ruitur
superat anima morbo Secundum habet
cum dyabolo infestante Quamvis
enim dyabolus hominem viventem
sepe temptaverit de multis vi-
ciis in morte tamen de articulis
fidei temptare laborat unde
dictum fuit Gen. iii Ipsa conteret
caput tuum et tu insidiaberis
calcaneo eius Et ideo inter dya-
bolum de fide temptantem et ani-
mam fideliter credentem est grande
certamen Tercium habet cum peccato
ingerente sepe cum sit dyabolo
procurante ut anima in extremis

2º bellum in morte

posite omnia peccata sua ad me-
moriam reducant ut excludat
desperacionis baratrum precaveat.
Anima vero sancta que sepe ad me-
moriam sibi reducit satagit ut
excludat ad spem venie sublevet.
Et sic inter peccatorum multiplicita-
tem animam ad desperacionem trahen-
tem et misericordie consideracionem ani-
mam sublevantem est in ...
anima grave ~~...~~ certamen. Et ideo
non est tutum aliquem inducere
ad recordacionem suorum peccatorum
sed pocius ad suorum memoriam
meritorum. Unde sanctus Ezechi-
as rex in morte positus bona
sua ad memoriam reducebat.
4 Reg. 20: Memento que-
so domine quomodo ambulaverim in
veritate coram te et in corde
perfecto. Quartum habet cum deo ra-
cionem exigentem. Anima enim
scit quod de omnibus que fecit racio-
nem divine iusticie reddere oportet. Et ideo
inter divinam iusticiam racionem
exigentem et animam racionem
reddere formidantem est grande
certamen. Debemus ergo memo-
rari viam tam dubiam et formi-
dolosam de qua dicit propheta In
via hac qua ambulabam abscon-
derunt superbi laqueum michi.
Via enim qua anima de corpore egre-
diens est factura est longa pe-
riculosa tenebrosa et dubia
sive ignota. Ideo datur viaticum
in domum corporis sacrum. Quia via
enim est via longa datur sibi ad
reficiendum. 3 Reg. 19: Surge
et comede grandis enim tibi restat
via. Quia via est periculosa datur sibi
tanquam pugil ad defendendum.
Job 17: Libera me domine et pone
me iuxta te et cuiusvis manus
pugnat contra me. Quia via est
tenebrosa datur sibi tanquam
lucerna splendens ad illuminandum.
Joh. 8: Ego sum lux mundi
qui sequitur me non ambulat
in tenebris. Quia via est dubia et
ignota datur sibi tanquam ductor
ad precedendum. Deut. 8: Et dominus
ductor eorum fuit in solitudine
magna atque terribili. Et Exo.
15: Dux fuisti in misericordia tua populo
tuo quem redemisti. Debemus etiam
memorari etiam novissimum scilicet diem
iudicii tam severum. Scimus enim quod
severa quia tunc racionem nos red-
dere oportebit de omnibus commissis
omissis et oblitis. De commissis
quidem et minimis sicut de verbo
ocioso Mat. 12: De omni verbo
ocioso quod locuti fuerint homines
reddent racionem in die iudicii.
Sicut de cogitatu minimo. Eccl.
Sic deus videt ... quia ...
ut nec minutissime cogitaciones
que apud nos usu inoluerunt indi-
scusse remaneant. Sicut de quolibet
gressu nostro Job 14: Tu quidem
gressus meos dinumerasti sed parce
peccatis meis. Reddetur etiam racio
de omissis sicut patet in servo
qui pecuniam domini sui voluit ponere
ad lucrandum de quo dicit Mat. 25:
Inutilem servum proicite eum
in tenebras exteriores. Reddetur
etiam racio de omnibus oblitis. Unde
propheta rogat deum ne in iudicio
recordetur peccatorum que oblitus
est ipse: Delicta iuventutis mee et ignorancias meas
ne memineris. Idem: Ab occultis
meis munda me domine et ab alienis
parce servo tuo. Secundo
ponitur mortis memorie utilitas

Dies iudicii severa

Racio de commissis omissis oblitis

per mortem via dubia et formidolosa
longa
tenebrosa

memoria mortis expellit peccatum

magna cum dicitur et in eternum
non peccabis nec peccato superbie
nec luxurie nec avaritie Memo-
ria enim mortis expellit peccatum
superbie Eccl. 10 Quid superbis
terra et cinis rursus dicat Cito re-
solvendus es in terram et cinerem
et nos habere clarum Cito super
te ira descendit aliud ibat
et tu nos superbire i. super alios
ut dicit quod pavo in expul-
sione caude sue gloriatur sed con-
sideratione pedum suorum magis
ad humilitatem reducitur Gregorius
in Moralibus despecti iacent in pu-
tredine qui prius tumescebant
in vanitate Quid superbis terra
et cinis cum conceptus culpa na-
sci miseria vivere pena mori
angustia Expellit enim peccatum
etiam luxurie Gregorius in Moralibus
super illud 23 Dulcedo illi ver-
mis Qui enim carnis desideriis
anhelat quid aliud quam vivere
amat Quid enim sit carnis sub-
stantia testatur sepultura nichil
enim sit ad domandum carnis desi-
derium valet quam ut quisque cogitet
quod diligit quale sit mortuum per-
sit Magna quidem est stultitia
corpus suum impinguare deli-
ciis carnalibus quod modicum est cibus
futurum vermibus secundum scriptum
subiectum bestiis ambulantibus
[illegible] hereditatem corporis
habiturum scilicet vermes ad come-
dendum serpentes ad assandum
et bestias ad conculcandum Eccl. 11
Cum enim moritur homo heredita-
bit serpentes et bestias et vermes
Faciat igitur homo rationalis
quod facit bestia brutalis ut scorpio
cum cauda i. mortis memoria

hereditas hominis post mortem

expellat immundos i. cogitationes
immundas Bernardus De multis divitiis
illud Dan. 1 gaudebis cum impe-
dibus cum i. in affectibus eius
Et quare quia non est recordatio
sui finis Expellit etiam memo-
riam mortis peccatum avaritie Ratio
cum sapiens debet divitias ap-
petere cum per modicum exiturus
sit aut invitus aut sancto teste
aut tunc reversus Job 1 Nudus
egressus sum de utero matris
mee nudus revertar illuc Jer. 16
Beatus qui super cutem meam et
supra tunicam carnem meam Ideo
propheta alloquitur superbos et avaros
et luxuriosos dicens Nahum 2 Ecce
vastata et non est qui recordetur diripi-
te argentum diripite aurum
et non est finis divitiarum ex omnibus
vasis desiderabilibus dissipata est
et scissa et dilacerata et cor ta-
bescens et dissolutio geniculorum
et defectio in cunctis renibus
et facies eorum sicut nigredo olle
Primo igitur alloquitur superbos mori-
entes dicens Ecce sarcastice dicat ergo
qui consuevistis tam potentes in
mundo stare et quasi soli in terra
habitare De mundo nunc exire sed
flatum et spiritum continete Respondet
propheta Et non est qui revertatur q.d.
Quamvis sit eos alloquatur tamen non est
aliquis qui possit stare i. flatum
continere quia deus potens et terri-
bilis spiritum eorum aufert Psalmus terri-
bili et ei qui aufert spiritum
principum Eccl. 8 Non est in ho-
minis potestate prohibere spiritum nec
habet potestatem in die mortis nec
sinitur quiescere ingruente bello
Deinde alloquitur divites morien-
tes dicens Diripite argentum diripite
aurum sarcastice dicat ad regione

ignotam perditis de auro et argen-
to vobiscum feratis ut in vris
necessitatibus vobis prodesse possit
et respondet glosa pro eo quod fi-
nis divitiarum et omnibus vasis
desiderabilibus Ideo dicit finis
i. mors non est divitiarum quia
mors non est deputata ut ibi di-
uitie deferantur et vasa aurea
vel argentea apportentur Tercio
ergo de ipso divite avaro et divi-
tiis eius fiet subito dissipata
est enim eius substantia a paren-
tibus sparsa est eius anima a de-
monibus et dilacerata eius caro
a vermibus Secundo ponit quid
fiet luxuriosis et gulosis quorum
cor tabescens et dissolutio geni-
culorum et deffectio in cunctis
renibus Ipsi enim luxuriosi ha-
buerunt renes inflamatos igne
concupiscentie sed tunc defici-
ent contremiscentes et consumpti igne
iehenne Ipsi gulosi habuerunt
genua non infirmata a ieiuniis
sed impinguata nimio cibo et
ideo deficiunt fame et siti consu-
mati in inferno psalmus famam
patientur ut canes ysaie lxv
Ecce servi mei comedent et vos
esurietis Ecce servi mei bibent
et vos sitietis Ipsi enim tam lu-
xuriosi quam gulosi tot tormen-
ta patiuntur quod cor eorum tabescet
et in stuporem nimium convertentur
prouerbiorum anima eorum in malis ta-
bescebat Tercio vero aut de omnibus
tam superbis quam avaris quam
etiam deliciosis et luxuriosis
subdit facies eorum quasi nigredo
olle omnes enim facies habent
nigerrimas per nimiam ignis ad-
ustionem ysaie xiii facies

combuste vultus eorum per nimia
famis attenuatione Treni iiii Me-
lius fuit occisis gladio quam inter-
fectis fame quia illi contabuerunt
consumpti a sterilitate terre
per nimia fumi infernalis offusca-
tione Baruch vi Nigre sunt
facies eorum a fumo qui in do-
mo fit Apocalypsis ascendit fumus
putei sicut fumus fornacis ma-
gne et quia sic sunt deformati
et denigrati non cognoscuntur
a deo nec ab angelis nec a sanctis
qui in plateis celestis urbis com-
morantur Treni iiii Denigrata est
super carbones facies eorum et non
sunt cogniti in plateis etc.

Sequitur sermo secundus de animabus et cetera

Que parate erant intrauit cum eo ad nuptias Mathei xxv
Anime fidelium dicuntur virgines
in quantum cristo sponso fidem invio-
labiliter servauerunt et dicuntur quinque
in quantum quinque sensus corporis
custodierunt et dicuntur prudentes
in quantum more serpentis caput
mentis sue a peccato mortali cu-
stodientes corpus macerando
exposuerunt Sic igitur virgines
i. anime fideles debent se parare
ut cum cristo sponso ad celestes
nuptias possent intrare Debent
autem se parare in vita in morte
et post mortem In vita quidem
quia per bona opera que faciunt
in terris debent sibi domum edifi-
care in celis Edificantium autem
quidam sunt valde boni Ipsi
edificant domum suam de auro
argento et lapidibus preciosis
Quidam mediocriter boni ipsi edificant

de ligno feno et stipula edificant valde mali. Isti edificant domum de luto plumbo et spinis. Valde igitur boni sunt viri perfecti qui super fundamentum fidei quod acceperunt domum celestem de auro et argento et lapidibus preciosis edificant. I Cor 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est quod est Christus Ihesus. Si quis autem superedificat super fundamentum hoc aurum et argentum et lapides preciosos etc. Per istud fundamentum intelligitur fides Christi que non est in terra sed in celo conversacio nostra ibidem. Sciendum est quod sicut fundamentum corporee fabrice est in imo ita fundamentum incorporee fabrice est in supremo. Ideo quia sicut pondus parietis tendit ad yma ubi suum est fundamentum ita et pondus edificacionis tendit ad summa ubi suum est fundamentum. Propter ea subdit uram et pondera sua sunt contra alia yma petunt ut lapis super aquam positus et aqua super oleum. Alia summa petunt ut ignis et oleum. Sic igitur ecclesia in imo posita ad celum ubi fundamentum eius est Christus tendit. Per aurum autem intelligitur dilectio dei que est incorruptibilis sicut aurum. Fides cum evacuatur quia sibi succedit melius scilicet aperta visio. Spes evacuatur quia sibi succedit melius scilicet eterna possessio. Caritas autem non evacuatur quia caritati nichil melius succedere potest quam ipsa caritas que est deus. Per argentum intelligitur dilectio proximi. Sicut enim metallum preciosius post

aurum est argentum sic mandatum maius est post mandatum de dileccione dei est mandatum de dileccione proximi. Mat 22. Diliges dominum deum tuum etc. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem est simile huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Per lapides preciosos intelliguntur bona opera que debent esse lucida per intencionem rectam, solida per perseveranciam et virtuosa per caritatem veram. Nulla enim possunt esse virtutes nisi cum caritate sicut dicitur I Cor 13. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum caritatem autem non habuero nichil michi prodest. De hiis talibus dicitur Cant 5. Caput eius aurum optimum, crura illius columpne marmoree que fundate sunt super bases aureas vel secundum aliam litteram super bases argenteas. Manus eius tornatiles aureae plene iacinctis. Sancti viri tunc habent caput aureum quando deum qui est caput omnium in tota caritate diligunt. Tunc crura illorum sunt columpne marmoree fundate super bases argenteas quando proximos qui iuxta deum sunt firmiter et stabiliter amant. Tunc habent manus tornatiles aureas plenas iacinctis quando habent bona opera et cum perseverancia quia tornatiles et cum caritate quia aureae et cum intencione lucida quia plene iacinctis. Illi igitur super fundamentum edificant aurum et argentum et lapides preciosos qui habent fidem

fidem veram dei caritatem
[Amm?] dilectionem sinceram et
operationem sollicitam. Tales si aliqua
venialia committunt a fervore ca-
ritatis totaliter consumuntur et ipsam
domum celestem intrant ut de hac
vita decedunt perpetuo habituri
ingredimur dicentes cum apostolo
ii Cor. v. Scimus si quis terrestris
domus nostra huius habitationis
dissolvatur edificationem ex deo ha-
bemus domum non manu fac-
tam eternam in celis. Alii sunt
mediocriter boni qui licet super
fundamentum fidei edificaverunt
aurum et argentum et lapides
preciosos non tamen adeo perfecte sed
multa venialia commiserunt
scilicet lignum fenum et stipulam. Ista
quidem venialia etsi non sunt
super fundamentum sicut sunt
perfectionis opera et si non sunt
post fundamentum sicut sunt peccata
mortalia sunt tamen iuxta fun-
damentum et ideo cremabilia.
Per ista autem tria scilicet lignum fenum
et stipulam intelliguntur tres
differentie venialium quorum quedam
sunt in usu et consuetudine
et ista sunt gravia et difficile
cremabilia et signantur per lignum.
Quedam sunt in quadam con-
suetudine et ista sunt leviora
et minora et signantur per fenum.
Quedam accidunt ex quadam
surreptione et ista sunt mi-
nima et novissima. Quamvis
autem stipula grossior sit quam
fenum tamen fenum plus habet de
humore quam stipula et ideo ma-
iorem resistentiam habet ad
ignem. Et ideo difficilius con-
crematur. Vel potest dici quod per ista
tria intelliguntur tres amores
mundiales scilicet amor carnalium
ut est amor uxoris et filiorum
plus debitus licet semper sit sub
deo. Et amor divitiarum et amor
honorum. Lignum autem plus habet
de humore quam fenum et ideo
tardius crematur. Fenum minus
est quam lignum sed plus quam
stipula. Stipula vero minus habet
quam lignum et fenum. Qui igitur
ad uxorem vel filios divitias
vel honores maiori fervore i.
intensiori amore afficiuntur seu
afficiuntur habentes plus de hu-
miditate carnalitatis vel cupi-
ditatis vel ambitionis velud
lignum tardius in purgatorio
cremabuntur. Qui autem minus
ut fenum. Qui autem mini-
me citissime ut stipula. Valde
aut mali edificant sibi domum
infernalem de spinis avaricie
luto luxurie de lapidibus et plum-
bo superbie. Per spinas vero
fallacie divitie intelliguntur
ut habetur Mat. xiii. Qui
ergo avari fecerunt sibi in infer-
no domum spinosam et ideo in
ipsa sua domo perpetuo combu-
rentur. Ysaie xxxiii. Spine con-
gregati igni comburentur. Per lutum
luxuria intelligitur iuxta illud Eccli.
ix. Omnis mulier que est forni-
caria quasi lutum in via conculcabitur.
Quia igitur luxuriosi fecerunt
sibi luteam domum ideo ab ipsis
demonibus conculcabuntur. Ysaie
[illegible] eum tamquam lutum

contra [illegible] q [illegible]
morte · sicut [illegible]
quattuor · arma [illegible]

i. dyabolum cautera peius sui ipsius
mei ut paciat illud in conculcatur
sicut lutum platearum Ideo ab ipsis
angelis de plateis i. celum extermi-
nabuntur et in cloacam infernalem
mittentur seu iactabuntur. Per lapidem
et plumbum superbia signatur
Superbia enim facit cor durum instar
lapidis Job xli° Super plumbum
quid gravabitur et quod illi aliud
nomen quam fatuus arenam
et salem massam facilius est
ferre quam hominem imprudentem
et fatuum et impium Eccli xxii Igitur
fatuus qui vult deo resistere.
Iste tamen plumbum est gravis
in moribus Secundum igitur superbi
fecerunt sibi domum lapideam
ideo de ipsis lapidibus i. de-
monibus lapidabuntur Eccli 22
In lapide luteo lapidatus est piger
scilicet tardus ad bene operandum piger
quam superbus dedignatur cum pau-
perum tempore erubescit ad ecclesiam
parochie recommendatur ieiunia obser-
vare Et sequitur Et omnes lo-
quuntur super appreciatione illius
quia postquam fuerint egregie lapi-
datus demones super eum sibila-
bunt et ipsum deridebunt Item
de stercore boum lapidatus est piger
per boves intelliguntur viri perfecti
qui sunt per discretionem ungulam
findentes per gravitatem morum
maturi incedentes per tollerantiam
adversorum fortes et sustinentes
per mortificationem carnis se immo-
lantes Isti boves omnia mundana
stercora reputant Sicut ille bos
qui dicebat philippensis iii° Omnia
arbitratus sum ut stercora ut
Christum lucri faciam Superbi tamen
ea amplexantur Trenorum iiii Qui am-
plexati sunt stercora perfungi
stercoribus boum i. perfungi
mundi honoribus et ambitionibus
que viri sancti stercora reputant
Superbi lapidabuntur et sequitur
Omnis qui tetigerit eum excu-
tiet manus quia postquam de-
mones eos lapidaverint in de-
testationem et derisionem ipsorum
manus suas excutiant tamquam
si rem fetidissimam tetigissent
Secundum etiam superbi edificaverunt
domum plumbeam ideo in ipso
plumbo in fornace infernali
liquefacto balneabuntur Ezech
xxii Omnes isti plumbum in
medio fornacis facti sunt
Secundo dic fidelium debent se preparare
in morte Quattuor enim ipse anime
occurrentes tunc conveniunt
scilicet laqueos demonum multitudinem
peccatorum acerbitatem penarum et
ignorantiam viarum Quarum una
illarum ducit ad paradisum alia
ad purgatorium alia ad limbum
et alia ad infernum Contra ista pericula
quattuor debent assumere in mor-
te quattuor arma Primo namque
debent se armare per elemosinarum
largitionem Et istud valet contra
primum periculum scilicet laqueos insidi-
as demonum Elemosina enim est
tamquam lancea ad feriendum
et tamquam scutum ad se protegen-
dum Unde dicitur de elemosina
Eccli xxix Super scutum potentis
et super lanceam inimicum pugnabit
Secundo debet se armare per
puram et devotam confessionem

triplex confessio

et istud valet contra secundum
periculum scilicet multitudinis peccatorum
Unde dicit laurencius Omnia
in confessione lavantur distinctione
tamen Est xxvii triplex confessio
una fit in vita et sanitate
unde dicitur ibidem Et laudabis
deum et glorificabis in miseratio-
nibus illius Alia confessio est
que fit in morte de qua dicitur
moriens amovet ibidem ante
mortem confitere Et ista talis
confessio aut fit timore servili
et tunc nulla est misericordia
aut fit timore filiali et tunc
meretur divinam misericordiam de qua
dicitur Eccl. xviii Ante iudicium
interroga teipsum et in conspectu dei
invenies propitiationem Tertia est
que fit post mortem et ista
nichil valet nisi ad dampna-
tionem seu dampnationis maio-
rem [illegible] de qua dicitur ibidem
A mortuo quasi nichil perit
confessio De ista inutili dampna-
tione prima dicitur Sapientie v
Gementes pre angustia spiritus
et dicentes intra se penitentiam
agentes etc. Tertio debent se ar-
mare per extremam unctionem
unde Jacobi v Infirmatur quis
in vobis inducat presbyteros ecclesie
ut orent super eum unguentes
eum oleo sancto in nomine do-
mini et oratio fidei salvabit in-
firmum et alleviabit eum dominus
et si in peccatis sit dimittentur
ei Ex quibus verbis habetur quod ex-
trema unctio valet ad tria
scilicet ad tolerandum depurgationis

extrema unctio

liberationem et ad salvationem unde
dicitur Oratio fidei salvabit in-
firmum Et ad ipsius pene aliquam
alleviationem unde subditur Et
alleviabit eum dominus Et ad peccatorum
dimissionem unde subditur Et si in
peccatis sit dimittentur ei Et istud
scilicet extrema unctio valet contra
tertium periculum scilicet [illegible]
purgatorii Si enim virtute extreme
unctionis multa venialia dimi-
ttuntur tunc minores pene eis
infligentur Quarto debent se ar-
mare per sacri corporis christi per-
ceptionem et istud valet contra quar-
tum periculum scilicet ignorantia
viarum Quia enim habens secum
dei filium in via errare non potest
quia sicut ipse dicit Joh. xiiii
Ego sum via veritas et vita
Ipse enim animam in via recta ponit
quia est via posita per viam rectam
deducit quia est veritatis posita
et deducta in paradisum introdu-
cit ducens eam ad se qui est vita
et beatitudo eius Quinto debet
quis se preparare post mortem non quod
non post mortem sit locus se prepa-
randi sed recipiendi sed homo
dum vivit debet se per bona opera
disponere ut post mortem suffra-
gia ecclesie possint sibi prodesse
Videmus autem quod quando aliquis
aliquem magnum virum offendit
quatuor modis se liberare potest
scilicet precibus quia aut ipse illum ro-
gat aut ab amicis rogari facit
Et si non valent precibus innuat
se muneribus donum scilicet et mu-
nera offerendo Et si hec non
valent offert se sibi pro sua voluntate

Et ideo in vita vi[illegible]
suffragia possunt post mortem

puniendum Quod si sicut anima
non possunt recurrit ad deum ut
scilicet eum debeat iuvare et de
manibus eius eripere contra sunt
quatuor modi primus Gregorius
quibus defunctorum anime
liberantur sicut enim sit anime
defunctorum quatuor modis sol-
vuntur aut oblationibus sac-
dotum aut precibus sanctorum
aut elemosinis carorum aut
ieiunio cognatorum Iuvatur
enim igitur primo precibus et orationibus
sanctorum virorum Si enim orationes
sanctorum in celo prosunt sicut patet
in Gregorio qui oratione sua tribus
annis et sex mensibus celum
clausit et post ea aperuit ut
habetur Jacobi v. Si prosunt in infer-
no sicut patet in Gregorio qui
orationes sua de inferno traiana-
ni animam liberavit Item idem
Gregorius qui filium matrisfamilias
defunctam resuscitavit 3 Regum
xvii quanto fortius poterit
in purgatorio ideo dicitur 2 Macch
xii Sancta ergo et salubris est
cogitatio pro defunctis exorare
ut a peccatis solvantur Gregorius
Sunt sunt invenientes sive mor-
tui beati sunt pro quibus orat
ecclesia quam celestis sponsus
supplicantis sponse clementer
recepit vota Idem in marg
De vota sanctorum supplicatio pla-
cuis indictis iram placat et
egredientes animas ad veniam
revocavit Tangit aqua cum pie-
tas illos iuvare qui se iuvare
non possunt ut illos qui per nostra
suffragia liberantur a cruciatibus
habeantur post modum intercessores
in celis Iuvantur etiam multi
i. elemosinis propinquorum ele-
mosina enim sunt quedam mune-
ra que deo dantur ut anime ter-
rentes in purgatorio iuventur
Luce 2 Date elemosinam et ecce
omnia munda sunt vobis Sunt
etiam quedam aqua celestis per
quam ignis purgatorii extingu-
itur Ecclesiastici iii Ignem ardentem
extinguit aqua et elemosina
resistit peccatis Sunt etiam quedam
pretium per quod anime redimuntur
Danielis iiii peccata tua elemosinis
redime et iniquitates tuas
misericordiis pauperum Iuvantur
etiam per penam susceptam i.
per ieiunia et carnis maceratam
assumptam Si enim David pro
filio ieiunavit et se afflixit
credens quod ad liberationem proficeret
eius 2 Regum 12 Et item de ni-
nivitis Jone 3 Si scilicet sanctorum
ab quodam nomine Nicolao
in peccatis mortuis per xxx diebus
ieiunavit et se afflixit et sic
veniam impetravit Si Gregorius
non tantum pro troyano oravit sed
etiam ieiunavit et sic ille penam
evasit Credendum est quod ieiu-
nia amicorum animabus prosunt
et quo ad salutem seu ad salva-
tionem quale erat ieiunium ni-
nivitarum et David regis
et quo ad satisfactionem quale erat
ieiunium Iudicte et quo ad
pene evasionem quale sunt ie-
iunium Gregorius ad idem de Abacuk
cui dixit angelus Fer prandium
tuum quod habes in Babiloniam

Dan. xiiii° Jeronimus recitat
prandium danieli super lacum
leonum portat quotiens sacerdos
hostias salutares pro fidelibus
defunctis immolat et Ambrosius
super lucam Cristus in cruce
moriturus discipulis misterium
corporis et sanguinis sui perpe-
tuo celebrandum tam pro salute
vivorum quam pro remedio mor-
tuorum iniunxit dicens Hoc
quotienscumque feceritis in meam
memoriam facietis Ac si diceret
Sicut ego immolor in cruce pro
vivis et defunctis sic et vos
ad memoriam mei et salute
vivorum et defunctorum fidelium
Idem consecratis in corporis et
sanguinis commemoratione iuvantur
eciam per recursum ad deum et
per altaris sacrificium ubi ad deum
recurrimus quia ipsum dei filium
pro animabus defunctorum interpel-
lamus Et istud est efficacissimum
et defunctis valde gratum unde
refert petrus Cluniacensis quod
cum quidam sacerdos pro defunctis
cottidie celebraret capud cum
accusatus ab officio est suspensus
Cum vero episcopus per cimiterium
ad matutinas pergeret transiret
omnes mortui ibidem sepulti contra
ipsum insurrexerunt dicentes Iste est
nullas missas nobis impendit
et insuper capellanum nobis abs-
tulit Sed certe nisi se correxerit
morietur Episcopus vero sacerdotem
absolvit et ipse similiter libencius
pro mortuis celebrabant etc.

Sermo tercius de animabus sequitur et tercia

Memor esto iudicii mei sic
enim erit et tuum michi heri
et tibi hodie Eccl. xxxviii°
Ex quibus fit duplex iudicium scilicet
particulare quod fit in cuiuslibet ho-
minis morte et universale quod
fit in generali resurrectione Et tunc
accipitur iudicium pro ipsa morte
cuiuslibet ubi mortuus alloquitur
vivum dicens Memor esto iudicii mei
etc. Ex eo quod ipsa mortis memo-
ria est valde utilis et necessaria
a deo quod eciam ipsi philosophi multum
ipsam commendaverunt Unde dicit
Jeronimus platonis est sentencia
omnem sapientum meditationem
esse mortis Unde eciam dixit quidam
alius philosophus Summa philosophia est assi-
dua mortis meditatio Valet
autem ipsa memoria mortis ad
quinque Primo ad attendendum
vitam nostram quante sit brevitatis
Istud patet in Xerse potentissimo
rege de quo dicit Jeronimus in epistola
ad Eliodorum Xerses ille poten-
tissimus rex qui subvertit mon-
tes maria constravit cum de sub-
limi loco infinitam hominum mul-
titudinem vidisset flevisse dicitur
eo quod post centum annos nullum
eorum quos tunc videbat superstitem
victurum esset Secundo quod tres
terminos humane vite imposuit
Primo quod usque ad millenarium
posset extendi Et iste terminus
in prima hominis creatione incepit
et usque ad diluvium perdurant

memoria mortis utilis

tres termini vite humane

terminus brevis vite est et iste adhuc abbreviatur

annis millenarium nemo attin-
gerit videmus autem deus quod quanto
homo erat longioris vite tanto
maioris erat malicie iuxta
illud Genesis viii. Sensus et
cogitatio humani cordis in malum
proni sunt ab adolescentia sua
ideo terminum abreviavit Et
ad centum viginti annos posu-
it dicens Genesis vi Non perma-
nebit spiritus meus in homine
in eternum quia caro est Erunt
que dies vite illius centum viginti
annorum Et iste terminus post
diluvium incepit et usque ad
tempora David perduravit. Verum
vero vita hominis adhuc videbatur
longa ex eo quod homo non desiste-
bat in malitia ideo terminum iterum
abreviavit Et ad lxx vel ad
lxxx annos posuit Et iste ter-
minus tempore David incepit et
adhuc nostris temporibus currit Quantum
autem duraturus sit solus deus
novit Et si forte aliquis inve-
niatur terminum illum transire eius
vite ideo non est dicta vita sed la-
bor et miseria Ideo dixit
David dierum annorum nostrorum
in ipsis lxx anni si autem in po-
tentatibus lxxx anni et amplius
eorum labor et dolor Et si forte
aliquis inveniatur qui ultra illam
etatem videatur esse aliquando robor
et vigoris ex speciali privilegio
meruit adeo hec privilegia non
paucorum communem legem fa-
ciunt nec mirum si tam brevis
est vita Quia sicut Barlaam
dicit vita nostra est sicut arbor
quedam cuius radicem duo

mures unus albus et alter niger
id est dies et nox semper rodunt co-
medunt et consumunt Et quia
tam brevis est vita Consue-
tudo erat antiquitus sicut refert
Johannes patriarcha Alexandrinus
Quod ea die qua imperator co-
ronabatur artifices fragmenta
marmorum diversorum colorum in
manum accipiebant et ad impe-
ratorem coronatum portabant di-
centes De quo marmore iubet
imperium tuum ut tibi fiat sepultura
et oportebat quod ipse eligeret Itaque
ea die qua sibi imponebatur
corona parabatur sepultura ut ex
hoc brevitatem vite sue cogno-
sceret et nequaquam in imperio
superbiret Licet autem vita hominis
sit valde brevis deus tamen
ex sua misericordia adhuc aliquibus aliis
abreviat magis quam aliis ne plura
committant mala et sic maiora
patiantur tormenta Psalmo
Viri sanguinum et dolosi non
dimidiabunt dies suos Aliquorum
hominis ne mutentur et depravantur
a mundi malitia Sapientie iiii. Raptus
est ne malitia mutaret intellectum
eius Et Unde quidam prefus inter-
rogatus qualiter sibi esset respondit
Sum in magno timore et desiderio
constitutus In timore quidem ne prius
deserat me deus quam vita In
desiderio autem ut prius me vita de-
serat quam honestas Non est igitur
optandum vivere sed mori honeste
Unde refert Seneca Quod cuidam
dolenti quod moreretur sapiens quidam
dixit [illegible] non est magnum
vere vivere vivunt servi tui et

non est optandum vivere sed honeste mori

bestie magnum est honeste mori
fortis et prudentis Secundo memo-
[2] ria mortis utilis est ad ostenden-
dum labores qui non sunt propter
deum esse vanitatis istud patet
in Virgilio qui circa fine vite sue
quatuor versus fecisse narratur
in quibus ostendit se in compendio
tres libros breviter laborasse scilicet
librum de bucolicis in quo tradit
artem pastoralis cure / librum
de georgicis in quo tradit
artem agricolture Et librum
eneidos in quo docet artem
milicie et pugnature Et tamen
conqueritur quod de toto suo isto labore
nichil secum in monumentum por-
tavit Nam nec de capris sive
ovibus tam bene pastis portat
lac Nec de agris tam bene pasti-
tis et cultis portavit segetes
Nec de hostibus victis et superatis
portavit spolia Unde dicit pastor
arator eques vel eques pavi
colui superavi Capras rure ho-
stes quod labore gravi de capris
pastis de rure sato hoste fu-
gato non lac nec segetes nec
spolia ulla tuli Hec autem omnia
Virgilius figurative locutus fuit
Nullus enim in morte de suis
deliciis lac portare potest alicuius
dulcedinis nec de suis divi-
ciis segetes alicuius refectionis
nec de suis dignitatibus vel
triumphis titulum alicuius honoris
Psalmus Ne timueris cum dives factus
fuit homo hoc quantum ad carna-
les delicias homo enim pro terrena-
li aliquando accipitur iuxta illud
Iohannis vi Non permanebit spiri-
tus meus in homine quia caro est
Et illud i Cor iii° Nonne carna-
les estis et secundum hominem ambu-
latis Quantumcumque aliquis sit dives
et plenus deliciis nichil tamen
secum portabit Sequitur Et cum
multiplicata fuit gloria domus eius
hoc quantum ad dignitates munda-
nas et honores Quoniam cum interie-
rit non sumet omnia secum hoc
quantum ad divicias temporales Et sequitur
dicit Omnia que deliciis et de
honoribus aliqua secum portat Unde
de deliciis portat secum contrarie ama-
ritudinis Proverbiorum v Novissima
illius amara quasi absinthium
De deliciis extrema esuriem
Iob xxvii Dives cum dormierit
nichil secum affert aperit oculos
suos et nichil inveniet De hono-
ribus quemadmodum dicitur primi
Machabeorum ii Gloria eius stercus et
vermis est hodie extollitur et
cras non invenitur Tertio memoria [3]
mortis utilis est ad ostendendum
statum hominis quante sit miserie et
penalitatis Status enim hominis con-
sideratur quantum ad nativitatem vitam
mortem et post mortem Et omnes
status isti in malis penales sunt
istud patet in Aristotele qui dum in
infirmitate ultima laboraret discipuli
ad eum accedentes dixerunt ut
eis aliquam sententiam suam diceret quod ipsi
pro testamento tenerent tunc ille
ingemiscens ait / Genitus in
hunc mundum intravi cum peccatis
vixi contristatus egredior nescius
et ignarus fuit nempe stulto

eius miserabilis quantum ad ingressum
Et ideo dixit / Vlulatus in quem
mundum intraui vel vlulatus quem
cum culpa cum fletu pauper et
nudus / ffuit etiam status eius mi-
serabilis quantum ad progressum ideo
dixit Rugitus meus Est autem
triplex laboris anxietas vna
est laudabilis et meritoria de
qua dicitur in psalmo Laboraui cla-
mans raucae factae sunt fauces
meae Alia est vituperabilis et dya-
bolica de qua dicitur Jeremie ix ut
inique agerent laborauerunt
Alia est indifferens et penosa
de qua dicitur Job v Homo nascitur
ad laborem et auis ad volandum
labores autem quos iste protulit in
meditando scribendo et docendo
non fuerunt sibi meritorii quia
hoc non faciebat propter deum sed
propter fauorem humanum / ffuit etiam
status eius miserabilis quantum
ad egressum / et ideo dixit Con-
turbatus egredior turbabat autem
conturbatus vel quia mundana quae
diligebat dimittebat Ecclesiastici xli O
mors quam amara est memo-
ria tua homini iniusto et pacem
habenti in substantiis suis
vel forte quia sibi morienti
demones apparebant Capitulo xvii
personae tristes illis apparentes
pauorem illis praestabant / vel
forte quia sua damnatio sibi
reuelata fuit propria conscientia
testimonium perhibente Capitulo xviii
Semper praesumit saeua perturbata
conscientia ffuit etiam status eius mise-
rabilis quantum consideratur post egressum

Et ideo dixit Iustus et equalis
primus cum penitus actibus om-
nium factum in ipso obliuione
induxit ut nichil aliud praeter
suam penam valeat cogitare vnde
dicitur Quod apparuit cuidam suo
discipulo .d. eidem Cum tota sua
sciam perdiderit Et nichil aliud
sciat nisi solum penam suam
Ecclesiastes ix Nec opus nec ratio
nec scientia nec sapientia erunt
apud inferos quo tu properas
Quarto memoria mortis est
utilis ad ostendendum omnia
mundana quae sunt vanitates
Istud patet in Alexandro ma-
gno cuius ossa in quodam vase
aureo fuerunt recondita / Ad cuius
mortem ut ait Petrus Alfon-
sus philosophi de diuersis mundi partibus
conuenerunt ut quilibet
verbum notabile et sententio-
sum super eius ossa proferret
Ad ostendendum igitur quam
sit vanum amare diuitias vnus
eorum dixit Heri iste faciebat
thezaurum de auro hodie vero
aurum sibi thezaurum facit de
ipso Alius dixit Heri non su-
fficiebat isti totus mundus hodie
septem pedum sepultura est con-
tentus Ad ostendendum autem
quam sit vanum diligere honores
et mundanas dignitates Alius
dixit Heri istum sequebantur
omnes viuentes Hodie versa
vice omnes sequitur morientes
Alius versificando dixit Quam
cerum fugitiuus honor quam
nomine inane magnus in ex-
emplo qui non sufficerat orbis

septem pedum fabricata domus. Quam nobile corpus exiguum requiescit. Secundo ad ostendendum vero quam vana sit potentia mundi. Alius dixit heri iste multos a morte poterat liberare hodie mortis iacula non potuit evitare. Alius dixit heri iste premebat terram hodie a terra premitur ipse. Alius dixit heri iste multos habebat amicos et inimicos hodie habet equales. Alius dixit heri omnes gentes istum habebant in timore hodie ipsum amici habent in vilitate et horrore. Tertio memoria mortis utilis est ad ostendendum potentiam mundi quante sit pravitatis. Istud patet in dyogene philosopho de quo refert Ieronimus et Seneca. Quod fuit maximus mundi contemptor ita quod tantum habebat baculum cum quo se sustentabat et ciphum cum quibus ad fontem bibebat. Cum autem semel vidisset hominem manibus bibentem ciphum suum fregit dicens Nesciebat quod natura vas ad bibendum michi ordinaverat. Nolebat etiam in civitatibus habitare nec domum propriam possidere sed in deserto in quodam tegete morabatur. Ita quod in estate semper fundum soli opponebat in hieme vero os ad solem volvebat ita quod in estate umbram et in hieme solem habebat. Cum autem Alexander imperator inde venatum transiret et ad eum veniens et ante eum consisteret umbram sibi faceret et dixit ei vellem ut michi non auferres quod michi dare non potes. Quod imperator intelligens ad aliam partem divertit dicens se mirari quod non videbatur potentiam eius timere. Cui ille respondit potentiam tuam nec timeo nec formido quia aut preterita est aut presens aut futura. Illam que preterit non timeo quia iam non est. Illam que futura est non pertimesco quia dubia et incerta est. Illa que presens est non formido quia modica et cito transiens est. Cum autem qui astabant in ipsum vellent irruere precepit ne quis eum tangeret quia homo dei erat qui etiam propter timorem principum veritatem non taceret.

Sequitur Sermo quartus de animabus etc.

Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Propheta mortem sanctorum describens eam preciosam esse asserit dicens preciosa in conspectu etc. Alibi quoque mortem peccatorum describens ait Mors peccatorum pessima. Videndum est igitur qualiter mors sanctorum sit preciosa et qualiter mors peccatorum sit pessima. Secundum autem b. Bernardum tria sunt que mortem sanctorum faciunt preciosam scilicet quies a labore, gaudium de novitate, et securitas de eternitate. Est igitur primo quies a labore. Apocalypsis xiiii° capitulo Iam amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis.

Tria faciunt mortem sanctorum preciosam

vel requiescet a laboribus suis
i. laboribus suis et mitis laborum
suorum quia laborantibus debetur
requies Ex quo sequitur quod
occisi non requiescent vero cum
remunerabuntur cum valde
bonis in celo vel flagellabuntur
cum mediocriter bonis in purga-
torio sed cruciabuntur cum valde
malis in inferno Omnis autem
sancti tunc requiescunt a labo-
ribus corporalibus non tamen requiescet
a laboribus corporalibus vero tamen
requiescent ab actionibus spiritua-
libus Vero cum requiescet me-
moria ab actu memorandi sed
in deum diriget per eternam memo-
racionem psalmus Memorie habun-
dancie suavitatis tue eructa-
bunt Ecclesiastici xxiiii Memoria
mea in generatione et generationem
seculorum Vero requiescet racio
ab actu cognoscendi sed in deum
dirigetur per perfectam cognitionem
ad Corinthios Tunc cognosco ex
parte tunc autem cognoscam
sicut et cognitus sum, vero
voluntas requiescet ab actu
diligendi sed in deum fertur
per intimum amorem Augustinus
super Genesim ad litteram Vna ibi
et tota virtus est amare quod
videas et summa felicitas habere
quod amas Ibi namque beata
vita in suo fonte bibitur
vnde aliquid aspergitur vite
ut in temptationibus huius se-
culi temperanter fortiter iuste prudenter
que vivatur Ipsi autem sensus cor-
porales ab operibus suis spiritualibus
non vacabunt Oculi enim non
vacabunt ab officio videndi

sed delectabuntur in videndo
Christi suavitate Vero aures
ab officio audiendi sed audient
celestem iubilationem Vero
naris ab officio adorandi in
Christo lilium eternis mundissime
vas plenum vnguentis anime
devotissime et balsamum divi-
nitatis suavissime Vero os
vacabit ab officio suo sed gustet
Christum divinam dulcedine pro-
rumpet in dei laudem osculabitur
dei carnem Vero tactus
vacabit ab officio suo sed tanget
corpus per devotionem tenebit
per meditationem amplexabitur
per delectationem Secundum quod facit
mortem sanctorum preciosam
est gaudium de novitate Si
quidem tunc omnia novabuntur
Vero innovabitur corpus ad Philippenses 3
Salvatorem expectamus dominum
nostrum Ihesum Christum qui reformabit
corpus humilitatis nostre Et in-
novabitur anima psalmus Renova-
bitur ut aquile iuventus tua
Innovabitur celum et terra Ysaias
lxv Ecce ego creo celos
novos et terram novam et ce-
runt in memoria priora
Innovabuntur omnia per ignem
qui faciem mundi precedet
2 Petri iii Elementa ca-
lore solventur Tunc enim
quicquid in elementis immundum
et feculentum invenitur abscis
separabitur et in cloacam infer-
nalem proicietur Et sicut dicitur
terra remanebit clara sicut vi-
trum aqua sicut cristallus aer
sicut celum ignis sicut astra
celi luna sicut sol et sol

septuplicat' iuxta illud ysa 30
Erit lux lune sicut lux solis
et lux solis erit septuplicit'
De ista aut tali novitate sancti
valde gaudebunt Secundum quod
facit mortem sanctorum preciosam
est securitas de eternitate Erit
enim sancti securi de sua eternitate
et immortalitate Nichil enim
in eis remanebit quod mortem
causare posset / mors quidem
aliquando causatur ex actione contrariorum
aliquando ex ratione cibi cor-
rupti aliquando ex ratione aeris
infecti aliquando ex ratione af-
flicti Nichil autem istorum ibidem
erit ideo dicitur i Cor xv Se-
minatur in corruptione sur-
get in incorruptione seminatur
in ignobilitate surget in gloria
seminatur in infirmitate surget
in virtute / seminatur corpus animale
surget corpus spirituale Si quidem
ut dictum est mors causatur
ex actione contrariorum quia corpus
humanum compositum ex contrariis
agentibus et patientibus adinvi-
cem et ideo corrumpitur sed talis
corruptio ibi non erit Et ideo
dicitur Seminatur in corruptione
surget in incorruptione Causatur
etiam aliquando mors et infirmitas
ex ratione cibi corrupti Ecclesiastici
xxxvii propter crapulam multi
perierunt Sed ista ratio ibi non
erit quia sancti non vescentur
cibis animali sed spirituali illo scilicet
cibo qui dicit Ioh. vi Ego sum
panis vite Et ideo dicit Se-
minatur corpus animale surget
corpus spirituale Causatur etiam

mors aliquando ex ratione aeris
infecti magistris cum noceat aer in-
fectus quam cibus corruptus unde
sepe homines aerem infectum et
corruptum subito moriuntur unde
narrat philosophus in libro de proprietati-
bus elementorum quod in diebus
philippi regis vix erat ut mon-
tes quod quidam ambulantes subito
mortui corruebant Et cum causa
cuius sciri non posset socrates
turrim altam adversus fieri fecit
et in summitate specula multa
composuit vidit quod in speculis
duos dracones unum ex uno
monte et aliud ex alio os suum
aperientes et aerem inficientes
et tunc rex dracones occidi fecit
et aerem sanavit Homo igitur in
hoc mundo in aere ignominioso
a turpitudinibus et vaporibus
infecto et ideo sepe infirmatur
et moritur Tunc autem erit in aere
glorioso ubi non erit aliqua impu-
ritas sed omnis puritas et undi-
que sanctitatis Et ideo dicitur Se-
minatur in ignobilitate surget in
gloria ideo dicitur de civitate celes-
ti ysa lx° Occupabit salus
muros tuos Causatur etiam mors
ex tristicia prov. xvii Spiritus tristis
exsiccat ossa 2 Cor vii Seculi
tristicia mortem operatur Caro enim
sepe infirmatur ex tristicia mentis
et anima tamen quanta passiones
patitur carnis tunc autem caro
roborabitur et anima divina virtute
firmabitur Ita quod nec in carne pas-
sio nec in anima patitur esse dolor
Et ideo dicitur Seminatur in infirmitate
surget in virtute Tunc erit quia

gaudio replebit et in carne gau-
dium tuff[undetur] et nulla sit ibi tristi-
cia sed leticia sempiterna ps[almo] Cor
meum et caro mea exultaverunt
in deum vivum Crisost[omus] Vita car-
nium sanitas cordis Ibidem xvi°
dulcedo anime sanitas ossium Verso qua-
lis mors sanctorum sit preciosa
restat videndum est qualis mors
peccatorum sit pessima sicut aut dicit

Quare mors peccatorum est pessima

Bernardus Tria sunt que mortem
peccatorum faciunt pessimam scilicet horror
in exitu dolor in transitu pudor
in dei conspectu Si quidem quando anima
peccatoris a corpore exit occurrunt
ei demones et inde habet horrorem
deinde transit ad penas infernales
et inde habet dolorem Deinde ad
extremum iudicium veniens se iudici
representabit et inde habebit magnum
pudorem Primum igitur quod mortem
peccatorum facit pessimam est horror

Horror in exitu

in exitu Videbunt enim peccatorum
de corpore exeuntibus plura apparent
ex quibus horrorem sentiunt Habent
enim horrorem ex tanta tenebrarum
densitate Exodi x° facte sunt
tenebre horribiles in universa terra
egypti Ex tanta peccatorum suorum
confusio Osee vi In domo Israel
i. in cordibus illorum qui videbantur
esse iusti vidi horrendum i. horribile
peccatum ibi fornicatione Effraim con-
taminatus est Israel Quia sepe boni
exemplo reproborum efficiuntur mali Ex
tanta iudicis severitate Hebr. 10
horrendum est incidere in manus
dei viventis Sapie[ntie] vi horrende
et cito apparebit vobis quomodo
iudicium in hiis qui presunt fiant
Et ex tam horribili demonum visio-
ne apparebunt enim eis demones
ab ore proferentes spirantes vaporem
igneum de naribus proferentes fete-
rem sulphureum de oculis emi-
ttentes scintillas Unde Iob xli[?]
ignitas bestias aut vapore igne-
um spirantes aut odorem fumi
proferentes aut horrendas ab oculis
scintillas emittentes quarum non
solum lesura poterat eos conterere
sed aspectus per timorem occidere
Secundum quod facit mortem peccatoris
pessimam est dolor in transitu per
hoc enim horribilia transibunt et
supplicia infernalia ut ibi perpetuum
dolorem et perpetuum sentiant
cruciatum Iste enim dolor ma-
gnus ex intentione ex dilatacione
et ex extensione Ex intensione
quidem quia omnes alios superat
dolores Unde cum tres sunt do-
lores intensi scilicet dolor partus dolor
filiacionis et dolor matris quando
moritur unigenitus Istis tribus
doloribus ille dolor assimilatur
scilicet dolori partus ps[almus] Ibi dolo-
res ut parturientis dolori filia-
cionis scilicet Machabeorum ii° Casphenus
omnium dolor dirus visceribus et a-
mara interiorum tormenta
De hiis duobus dicitur Ysaie xiii
Torsiones et dolores tenebunt
quasi parturiens dolebunt Assi-
milatur etiam dolori matris unige-
nitum flentis Ieremie vi[?]
Ponam eam scilicet peccatoris animam
quasi luctum unigeniti Ieremie vi
Luctum unigeniti fac tibi planc-
tum amarum Erit etiam dolor
ille maximus quantum ad duracionem
quia perpetuus durabit Ieremie xv
Quare factus est dolor meus perpe-
tuus et plaga mea insanabilis
Recte ni[mi]rum quia sunt impenitentes
in pena et ideo indigni sunt
venia Sunt impenitentes deo in
miseria et ideo indigni sunt gratia
Sunt impenitentes contra deum contumaciam

et ideo indigni sunt dei misericor-
dia De isto dolore propheta dicit
Circumdederunt me mortis Horrendo enim modo
erit ibi dolor cum fervidi divine
flamma Cum absenitate mortis
sine morte finis sine fine de-
fectus sine defectione quia et
mors semper vivit et finis semper
incipit et defectus deficere nescit
precor miram quia sicut dicit Ce-
sarius Illa penalis exustio que
culpam iubetur in qua nunc flammam ne-
scit assimilare flamma illa non tol-
lit quod persequitur quidem creatum Erit
etiam dolor ille magnitudine quantum
ad extensionem quia per omnes partes
et sensus corporis extenditur pena
eius visus erit pena execrabilis
Apocalypsis ix Ascendit fumus putei
sicut fumus fornacis magne
Ysaie xxxiiii Ascendet fumus
eius a generatione in generationem
fletus irremediabilis Mat. 22
ibi erit fletus visio demonum
horribilis Apocalypsis ix De ore ipsorum
procedit fumus ignis et sulphur
pena auditus erit ululatus damp-
natorum Ysaie xv Super hoc expedi-
ti moab eius quidem fremebunt
super dampnatos modo sibilando
Trenorum ii Transeuntes per viam
sibilaverunt et moverunt caput suum
super filiam Ierusalem modo insultando
Unde sequitur Hec est urbs
dicentes perfecti decoris gaudium universe
terre En iste est dies quem
expectabamus invenimus et vidimus
Modo dentibus fremendo
Ibidem Aperuerunt super te os suum
et infremuerunt dentibus
Job xvi Comminantes michi infre-
muerunt dentibus suis contra me
Alia pena auditus erit sonitus
tormentorum quia modo audietur
stridor dentium modo stridor flam-
marum modo stridor aquarum
modo rugitus leonum modo sibilus
serpentum et cetera / pena gustus
famis erit insatiabilis Job xviii
Attenuetur fame robur eius et
inedia invadat costas illius
Sitis que inextinguibilis Job 18
Exardescet contra eum sitis et po-
tus horribilis Deut. xxxii Fel
draconum vinum eorum et venenum
aspidum insanabile pena olfactus
erit fetor intollerabilis Eum quidem
causat ex fetenti loco Eze. 32
Irrigabo terram fetore sanguinis
tui Ex fetenti consortio quia demo-
nes erunt valde fetidi Joelis
2 Ascendet fetor eius et ascen-
det putredo eius quia superbe
egit Ex fetenti supplicio quia
fetida pena punietur Job xviii
Aspergatur sulphur in tabernaculo
eius Ex fetenti corpore suo quia
cuiuslibet corpus suum proprium fetidum
prestabit Ysaie xxxiiii De ca-
daveribus eorum ascendet fetor
pena tactus erit estus irreme-
diabilis Apocalypsis xvi Estuaverunt
homines estu magno Et frigi-
ditas intollerabilis Job xxiiii
Ad calorem nimium transibunt
ab aquis nivium Devoratio
horribilis Deut. xxxii De-
vorabunt eos aves morsu
amarissimo Tertium quod facit
mortem peccatorum pessimam est
verecundia in dei conspectu Quia
cum scelera peccatorum manifesta
sicut cum illud quod est in vase
non apparet in obscuro Adven-

cute aut solari radio quicquid
intus latebat clare conspicitur
Sic etiam in presenti vita abscondita la-
tent ea que sunt in nostra conscien-
tia aut luce divine maiestatis
omnia parent in luce expressione apertissime
visionis Illa aut tabularum revelatio
erit ad peccatoris magnam confusionem
Origenes super illud Ieremie xvii peccatum
Iude scriptum est stilo ferreo in
ungue adamantino Si peccatum
meum inquit esset atramento scrip-
tum forsitan illud delerem Nunc
autem scriptum est stilo ferreo in
ungue adamantino ut autem
ad examinationem iudicis venias ubi le-
get multitudo peccatorum in peccato-
ribus singulas imagines peccatorum
Naum iii° Revelabo pudenda
tua in facie tua et ostendam
gentibus nuditatem tuam et regibus
ignominiam tuam Erit ad multorum
que bona videbantur detestationem
Anshelmus in meditationibus
O lignum aridum et inutile ignibus
dignum quid respondebis in illa
die cum exigetur ad ictum oculi
omne tempus tibi impensum Quod
peccata ibi occurrent qualiter tibi
fuit expensum Quod ibi occur-
rent ex improviso velud ex insi-
diis que modo non cernis Quod
que nunc bona esse estimabis
seu estimas in facie mundi
apparebunt nigerrima peccata
Erit ad conscientie accusationem Bernar-
dus in meditationibus Quando
vi divina fiet ut unusquisque opera
sua bona vel mala in memo-
riam reducat ut accuset sua
conscientiam Sed malus de tanta
innumerositate peccatorum mo-
lestior erit oculus suus cum neque
non est aspectus sive in celo sive
in terra que tenebrosa conscientia

subest surgere magis velit quam
possit Erit est omnibus qui non ve-
nerit in conspectum memoria scilicet pec-
catorum etc.

Sequitur Sub-
Sermo quintus de anima

Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei
quia manus domini tetigit
me Job xix. presens thema verba
esse ... autem in purgatorio
posite suam indigentiam
ostendentes et suffragia postu-
lantibus per hoc autem quod ge-
minat verbum misericordie ostendit
habundantiam sue miserie
Ideo dicat Miseremini mei misere-
mini mei Sed quia ista suffra-
gia non possunt habere ab extraneis
Ideo ea saltem petit ab ami-
cis Cum dicit saltem vos ami-
ci mei Causam aut subdit Cum
dicit Quia manus domini teti-
git me In verbis istis per misericordiam
ostenditur triplex ratio quare
mortui debent iuvari a vivis
una sumitur ex parte defunctorum
eorum scilicet magna necessitas Cum
dicitur Miseremini mei Secunda ex parte
vivorum scilicet eorum fraterna cari-
tas Cum dicitur saltem vos
amici Tercia ex parte iudicis eius
scilicet pene severitas Cum dicitur
Quia manus domini tetigit me
Petunt igitur duplicem misericordiam
Ideo geminant verbum misericordie
Primam misericordiam auxilii cum sit in
magna necessitate et misericordiam
remedii Cum sint
in magna infirmitate Primo
igitur adiuvari cum sint in ma-
gna indigentia et necessitate
Quidam enim sunt qui petunt

se adiuuari sicut peccatores qui
diu sunt in via qui possunt se ad
graciam disponere peccata relinquendo
elemosinas largiendo et alia
opera de genere bonorum faciendo /
possunt eciam ab aliis adiuuari quia
sancti viri possunt eis promereri graciam
conuersionis. Ephesios. v. Surge qui dor-
mis surge inquam bona opera
faciendo qui prius dormiebas
ab operibus bonis torpendo et
exurge a mortuis peccata mor-
talia relinquendo Et illuminabit te
christus hic per graciam aliquorum
sanctorum meritis infundendo
Alii sunt qui non possunt se iuuare
nec ab aliis adiuuari sicut dam-
pnati hoc signatum est Mathei xxii
In illo qui intrauerat ad nup-
cias sine veste nupciali vero
potest enim dampnatus se iuuare quia
habet ligatam potenciam operatiuam
Quia nullum bonum potest facere ideo
dicit ligatis manibus habeat
ligatam potenciam affectiuam
quia nullum bonum potest diligere
ideo dicit Et pedibus / pedes enim
anime sunt affectus anime / habet
ligatam potenciam intellectiuam
quia nullum bonum potest intelligere
sed est mutus a laude dei et
ab omni confessione peccatorum suorum
Cum ergo eum interrogasset ille
obmutuit Vero potest eciam ab a-
liis adiuuari tamen quia est
extra ambitum misericordie dei Ideo
iste non fuit proiectus in tenebras
interiores sed exteriores / peccatores
enim quamdiu sunt in hac
vita in in tenebris interioribus
quia adhuc sunt intra ambi-
tum diuine misericordie liberantis

Exterius sit intra ambitum diuine
misericordie citra condignum puniuntur
Tamen quia non est dissimilis ut si
ab aliis adiuuetur Et ideo quia habuit
caritatem que omnia bona facit
esse communia hoc signatur per hoc quod
iste vestem non habuit nupcia-
lem Tamen qui a corpore ecclesie
est precisus. Et ideo tamquam mem-
brum precisum non potest meritorum
ecclesie participacionem habere Ad membris
autem precisum efficitur putridum et
fetidum Sic et dampnatus
tamquam putridus semper saniem
emittit quia ibi erit fletus et
stridor dencium Alii sunt qui
medium locum tenent qui scilicet non
possunt se iuuare tamen ab aliis possunt
iuuari sicut ille in purgatorio
vero enim possunt se iuuare quia
sunt extra statum merendi possunt
tamen ab aliis adiuuari Tamen quia
dum viuerent hoc sibi meruerunt
Tamen quia sunt in caritate
que omnia bona ecclesie facit
esse communia Tamen quia membra
ecclesie vnita a spiritu sancto vni-
ficata / Secundo petunt misericor-
diam remedii Cum sint in
magna infirmitate Est autem
quedam infirmitas grauis sed
curabilis qua infirmantur pecca-
tores in via qui sanari possunt
quamuis medicinam requirunt /
Osee xiiii Sanabo contriciones
eorum Alia est incurabilis et
desperata qua infirmantur dampn-
ati de qua dicitur Ieremie xxx
Insanabilis fractura tua pessima
plaga tua est Iohannis v peccatum
ad mortem non pro illo dico ut
quis roget Ysaie i Vulnus

et livor et plaga timoris non
est religata nec curata medi-
camine neque fota oleo. Ibi enim non
ligatur vulnus luxurie quia li-
gari non potest nisi gratia divina
iuxta illud Sapientie viii: Scio quia possum
esse continens nisi deus dederit.
Ibi non curatur livor avaritie
quia curari non potest nisi medi-
camento elemosine iuxta illud
Luce xi: Date elemosinam et
ecce omnia munda sunt vobis.
Ibi non fovetur plaga tumens super-
bie quia foveri non potest nisi un-
guento redemptionis dominice.
Augustinus: Tante superbie potest que
humilitate filii dei non sanatur.
In inferno autem non est gratia. Ideo ibi
non ligatur vulnus luxurie. Ibi non
datur elemosina. Ideo ibi non
curatur livor avaritie. Illuc se
non extendit passio dominica
quia illam contempserunt. Ideo
ibi non fovetur apostema superbie.
Talia est infirmitas gravis sed
sanativa non tamen perfecte sanata
qua infirmantur illi qui aliquando
peccaverunt sed ad penitentiam redeuntes
satisfactionem debitam morte pre-
veniente complere non potuerunt. Talia
est infirmitas levis et curabilis
qua infirmantur illi qui ligna
fenum stipulam portaverunt.
Alii vero sunt semper sani sicut
viri perfecti qui aurum argentum
et lapides preciosos edificaverunt
de quibus dicitur Job xxi: Iste mo-
ritur robustus et sanus dives
et felix; viscera eius plena sunt
adipe et medullis ossa illius
irrigantur. Obiurgandi sunt
igitur infirmi laborantes in in-
firmitate gravi et curabili sicut

illi qui venialia portaverunt.
Adiuvandi sunt infirmi non-
dum perfecte curati sicut illi
qui satisfactionem debitam non com-
pleverunt. Congaudendi sunt per-
fecte sani sicut viri perfecti
qui iam ad gaudia transierunt.
Sed relinquendi sunt in suis
fetoribus infirmi incurabiles et de-
sperati sicut illi qui ad inferos
descenderunt. Secunda ratio quare
sancti sunt adiuvandi sumitur ex
parte amorum sive ipsorum frater-
nitatis. Quod notatur cum dicitur:
Saltem vos amici mei. Sumitur
autem amicus quatuor modis.
Ille scilicet qui alium tenet vel ratione
propinquitatis vel ratione fraternitatis
vel ratione amicitie specialis vel
ratione alicuius beneficii recepti. Sed
isti amici tenentur iuvare de-
functos. Primo illi qui tenentur
eis ratione propinquitatis. Isto modo
pater tenetur iuvare filium et filius
patrem et frater fratrem suum car-
nalem. Unde circa dives apud
inferos positus fratres suos
iuvare volebat. Contra tales
loquitur Augustinus in libro de
decem cordis: Si quis propter
filium pecuniam servabat cum
moritur post illum partem suam
mittat. Cur illam detinet
et forte illi illam reliquit
amico. Sed dicis: Suo filio
eius si vixisset non erat cum
fratribus suis divisurus. O fides
mortua si mortuus est fideles
filius tuus venit nec disces-
sit sed precessit quia fronte
venturus est ad filium tuum
tu precedenti non mittis.

ptem suam Secundo debent in-
vitare defunctos illi amici qui tene-
bantur iure consanguinitatis Sicut sunt
viri religiosi qui bona sua invicem
committunt et in vita et in morte
de quibus dicitur in psalmo Ecce quam
bonum et quam iocundum habitare fratres
in unum Sicut unguentum in capite
et per unctionem que fuit in capite et
descendit in barbam et vestimenta
et hora vestimenti intelligitur quod
debet sibi committere unctionem id est
meritorum cumulationem per quam
debent mutuo se iuvare ut sint
sublimes in contemplatione viles
in operatione decori et ornati in conversa-
tione et pacificati in hora vestimenti
id est in fine et in morte. Tertio debent
iuvare defunctos illi amici qui te-
nentur iure amicitie spiritualis tales
enim amici alii plus iuvant quam
propinqui proverbiorum xviii vir amica-
bilis ad societatem magis amicus
erit quam frater proverbiorum 10 Omni tempore
diligit qui amicus est Omni tempore
dicit quia verus amicus amicum
diligit et in vita ipsius semper ad
bonum ducendo et in morte ipsius
ad penitentiam et ad sui preparationem
sollicite ammonendo et post mortem
ipsius optima suffragia faciendo
Sed de infidelibus amicis dicitur
Job vi Qui tollit ab amico suo
misericordiam timorem domini derelinquit
Item proverbiorum xix fratres hominis pauperis
oderunt illum insuper amici procul
recesserunt ab eo Quarto debent
iuvare defunctos illi amici qui
tenentur iure alicuius beneficii
recepti Qui enim receperunt elemo-
sinas et beneficia temporalia defunc-
torum obligati sunt ad reddendum
suffragia spiritualia missarum et
orationum tales dant salubre
consilium Salomon proverbiorum vi fili si spo-
ponderis pro amico tuo defixisti a-
pud extraneum manum tuam discurre

festina suscita amicum tuum ne de-
deris somnum oculis tuis nec
dormitent palpebre tue Ille
defuncto spondet qui ex diviciis
seu beneficiis receptis obligatus
se videt et ex hoc similiter
defigit manus suas apud extra-
neum id est Christum qui modo est nobis
extraneus quia ipse est in gloria
et nos sumus in miseria tales
debent discurrere circuendo elemosinas
faciendo debent festinare scilicet
sacrificium offerendo Nec debent dor-
mitare sed in omnibus vigilare Sed
hodie mortui possunt conqueri
et dicere Elongasti a me id est elon-
gari permisisti amicum id est illum
qui me iuvare tenebatur iure a-
micitie spiritualis et proximum id est
illum qui me iuvare tenebatur
iure propinquitatis et notos meos
In hoc dicit notos in plurali compre-
hendit et notum ex confraternitate
et notum ex beneficiorum receptione
Nunc autem facta est eorum elonga-
tio quando est miserie maior oppres-
sio et ideo magis necessaria
esset eorum subventio et ideo dicit
a miseria Tertia ratio quare
debemus iuvare defunctos
sumitur ex parte indigentis scilicet pene
severitatis Unde notat Job
Quia manus domini tetigit me
ex quo colligitur quod eorum punitio
et habet severitatem quia in
manus domini inciderunt hebreorum 10
horrendum est incidere in manus
dei viventis Et habet pieta-
tem quia eos non subducit ad
condempnationem sed tangit ad pur-
gationem Deus enim punit hic
in purgatorio et in inferno
sic punit tamquam pius corrector
hebreorum xii Quem enim diligit
deus sicut castigat flagellat
autem omnem filium quem recipit

In purgatorio punit eam momen-
mentanea indignatione ysa. 28
In momento indignationis
abscondi faciem eam meam parum-
per a te et in mia sempiterna misertus
sum tui In inferno aut punit
eum perpetua subversione Hebr. vi
impossibile est eos qui semel sunt
illuminati et prolapsi sunt in inferno
rursum renovari ad primam ad
primam vero impossibile quod ullum
opus meritorium de cetero facere
poterunt Et ratio huius assignatur
Eccl. ix. Nec opus nec ratio nec
sciencia nec sapiencia erunt
apud inferos Omne enim meritum
aut fit corde scilicet diligendo aut
fit ore proximum s instruendo et
docendo aut fit opere misericor-
die s operibus insistendo aut ad-
hibita discretione rationabiliter
s anima faciendo / dampnati quia
non poterunt mereri corde quia
deum non amabunt sed odio habe-
bunt psalmus Superbia eorum qui te
oderunt ascendit semper Et ideo
dicit quod non erit ibi sapiencia per
sapienciam intelligitur amor dei
iuxta illud Eccl. i. Dilectio dei ho-
norabilis sapiencia Nec potue-
runt mereri ore alios docendo
vel illam cum sapiam habere potue-
runt tamen quia in terra oblivioni
erunt Et ideo dicit quod non erit
ibi sciencia Et dicitur terra oblivionis
tamen quia obliviscetur eos divina
mia Job 24 Obliviscatur eius
misericordia Nec potuerunt mereri
opere quia nulla opera meritoria facere
potuerunt Et propter debilitatem et
propter tedium ysa. v. Erit forti-
tudo vestra ut favilla stuppe stuppe
et opus vestrum quasi scintilla
Et ideo dicit quod non erit ibi
opus Nec potuerunt mereri ex ali-
qua discretione quia non ducentur
ratione sed insania et furore

Danielis 24. Insaniet a facie ista-
rum que ego mittam inter eos
Et ideo dicit quod non erit ibi ratio
ista triplex scilicet temporalis purgatorio
et infernalis figura est 2 Regum ul-
timo ubi david tria opcio data
fuit scilicet aut pestilentia trium dierum
aut persecutio inimicorum per tres men-
ses aut fames per septem annos
per pestilenciam trium dierum significatur
pena penitencialis in presenti que
tripliciter affligit scilicet per contritionem
confessionem et satisfactionem per persecu-
tionem inimicorum per tres menses
significatur pena purgatorii quia
ibi homo punitur propter tria scilicet
fenum et stipulam que portavit
per famem septem annorum significatur
pena inferni ubi est defectus
universalis omnium bonorum ubi etiam
corpus ex quatuor elementis
compositum et anima in tribus po-
tenciis existens perpetuo cruciatur
Notanda est etiam differentia istarum
trium penarum / pena enim temporalis
est purgativa meritoria satisfacto-
ria et voluntaria / pena vero in-
fernalis nec est purgativa nec
satisfactoria nec meritoria nec
voluntaria pena aut purgato-
rii est quidem purgativa et satis-
factoria et partim involuntaria est
enim involuntaria inquantum est af-
flictiva sed voluntaria inquantum
est purgativa Et hoc ostendi
potest exemplo patientis medicine
et vulneris ipsi enim habent quoddam
pendendum s vulnerale pactum Et
ideo sicut contingit in passione
membri corporalis ita passio vel
vulneris perpetua inquantum est
dolorosa est involuntaria inquantum
vero est anime sanativa est
voluntaria et accepta sepe etiam
contingit quod tales sanationem
non compleverunt seu satisfactionem
non compleverunt Et ideo sanitatem

intercipiam non deum acceperunt et ideo medicina indigere cognoscunt. Quia medicina aut iniquitatem est amara displicet et iniquitas est sanativa placet. Tales eciam non deum ad portum glorie pervenire sed in fluctibus diversarum penarum consistunt iniquitas igitur fluctibus comparatur sunt molestie tollerant iniquitatem non per illos fluctus ad portum glorie venturi sunt libenter portant etc.

Sequitur sermo sextus de animabus

Audivi vocem de celo dicentem michi scribe beati mortui qui in domino moriuntur. Apocalipsis xiiii. Rumores tunc libenter audiuntur quando sunt boni quando sunt certi quando sunt de partibus remotis quando sunt de amicis et ab amicis nunciati. Tales sunt rumores quos refert nobis Johannes. Sunt enim rumores boni quia de nostra salvacione. Sunt certi quia a Johanne cuius certa fidelissimo teste dei. Sunt de remotis partibus quia de celo. Sunt ab amicis i. ab angelis qui Johanni ista revelabant. Et sunt de amicis i. de nostris defunctis de quorum beatitudine certificant. Et ideo tales rumores sunt a nobis scribendi i. continue memorie commendandi. Quia sicut dicit Gregorius Quod loquimur transit quod scribimus manet. Circa vocem autem quam beatus Johannes se audisse seu audivisse dicit // Quatuor videnda sunt. Primum est unde illa vox venit cum dicitur Audivi vocem de celo. Secundum est per quid venit ut scilicet nobis certa quatuor certificaret. Primo qualis est homo ex condicione nostra cum dicitur mortui // Et qualis efficitur ex dono gratie cum dicitur qui in domino moriuntur. Tertio qualis fructus futurus sit ex consummacione glorie cum dicitur Beati. Quarto qualiter debeant se habere in horum omnium continua meditacione cum dicitur scribe // Circa primum notandum Quod hoc quod dicitur quod ista vox de celo venit est nobis ad magnam certitudinem consolacionis et beatitudinem magnam cum securitate et certitudo testimonii huius apparet quod in celo non sunt nisi beata trinitas angeli et sancti. Venit igitur ista vox de celo a deo trino et uno qui non potest mendacium dicere venit ab angelis qui non possunt errare venit a sanctis qui non possunt nos decipere. Est etiam hoc ad nostram magnam consolacionem. Quia hoc cum dicitur intelligi quam desiderant nos in celo expectant beata trinitas angeli et beati / Angeli quidem propter sui numeri perfectionem. Beati propter suam consummacionem et corporum resumptionem. Beata trinitas propter sue laudis totalem impletionem. Ista quatuor tangit Bernardus super Cantica sermone de statu et consummacione celice. Finis omnium pendent collectant et suspirat inferior creatura filiorum dei revelacionem expectat. Sed et ipsa angelorum societas propter suam imperfectionem numeri claudicabit. Nec trinitas dei sua integritate gaudebit. Ceterum putas demum habiturum totam glorie sue laudem donat et ipsi in conspectu angelorum psallet ei. Est etiam hoc ad nostram magnam beatitudinem quod per celum cum intelligi potest altitudo trinitatis quia quidem pater dat suam vocem et testimonium quod nos expectat tamquam filios // Filius quod nos

expectat tanquam filios suos
Christus filius quod nos expectat
tanquam patres et filii perpetuos a-
matores unde dicit Bernardus
Magnum profecto testimonium
habitum sunt quos pater in celo tan-
quam filios et heredes suscepit
filius tanquam fratres et coheredes
acceperit Recte cum indignum esset
deo illorum fieri patrem quorum
Christus se fecerat fratrem et quos ipse
sanctus adherentes deo unum spiritum
faciet esset cum eo Secundo videndum
est propter quid hec vox venit vel
cum primo ut nobis ostendat qualis
homo est ex conditione sua quia
scilicet mortalis et moriturus quod notatur
cum dicitur Mortui Ista cum hec
mortis universum genus humanum
occupavit et in longitudine
et in latitudine et in sublimitate
et in profundo In longitudine quidem
quia usque ad finem mundi durabit
Tunc autem ipsa mors penitus de-
struetur I Cor. xv. Novissime
autem inimica destruetur mors Tunc
omnis virtus et potentia ab ea
auferetur Ibidem ubi est mors vic-
toria tua ubi est mors stimulus
tuus Tunc ipsa in infernum preci-
pitabitur Ysa. xxv. Precipitabit
dominus mortem in sempiternum In la-
titudine vero quia per totum mundum
a puero usque ad magnum ab infan-
te usque ad senem a divite
usque ad pauperem se extendit
Rom. v. Per unum hominem pec-
catum in hunc mundum intravit
et per peccatum mors et ita in actus (?)
hominis mors pertransiit in quo
omnes peccaverunt In altitudine
autem quia usque ad altissimum dei
filium se extendit (?) Rom. v. Christus
cum adhuc infirmi essemus secundum
tempus pro impiis mortuus est
In profundo vero quia etiam usque ad
illum qui est in inferis vita (?) se im-
mersit Osee xiii. Iustitia ama-
tissima uteri eorum Secundo ad-
qualis homo efficitur ex domo (?)
Cum dicitur Qui in domino mori-
untur Circa quod notandum quod
quidam moriuntur sine domino
quidam extra dominum quidam
pro domino quidam in domino
et quidam cum domino Et ad hoc
intelligendum notandum est quod
secundum Augustinum triplex
est mors scilicet culpe gehenne nature
mori peccato et mori mundo Mors
culpe est quando anima separatur
a deo qui est vita Tales sunt
mortui sancti domino (?) per peccatum
separatur ab ipso Ysa. lix. Iniqui-
tates vestre diviserunt inter vos
et deum vestrum Sapie. i. Perverse
cogitationes separant a deo De
talibus qui sunt mortui et sine
deo Ephe. ii. Eratis sine Christo
et sine deo in hoc mundo Secunda
est mors gehenne De qua dicit
in psalmo Mors peccatorum pessima
de qua etiam dicitur Apoc. ii.
Qui vicerit non ledetur a morte
secunda id est a morte eterna Que dicitur
secunda respectu precedentis mortis
culpe sicut effectus respectu cause
Quia hec ab illa nascitur Tales
moriuntur extra dominum licet cum
primi de quibus supra dictum est
careant sine domino non tamen
extra dominum quia per penitentiam possunt
redire ad dominum Isti autem mori-
untur extra dominum quia ulterius
non possunt redire ad dominum ideo ex-
tra portas urbis proicientur et tanquam
asini putridi in sterquilinium
iactabuntur Jeremie xxii. Sepultura

asini sepelietur putrefactus
et proiectus extra portas ierusalem
Tercia mors est nature de qua
dicitur Sapiencie i. Deus mortem non
fecit impii autem manibus et
verbis accersierunt illam impii
enim i. adam et eva mortem
acquisiverunt manibus ipsam magis
ad pomum vetitum porrigendo
et verbis serpenti inobedienter respon-
dendo Istam mortem nature
sancti in martirio libenter pro
cristo sustinuerunt Unde dicitur
de quodam ii Machabeorum vi Ille
gloriosam mortem magis quam
odibilem vitam amplectens
voluntarie preibat ad supplicium
Isti tales moriuntur pro domino et
pro fide et nomine domini ut sicut
dominus mortuus est pro ipsis ita
ipsi moriuntur pro eo. d. cum propheta
Quid retribuam domino pro omnibus
que retribuit michi Calicem
salutaris accipiam et nomen
domini invocabo Quarta mors
est qua quis moritur peccato de qua
dicitur Romanos vi. Qui enim mor-
tui sumus peccato quomodo adhuc vivimus
in illo Tales moriuntur in domino
d. cum propheta propter te mortificamur
tota die Quinta mors est qua
quis moritur mundo sicut viri
religiosi qui dicunt cum apostolo
Galatas vi Michi mundus cruci-
fixus est et ego mundo Tales
moriuntur cum christo de quibus
dicitur Colossenses iii Mortui enim estis
et vita vestra abscondita est cum
cristo in deo Tercio ostenditur
qualis homo futurus est ex colla-
tione glorie cum dicitur beati (?)
enim modo beati unica (?) stola bea-
titudinis i. velocitate (?) anime
In resurrectione autem erunt beati
duplici stola scilicet anime felicitate

et corporis claritate Valet quidem
anime diligenti deum corpus suum
sanum valet infirmum valet mortuum
valet resuscitatum Sanum quidem
valet ad fructum penitencie infirmum
ad meritum paciencie mortuum ad
desiderium glorie perficiendum et re-
suscitatum ad consummationem glorie
iam perfecte maxime ergo secundum
Bernardum sine corpore anima non
vult perfici quod in omni statu potest
in bonum subvenire sibi Quarto
ostenditur qualiter homo debeat
se habere in hora tam extrema (?)
recordatione s. qualis homo
sit ex condicione nature Qualis ex
dono gratie et qualis ex collatione
glorie Et hoc notatur Cum dicitur (?) debet
debet namque primo forte (?) id est
memorie sue primitus imprimere
qualis homo sit ex condicione
nature quia scilicet mortalis et mo-
riturus et ista memoria valet
ad peccati vitationem Ecclesiastici vii Memo-
rare novissima tua et in eternum
non peccabis Nec peccato superbie
nec avaricie nec luxurie Ysaie
xiv Detracta est ad inferos
superbia tua concidit cadaver tuum
subter te sternetur tinea et operimen-
tum tuum erunt vermes Superbus quidem
in vita appetit locum sublimem
et altum sed in morte sortietur
locum infimum et subiectum ideo
dicitur Detracta est superbia tua
Avarus enim moratur in terra per amo-
rem et cupiditatem ideo in mor-
te habitabit in terra per corporis
putredinem et feditatem Et
ideo dicitur Concidit cadaver tuum
Luxuriosus vult habere lectum car-
nalem i. deliciosum sed in morte
habebit lectum (?) talem et penosum
Et ideo subditur Subter te sternetur
tinea et operimentum tuum erunt vermes

Secundo debet scribere i. memo-
rie sue imprimere qualis homo
sit ex dono gratie quia scilicet
in domino moriuntur Et ista me-
moria valet ad mortis sanctorum
imitacionem Sed qui vult imitari
sanctos in morte debet eos prius
imitari in vita perfectione Sed multi
qui dicunt cum Balaam Numeri xxiii
Moriatur anima mea morte
iustorum et fiant novissima mea
horum similia Iste volebat nunc
vitam iustorum sed tantum mori morte
iustorum volebat certe tamen iustorum
novissima non prima nec media
nec ultima primum hominis est etas
iuvenilis medium etas virilis ultimum
etas senilis novissimum omnium
mors finalis Iste igitur non appe-
tebat habere vitam iuvenilem nec
virilem nec senilem iustorum sed
tantum mortem ipsorum Tercio debet
scribere i. memorie commendare
qualis homo futurus sit ex colla-
cione glorie quia beatus Et ista
memoria valet ad desiderandum
societatem sanctorum Ipsi enim
multum desiderant societatem nostram
Et ideo nos debemus deside-
rare societatem eorum Quod
enim nostram societatem desidera-
rent significatur per illud quod
scribitur ii Machabeorum i. fratribus qui
sunt per Egyptum et per mundum
iudeis salutem dicunt fratres qui
sunt iherosolimis in beata visione di-
vine pacis et pacem bonam
et nunc sumus orantes pro vobis
Ex quibus verbis habetur quod beati
societatem nostram multum deside-
rant ex quo quod affectant nostram
salutem et ecce quod affectant
appetunt nostram pacem Et ecce
quod ad deum fundunt pro nobis de-
votam orationem et cetera sequitur

Sermo septimus de animabus sequitur

Nolumus vos ignorare de
dormientibus ut non contriste-
mini sicut et ceteri qui spem
non habent i. Thessa. quarto
Gentiles miseri et pagani
circa statum defunctorum in tribus
errant Primo quia credunt
ipsa corpora morte perpetua destrui
Secundo quia credunt animas cum
corpore mori Tercio quia credunt
animas suis corporibus imperpetuum
numquam coniungi Fideles autem et catholici
econtrario credunt scilicet et quod corpus
defuncti non est mortuum sed dor-
mit Et quod anima coram deo
vivit Et quod anima aliquando
suo corpori coniungetur Et sic totus
homo beatus erit Ista tria tangit
Apostolus in verbis premissis in
quibus monet fideles tribus ra-
cionibus ne super mortem caro-
rum suorum debeant contristari
sed consolari Una racio sumitur
ex parte corporis quia scilicet
accipit quietem et dormicionem
non mortem perpetuam et resolu-
cionem cum dicit Nolumus vos
ignorare de dormientibus Secunda
sumitur ex parte anime que habet
immortalitatem et glorificacio-
nem Cum dicitur ut non contriste-
mini sicut et ceteri qui spem non
habent qui scilicet non credunt animas
vivere sed cum corporibus mori
Tercia sumitur ex parte utriusque
scilicet corporis et anime que in beata
resurrectione accipient felicem
unionem Cum dicitur Si enim
credimus quod ihesus mortuus est
et resurrexit ita et deus eos
qui dormierunt per ihesum adducet
cum eo [illegible] Prima igitur corporis

consolatur fideles ex ratione cor-
poris. Unde dicitur: Puella non est
mortua sed dormit. Nemo enim
contristatur de suo amico si dormi-
ret sed potius patiens congaudet. Di-
cuntur autem mortui dormientes
triplici ratione scilicet ratione quietis
visionis et resurrectionis. Primo
quidem quia sicut dormientes a
laboribus cessant Apocalypsis xiiii°
Amodo iam dicit spiritus ut re-
quiescant a laboribus suis. Re-
quiescunt autem ab illis laboribus
de quibus dicitur Ysaie xiiii° Et
erit in die illa cum requiem
dederit tibi deus a labore tuo
et a concussione tua et a servi-
tute dura qua ante servivi-
sti. Sunt igitur requiescet a labo-
ribus suis concussione et servi-
tute. A labore quidem quem patie-
bantur in mundo II Cor. xi.°
In laboribus plurimis in car-
ceribus habundancius in plagis
supra modum et in mortibus
frequenter. A concussione id est tempta-
tione qua patiebantur a dyabolo
de qua concussione dicitur Luce
xxii. Simon ecce sathanas
expetivit vos ut cribraret
sicut triticum. A servitute dura
quam patiebantur a corpore suo
quia sepe animam condescen-
dere et servire in multis suo cor-
pori oportebat et ideo quodam-
modo corporis sui erat aliqua
servitute. Tunc libera erit. Ro. 8
Ipsa creatura liberabitur a servi-
tute corruptionis in libertatem
glorie filiorum dei. Secundo
mortui dicuntur dormientes

ratione visionis. Dormien-
tibus enim multe conveniunt
occurrere visiones. Quidam enim sunt
qui nullas habent visiones sicut
pueri parvuli. Quidam qui ali-
quas habent. Et horum quidam
habent bonas et delectabiles sicut
viri perfecti. Quidam malas
et terribiles sicut peccatores im-
pii. Quidam aliquando delectabi-
les aliquando terribiles sicut
imperfecti. Sic eciam de mortuis
est dicendum. Quidam enim
eorum nullas vident visiones sicut
parvuli non baptizati. Neque enim
habent visiones delectabiles quia
deum videre non possunt neque terribiles
quia demones non conspiciunt
sed in quadam quiete requiescunt.
In quorum persona dicitur Iob iii°
Quare non in vulva mortuus
sum. Egressus ex utero cur non
statim perii. Nunc enim dor-
miens silerem. Ex quo datur
intelligi scilicet non perturbatur
aliqua requie et pensatione.
In hoc autem quod subditur vero
viderunt lucem datur intelligi
quod sunt privati divina visione.
Alii sunt qui habent dulces
et delectabiles visiones sicut
beati qui faciem dei vident
Iob xxxiii° Videbunt faciem
eius in iubilo. Sicut autem
dicit Augustinus super Genesim ad litteram
Illi beati habent triplex genus
visionum quibus eciam nunc utuntur
scilicet corporalem spiritualem et intel-
lectualem. Corporalem quam vide-
bunt Christi humanitatem et novam
nonam celum novum et corpora

beatorum spiritualem quia videbunt
beatos spiritus angelorum corda et a-
nimas singulorum intellectuale quia
videbunt ipsum deum inquantum eis vi-
dere erit possibile Alij vero sunt qui
habent visiones malas et terribiles
ut dampnati qui demones semper
vident Sapientie xviij° persone tri-
stes illis apparentes pavorem illis
prestabunt Job xx vadent et veni-
ent super eos horribiles Ex quibus
verbis habetur quod demones erunt
tristes horribiles et importuni
Tristes quia non cessabunt ante
eos ire et redire horribiles ut
generat ei timorem importuni
ut ducat eos ad desperacionem Alij
sunt qui habent visiones terribi-
biles et delectabiles sicut illi
qui in purgatorio sunt et cruci-
antur qui vident demones qui e-
os cruciant et angelos qui eos
confortant Job iiij In horrore vi-
sionis nocturne pavor tenuit me
et tremor hoc quantum ad horribi-
lem visionem demonum et vocem
quasi aure lenis audivi hoc quan-
tum ad dulcem consolationem angelorum
Tercio mortui dicuntur dormientes
racione consequencionis Homo dormiens
cum ista consequitur surgit cum integer
et perfectus surgit magis iocundus
et letus surgit magis fortis et ro-
bustus et surgit levius excitatus
Sic et sancti surgent integri et per-
fecti a deo ut eciam unus capillus
eorum perire non possit Luce xxj°
Capillus de capite vestro non peribit
Surgent iocundi et leti Job viij°
deus non proiciet simplicem nec por-
riget manum suam malignis do-
nec impleatur os tuum risu et labia
tua iubilo Surgent fortes et robu-
sti unde dicitur de deo resurgente
in psalmo Excitatus est tamquam
dormiens dominus tamquam potens
crapulatus a vino surgit enim
robustus ideo dicitur tamquam potens
et iocundus ideo dicitur tamquam
crapulatus a vino quia vinum leti-
ficat cor hominis Surgent leviter
excitati Job xiiij° vocabis me
de monumento scilicet excitando Et
ego respondebo tibi continuo scilicet
resurgendo operi manuum tuarum
porriges dexteram scilicet in iudicio
protegendo Secundo apostolus consolatur
fideles super mortem carorum racione
anime que habet immortalitatem
et felicitatem Cum dicit Nolumus
non contristamini sicut et ceteri qui spem
non habent qui scilicet non credunt
animas post mortem vivere nec felici-
tatem beatitudinis obtinere Et
ideo fideles qui ista credunt de-
bent desiderare de fragili corpore
exire ut possit eternam aut stola
glorie possidere Quod quidem per tria
exempla persuaderi potest que ponit
crisostomus ad fortunatum videlicet sicut
exire desiderat nauta de naufra-
gio peregrinus de exilio et ha-
bitator de hospicio ruinoso De
primo sic dicit Si navigante
te turbida et periculosa tempe-
state fluctibus vallantibus excitat
eminere futura naufragia nonne
portum velociter petes sancta quidem
in corpore posita multa naufragia
sustinet quia modo allidit ad
scopulos quos sepe deus mitiga-
nat ut sunt dei per quod resurge-
rent requiescat Regum iij° primo Po-
puli torrentum inebriati sunt ut
requiescerent in camera modo
operitur fluctibus malarum concupi-
scenciarum de carne surgencium
modo conquassatur ventis tempta-
cionum De hijs tribus dicitur
Mathei viij° Ecce motus magnus
factus est in mari ita ut na-
vicula operiretur fluctibus Sed sepe
deus et ventos sedat et fluctus

tranquillat ibidem precepit imperavit ventis et mari et facta est tranquillitas magna / Secundo debent desiderare de corpore exire tanquam peregrinus de exilio unde dicit Crisostomus Quid vis quod corpus constitutum non concurrat ad patriam regendi Sancti cum viri modo sunt peregrini 2 Cor. v. Quamdiu sumus in hoc corpore peregrinamur a domino ideo propheta conquerebatur dicens / Heu michi quia incolatus meus prolongatus est habitavi cum habitantibus cedar Glosa cum beatum talem ponit ex quibus verbis habetur quod peregrini quattuor de causis desiderant ad patriam suam redire primo quando peregrinatio est nimis longa et ideo dicit / Heu michi quia incolatus meus prolongatus est et quamvis dies vite hominis breves sunt iuxta illud Job xiv Breves dies hominis sunt tamen deum amanti et desideranti nimis longi videntur unde dicit Glosa ibidem Et si breve sit tempus tamen ex desiderio nimis longum esse videtur desiderant igitur sancti ut sua peregrinatio finiatur ut de exilio ad palacium transferantur Sicut peccatores exilium nollent finiri ne ergastulo carceris intrudantur Ecc. viii De carcere cathenis quia quandoque quis egreditur ad regnum et alius natus in regno inopia consumitur / Secundo quando habet mala hospicia ideo dicit / habitavi cum habitantibus cedar secundum glosam Cedar fuit filius ysmahelis a quo sarraceni descenderunt qui vere ab agar agareni dicuntur sed a Sara digniore et libera nomen sibi vendicaverunt Cedar autem secundum glosam tenebre interpretantur

Thabernaculum autem secundum hugwitionem dicitur a thaberna eo quod non est firma sed habet illud quod mutatur et ad transmigrantem transmigrat Sic igitur viri ad patriam suam desiderant pervenire Tamen quia in presenti vita non habent domum stabilem sed ruinosam Job viii Innitetur super domum suam et non stabit fulciet eam et non consurget / et tenebrosam Sapie. xvii Vinculis tenebrarum et longe noctis compediti Tercio quando habent viam asperam Madaria cum via si est aspera videtur esse multa ideo subdit multum incola fuit anima mea Si aspera quidem est via quia plena est lapidibus superbie spinis avaricie et luto carnalis concupiscentie Quarto quando habent societatem pravam que per eos perturbat Ideo subdit Cum hiis qui oderunt pacem eram pacificus Sancti cum viri habent tres malos socios scilicet mundum carnem et dyabolum Mundus conturbat per afflictionem Johannis xvi In mundo pressuram habebitis in me autem pacem Caro conturbat per impugnationem Galla. v. Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem Dyabolus conturbat per dissensionem Mat. xiii venit inimicus et superseminavit zizaniam Tercio debent desiderare exire de corpore tanquam habitator de hospicio ruinoso Unde dicit Jeronimus Cyprianus Si in habitaculo tuo vetustate muri et tecti desuper tremerent domus iam fatigata lassa edificiis senectute labentibus ruinam proxima minaretur Nonne omni celeritate migrares de isto thabernaculo ruinoso dicit propheta tanquam parieti inclinato et macerie depulse

Item scriptus habetur Job viiij° Quod
antiquatur et senescit prope interitum
est Ex quibus verbis habetur quod
habitaculum corporis nostri est habita-
culum inclinatum tamquam cito in terram
casurum quia etiam ipsum corpus est
ex quatuor elementis compositum
contrariis et nullo est temperamento
firmiter colligatum ideo est tamquam
una depulsa Et ideo cito habens
resolvendum Et una est etiam an-
tiquatum ex eo quod ab adam usque
ad nos est propagatum unde est morti
vicinum Tercio scriptus consolatur fide-
les eo quod in beata resurreccione
anima corpori coniungetur Unde dicitur
Si enim credimus quod ihesus mortuus
est et resurrexit etc. Hoc quidem
requirit dei sapiencia iusticia muni-
ficencia et bonitas Et ut hec
melius pateat est notandum quod
deus quatuor de causis animam
corpori coniunxit Primum est ut uni-
versum suum perficeret Cum enim
sit quedam creatura pure corpora-
lis et creatura insensibilis et que-
dam pure spiritualis ut angelus Opor-
tuit ergo ad complecionem universi
ut esset una composicio ex corpore
et spiritu racionali ut est homo
Decuit ergo divina sapiencia ut sit
anima ad perfeccionem universi corpori
unita ita beata vita isto ordine
divine sapiencie non perit sed anima
suo corpori coniungatur ut munificencia dei
compleatur Secunda racio quare scilicet
anima corpori est ~~coniuncta~~ coniuncta
est ut anima in corpore et per corpus
agendo certamina exerceret Unde
est ut anima dei sua carnem con-
cupiscenciam custodiret et superius sedi-
bus collocaret propterea duplicem
racionem assignat Cirillus Nazanzenus
d. Anima colligata est corpori duabus
de causis ut primum unde est ut
per agones certamina que ei imposita
adversus carnem sicut aurum in
probetur in ignis examine Secundo ut
etiam habeat secum corporis secum
torqueat ac sursum in superius
sedibus collocaret eo siendum sibi
subiectam mentem et ideo offensus
fidelem consumat Exigit ergo deo
iusticia ut sicut anima per diversas
agones meruit in corpore ita re-
muneretur in corpore Exigit etiam
dei munificencia quod non remuneret
animam solam sed etiam cum anima re-
muneret fidelem consortem id est corpus
carnem Tercia racio est quare
scilicet anima est coniuncta corpori est ut
ipsum corpus vivificaret propter transla-
cionem tangit ambrosius de bono mor-
tis c. Hec forte cum infunderetur
anima corpori etiam consumi putetur
exemplum nobis sit huius luminis
gratia Si quid ad hunc bonos cor-
pori infundit nec tamen consumitur
bono sit ergo consensus operacio quorum
dispar est sua sed sit anima in cor-
pore ut vivificet corpus et gu-
bernet et illuminet hec ambrosius
Exigit ergo dei bonitas ut
sicut corpori mediante anima dedit
vitam nature sit et corpori me-
diante anima dabit vitam glorie

Sermo octavus de animabus sequitur

Non contristamini sicut et ceteri
qui spem non habent i
thessa iiij° Pagani et gen-
tiles qui de resurreccione nullam
spem habent in morte carorum suorum
plurimum contristantur et eorum aliqui ip-
sorum recepti sunt consolacionem
tempore et suam tristiciam temperare
Quidam enim temptabant deforme
habitum induentes Unde dicit Va-
lerius maximus libro cum etc.

mutat luctus mulieribus in veste
induunt ut deformitatem habitus
commoti maioris dolorem pretendunt.
Alii vero temptabant filios suos te-
nere non amandos. Unde dicit Poli-
tes ipse non aspiciunt filios ante
partem septem annos qui ut peri-
culorum amissione se equanimiter
ferrent. Alii autem temptabant filios
mortales se genuisse considerantes.
Unde refert Seneca quod Anaxagoras
audita morte filii sui dixit Scie-
bam me genuisse mortalem.
Ieronimus in epistola ad Thyrasium
Erubescat incredulitas nostra que
nec cum gentibus deo vult esse
subiecta communis quod nobis cum illis
exitus mortis et doloris illorum
superamus doloribus nostris. Gentiles
sepe dolores contempserunt qui
tamen ad penas tartari rapiunt et
nos plangimus euntes in celum
regnum. Quod super morte carorum
nostrorum multis de causis non de-
bemus contristari sed potius consolari
primo propter moriendi necessitatem.
Sicut patet in quodam rege pa-
gano de quo sic dicit Augustinus
in libro de cura pro mortuis. Fuit
quidam princeps paganus unum
habens filium satis carum qui cum
in templo diis suis gentili
errore sacrificaret nunciatur ei
quod filius suus obiisset. Rex
reliquit sertum quod in manibus
gerebat nec lacrimatus est nec om-
nino suspiravit sed ait sepeli-
atur. Veniunt me illum genuisse
mortalem. Vide autem quomodo
pagani Rex eum expectari in-
sit ut vel eo patre traderetur
filius sepulture. Quid dicam

coram Christo sunt quando nobis du-
centes in iudicio dicit Ecce servi-
tor meus quem presentibus me-
is despiciebam ut ydolis servivit
cui nec resurrectionem nec paradisum
nec regnum celorum promiseram
pro morte unica nobilis sapientie
filii sacra mea non dereliquit nec
flevit. Tu vero christiane quibus
deo mortuus est quid [illegible]
ut mortem non timent et gaudent
de resurrectione secundum illos solum
lugent mortuos voce et habitu
sed etiam ad ecclesiam procedere non con-
funduntur. Aliquando etiam clerici et
pastores ministerium suum intermittunt
vacantes luctui quod est Augustinus. Secundo
debemus consolari propter revocandi
impossibilitatem. Huius exemplum
habemus in David. Cum sicut ha-
betur 2 Regum 12 pro infante in-
firmo se affligebat in terra se-
debat ieiunabat et orabat ut
sibi puer restitueretur. Postquam
autem cognovit ipsum esse defunc-
tum de terra surrexit faciem lavit
atque comedit dicens Ego ibo
magis ad eum ipse non revertetur
ad me. Et 2 Regum 14 Omnes
morimur et quasi aque dilabimur
in terram que non revertuntur. Tertio flen-
mus hominem quando tres habuit
status. In primo stabat diu propter
tamen erat ad standum et ad deflen-
dum quia homo cum in primo
statu erat poterat mori et non
mori. Modo autem continue fluit et
numquam redit quia omnes nascimur
et omnes morimur. Ultimo ante
redit et numquam fluet quando
scilicet omnes resurgent et tunc
numquam fluet quia nullus

de cetero morietur. Iniquorum autem
defuncti non reuertuntur ad vitam
non sunt flendi. Causa autem
quare dominus flevit cum suum ami-
cum lazarum ad hanc vitam mi-
seram revocaret ostendit Jeronimus
in epistola Tyrasium. d. Doluit dominus
et flebat quod lazarus cogebatur
propter salvandos alios seculo re-
vocare contra lacrimas tuas pugnet
lacrime eius et amor tuus amori
eius non convenit. Unde apparet
sola cum fuisse causa comotum
quod ad hostilem vitam ipsum revo-
care deberet propter creditores aliquos
et confundendos incredulos co-
gebatur. Tertio debemus consolari
propter fruendi deo maiorem faculta-
tem. Saepe enim filii et parentes
volentibus deo fruere sunt impedi-
mentum. Huius exemplum habemus
in sancta Melania de qua scribit
Jeronimus in Epistola ad Paulam.
Sancta Melania nostri temporis inter
christianos vere nobilitatis ca-
lescente adhuc mariti corpusculo
necnon humata duos perdidit
filios. Rem dicturus incredulam.
Sed christo teste non falsam stetit
immobilis et ad pedes advoluta
christi quasi ipsum teneret arrisit d.
Expeditius tibi servitura sum domine
quia tanto me onere liberasti.
Sicut enim ait apostolus I Cor vij
vir qui habet uxorem vel uxor
que habet virum habet cor divi-
sum quia oportet quod curet ea que
sunt dei et que sunt mundi. Et
sic unam partem cordis sui dat
deo et aliam mundo. Et ubi est
cordis divisio ibi non potest
esse plena dei dilectio. Quarto
debemus consolari propter dei be-
neplacitum et voluntatem. Et hec
sola causa si alia non esset su-
fficere deberet quia scilicet hoc deus
voluit et mandavit. Huius ex-
emplum habemus in Curcio op-
timo romano de quo sic dicit
Augustinus in libro de civitate dei
Curcius armato equo in abruptum
terre hiatum precipitem se dedit
quia iusserant dii ut illuc quod
haberent romani optimum mitteretur.
Si ergo homo paganus et gentilis
nullam spem habens de resurre-
ctione corporis morti se tradidit ex
eo quod dii hoc iusserant et volebant
quanto magis homo christianus non
debet se de sua et aliorum mor-
te dolere quando scit deum hoc velle.
Tali consideratione divine voluntatis
super morte filiorum consolabatur se
Job primo. Deus dedit dominus
abstulit sicut deo placuit ita fac-
tum est etc. Glo. Ysid. ~~Ind que~~
In re que displicet magna est
consolatio si eo ordinante ge-
ritur cui nil nisi iustum placet.
Jeronimus in epistola ad Cyprianum
Unum fateamur si mori tantum
precipit deus voluntas eius
utique sufficit ad solacium cui nullo
proponere debemus affectum. Quinto
debemus consolari propter immor-
talitatis vite adeptionem quam scilicet
illi qui in deo moriuntur ad
vitam immortalitatis perficiuntur.
Huius exemplum habemus in The-
obroto philosopho de quo sic dicit
Augustinus in libro de civitate dei
Theodobrutus lecto platonis
libro ubi de immortalitate anime
disputavit se precipitem dedit

de mundo atque ita ut ex hac
vita migraret ad eam quam cre-
didit esse meliorem Si homo
paganus tantam fidem dedit
dictis alterius pagani quod ob
amorem future vite suam con-
tempsit quanto magis christiani deo suo
de vita sua certificati non debent
de morte sua vel suorum dolere
ut ad beatam vitam possent
pervenire Hoc etiam alius paganus
scilicet Tullius in libro de senectute
affectabat dicens O preclarum diem
cum ad illud divinum animorum
consilium sive cetum quo proficiscar
cum ex hac turbe colluvione
discedam proficiscar enim ad viros
sapientes et ad Cathonem meum
precipue amicum quo nemo vir
melior natus est nemo pietate
prestantior Videmus autem quod pa-
rentes gaudent circa presentiam
filiorum quando possunt ad asse-
quendam aliquam dignitatem
et tamen dolent quando proficiscuntur
ad vite immortalitatem Jeronimus
ut supra Gaudent parentes
tota vita sine filiis commorari
dummodo valeant quod cupiunt
de suis prioribus adipisci
peregrinantur ut ad pallacia pro-
perant navigant ut ad digni-
tates ad studia acquirenda
ad causas patrimonii explican-
dum dant cum periculo et labore
et ut mox revertantur ad patri-
monium possessionis et tunc
cum securitate valeant perve-
nire Nemo filios suos a se
gratulatur ostendere ad campa-
nia peta gaudent tamen parentes

a filiis quam filii a parentibus propter
cantes diabolo sequi et ad indul-
gentiam percipiendam nolunt
abnuitiam deo vocante secerni
Hec Jeronimus Sexto debemus con-
solari propter miserie mundi evasionem
Huius exemplum habemus
in pluribus gentilibus et paganis
de quibus sic dicit Solinus Tra-
cibus et Barbaris inter gentibus
mundi Concordant omnes ad interitum
dum nonnulli eorum putent obe-
undum animos reverti alii non exstin-
gui sed beatos magis fieri apud
plurimos luctuosa sunt puerpera
Contra leta sunt funera a deo ut
exemptos gaudiis prosequantur Ecce
quia inter ipsos paganos consuetudo
est quando puer nascitur parentes
et amici faciunt magnum planctum
de eo quod in hunc mundum ingreditur
ubi passus est multiplicem penam
quando vero moritur gaudent ut
faciant magnum festum ex eo quod
labores mundi evasit et de mi-
seriis huius mundi exivit Bernardus
in libro de bono mortis Si plena
onerosa est vita utique finis eius
alleviamentum est tale iuvamentum
aut boni moris ac finis tamen
vite Mors ergo bona alicubi etiam
est consuetudo ut dicit Jeronimus
Quod yporetes nunc cum infantes
sepelliuntur defunctis applaudunt cum
tamen vero mortem subire quod post
ipsum in luctu et statu miserabili
remanere Septimo debemus con-
solari propter debiti solutionem tenemur
enim deo solvere debitum mortis
et ideo nullus debet dolere si solvit
quod debet exemplum habemus

in tribus Episcopis Quorum exem-
plorum unum ponit paulinus Quidam
namque volebat hoc debitum mortis
exsolvere alius volebat solvere
si non debebat Si non debebat statim
volebat Tertius ponebat hoc in volun-
tate creditoris paratus retinere quamdiu
creditor vellet De primo narrat Ci-
prianus quod cum quidam Episcopus in infir-
mitate gravi laboraret Quidam
iuvenis speciosus sibi apparens cum
indignacione fremuit et ait pati
timetis exire non vultis quid faciam
vobis Et sicut ab eo iratus recessit
De alio narrat Augustinus Cum enim quidam
Episcopus infirmaretur et sibi diceretur
quod adsunt eum deus liberaret eo quod
ecclesie utilis multum esset Conversus
ad deum dixit Si numquam bene
si aliquando quare non hodie Item
dicit numquam debeo mori sic aute
sine morte differri placet michi
non mori Si aut aliquando mori
debeo cur ultimus differo De tercio
scilicet de beato Ambrosio narrat
paulinus Quod cum consenuisset
et rogaretur ut prolongacionem vite
sibi a deo obtineret ait Sic non
vixi ut me pudeat inter vos vivere
nec mori timeo quia bonum deum
habemus Item dicit Si placet
deo ut moriar possimus mori
sine timore Talis eciam fuit
beatus augustinus de quo cantatur
Quod nec mori timuit nec
vivere recusavit De isto debito
sic dicit Jeronimus ad Eliodorum
in Epistola Quivis est qui plantat
quod ad tempus accepit deus commo-
daverat ut haberet quanto tempore
voluisset ut cum vellet rursum
auferret Nichil abstulit tuum
qui recepit dignatus est proprium
Creditum suum decuit recipere cre-

ditorem et nichil aliud decet
quam creditori suo gratias agere
mutuatorem Octavo debemus
consolari propter exilii plenam absolu-
cionem Homo enim quando moritur
ab exilio putabat miserie liberatur
Sicut enim Johannes Crisostomus super
Mathei Animadverte iste est domus
corporis celum autem est domus anime
Et sic anima hic est peregrina
Caro autem domestica In celo
autem anima erit domestica Caro
vero peregrina Unusquisque autem rex
in sua patria forcior est et
amplius honoratur Cum igitur caro
hic sit in sua patria et anima
peregrina ideo videtur caro anime dominari
Cum quia autem valde potens est
ideo eam in terre aliqualiter
opprimit Et ponit exemplum Quod
si dives et potens in domo
alicuius pauperis hospitatur pauper
quidem ibi iubet et dominatur quia
in domo sua est Dives vero
et si non possit iubere quod vult
quia hospes est magna tamen
fiducia accendi fieri aliquid
sibi vendicat quia potens est
Anima in celo constituta potens
est quia in domo propria est et
ideo ibi eterni animo dominatur
et quia potens et quia in do-
mo propria Caro autem de sui natura
est infima et ibi peregrina
et ideo nichil carnale sibi po-
terit vendicare Et ponit exemplum
sicut pauper si in domo divitis
intraverit non est ausus aliquid
ibi apparere primo quia peregrinus
est secundo quia pauper est Sic et
caro Cum in illud seculum
resuscitata migraverit nil

animo sibi potest carnale vendi-
care Primo quia contraria est
in seculo spirituali Secundo quia infima
est carnis natura / prout ea subdit
Hec autem dixi ut secundum rationem
ne vero in resurrectione muta-
da est carnis natura et nichil car-
nale habet in se nisi forte
tipo formam sicut scriptum
est / Seminatur corpus animale et
surget corpus spirituale etc. /

Sequitur Sermo nonus de animabus et cetera

Vir fortissimus Judas colla-
tione facta duodecim
milia dragmas argenti
misit Jerusalem offerri pro peccatis
mortuorum in sacrificium 2 Ma-
chabeorum xii. Secundum beatum Grego-
rium fidelium defunctorum qua-
tuor modis solvuntur aut obla-
tionibus sacerdotum aut precibus
sanctorum aut carorum elemo-
sinis aut ieiuniis cognatorum
In verbis autem premissis saltem
tria de suffragiis premissis tan-
guntur .s. elemosine Cum
dicitur / duodecim milia drag-
mas argenti misit Jerusalem
Sacrificia in eo quod dicit
Offerri pro peccatis mortuorum
in sacrificium Ille cum tanta
pecunia et pro elemosinis
erat et pro sacrificiis tanguntur
et orationes Cum subdit Sancta
ergo et salubris est cogitatio
pro defunctis exorare ut a peccatis
solvantur Videndum est autem
hic Primo de loco ubi anime
purgantur Secundo de modo
per quem purgantur Tertio de
suffragiis quibus adiuvantur Quarto
de causis propter quas eas adiuvare
tenemur Circa primum notandum
Quod de loco inferni sive pur-
gatorii ubi sit plures existimant
sicut Augustinus cum dicat se neminem
posse scire hoc unde dicit in libro
de civitate dei Infernus cuius-
cumque modi sit et in qua parte
mundi sit hominem scire arbi-
tror neminem nisi forte divinus
spiritus hoc ostendat Ysidorus vero dicit
locum infernalem esse in aliqua
superficie terre ex quo postquam indicium
sol et luna steterunt in habita-
bilis sunt Sol in puncto orientis
et luna in puncto occidentis
Et ideo illa superficies dampna-
torum tota remanebit horrida
et obscura roris aut creditur
quod infernus sit in medio centro
terre et hoc tangit quedam
glosa super illud Jone .2. proieci-
sti me in profundum et in cor maris
sicuti inquit cor est in medio
animalis ita infernus in medio
terre / et talis locus valde con-
gruit dampnatis propter elonga-
tionem obscuritatem et frigidita-
tem propter elongationem quidem quia
nichil tantum distat a deo quantum
peccatum Et quia anime grave reddit
deorsum et peccatum sit gravissimum
iuxta illud psalmi Iniquitates mee
supergresse sunt caput meum
et sicut onus grave gravate sunt
super me . ideo ducit animam
ad locum infimum ut sicut homo
elongavit se a deo per peccatum
sic etiam elongetur a deo per-

novissimum locum. Congruit etiam
propter obscuritatem nullus enim locus
obscurior quam medium terre.
Terra enim in superficie illustratur
sed in sua medio perpetua obscu-
ritate repletur. Et ideo tam ob-
scurus competit peccatoribus tam
tenebrosis. Job x. Dimitte me
ut plangam paululum dolorem
meum antequam vadam et non
revertar ad terram tenebrosam
et opertam mortis caligine.
Competit etiam propter frigiditatem
in medio enim terre supremum est
frigus et congruit peccatoribus
qui sunt frigidi a caritate et amore
dei. Tamen aut frigus habe-
bunt quia semper dentibus stridebunt
ut habetur Mathei viii° Ibi erit
fletus et stridor dentium. Inve-
niunt autem locum in parte superiori
locus purgatorii esse perhibetur
diversa tamen loca diversis ani-
mabus propter diversas causas ali-
quando assignantur. Quod quidem
fit aliquando propter levitatem pu-
nitionis sicut aliquibus sanctis
viris ostensum est quasdam
animas in umbra puniri ali-
quando propter culpe in loco perpe-
trationem. Unde dicit Augustinus
in libro de sacramentis. Est pe-
na post mortem que purgato-
ria dicitur cuius locus non est de-
terminatus omnino nisi quia multis
exemplis et revelationibus
animarum in eisdem mundi pe-
nis positarum monstratum est il-
lam exerceri in hoc mundo et
forte probabilius erit in hijs
potissimum locis ut singulariter
recedant sustinere penam pu-

quibus commiserunt culpam. Sicut
etiam patet per quoddam exem-
plum quod narrat Gregorius in quar-
to dyalogorum. Quidam namque
presbiter in balneo quendam ad
suum obsequium paratum semper
inveniebat. qui ab eo interrogatus
respondit. Ego aliquando huius
loci dominus fui sed hic sum
deputatus pro culpis meis pu-
niendus sed queso ut pro me
deum depreceris. Presbiter ergo
per ebdomadam sacrificium
obtulit et sic ille penam evasit.
Aliquando propter celeriorem libera-
tionem ut super anime possit
a viventibus suffragia petere
et sic citius possint de pena
exire. Sicut refert Gregorius in iiii°
dyalogorum de pascasio. Qui
cum vir magne virtutis fuit
episcopus tamen quidam Germanus post mortem
sibi in balneo obsequentem
invenit qui ait se in illo loco
penali deputatum esse tormentis
de eo quod in quadam electione
plus iniusto consensisse qui
ab eo orationes petijt et ille
penas evasit. Aliquando propter
mundi terminationem sicut illi qui
in fine mundi illo igne qui
precedet faciem iudicantis pur-
gabuntur. Ille enim ignis valde
malis erit ad corporum incine-
rationem et ad magnam dolorum
cruciationem et ad pene eternalis
inchoationem. Valde autem
bonis in quibus aliquid est
purgandum erit et ad corporis
resolutionem et ad dolorem cru-
ciationem ut per illum cruciatum

purgetur plus tamen vel minus.
Secundum ut ille ignis plus vel minus
purgandum invenit. Secundo
videndum est de modo per quem
purgantur. Dicitur autem purgari
per demones qui in hoc sunt
ministrarij dei. Ratione cum spiritus
non affligunt bonos / forte tamen
verius ut purgentur divina iusti-
tia illo igne agente et de sta-
tu suo illud succendente. Ex
hiis videtur quod anime per quattuor causas
valde affligantur scilicet propter ignis
acerbitatem et propter demonum
societatem et propter divine visionis
privationem. Contra istam autem tripli-
cem afflictionem habent tripli-
cem magnam consolationem.
Una est ex crebra angelorum
visitatione. Propter hoc credendum
est quod angeli continue
suos fideles saepe visitant
et eos benigne confortant.
Alia est ex certa beatitudinis
expectatione. Certi enim sunt
quod post illam penam transibunt
ad gloriam. Habent enim de ce-
lesti beatitudine minorem
certitudinem quam illi qui sunt
in patria sed maiorem quam
illi qui sunt in via. Certitudo
enim illorum qui sunt in patria
est sine expectatione et sine
timore. Certitudo autem eorum
qui sunt in via est cum ex-
pectatione et cum timore. Certi-
tudo vero illorum qui sunt in
purgatorio est media quia
est cum expectatione et sine
timore. / Tertia etiam alia con-
solatio quando scilicet suffragia

pro se fieri sciunt quia ex hoc
cito penas se evadere credunt.
Unde regratiantur deo pro illis
qui ipsa suffragia eis fecerunt.
Eccli. li. Confitebor tibi domine
rex et collaudabo te deum salva-
torem meum. Et infra: a pressura
flamme que circumdedit me et in
medio ignis non sum estuatus.
Dicunt etiam cum psalmista: Transivimus
per ignem et aquam et edu-
xisti nos in refrigerium. Sed qua-
liter ista suffragia que pro eis fiunt
possunt scire? Sciendum quod possunt
per divinam vel angelicam reve-
lationem. Secundo cum revelari sen-
tiunt tunc suffragia pro se facta
cognoscunt. Certum vero qui sunt
in patria possunt ea scire que fiunt
in via aspiciendo in speculo
claritatis divine. Cum igitur
ad beatam virginem vel aliquem
alium sanctum orantes nostras
flexiones vel vota nostra dirigimus
vel elemosinas ad ipsorum
honorem damus vel aliquod
opus pietatis facimus, mox
ipse nostre orantes desideria ele-
mosine et opera in speculo divino
relucent. Certum autem est quod et divi
sancti in eo speculo conspiciunt
et ista omnia conspiciendo conspi-
cientes ibidem pro nobis ad dominum
intercedunt etc.

Sequitur sermo primus de sancto Martino et cetera

Quasi stella matutina in
medio nebule et quasi luna
plena in diebus suis lucet
et quasi sol refulgens sic ille
refulsit in templo dei. Eccli. l.

Credamus licet verba ad litteram
dicta fuerint et ad laudem Sy-
meonis Onie filii in lege veteri
summi pontificis / possunt tamen alle-
gorice exponi ad laudem et com-
mendacionem nostri pontificis beati Mar-
tini confessoris cuius hodierna die
solempnia recolit sancta mater
ecclesia In quibus verbis commendatur
quo ad tria scilicet in statu milicie
secularis in observancia discipline
regularis in eminencia excellen-
cie prelacionis et cure pastoralis
Fuit enim primo miles strenuus
et inceptione post monachus de-
votus et ordinatissimus demum
Episcopus et pontifex sanctissimus
Primo igitur commendatur in statu mili-
cie secularis Cum dicitur Quasi
stella matutina in medio nebule /
Secundo in absolvencia discipline re-
gularis Cum additur Et quasi luna
plena in diebus suis lucet Tercio
in excellencia cure pastoralis
Cum infert Et quasi sol refulgens
etc. Primo ergo commendatur beatus
Martinus in statu milicie secula-
ris Cum dicitur Quasi stella ma-
tutina etc. Stella enim matutina est
valde clara / luna clarior / sol
clarissimus pre omnibus astris Unde
canit ecclesia Sol luna lucidior et
luna sideribus Sic vita beati
Martini processit per augmenta
luminis gracie et divine illustra-
cionis Dicit ergo Quasi stella ma-
tutina in medio nebule id est in
statu secularis milicie Non enim
fuit nebula sed stella Unde po-
tuit dicere illud Apocalipsis Ego stel-
la splendida et matutina Stella
propter perfulgidam interioris gracie
irradiacionem Splendida propter

exterioris conversacionis maturam
honestatem Et matutina propter
festinam eius conversionem Nam
tunc erat annorum x. ad ecclesiam
confugit seque cathecuminum fieri
postulavit Et factus annorum xii
heremum concupivit Unde vocatur cum
quo in mane iuventutis colligitur
manna spiritualis et consolacionis
Exodi xvi. Et licet ei possit
competenter questioni respon-
dere quam iratus induxit vin-
dicans tamen unum apponet in extrema
exclamacione Job xxxviii Ubi eras
cum me laudarent astra matu-
tina et iubilarent omnes filii
dei id est viri sancti deo devoti /
Non carnales ubi erat Dominus
in lecto molli et suavi In volup-
tatibus carnis Sed tu beate Mar-
tine dic ubi eras Domine non
in comessacionibus et ebrietati-
bus nec in cubilibus et impu-
diciciis etc. / Sed in ecclesiis in
vigiliis et matutinis utique ibi
erat orans et divinam clemen-
ciam totis conatibus implorans
Fuit igitur stella matutina in
medio nebule id est in statu secu-
laris milicie Quamquam status
bene per nebulam designatur
Nebula enim terra in se habet
sed ventorum agitacionem oritur
de terra et per elevacionem sursum
elevata sui ipsius facilem
resolucionem Nebula igitur ventis
agitatur Sic status secularis mi-
licie per superbiam et vanita-
tem ad quam tendit impellitur
ut patet in multis Sunt enim
nubes sine aqua que a ventis
circumferuntur Inde est illud quod

fluvii superbie agitati discurrentes
et se totaliter vanitatibus implicantes
de quibus dicitur 2 petri secundo
Hii sunt fontes sine aqua
et nebule turbinibus agitate
quibus caligo tenebrarum reservatur
Item nebula de terra oritur sic
status secularis per rapacitatem
ad quam tendit ut patet in
multis qui rubet cum dimittunt
homines monumenta tollentes
ab hiis quibus non est competentia
in sepulchro ut dicitur Job xxiiii°
Et hoc in suis vanitatibus
et expensis superfluis satis fa-
ciant Item nebula faciliter re-
solvitur sic status milicie secu-
laris per pusillanimitatem et
fidei modicitatem que plerum-
que est in vanis et avaris ho-
minibus Sapie v Transiet vita nostra
quasi vestigium nubis et sicut
nebula dissolvetur que fugata
est a radiis solis et a calore
unde petro in signum dictum est
cum vidisset ventum validum
venientem et timuisset modi-
ce fidei quare dubitasti Sed
tu beate Martine nunquam
fuisti nebula non sed stella
matutina in medio nebule
quia integer fuisti ab hiis vi-
ciis quibus hec communis homo
implicari solet que sunt tria
predicta scilicet vanitas rapacitas
et pusillanimitas contra quorum
triplicem defectum nebule tri-
plicem hec stella emisit ra-
dium scilicet humilitatis pietatis et
probitatis Contra vanitatem
quidem emisit radium .i. exem-
plum humilitatis Nam contentus
fuit uno [illegible] cum quo et
cadaver scutella sepius tonde-
debat que [illegible] vite [illegible]
bat et [illegible] sotularis [illegible]

unde et ei competit illud Judicum
xi Ego sum unus in domo
patris mei Certe ipse intellexit
illud Eccl viii Crinis magnus
ob humilia te in omnibus et inve-
nies graciam coram deo Contra
rapacitatem emisit radium
misericordie et pietatis ut patet quia
clamidem suam divisit et se
partem retinendo et partem
alteram pauperi tribuendo unde
audire meruit dominum dicentem
Martinus adhuc cathecuminus
hec ipse namque bene adimple-
vit verbum ysaie lviii° dicentis
Cum videris nudum operi eum etc
Quod responsum sunt divites
vestimenta superflua multiplica-
tes parietes incrustantes et pauperes
christi nudos dimittentes quando
districtus iudex contra eos proponat
Nudus fui et non cooperuistis me
Et ipsi respondebunt domine
quando te nudum vidimus et non
cooperuimus te Et ipse dicet eis
Quando uni ex minimis meis non
fecistis etc Tunc sententiabit
contra illos dicens Ite maledicti in
ignem eternum super quo beatus
Basilius sic dicit Si sterilitas
in ignem mittitur rapacitas quo
mittetur Et si iudicium sine misericordia
fiet ei qui non fecit misericordi-
am quale iudicium erit ei qui
fecit rapinam aut quid recipi-
et qui aliena tulerit Si semper
ardebit qui sua non dedit contra
pusillanimitatem emisit radium
probitatis simplex quando ait Si hoc
signaculo crucis non fidei ego
crucis signo tutus non clipeo pro-
tectus aut galea hostium cuneos
etc unde designatur per Judam

p' Mathie xiiij de quo dicitur
humilis factus est homini in apicibus
suis et ducta est salus in manu
sua et vere ducta quia merito
eius pax fuit reformata et ipse
Mernus barbarus abiecit. Secundo
commendatur in observantia disci-
pline regularis. Cum dicitur. Et
quasi luna plena in diebus suis
lucet. Dies beati Martini fuerunt
tres ad abdicationes trium tene-
brarum i. trium concupiscentiarum
que fuerunt in terra egypti. In
egypto cum fuerunt tenebre hor-
ribiles ita quod tribus diebus nemo
vidit fratrem suum i. proximum nume-
morus trium operum creationis
redemptionis et glorificationis
Tres tenebre sunt tres con-
cupiscentie. I Johannis ij° Omne
quod est in mundo aut concupiscentia
carnis est aut concupiscentia
oculorum aut superbia vite. Prima
dies est abdicatio proprie voluntatis
per obedientiam. Secunda abdicatio
carnalis voluptatis per continen-
tiam. Tertia abdicatio mundane
cupiditatis per paupertatem vo-
luntariam. In hiis tribus diebus
placuit deo ut dicitur Ecclesiastici
Ecce sacerdos magnus qui in
diebus suis placuit deo etc. Ipsi
sunt tres dies quibus utitur
in solitudinem de claustri ad
immolandum deo Exodi iij° viam
trium dierum ibimus in solitudine
ad clarificandum deo deo nostro
quia sacrificium laudis psalmus
Sacrificium laudis honorificabit
me. Sacrificium contritionis psalmus
Sacrificium deo spiritus contribulatus etc.
Sacrificium iustitie et carnalis

mortificationis psalmus Sacrifica-
te sacrificium iustitie etc. Et ali-
bi Tunc acceptabis sacrificium
iustitie etc. In hiis diebus beatus
Martinus quasi luna plena luxit
quia perfecta tria sua vota excel-
lenter adimplevit et exemplo
suo statum religionis illustravit.
Secundo notatur in luna plena in
qua est triplex plenitudo scilicet figure
lucis et humoris. Luna cum plena
sit plenam figuram i. sphericam
et rotunditatem in quo obedientie
agilitas designatur. Unde Bernardus
verus obediens dat suum velle
et suum nolle prelatis cum obe-
diens moram nescit etc.
Item luna est plena lucem
in quo castitatis claritas fi-
guratur. Lucet enim in noctis ini-
tio in medio et in fine. Sic
beatus Martinus luxit in tri-
plici etate scilicet in pueritia in
adolescentia et in senectute
cum post mortem inventa est
in ipsa carnis septenis puri
Sapientie iiij° O quam pulchra
est casta generatio cum clari-
tate. Item habet plenam virtutem
i. humorem in quo signatur
paupertas quia in ventis et
in tempestatibus habundat hu-
mor gratiarum et remissionis
regni celestis Mathei v Beati
mundo corde etc. Canticorum pedibus
spem et acquiris vitam. Tertio
commendatur beatus Martinus
in excellentia prelationis et
cure pastoralis. Cum dicitur
Et quasi sol refulgens etc.
i. in ministerio templi domini

Iste est sol qui cognovit occa-
sum suum sicut psalmus quia dis-
cipulis predixit obitum suum. Iste
est sol qui triplicat exurit
montes Eccli. xliii°. Quia namque
statum triplici radio illustravit
qui sunt exterioris virtutis et ve-
ritatis asperitas unde deformis
habitu videbatur et vilior quam tunc
utebatur. Hic est sol qui factus
niger sicut saccus cilicinus
Apoc. vi. In quo nota vestis
asperitas et vilitas. Secundus est interior
mentis benignitas. Ipse enim
totius pietatis visceribus afflu-
ebat et aquas cum maris amaritudinis
i. tribulationes attrahens dul-
ces reddidit instar solis qui
significatur per Moysen qui fuit
mitissimus inter omnes homines
qui erant in terra. Tertius est pa-
terna sollicitudo ad subditos
et caritas. Unde cum dixissent
discipuli ad eum: Cur nos
pater deseris aut cui nos
desolatos relinquis etc. Et ait
domine si adhuc populo tuo sum
necessarius etc. Unde de eo canit
sancta ecclesia O virum inef-
fabilem nec labore victum nec
morte vincendum etc. Fuit enim totus
ignitus ita ut non esset qui
se absconderet a calore eius.
In cuius figura legitur quod de
eo quod dum sacramenta affer-
ret flammis ignis apparuit
super caput eius ad moralem
informationem. Per predicta tria
luminaria tres status designantur

in ecclesia scilicet triplex status incipi-
entium proficientium et perfectorum.
Per stellam quippe designantur
incipientes seu penitentes. Unde
terra scilicet propter altam et fixam si-
tuationem eminentem quantitatem de-
coram speciem et nocturnam
irradiationem. Est enim stella situa-
tione sublimis et fixa quantitate
maxima et existentia minima
in apparentia specie decora et
nocturna irradiatione perfulgida.
Status itaque terra decent scilicet summi
et stabilitas propositi irradiatio
summus humiliatio interior mentis
pulchritudo et exterior ad proximos
edificatio. Per stellam igitur
designantur penitentes propter
altam et fixam situationem. Quam
stella sita et fixa stat in firma-
mento nec ab eo aliquando separatur
propter ventum aut pluviam
aut aliam supervenientem tempe-
statem sic anima penitentis fi-
xa et firma debet stare in fir-
mamento ecclesie militantis
et triumphantis per bonum propositum
constantiam et caritatis radia-
tionem nec a deo separari debet
per aliquam tentationem mundi et
dyaboli temptationem. Gen. secundo
dicitur. Quod posuit deus stel-
las in firmamento in summo
vel in infimo. Unde quod dicitur
Ephe. iii. In caritate radicati
et fundati ut possitis comprehendere
etc. Caritas est enim radix et
fundamentum omnium virtutum et
bonorum operum sicut enim arbor sine
radice non potest fructificare nec

domus sine fundamento stare
sic anima penitentis non potest
fructum bonorum operum deo gratum
proferre nec etiam impulsus temp-
tationum sustinere propter quod sapiens
filium suum erudiens ait Ecclesiastici ii°
Fili accedentes ad servitutem
dei sta in iusticia et timore et
ne cadens et cadendo in peccato
polluaris et confundaris et prepara
animam tuam ad temptationem
quasi ad pugnam quia templo
est vita hominis super terram. Sic igitur
fixi debent stare in firmamento
celi nec aliquo modo avelli ut
dicatur cum exemplo Philippensium iii° Nostra
conversatio in celis est. Sed quedam
sunt ut stelle erratice inconstantes
et variabiles sicut galli super tectis
et omnem ventum id est rerum
eventum / de quibus dicitur in Canonica
Iude Fluctus feri maris despumantes
suas confusiones sidera er-
rantia quibus procella tenebrarum
conservata est in eternum. Alioquin
si terrenis inheres per amorem
iam non es stella sed arena /
Genesis xxii° Multiplicabo semen
tuum sicut stellas celi quantum
ad bonos qui sursum habent
corda ad deum. Et sicut arena
que est in littore maris quantum
ad cupidos et voluptuosos et
elatos qui rebus vanis inhiant
per amorem / in quorum persona
dicit psalmus Adhesit pavimento
anima mea id est terrenis que velud
pavimentum sunt conculcanda.
Sic igitur debent esse stabiles
penitentes per iuventutis constan-
tiam / sed tamen volubiles per bonorum

operum executionem et efficaciam
Iudicum v° Stelle manentes in
ordine et cursu suo adversus
Sisaram pugnaverunt id est
dyabolum. Interpretatur enim exclusio
gaudii et signat dyabolum
qui a nobis nititur excludere gau-
dium sempiternum. Secundo stella
maxima est in existencia licet
minima videatur in apparencia
in quo designantur penitentes
qui etsi magni sunt in se
propter quod excellens donum nature
vel gratie tamen parvi et humiles de-
bent in reputatione videri et
apparere exemplo illius qui ait
Corinthiorum xv Ego sum minimus
apostolorum etc. Sed heu cauda
draconis traxit terciam partem
stellarum sicut dicitur Apocalypsis xii
Ecce draco magnus et rufus
et quibusdam interpositis sequitur
Et cauda eius trahebat terciam
partem stellarum celi et eas in
terram. Primus cum angelis lucifer
de celo cecidit Ysaie xiiii°
Quomodo cecidisti de celo lucifer
qui mane oriebaris / Non tamen solus
sed omnes ei adherentes quia
cauda draconis traxit partem
stellarum. Si ergo stelle ceci-
derunt de celo per superbiam
quomodo illuc homines superbi
intrabunt. Nunquam certe
quia dicit psalmus Non habi-
tabit in medio domus mee
qui facit superbiam. Immo deus
clamat ad portam eius dicens
Non veniat michi pes super-
bie. Bernardus Si sic est
actum cum angelo quid fiet

de me dñe et pulue et non
solum tunc trahit sed hec co-
tidie trahit non solum tertiam
partem sed maiorem partem stel-
larum quia qui hodie parui d'
nulli sunt in re et in verita-
te sunt in virtutibus et scientijs
concluduntur apparet Apoc vj stel-
le de celo ceciderunt sicut ficus
emittit grossos suos cum a
vento movetur magno propter
quod conqueritur dñs per Ieremiam
xlix Ecce parvulum
dedi te in gentibus contempti-
bilem / tu es valde arrogantia
tua decepit te et superbia cor-
dis tui vel superbia etiam de-
cipit spirituales homines Ierem
Superbia natione celestis cele-
stes appetit mentes unde sepe
sub cinere et cilicio latitat sup-
erbia Gregorius super Ezechiel Bona est
humilitas quam palliari appetit
ipsam superbiam hec [illegible]
vir sequitur in predicta auctoritate
illorum duorum prophetarum qui
dicitis in corde tuo Quis
detrahet me in terram si ex-
altatus fueris ut aquila et
si inter sidera nidum tuum po-
sueris inde detraham te dicit
dñs Tercio stella est propter speciem
decora et nocturna irradia-
cione refulgida per quod
signantur penitentes in quibus
debent esse conscientie pulchri-
tudo et exterior ad proximos
edificatio Eccli xliij Species
celi i. celestis est gloria stella-
rum mundum illuminans in ex-
celsis Baruch iij° Stelle

dederunt lumen in custodijs
suis penitentes cum sit lux
stellarum de nocte Sapie x
Hec vicissim apparet ad aliorum
edificationem et aliquando clauditur
quasi sub signaculo ad sui
ipsius renovationem Iob ix Qui
claudis stellas quasi sub signa-
culo sed proh dolor stelle ob-
scurantur hodie / aut propter noc-
tem peccati aut nebulam occursus
et infamie ut non possint
lucere unde Iob iij° loquens
de nocte peccati dicit obscurentur
stelle caligine eius Nam hodie
stelle retraxerunt splendorem
suum Iohel ij° Crimina non est
in eis peccatis vitiorum bonitatis
neque decor exterioris honestatis
Per lunam vero signantur perfectiores
sive activi Est cum luna sua
et stans plena et habundans
pulchra et placens sunt cum
in luna tria scilicet in cursu
stabilitas in effectu humorum
copiositas / in luce mutuata
luminositas Tria cum dicit statu
activorum in prosperis et adver-
sis firma stabilitas operum misericordie
exhibicio veri solis idem est
cristi conformis imitatio ipsa
igitur luna habet in cursu sta-
bilitatem crescit cum et decrescit
et decrescendo cum cursum
suum peragit in qua signantur
activi qui in prosperis et adver-
sis firmi debent stare et cur-
sum sue obediencie constanter
adimplere Item cum habundat
prospera tunc luna crescit / cum
impugnet adversa tunc luna
decrescit Abakuk iij° Luna.

in ordine suo sim aliam literam / tunc luna stat in ordine suo quando activus habet humilitatem in prosperitate et patientiam in adversitate exemplo pauli qui dicit / Philli. iiii° Scio habundare scio et penuriam pati et exemplo Job de quo cum habundabant prospera quia erat magnus inter omnes orientales / dicitur de eo quod erat vir simplex et rectus ac timens deum etc / Cum autem insurrexerunt adversa ait dominus dedit dominus abstulit etc / Hec est via regia per quam veri israhelite procedunt in terram promissionis Num. xxi Regia via gradiemur non declinabimus ad dexteram neque ad sinistram / via regia i. Christi sunt humilitas in prosperis quando turbe volebant eum rapere ut facerent eum regem fugit Joh. vi Cum autem tempore passionis quererent eum obtulit se eis Jo. Johannis xviii° Rursum quibus ergo sinistris iste declinavit a dextris qui elevantur in prosperis ille a sinistris qui impatientes efficiuntur in adversis Secundo in luna est humorum copiositas quia luna est cum habundanter Et cum crescente crescunt humores decrescente decrescunt et mare et medulle in ossibus aliud per quod designantur activi in quibus debet medulla et pinguedo pietatis et compassionis habundare et operibus misericordie affluere et affluere quia in eandem similitudinis dicitur Eccli. l° In diebus illius sancti emanaverunt putei aquarum Symeon audiens uxorem [illegible] et hoc est

vir compassionis qui dicit cum paulo quis infirmatur et ego non infirmor ii Cor. xi Pietas cum ad omnia utilis est i Thymo. iiii° Humiditas autem pietatis duplex est actus scilicet in dando et in dimittendo dare elemosinas et dimittere iniurias Luce vi° date et dabitur vobis dimittite et dimittemini Et iste duplex actus notatur in luna plena / quia cum plena habundat humoribus et terret carnibus Similiter activus habundat humoribus cum dat propria sed terret carnibus cum dimittit adversa Sed multi sunt qui licet dimittunt crimina tamen retinent tamen quandam nebulam rancoris in corde que quidem est in luna et non in sole Tertio in luna est [illegible] luminositas Luna cum recipit lumen suum a sole vii radios solares in se receptas et sibi incorporatas tribus [illegible] et infundit Sic boni activi divinas influencias et celestes illuminationes a vero sole iustitie debent recipere et nocte i. nocturnos homines scilicet ignorantes debent illuminare debent cum in se [illegible] radium [illegible] humilitatis penalitatis et caritatis hii sunt radii [illegible] quos [illegible] sol iustitie Eccli. xlii [illegible] hoc dicitur Ysaie xxx. Erit lux lune sicut lux solis non per equiparationem sed imitationem quia luna nunquam equiparabitur soli in claritate Sed hodie luna patitur eclipsim quando [illegible] [illegible] in [illegible] /

int' luna et solem Unde cum anima
spreto bono incommutabili adheret
bono commutabili per amorem tunc
patitur eclipsim nec videt solem
Unde peccatores super reddit ignis et
non viderunt solem Nota quod tria
legimus de luna scilicet quod fuit percussa
Apok viij° Quod obscurata apo-
kalips viij° Item Johelis ij° et 3
Sol et luna obscurata sunt Et
quod in sanguinem fuit conversa Johel
ij° Et luna in sanguinem Et
Apok vi Luna i. activus percutitur
per superbiam Certe magnus fuit
actus seu ictus qui luciferum
deiecit Eclipsatur per avariciam
In sanguinem vertitur per carnis luxu-
riam Sed qui consideraret verum
solem iusticie qualiter passus est
in cruce quando in meridiano ob-
tenebrat terram sicut dicitur [illegible]
diuinas illuminationes recipet 2
[illegible] 20 Cum ignoramus quid
agere debemus hoc solum residuum
habemus ut oculos nostros dirigamus
ad te qui es sol iusticie per solem
aut intelliguntur perfecti et conte-
platiui Sol cum in tribus excellit
scilicet in splendore in virtute et in
calore Est enim sol illuminatiuus
attractiuus et inflammatiuus
Item sol illuminat attrahit et in-
flamat Et in hoc tria sunt
tria que decent statum perfectorum
scilicet communicatiua sui luminis infu-
sio / dulcoratiua mentis deuo-
tio inflamatiua ad deum et pro-
ximum dilectio Sol igitur illuminat
lucem enim suam non sibi retinet
sed omnibus communicat celum etiam
illustrando Quod est perfectorum
i. iustos et peccatores Math. v
Qui solem suum oriri facit super
bonos et malos Eccli xxvi°
Sol oriens mundo in altissimis
dei sic mulieris bone species

scilicet anime perfecte et ornamentum
domus sue i. ecclesie Vnde accen-
dit lucernam etc Math. v Sed hoc
sol obscuratus est Johelis ij et
Apok viij° dicitur quod percussa est
tercia pars solis prima pars est arde-
cium et lucencium ardencium per a-
morem lucencium per doctrinam
quod est perfectum Secunda est ardencium
et non lucencium quod est bonum
Tercia est lucencium et non arden-
cium que quidem pars percussa est
a serpente ignoto ut in tumo-
rem vertantur [illegible] per ypocrisim
et superbiam quia dicitur i Cor. 8
Scientia inflat [illegible] si lucent in te-
nebris lucent ut lignum putridum
i. in operibus tenebrosis et sicut
vermis et [illegible] Item sol
attrahit aquas maris salsas et
amaras et vapores grossos et
amaros et dulces reddit quod
non est in perfectorum Quia luce x
dicitur Martha sollicita es etc
Sed in perfectis tribulationes dulce-
scunt per mentis deuotionem
Exemplum de beato stephano
Cui lapides torrentis dulces
fuerunt Inundationes maris
quasi lac suget et deut° xxxiij
Amantis anxietas non sinit eum
dormire Bernardus Quiescit
temptatio quiescat afflictio sed
dilectio quiescere nescit Videmus
eius gustu inebriatus fuit non
sentit laborat et non lassescit
irridetur et non aduertit Item sol
calefacit et inflamat sic perfectus
per dilectionem Cum sol fornacem
custodit in operibus scilicet amoris ut di-
ligat deum Sicut Bernardus dulciter
sapienter et fortiter et sit sol tripli-
citer exurit montes Eccli xliij°
Augustinus Totum cor meum flamma
tue dilectionis accendat [illegible]

quod nichil relinquatur de me michi ipsi nec eciam intendam ad me ipsum totus te diligam totus in te ardeam quasi totus conflatus et inflamatus etc.

Sermo primus de sancta Katherina sequitur etc.

Multe filie regum congregaverunt divitias tu autem egressa es universas Proverbiorum ultimo. Alie sancte virgines que fuerunt filie dei per adoptionem multas divitias spirituales acquisiverunt et congregaverunt merita virginitatis. Quedam merita predicationis quamvis cum mulieribus est inhibitum officium predicationis. Quibusdam tamen sanctis virginibus fuit a spiritu sancto concessum. Quedam prerogativa sive spiritualis. Quedam autem spirituales divitias congregaverunt merita passionis quia scilicet pro christo suum sanguinem effuderunt. Beata autem Katherina in hiis spiritualibus divitiis congregandis supergressa est universas quia meruit esse virgo predicatrix et martir et ideo per virginem gloriosam pre ceteris virginibus a deo benedicta fuit quia tot benedictiones ab ipso accepit. Unde potest sibi convenire illud Judith 13 Benedicta es filia a domino deo excelso pre omnibus mulieribus super terram. Primo ergo supergressa est universas in divitiis quas acquisivit merito virginitatis. Tanto enim virginitas maioris est meriti quanto habet maiorem inpugnantiam maiorem pugnam et plura contrarientia et talis fuit virginitas beate Katherine habuit enim iuventutem pulchritudinem ubertatem libertatem et grassa sollicitudine. Primo quia habuit iuventutem quia erat xviii annorum. Juventus autem multis est causa lascivie Ecclesiastici xi adolescencia enim et voluptas vana sunt. Ideo apostolus monet discipulum suum 2 Thimothei 2 Juvenilia desideria fuge. Ista autem iuventus nocere sibi non potuit quia cordis gravitatem et maturitatem servavit Sapientie 4 Cani sunt sensus hominis et etas senectutis vita inmaculata. Secundo habuit pulchritudinem unde dicitur decretis quod erat mirabilis pulchritudinis et omnium oculis admirabilis videbatur. Pulchritudo autem mulieris est sepe causa ruine et sibi et aliis sibi quidem unde dicitur Ezechielis 16 habens fiduciam pulchritudine tua fornicata est. Proverbiorum xi Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra et fatua. Aliis etiam unde dicitur Judith 16 pulchritudo eius captivam fecit animam eius. Ecclesiastici ix Speciem aliene mulieris multi admirati reprobi facti sunt. Jeronimus contra Jovinianum Pulchra cito adamatur. Feda facile concupiscit. Difficile custoditur quod plures amant. Molestum est possidere quam nemo dignatur habere. Minori tamen miseria deformis habetur quam formosa servatur. Et quia pulchritudo in muliere est sibi et aliis causa ruine ideo dicitur Proverbiorum xxxi fallax gratia et vana est pulchritudo. Sibi nocere non potuit quia non curavit de pulchritudine corporis sed interiori iuxta illud Psalmi Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis. Quamvis cum ceteris habuit pulchritudinem morum et columbine

simplicitatis habuit tamen in-
terius pulchritudinem interioris
virtutis Cant. iiii°. Quam pulchra
es amica mea quam pulchra
oculi tui columbarum absque eo
quod intrinsecus latet. Prius pulchra
dicit propter pulchritudinem corporis
et mentis. Oculos columbarum
cum habere dicit propter pulchritudi-
nem columbine simplicitatis
interius tamen habuit pulchritu-
dinem virtutis ideo dicit absque eo
quod intrinsecus latet. Tertio habuit
rerum habundanciam et ubertatem
quia pater suus qui erat rex
in diviciis magnus successit.
Ista tamen ubertas et opulencia
rerum multis est causa luxurie.
Psalmus: prodiit quasi ex adipe fru-
menti iniquitas eorum. Jeronimus:
venter mero estuans cito despu-
mat in libidinem. Ista tamen
rerum ubertas sibi nocere non potuit
quia licet habuit rerum ubertatem
tamen spernavit in habundancia pro-
prietatem rerum et omnia pauperibus
tribuit et in se ipsam paupertatem
magnam exhibuit. Proverbiorum:
est dives cum nichil habeat
et est pauper cum in multis divi-
ciis sit. Quarto habuit li-
bertatem quia sui et suorum domina
remansit. Libertas autem mulieris
est periculosa et ideo non oportet
quod mulier habeat aliquam
libertatem auctoritatem vel
potestatem. Propter libertatem dicitur
Eccli. vii. Filie tibi sunt serva
corpus illarum et non ostendas
hylarem faciem tuam ad illas.
Propter auctoritatem dicitur Eccli. xxv.
Mulier si primatum habeat con-
traria est viro suo. Propter potestatem
dicitur Eccli. ix. Non des mulieri
potestatem anime tue ne ingrediatur
in virtute tua et confundaris.
Istud tamen sibi nocere non potuit
quia licet habuit libertatem
tamen dei timorem habuit.
Proverbiorum xxxi. Mulier timens
deum ipsa laudabitur. Quinto passa
est multiplicem sollicitationem.
Sollicitata quidem fuit muneribus
et terroribus comminationibus.
Quidem quia tyrannus sibi terram
promiserat que mulieres affec-
tare consueverunt si sibi con-
sensum prebet scilicet in suo pal-
lacio secunda post reginam esset et
et sibi in foro ymaginem
erigeret et eam ab omnibus
adorari iuberet. Huius autem
munera multis mulieribus
fuit in ruinam sed beata
Katherina istud nocere non
potuit quia divicias contemp-
sit dignitates respuit et gloriam
mundanam abhorruit unde di-
xit tyranno suadenti: desine
talia fari sive dicere que eciam
nephas est cogitare. Fuit eciam
sollicitata et pulsata terroribus
comminationibus et tormentis
et huius terrores multis mu-
lieribus fuerunt causa ruine.
Dan. 13. Sic faciebatis filiabus
Israel et ille timentes loque-
bantur vobis. Sed huic terror
nocere non potuit quia mori pro
Christo non timuit iuxta illud
Math. x. Nolite timere eos qui
occidunt corpus et post ea non
habent amplius quid faciant.
Sexto suppressa est universitas
in diviciis quas acquisivit me-
rito predicationibus. Ipsa enim verba
dei predicavit et multas ab er-
rore convertit. Et quantum ad hoc universas

superexcessa fuit. Talis cum conuir-
sabant homines plures / Secunda
continet reginas sicut vxorem
Magencii imperatoris et porfirium
milicie principem. Talis conuertebat
homines simplices et illiteratos.
Hec autem continet quinquaginta rethor-
es et philosophos. Talis habuerunt
aliquam sapienciam a deo infusam.
Hec autem preter sapienciam infusam
fuit omnibus studiis liberalium
arcium erudita. Talis contente
erant simplici erudicione. Hec
autem dixit quod per varias conclusi-
ones sinuatur allegante metho-
nomice deserte et inusitate multa
cum cesare disputauit. Talis in
predicando habuerunt sapienciam
constanciam et efficaciam; de eius
eloquencia dicit imperator: au-
diui tuam eloquenciam admira-
tiuam et tuam prudentiam. De eius
sapiencia dixit idem quinquaginta
rethoribus: Est apud nos puella
sensu et prudencia incomparabili
que omnes sapientes confutat et
deos nostros demones esse affirmat.
De cuius constancia ipsa dixit: Frater
quecumque animo concepisti perficita
cum me videbis ad omnia susti-
nenda. De eius efficacia dixe-
runt rethores: nullus ante nun-
quam stare potuit qui continue
vinceretur. Hec autem puella sic nos
in admiracionem conuertit ut contra ipsam
aliquid dicere omnino nesciamus
aut penitus formidamus. Secundo
quod sicut dicitur Jacobi iiiº: Est
quedam sapiencia desursum et est
diuina, quedam deorsum et est
dyabolica, inter autem ista duo
extrema scilicet sursum et deorsum
relinquitur aliquod medium quia
inter sapienciam supremam et infimam
id est diuinam et dyabolicam est
aliqua media scilicet sapiencia munda-
na. Sapiencia autem diuina consistit in
dei cognicione. Jeremie ix: Qui
gloriatur glorietur scire et nosse me.
Augustinus: Infelix ille qui omnia alia
scit, que autem non cognoscit in pre-
ceptorum dei obseruacione. Augustinus:
Sapiencia dei est non eloquenciarum
scire sed per eloquia dei viuere
in dei et proximi dilectione. Ro. 8:
plenitudo legis est dileccio. Augustinus:
Ille tenet quod latet et quod patet
in diuinis sermonibus qui seruat
in omnibus caritatem. Diuinam sapienciam
habuit katherina quia et vnum
solum verum deum cognouit et eius
mandata et consilia seruauit et
usque ad mortem eum dilexit / Sa-
piencia autem mundana diuiditur
in tres scilicet ethycam que docet
mores informare, yconomicam
que docet mores bene regere,
et pollitticam que docet regna
et vrbes sapienter disponere. Primam
habuit beata katherina quia se
omni virtute et morum honestate
composuit. Secundam habuit quia
pallacium suum et familiam suam
sapienter rexit. Terciam habuit
quia inclita regina fuit regnum
suum quod inde gubernauit / Tercia
sapiencia scilicet infima similiter
in tres diuiditur ut habetur Jacobi
iiiº scilicet in terrenam animalem et
dyabolicam / Terrena consistit
in appetitu cupiditatum / animalis
in complexione voluptatum / dyabolica
in appetitu honorum. Sed beata
katherina primam contempsit /
inclita omnia terrena despexit.
Secundam inclita carnales volupta-
tes abhorruit et integram
virginitatem seruauit / Terciam
inclita honores mundanos despexit

deserunt et humilitati se dedit. Tercio supergressa est universas in diversis quas acquisivit merito martirij. Alie quidem unum vel duo martiria sunt passe, hec autem quadruplex genus martirij est perpessa. Primum est quod fuit scorpionibus flagellata sicut predixit dominus dicens Mathei x: In synagogis flagellabunt vos. Secundum quia sic flagellata et lacerata fuit in carcere obscurissimo clausa. Tercium est quod fuit fame vexata. Ordinavit enim tyrannus ut sine cibo et potu xij diebus in carcere moraretur. Unde poterat dicere tyrannus ista de ea condempnata ad carcerem et famem quod dixerat aliquis tyrannus de quodam propheta in iij Regum xxij: Mittite virum istum in carcerem et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustie. Quartum est quod fuit super horribiles rotas extensa. Ysaie v: Rote eius impetus tempestatis. Quintum est quia fuit decollata. Fuit enim de numero illorum de quibus dicit Apoc. xx: Animas decollatorum propter testimonium Jhesu et testimonium verbi dei. Sed quia acerbitatem istarum penarum habuit quedam adiutoria divinarum consolationum, quia cum fuerat lacerata fuit et ab angelis celesti unctione perunctia ut in legenda sua habetur. Illa scilicet unctione de qua habetur Eccli. xxxviij: Unguentarius faciat unguenta suavitatis et unctiones conficiet sanitatis. Quia fuit in carcere obscurissimo clausa fuit ibi celesti luce perfusa. Act. xij: Angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris. Quia fuit fame vexata fuit per columbam cibum deferentem missa. Sicut enim olim pavit Heliam per corvos ut habetur in iij Regum xvij, sic et istam pascere voluit per columbam ne fame deficeret. Job v: In fame eruet te de morte. Quia fuerat super rotham extensa, fuit ab angelo soluta et rotha est penitus dissipata et multitudo gentium interfecta et in confusionem universi divisa. Exo. xiiij: Subvertit dominus exercitum eorum et subvertit rothas etc. Quia fuerat decollata fuit ad montem Sinay angelorum manibus deportata. Psalmus: Angelis suis deus mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis suis. In manibus portabunt te etc. Ne aliqui demones tibi per aliquam obiectionem obviare presumant etc.

Sequitur sermo secundus de sancta Katherina etc.

Adamavit eam rex plus quam omnes mulieres, habuitque gratiam et misericordiam coram eo super omnes mulieres. Hester ij. Ista verba que leguntur de Hester regina que intelligitur elevata in pluribus convenienter possunt beate Katherine que fuit quondam regina et modo est elevata in celis quia nobis in patronam concessa. Quamvis autem Christus sponsus virginum omnes sponsas caras habuit, ipse tamen isti pre ceteris tam magna dona concessit quod in predicta auctoritate notatur, quia eam pre ceteris plus eam amavit, ideo dicitur: Adamavit eam rex super omnes. Maiorem gratiam ei dedit et maiorem misericordiam sibi fecit, ideo subditur: Habuitque gratiam et misericordiam coram eo

super omnes mulieres ipse quippe eam adamavit in vita gratiam dedit in morte viam sibi fecit post mortem premia igitur super omnes virgines per beatam virginem videtur eam adamasse in vita signum quidem amoris viri ad uxorem est quando eam preciosis sericis vestibus induit quando magnis donis et gratiis ipsam prevenit Tunc autem maxime diligit quando sapientes filios generant / Sponsus igitur Christus beatam Katherinam se valde adamasse ostendit / quod quia preciosis vestibus eam sericis induit / Habuit enim vestes albas virginitatis Nam dicitur de virginibus Apocalypsis iiii° Ambulant mecum in vestibus albis qui digni sunt vestes decauratas caritatis Sicut enim aurum est in preciabile sic caritatis Christi inviolabilem eam fecit Canticorum viii° fortis est ut mors dilectio dura ut infernus emulatio vestes varias multiplicis virtutis habuit enim colores omnis virtutis Ezechielis xvi vestivi te discoloribus De ista duplici veste dicitur in psalmo Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate vestes bissinas devote orationis et celestis contemplationis Apocalypsis xix datum est illi scilicet uxori agni ut cooperiat se bissino splendenti et candido Glosa ibidem Bissinum enim iustificationes sunt sanctorum vestes rubeas passionis Exodi xxvi° faciens operimentum tecti de pellibus arietum rubricatis quia sancti enim martires sunt tectum tabernaculi id est ecclesie militantis quia eam suis meritis ab omni infestatione demonum eripiunt et defendunt Sunt autem eripti pellibus arietum

rubricatis quia eorum vita et fuit arietum per fortitudinem et fuit rubricata per sanguinis effusionem [illegible] autem de hiis vestibus sponse ponitur Proverbiorum xxxi Stragulatam vestem fecit sibi Stragulata vestis est que varia textura solet confici Bissus est purpura indumentum eius Iste due vestes referuntur ad candorem virginitatis et ruborem passionis Ista autem quibus eam vestimentis sponsus in hac vita induit quia et fuit puritate candida et caritate aurea et colore omnis virtutis bissina et effusione sanguinis rubricata Secundo sponsus ostendit se eam adamasse quia multis gratiis et beneficiis eam prevenit dedit enim sibi quandam angelicam simplicem virginitatem servare quod est proprium angeli iuxta illud Luce xx filii huius seculi nubunt et traduntur ad nuptias illi vero qui digni habebuntur seculo illo neque nubunt neque ducunt uxores neque enim ultra mori poterunt equales enim sunt angelis dei et filii sunt dei et filii resurrectionis / dedit ei quandam divinam scilicet gratiam predicare quod quidem fuit proprium officium Christi iuxta illud Luce iiii° aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum dei quia ideo missus sum dedit ei quandam quod est est [illegible] spiritualis spiritus sancti donum et donum est ultimum omnium terribilium scilicet mors tempore Christo subire / mori enim pro Christo est spirituale donum dei iuxta illud Philippensium vobis donatum est a Christo non solum ut in eum credatis sed etiam ut pro illo patiamini est enim ultimum omnium terribilium quia ultra mortem nullus preter eum aliquid maius [illegible] ista tamen dicitur de muliere forti quod beata

Katherina prov. xxxi. Accinxit fortitudine lumbos suos. Illud refertur ad eius virginitatem. Roboravit brachium suum. Istud refertur ad martirii sui magnitudinem. Gustavit et vidit quia bona est negociatio eius. Istud refertur ad predicationis preciositatem. Unde super illud Gustavit et vidit dicit glosa: Apte dicitur quia bonum est per instantiam predicandi quoslibet ad viam veritatis adducere. Et quia in hac vita tres prerogativas habuit, ideo nunc tria magna privilegia sibi deus concessit. Dedit enim sibi magnam claritatem in contemplatione, magnam pulcritudinem in stole indutione et magnam sapientiam in nostra advocatione. Quia enim habuit angelicam puritatem, ideo nunc deum clare contemplatur. Math. v. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Quia lavit et dealbavit corpus in sanguine passionis, ideo stola candida decoratur. Apoc. vi. Date sunt eis singule stole albe. Quia enim habuit graciam predicationis, ideo nunc advocata nostra efficitur. Si enim hic fuit tam sapiens in predicando, manifestum est quod modo est sapientior advocando. Ista tria dicuntur Judith xi. Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulcritudine et in sensu verborum. In terra enim viventium non est talis mulier in aspectu quo deum contemplatur, in pulcritudine stole qua decoratur, in sensu verborum quo advocata efficitur. Ideo Christus sponsus eam dilexit quia ipsa sibi sapientes filios generavit quando scilicet quinquaginta philosophos et rethores convertit, reginam autem, porphirium, filios et alios alios quos convertit tribus modis generabat et convertebat, scilicet doctrinis, miraculis et exemplis. Apoc. iiii. De throno procedebant fulgura, coruscationes et tonitrua. Thronus dei fuit beata Katherina in tantum quia deus requievit, a qua procedebant voces predicationum, fulgura miraculorum et tonitrua exemplorum. Exempla enim sanctorum quedam sunt tonitrua que excitare debent animas in peccatis dormientes. Secundo Christus sponsus prerogativam ei graciam fecit in morte. Quedam enim privilegia deus in passione sive in morte aliorum sanctorum concessit particulariter, que tamen omnia in passione beate Katherine concessit universaliter. Primum quidem privilegium est Christi visitatio et istud fuit in Johanne evangelista ad quem visitandum Christus cum discipulis suis venit. Istud tamen privilegium in beata Katherina similiter invenitur, quia cum esset in carcere Christus cum multitudine angelorum et virginum ad eam descendit dicens: Agnosce filia tuum creatorem pro cuius amore laboriosum subiisti conflictum. Constans esto quia ego tecum sum. Et istud attestatur privilegio specialis amoris, quia enim Christus Katherinam et Johannem speciali amore dilexit, ideo ad eos visitandos in eorum morte venit iuxta illud Joh. xiiii. Si quis diligit me etc. Et sequitur: Et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Secundum est celestis refectio et istud fuit in maria magdalena que celestibus refectionibus pascebatur.

Istud eciam fuit in beata kathe-
rina que quidem in carcerem fuit
posita ut ibidem fame cruciaretur
duodena // Sed cristus per columbam
cibum sibi cottidie destinabat
et istud attestatur contemptui
mundane delectacionis / quia cum
carnales delectaciones contempsit
ideo celestibus consolacionibus nu-
triebatur Nam sicut cito filiis israel de-
ficit farina de egypto tam cito
panem celestem in deserto accipere
meruerunt et sicut cito in terra
promissionis fructus terre nobis come-
derunt tam cito celestem cibum
amiserunt / Quartum est peticionum
exaudicio / et istud fuit in sancto
Blasio et beata Margaretha qui
in sua passione deum rogaverunt
ut quicumque in nomine ipsorum ali-
quid a deo peteret obtineret et istud
eciam fuit in beata katherina
que in sui passione deum orabat
ut quicumque sui memoriam agerent
vel in morte se sibi commendarent
divine opis affectum sentirent et
facta est vox de celo dicens Eia
sic fiet ut postulasti et istud
attestatur sue magne sanctitati
magne cum sanctitatis testimo-
nium est quando quis meretur in
suis peticionibus exaudiri iuxta
illud psalmi Clamabit ad me
et ego exaudiam eum Et illud
ysaie lxv Ante quam clament
ego exaudiam adhuc illis
loquentibus illos audiam // Quintum
est celestis porte reseracio / et
istud fuit in beato stephano qui
celos apertos vidit Istud fuit similiter
in beata katherina que cum de-
collari deberet vox ad eam facta
est Veni dilecta mea sponsa me-
a ecce tibi celi ianua aperta
est Celum cum magnum aperitur

[illegible] quibus [illegible] scilicet viris perfectis
martiribus et de novo baptisatis
et conversis Et ipsa fuit valde
perfecta martir preciosa et in suo
sanguine baptisata et de genti-
litate ad fidem cristi conversa //
Sextum angelorum accessio et istud
fuit in beato Martino ad cuius
obitum angeli accesserunt Istud
similiter fuit in beata katherina
cui angeli obsequium prestiterunt
et in vita sua et in martirio
suo et post mortem suam In vi-
ta quidem sua quia angelus ipsam
in conflictu quem debebat subire
cum oratoribus confortavit / in mar-
tirio suo quia angelus eius
plagas et rotas confre-
git post mortem suam quia an-
geli corpus eius tulerunt et
sepulture commendaverunt et istud
attestatur sue magne virginitati quia
cum angeli virgines sunt per naturam
et ipsa virgo fuit per graciam Ideo
cum ipsa angeli libenter morabantur
iuxta illud Eccl. xxvii volati-
lia ad sibi similia conveniunt /
Septimum est lactis emanacio et
istud fuit in beato paulo in cuius
decollacione unda lactis emanavit
Istud eciam fuit in beata katherina
que dum decollata fuisset pro
sanguine lac effluxit et istud
attestatur sue magne puritati
fuit cum una de mundis illarum
columbarum de quibus dicitur Cant. v
Oculi eius sicut columbe super
rivos aquarum que lacte sunt
lote et resident iuxta fluenta
limpidissima columbe quidem
de se sunt albe sed lacte lote
sunt albiores iuxta vero a-
quarum fluenta limpidissime
apparent albissime quasi aq-

macula in eis remansit in aquis
limpidissimis respiciunt et carnes
abstergunt habent etiam colorem auri
iuxta illud ps. Posteriora eius
in pallore auri. Sic beata Kathe-
rina fuit alba tamquam columba
per corporis et anime nitorem iuxta
illud ii. Cor. vii. Emundemus
nos ab omni inquinamento carnis
et spiritus. Sed fuit albior quia
lavit se in Christi sanguine per
imitationem et devotionem iuxta
illud Apoc. vii. Dealbaverunt
stolas suas in sanguine agni.
Sed fuit albissima quia omnes
defectus et profectus suos specu-
labatur in fonte clarissimo sacre
scripture per continuam meditationem
iuxta illud ps. Quoniam apud
te est fons vite et in lumine
tuo videbimus lumen. Fuit ni-
chilominus aurea per caritatis fer-
vorem. De hiis quatuor dicitur
Tren. iiii°. Candidiores nive
hoc refertur ad mentis et cor-
poris puritatem. Nitidiores
lacte hoc refertur ad dealba-
tionem quam habuit in commemora-
tione et devotione sanguinis
Christi. Rubicundiores ebore
antiquo hoc refertur ad sue
caritatis fervorem. Pulchriores
saphiro hoc refertur ad pul-
chritudinem quam acquisivit in
speculo scripturarum. Septimum
est divine lucis conversatio et
istud fuit in beato Petro in
cuius martirio magna lux emi-
cuit et cum ipsa luce eius anima
in celum ascendit. Istud etiam
fuit in beata Katherina que
cum in carcere tenebroso fuisset
inclusa magna claritas ibi

resplenduit. Et istud attestatur
sue lucide fame et conversationi
iuxta illud Sapie. iiii°. O quam
pulchra est generatio cum claritate
ipsa enim instar lucis habuit sub-
limitatem in situ quia eius
conversatio semper in celo erat, rec-
titudinem in processu quia omnia
opera sua ad dei gloriam dirige-
bat, pulchritudinem in aspectu
quia omnes se suo exemplo
ad dei amorem retrahebat,
et utilitatem in affectu quia
omnes deum cognoscere faciebat.
Tercio magna mira sibi fecit
post mortem et ista mira magis
in tribus attenditur. Primo in hoc
quia corpus eius inviolabiliter conse-
rvavit quando per angelos ipsum
sepelliri fecit. Angeli enim corpus
eius ad montem Synay itinere
plus quam viginti dierum deduxe-
runt et ibi honorifice sepe-
lierunt ut possit de ea dici
illud Ysaie xi°. Erit sepulchrum
eius gloriosum et in hoc assi-
milatur sancto Clementi cui an-
geli in mari monumentum
marmoreum fabricaverunt. Quod
autem deus ipsam in monte Sy-
nay sepelliri voluit non vacat
a misterio. Hoc enim attestatur
sue magne sapientie, sue magne
cum deo amicicie, et sue ma-
gne abstinentie. Sepulta enim
est in monte illo in quo deus
legem sue sapientie humano generi
dedit, in quo cum Moyse fa-
miliariter sicut amicus cum amico
locutus fuit. Et in quo Moy-
ses xl diebus et xl noctibus
ieiunavit ad signandum quod
ipsa beata Katherina dei sapientia

plena fuit quod ipsa cum deo valde
familiaris extitit et quod ab omni
amore mundi perfecte abstinuit/
Secundo vna dei cca cum in hoc
ostenditur quod deus corpus eius ma-
gno prodigio illustravit quia ex
ipso sacrum resudat oleum quod valet
in salute multorum et quidem ad
hoc similis fuit beato Nicolao
de cuius corpore oleum manat quod cunc-
tos languidos sanat/ et istud atte-
statur sue magne vite per oleum
cum vita designatur dicit enim Jeremias
Surge oleum olive ex amaritudine
radicis et pabulum luminis in re-
fectione esurientis et in medicatione
vulneris ex quibus verbis habetur
quod ipsa vite opera valent ad gratie
conservationem Ideo dicit Jeronimus
Quid sit in pabulum luminis id est
nutrimentum gratie spiritualis Ecclesiastici 28
Sedum ligna silvarum exardescet
ignis valent ad cristi refectionem
et ideo dicit in refectione esurientis
Mathei xxv Esurivi et dedistis
michi manducare/ valent ad
peccatorum remissionem/ et ideo dicit
in medicina vulneris ysaie x
Computrescat iugum .i. dyabolice
captivitatis a facie olei scilicet vite
et pietatis debent autem ipsa vite
opera fieri cum amaritudine radicis
.i. amare et compassibilis mentis
ysaie lviii Cum effunderis
quasi esurienti animam tuam etc.
Tercio vna dei cca cum in hoc oste-
ditur quod tercentena premia sibi dedit
sicut enim dicitur Mathei xiii Semen
seminatum in terra bona facit fructum
aliud tricesimum aliud sexage-
simum aliud centesimum/ Terra bo-
na faciens fructum tricesimum sunt
bene coniugati qui cum fide trinitatis
decalogum servaverunt/ et ideo tricesima
premia habebunt Terra bona faciens
fructum sexagesimum sunt bone
continentes que cum sex operibus
vite decem precepta custodierunt
et ideo sexagesima premia possidebunt/
Terra bona faciens fructum cente-
simum sunt virgines sunt predicato-
res sunt martires/ et ideo cum
beata katherina virgo predicatrix
et martir fuerit tercentena premi-
a a deo accepit/ dicitur enim de sanctis
Ysaie lxi In terra sua duplicia
possidebunt/ Ille enim qui tantum
fuerunt virgines habebunt cente-
na simplicia/ Illi qui fuerunt
virgines et martires habebunt
centena duplicia/ Illi vero qui fue-
runt virgines martires et predica-
tores sicut fuit beata katherina
habebunt centena triplicia etc.

Tercius sermo de sancta Katherina sequitur etc.

Thezaurus desiderabilis
et oleum in habitaculo iusti
Proverbiorum xxi Habitaculum
iusti .i. cristi de quo dicit ysaie
xlv Rorate celi desuper et nubes
pluant iustum aperiatur terra et [...] Sunt igitur
cor beate katherine thezaurus
et oleo plenum habenti igitur
thezaurum non deest facultas/
habenti oleum non deest pietas/
existenti cristi habitaculum non deest
sapientia et veritas quia cristus
est dei virtus et dei sapientia/ et
sic patet quod beata katherina potest
nobis iuvare quia est plena oleo
vite/ et scit iuvare quia fuit
habitaculum cristi In hiis verbis ostenditur
quod ipsa tres magnas prerogativas

habuit primo thezaurum desiderabilis gratie. Unde dicitur: Thezaurus desiderabilis. Secundo oleum misericordie compassionis. Unde subditur: Et oleum. Tertio habitaculum delectabilis conscientie. Unde subinfertur: In habitaculo iusti. Primo igitur habuit thezaurum desiderabilis gratie. Sciendum quod thezaurum multiplicat acquisivit. Thezaurum namque materialem multiplicare consueverunt acquirere aliquando per inventionem, aliquando per negotiationem, aliquando per associationem, aliquando per seminationem, aliquando per donum liberalis domini largitionem. Istis quinque modis sancti viri thezaurum spiritualem acquirunt. Primo scilicet per inventionem Math. xiii. Simile est regnum celorum thezauro abscondito in agro etc. Et isto modo acquirunt viri religiosi ipsum effodiendo et inveniendo. Effodiunt enim removendo unam partem terre, scilicet amorem delitiarum divitiarum et honorum per votum obedientie et [illegible]. Ista tamen terra scilicet divitias delitias et honores sancti viri omnino non abiciunt sed commutant. Terram in celis remanent vere divitie spirituales de quibus dicit Augustinus: Aurum habens in archa dives est; Omnino habe deum et aurum archam et conscientiam. Gregorius: Ille vere divitie sunt que nos divites virtutibus faciunt. Remanent in celis vere delitie de quibus dicitur Prov. xv: Secura mens quasi iuge convivium. Eccl. iii: Item oblectamentum super cordis gaudium. Remanent etiam in celis veri honores de quibus dicit Augustinus: Verus honor ibi erit qui nulli denegabitur digno, nulli affertur indigno. Secundo acquiritur thezaurus spiritualis per negotiationem. Deus enim fidelibus viris talenta sua concessit dicens eis Luce xix: Negotiamini dum venio. Illi autem lucrantur qui dona a deo recepta non ponunt in terra mundane cupiditatis sicut fecit ille malus servus et piger qui talentum in terra abscondit ut habetur Math. xxv. Nec ponunt in sudario negligentie et torporis sicut ille malus servus qui dixit Luce xix: Ecce pecunia tua quam habui reposita est in sudario. Ubi dicit Glosa: In sudario pecuniam reponit qui percepta dona in torpore cordis abscondit. Sed ponunt ad mensam id est exercitium bone operationis. Unde dominus servo pigro increpans dixit: Quare non posuisti pecuniam meam ad mensam et ego veniens cum usuris utique exegissem illam. Cum usuris namque deo solvit qui per dona que a deo accepit bona opera facere non desistit. Usuris deo solvit qui alios ad bene operandum secum trahit. Usuris deo solvit qui verba predicationis a doctore emit audiendo et solvit obediendo. Tertio acquiritur thezaurus per associationem. Isto modo ditantur qui caritatem habent que omnia bona facit esse communia. Gregorius: Pensant invidi quantum bonum est caritatis que aliena bona sine nostro labore nostra facit. Unde dicit psalmista: Particeps ego sum omnium timentium te etc. Sicut enim dei sunt sit membra corporis que invicem

sibi congaudent et invicem sibi
compatiuntur invidi autem sunt sicut
membra precisa a corpore Istud o-
stendit Augustinus in libro quinquaginta
omeliarum d. Ecce prima medicit
pes unde quod illum membra ani-
mantur Primo cum prima dorsi se-
maturat et membra omnia se
deponunt oculi non cessant videre
aures non cessant audire manus
non cessant operari Sana est manus
~~sani~~ sani sunt oculi sani sunt
~~manus~~ aures sanum est caput
sana sunt cetera membra pes tamen
dolet qui punctus sed per compassionem
caritatis omnia veniunt ad sub-
ventum seu ad subveniendum
ut impleatur quod dicit apostolus
Si patitur unum membrum compa-
tiuntur omnia membra Habet quis
donum dei in virtutibus non habes tu
noli invidere ne de corpore precidaris
Qui invidet sicut est quod tales quod
oculus quod apostema videt in te
invidie morbum celestis medicus
et de corpore te precidet Secundus Augustinus
vel ista associatio potest esse illa quam
habet anima in corpore Et anima per
corpus meretur et corpus per animam
glorificatur sicut eum dicit Crisostomus
Tres sunt status anime scilicet in
corpore deposito corpore et resumpto
corpore et in quolibet statu anima
corpori suo occupatur ad bonum Nam
in primo statu anima est in corpore
ad merendum In secundo habet anima
ad corpus resumendum naturale desiderium
In tercio erit anima corpori ad bea-
titudinis cumulum / Quarto acquiritur
thezaurus spiritualis per seminationem
et isto modo ditantur qui opera mise-
ricordie seminare non cessant Unde illud Eccl.
xi Mane semina semen tuum et ve-
spere non cesset manus tua 2 Cor. 9
Qui seminant in benedictionibus de
benedictionibus et metent Seminat

aut simplum et metit centuplum
Gen. xxvi Sevit ysaac et invenit
illo anno septuplum In presenti autem
est seminandum in futuro vero metendum
Augustinus in libro quinquaginta omeliarum
In celo nemo pascet quia ibi plena
sacietas est / nec vestiet nudum quia
ibi tunica immortalitatis est nec
suscipiet peregrinum quia quilibet in
patria sua est nec visitabit egrotum
quia ibi perpetua sanitas est nec
sepeliet mortuum quia ibi mors
mortua est Deus sanctos suos
hic facit egere ut quos pascunt
eos in eterna secum sit cum illis
partem habere mereantur in vita beata
Rachel vero quia decrevit Romanis im-
perabant aliter Et tamen ut possit
tua religiosa vidua pascere petit
cum egere Egestas autem sancte in
habundanciam versa est anime re-
ligiose reorum potabat helias domus
dei dare sibi qui largitate dedit a-
liquando sibi dei ideo non habebunt ut
perciperent qui habent in iudicio ac-
cusatur non laudat virtutes nec punire
pat vitia sed elemosine sterilitate
sed auctore hoc quia omnia crimina
elemosinis redimuntur Si tamen quis
vitam corrigat et inde recedat
et hinc accedat Si autem in corde suo
dixerit vitam non muto sed ele-
mosinis peccata extinguo Tu ex-
tinguis sed cum his extinguere
quando dicetur de te Adhuc pusillum
et non erit peccator et peribunt ergo
peccata tua sed tecum Quando ergo in
iehennam paratam premittas aut ad
te recipit torquere ignis eternus de
saciandis tuis libidinibus non co-
gitabis periit ergo peccata tua sed
tecum Si autem vitam mutaveris
illa perierunt et tu invenieris et
dicetur tibi Martinus fuerat et
revixit perierat et inventus
est hic Augustinus / Quinto acquiritur

thezaurum spiritualis et celestis liberali
dei largitione quia supra merita
sanctis remunerat i Cor 2 Quod
oculus non vidit nec auris audit
nec in cor hominis ascendit que pre-
paravit deus illis qui diligunt illum
Sancti enim viri merentur videndo oculo
cordis per fidem / audiendo aure cordis
per orationem diligendo et amando
corde per fruitionem Sed tamen plus
recipient quam meruerunt oculis
fidei recte / vel auris obedientie vel
orationis bone vel cor caritatis
fervide Refert seneca in libro de
beneficiis Quod cum cynicus quidam
ab antigone rege peteret talentum
respondit ille plus esse quam cyni-
cus petere deberet / repulsus peciit
denarium Respondit ille minus esse
quam regem dare deceret Cum tamen
posset dare denarium tamquam
amicus et talentum tamquam
rex deus autem istas cavillaciones
et excusationes non invenit sed
liberalitate tribuit non considerans
quid nos deceat recipere sed quid
deceat eum dare sicut dicitur de
Alexandro Qui cum cuidam mi-
liti iussisset dari castrum et ille
diceret se dignum non esse castrum
recipere sed Alexander Non
considero quid te deceat recipere
sed quid me deceat dare Sicut
enim dicit Sy damascenus in epistola ad
desiderium persona maior debet
aliquid maior esse quam equalis
affectu ex quo sequitur quod
minorum est ad superiores habere
reverentiam equalium vero mutuo se
habere dilectionem mutuam superiorum
vero ad inferiores habere liberalitatem
et munificentiam Beata ergo Ka-
therina non solum habuit thezau-
rum sed etiam oleum pietatis

et mirum non pro quia dictum est
in auctoritate premissa Thezaurus
desiderabilis etc. Statim subditur
et oleum ex quo datur intelligi
quod ipsa valde pia et misericors
extitit / et de suis elemosinis
pauperes sustentavit In cuius signi-
ficationem de eius corpore oleum
emanavit / per oleum quidem pietas
et misericordia designatur Oleum enim est
virtutem penetrativum psalmus
Intravit sicut aqua in interiora
eius et sicut oleum in ossibus
eius virtutem impinguativam
psalmus Impinguasti in oleo caput
meum virtutem letificativam psalmus
ut exhilaret faciem in oleo
et virtutem elevativam quia
super liquores ceteros elevatur
per quem datur intelligi quod ipsa
misericordia et elemosina dyabolum
penetrando vulnerat Cum sit
lancea dei unde dicitur de elemo-
sina Ecclesiastici xxix Super scutum
potentis et super lanceam adversus
inimicum tuum pugnabit deum in
pugna delectat Cum sit adeps
dei psalmus Sicut adipe frumenti sa-
ciat nos dicit oliva Iudicum ix
Numquid possum deserere pinguedi-
nem meam qua dii utuntur
et homines et inter ligna promo-
veri / consciencia letificat cum
sit vinum dei psalmus Vinum letificat
cor hominis unde dicit vitis Iu-
dicum ix Numquid possum deserere
vinum meum quod letificat deum
et homines et inter ligna cetera
commoveri animam ad similitudinem
dei elevat ut sicut quedam ymago
dei sicut enim oleum supernatat
omnibus liquoribus sic et misericordia animam
ad dei similitudinem elevat

preter ceteris virtutibus Math. vi. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Ideo beata Katherina ista duo scilicet thezaurum gratie et oleum misericordie habuit in habitaculo et in vasculo mundi conscientie et ideo multum inde recipere meruit qui enim gratiam dei multiplicem desiderat necesse est ut vas cordis sui mundum solidum latum et profundum habeat. Sic itaque beata Katherina primo habuit cor mundum per puritatem quia mente et corpore virgo fuit et ideo de gratia multum recipere digna fuit. Unde sponsa invitans sponsum ut ad quiescendum in corde suo veniat dicit. Lectulus noster floridus. Ille habet lectum suum floridum qui habet cor purum mundum. Secundo habuit cor solidum per pacientiam et firmitatem quia multa passa fuit sed confringi non valuit et ideo gratiam receptam servare potuit. Eccli. l. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Sed de multis potest dici illud Eccli. xxi. Cor fatui quasi vas confractum omnem non tenebit sapientiam. Tertio habuit cor latum per caritatem et ideo multum de gratia suscipere potuit. Psalmus. Dilata os tuum et implebo illud. Item. Latum mandatum tuum nimis. Et loquitur de mandato caritatis quod dicitur latum quia cor latum facit. Psalmus. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Quarto habuit cor profundum per humilitatem et ideo fuit digna magnam gratiam obtinere. Unde dicitur super aliam litteram Jeremie xvii. Profundum est cor hominis et inscrutabile quis cognoscet illud. Ego dominus scrutans cor et probans renes qui do unicuique iuxta viam suam. Sepe enim contingit quod sicut homo profunde se humiliat interius consideratione ita profundiores elevationes sentiat. Et aliquando contingit maxime in prelatis quod exterius sentiant rigorem rectitudinis quod tamen ab imperitis putatur esse vicium elevationis. Et tamen intus sentiat virtutem mansuetudinis. Has igitur profunditates et differentias humiliationis ille solus discernit qui corda et renes cognoscit quia illis qui vadunt per viam vere humilitatis dat gratiam visitationis illis non qui vadunt per viam ficte humilitatis dat penam iustissime ultionis etc.

Sermo quartus de sancta Katherina

Simile est regnum celorum thezauro abscondito in agro. Math. xiii. Regnum celorum potest intelligi beata Katherina que fuit regina per carnalem propagationem et fuit regnum Christi inhabitatione et fuit celestis per conversationem. Sic igitur beata Katherina dicitur regnum celorum simile thezauro abscondito in agro secundum quod ager simbolice fuit anima sua in quo crevit lilium puritatis rosa caritatis et viola humilitatis. In isto ergo agro fuit absconditus triplex thezaurus scilicet virginitatis sapientie celestis et martyrii. Ipsa enim fuit virgo predicatrix et martir. Iste est triplex ille thezaurus de quo dicitur i. Cor. 3. Si quis edificat super fundamentum hoc aurum argentum et lapides preciosos etc. Per lapides preciosos significatur ipsa puritas virginalis

unus cum lapis preciosus est integritas carnis, alius est mundicia mentis. Est enim ipsa virginitas preciosa deo qui non corrupta sed de virgine voluit nasci, angelo quia a Johanne evangelista virgine voluit adorari ut habetur Apocalypsis xxii. Et toto mundo quam dicit Jacobus contra Jovinianum romanum ipsius quanto honore virgines habuit hinc apparet quod consules et imperatores et omnes dignitates gracie de via cedere soliti sunt pro sitas cera virginitatis. Ex hoc apparet quod deus ipsam virginitatem multum honorat multum zelat multum premunit et exaltat et multum remunerat. Multum quidem honorat quia ipsas virgines facit ioculatores suos familiares suos domicellos et pincernas suos. Ista tria tanguntur Apocalypsis xiiii° ubi Johannes loquitur de virginibus dicens Cantabant quasi canticum novum ante sedem dei et nemo poterat dicere canticum illud. Ecce quia sunt ioculatores. Deinde subdit Hii sequuntur agnum quocumque ierit. Ecce quia sunt de familia. Deinde concludit Sine macula sunt ante thronum dei. Ecce quia sunt domicelli et pincerne ante mensam dei. Secundo virginitatem multum zelat. Istud ostendit Jacobus in epistola ad lecta narrans sibi quandam ex nimis terribile et per certa testimonia virginem cupiens et virginis propositum et mirus desiderium esse sibi eadem nocte venit in sompnis venisse angelum terribili facie minuentem pendus hec verba frangentem tu ausa es viri imperium preferre cristo tu caput virginis dei tuis manibus sacrilegis attractasti que iam nunc arescit ut sentiat ex cruciata quid fecit et finito mense si perseveraveris ad inferna duceris. Si autem non perseveraveris in scelere et marito simul orbaberis et filiis omnia per ordinem completa sunt et seram nimis penitenciam velox signavit interitus. Sic ulciscitur cristus in violatoribus templi sui sic gemmas et preciosissima ornamenta defendit. Et Jeronimus Tercio deus virginitate multum premunit et exaltat que premunicio et exaltacio quanta sit respectu matrimonii et continentie melius ponderatur si horum comparacio ad invicem videatur quam quidem comparacionem Jeronimus assignat in epistola ad victorianam d. Audite et attendite quam coronam obtineat flos dignitatis virginee et libebit vos libentius per ea decertare. Sic enim locum suum habet virginitas castitas et coniugalitas ut sit virginitas aurum castitas argentum et coniugalitas eramentum ut sit virginitas divicie castitas mediocritas coniugalitas paupertas ut sit virginitas pax castitas redempcio coniugalitas captivitas ut sit virginitas sol castitas luna coniugalitas tenebre ut sit virginitas dies castitas aurora coniugalitas nox ut sit virginitas regina castitas domina coniugalitas ancilla ut sit virginitas patria

castitas portus coniugalis pela-
gus / ut sit virginitas cedrus, ca-
stitas cedratrix coniugalitas volunis
ut sit virginitas purpura nova
castitas coccinea .i. vestis inno-
vata coniugalitas lana / ut sit
virginitas novus homo castitas
anima coniugalitas corpus // Terci-
o decus virginitatis multum re-
muneratur et glorificatur hoc si-
gnatum est Apocalipsis 12 ubi dicitur
Signum magnum apparuit
in celo / mulier amicta sole et
luna sub pedibus eius et in ca-
pite eius corona stellarum duo-
decim Et in utero habens Ex quibus
verbis habetur quod decus virginitatis sertis
coronabit in capite Et ideo dicitur
In capite eius corona stellarum
duodecim Ornabit in corpore Et ideo
dicitur Quod erit amicta sole
Decorabit in sede et ideo dicitur
Quod luna erat sub pedibus eius
tamquam scabellum Et fecundabit
in prole et ideo dicitur Quod erat
in utero habens / Christum enim in u-
tero semper portabunt per gloriosam
fruitionem que habuerunt in
corde et corpore per devotionem /
Secundus thezaurus qui in isto
agro fuit inventus est argentum
sonore predicationis et ipsa beata
katherina fuit predicatrix glo-
riosa Argentum enim hic sonum
clarum delectabilem et movetur
quia movet appetitum ad sui
desiderium dicit Sanctus Augustinus in li-
bro de doctrina christiana quod doc-
tor apte debet et ipse audiatur
intelligenter libenter et obedienter
sive ut pateat ut placeat et
ut moveat Isto modo ista beata
virgo predicabat / docebat enim intel-

ligenter quia illuminabat intellectum
libenter quia inflammabat affectum
et obedienter quia inducebat ad
operationis effectum / Sic namque intelli-
genter audiebatur a philosophis et rethe-
ribus quod ad fidem sunt conversi
Sic libenter audiebatur a regina
et porphirio quod ad eius amorem
nimium sunt allecti Sic ab ipsis
et aliis omnibus audiebatur ~~audiebatur~~
obedienter quod sunt ad martirium
destinati // ista tria dicitur Nee-
mie viii° Legerunt in libro legis
dei distincte et aperte ad intelli-
gendum et intellexerunt cum legeretur
quia enim ipsa loquebatur distincte
ideo placabat seu placebat et
audiebatur libenter / quia loquebatur
aperte ideo movebat et audiebatur
obedienter Qui enim obscure docet
auditores movere non potest quia
loquebatur ad intelligendum ideo
patebat et audiebatur intelligen-
ter Tertius thezaurus qui in isto agro
.i. in beata katherina inventus
est aurum martirii de quo dicitur
/ Sapientie iii° Tamquam aurum
in fornace probavit illos etc.
Sicut enim aurum malleatur et non
frangitur Sic beata katherina
multa passa est supplicia et in
omnibus fuit constans et firma
voluit namque tyrannus ipsam
frangere per adversa .s. per dura
verba per duriora verbera et per
durissima supplicia / voluit ipsam
allicere per prospera promittendo se
sibi magnam divitiarum copiam
magnam dignitatis excellentiam
quia scilicet esset secunda post reginam magnam
et celebrem in toto mundo famam
quia scilicet statuam suam in foro erigeret

et eam ab omnibus adorari iubet
Sed ipsa nec adversis frangi potuit
nec prosperis emolliri et licet p[ri]m[u]m
certamen fuit magnum scilicet superare
adversa gaudia tamen semper fuit maius
se contempnere prospera Sicut audit
Tullius in libro quinquagesima [illegible]
d. Multi etiam adversas timent
prosperitatem non timent periculosior
autem est rebus animi quia adversa
corpori prius cum corrumpunt prospera
ut vincant quam frangant ad-
versa adulterium enim et homi-
cidium non fecit david quando per-
secutionibus agitabatur Erat enim
tanto in dei viam quanto videbatur
miserior at ubi prosperis erat
timor recessit timeant ergo
parum cum audierunt cecidisse
magnum qui eam non cecidit.
attendit vulneris magnitudinem
sed non desperet medicum potentem
ad te nathan prophetam non est
missus audi gementem mi-
serere mei deus secundum magnam
misericordiam tuam rogo ut peccatum
dimittas impunitum sed ut vo-
lo ut tu me punias ideo peto
ut tu cognoscas quia ego ag-
nosco et delictum meum contra
me est semper Illud enim posui
post dorsum meum non immemor
illius oblivioni omnis mee fuit post
me quando nathan missus est
ad me Sed propheta de dorso
meo abstulit et ante oculos
meos posuit deus quam abs-
condendum et sanandum vulnus
cordis eius ferramentum fecit
de lingua eius etc.

Sequitur Sermo quintus de sancta katherina et ultimus etc

Simile est regnum celorum the-
sauro abscondito in agro.
Mathei xiii. In omelia
presentis ewangelii regnum celorum
idcirco terrenis rebus simile dicitur
ut ex hiis que animus novit
surgat ad incognita que non
novit quatenus exemplo visibilium
se ad invisibilia rapiat et per
eam que usu didicit quasi con-
fricatus incalescat ut per hoc
quod scit notum diligere discat
et incognita amare Circa autem
istum thesaurum in agro abscon-
ditum quatuor sunt videnda
primo quare regnum celorum the-
saurus dicitur Secundo qualiter iste
thesaurus absconditur Tercio qua-
liter emitur Quarto qualiter
custoditur Circa primum notandum
quod regnum celeste thesaurus dicitur
ut ab omnibus desideretur Nam the-
saurus rebus desiderabilibus est
dicitur absconditus ut cum dili-
gencia inquiratur Dicitur in agro
positus ut de ipso acquirendo
spes ita habeatur Si enim esset in
orto vel in turri murata diffidere
de ipso habendo possemus at
per quam in agro patenti esse
dicitur offertur ut nobis aperte vi-
deamus quare regnum celeste
thesaurus dicitur seu vocatur No-
tandum est quod thesaurus fit de re-
bus preciosis nemo enim de palea
vel de lapidibus thesaurum facere
dicitur sed rebus caris Et sequitur
istud ad primum ex eo quod omne
preciosum est rarum et omne rarum
est preciosum unde Jeronimus Omne
quod rarum est magis appetitur Colle-
gium apud iudeos preciosius est

quam aurum efficit cetera de rebus
durabilibus non corruptibilibus
quia nemo de pomis vel de
fructibus facit thezaurum / efficit
cetera de rebus in multitudine
de rebus congregatis quia
una marca auri vel argenti
thezaurum non facit et quia bona
celestia sunt preciosa rara dura-
bilia et in multitudine congrega-
ta ideo regnum celeste thezaurus
vocatur / ista tria tanguntur Sap. vii
ubi dicitur divitias esse nichil
duxi in comparacione illius nec
comparavi illi lapidem preciosum
quia omne aurum in comparacione
illius arena est exigua et
tamquam lutum estimabitur argen-
tum Ecce qualiter illa bona ce-
lestia sunt preciosa in cuius com-
paracione omnis divitiarum copia
nichil est omnis lapis preciosus
inferior est omne aurum arena
est omne argentum lutum est Deinde
subdit / et super omnem speciem
dilexi illam Ecce quomodo illa bona
que sunt in celo rara sunt in
mundo rarum est enim in mundo
habere salutem in corpore et preciosi-
tatem in mente Si enim in cor-
pore quis habet sanitatem sta-
tim incurrit infirmitatem vel
mortem, si in anima habet pacem
statim a carne sedatur Si habet
speciem multiplici timore contur-
batur Si habet habundanciam divi-
ciarum vel spiritualem consolacionem
sibi cito in penuriam convertitur Sed
tunc efficit quod dicitur Ysa. 32
Sedebit populus meus in pulchri-
tudine pacis in thabernaculis fi-
ducie in requie opulenta Erit
enim corpus sedebit sine aliqua
mortalitatis perturbacione ideo
dicit Sedebit populus meus / tunc

in anima erit pax sine certamine
sedacione ideo subditur in pulchritu-
dine pacis Erit securitas sine
timore ideo subditur in thabernac-
ulis fiducie Erit opulenta sine
defectione ideo subditur in requie
opulenta / Propter ea Salomon oste-
dit quomodo bona celestia sunt dura-
bilia et eterna Cum subdit / pro-
posui pro luce habere illam quia in
extinguibile est lumen illius
Ultimo ostendit qualiter illa bona
celestia sunt multa et infinita
Cum subdit Venerunt michi omnia
bona pariter cum illa Et innume-
rabilis honestas per manus illius
infinitus est enim thezaurus illius
Secundo videndum est qualiter
iste thezaurus inventus absconditur
Circa quod sciendum quod duplex
est thezaurus scilicet materialis et spiritualis
Thezaurus spiritualis inventus non
absconditur sed statim restitue-
dus sicut dicit Augustinus in libro
quinquagenta omeliarum Quicumque rem
cuiuscumque invenerit tamquam
aliena cito restituet quia sine
dubio et ipse si perdidisset hoc
sibi ab alio fieri voluisset Si
quisquam ubi gratia invenerit in
via alicuius sacculum nummorum
debet reddere si nesciat cui non
se excusabit ignorancia si non
dominetur avaricia Deinde subdit
Augustinus Dicam quid fecerit quidam
pauper eo tempore quo sanctus Ambrosius
Mediolanensis erat episcopus ubi
tunc temporis erat Augustinus non divi-
tibus pauper quidam ille verus
et perfectus christianus invenit
sacculum ducentorum solidorum
Memor tamen divine legis propo-
suit pictacium publice ut qui illum

facultatem perdidisset ad eum venit ille
vero qui perdiderat plangens tanquam
ibat et pittacium legens et ad illud
venit et omnia signa diligenter expo-
nens peciam integre gaudens
recepit et inventori solidos viginti
obtulit Cum eum accipere nollet ut
decem et quinque solidos reciperet
exoravit Sed cum pauper qui inve-
nerat non acquiesceret ille stoma-
chatus precepit dicens nichil perdidi
si non vis nunc aliquid recipere qua-
le etiamen sit mei qualis tamen
men victus ille quod affectat
accepit et continuo totum pauperibus
erogavit et unum solidum in
domum suam non misit Considera-
te ergo fratres tam gloriosum
exemplum et tam mirabile factum
Hec autem Secundo est thezaurus
spiritualis et iste ab humana laude
est abscondendus sicut docet dominus
Math. v. Cum facis elemosinam
noli tuba canere sicut vane glo-
riosi Cum est quasi stultus
viator stultus seminator et
sicut stultus comestor est
cum sicut stultus viator de quo
sic dicit Gregorius in omelia in-
ventus thezaurus absconditur
ut servetur quia studium celestis
desiderii a malignis spiritibus
custodire non sufficit qui hoc
ab humanis laudibus non abscondit
In presenti enim vita quasi in via
sumus qua ad patriam pergimus
maligni autem spiritus iter nostrum
quasi quidam latrunculi obsident
depredari ergo desiderat qui the-
zaurum in via publica portat
hoc autem dico non ut proximi bona
opera nostra non videant sed ut
per hoc quod agimus laudes
querimus non queramus Est autem

fiat opus in publico quatinus inten-
tio maneat in occulto ut et
de bono opere proximis prebeamus
exemplum et tamen per intentionem
qua soli deo placere querimus
semper optemus secretum Est
etiam vane gloriosus sicut stul-
tus seminator qui semen quod
in terram spargit Sed cum ab humanis
gressibus non abscondit et id
totum ab hominibus transeuntibus conculcatur
et ab ipsis malignis spiri-
tibus devoratur Luce viii Aliud
cecidit secus viam et conculca-
tum est et volucres celi come-
derunt illud Est etiam vane glo-
riosus sicut stultus comestor qui
vult pascere se de vento Jeremie xxii
Omnes pastores tuos pascet
ventus Osee xii Effraym pas-
cit ventum Istud autem vicium vane
glorie magis infestat servos
dyaboli quam servos dei Crisostomus
super Math. Omnia pene mala
servos dyaboli vexant concupiscen-
tiam autem vane glorie non solum
servos dyaboli sed etiam servos dei
impugnat Magis autem servos
dei ubi enim res agitur gloriosa
ibi facilius invenit locum glo-
riationis occasio Et est illa be-
stia de qua dicitur Ysaie xi par-
dus cum hedo cubabit pardus
colorum varietate distinctus
vanam gloriam vanam gloriam
representat que stultam varieta-
tem sibi usurpat hec sepe ha-
bitat cum hedis non cum illis
hedis qui a sinistris ponuntur
sed cum illis qui in dei sacri-
ficio immolantur [illegible] videndum
est qualiter iste thezaurus emitur
Sicut dicit [illegible] Cum dicitur

vadit et vendit omnia que habet
et emit agrum illum. Habet domos
res temporales habet propinquos et
parentes habet corpus habet
et animam. Omnia ergo omnia
que habet vendit quando pro desiderio
regni celestis terrena contempnit, parentes deserit, corpus
morti exponit et animam rationi subicit. Isto modo beata
Katherina regnum celeste emit
quia cum esset filia regis terrenum
regnum et omnia mundana contempsit, matrimonium. Cum filios
et heredes habere potuisset vilipendit, corpus suum morti tradidit,
sensualitatem suam rationi et
precepto dei obedire coegit. Unde
potest dicere illud Jeremie xii: Reliqui
domum meam hoc quo ad contemptum regni terreni, dimisi hereditatem meam hoc quo ad contemptum cognatorum, dedi dilectam
animam meam in manibus inimicorum meorum hoc quo ad contemptum corporis et sensualitatis. Inimicus corporis fuit tyrannus, inimicus sensualitatis
est sermo divinus. Unde dicit Augustinus
in libro quinquaginta omeliarum: Sermo dei inimicus in ipso est. Amicus
tuus est, tu tibi eum inimicum
facis. Ille enim tibi vult bene, tu
tibi male; ille iubet non fureris,
tu furaris; ille iubet non adultereris,
tu adulteras. Facis contraria omnia
que dicis. Tu tibi facis sermonem
dei inimicum. Recte mirum quia tu
tibi es inimicus. Qui enim diligit
iniquitatem odit animam suam. Si
autem diligendo iniquitatem odisti
animam tuam, quid mirum si odisti

sermonem dei qui vult bonum anime
tue. Hec Augustinus. Quarto videndum
est qualiter ille thesaurus sit
inventus et sic emptus et conservatur.
Istud determinat Math. vi: Nolite thesaurizare vobis thesauros super
terram ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis
thesauros in celo ubi neque erugo neque tinea demolitur et ubi
fures non effodiunt nec furantur.
Ubi est enim thesaurus tuus ibi
est et cor tuum. Ex quibus
verbis habetur. Et etiam glosa tangit
quod thesaurus alius sit de metallis sicut de auro vel argento
et iste servandus est ab erugine.
Alius sit de vestimentis et
pannis preciosis et iste servandus
est a tinea. Aliquando sit de lapidibus preciosis et iste conservandus
est a furibus. De quacumque autem
re fiat thesaurus debet servari
in loco tuto et cum diligenti sollicitudine. Primo igitur thesaurus
gratie dei sit de auro et argento,
id est de dilectione dei et proximi,
et iste servandus est ab erugine
et ab avaricia et cupiditate.
Ubi enim regnat cupiditas ibi deficit caritas. Math. xxiiii°: Habundabit iniquitas scilicet cupiditatis et mundi et refrigescet caritas dei scilicet et proximi. De qua
iniquitate dicit Eccli. x: Nichil
est iniquius quam amare pecuniam.
Habet enim venalem animam
suam, quia in vita sua proiecit
intima sua. Duas iniquitates
facit avarus: una est quia dyabolo animam suam pro mundo
vendit et sic perdit dilectionem

dei. Alia est quia creditores
et consanguineos et amicos a se separat
et sic perdit dilectionem proximi.
In ista crumena avaricie thesau-
rum suum posuit servus ille ma-
lus qui talentum in terra abscondit
ut habetur Matth. xxv. In ista
crumena avaricie thesaurum
suum posuit dives ille ad cuius
ianuam iacebat Lazarus ulcere-
bus plenus de quo habetur
Luce xvi. Illa enim crumena consump-
serat in eo aurum argentum dilecti-
onis proximi quia pauperi non pro-
veniebat, et aurum dilectionis
dei quia deum in paupere contemp-
nebat. Unde dicit hic magister
quia noluit hic pauperi dare mi-
cam non meruit ibi accipere guttam.
Et qui pauperem noluit pascere
diviciis suis nunc pascit flam-
mas medullis suis et sicut
Petrus Ravennas. Modo nec pur-
pura defendit ipsum a frigore
nec byssus subtilis a calore nec
epule splendide ab eterna esurie
nec verba iactancie ab adustione
lingue. Secundo fit thesaurus de
vestimentis et iste conservandus
est a tinea. Per vestes intelli-
guntur virtutes de quibus dicitur
Ro. xiii. Induamini arma lucis
sicut in die honeste ambulemus.
Per tineam intelligitur luxuria.
Tinea cum nascitur de veste
plicata et quiete quia luxu-
ria oritur de carne deliciis nu-
trita et ocio resoluta. Et sicut
tinea vestimentum corrodit
sic luxuria omnes virtutes anime
et bona opera annichilat et con-
sumit. Sicut consumpserat

omnem substantiam suam cum meretricibus
et virtutem in illo filio prodigo
qui vixit luxuriose de quo ha-
betur Luce xv. Ista namque tinea
consumit et corrodit in homine
corpus et animam et temporalem
substantiam. Eccl. ix. Non des forni-
cariis animam tuam in nullo
ne perdas te et animam tuam
et hereditatem tuam. Legitur 2 Reg.
13 quod Amon regis filiam unam
amor incestus David perdidit ve-
stes usque ad talos quia sepe
dixi aliquis in multis vestibus virtutum
sic perdidit quod in eis apparet
manifesta incontinencia quia
luxuriam exercet sine verecundia
iuxta illud Ieremie iii. Frons
mulieris meretricis facta est tibi
et noluisti erubescere. Et sunt
plerique qui vestimentum volunt
novum immittere in vestimentum
vetus hoc est volunt iungere no-
vitatem vite cum vetustate culpe
sicut sunt illi qui ieiunant
et elemosinas faciunt et tamen
carnis viciis non resistunt contra
quos dicitur Matth. ix. Nemo mittit
commissuram panni rudis in
vestimentum vetus. Tercio thesaurus
fit de lapidibus preciosis id est operibus
virtuosis et iste est conservandus
a furibus id est a demonibus ne forte
vicio superbie universa furentur.
Sed de multis potest dici illud
Osee vii. Ingressus est spolians
latrunculus foris. Dyabolus enim
per vicium elevacionis sepe ingre-
ditur ad animam et furatur inde
omnia bona proposita unde confunditur
contra et furatur omnia bona opera.
Ideo monemur Eccl. vi. Non te

ac tollas cogitationem anime
tue velud thezaurus ne forte
alidatur virtus tua per stulticiam
Istud refertur ad fructum compositorum
et virtuosorum et folia tua deci-
dant istud eciam refertur ad fruc-
tum bonorum et fructus tuos
perdat Istud refertur ad fructum
bonorum operum et relinquaris
velud lignum aridum in heremo
id est sine humore interioris gracie
sine foliis locucionibus bone et
sine fructu operacionibus virtuose
Quarto thezaurus spiritualis conser-
vari debet in loco convenienti
scilicet in celo sive cum quis aurum
et argentum et dileccionem dei
et proximi habeat sive vestes
virtutum possideat sive lapides
preciosos bonorum operum teneat
totum perdit nisi in celo rectam
intencionem reponat Sicut phari-
zeus bona sua perdidit quia
ea non in celo sed in humana
laude reposuit ut habetur Luce
xviii° Crisostomus ubi ponis tuam
collectam ubi patriam habes qui
cum congregat thezauros in terra
non habet quid expectet in celo ut
quid erga respicit in celum ubi
nichil habet repositum quid michi
est in celo et a te quid volui
super terram Quarto thezaurus debet
servari cum sollicitudine diligen-
ti Unde dominus concludit ubi est
thezaurus tuus ibi est et cor
tuum Quia cum reposuit thezau-
rum suum in celo cor suum
id est studium et desiderium suum
debet esse in celo iuxta illud
psalmiste Ad te levavi oculos
meos qui habitas in celo/

Ecclesiastici xxviiii Pone cor tuum in pre-
ceptis altissimi et proderit tibi ma-
gis quam aurum Ideo ille servus
qui posuit suum talentum in sudario
id est in torpore et ocio est a domino
reprobatus ut habetur Luce xix Si
quis habet thezaurum in vase fic-
tile preparet valde sollicitus esset
Sic sollicitus erat apostolus qui dice-
bat ii Cor iiii° Habemus the-
zaurum istum in vasis fictilibus
Sed quia sunt multi qui thezau-
rum istis modis non custodiunt
Ideo dicitur Jacobi v Agite nunc
divites et plorate ululantes in
miseriis vestris que advenient
vobis etc. Quia cum sunt multi
qui aurum et argentum dileccionis
dei et proximi non custodiunt ab
erugine avaricie ideo dixit aurum
et argentum vestrum eruginavit
et quia sunt multi qui non custo-
diunt vestes virtutum a tinea lu-
xurie Ideo dicit et vestimenta
vestra a tinea comesta sunt
quia sunt alii qui lapides pre-
ciosos bonorum operum non custodiunt
sed eos a demonibus permittunt
Ideo dicit ululantes in miseriis
vestris debent cum ululare contra
demones qui sunt lupi rapaces
quia vero alii sunt qui thezau-
rum suum non reponunt in celo
per intencionem rectam sed in
terra ubi putrescit per laudem
humanam ideo dicit Divicie ve-
stre putrefacte sunt et qui sunt
alii qui thezaurum gracie per negli-
genciam suam perdunt contra quos
irascitur dominus sicut natus fuit
contra servum pigrum qui talentum
suum posuit in sudario id est in torpore

et octo ut habetur luce xi. Ideo
fundit thezaurum satis volubi-
liter in navissimis diebus beata
aut katherina thezaurum
gratie conservavit ab erugine a-
varicie quia omnia terrena con-
tempsit a tinea luxurie quia vir-
ginitatem servavit a furibus superbie
quia magne humilitatis extitit
ab humana laude quia in omnibus
rectam intentionem habuit a ne-
gligentia et torpore quia circa
cultum dei fervens et sollicita
semper fuit etc.

Sermo primus de corpore cristi

Ibo et reducam archam cum
benedictione in domum meam
2 Regum vi. Ut hodiernam
solempnitatem venerabilissimi
sacramenti congruis laudibus
extollamus dignum et est iustum
ut verbum devote et attente au-
diamus pro ipsius sacramenti co-
mendacione et nostra spirituali edifi-
catione. Quantum autem deus offendatur
quando verbum dei negligenter auditur
patet per beatum Augustinum et ponitur
in canone i. q. i. Interrogo ubi
dicit interrogo vos fratres et soro-
res dicite michi quid vobis plus
videtur corpus cristi an verbum cristi
si vultis verum respondere hoc di-
cere debetis quod non sit minus verbum
dei quam corpus cristi. Et ideo
quanta sollicitudine observamus
quando nobis corpus cristi ministratur
ut nichil ex ipso de manibus
nostris in terram cadat tanta sol-
licitudine observemus ne verbum
dei quod nobis erogatur dum
aliud aut cogitamus aut loqui-
mur de corde nostro depereat quia
non minus reus erit qui verbum
dei negligenter audierit i. audi-
tum neglexerit quam ille qui cor-
pus cristi sua negligentia in
terram cadere permiserit et ponit
exemplum racionem dicens. Quia verbum
dei i. predicatio plures convertit et
plus facit quam sumpcio hominem
ita ut omnia mortalia peccata
per eam tollantur. Sed per corpus
cristi tantum venialia tolluntur
immo corpus cristi solum modo
iustis proficit sed verbum dei
omnibus peccatoribus. Constat autem
quod multi sunt qui singulis diebus
corpus cristi indigne recipiunt et verbum
dei nunquam audire volunt. Quantum
honorem sit precium patet ex eo quod
causam salutis eterne negligenter
querunt iuxta illud Johannis vi.
Domine ad quem ibimus verba vite
eterne habes i. que sunt causa
salutis eterne dixit Petrus ad
ipsum. Ut ergo ipso digne et deo
placabiliter communicare et vobis sine
negligentia audire hoc est verbum
perfecte verbum dei valeamus rogemus
ipsam ipsam que est mater verbi
ut aliqua verba nobis ministrat
per quem ipsius verbum quod in principio
erat apud deum per quod omnia
facta sunt et quod pro nobis
caro factum est et ipsam matrem
ubi aliqualiter laudare possimus
d. Ave maria. Ibo et reducam
archam etc. Ut supra hystoria nota
est. Per archam cum suis capitulis
Hebre. ix. que fuerunt tria videlicet
tabule legis urna aurea habens
manna et virga aaron que fron-
duerat sive floruerat figuraliter
cristus in quo fuit triplex natura
veram in thabulis legis apte fi-
guratur. Verbum eternum quia sicut
tabule legis continebant legem
scriptam digito dei sic verbum
eternum quod est quedam formalis

impressio mentis patrie tantam tan-
tum sapiam dei patris in vrna
aurea habente manna signatur
anima cristi que recte dicitur aurea
propter caritatis fulgorem quam in
gradu perfectissimo possedit et
dicitur continere manna contersua-
nitatis dulcorem quia consuetu-
dinis dulcedinis super omnes cre-
aturas habuit ab instanti sue con-
cepcionis In virga vero aaron signatur
seu signatur natura corporea cristi
quia sicut illa virga supernaturaliter
floruit sic natura corporea cristi
fuit supernaturaliter concepta et forma-
ta et verbo eterno vnita in hoc
ergo sacramento presencia debuit requiri
precium nostre redempcionis propter
cuius excellenciam et dignitatem
quod quidem sacramentum continet archa
federis dicitur quia cristi incarna-
cio fuit sanctis patribus multipli-
citer repromissa et multiplici federe
promissionis roborata hiis sic
premissis in verbis propositis duo sunt
notabiliter consideranda primum
est angelus devote anime volunta-
rium laudis obsequium conformis
filio exhibendi ibi Ibo et re-
ducam secundum est eiusdem anime
magnum cum filio conformis con-
iunctionis desiderium ibi In do-
mum meam propter primum est nota-
dum quod septem genera hominum
hodie vadunt conducunt archam id est
corpus cristi cum benediccione
et laude devota qui signantur
per septem choros qui erant cum da-
uid in conductu arche et significat
Vnde ibidem legitur et licet hii omnes
forte voluntarie eant tamen ut
credo diuersis respectibus vnam quid
vadunt propter timorem ut primus
per dominum memorauit illud

verbum illud Ecce qui elongant
se a te peribunt et illud Iere-
mie Omnes qui te derelinquunt confundantur
recedentes a te in terra scribentur
hii timore coguntur ut cristo
seruiant et ipsum sequantur Sicut
pater cogit filium ut sibi obediat
vel aliquis dominus cum magna
seueritate cogit famulum ut
sibi diligenter seruiat hic timor
quamuis non sit meritorius iuxta
illud Augustini in epistola qui gehennas
metuit peccare quod metuit se ar-
dere ille autem peccare metuit qui
ipsum peccatum sicut gehennas odit
duo tamen bona operatur primo ca-
ritati viam preparat Ecclesiastici primo Initium
sapiencie timor domini Cassiodorus
de institucionibus monachorum princi-
pium nostre salutis ac sapiencie
est timor domini secundo de timore
domini nascitur compunctio de compunctio-
ne cordis procedit abrenunciacio
et nuditas et contemptus omnium
facultatum de nuditate humilitas
procreatur de humilitate mortificacio
voluptatum generatur de voluptatum
mortificacione extirpantur atque
marcescunt vicia vniuersa de
viciorum expulsione virtutes
cordis acquiruntur de cordis puritate
apostolice caritatis perfectio possidetur
Secundo timor a peccato retrahit
saltem metu pene Ecclesiastici primo Timor
domini expellit peccatum vi. Aug. solil.
xix. Scrutare temetipsum homo
cordis tui secreta perscrutare
si deum times te deprehendis per-
fecte constat quia sapiam plenius
est quam si ad quod cognoscere
non potes quid sit in se iam
cognoscis intimum quid sit in
te ille quippe vim diuini timoris

veraciter intelligi qui se a cunctis pra-
vis operibus custodit Cassiodorus super psalmum
Cum audis quod deus timendus dulcis
est attende quid timeas ut amor
parit et timor dei exercitatus lege
eius custodias Quidam vadunt propter
primissimum lucrum ut mercator per
matrimonium memoratus illud
Eccl viij° Qui me invenerit inve-
niet vitam et hauriet salutem
a domino dicentes illud Inclinavi
cor meum ad faciendum etc. / quia
nisi tribulatione in talibus a deo ex-
pectaverunt per ipsum in terris ullo
ambularet et cogitant contra illud
Jeronimus Qui dicat impossibile est
ut quis fruatur presentibus et futuris
bonis ut hic ventrem illic mentem
impleat de diviciis ad divicias
transeat Sed tamquam boni negociato-
res abiectis omnibus mundanis pre-
ciosam margaritham sibi compa-
rant ut in eternum divites fiant
Quidam vadunt propter solutionem
ut debitor per creditorem dicentes
Convertere anima mea in requiem
tuam quia dominus benefecit tibi
Et illud Benedic anima mea domino
et noli oblivisci omnes retribu-
tiones eius homo tenetur solvere
domino scilicet de beneficiis receptis gra-
ciarum actionem Cris. in simbolo
Admoneo vos ut semper dominum be-
nedicatis si venerint mala be-
nedicite et dissolventur mala sive
Si venerint prospera benedicite et per-
severabunt Cassiodorus Michea inter-
dum saepe qui collata bona ne probare
dimittere qualiter aut debemus deo
gracias agere docet Augustinus dicens Cetera
exterius bene agere et laudasti
deum quando caritas impium lau-
das deum sed lingua quid agit ut
laudat et conscientia si cessas
ab impius cantanda discedis et
recitasti noli inebriari et laudasti
deum quando non cessas bene vivere
laudas deum quando a iusticia et
ab eo quod ei placet declinas Secundo
tenetur homo deo solvere de commissis
peccatis satisfactionem unde Augustinus
Ad agendam penitentiam non sufficit
mores mutare in melius et a ma-
lis factis recedere nisi et de hiis
que facta sunt satisfacias deo
per penitencie dolorem per humili-
tatis gemitum per contriti cordis sa-
crificium cooperantibus elemosinis atque
ieiuniis et hoc ideo secundum
Jeronimum pericula maris spes lucri
delectat dolorem / medicine spes
sanitatis mitigat / qui desiderat
nucleum frangit nucem et primas
agat Qui vult eterno adherere bo-
no hoc aut deo scilicet gratiarum actio
et satisfactio plenissime in sacra-
menti digna perceptione persolvitur
Quidam vadunt propter sanationem
ut infirmus per medicum Sed adiutum
illud Eccl xxxviij° Honora me-
dicum propter instantem necessitatem
Sed sicut medicina corporalis non
valet nisi ad ipsum bene sumendum
bene preparato sit nec medicina spiritualis
Medicina autem corporalis non proficit
Ergo propter pacientis inobedienciam
propter nimiam egrotacionem et propter inep-
tam applicationem Primo hec medicina
non prodest medico non obedienti i.
christo qui omnibus veluti bonus
medicus unam eternam dietam insti-
tuit scilicet observanciam mandatorum
Math xix Si vis ingredi ad vitam
serva mandata Jeremie xv°

Quare factus est dolor meus per-
petuus et plaga mea desperabilis / certe
qui renuit curari scilicet propter habun-
danciam peccatorum cristo vero medico
non obediendo Item nec prodest nimiis
cibis .i. abstinentiis et in malo ha-
bitudinis Treni .ii. Magna est enim
velud mare contricio tua quis me-
debitur tui Item propter ineptam
applicationem multi enim multa de genere
bonorum faciunt Nam orationes
fundunt monasteria construunt
et largas elemosinas largiuntur
Sed quia familiariter non faciunt
propter deum sed propter humanas laudes
et propter bona temporalia obtinenda ideo
inepte et indebite medicinam
sumunt Unde Jeremie viii° pecca-
vimus domino et expectavimus pacem
et non erat bonum tempus medele
et ecce formido Est enim
in hac vita caro fortis contra
animam anima non debilis et in-
firma quia caro est hic in patria
sua ideo est audax contra spiritum
quasi canis contra extraneum
seu contra extraneum in proprio domo
de hoc vide Johannem super Math
et require in Jacobino de sancto
et in parte estivali filio .l. 8i
lia 8 / De hac medicina dicit
augustinus de agone cristiano capitulo
ix Hec medicina hominis tanta
est quanta non potest cogitari Nam que
superbia sanari potest si humilitate
filii dei non sanatur postremo
que timiditas sanari potest si re-
surrectione corporis cristi non sana-
tur Et quia cottidie peccamus ideo
cottidie debemus hanc spiritualem
medicinam accipere Iuxta illud
Augustinum accipe cottidie quod
cottidie tibi prosit sic vive ut me-
rearis accipere Et illud Ambrosii
quocienscumque effunditur sanguis
cristi in remissionem peccatorum effun-
ditur debes semper illum accipere et
semper michi peccata dimittentur
et semper pecco semper debeo habere
medicinam Secundum vadunt propter
refectionem ut famelici per cibum
corporalem Nam hoc sacramentum corporibus
cibus dicit Johannes vi Caro mea
vere est cibus et sanguis meus
vere est potus Iste autem verus
cibus est qui habet effectum cibi et
vere saciat Sed caro mea et sangu-
is meus vere saciat ducit enim
ad vitam eternam ubi non est esu-
ries neque sitis Augustinus in omelia
Igitur habet effectum veri cibi vi
Augustinus Cum cibo et potu illud
homines appetant ut non esuriant
neque siciant hoc veraciter non
prestat nisi iste cibus et potus qui
eos a quibus digne sumitur
immortales et incorruptibiles
facit Sicut autem cibus corporalis
repellit debilitatem et dant
operandi fortitudinem et mutatur
in carnem sumentis et sangu-
inem Sic iste cibus spiritualis car-
nis infirmitatem et anime re-
pellit temptationes mitigat et
hoc si homo fuit sine peccato
et in gracia constitutus Sicut enim
mortuo cibus corporalis Sic care-
ti gracia cibus spiritualis nichil pro-
dest sed magis obest / non cibi
natura sed recipientis peccato
et malicia .i. Cor xi. Qui enim
manducaverit panem vel biberit
calicem domini indigne reus erit
corporis et cetera Crisostomus Sicut cibus cor-
poralis cum ventrem invenerit
adversis humoribus occupatum amplius
ledit magis nocet et nullum pre-
stat auxilium Ita iste spiritualis

cibus si aliquem repiet malicia pollutum magis eum perdit non sui natura sed vicio accipientis Iste confortat ad bene operandum psal9 panis cor hominis confirmat In cuius fortitudine malis resistimus Quid cum essemus nos aut que fortitudo nra ut in quibuslibet adusitatibus huius presentis maris nos impugnantibus pacient agere Si non de virtute huius cibi confortati valeamus sustinere Vn de quolibet sic confortato dici possumus illud prouerb Vir cum quo deus deo in secum commorante confortatus est Vnde sicut panis materialis membris corporis incorporatus corpus fortificat ad agendum et sustinendum et resistendum Sic panis iste diuinus autem lectificat ad resistendum malis et agendum bonum et ad sufferendum aduersa quia sicut sine eo nichil possumus sic cum eo omnia possumus ut vere dicere possumus illud apostoli Repletus sum fortitudine spiritus domini et iudicio et virtute Quid cum non pt qui deum habet adiutorem qui omnia pt et ideo quociens in bonis operibus lassamur malis impugnamur aduersitatibus tribulamur inuocemus eum quippe et liberabit nos ipse enim est de quo dicit psalmus Ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue semper in sacramenti sumpcione Si tamen quenienter fuimus preparati Item in eo quod cibus corporalis mutatur in carnem et sanguinem sumentis fallit comparacio quia hoc sacramentum digne

sumptum non mutatur in sumente sicut cibus corporis sed sumentem in se mutat virtute supernaturali Vn dictum fuit Aug° Cibus sum grandium cresce et manducabis me nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue sed tu mutaberis in me Quidam vadunt per ipsum christi possessionem ut heres per patrem suum siue tutorem dicentis illud verbum filii prodigii Luce xv pater da michi porcionem substancie que contingit semper in celo quia tales cognoscunt se exules et peregrinos in terra Ideo dicunt illud apostoli nra conuersacio in celis est quia plerumque contingit ut quis assequatur hereditatem per imitacionem paternam Et deus sui ipsius dispensacionem dignatur dici et esse pater noster Quicumque ergo hunc patrem operibus et moribus imitatur vestigiis patris per omnia inherentes mito et sui patris pervenient hereditate Est aut duplex mutacio scilicet in operibus et in moribus In operibus sit quando filii eundem faciunt opera que et pater Sic qui christum imitantur eadem opera paupertatis austeritatis et similia que ipse fecit prius cognouerunt imitari tenentur eum quod hortatur dominus dicens Iudicum v Quod me videtis facere omnes facite Joh 13 Exemplum dedi vobis et hij qui tales sunt peruenient ad hereditatem Vn eis dicitur illud prouerbi Respicite domum et custodi viam eius semper ipsum imitando exaltabit te ut hereditate capias terram Alij imitantur deum non solum eadem opera faciendo sed et in operibus ei assimulando qui cum plenus sit

virtutibus et omnium virtutum radicalis
origo ei assimulantur in virtutum
assecucione pervenunt ad heredita-
tem eternam Iuxta illud mansue-
ti autem hereditabunt terram Secundo
valent propter dulcem amorem ut spo-
sa post sponsum dicentes illud Cant.
iii Surgam et circuibo civitatem
querens quem diligit anima mea
paululum cum pertransissem ego inveni
quem diligit anima mea tenui eum
nec dimittam hii non respiciunt
ad propriam utilitatem nec ad re-
tribucionem nec aliquid superius po-
sita Sed propter castum et purum amo-
rem et simpliciter propter deum seu
propter dei bonitatem redunt post
illum dicentes illud ps. Michi quid
enim michi est in celo et a te quid
volui super terram defecit caro mea
et cor meum deus cordis mei et
pars mea deus in eternum et ista
via secundum Bernhardum nemo dampnabitur
Sine ista via nemo salvabitur Am-
brosius Omnia habemus in cristo et
omnia nobis est cristus Si vulneris
curare desideras medicus est Si
febribus estuas fons est Si grava-
varis in iniquitate iusticia est
Si indiges auxilio virtus
est Si mortem times vita est Si
tenebras fugis lux est Si celum
desideras via est Si cibus alimen-
tum est Bernhardus Qualem te
exhibes deo talem oportet ut ap-
pareat tibi deus etc. Sequitur
Sermo de sancto andrea

Candidiores sunt nazarei eius
nivee nitidiores lacte rubicun-
diores ebore antiquo zaphi-
ro pulchriores Tren. iiii^o Ista
verba spiritualiter de sanctis apostolis intelligi

puntur et ideo ad laudem eorum
cantantur quia cum fuerunt viri na-
zarei domini interpretantur enim naza-
rei separati et hoc competit eorum
electioni Secundo a cristo separati fue-
runt a tota massa humani generis
Iohannis vi Ego vos xii elegi
Iterum Iohannis xv vos elegi
de mundo Queritur quare salvator
elegit discipulos suos sub numero duode-
nario Respondetur propter tres raciones
Prima est ad significandum quod
fidem sancte trinitatis in quatuor
partibus mundi erant predicaturi Secunda
est quia cristus erat verus dies
et sicut dies habet xii horas
ita cristus voluit habere xii apostolos
qui tamquam horae diei totum mundum
illuminarent Cristus namque vocat se
diem et apostolos horas Iohannis xi
Nonne xii sunt horae diei Sic
enim respondit volentibus ipsum
autem ne iret in iudeam atque dicat
Sicut horae sequuntur diem et non
econverso ita vos debetis sequi volun-
tatem meam et non ego vestram
Tercia racio est ad ostendendum
quod in apostolis debuit esse excellencia
vite et perfectionis Est enim numerus
diminutus perfectus et superhabundans
diminutus est cuius partes aliquo
te non constituunt ipsum totum sicut
est denarius perfectus est cuius
partes constituunt sicut senarius
Superhabundans est cuius partes
excedunt Sicut duodenarius
Est eciam triplex perfeccio que con-
sistit in preceptis et est laycorum
comparacionis et excellencie que
consistit in eminencia vite in
comparacione ad laycos et ista est

clericorum qui maiorem debent habere
perfectionem quam laici Supereminencie
que consistit in observatione consiliorum
et est religiosorum perfectio igitur
sufficientie que est laicorum signi-
ficatur per nummum diminutum quia illa
perfectio multum deficit a vera perfec-
tione / perfectio comparationis et excellen-
tie que est clericorum significatur
per nummum perfectum / perfectio supere-
minentie que est religiosorum signi-
ficatur per nummum excrescentem Voluit
igitur christus eligere apostolos in nummo
diminuto vel perfecto sed superabun-
danti ad significandum quod non debeant
esse contenti in perfectione sufficien-
tie vel excellentie sed etiam super-
eminentie Sed dicet quis Et in quo
perfectio supereminencia que fuit
in apostolis et esse debet in omnibus
apostolorum imitatoribus consistit in
observantia consiliorum Que igitur
sunt ista consilia per brevem declara-
tionem huius materie / de consiliis est
notandum Quod thomas lib. 3 contra
gentiles dicit optimum hominis est ut
mente deo adhereat et rebus divi-
nis Impossibile autem est ut homo
intense circa diversa occupetur Ideo
ad hoc ut homo liberius in deum
feratur dantur consilia in lege divina
quibus homines retrahuntur ab occupa-
tionibus presentis vite Verum a cura
rebus terrene vite possibile est hoc
autem non est necessarium homini ad
iusticiam ut sine eo iusticia esse
non possit Sed cum virtus et iusti-
tia tolluntur si homo secundum ordinem
rationis corporalibus rebus utatur
et terrenis ideo [struck] huiusmodi
secreta* admonitionis dicuntur
consilia non precepta in quantum suadetur

x dine

homini ut per meliora minus bona
pretermittat / occupatur autem humana
sollicitudo circa tria secundum communem
modum humane vite primo circa
personam propriam quid agat aut ubi
consistat Secundo circa personas
sibi coniunctas ut circa uxorem et
prolem / Tertio circa res exteriores procu-
randas quibus ad vite sustentationem
indiget Ad amputandum igitur
sollicitudinem circa personam propriam
datur consilium obedientie per quam
homo dispositionem suorum actuum
superiori [struck] committit Ideo
dicitur Ad hebreos ultimo obedite prepo-
sitis vestris et subiacete eis ut
si cum vigilant quasi rationem
reddituri pro animabus vestris Ad am-
putandum autem [struck] datur consilium
virginitatis et continentie Ideo
dicitur j Cor. vij De virginibus
autem preceptum non habeo consilium
autem do Causam consilij assignat
Qui sine uxore est sollicitus est
que sunt domini ut placeat deo
Qui autem cum uxore est sollicitus
est que sunt mundi et quomodo
uxori placeat et divisus est
Ad amputandum etiam datur
consilium paupertatis scilicet ut homo
res terrenas abiciat quibus animus
hominis implicatur Ideo consiliarius noster
dicit Math. xix Si vis perfectus esse
vade et vende que habes et
da pauperibus et sequere me / et ista
summa perfectio humane vite in
hoc consistit quod mens hominis
libere deo vacet et ad hanc
vere mentis vacationem predicta
tria videntur disponere Ideo ma-
xime videntur pertinere ad statum
perfectionis non quod ipsa sint perfectio

sed sunt quedam dispositiones
que in hoc consistit ut deo libe-
rarer vacet. Quod expresse ostendit verba
Salvatoris de consilio paupertatis dicen-
tis Si vis perfectus esse, vende omnia
que habes et subditur Et sequere me quasi
vitam perfectionis in sua sequela
constituens. Quia igitur dicta tria
sunt dispositiones ad perfectionem
et effectus et signa Communiter
dictis tribus intenti dicuntur esse in
statu perfectionis ideo eorum professo-
res dicuntur religiosi quasi iterum
ligati primo preceptis ad que omnes
tenentur de necessitate salutis/
Secundo consiliis et sic se deo et sua
per modum cuiusdam sacrificii dedicat
quantum ad res per paupertatem/ quantum
ad corpus per continentiam/ quantum
ad voluntatem per obedientiam
Hec sanctus Thomas in hiis igitur
consistit perfectio supereminentie que
fuit in apostolis Unde petrus in
persona omnium apostolorum Ecce nos re-
linquimus omnia et secuti sumus
te Math. xix. ca° Et ideo dicuntur
nazarei quasi separati scilicet a mundo
et supereminentem perfectionem Secundo
interpretantur nazarei quasi consecrati
et hoc competit eorum prelationi Con-
secrati ergo sunt in reges et pas-
tores universe terre Apoc. v. fecisti
eos nobis deo nostro regnum et sacer-
dotes et regnabimus super terram
psalmo Constitues eos principes
super omnem terram Et quo ad hoc
quadam spirituali prerogativa pre-
ceteris sanctis facti sunt amici
Ihesu cristi qui est primus et prin-
cipalis princeps universe terre iuxta
celice cuius ipsi sunt constituti
principes et assessores venturi
iudicis Math. xix In regeneratione
illarum horum consecratorum ministra
prerogativa competam ad mirandus

in spiritu ait Nimis honorati
sunt amici tui deus nimis con-
fortatus est principatus eorum
scilicet nazareorum consecratorum Sacrum
consecratus idem est quod sanctus
id est confirmatus vel confortatus
Dicuntur ergo specialiter amici dei
propter quatuor causas/ prima quia
secreta dei clarius quam aliis
revelata sunt Revelatio autem
secretorum signum amicitie est Johannis
xv. Vos dixi amicos quia
omnia que audivi a patre nota
feci vobis Math. xi Revelasti
ea parvulis id est apostolis Luce viii°
Vobis datum est nosse misterium
regni dei/ ceteris autem in parabolis
Secunda quia voluntatem suam
divine voluntati plenius conforma-
verunt Idem autem velle demum
idem nolle firma amicitia est
Actuum iiii° Erat illis cor unum
et anima una/ Tertia mandata
dei perfectius impleverunt
Impletio autem mandatorum
signum est amicitie Johannis xiiii°
Si quis diligit me sermonem
meum servabit Item Johannis xv°
Vos amici estis si feceritis que
precipio vobis Quarta dicta amo-
ris id est spiritus sancti copiosius
receperunt Actuum ii Repleti
sunt omnes spiritu sancto/ sed co-
mmunicatio donorum est signum
amoris id est spiritus sancti que
hominem disciplinatum faciunt
Isti amici nazarei dicuntur Hono-
rati primo invocatione/ 2° in per-
fectione De hiis duobus iam
tactum est Tertio in miraculorum
operatione Luce ix/ Dedit eis po-
testatem super omnia demonia
et ut languores curarent unde
Act. Quorum precepto subditur
salus et languor omnis/ Quarto

in iudiciaria potestate Math xix sedebitis etc. Unde canit ecclesia vos secli iusti iudices etc. primus honor fuit magnus / secundus maior, tercius maior quartus nimius Ideo dicit nimis honorati sunt amici sunt aut principatus eorum confortatus in quatuor primo in bello philosophorum et tyrannorum quos verbis et miraculis ad fidem orthodoxam converterunt ysaie xlix Reges videbunt et adorabunt principes etc. Psalmus Reges terre congregati sunt convenerunt in unum ipsi videntes sic ammirati sunt etc. Secundo in prelio phylosophorum quos disputationibus suis confuderunt et conuicerunt i ad Cor i perdam sapientiam sapientium Tercio in prelio temptacionum quas vicerunt ij ad Cor ij Ut non circumveniamur a sathana etc. Quarto in preliis penarum quas paciebantur et libenter et tristia portaverunt Sed ad Cor ij Gloriamur in tribulationibus nostris prima confortatio magna secunda maior tercia maxima Sed quarta nimia Ideo dicit nimis confortati etc. Quia ergo sicut dicitur nazarei i consecrati hoc est confortati seu confirmati Tercio nazarei interpretantur floridi et hoc competit eorum conversationi in qua ipsi quasi flores rosarum et lilia qualem de se bonum odorem dederunt Cor ij Cristi bonus odor sumus Et non tantum bonum pro se odorem sed multiplicem produxerunt fructum et ideo in orto ecclesie positi fuerunt et ibi complantati ut fructificarent Jo xv Posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat super quo dicit hildebrandinus / posui

vos pauperes ad invenientem gloriam Jac ij Nonne deus pauperes elegit pauperes in mundo divites in fide etc. Posui vos simplices ad tantam notitiam i Cor i Que stulta sunt mundi elegit deus Posui vos impotentes ad tantam victoriam primo Cor i Infirma mundi elegit deus ut confundat fortia Et ideo dicuntur belli triumphales duces celestis aule milites Posui vos scilicet ego auctoritatem habens non mundus non caro non dyabolus Hebr v Nec quisquam sumat sibi honorem sed qui vocatur a deo tamquam aaron Posui scilicet mundi contemptores Math xix Ecce nos relinquimus omnia celestem conversationem habentes ad Phil ij Nostra conversatio in celis est amatores zelatores Cor xv Non quod vici sed vos Eundem quo non quero lucrum sed fructum Posui vos ut eatis certe officij difficultas non ut quiescatis veluti pigri prius v Discurre festina suscita amicum tuum Item ut eatis non ut equitetis velud ambiciosi Math vi Euntes in mundum universum Item ut eatis non ut fugiatis velud timidi de quibus psalmus Trepidaverunt timore ubi non erat timor Posui vos ad utilitatem ut fructum afferatis horum fructuum allatio prefigurata est in duodecim patriarchis filijs Jacob Gen xliij Sumite de optimis fructibus terre et ferte viro munera Item prefigurata est Num xiij per duodecim exploratores qui afferebant de fructibus terre promissionis Posui vos ad magnam iocunditatem scilicet fructus vester maneat/

vester .i. a me vobis preparatus Ioh. xiiij. vado parare vobis locum. Math. xxv. percipite regnum paratum vobis ab origine. Item vester id est vobis a me promissus Luce xij. Nolite timere pusillus grex quia complacuit patri vestro. Math. xi. Venite ad me omnes qui laboratis etc. Item vester .i. vobis pro labore reddendus Math. xx. voca operarios et redde illis mercedem. Item vester .i. a vobis desideratus Ysaie xxvi. Anima mea desideravit te in nocte. Fructus iste est vita eterna que quia mensura dicitur Iohannis xv. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. De hoc fructu dicitur Apok. xxi. lignum affert fructus duodecim .i. duodecim gaudia. Quorum duo erunt ex parte dei scilicet visio divinitatis et humanitatis. Duo ex parte societatis scilicet societas angelorum et sanctorum. Duo ex parte nostra scilicet glorificatio anime et corporis. Duo ex parte loci scilicet pulchritudo et magnitudo. Duo ex parte eternitatis scilicet firmitas et stabilitas. Duo ex parte inferni scilicet exclusio malorum et exclusio beatorum. Ecce multiplex fructus quo ad ipsos met nazareos et quo ad nos. Ideo digne dicuntur nazarei .i. floridi qui cum sanctitatem florentes in isto odore homines refecerunt et sic uberrime fructificaverunt. Quarto nazarei interpretantur uncti et hoc convenit eorum consecrationi quia in die penthecostes fuerunt uncti unctione spiritus sancti ut essent fidei pugiles et veri mundi domini. Cor. i. Unxit nos deus et signavit et dedit pignus spiritus. Hec est unctio que eos de omnibus docuit. Iohannis xx. Specialiter tamen triplici unguento uncti

sunt scilicet devotionis compassionis et odorifere opinionis. Et quodlibet horum unguentum habet suas species ex quibus conficitur. Species unguenti devotionis sunt beneficia dei. Species unguenti compassionis sunt proximorum afflictiones et calamitates. Species unguenti odorifere opinionis sunt bone operationes atque virtutes. Sancti igitur apostoli sedule divina beneficia recolligebant et interne mentis oculos cum digna gratiarum actione ad affectum reducebant vasculo quasi pectoris recondierunt et igne sancti desiderii excoquebant et demum oleo letitie impinguabant. Quanto cum sufficiat explicare quanta devotione dulcissima ipsi Christi conversationem in mentibus suis revolvebant et omnes tactus quos suavissima caritas propter amoris insignia eis a Christo ipsi exhibita ad memoriam reducebant quibus lacrimis quibus suspiriis potuerant dicere illud apostoli Cupio dissolvi et esse cum Christo. Nulli dubium quin corde et carne exultaverunt in deum vivum ita quod quilibet poterat dicere illud ps. Defecit anima mea in salutari tuo. Et patet hoc in legendis eorum ex quibus liquet quanto desiderio pro Christo mori affectabant. Ex quibus patet eos unguento devotionis fuisse impinguatos. Similiter fuerunt uncti unguento compassionis. Sepissime cum aliis defleverunt miserias et precipue cecitatem cordium nostrorum quia verum deum creatorem nostrum agnoscere nolebamus. Unde paulus 2 Cor. 2 dixit. Quis infirmatur

et ego non infirmor Tercius scan-
dalisatur et ego non uror Insuper
erant uncti unguento odorife-
ris operacionibus et hoc unguentum
consistit ex tribus speciebus
scilicet ex odorifera consciencia ex
odorifera vita / et ex odorifera
fama Tale enim unguentum
delectat deum et habentes ip-
sum et proximos / De odorifera
consciencia dicitur proverbiorum xxvii
unguento et variis odoribus
delectatur cor / De hodorifera
vita Cantica iiii Odor vesti-
mentorum tuorum sicut odor
thuris anime vestimenta sunt
bona opera que tunc instar thu-
ris sunt odorifera cum sunt
deo accepta / De odorifera fa-
ma Ecclesiastici vii melius est nomen
bonum quam unguenta preciosa
proverbiorum xxii° melius est nomen
bonum quam divicie multe / Hec
omnia fuerunt in apostolis patet
hoc ex ewangelio Ergo na-
zarei dicti sunt quasi uncti
De hiis quatuor simul scilicet
quod sunt consecrati floridi et unc-
ti dicitur petri 2 Vos estis genus
electum Ecce primum quo ad elec-
cionem regale sacerdocium
Ecce secundum quo ad plantacionem
gens sancta Ecce tercium quo ad
conversacionem populus acquisicionis
Ecce quartum quo ad confirmatorem
in virtuosis operacionibus digne
ergo sancti apostoli dicuntur naza-
rei De hiis ergo nazareis scilicet
sanctis apostolis dicuntur quatuor
in themate / Primum est sanctitas
quam habuerunt in vita ibi Can-
didiores nive Secundum utilitas
quam habuit in doctrina ibi ni-
tidiores lacte Tercium est constancia

quam habuerunt in passionibus ibi
rubicundiores ebore antiquo
Quartum est excellencia quam
habent in premiis ibi zaphiro
pulchriores Circa primum secundo
quod sanctitas vite apostolice attenditur
Et primo quid in se fuerunt
mundi per castitatem et hoc notatur
in candore nivis qui est intus
et extus et ipsi casti erant
in mente et munditiam servabant
in corpore Johannis xv° Vos mundi
estis propter sermonem quem locutus
sum vobis Corinthiorum 1 sanctificati
dei et vocati sancti sunt in hoc
mundo / Secundo quia quo ad pro-
ximum fuerunt lucidi per sanctam
conversacionem iuxta illud Mathei v
Sic luceat lux vestra coram
hominibus et hoc notatur in splen-
dore nivis qui etiam est dis-
gregativus visus quia eorum
conversacio erat omnibus admirabi-
lis Mathei v Vos estis lux
mundi Tercio quia quo ad deum
fuerunt devoti per contemplacionem
philippensium iii Nostra conversacio in
celis est et hoc notatur ex eo
quia nix ex alto venit Circa
secundum sciendum quod per lac doctrina
significatur iuxta illud petri 2
lac concupiscite Et nota circa primum
quod doctrina eorum habuit nitorem
munditie et puritatis Nichil
enim falsitatis vel duplicitatis
vel prave intencionis habuit
admixtum Thessalonicenses 2 Exortacio
nostra non est de errore neque de
inmundicia neque in dolo sed lo-
quimur non quasi hominibus pla-
centes sed deo et hoc notatur
in nitore lactis Secundo habu-
erunt nutrimentum sensus et intellectus
tibi / predicacione enim sua intellectum

in fide et devotione mentis
fidelium / lac enim nutrimentum est
1 Cor. iij° Sicut parvulis in Christo
lac vobis potum dedi non escam
Ysaie lx° et mamilla regum lacta-
beris id est doctrina apostolorum
qui sunt reges celi. Tercio fuit
utilis ad refrigerandum in pectori-
bus ardorem viciorum et
iniquitatis / lac enim refrigerat
et ideo apponitur quibusdam temporibus
febricitantibus et phisici ponunt ideo
Ecc. xxiiij Sicut ardore refri-
gerabit vos sic et verbum ideo
dicuntur nitidiores lacte. Ter-
tium nota quod in capillis inter pe-
nas erat fervor caritatis divine
Item fortitudo constancie Item
innocentia culpe. Expresserunt
ergo penas fervent constanter
et innocenter ps° 43 propter te id est
tuum amorem. Ecce fervor caritatis
mortificamur tota die. Ecce constan-
tia fortitudinis. Estimati sumus
sicut oves occisionis. Ecce inno-
centia. Et ideo dicuntur Ebore an-
tiquo rubicundiores. In rubore
significatur fervor caritatis divine
in ebore quod est os elephantinum
habens fortitudinem et albedinem
notatur in fortitudine constantia pas-
sionis et in albedine id est innocen-
tia. Circa quartum nota quod
saphiro dicuntur pulchriores propter
hoc quia saphirus habet colo-
rem celestem. Et nota tria in gemma
capillorum pulchritudine in se-
cutem et pietatem quo ad nos
et honorem ad deum / saphirus
enim est lapis pulcherrimus virtuo-
sus et honorificus quia annulo
regum imponitur. De primo ad Phili-
pp. iij° Salvatorem expectamus
dominum nostrum Ihesum Christum qui reformabit
corpus humilitatis nostre configura-
tum corpori claritatis sue. De
2° Act. primo° Isti sunt viri mie
etc. De tercio Luce xxij° Ego dis-
pono vobis etc.

Sequitur Sermo primus de sancto Thoma etc.

Infer digitum tuum huc et
vide manus meas et pedes
meos Jo 20. In serie huius
evangelij fides dominice resurrec-
tionis nobis proponitur ut approbata
fideliter et approbata certitudinaliter
et ut remunerata eternaliter.
Primum patet ex vulneris osten-
sione cum premittitur Infer digi-
tum. Secundum patet ex fidei
certa confessione cum subditur
Respondit Thomas dominus meus
et deus meus. Tercium patet ex
beatitudinis promissione cum
annectitur Quia vidisti me Tho-
ma etc. Circa primum est sciendum
quod Thomas aliis discipulis
referentibus eundem dominum
respondebat Nisi videro in ma-
nibus eius etc. Non quod va-
leat videantur dubitationem aliquam
sue mentis pretendere. Ipse tamen
sicut Gregorius et Augustinus ex aliquali
infidelitate protulit ea sed absit
de fide certificari voluit resurrec-
tionis ut inveniretur testis fidei
resurrectionis et ut de nostro
pectore omne scrupulum dubitationis
auferret. Et ideo volens Christus
ipsius desiderio et discipuli sa-
tisfacere ipsum de fide resurrectionis am-
plius certificavit ut sic de nostro
pectore omne velud dubitationis
amputaret. Primo ipsum certifica-
vit ad auditum unde sibi dixit
Infer digitum tuum etc. Sed quia
ad plenam certitudinem non sufficit
solus auditus / ideo secundo ipsum
certificavit per visum. Et unde

manus meas Et quia de veritate corporali et ydemptitate corporali magistros certificavit per tactum quam per visum ut si forte aliquis diceret delusos eius oculos nequaquam posset dicere manus esse delusas Ideo Christus ipsum certificavit per tactum ubi dicit Mitte manus tuas in latus etc. Sed istam certitudinem Thomas fidelis et iustus [illegible] requisivit non quod in aliquo dubitaret Sed ut omnem suspicionem a nobis excluderet quia ut dicit Gregorius plus nobis Thome dubitatio quam aliorum discipulorum credulitas profuit ad fidem Nam cum ille ad fidem palpando reducitur mens nostra omni dubitatione postposita in fide solidatur ut ille ad fidem palpando reducitur etc. Vel aliter aliquid spiritualis edificationis possumus aliter dici quod Christus quamlibet animam devotam in verbis istis ad tria invitat Primo ad suorum beneficiorum devotam recognitionem // Secundo ad tormentorum que pro nobis sustinuit intimam compassionem Tertio ad suorum exemplorum que nobis reliquit fervidam imitationem Primum cum innuitur et vide manus meas / Secundum cum subinfertur Et mitte manum tuam Primo ergo reducitur ad divinorum beneficiorum devotam meditationem cum premittitur Infer digitum tuum etc. Et hoc notat Gregorius per digitum mens et spiritus intelligitur quia digitus dei est spiritus dei ut patet Exodi viii Ita digitus hominis est spiritus hominis hunc ergo digitum in ipsum divine pietatis mittamus Cum igitur meditatione beneficia devota mente cum gratiarum actione revolvimus ad quod hortatur Augustinus. Nullum momentum est quo homo divina beneficia non

percipiat Ideo nullum momentum debet esse quo eum presentem per gratiarum actionem in memoria non teneat Et rationale est Creatura enim rationalis in hoc mundo quasi moneta creatoris constituitur ut ei a creaturis omnibus solvatur et ipsa sibi soli deo pro preceptis beneficiis famuletur Unde propheta intendit ex officio deo psallere et gratiarum actiones exsolvere debemus deo psallere laudes in primo creatori ut videlicet pro omnibus beneficiorum laudis preconium exsolvamus Nunc quidem beneficia docet sit colligere Augustinus Primum est quod te creavit de nihilo Secundum quod ymagine propriam insignivit Tertio quod naturam nostram assumendo hominem super dignitatem angelicam nobilitavit Quartum quod proprio sanguine suo nos ab eterna morte liberavit Quintum quod nobis per suam resurrectionem spem immortalitatis contulit Sextum quod nos in presenti exilio ex alimento sui corporis et sanguinis educavit Septimum quod ipsos innocentes a peccatorum laqueis tam misericorditer preservavit Octavum quod multos in sinum peccatorum lapsos tam pie per gratiam revocavit Nonum quod multas bonas sit gratiam confortavit quod modo ita aut quasi nullam habent pronitatem peccandi Decimum quod deus ita fervent et indesinenter saluti nostre intendit ut sui sanguinis cuiusque misericordiones [illegible] se revolventi videri possit quod si preparatus est dicit deus nihil agat quam quod nostre saluti intendit Unde dicit Hugo et Bernardus cum dicit

misericordie mee. Tercio sic attende ita
ipsum totum ad meam custodiam
occupatum vides ut quasi omnium
aliorum sit oblitus et solum mee
saluti vacare velit. Secundo anima
racionalis inducitur ad tormentorum
que pro nobis sustinuit profundam
consideracionem et intimam compassionem
cum annectitur. Et vide manus
meas etc. Et hoc racionabiliter
quam quelibet anima devota profun-
da meditacione et intima compassi-
one debet in manibus cristi conside-
rare tria / primo penarum varieta-
tem / secundo tormentorum acerbitatem
tercio plagarum et vulnerum immensi-
tatem. Primum patet quam ipse cristus
non solum in manibus sed ex omni
parte sensuum extremam passionem
passus est quia in visu patiebatur
Iudeorum lacrimacionem / in auditu con-
tumeliarum exprobracionem. In gustu
aceti et fellis amaritudinem. In
odoratu cadaverum fetorem quia
crucifixus est in calvaria ubi ma-
lefactores occidi consueverant. In
tactu manibus et pedibus clavorum
duram perforacionem. Hanc penarum
varietatem cupiens sponsus cor-
di sponse imprimi per iugem me-
ditacionem dicit Cantica. Aperi mihi
soror mea columba mea immacula-
ta mea. Caput meum plenum est
rore et cincinni mei guttis noctium.
Per caput corpus cristi intelligitur.
Cincinni appendentes sunt ei
membra corpori adherentes. Caput
ergo cristi plenum est ~~cincinni~~ ro-
re et cincinni guttis noctium quia
ob recordacionem amaritudinis passi-
onis per totum corpus suum sanguinem
sudavit et cincinni guttis noctium
quia membra eius fuerunt totaliter
sanguine cruentata et ubique.
Cum tunc cristus diu sua amaritudinem
passionis per iugem memoriam
cordi nostro imprimi q. / Secundo debet
considerare tormentorum acerbitatem

ram ab exteriori patiebatur cum
membrorum distentacionem et corporis
flagellacionem. Unde dicit quod corpus suum
aridum et desiccatum in cruce. Dicit
per prophetam dicentem. Ossa mea
sicut cremium aruerunt et iterum
aruit tamquam testa virtus mea. Ab
anteriori vero tripliciter patiebatur.
Primo quia matrem suam flere cer-
nebat. Secundo quia discipulos quos
tanto studio nutriebat in fide labi
videbat. Tercio quia hominem tantis
beneficiis ingratum percipiebat. Et hec
ingratitudo secundum Bernardum fuit
causa quod cristus flevit in cruce
quia talis plus cristum afflixit /
quam omnis dolor quem sensit ex-
terius secundum Bernardum in sermone.
Hanc acerbitatem imprimere cordi
nostro per iugem meditacionem et com-
passionem debemus cum sponso
Cantica. Fasciculus mirre dilectus meus in-
ter ubera mea. Supple duo ubera spon-
se sunt memoria et intelligen-
cia mentis. Aut inter ista duo est
amor ab utroque procedens. Fasciculus
ergo mirre id est cristus in passione
tamquam mirra amara existens
inter ubera sponse commoratur dum per
amorem sponse compassionis me-
morie et intelligencie imprimitur.
Tercio anima devota in manibus
cristi debet considerare plagarum
et vulnerum immensitatem. Immen-
sitas aut vulnerum et plagarum
patet in hoc si consideratur quot
fuit clavus et quanta fuit lancea
manus eius pedes et latus per-
forantes. Unde cristus istarum plaga-
rum et vulnerum multitudinem
et magnitudinem dicit per psalmistam foderunt
manus meas et pedes
meos et dinumeraverunt omnia ossa
mea. Hanc ergo plagarum magni-
tudinem cupiens sponsus im-
primere cordi sponse dicit Cantica.
Pone me ut signaculum super cor

tum super cor quid cristus ut sig-
naculum super devote anime ponitur sed
signa cuius passionis puta crucem
et lanceam et clavos per ingenii recor-
dationem et gratiarum actionem cordis
imprimit. Tercio anima rationalis
monetur ad exemplorum cristi et
sue penalitatis fervidam imita-
tionem cum subiungitur Et mitte manum
tuam id est i. studiosam operationem in
latus meum per studiosam imita-
tionem ad quam hortatur i petr
Cristus inquit passus est pro
nobis relinquens exemplum id est
qualiter autem et in quibus ipsum imi-
tari debemus docet math xvj
Qui vult venire post me et singulis
verbis innuit quod ista imitatio debet
fieri ex tribus primo quidem in ab-
negatione sui ipsius ideo dicit Ab-
neget semetipsum quod fiet omnibus
desideriis carnis et mundi reluc-
tando perfecte et in bonis actibus
nullam complacentiam propriam vel ma-
lam captando sed solum divinum
amorem vel honorem ut sic
possimus dicere cum cristo Non veni
facere voluntatem meam sed eius
qui misit me Secundo in sue crucis
et angustie penalitatis pro cristo vo-
luntaria assumptione Ideo dicit
Et tollat crucem suam Et nunc aut
semper Augustinus Crucem nam tollimus
quando penalitates quaslibet pro
cristo voluntarie assumimus Tercio
in exemplorum suorum imitatione
Et ideo subiungitur Et sequatur me
Quia semper Augustinus Quidquid
gestum in passione et in morte
cristi mistice consignatur cristo
vita cristiana Et ideo iuxta precepta
per ipsum sequimur quando toto mentis
desiderio in eius cruce nobis mi-
stice appendimus ut videlicet nostre
crucis latitudo sit sic caritas
longitudo sit perseverantia in
bonis actibus et profunditas sit hu-
militas In ista cruce spiritualiter
mens devota ambas manus
debet affigere in latitudine cari-
te et hoc duobus clavis scilicet dilec-
tione dei et proximi ut scilicet
dexteram extendat ad dilectionem
dei et sinistram ad dilectionem
proximi Quia vera dilectio est
si in deo diligitur proximus Debent
etiam pedes affigi ad profunditatem
humilitatis et hoc duobus clavis
scilicet consideratione sui et consideratione
creatoris quia ab hiis vera humili-
tas procedit Augustinus Humilitas est
ex intuitu sui ipsius et conditoris
voluntaria mentis inclinatio
Demum cor debet vulnerari
lancea verbi dei Sermo enim
dei est vivus et penetrabilior
omni gladio ancipiti ut sic pro-
ducatur de corde nostro tamquam
de latere dextro templi fontem
sanguinis et aque/ hoc est fer-
vorem intime dilectionis ad deum
et pie compassionis ad proximum
ut possit dicere cum apostolo Quis
infirmatur et ego non infirmor/

Secundum principale de Sancto thoma etc.

Firmando fidei resurrectio-
nis apponitur ut expressata
certitudinaliter quod patet ex
certa fidei confessione cum subditur
Respondit Thomas Dominus
meus et deus meus Quecumque
fidei confessio redditur commenda-
bilis ex tribus primo ex confessio-
nis sinceritate que sinceritas
veritate/ Secundo ex eius perfecti-
ssima integritate Tercio ex con-
fitentis certissima firmitate

Primo patet per hoc quod confessus
est xpm verum deum et hominem
Et ideo dicit dominus meus et deus
meus ipe cum tristus sim nam
diuinaz est solus verus deus et
dominus et ideo sibi tamquam vero
domino debetur perfecta subiectio timoris
Sed tamquam vero deo debetur sibi
summa affectio amoris perfecta ante
subiectio timoris debetur sibi ex
tribus videlicet ex sua potencia eterna
sapia et magna iusticia Primo
ex sua potencia quam nullus potest
affugere summe nobis timendum est
ne vmquam uel leuiter eum offendam
vel vmquam precepta eius pretiamus
reuoluentes in aīa semper illud
prophetiam / vlciscens dominus in hostes
suos et maiestas eius diuina tum
est zelata sui honoris quam nullus
patitur fieri ad aliquem actum mor-
dinatum contra diuinam iusticiam
uel reuerenciam quam ipm vlciscitur
et reducat ad debitum ordinem
per suam iusticiam et hoc non est
contra suam miam quia peccatoribus
peccata condonat quia per hoc satis-
facit honori diuine iusticie quod ho
pro dolorem pene in se ipso volun-
tarie puniat pro quo diuinum
honorem contempserat Et ad
istum timorem nos inducit salua-
tor Math. x° Nolite timere eos
qui occidunt corpus sed eum time-
te qui corpus et animam potest
mitte in iehennam / Secundo ex sua
sapia infallibili qua secreta cor-
dium intuetur nobis summe cauendum
et timendum est ne vmquam in
aliquo loco quantumcumque presumimus
cogitare uel loqui quod rubor esset
coram mortali homine attemptare
Et ideo dicit Ecclesiasticus in de(?)...
latu magna necessitas nobis
probitatis indicta est semper
et in omni loco bene operandi
cum semper conspicitur coram oculis
iudicis cuncta videntis / exemplum
de quodam Episcopo qui fuerat ho-
spitatus apud quandam mulierem
lasciuam que ipam ad carnis libi-
dinem incitauit quem tum ad multa
loca secreta duxit Respondit
Episcopus se non esse secrete illa re-
spondit sicut duxi vos ubi nullus
alias iter / respondit sic non
per quia omnia et apta sunt
oculis eius que in omni loco re-
uereri debemus Ad quod verbum
mulier de lasciuia compuncta pe-
nituit Tercio ex eius iusticia que
dignam premitis cuiusque tribuit siue
bonum siue malum summe nobis cauen-
dum ne contra filorum preceptorum
sue voluntatis beneplacitum vmquam
aliquid operemur uigit reuoluentes
illud in aīo Heb. x. Quod contra
et horrendum est incidere in manus
dei viuentis quia terribilis est
expectatio iudicii ut dicitur ibidem
Cuius racio ponitur Prouerb. vi Zelus
in furore viri est Zelus enim
et furor districti iudicis non parcet
in die vindicte nec acquiescet
cuius quam preces nec suscipiet pro
redempcione dona plurima ut dicitur
Prouerb. Et ideo contra qualiscumque peccati
delectacionem cuius quam non cauea
semper opponere debemus eternalis
pene iehennam quam respectu eius
momentaneum est quod delectat
sed eternum quod cruciat Sicut ergo ei
debetur tamquam vero domino summa perfectio
timoris sic eidem tamquam vero deo de-
betur summa affectio amoris ut ipm
toto corde diligamus Tunc autem
ipm perfecte diligimus quando nostrum
amorem sue dilectioni confor-
mamus Constat enim simpliciter

q̄ deus dilexit nos fortit' dulcit'
et constant'/ ffortit' quidē quia
tam sitibundo desiderio nostram
salutem appetiit q̄ coram pilato
respondere noluit ne ex more re-
sponsionis prolongaret tempus sue
passionis et differret tempus
nostre redemptionis Dulcit' aute
q̄ ex caritatis dulcore a deo le-
tant' p̄ nobis opus redemptionis
explevit ut sibi passionis acer-
bitatem summas delicias reputaret
Constant' vero quia vinculum amo-
ris quo nec humane miserie fuit
nec p̄ mortis acerbitate nec
p̄ opprobriorum vilitatem admo-
mentum dissolui potuit Sic et tu
si velis imprimi forme exemplari
sue dilectionis debes ipm dili-
gere a deo fortit' et ardent' ut fu-
ror sue dilectionis amorem
transitori ad dilectionem vel afflictiones
in te absorbeat cord' dulciter
q̄ in dulcore sue dilectionis
omnis tibi adversitas transitoria dul-
cescat et a deo p̄severanter
q̄ te nulla res transitoria ab eo
evellet ut possis dicere illud apostoli
rius separabit/ et hoc de prima/
Secunda sua confessio redditur
laudabilis ex eius p̄fectissima
integritate q̄ patet quia tota
integritas fidei comprehenditur
in articulo divinitatis et humani-
tatis xpi quorum utrumque Ricardus in
verbis bte Thome innuitur cum dicat
dominus meus et deus meus R̄c
ut dominus referatur ad articulum humanitatis
deus ad articulum divinitatis Et licet
divina natura dignitate et p̄fectione
sit prior humanitate/ tamen sum modum
nostrum cognoscendi qui ex sensibus
p̄cedit ad intellectuum prior est hu-
manitas divinitate quia ex cogni-
cione humanitatis ascendimus ad

cognitionem divinitatis Et ista ratione
Thomas hic prius confitetur fide huma-
nitatis Cum dicit dominus meus
quam divinitatis cum subdit Et deus
meus Ideo ipa cognicio humanitatis
est nobis quedam via et scala ad
divinitatem ascendendam q̄ etiam ipe
xpus innuit Johannis xiiii° Ego sum
via veritatis et vita q. d. secundum
humanitatem quam sumpsi ex vobis sum
via que ducit ad claram cogni-
cionem prime veritatis/ et ad vitam
eterne felicitatis Et ideo subditur
ibidem Nemo venit ad patrem nisi
ad cognitionem prime claritatis nisi
p̄ me .i. nisi p̄ fidem meam illuminatur
et mea exempla fideliter imitetur
Tercio sua confessio redditur lauda-
bilis ex confitentis certissima ve-
ritate firmitate quia certissime
confessus est xpm esse verum hominem
et verum deum Et quia Ricardus de sancto victore
dominus est nomen potestatis/ deus vero nomen
divine nature et p̄ consequens nostre et
pietatis quia sibi ex infirmitate be-
nignitate proprium est misereri semper et parcere
Ideo potest dici q̄ beatus Thomas tam
xpi potestatem quam eius naturam et
pietatem ex triplici indicio certissime
cognovit Primo eius potestatem ex
primo cognovit ex eo q̄ flatu sen-
sibili spm sanctum discipulis contu-
lit Unde legitur in presenti ewangelio
Cum dixisset pax vobis insufflavit
et dixit accipite spm sanctum Ricardus
aut in sangwinem et Ricardus Quod
prius dat discipulis spus sanctus
in terra p̄ modum mittit eis de celo
ad insinuandum q̄ sunt duo precepta
dilectionis scilicet dei et proximi Quam
in terra datur ut diligatur proximus/ de celo
ut diligatur deus Sicut ergo est una
dilectio et duo precepta ita unus
spus sanctus et duo data prius datur
in terra et p̄ modum in celo quia
prius discimus in amore proximi quam
proveniemus debeamus ad amorem dei

Rem sicut dicitur in Canonica Johannis
Si homo non diligit fratrem suum quem
videt deum quem non videt quomodo potest
diligere / Est enim secundum Crisostomum pro diligen-
ter notandus ordo que cristus circa
discipulos tenuit Quia primo in ami-
ciciate constituit ad eos dicens pax
vobis ut sit verbum salutis libere
et intrepide predicarent Secundo ipsis
principatum supremi iudicii tribuit Cum
dicit Quorum remiseritis peccata
ut sit in dei potestate peccata relaxa-
rent Secundo eam cognovit in hoc
quod cristus corpus suum clausis ia-
nuis discipulos introduxit quod fuit
miraculosum secundum Augustinum Quare
dicit ipse virtute divinitatis ad discipu-
los clausis ianuis intrare potuit
qui in sua nativitate clauso utero
virginis exivit Tercio eam cognovit
ex eo quod cristus post resurrectionem suam
universalem potestatem sibi datam asse-
ruit Mathei ultimo Data est michi
omnis potestas etc et hoc rationabiliter
Quia per humilitatem passionis sibi
promeruit gloriam exaltacionis ut
patet philippensis 2 per quam eciam consti-
tutus est iudex vite et mortis ut
dicitur actuum x Similiter eciam divinitatis
nostram et pietatem cognovit ex
tribus Primo ex eius incarnacione
quam ex magna pietate pro salute
nostra assumpsit quod innuitur ex hoc
quod stetit in medio eorum quia duo
extrema in una iunxit persona
Secundo ex eius passione qua tam
dura et amara supplicia pro nobis pati
voluit quod innuitur in hoc quod ostendit
ei loca clavorum unde dicit Crisostomus
Considera magnam dilectionis cleme-
ciam hic qualiter pro una anima ostendit
semetipsum vulnera habentem et tangi
se permittit ut solam unam salvaret
Tercio ex discipulorum gaudiosa con-
solatione quorum mesticiam sua gra-
ciosa presencia repulit et eos magno
gaudio ~~repulit~~ replevit unde
legitur Gavisi sunt discipuli viso

domino etc In quibus cristi erant
capli etc Tandem

Sequitur tercium principale huius

Tercio fideles resurreccionis
vobis proponitur ut remunerata e-
ternaliter quod patet ex beatitudinis
promissione cum dicitur quia vidisti me
etc Secundo remuneracio primum eum sequentur
Beati qui non viderunt etc Sed hic
incidit racionalis dubium Cum enim
fides sit rerum non apparencium quia
que apparent fidem non habent
sed agnicionem ut dicit Gregorius / Thomas
autem non solum vidit cristum sed et
palpavit Cur ergo sibi dicitur
Quia vidisti me thoma credidisti
Ad hoc respondit Gregorius quod Thomas
aliud vidit aliud credidit / hominem
namque vidit et deum confessus
est ut eciam Augustinus dicit Thomas
namque videbat hominem et tangebat
sed confitebatur deum quem non videbat
nec tangebat / Circa primum ergo
est notandum quod meritum fidei
attollitur a tribus que naturaliter
difficultatem generant ne homo ali-
cui per fidem firmiter assenciat Primo
quidem hec difficultas generatur racione
obiecti Primarium enim obiectum
fidei est veritas prima que est
lux inaccessibilis 1 Thessa. vi°
Lucem inhabitat inaccessibilem
quam nullus hominum vidit nec videre potest
Et quia difficile est homini credere
sic occulta omnem humanam racionem
excedencia Ideo ad hoc ut veritatis
fidei firmiter credatur duo sunt ne-
cessaria Primum est illustracio veritatis
mentem elevans quodam lumine
supernali per graciam divinitus infuse et
hoc fit per actum fidei formatum ad
quem homines elevantur ut prime veritati
firmiter assenciat Secundum est testificacio
auctoritatis famaz in tali assensu firmanus
quod fit per scripturam autenticam / dicitur

inspiratam hec est cuius auctoritas
prebet fulcimentum fidei ut anima per fidem
immobilior adhereat credite veritati
unde dicit Augustinus quod intelligimus debemus
rationi quod credimus debemus auctoritati
quod opinamur debemus errori Sed quia
utrumque habemus a Christo ideo ratione
primi dicitur splendor paterne glorie
quia mentem per fidem illuminat Sed
ratione 2i dicitur verbum paterne in-
telligentie quia per scripture auctori-
tates veritatem traditam vel cre-
ditam manifestat et probat Secundo
hec difficultas innascitur ratione sub-
iecti scilicet mentis humane que tene-
brosa respectu prime veritatis que
est claritas in comprehensibilis
namque humana rationabilis dicitur
tenebrosa tum propter tenebras igno-
rantie quia anima nascitur sicut
thabula rasa et nuda in qua nichil
est scriptum apta tamen ad percipie-
ndum scientiis et moribus virtutibus
ut dicitur tercio de anima Tum propter
tenebras erroris et fallatie quibus
frequenter decipimur Si bonum agere tandem
desistimus unde dicit Augustinus Sepius
contingit quod tibi videtur odisse mendacium
Tu mentitum odisti et nescisti Tum etiam
propter tenebras obumbrationis fan-
tastice quia per peccatum primi hominis mens
humana tamen ad sensibilia est depressa
quod nullam veritatem cognoscere possit
nisi obnubilatam fantastice Tum
propter istas triplices dicitur Job xxxvii
Nos quippe involvimur tenebris
Tercio hec difficultas innascitur ratione
medii in quo veritatem creditam
intuemur quod est speculum et enigma
veritatem creditam obnubilans
Et eo ipso parit fidei meritum quia
quantumque fidelibus fidei lucem divine
presentie sine dubio abstulit ut dicit
Bernardus in quodam sermone Tum etiam
Augustinus in libro de diversis questionibus apud
deum plus habet meriti qui auc-
toritatem habet fidei eterna enim

enim incepta magnitudine fidei
quilibet meius (?) nudabitur claritas vi-
sionis divine Anima enim visio est
tota merces fidei Secundo in ipsa visione
innuitur remuneratio premii Unde annunc-
tiatur Beati qui non viderunt et crede-
runt est enim thomam Sed refertur ad
alios discipulos qui nec loca cla-
vorum nec latus tetigerunt Sed enim
Gregorius Nos in hoc specialiter designamur
qui eum quem in carne non vidimus
fidei mente retinemus Si tamen fidem
operibus probemus Ille enim vere credit
qui exercet operando quod credit Ex
qua patet quod non qualis fides est eterna
remuneratione digna / sed solum
fides per gratiam confirmata et bonis
operibus comprobata Et ideo potest dici / quod
ad hoc ut hominem beatificet fides
ipsum eterna remuneratione dignum
oportet quod triplici proprietate sit insignita
tis / primo ut omnem potentiam mun-
danam et divicias eius potenter con-
tingwat (?) quod patet in sanctis viris in
quibus fides claruit enim operationum
suarum propter virtutibus Tales enim vincere
regna operata ut scribitur hebreorum xi Et
hoc rationabiliter quoniam fides est de
rebus supercelestibus et ideo merito
vincit regna terrena / et est de rebus
eternis Et ideo merito devincit ad
delectationes transitorias / Est eciam
de rebus divinis / et ideo merito
devincit potestates mundanas / et ideo
merito de divina virtute et eorum
fide meruerunt omnia regna terrena
et omnes potestates mundanas et omnes
delectationes terrenas ideo dicit
Augustinus in de verbis domini Nulle ma-
iores divitie nulli thezaurum nulli
honores et nulla mundi maior est
substantia quam fides christiana que pec-
catores salvat / cecos illuminat / infir-
mos curat / fideles iustificat / pe-
nitentes et viduas et coniugatas casto-
rum pudore conservat / et in eterna beatitu-
dine cum sanctis angelis collocat

Secunda proprietas fidei est quod omnes versu-
tias hostis procul excludit quod
patet / nam fides omnes hostis falla-
cias sapienter evitat et omnem mun-
danam sapientiam evacuat. Et hoc sit
fides ex eo quod est de rebus omnem
racionem excellentibus et excedentibus
et que humana racione comprehendi
non possunt. Ideo dicit Bernardus quod
fides habet limpidissimos oculos
qui suo intuitu penetrat omnem
profunditatem inscrutabilem divine
veritatis / Et idem super Cantica dicit
Quicquid mens et racio humana
non invenit fides attingit inaccessa
deprehendit incognita comprehendit in-
mensam denique ipsam eternitatem
suo vastissimo fidei sinu quodammodo
concludit. Propter quod nulla creatura
tam sublimis potest fidem homini
inspirare nisi solus deus qui est
causa eius efficiens immediata et
inde est quod donum dei largitur homini
talem virtutem per quam faciliter cuncta
tela ignita nequissimi demonis
potest extinguere et omnia argumenta
fidei adversancia potest leviter infrin-
gere. Quia cum ipsa infallibiliter
innititur prime veritati constat secundum
Augustinum quod quicquid sibi repugnat
non dubitamus esse falsissimum. Unde
super hanc fidei sancti in omnes
versucias falsas dyaboli deprehendunt
teste apostolo qui dicit Ro. Non enim ignora-
mus versucias. Propter quod idem apostolus
paulus docet nos contra machina-
menta dyaboli assumere scutum fidei
in quo possimus omnia tela inimici
ignita extinguere. Tercia proprietas
est / quod mentem humanam in adhe-
sione prime veritatis immutabiliter
firmat quod patet. Nam prima veritas
est fundamentum et obiectum fidei
primarium propter quod hanc fidei vestit
animam quadam veste deifica que
tantam assimilacionem et conformi-
tatem habet cum veritate prima quod
nulla pena evitanda homo vellet
contradicere hiis que fides tenet

Et ideo dicit apostolus i ad Corinthios iii Fun-
damentum aliud nemo potest ponere preter
primus fidei ut dicit glossa preter quod
positum est quod est Christus Ihesus.
Et ideo eciam dicit Cirillus in tractatu
de symbolo / fides regionis katholi-
ce lumen est anime hostium vite fun-
damentum salutis eterne. Cuius causam
assignat Augustinus per hoc quod nemo
potest habere spem salutis eterne nisi
in unitate fidei katholice permanse-
rit. Eciam si quis diligenter attendat
Cirillus videtur hic innuere tres causas
propter quas fides sit hominem perficiat.
Prima est quod cor hominis purificat
per peccatorum remissionem Actuum xv fide
purificans corda eorum. Et ibidem
huic omnes prophete testimonium perhi-
bent remissionem peccatorum accipere /
per nomen eius omnes qui credunt in eum /
Et hoc innuit per hoc quod dicit
eam esse lumen anime per quod pec-
catorum tenebre expelluntur. Secunda
quia mentem hominis iustificat
per gracie infusionem Ro. v. Iusti-
ficati igitur ex fide pacem habentes
per ipsum. Et hoc innuit per hoc
quod dicit eam esse hostium vite
quia per ipsam graciam tamquam hostium
est immediatus accessus ad gloriam.
Tercia est quia totum hominem beati-
ficat per gracie adopcionem quod innuitur
per hoc quod dicit eam esse fundamen-
tum salutis eterne. Quod ideo dicitur
quia fides est primarius hiis qui
tamquam fundamentum spirituale tamen
gracie qua glorie subiungitur quorum
neutrum haberi potest nisi fide katholica
supposita que facit nos filios dei
per adopcionis graciam Iohannis primo dedit
eis potestatem filios dei fieri. Quibus
vite adopcionis debetur hereditas sa-
lutis eterne. Quia si filii et heredes
ut patet Ro. viii. Quod nobis con-
cedat qui sine fine vivit et
regnat in secula seculorum
Amen

Sequitur sermo primus de circumcisione domini etc.

Postquam consummati sunt dies
octo ut circumcideretur puer luce 2.
Verba ista conveniunt ...
ame devote quo ad duo prima
ria admirationis / secundo forma
imitationis. Ratio admirationis
... colligitur ex tribus primo ex ...
minabili terminatione quia hec
... tempore clauditur secundo ex im-
passibili sensibiliter passione quia
hoc eternum verbum sensibiliter circumciditur.
Tertio ex immutabili nominatione
quia verbo eterno immutabili hodie
nomen salutis imponitur. Forma
autem nostre imitationis in hoc apparet
quia sicut sanguinem per corporalem
Christi circumcisionem docemur qualiter
spiritualiter debemus circumcidi / unde ...
tando verba proposita de nostra spirituali
circumcisione hic tria implicantur.
Primo quando ista spiritualis circumcisio
fieri debeat. Secundo qualiter fieri de-
beat. Tertio quis fructus inde prove-
niat. Primum notatur cum premittitur
postquam consummati. Secundum cum an-
nectitur ut circumcideretur puer. Tertium
cum subinfertur vocatum est nomen
eius ihesus. Iste enim est fructus
spiritualis circumcisionis perfecta assecu-
tio eterne salutis que apte per
impositionem huius salubri nominis
intelligitur. Circa primum est sciendum
quod octo dies non sunt aliud quam
... solis super terram. Ideo per istos
octo dies debemus intelligere
octo rerum cognitiones que homines
ad istam cognitionem circumcisionis
disponunt. Nec quidem cognitiones
homini per lumen gratie influunt. Prima
dies est prima cognitio ut scilicet
homo cognoscat presentis temporis
brevitatem labilitatem et irreca-
perabilitatem. Ratiam de toto tempore
quod fluxit ab initio mundi non habemus
nisi unum nunc quod tamen quantumcumque sit
breve et indivisibile hoc ipsum
ut dicit Seneca oportet nos cum
morte dividere et per istam cogni-
tionem homo ad tolerandum labores et
fervorem vehementius accenditur
quod patet. Ratiam quicumque dilige-
ter advertetur quod post lapsum nullo
ingenio nullo precio tempus re-
vocari potest. Et quod in quolibet
momento temporis homo per
unam lacrimam compunctionis ut per
unum gemitum vere contritionis potest
omnia peccata diluere et omnem penam
purgatorii extinguere et per unum
fervens desiderium potest tum sue eterne
glorie augmentum acquirere talem ...
de necessitate oportet insistere fervet
bonis operibus ad quod ammonet apostolus
Galatas vi. Dum tempus habemus ope-
remur bonum / per quod intelligitur
tempus presens quod est nobis accommoda-
tum. In futuro autem ipsum tempus
deus accipiet ad iudicandum et ad
digna pro meritis retribuendum
iuxta illud. Cum accepero tempus
ego iustitias iudicabo. Et si dili-
genter consideremus apostolus in hoc verbo
monet triplicem rationem movenen-
tem nos ad fervent merendum
in presenti / prima ratio est oportuni-
tatis oportunitatis. Ideo dicit dum tempus
habemus. Secunda est operationis utilitatis,
quia dicit operemur. Secundum quod uti-
le magno fervore est operandum
... ut magis ...
etc. ... operativis
stant opere. Tertia est operationis
generalitatis quia dicit pluraliter
ad omnes quia opus pietatis ex
caritate debet ad omnes generaliter
se extendi in necessitate sine
personarum acceptione observata tamen
circa hoc iudicii discretione. Quia
sicut ... maiori affectu
indigentiori maior effectus tribuendus est /

Secunda dicitur est secunda cognicio
ut scilicet homo cognoscat vanitatem
et fluxibilitatem rerum temporalium
et quod omnis honor et delectacio
presentis vite velociter ~~domit~~ defluit
sicut aqua que per quam preterfluunt
nullum per se penitus vestigium reli-
quunt Et ista sic cognita facile
in homine facit contemptum omnium
rerum transeuncium que ob hoc rerum
Augustinum contempnenda sunt que habent
laborem in aquisicione timorem
in possessione et dolorem in subtrac-
cione Istam cognicionem perfecte attin-
gerat Apostolus philippensis iii Omnia ar-
bitratus sum ut stercora Tercia
dicitur est tercia cognicio scilicet quod homo
diligenter cognoscat quantum homo
dispendium ex eo consequitur quod ad sui
corporis nimium inclinatur quia exit
homo ad affectus culpabiles facili-
ter inclinatur et a virtuoso opere
plurimum retardatur Et per hoc eciam
semen divine gracie tam in homine
extinguitur quod nunquam fructificare potest
in perfectis actibus et meritoriis
vite eterne Istud dispendium bene
cognoscebat secretorum celestium
contemplator paulus i Cor ix
d. Castigo corpus meum ut videlicet
menti et spiritui ad votum deserviat
Quod est contra illos qui tantum
sunt delicati quod nunquam ad aliquod
bonum opus aggredi presumunt quia
timent in eo deficere quod contingit
ex eo quod nimis modicum presumunt
de confidencia divini auxilii quia
si bene presumerent utique cum apostolo
dicerent philippensis iiii Omnia possum
in eo qui me confortat In quo
verbo innuit sue fortitudinis mag-
nitudinem Quod dicit Omnia possum
Secundo istius fortitudinis largitorem
Cum subditur in eo per cuius au-
xilium Qui me confortat id est
robur michi tribuit bene operandi
Quarta dicitur est quarta cogni-
cio scilicet quod homo cognoscat fallaces
machinaciones et multiplices la-
queos dyaboli quibus homo impedi-
tur ut ipsum de assecucione salutis
impediat Istam cognicionem bene
habuit Benedictus Cui cum in quo-
dam lumine divino fuit ostensus
totus mundus plenus laqueis dyaboli
quos cum aspiceret clamat dicens
O domine quis hos innumerosos
laqueos effugere potest Cui responsum
fuit voce humilis qui habet continu-
um conatum suam conscienciam
integre depurgandi Et per istam
cognicionem homo excitatur ad tantam
diligentem custodiam sui quod in
omnibus actibus suis timet ipsi deo
vel modicum displicere Quod bene
senserat Job cum dicitur Verebar omnia
opera mea sciens quod non parceres
delinquenti Quinta dicitur est quinta
cognicio scilicet quod homo cognoscat
anime sue miserabile exilium quod
mole corporis ita premitur et per varias
rerum species ita distrahitur ac per
carnis desiderium ita ardenter ad
bona mundi declinatur quod difficulter
se potest erigere ad bona celestia libere
appetenda Et ista cognicione homo
inducitur ad plorandum incolatum
presentis miserie et ad fundere appe-
tendum dissolucionem presentis vite in
qua anima in suo corpore corrupti-
bili tam miserabiliter captivatur
Psalmista ps. Heu michi quia inco-
latus meus etc. Istam cognicionem
habuit Apostolus Ro. vii. O infelix
ego homo quis me liberabit
de corpore mortis Sexta dicitur
est sexta cognicio scilicet quod homo
cognoscat quantum deo displicet

meritis arrogantia propter quam
primum hominem angelum exclusit
a celesti regno et primum hominem
de paradiso. Et ex ista cognitione
homo faciliter inclinatur ut non tantum
superioribus verum etiam paribus et in-
ferioribus se per humilitatem subiciat
et eis ex caritate deserviat ad quod
hortatur apostolus Ephe. v. Subiecti in-
vicem in timore dei et ob hoc Christus
se sponte observancie legali subiecit
et suis parentibus subditus fuit ut
nobis exemplum humilitatis preberet.
Septima dies est septima cognitio
qua homo cognoscat dignitatem
et efficaciam gratie que hominem
in suis actibus divino beneplacito
conformat et omnes suas operationes
quadam deiformitate divine assi-
milationis illustrat. Et etiam quod
homo cognoscat se propter fragi-
litatem invalidum ad quodcumque
etiam minimum bonum perficiendum
nisi per divinam gratiam adiutus(?).
Et hec est ratio quare secundum
Cris. vel Gregorium deus omnem crea-
turam aliquam armavit aliquo
naturali defensaculo ut patet [illegible]
volatilia [illegible] cornibus aut un-
gulis excepto homine solo cuius
ipse solus adiutor est in omnibus
faciendis. Et ista cognitione
homo nullum bonum suis meritis
vel viribus ascribat sed quod [illegible]
dei dono et gratitudine in hono-
rem ipsius referat quo sibi [illegible]
[illegible] et veraciter possit
illud dicere Cor. xv. Gratia dei
sum id quod sum. Octava dies
est octava cognitio scilicet quod homo
cognoscat divine bonitatis uber-
tatem et opulentiam que tante
est suavitatis quod omnem mentem
ipsam degustantem trahit in
quandam insipiditatem et tedium
omnis transitorie delectationis. Unde
[illegible] Cris. Cum dicit
quod non est aliquod transitorium
in quo mens humana valeat de-
lectari que semel donum celeste
gustavit. Gregorius: Gustato spiritu
desipit omnis caro. Et in quocumque
homine predicti octo dies sic consumma-
ti fuerint ut dictum est. Talis sine
dubio dignus est ut in eo spiritualis
circumcisio compleatur que consistit in
veteris hominis et cunctorum defectuum
perfecta renovatione et depositione
et iniusticie et voluntate vite
perfectam assecucionem que etiam in
Cant. [illegible] dicitur fieri octava
die quia hec dies significat vitam
eternam [illegible] quod cir-
cumcisio spiritualis in finali resurrec-
tione complebitur cum hoc corrup-
tibile induit incorruptionem
ut omnis defectus ab homine totaliter
abscidetur.

Sequitur secundum principale de circumcisione.

Secundo videndum est quo
et qualiter fieri debeat spiritualis
circumcisio que perficitur ex
tribus que respectu triplicis
vitam [illegible] videlicet activam [illegible]
debet circumcidi cultello prudentie
per sensuum suorum diligentem
custodiam perficientes iustitie
per bone operationis [illegible] instan-
tiam perfecti [illegible] et contemplativam
cultello sapientie [illegible] ordinatos
usu et permanentia. Et ista tri-
plex circumcisio figurata est in cir-
cumcisione Ysaac que facta fuit
octava die et in Ysmaele que
facta fuit xiii anno. [illegible] prima
que facta fuit in puerili etate
signat circumcisionem incipientium

et proficientium Sed tercia que fuit
in etate adulta figurat conversionem
perfectorum De primo patet Nam inci-
pientes debent esse tamquam cultello
circumcidentie per sensuum suorum dili-
gentem custodiam, ut nec ab ex-
teriori nec ab interiori aliquid
possit insurgere per quod mentis pu-
ritas maculetur Cuius ratio est quia
sensus exteriores sunt quedam
ianue cordis per quas vel mors
aut vita ad animam nostram ingre-
ditur secundum Bernardum/ et ymmo nisi hec
debita custodia vigiliter teneantur
nequaquam poterit mentis pu-
ritas illibata custodiri Et hoc
apte figuratum est in dyna filia
Jacob que cum egrederetur ut vi-
deret mulieres regionis illius a Sichem
filio amoris capta fuit et virgini-
tatem eius amisit Dyna interpre-
tatur iudicium et signat mentem
vigilantem que a bipartita custodia
egrediens mulieres aliene regionis
contemplatur i. in carne rebus exte-
rioribus delectatur que iusto dei iu-
dicio a Sichem opprimitur quando sua
interna puritate violatur Nam Sichem
interpretatur pondus vel labor et signat
delectacionem sensibilem que mentem
suo pondere ad yma trahit et de-
primit et facit in actibus bruta-
libus laborare/ per illud dispendium
interioris puritatis qua vita spiritualis
amittitur ex incauta vagacione
sensuum exteriorum contingit propheta 9
mors intravit per fenestras nostras
i. per sensus exteriores et per vaga-
tionem mentis Si quis ergo voluit
evitare illud dispendium oportet
quod sensus suos tam interiores
quam exteriores a vagacionibus
cohibeat et restringat/ unde
propter istam duplicem custodiam
anima devota in Canticis hortus dicitur
conclusus ubi assensit propter geminam
custodiam sensuum interiorum videlicet et
exteriorum Et de necessitate huius
conversionis scribitur Genesis xvii pre-
putium cuius preputii caro non fuerit circumcisa
peribit de populo per preputium quod est
superfluitas carnis vanitas et super-
fluitas carnalis delectacionis quam
si quis per diligentem sensuum suorum
custodiam a se non precidit et re-
strinxit utique peribit de populo suo
hoc de collegio sanctorum super-
norum/ De secundo patet Nam profi-
cientes ex eo quod in continuo vir-
tutum exercitio proficiunt ymmo fervor
eorum debet esse ab omni tepiditate
et tarditate penitus circumcisus
quod ideo necessarium est quia natura
humana ex morbida infectione fo-
mitis sic est inclinata et addicta
carnalis lascivie quod non potest attingere
per rationis acumen et continuum
virtutis exercicium quin statim in ea
pullulant et ebulliant inclina-
tiones vitiose que fructum
bone operationis impediunt in nobis
Et talibus fundus cautelis vitiosis
actibus reluctandi apte figuratur
in ipso David qui dicit i Regum xvii
Leonem et ursum interfeci ego
servus tuus/ per leonem rugientem
intelligitur propter motus iracundie
per ursum vel insequentem
intelligitur motus carnalis lascivie
Quos quidem motus vel utrosque
non solum reprimere debet sed etiam
funditus enervare quod tamen difficile est
valde secundum legem quem nisi fiat
per magnam gratie influentiam Ideo
abbas Joachim dicit In [illegible]-
bus difficilius est de propria carne
fomitem eradicare lascivie quam
expellere immundos spiritus de corpo-
ribus alienis Nam solum autem
ab omni tepiditate circumcisus per-

sincerandi debet esse circumcisus scilicet
circa ab omni obliquitate inordi-
nate affectionis per inordinatam
affectionem aut obliquatur quibus qua-
druplicitur aut per inordinatum
amorem aut timorem aut per
gaudium aut per inordinatam tristici-
am. Ex quo quod homo debet esse circum-
cisus in sua affectione ut ni-
chil diligat quod sit contrarium divine
veritati nichil timeat nisi solum
illud per quod iram dei incurrit
Et quod de nullo gaudeat nisi
quod in honorem dei et divinum
redundat Et quod de nullo tri-
stetur nisi quod solum divinam bonita-
tem offendat qui predicto modo
sunt circumcisi dicit Apostolus Collos. ii
Circumcisi estis non circumcisione
manifesta sed circumcisione ihesu
cristi Glossa eterni per sue gratie
efficaciam non a viciis depurantis
Et ista spiritualis circumcisio est ita
necessaria quod de ea scribitur Ezech.
xliiii Incircumcisus corde non
ingredietur sanctuarium dei etc.

Sequitur tercium principale circumcisionis domini

Tercio perfecti et contempla-
tivi debent esse circumcisi
intellectu scilicet ab omni de-
ordinatione intellectualis opera-
tionis Cuiusmodi deordinatio
consistit in tribus primo in nimi-
a appeticione singularitatis Secundo
in nimia abstinacione proprii sensus
et proprie voluntatis Tercio in nimi-
a affectione curiositatis. De primo
patet nam nimius appetitus sin-
gularitatis in sensibilibus conversa-
tionibus sive in actibus et operacionibus
universitatis deicit hominem in
in triplicem defectum primus
est quod per hoc incurrit inanem iacta-
nciam et cordis elationem que ma-
xime consurgit ex eo quod homo
vult esse singularis in suis con-
ceptibus vel actibus quod tamen
dehortatur apostolus Ro. xii d. Noli
altum sapere sed time Glossa dispe-
ndium et iacturam que exinde
sequitur Secundus est quia per hoc incur-
rit inanem complacentiam que ma-
xime ex eo nascitur quod homo in
suis actibus vult apparere singularis
Et isti duo defectus tanto sunt
periculosiores aliis defectibus
corporalibus quanto magis se velant
sub specie sincere veritatis et sin-
gularis sanctitatis Tercius est quia
per hoc incurrit seminarium omnium
errorum et mentis effluentiam
rarum [illegible] hoc est semina-
rium omnium errorum quod homo
appetit singularitatis apparere in no-
vitatibus in policiis quod nichil ali-
ud est quam presumptio novitatis
quam dehortatur apostolus Ro. xii Noli
plus sapere quam oportet sed sapere
ad sobrietatem que solum illa
requirit que hominem ad eternam
beatitudinem dirigunt et perducunt
De secundo patet Nam nimia ab-
stinacio in sensu proprio deicit ho-
minem in triplicem defectum
primus quia ex hoc incurrit pro-
prium errorem ex quo frequenter
pax cordis tollitur et superna di-
lectio minoratur Secundus est quia
per obstinacionem sui sensus a deo
recedunt et pertinaciter suis contemp-
tibus innituntur quod de aliis insti-
tutis et pro suis defectibus arguti dedi-
gnantur Isti eciam pertinaciter
divinis inspirationibus reluctantur
que anima ex eo perveniunt

quia quidquid eis sponte potest
vel per interiorem instinctum vel ex-
teriorem inductionem vel consilium
hoc totum quasi sompnium vel deli-
ramentum reputant / et ideo non est
mirum quod isti ex sue mentis obsti-
natione in defectis variis perlabuntur
propter quod dicit Bernardus Quod
voluntas est ortus qui faciliter
recipit seminarium omnis iniquita-
tis Certus est quod quia per hoc
incurrit suorum defectuum maiorem
in instacionem quod patet tam obstinatus
in sensu suo minus potest per quietudinem
a suis defectibus recedere Et ideo tales
plus tactis constringuntur suorum nexi-
bus peccatorum Quod evidenter audit
propheta cum dicit fiat ei sicut vesti-
mentum quo operitur etc. Quasi dicat
quod homini obstinato sibi sui defectus
ita complacent ut per pravam
consuetudinem ita sunt sibi coap-
tati sicut vestimentum bene corpori
coaptatum quo homo cottidie operitur
et induitur Et ideo talis per obstina-
tionem indissolubiliter suis defectibus
alligatur sicut zona sine corda
qua semper precingitur peritas ante
defectus nichil petit melius et magis
cautae quam qui ante et simile
cor gerit in seipso et quod a quolibet
gratanter humilem et sanam instruc-
tionem recipiat et superiorum correctiones
libenter sustineat ad quod hortatur
Thobias filium suum d. Superbia et pre-
sumptio numquam dominentur in sensu
tuo De tertio patet beatum sinceri-
tatis divini amoris gradatim inficitur
tribus modis quod patet per beatum Augustinum
qui dicit Quod sinceritatis divini
amoris primo degenerat in affectuo-
sum ut scilicet aliquis ad bonum virum
afficitur propter utilitatem doctrine
et propter exempla bone vite quibus
mediantibus in divinum amorem

inducitur Sed hec affectio attendi
potest vel respectu persone ad quam
afficitur vel respectu divine veritatis
ex ea relucentis Primo divini amoris
puritas per affectionem talem aliqualiter
obumbrat non tamen extinguitur quia
non cadit affectio super rem humanam
Secundo affectuosus degenerat in obsequio-
sum cum aliquis tunc incipit affi-
ci ad personam quod libenter omnia
operatur quo eius utilitatem et commo-
dum respicit Et in isto gradu plus
inficitur et umbratur puritas divini
amoris quam in primo quia hic appa-
ret maior affectio humana quam
in primo et maxime si hoc faciat
contemplatione persone ad quam afficitur
non autem ratione divini amoris honoris
et eterne retributionis Tertio amor
obsequiosus degenerat in familia-
ritatem et sic crescit affectio hu-
mana quod libenter cum amico fami-
liariter loquitur et consedet et hoc
in locis non tunc publicis sed et
privatis Sed in isto gradu summe pe-
riculose inficitur puritas divini amoris
Et ideo necessarium est cuilibet
volenti cavere infectionem divini
amoris puritatis quod isti gradus cave-
antur teste sancto qui dicit In libro
de singularitate clericorum Ecce
mihi et loquitur de familiaritate
feminarum columpnas vidi deiectas
cedros Libani de quorum lapsu
non magis dubitavi quam Ambrosii et
Ieronimi iste gradus summo opere
est vitandus Cuius ratio est quia
iste amor familiaris faciliter secundum
Augustinum degenerat in carnalem in
quo non solum amor divinus inficitur
sed totaliter extinguitur Et hoc
pulchre figuratum est in rege
Balaam qui ad filios israel im-
pugnaret et ipsi vellent secum

federis pacis inire respondit ad
hec feriam vobiscum pactum quod
eruam omnium vestrum oculos dex-
tros. Naam interpretatur coluber et
significat adversarium humane salutis qui
absque intermissione suis malis
suggestionibus bonos impugnat
ut in eis caritatem extinguat.
Naam per oculum sinistrum anime
splendor cognicionis, per dextrum
fervor divine dilectionis intelligitur.
Et istum oculum dextrum adversarius
nititur eruere quia per omnibus
conatur in nobis caritatem extingwe-
re eo quod caritas est fundamentum
totius edificii spiritualis et quia sine
ea nullum bonum aliud est homini
sufficiens ad salutem. De hac cir-
cumcisione scribitur Jeremie iiii° Cir-
cumcidimini deo et auferte preputium
cordium vestrorum viri Juda et habi-
tatores Jerusalem. In quo innuitur
quod perfecti et contemplativi debent
esse circumcisi in mente a noxiis
cogitacionibus et in voluntate
a pravis affectionibus ut cor non
effluat vel per lascivas cogitacio-
nes vel per impudicas affectiones.
Et ista circumcisio optime figurata est
Deuteronomii xxi° ubi dicitur quod si mulier
capta fuit in bello quod debet precidere
ungwes et mutare vestes et radere
cesariem capitis et sic apponi ad
thorum domini. Per istam mulierem anima
devota adhuc in statu viciorum
posita designatur quam tunc Christus
capit in bello cum eam per graciam
confortat in bono proposito. Et tunc
post bellum eam sibi copulat quando
per fervens desiderium caritatis
eam unit sibi et sociat. Sed ante-
quam hoc faciat oportet ut tria
precedant in muliere. Primum est quod an-
tiquam vestem deponat et novam
induat, id est veterem hominem et vetu-
statem prave conversacionis exuat
et novum qui secundum deum creatus

est induat. Secundum est quod debet rade-
re cesariem capitis, id est a mente precide-
re superfluitate illicite cogitacionis.
Tertium quod ungwes precidere debet, id est
omnem iactanciam et complacenciam
in suis actibus amputare. Ungwis
enim est decor manuum, per manus
autem opera designantur. Et ideo ungwis
precisio est superflue elacionis et o-
stentacionis amocio que circa acti-
bus est tollenda. Et sic vere de
nobis dicitur illud: Vos autem omnes
filii lucis estis et filii dei. Et qui-
cunque a predictis defectibus fuit circumci-
sus talis est ydoneus ut ei nomen
salutiferum imponatur per quod de sua
salute feliciter securetur. Amen.

Sermo de angelis sequitur

Omnes sunt administratorii spiritus
in obsequium missi propter eos
qui hereditatem capiunt salutis.
Hebr. 1. In verbis premissis ad nostram
instructionem spiritualem duo innuuntur. Primum
est magnitudo divine clemencie. Secundum
est magnitudo dignitatis humane.
Primum apparet in hoc quod totam celestem
miliciam in obsequium hominum deputat.
Quod notatur cum premittitur Omnes sunt
administratorii spiritus in obsequium
missi. Secundum apparet in hoc quod deus
tempus hominum in salutis hereditatem
deputavit. Quod notatur cum subditur
propter eos qui hereditatem capiunt
salutis. Ideo dixit propheta ad deum
loquens: Tu es qui restitues he-
reditatem meam michi. Et tempus
in quo solo hereditas vite eterne
consistit. Circa quod est sciendum
quod licet omnes celestes spiritus mittantur
in ministerium nostre salutis, Nam
superiores mittuntur ad medios
et medii ad infimos. Soli enim in-
feriores immediate mittuntur ad
nos, non autem medii vel supremi.
Et tales circa nos exercent qua-
druplex ministerium. Quorum quidam
exercent circa peccatores, quidam circa
penitentes, quidam circa pugnantes
in temptacione, quidam circa labora-

tes in bona operatione Circa primum est sciendum Quod circa ipsos peccatores exercent ministerium triplex Primum est ipsos impedire ne peccent Secundum est eos increpare postquam peccaverunt Tertium est ipsos qui eorum increpationem displicent a peccato patienter eruere Primum ministerium quo peccatum impediunt figuratum est Numeri xxii In ipso Balaam qui cum mercede adductus esset ad maledicendum populo israeli fuit ab angelo tripliciter impeditus Primo angelus sibi occurrit in itinere plano evaginato gladio quem cernens asina cui insedebat ab itinere se avertit Secundo sibi occurrit in angusto duorum maceriarum quem videns asina iunxit se parieti ad pedem sedentis attrivit Tertio sibi occurrit in loco angustissimo ubi nec a dextris nec a sinistris potuit declinare et tunc asina sub pedibus eius cecidit et mirabiliter est locuta Ex quo datur intelligi quod angeli ipsos peccatores volentes peccare tripliciter impediunt Primo quibusdam per recordationem districti examinis Secundo per immissionem presentis tribulationis Tertio per horrorem diei mortis Per asinam vero que brutalis est sensualitas designatur per Balaam asine insidentem notatur ipsa ratio que voluntate peccandi excecata movetur ad perficiendum peccatum Cui angelus primo ~~angelus~~ occurrit cum evaginato gladio ingerens sibi examinis districti iudicii ut ipsum per hoc retrahat a peccato unde scribitur Deut. xxxii Si evaginabo gladium meum et ut sitiat eos manus mea et quia talis recordacio magis ingeritur et percipitur a sensualitate quam ab ipsa ratione ideo asina dicitur vidisse angelum et non Balaam Secundo a peccato desistere volente impediunt per immissionem presentis tribulationis quod designat angustie maceriarum quibus vinee ad liram cinguntur Liram per ipsas vineas intellige

dilectionum electorum animas que per tribulationes presentes muniuntur et defenduntur Tertio contra temptationes imminentes et in isto loco puta in adversitate temporali peccatores constituto asina atterit pedem sedentis quia sensualitas ingerit dolorem contritionis et affectum rationis Sessor cum asine est ipsa ratio sensualitati presidens pes autem est ipse affectus cui dolor contritionis ingeritur Tertio peccatorem ad hoc appositum peccandi non desistentem angeli impediunt per horrorem mortis quod signatur per locum artissimum in quo non potest declinare nec a dextris nec a sinistris et ibi cadit asina quia morte imminente sensualitas accubit et rationi loquitur per opera que commisit [illegible] Augustinus tunc dicet anime opera tua sumus te non delinquemus Sed tecum ad iudicium veniemus Secundum angelorum ministerium est peccatores increpare de peccato perpetrato et hoc bene figuratum est Iudicum ii ubi dicitur Quod angelus domini ascendit ad locum flentium et increpavit eos dicens in persona domini Eduxi vos de terra egypti et pollicitus sum ne irritum facerem pactum meum vobiscum in sempiternum Ita dumtaxat ut non faceretis fedus cum habitatoribus terre huius et aras eorum subverteretis et noluistis audire me quare ob rem ~~[illegible]~~ gentem istam hostes habebitis et dii eorum vobis erunt in ruinam Et sequitur Quod cum loqueretur angelus domini talia ad filios israel elevaverunt vocem suam et fleverunt In quibus verbis innuitur quod boni angeli ipsos peccantes arguunt Primo de magnitudine triplici Prima est de beneficio liberationis de egypto id est de peccato seu de potestate tenebrarum a qua liberantur in baptismo

Secunda magnitudo attenditur quantum ad donum gratie in presenti per quod inducimur in statum contritionis. Tercia magnitudo attenditur quantum ad donum glorie in futuro quod nobis sub iuramento pollicitus est se daturum. Tercio ipsos arguit de prevaricatione divini mandati et hoc quantum ad preceptum quod precepit eis primo ut non in irent fedus cum demonibus quod fecerunt imitando peccando demonis suggestionibus consentiendo. Secundo ut demolirentur aras demonum ut extirparent vicia et concupiscentias in quibus dyabolo serviunt et ei honor latrie exhibetur. Ex qua quidem increpatione. Tercio quidem peccator compungitur salubriter et in amaras lacrimas provocatur quod designatur per hoc quod cum filii Israel predictam increpationem audivissent omnes elevaverunt vocem suam et fleverunt. Quartum ministerium angelorum est peccatores a peccato quasi eruere quos per impedimenta et increpationes a peccato avertere non possunt quod bene figuratum est Gen. xix. In erepcione Loth de Sodomis ne periret in scelere civitatis. Legitur enim ibidem quod angeli cogebant Loth surgere cum uxore et liberis et recedere de Sodomis et ne ipse et sui perirent in scelere civitatis que mox delenda erat per ministerium angelorum. Per Loth namque significatur ipsa mens et uxor rationis. Per uxorem autem ipsa caro. Per duas eius filias designantur cogitatio et affectio que ab ipsa ratione procedunt. Eripuit ergo angeli Loth id est spiritum hominis eripuerunt de Sodomis id est de ipsa voluntate peccandi cum sua uxore id est cum peccandi consuetudine que quasi indissolubiliter peccatori

coniungitur cum duabus filiabus id est cum cogitatione et affectione ipsum eruunt a peccato et quasi a Sodomis educunt quia eum dissuadent vocacionem angelicam et inspiracionem internam mentis nobis quasi vim inferunt et apprehendunt manum predictis divinum adiutorium ut nos eruant a peccato. Quinto tercia ipsos penitentes similiter exhibent ministerium triplicium. Primo namque sanant oculos per contritionem. Secundo purgant labia penitentis per confessionem. Tercio nos gaudent provocantes ad actum satisfactionis. Primum ministerium significatur Thobie xi. Ubi dicitur quod Thobias iunior ex precepto angeli Raphaelis linivit oculos patris sui de felle piscis et statim cepit albugo egredi quasi membrana ovi et visum recepit. Per Thobiam iuniorem inferior porcio rationis. Per patrem excecatum significatur liberum arbitrium excecatum per peccatum per quod excecatur in intuitu ad aspectum glorie celestis qui est oculus dexter et quantum ad aspectum infernalis pene qui est oculus sinister quia delectatus peccato non sinit hominem considerare gloriam celestis gaudii nec penam inferni per quam considerationem homo debet retrahi a peccato. Fel piscis est amaritudo contritionis que ministerio angelico homini ministratur. Tunc autem felle piscis oculi liniuntur quando de peccati commissione dolor et amaritudo contritionis concipitur. Cuius virtute albugo ab oculis egreditur quia virtute contritionis cecitas peccati expellitur et per hoc visus recepitur quia gratia divina menti infunditur ut sic oculus possit cernere substanciam eternam quam per peccatum amisit et penam eternam quam promeruit. Secundum ministerium scilicet purgatio labiorum per confessionem significatum est Ysa. vi. ubi cum Ysaya vidisset dominum sedentem super solium

excelsia et angelos circumstantes
clamauit Ve michi quia tacui
quia vir pollutus labiis ego sum
Sequitur et volauit ad me vnus
de seraphin et in manu eius
calculus quem forcipe tulerat de altari
et dixit Ecce tetigi labia tua
ut auferetur iniquitas tua et mun-
dabitur peccatum tuum In quibus verbis ex-
primitur modus ministerii angelici quo la-
bia penitentis per confessionem
purgantur Tamen cum ipse penitens
recogitat rigorem extremi iudi-
cii quo rex glorie sedebit super solium
diuine maiestatis ad iudicandum
viuos et mortuos Tunc incipit
clamare et gemitu cordis et ore
vocis Ve michi quia tacui a vera
confessione scilicet peccatorum meorum quia
ecce hic vir pollutus labiis ego sum
Quo facto statim adest ministerium
angelicum qui sumpto calculo diuini
amoris lauit labia confitentis
ad intime conterendum actum confessionis
per quem eius iniquitas aufertur
et peccatum eius deletur per illud Ps. id est
psalmi Dixi confitebor et tu re-
misisti iniquitatem peccati mei
Ecce ministerium angelorum scilicet nos
confortare et nos prouocare ad
actum satisfactionis Aperte exprimitur
in parabola diuina Luce xv ubi
dicitur Quod mulier que perdiderat
dragmam vnam accendit lucernam
et euertit domum et querit diligenter
donec inueniet et cum inuenerit
conuocat amicas et vicinas dicens
Congratulamini michi quia inueni
dragmam quam perdideram Ita dico
vobis gaudium erit angelis dei
super vno peccatore penitentiam agente
quam super xcix iustis qui non indi-
gent penitentia Tamen per dragmam
accipe decimam rationalem ani-
mam perditam per peccatum Mulier autem re-
querens animam perditam est diuina
anima de qua scribitur ysaie 6 in

Sapientia ... sit obliuisci mulier in-
fantem suum ut non misereatur
filio vteri sui Sed si illa obliti-
fuit ego autem non obliuiscar tui
dicit dominus pro cum obliuisceretur
misereri deus quia non continet in
ira misericordias suas ut scribitur in psalmo Lucerna
autem accensio est gratie
infusio domus euertitur et dragma
perdita diligenter perditur queritur dum
per contritionem peccatum conteritur et volun-
tas a delectatione peccati auertitur
et ad bonum propositum immutatur Inuen-
tio autem dragme perdite fit in peni-
tentis confessione ibi cum dragma
perdita inuenitur quia imago per peccatum
deformata per gratiam reformatur Conuo-
catio autem amicarum et vicinarum ad
gaudendum est congratulatio primo
celestium nunc salute congratulantium
Ideo dicitur Quod gaudium est ange-
lis dei etc Cuius gaudii et consor-
tii nos participes etc Capitulum

Sequitur secundum princi-
pale de angelis etc

Tercio ministerium angelorum atten-
ditur circa pugnantes in temp-
tatione Et hoc similiter est
triplex iuxta triplicem temptationem
quam ab hoste triplici sustinemus
est enim quedam temptatio carnis
quedam hominis et quedam demo-
nis Tamen contra temptationem car-
nis ministerium angelorum est debilitare
vigorem concupiscentie carnalis Contra
temptationem hominis ipsorum ministerium
est signare et signo distinctionis
discernere bonos a malis Sed contra
temptationem demonis ipsorum ministerium
est ligare et refrenare potentiam
demonis Primum ministerium angelo-
rum contra temptationem carnalis fi-
guratur Genesis 31 In lucta Jacob
qua luctatus est cum angelo vbi dicitur quod
angelus luctabatur Tamen illa lucta
materialis fuit et materialibus

bartholomei agebat in oratione devota
quod in nobis similiter contingit ad
angelos implorandum ut sint nobis
adiutores contra carnales temp-
tationes. Arma vero autem quibus
cum angelo luctatur sunt fletus
compunctionis et devotionis. De
fletu orationis dicit Gregorius Cum
uberius culpa fletur eo altior
cognitio veritatis attingitur quia
duris rem petitam nescit dissi-
mulare quam compuncto corde sibi senserit
supplicare. Cum tamen assignat. Ie-
ronimus Oratio magis affligit
dyabolum lacrima similis quam pena
infernalis. Et nec inimicos vincit in-
numerabiles et ligat a potestate
De oratione devota dicit Gregorius
Si virtus devotionis orantem in-
timius afficit omnis spiritus prave
cogitationis obmutescat unde
dicit Augustinus Quid oratio confert o-
ranti desiderium deo satisfaciat
demonibus autem flagellum et in
virtute orationis devote Iacob preva-
luit ad angelum cum quo luctabatur
In hac lucta tangit angelus nervum
femoris et marcescat quia virtute
orationis devote Iacob prevaluit
ad angelum quo luctabatur. In hac
lucta tangit angelus nervum fe-
moris et marcescat quia virtute
orationis devote concupiscentiam
reprimit ita quod ex hoc vir sanctus
incipiat claudicare. Qui cum pe-
dem claudit non potest pedem semper
infigere. Quia mens devotione
affecta non potest pedem devotionis
affigere delectationi concupiscentie
carnalis. Secundum ministerium ange-
lorum circa temptationem hominis
est hominem signare et protegere
Quod bene figuratum est Apocalipsis
vii. Cum dicit Vidi angelum
ascendentem ab ortu solis ha-
bentem signum dei vivi et
clamavit voce magna quatuor
angelis quibus datum est nocere
terre et mari dicens nolite nocere
terre et mari neque arboribus quo-
usque signemus servos dei nostri
in frontibus eorum. Hoc signum quod
per ministerium angelorum reprimitur in mentibus
electorum est memoria [illegible] do-
minice passionis dei. De quo signo
scribitur Ezechielis ix Signa thau super
frontibus virorum gementium. Et quia
tunc isto signo fuerunt insigniti
non timuerunt angelum percussorem
unde sequitur Ibi super quem videritis
thau ne occidatis. Ideo cum debet
timere dyabolum percussorem qui nullo modo
habuit deum in habitatorem ut dicit
Augustinus. Per hoc etiam signum discer-
nuntur electi a reprobis qui designantur
in Apocalipsis per terram et mare et
arbores. Terra autem nocere dicuntur per-
terrenorum amatores. Mare autem fluc-
tibus intumescat sunt ipsi superbi
per spiritum elationis inflati. Arbo-
res autem que terre affiguntur et
ex ea nutrimentum sumunt sunt
homines molles carnalibus concu-
piscentiis adherentes. Et omnes isti
reprobi discernuntur ab electis per figuram
dominice passionis in qua Paulus apostolus
volebat gloriari cum dicit Galathas
vi. Michi absit gloriari nisi in cruce
domini nostri Ihesu Christi. Tertium ministerium
angelorum est ligare potentiam de-
monis per comprehensionem sue temp-
tationis et hoc bene figuratum
est Apocalipsis xx ubi Iohannes vidit
angelum descendentem de celo
habentem clavem abyssi et cathe-
nam magnam et apprehendit dra-
conem serpentem antiquum qui
est dyabolus et ligavit eum et
misit in abyssum. Ex quo
innuitur quod sancti angeli ligant et
comprimunt potestatem dyaboli ne
possit nocere electis quantum vellet
qui dicitur draco per temptationem
sevitiam quia in principio blande
et quasi sub specie boni suggerit
malum [illegible] precipitavit
tunc in fine [illegible] tandem

et per malam consuetudinem homo
detinetur in peccato sicut dicit Isidorus quod
draco cauda stringendo interficit
elephantem. Secundo dicitur specus per
temptationem manifestam quia ve-
nenum peccati ore suo diffundit dya-
bolus. Non dicitur inquantum cum bono
adversatur per pravitatem ad peccatum impel-
lit. Secundo dicitur Sathan id est adversarius
inquantum cum bono adversatur per pravi-
tatem sue voluntatis obstinate in
malo. Tamen autem adversarius sedem
circumspecte perfecte vincitur quum mens
nostra in malum quod suggeritur
nec per delectationem nec per consensum
inclinatur. Et quando iste conflictus
a proximo illatas ab angelo custodi
a ruinacione compescitur unde dicit
Bernardus demonum est malum
suggerere nostrum est non consentire
tamen quotiens ei non consentimus
et resistimus totiens eos superamus
et angelos letificamus deum hono-
ramus qui incitat ut pugnemus
adiuvat ut vincamus fortificat
ne deficiamus. Quarta ministerium
angelorum attenditur circa laborantes
in bona operatione et hoc similiter
est triplicitur secundum quod in homine
est triplex impotentia ad bonum operandum.
Primo namque habet homo impoten-
tiam standi in bono. Secundo habet
impotentiam proficiendi in bono.
Tertio habet impotentiam perseve-
randi. Primo dico quod homo habet
in se impotentiam standi in bono
quod patet in simili tamen sicut
puer pre debilitate et fluctuatione
mentis sue in bono stare non possunt
nisi presidio angelico muniretur
et ideo scribitur in psalmo angelis
suis deus mandavit de te
ut custodiant te in omnibus viis
tuis ne scilicet a proposito bone vo-
luntatis umquam cadas. Quod
vim 2 nisi Bernardus primo nobis
debet conferre magnam reverentiam

pro presentia angeli nobis custodi-
entis. Unde dicit Bernardus in quovis diver-
sorio in quovis angulo tuo an-
gelo reverentiam exhibe ne unquam
audeas illo presente quicquid facere
quod me presente facere non audebis. Secundo
nobis debet afferre magnam
devotionem et benivolentiam dei
qui nobis tales custodes et ymmo
deputavit. Tertio nobis debet afferre
magnam fiduciam et eo quod talibus
custodibus sic nominalibus sic po-
tentibus vallati sumus quod contra
eorum imperium nichil nobis adversa
contingere potest. Quod patet per hoc
propheta ibidem scribit in manibus
portabunt te ne unquam offendas
ad lapidem pedem tuum et ne tuus
affectus si ipsis consentire voluerit
unquam malo nichil impingat
ideo autem signanter dicit quod
portabunt te in manibus quia parvuli
sumus et debiles sumus ut dicit
Bernardus et ideo ab omnibus por-
tari ab eis cottidie custodiri
indigemus. Unde dicit Bernardus
quod quotiens gravissima
te urget temptatio et tribulatio
tibi vehemens imminet tribulatio
invoca custodem tuum qui te
custodiet et defendet in omnibus
viis. Secundo habet impotentiam proficiendi
in bono nisi urgetur et confor-
tetur ministerio angelorum adiutorium
significatum est 3 Regum 19 c. Heli-
chas fugiens a facie Jezaba-
bel petivit anime sue ut moreretur
Ecce angelus domini tetigit eum
dixit quod illi Surge et comede
grandis enim restat tibi via
Et ecce ad caput suum subcine-
ricius panis et vas aque. Et
surgens comedit et bibit et
ambulavit in fortitudine cibi
illius usque ad montem dei. In
quibus verbis evidenter innuitur
ministerium angelorum circa nos

quitur ad duo primo quia in nobis infirmitatem et impotentiam in bono proposito confirmant et sustentant et hoc designatur in pane nobis spiritualiter refecte. Secundo quia tamquam fontes estuum temptationum angeli in nobis extinguunt et hoc figuratur in aqua estuum temptationum in nobis spiritualiter temperante. Tertium autem impotentiam in bono standi et perficiendi plerumque in nobis ex acedia et tepiditate innascitur. Unde dicit Jeronimus ad emendandum fastidiosis ac tepidis continua incrementa instauranda necesse est. Secundo vite vanitas profectum gaudet et crescit cessatione compescit et desistit. Tertio habet impotentiam in bono perseverandi sine qua perseverantia nemo potest attingere bravium eterne felicitatis nec pervenire ad terram promissionis. Ideo dicit Bernardus Sermo quod perseverantia est singularis filia summi regis que solam triumphantibus imponit sortem eterne retributionis. Ad habendum autem perseverantiam in bono multum indigemus auxilio angelorum. Quod bene figuratum est Exodi xxiii ubi dicitur Ecce ego mitto angelum meum qui te custodiat in via et introducat in terram quam promisi patribus tuis. In quibus verbis innuitur duplex actus circa nos angelici ministerii. Primus est remouere a nobis impedimenta que nos retardant a profectu virtutis quibus in via patrie vite insistere debemus. Secundo est quia per fidelem perseverantiam nos monent in terram promissionis et eterne felicitatis quam expectamus, quod summe nobis necessarium est. Sicut Gregorius dicit

Virtutes absque perseverantia nec qui pugnat victoriam nec palmam victor sequitur. Tolle perseverantiam nec obsequium mercedem habet nec laudem fortitudo bellantis. Sola est que hominem eterne felicitati reddit dicente domino Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Quam perseverantiam in amore dei et profectu virtutis nobis concedat qui est benedictus in secula seculorum amen.

Sermo primus de translatione sancti augustini sequitur

Tempus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo et accensus est ignis magnus ita ut omnes mirarentur 2 Machabeorum 1 capitulo. Sicut flores terre nascituri vel nascentia naturaliter continentur in radice et forme rerum sensibilium virtualiter continentur in potestate, sic usque ad statum nove legis preeminent prefigurata fuerunt in veteri lege et quanto potiora tanto pulcrioribus figuris sunt preformata. Tempus ergo quo fuit a deo ab eterno promissus ex lumine doctrine precipue militantis ecclesie multis per actum huiusmodi corporis prefiguratur. Cum dicitur Tempus affuit etc. In quibus verbis translatio venerabilis attollitur ex tribus que ad ipsum concurrerunt. Primum est plenitudo perfectionis ex parte sui que notatur in refulsione solis cum premittitur Tempus affuit quo sol refulsit. Secundum est magnitudo devotionis ex parte populi que notatur in accensione ignis cum subditur Et accensus est ignis magnus. Tertium est multitudo admirationis ex parte miraculi facti que notatur cum subinfertur

Ita ut omnes mirarentur. Circa primum sciendum quod eius translatio prelata tripliciter describitur et eximie commendatur. Primo vero ut divinitus preordinata. Unde primitur tempus affuit in quo scilicet ipsa gloriosa translatio ab eterno preordinata et ab ecclesia plurimum desiderata in tempore completa fuit. Unde omnes qui eius translationem expectabant gratulanter poterant dicere illud Treni 2 Ecce dies quem expectabamus advenit. Secundo describitur ut celitus declarata cum subditur Quo refulsit in quo corpus eius sacrum signis et virtutibus refulgere incepit. Tertio describitur ut humano intellectui obumbrata cum innuitur qui prius erat in nubilo absconsionis. Ita quod eius gloriosa perfectio fuerat triplici nubilo absconsionis obumbrata. Primo quidem nubilo absconsionis et laterie quia fideles pro metu infidelium civitatem yponensem obsidentium corpus eius absconderunt et in Sardiniam transtulerunt. Secundo nubilo caliginis et ignorantie quia gentiles civitatem illam expugnantes nec eius perfectionem cognoverunt nec sibi debitam reverentiam impenderunt. Tertio nubilo despectionis et ignominie quia pagani postmodum Sardiniam expugnantes et loca sacra prophanantes sacro corpori ignominiam intulerunt. Contra istud triplicem nubilum sol iste gloriosus in sua translatione corporis refulsit. Et primo quidem in miraculorum choruscatione. Secundo in populorum devotione. Tertio in multorum bonorum exhibitione et videbitur in processu. Primo ergo plenitudo sue perfectionis notatur in sole refulgente in quo eam fidatam ut quitam perfectionem super alios doctores habebat. Ecce hoc colligitur quod aliqui doctores comparantur stellis Dan. xii. Qui docti fuerint fulgebunt sicut stelle in perpetuas eternitates. Iste autem comparatur soli. Item quia aliquando iste mittitur in regno aliorum sanctis sicut Matth. xiii. Ubi dicitur fulgebunt iusti sicut sol in regno patris. Et quod iste gloriosus pater obtinuit in mundo. Eccli. 50. Quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei. Potest autem dici quod plenitudo sue perfectionis comparatur per solem refulgentem intelligitur. Propter tria sol namque habet puritatem in essentia claritatem in refulgentia in influentia caliditatem quia suo calore omnibus terre nascentibus vitam influit et inspirat. Sic iste gloriosus doctor et pater habuit candorem incontaminabilem sanctitatis et splendorem inobfuscabilem veritatis et intelligentie et fervorem inextinguibilem caritatis et benivolentie. De primo patet quia sicut celum dei purum quod nec pulverem nec ullam peregrinam impulsionem recepit a qua maculetur vel obfuscetur. Sic et anima pura quando nec aliqua translatio et prosecutus sue nec allatos premisisset nec inordinata affectione sordidatur. Est anima speculum et omnem rem quam capit et diligit eius similitudinem in se gerit. Unde cum ipsa sit speculum purissimum et exemplar summe virtutis exemplar eius multum debet detestari ne aliqua re viliori maculetur. Talem puritatem habuit beatus Augustinus

Unde bene poterat dicere illud
Job xxvij non reprehendit me
cor meum in tota vita mea Ex-
quo scilicet quisus sed ad fidei ve-
ritate et ideo per veritate cordis
fuit amabilis in oculis divine
maiestatis Eccl xxxi Dulce
nomen et delectabile est oculis
videre solem Et quia dilectus libet
pascatur inter lilia puritatis et mun-
dicie Ideo soli mundo corde
debent eum videre et eum ipsis solum
dignatur mansionem facere Et amat
cum floridam terram flos de ra-
dice yesse et non nisi inter lilia
pascitur flos campi ut dicitur Canticorum
Secundo in sale i in puritate
incontaminabili unde concedere
beati Augustini Ipse deus posuit
thabernaculum suum Et illud tha-
bernaculum purissimum deus ut
sibi preparet excitatur multo clare
illustratur splendore recreavit odore
satiavit dulcore ut patet per illum
Augustinum In confessionibus suis
vocasti domine dicente te et cla-
masti et rupisti surditatem meam
Et bene dicit clamasti quia longe
aberat in regione dissimilitu-
dinis choruscasti et splenduisti
et fugasti cecitatem meam fla-
grasti et duxisti spiritum et anhelo
gustaui et esurio tetigisti et ar-
deo in pacem tuam Ac secundo
patet tertiam sicut sol est fontale
principium luminis yam luna et stel-
las illustras et ad omnem partem
suos radios diffundens sic beatus
Augustinus luminis sue sapientie
et omnes alios diffudit et retia
hodie omnes doctores palpitarent
In tenebris ignorantie nisi hau-
rirent de fonte sue sapientie
Et ideo ei competit quod scribitur
Job xxxviij Numquid illi super timorem
terre et ideo dicit Rome Sicut
sol totum mundum illuminat sic Augustinus
totam ecclesiam perfudit lumine
sue sapientie et doctrine Eccl xxiiij
In diebus illis emundavit puteum
aquarum scilicet profunditatis scripturarum
ad omnem aliorum intelligentiam
per suam expositionem est deducta
et quasi mare adimpleti sunt super
modum Quarto ad claritati sapientie
permittitur puritatis cordis quia sicut
videmus quod pictores primo omni
ad album colorem superponunt et
per medium diversitatem in aliorum
colorum subducunt Sed ex parte
mentis oculum depurat antequam
sapientia impleatur nec mirum Cum
enim sapientia impleatur nec mirum
eum cum sapientia divina sit candor lucis
eterne et speculum sine macula
ut patet Sapientie vij Non nisi in
loco purissimo tamquam precioso sub the-
sauro reponi debet Et quia ne-
minem diligit deus nisi qui cum
sapientia inhabitat patet quantum deus
beatum Augustinum dilexerat vel dile-
xerit ut quem tam pelagus sapientie
infudit Unde de hac infusione
gloriatur ipsa Eccl xxiiij Ego
sapientia effudi flumina Ac tertio
patet Eccl xlix Verbum eius quasi
facula ardebat quia totum mundum
suis libris et verbis ardentibus in-
flammabat In quibus non nisi cari-
tas resonabat Ideo dicit in libro de
doctrina christiana Ita a doctore catho-
lico sit exponenda est sacra scrip-
tura quod sit in omni expositione
sancte caritatis Nec mirum quia
ex habundantia cordis os loquitur
quia ipse caritate plenus fuit
Ideo non nisi que caritatis erat.

sciebat loqui sicut de ipso legitur et
cantatur. Quod caritas cristi vul-
neraverat cor eius et gestabat
verba eius quasi sagittas acutas
Sagitte namque ignite tunc in cordis sui
fuerunt infixe quod non sciebatur
illius ducebatur dulcedine mirabili con-
siderat altitudine consilii divini super
salutem humani generis has sagittas
experta expertus fuit qui dixit Sa-
gitte potentis acute et benedicte
acute quia pertingunt usque ad divisionem
anime et spiritus ut dicitur hebreorum iiii°
eo quod hominem totali a se ex-
pellendo dividunt et elongant. De aliis sa-
gittis sensit Augustinus cum dicit Confessionum
michi deus ut venias in cor meum
et inebrias illud in amore tuo et
omnium malorum meorum obliviscar
et omnium bonorum amplectar te. Ex
quo patet quantum decipiuntur qui ad dei
visitacionem diligunt totum cum cor divisum
ipse vult nec pati consortem quia
lectulus sic arctus est ita ut
alterus decidat pallium divini amoris
breve est utrumque operire non potest
quia suavitatis divini amoris numquam
sentitur a corde dedito cupiditati-
bus carnalibus et terrenis ideo
dicit Bernardus delicata est conso-
latio divina et non datur admittentibus
alienam. Quod nobis prestare dignetur.

Secundum principale de visitacione sancti augui

Secundo in verbis propositis notatur
magnitudo devocionis ex
parte ipsius ubi dicitur Et accen-
sus est ignis magnus quia exist(it)
solis refulgencia magna est devo-
cio in ipso sub secunda ut clarius de-
clarabitur apparebit. Ubi notandum quod radii
huius solis refulserunt in triplici
genere hominum scilicet activorum contem-
plativorum et hereticorum quod ad insinu-
andum scribitur Ecclesiastici xliii Tripliciter
sol exurit montes radios igne-

os exsufflans. Isti montes sunt
viri perfecti vite sanctitate et cogita-
cionis claritate super alios ele-
vati. Unde dicit Glossa montes sunt
sancti qui excellentes in contemplacione
celestie quasi flos campi plani-
ciem mencium singulari puritate
transcendunt. Horum corda deus
sue gracie visitacione illustrat et
mentes eorum quadam prelibatoria
fruicione inebriat. De primo patet
Primo igitur activos sol iste tripli-
ci radio perfundit. Primo quidem
radio castitatis et continencie ut
carnem vincerent sicut cum tamquam
castitatis amator cum non permitte-
bat quod sua carnalis amita aut
neptis sua que ambe cum deo
serviebant ipsum crebro visitarent.
Ex quo patet quantum fugerit consorcium
feminarum unde poterat dicere
illud Job xxxi Pepigi fedus cum
oculis meis ut non cogitarem quidem
de virgine. Malum cum eciam Hugo
li° primo de claustro anime dicit
pudicicia oculorum genitor est cordis
sedet ad ianuam non permittet intrare
quod noceat nichil mittat nisi
quod deceat. Secundo quicquid indecens
videt allevat et excludit. Secundo
radio paupertatis voluntarie ut
mundum contempnerent. Nam de ipso
legitur quod displicebat ei quicquid
agebat in seculo pro dulcedine
dei. Et quod mundus iste vilesce-
bat ei ad delectaciones inter suis
fuit cum totus paupertatis ama-
tor quia voluntariam paupertatem
in sua regula instituit quam eciam
usque ad mortem servavit et ser-
vandam aliis posuit et precepit.
Unde poterat dicere cum apostolo Omnia
arbitratus sum ut stercora ut
cristum lucri faciam. Tercio cum solus
fuit per vivum contemptum mundo mortuus
sed eciam crucifixus quia penalem

et quasi crucē sibi reputabit
quod numquam debet timeri et qua-
libet inplicare sicut vere patebat di-
ct ad exemplo apostoli in mundo cru-
cifixus est et ego mundo, per-
fudit eos radio humilitatis et obe-
diencie ut dyabolum superaret quod
patet, fuit enim vere humilitatis secta-
tor et humilis cristi perfectus imitator
qui se reputabat omnibus humiliorem
vnde legitur quod diceret hoc quod
dicit Ecclesiasticus sed non decet (Augustinus)
et per nimia humilitate ascendit
ad maxima diviciarum secretorum
revelationem que non debentur nisi hu-
milibus ideo dicit Augustinus Quod
fluenta divine sapiencie declinant
cacumina mencium hoc est mentes
superborum et defluunt ad yma con-
vallium quia replent mentes humilium
et quia secundum regulam domini in e-
vangelico Qui se humiliat exalta-
bitur, ideo sicut ipse fuit omnibus
suam reputacionem humilior ita omnibus
doctoribus est summa dignitate et
auctoritate in mundo superior et eciam
ut pie creditur in celo gloriosior
unde scribitur Job v Qui ponit humi-
les in sublime ubi dicit Gregorius
Bene humiles in sublime ponit
quia qui nunc pro cristo despecti sunt
tunc cum ipso iudices apparebunt
et ista triplex splendoris refulge-
ncia nobis fuit promissa ysaie lviii
Implebit inquit splendoribus
animam tuam etc quod apte sibi con-
gruit illud Baruch iii Omnis
ondit splendorem in summum in te quia
splendor tocius sanctitatis et perfeccionis
de ipso refulsit / Secundo sollicitate
vivificavit ipso contemplatiue eplu-
vit radio perfudit primo radio se-
renissime cognicionis Secundo radio
fervent(is)sime dilectionis Tercio ra-
dio suavissime devocionis ///

de primo patet ipse enim quibus secundum naturam
patitur profundissime descripsit / de
generatione enim divine de earum consub-
stancialitate et coeternitate / hec autem
cognoscere et amare est summum bonum
quod non nisi purgatissimis mentibus conceditur
ut patet per ipsum primo de trinitate et in
inquisicione doctrina eius ibidem necessaria
est mentis purgacio ut illud ineffa-
bilem ineffabiliter videri possit Vnde
de splendore sue serene cognicionis
potest intelligi quod scribitur Apocalipsis xxii
Ostendit michi angelus flumine aque
vive splendidum tamquam cristallum
quod bene de claritate sue doctrine potest
intelligi qui in summum trinitatis et multa
secretorum misteria splendide reserat
De secundo patet fuit enim cristi vehe-
mentissimus amator qui amor tam
cor suum inflammaverat quod in nullo
quidem familiaritatis contentus per interiora
penetralia quousque ad cor dilecti per-
tingeret et ipsum in dilectione totaliter
inforaret Nobis enim ipsum caritatis et
dilectionis vinculis quod mundo et omnibus
mundialibus mortuus dicere potuit vivo
ego iam non ego vivit autem in me
cristus Et fuerat namque caritas totum
mundum suis lebiis respergebat In
quibus sola caritatis exuberat Vnde
de ipso potest intelligi quod scribitur Ecclesiastico
xlviii Verbum eius quasi facula
ardebat etc quod ipse dicit in libro
Solliloquiorum O amor qui ardes
et numquam extingueris deus meus
accende totum me ut totus diligam
solum te Et sicut ipse dicit in ix confessionum
Minus te amat qui non propter te amat
De tercio patet nam crebris divinis
revelationibus et visionibus excessus
senciebat in quibus divinam dulce-
dinem in quantum ad fruicionem prelibato-
ria gustabat vel degustabat
ideo dicit in libro x confessionum Domine
introduxisti me quandoque in tam inso-
litam dulcedinem que si perficitur /

in me uestis si qua vita dulcis esse
potest. Cum sicut facies moysi videbatur
esse cornuta ex consortio sermonis dei
ita post aliam contemplationis excessum non quasi
humanam sed potius angelicam faciem
habere videbatur. Sicut legitur de Stephano
actuum vi. Et de hoc splendore deuotionis
potest intelligi quod scribitur Exodi xvi. Cum
incaluisset sol liquefiebat manna
quia ad feruorem caritatis et splendo-
rem inspirati luminis mens eius tamquam
manna celica in miram suauitatem
deuotionis resoluta fuit. Unde bene
poterat dicere cum propheta factum est cor
meum tamquam cera liquescens in medio
ventris mei. Tercio malleos altos et
hereticos arrogantes et superbos tripli-
ci radio perfudit seu confudit quia
ipsorum errores triplicibus expugnauit
scilicet scribendo predicando disputando
vbicumque poterat per errantibus contur-
pandis suam presenciam exhibebat vbi
autem non poterat voce et predicacione
attingere illuc perscripta et disputatio-
nes se diffudit et ita gladio dei
vbi fidem catholicam contra hereticos
viliter defensauit. Unde bene conuen-
it sibi illud 2 machabeorum xv. Accipe
gladium sanctum munus a deo in quo
deicies aduersarios populi mei Israhel
multitudinem vtilitatem facturum
ecclesie merito flamma deuocionis
populi Christiani in ipsum per maximam de-
uocionem exarsit. De primo radio
potest intelligi illud Ezechielis primo
splendor ignis et de igne fulgur
egrediens quia de ignita doctrina
Augustini processit fulgur splendens
omnes hereticos deterrens. De secundo
radio scribit Abacuk iii in ibunt
in splendore fulgurantis haste tue
per quas quidem hastas intelliguntur
raciones fortes et inexpugnabiles
quibus hereticos confutauit et ad modum
fulguris repercussit. De tercio radio
scribit in psalmo fulgura choru-

scacionis et dissipabis eos quia
per lucidam doctrinam in suis libris
expressam ipse hereticos ad modum
fulguris dissipauit et veracissime
confutauit. Propter quod bene de ipso
potest intelligi quod scribitur Judith xiii
Benedicta deus qui ita hodie nomen
tuum magnificauit ut non deficiat
laus tua de ore hominum. Omnes enim
homines catholici fideles ex sue
laudis preconio possunt assumere
illud Judith xv. Tu gloria ierusalem
tu leticia israhel tu honorificencia
populi mei etc. /

Sequitur tercium principale de sancto Augustino

Tercio ostenditur multitudo admi-
racionis ex parte miracu-
li facti. Cum submittere ita
ut omnes mirarentur. Ex hoc co-
uenient omnes enim homines presentes
et absentes fideles et infideles
merito mirari possunt de stupendis
miraculis in eius translacione
factis de quibus potest exponi illud
quod scribitur in figura Joseph et
Eliseo. Videlicet quod ossa eius
post mortem prophetauerunt. Quod
vere fuit adimpletum in translacione
beati Augustini. Cuius ossa propheta-
uerunt non lingwa sed odorum
fragrancia non verbis sed miraculis
non clamore sed reuelacione interiori
potest autem dici quod ossa beati Augustini
prophetabant tripliciter. Prophecia primo
prophecia suauissima per odoris fra-
grantiam que de suo tumulo sen-
sibiliter emanauit. Cuius quidem excel-
lencia per ex qua doctor claruit vel
apparuit miraculis seu mirabilis
primo racione argumentis quia de ossi-
bus resolutis in puluerem suauis
exalabat. Secundo fuit mirabilis
racione qualitatis quia numquam talis
odor super terram visus fuit nec
alicui terreno odori similis fuit
sed mirum quia ipsum celestis

vngentarius conficiebat de preci-
ositate non terrenorum sed celestium
aromatum. Tercio ratione quantitatis
vincebat cum omnes alios odo-
res. Quarto ratione virtutis quia
talis odor curabat morbos et
sanabat egros seu egrotos. Sic beatus
Augustinus spirabat odorem potentissimum
omnium miraculorum operacionum. Tanta
enim pietate sua bonitate exube-
rabat quod numquam aliquis ipsum fideli-
ter invocavit qui sue peticionis
salutiferum consequeretur effectum. Sic
etiam in vita ita gratus extitit
quod nullus numquam de ipso inconsolatus
abscessit quacumque tribulacione vrgeretur
seu detineretur. Tercio spirabant
odorem suavissimum per multiplicem
revelacionem. Nam divino instinctu
inspiratus Langobardorum rex ipsum
magnis sumptibus et laboribus de
Sardinia ibi fere CC annos quie-
verat in honore quousque in papiam
transtulit de bellatoribus Sarracenis
qui tunc Sardiniam occupaverunt
et omnia loca sacra ipsi devasta-
verant et tanta fame me viri
potentissimi obruerentur inspiratus de-
votus rex et per revelacionem ammonitus
ipsum transtulit in papiam. Et hec est
secunda translacio eius quam nunc isto tempore
agimus in autumpno. Prima
translacio eius in qua de ipona per
Sarracenos depopulata in qua
etiam mortuus est et in pace quievit
in Sardiniam. Deinde de Sardinia
in papiam cum magno honore et
devocione translatus. De qua gaudio-
sa translacione potest intelligi illud
paralip. xv. Ubi david et omnes
seniores israel deduxerunt archam
federis domini in iubilo. Beatus autem
beatus Augustinus potest dici israel et archa
federis domini quia sicut in archa
federis fuerunt tria scilicet tabula moysi
et virga aaron que floruerat

et urna aurea habens manna. Ita in
beato Augustino fuit perfecta intelligencia scrip-
turarum. Unde de eo scribit volusianus
legi dei deest quicquid augustinum
contingit ignorare. Que intelligitur
per tabulas et perfecta rectitudo vite et
doctrine que intelligitur per virgam. Et perfecta
[illegible] accio caritatis et odor devo-
cionis et sapor que intelliguntur
per urnam auream habentem manna.
Cuius iubili et eterne felicitatis nos
participes faciat Christus marie filius in
eternum benedictus. Amen.

Sermo de S. Anna matre virginis marie gloriose etc.

Beatam me dicent omnes genera-
ciones. luce i. Verba proposita
convenienter assumuntur in laude
et preconio beate anne secundum eorum
duplicem intellectum. Primo quidem omnes
generaciones id est omnes fideles eam rite
glorificant quia per fructum sui ventris
id est glorose virginis omnes sunt a dampna-
cione eterna mirabiliter restaura-
ti. Secundo eam omnes generaciones id est
gracia et virtutum operaciones eam
rite beatificant quia eius meritis
per divinum influxum sunt in nobis
mentaliter propagate ut infra patebit.
Quod potest intelligi ex racione sui
nominis. Nam Anna interpretatur gracia
seu donans vel donatio et bene
significatur vel signat fecunditatem
gracie a qua nobis virtutes et dona
gratuita divinitus conferuntur. Ista anna
genuit tres marias. Prima fuit
mater domini quam genuit ex Joachim
primo eius viro. Secunda fuit mater filiorum
alphei quam genuit ex secundo viro
qui genuit quatuor filios alphei.
Tercia fuit mater filiorum zebedei
que genuit Jacobum maiorem
et Johannem ewangelistam. Et quia
tales sancte generaciones ex ipsa processe-
runt ex quibus tota congregatio
fidelium sanctificatur ideo racionabiliter
ab omnibus generationibus fidelium

beata predicatur. Unde bene potest dicere Beatam me dicent omnes generationes. Ad cuius maiorem evidentiam est sciendum quod beata Anna multis ab omnibus generationibus beata predicatur triplici ratione. Primo quidem ratione sue singularis perfectionis quam habuit in statu coniugatorum(?). Unde sicut dicit Jacobus Anna et Joachim ambo iusti erant et in omnibus mandatis domini irreprehensibiles incedebant. Omnem substantiam suam trifarie dividebant. Terciam unam partem templo et suis servitoribus impendebant. Aliam peregrinis et pauperibus erogabant. Terciam partem vero sibimet ipsis et familie sue usibus reservabant. Ex qua facta triplex eorum perfectio extollitur. Nam per hoc quod solum suis usibus terciam partem reservabant datur intelligi quod habebant perfectum contemptum omnium mundanorum et quod de rebus temporalibus nihil amplius appetebant quam quod stricte necessitati sue non sufficere poterat. Per hoc autem quod aliam partem peregrinis et pauperibus erogabant datur intelligi quod habebant perfectam caritatem et studium proficiendi in virtutibus et donis celestibus pro quorum consecutione a deo liberaliter nunc operibus insistebant et suam substantiam a deo alacriter impendebant. Per hoc autem quod terciam partem ipsi templo et eius servitoribus impendebant datur intelligi quod habebant fervidum amorem et desiderium omnia perficiendi que ad divinum honorem et ad eius beneplacitum cedere videbantur. [illegible] divino beneplacito in minimis contrarie. Unde quilibet eorum bene poterat dicere cum propheta In toto corde meo exquisivi te. Et alibi Ab omni via mala prohibui pedes meos i. affectiones meas ut non [illegible]. Secundo hoc idem patet ratione sue supernaturalis fecundationis. Unde sic refert Jacobus. Cum Anna et Joachim per xx annos in coniugio stetissent et ratione sterilitatis prolem non haberent voverunt domino quod si prolem eis concederet quod eam in eius divinis obsequiis mancipa[re]nt. Et cum hinc tota gens singulis annis in tribus festis principalibus in Ierusalem ascenderent contingit Joachim cum suis contribulibus in uno festo in Ierusalem ascendere et suas ibi hostias immolare. Quem sacerdos templi cum verecundia repulit asserens quod infecundus qui populum dei non augeret non debet cum fecundis hostias deo immolare. Cui cum verecundia recedenti et sue sterilitatis opprobrium ~~deferenti~~ deploranti angelus apparuit et ipsum de conceptione prolis letificat quod ad hoc quandoque deus aliquarum femine uterum claudit ut mirabilius aperiat et ut cognoscatur quod illud quod nascitur non sit libidinis sed potius divini muneris ut patet in Sara et Ysaac et Anna et Samuel et multis aliis. Eadem quoque revelatio et ipsa Anne fuit facta et ideo divino munere superabundanter fecundati beatam virginem genuerunt quam statim post terminum sue ablactationis sponte ad templum duxerunt et ibidem usque ad tempus sue desponsationis domino fidelissime et sanctissime serviebat. Tercio hoc idem patet ratione sue naturalis et triplicis(?) naturalis propagationis. Unde Anna tres marias genuit ut supra visum est. In qua quidem naturali propagatione fecunditas spiritualis propagationis convenienter designatur. Anna ergo primo genuit mariam ad designandum quod gratia divina in nobis primo et principaliter generat caritatem. Et quia triplex est actus caritatis. Horum primus et principalis attenditur respectu dei quo diligitur ipse deus. Secundus attenditur respectu sui quo homo diligit seipsum in ordine ad honorem dei. Tercius attenditur respectu proximi quo ipse proximum in deo

diligitur in deo propter istum triplicem
actum caritatis dicitur Anna i.
gratia genuisse tres marias Primam
mariam que genuit christum ad osten-
dendum quod caritas divina in nobis
generat verbum eternum Eterna propter
connexionem et inseparabilem unionem
Ubi enim ad ipsam caritatem caritas
non potest esse sine verbo nec econverso
Et io scribitur i. Johannis iiii capitulo Deus
caritas est et qui manet in cari-
tate in deo manet et deus in eo
Deinde genuit secundam que ut
dictum est genuit quattuor filios al-
phei scilicet Joseph Jacobum minorem
Symonem et Judam Per quos desi-
gnatur quod perfecta dilectio sui generat
in nobis quadruplicem actum in
caritate/ Primo namque caritas
respectu sui seu nimia generat in nobis
fervorem et desiderium in virtutibus
proficiendi quia fervidum desiderium
in amore virtutis propter conatum habet
in melius proficiendi omnia que prius
fecerat obliviscens et ad exemplum apostoli
ad anteriora i. ad maiorem profectum
virtutis se extendens Vere nimirum
talis cum affectiones in corde suo
disposuit quia cottidie conatur
proficere de virtute in virtutem donec
videat deum deorum in syon Et
hoc bene signatur per primum filium
scilicet Joseph qui interpretatur augmentum
vel filius accrescens/ Secundo generat
in nobis contemptum mundi quod signatur
per Jacob qui interpretatur supplantans
Vera namque dilectio dei mundum
supplantat quia omnia que mundi
sunt pro nichilo reputat dicens cum
apostolo, Omnia arbitratus sum ut
stercora ut christum lucri faciam Tertio
generat in nobis merorem presentis
exilii cuius instinctu facit nos deplangere
miseriam presentis incolatus dicens cum
propheta heu michi quia incolatus
meus prolongatus est Et hoc apte si-
gnatur per tertium filium scilicet Symonem
qui interpretatur auditor meroris

quia in ea caritate inflammata insti-
ter perficit nos perfecte deplangere
merorem et miseriam presentis incola-
tus Quartum generat in nobis perfectam
reverentiam et devotionem ad laudem dei
Anima enim caritate inflammata solam
intuetur excellentiam divinam reverentia voca-
tam et non laudi divine Omnia autem
alia reputat vana et ociosa et hoc
aperte signatur per quartum filium scilicet
Judam qui interpretatur glorificans vel
confitens quia cordi amoroso suavissimum
esse dinoscitur divinam reverentiam
pro omnibus excellere et eius laudibus
insistit indesinenter d. cum propheta Benedicam
dominum in omni tempore Deinde genuit
tertiam filiam vel tertiam mariam que
peperit duos filios zebedei per quorum
dilectionem proximi designatur et quia dilectio
proximi circa duo potissime versari
dicitur Primum est ut ipsum ex caritate
consilio et ope a noxiis retrahamus
et ad virtutis amorem instigemus
Secundum est ut ipsum in amore divino
fervencius inflammemus quem quidem
ex caritate debemus ipsi proximo
Deo significatur per istos duos filios per
quos mariam tertiam legitur genuisse scilicet
Jacobum et Johannem per quos predicti
actus caritatis designantur Jacobus enim
interpretatur luctator et designat mentem
morosam contra vicia viriliter reluc-
tantem et virtutibus actibus insudan-
tem Johannes vero interpretatur in quo
gratia et designat mentem in divini
amoris notitia ferventem/ quod bene
Johannes in se ipso ostendit qui plenus
caritate existens ipsam caritatem
nobis pre omnibus commendavit nec
mirum quia sicut dicit Augustinus
lingwa amoris non ea nisi que
amoris sunt novit loqui/ cuius
amoris nos participes faciat marie
filius in eternum benedictus

Sequitur Sermo secundus de sancta anna matre virginis gloriose etc.

Benedictus dominus qui ita hodie
nomen tuum magnificavit ut
non deficiat laus tua in ore ho-
minum Judith xiii° Verba proposita scri-
buntur ad laudem de gloriosa Judith
que pro salute et liberacione sui populi
seipsam periculo mortis exposuit
sed generaliter possunt assumi in laudem
et preconium beate anne que nobis genuit
virginem salutis que protulit et effudit. In quibus
verbis prefata commendatur et extollitur
a duobus primo cum ostenditur quod sit
a deo multipliciter sublimata Secundo
quod sit ab hominibus merito collaudata primum
notatur cum premittitur benedictus dominus
qui nomen tuum ita hodie magnifi-
cavit Secundum subditur ut non deficiat
laus tua etc. Circa primum sciendum quod bene-
dictus deus annam multipliciter sublimavit
et eam in presenti vita dotavit variis
privilegiis meritorum et in vita beata
varietate premiorum Verum primum patet
Deus in presenti ipsam tripliciter magni-
ficavit primo quantum ad maternalem fecun-
ditatem Secundo ad prolis dignitatem
Tercio ad virtutum eius venustatem De
primo patet Verum cum beata anna cum
viro suo Joachim per 20 annos sine
prole fecisset Deinde ad preces eorum
deus ipsis abstulit sterilitatis oppro-
brium et contulit supernaturaliter divino
fecunditatis partum et ideo factum
est ut dicit Jeronimus quod talis partus
non credetur esse libidinis sed pocius
divini muneris et inde est quod tres
personas singularis perfectionis et
sanctitatis de mulieribus sterilibus legimus
propagatas Quarum primus fuit ysaac
patriarcha quem Sara peperit postquam
usque ad annum nonagesimum protulerat
sterilitatis opprobrium cui ad vite salutis
promissio facta fuit per vocem divinam
ad Abraham delapsam In semine
tuo in quo benedicentur omnes gentes
Secundus fuit Samuel propheta qui ex anna
sterili natus fuit et vite sanc-
tissime extitit cum scribitur 1 Reg. 3
Cognoverunt omnes a dan usque

Bersabee quod fidelis Samuel
esset propheta domini Tercius fuit Johannes
baptista qui erat de Elizabeth
et zacharia sterili natus fuit
Ex quibus patet quanto matres
per naturam fuerunt steriliores tanto
supernaturaliter fecunditate generacionis
partus celebriores et sanctiores
inter quos Sancta Anna ita gloriosa
que nobis virginem salutis genuit
digne specialis prerogative et
dignitatis optinet principatum
ut dicit Jeronimus De secundo
patet Verum cum dignitas prolis
naturaliter redundet in honorem parentum
nulla mens humana potest capere
nec aliqua potest ad plenum describere
quanto honoris privilegio divina
clemencia gloriosam annam
illustravit que nobis generavit
protulit et stellam matutinam
que totum mundum suo splendore
illustrantem supernaturaliter generavit
hec est illa gloriosa femina in-
mensum honoranda in qua et ex
qua operatum est determinatum divinis
carismatibus plenum ac virtuti-
bus virtutum ingregabilibus inesti-
mabiliter adornatum in quo verum etiam
ex nimia caritate vestem in-
duit nostre mortalitatis ut nos
participes faceret glorie sue divinitatis
O vere radix benedicta que
sola fuit digna portare surcu-
lum et virgulam in qua flos
candidus et rubicundus electus
ex milibus nascitur hoc est ipse
cristus qui est flos per ameni-
tatem et odor per suavitatem
candidus per innocentiam puritatis
rubicundus non per fervidam cari-
tatem sed ex milibus ad promere-
ndam nobis eternam feli-
citatem. Tercium quod in ea vari-

ficatum est illud ysaie undecimo
Egredietur virga de radice yesse
Hec est virgo maria de semine
regio ipsius anne et flos id est
cristus qui fuit tamquam in virtutibus
floridus de radice eius ascendens
super quem spiritus sanctus septifor-
mis gratia requieuit et qui nobis
sanguinem fontem gratie ipse
ipso exhibuit quo mentaliter
recreati non precamur sanctitate in
solitudine patris eius Decimo
patet nam tanta virtutum varietate
cristus in hac vita animam beati-
ssimam adornauit quod secundum Ie-
ronimum perfectum exemplar
celestis vite non inmerito appetit
verum Ieronimus quod scribit in lau-
dem aule moribus virginis sanc-
tissime ita dicens Si omnia membra
corporis humani verterentur in lin-
guas non sufficerent suarum
virtutum premium seu preconia e-
narrare hec quod recte figurata
est per illam reginam que asti-
tit a dextris cristi in vestitu
deaurato circumdata varietate
Unde namque anima gloriosa regina
dicitur quia omnis motus sensua-
litatis per regulam diuine rationis
compescit ita ut nec cogitatu
nec in verbo nec etiam in opere
umquam aliquis motus inordinatus
in ea insurgere potuit contra iudi-
cium rationis Secunde etiam dicitur
quod a dextris cristi astitit quia semper
mens eius in bonis diuinis et
eternis occupata fuit In vestitu
etiam deaurato astitit quia pec-
tus eius caritate feruentissima
plenum fuit In etiam fuit circumda-
ta varietate quia in omnibus
suis dictis et factis motibus
et desideriis fuit adornata
virtutum varietate Cum omnes fide-
les pulchritudinem suarum virtutum
admirantes sibi dicunt per illud
Cantici vi Que est ista que in
hac scilicet mortali vita processit sicut
sol per bonum scilicet exempli claritatem
et formosa tamquam luna propter ce-
lestium ciuium conformitatem quia hec
in terris celestem vitam duxit Vide-
runt eam filie i. sancte anime
contemplatiue et beatam dixe-
runt et regine i. anime perfecte
regali domino predite laudauerunt
eam Ecce quod beata virgo ab omnibus
celestibus honoratur et laudatur et
beata predicatur Propter secundum est sciendum
Tercio quod sicut deus in hac vita
gloriosam animam magnificauit va-
rietate meritorum ita in eterna vita
que est hec stabilem patrie seu
stabilitatem patriam hodie nuncupatur
ipsam donauit multiplici premiorum
varietate hodie namque sicut dicit
Ieronimus dei genitrix parens gloriosa
paradisus glorie et voluptatis in
terra effecta ad portam celestis paradisi
perducitur ubi a deo corona glorie
in manu domini et dyadema regni
in manu dei sui coronatur ut dicitur
per ysaiam lxii capitulo De quali tri-
pudio dicit Ieronimus Quem illa
celestem urbem credendum est inef-
fabiliter exultasse quando animam
gloriosam dei incarnati a verbo sibi
salutare occurrente cum omnibus
celestis curie ordinibus ad ethe-
reum thalamum est deducta
ubi mater gloriosa fructu suaui-
ssimo satiatur Regem glorie cordis
oculis limpidissimis delectabiliter
contemplatur ubi eius auditui
per dei gaudium et leticiam cum
sibi a tota trinitate dicitur verba
melliflua cum suauitate plena

Prov. ult. Date illi de fructu
manuum suarum et laudent eam
in portis. Hec in premiorum meritis
opera eius. Unde pro varietatem
suorum premiorum bene sibi congruit
figura quam vidit Johannes Apocalypsis xii
multiplicat' [?] inquit amicta sole
et luna sub pedibus eius et in
capite eius corona stellarum xii.
In quibus verbis triplex premium
sue beatitudinis declaratur. Primum
consistit in sue mentis cum deo
perfectissima et intima unione.
Quod notatur Cum dicitur mulier
amicta sole. Ubi sciendum quod
hoc nomen mulieris non indicat
sexus fragilitatem sed potius
copiam et ubertatem. Hec autem
mulier recte perhibetur fuisse sole
amicta quia eius benedicta [?]
anima luci illi inaccessibili divinitatis
super omnes alias sanctas fuit
immersa. Secundum fuit in singularis
donum et perfecte caritatis et adop-
tione. Quod notatur Cum dicitur
Et luna sub pedibus eius. Bene
namque luna sub pedibus eius
dicitur esse quia omnis creatura
humana ipsius domino subiugatur
ut eius meritis et precibus ad
regna celestia perducatur. Propter quod
ipsam tamquam veram [?] nostram
patronam debemus in omnibus
nostris necessitatibus et periculis
mente devotissima invocare
hec in nobis cottidie revolven-
tes. Eya ergo advocata nostra
illos tuos misericordes oculos ad
nos converte. Et licet tibi patroci-
nii advocatio ad beatam virginem
a proprietate pertineat nullum tamen
sic innotescit ~~[illegible]~~ principaliter quod
sue virtuti [?] conveniat eius patroci-
nium. Tercium consistit in [?] apostolici
premii perfecta convocatione [?]. Quod

notatur Cum dicitur Et in capi-
te eius corona stellarum xii.
Per coronam xii stellarum
intelligo gloriam et premium xii
apostolorum quo beata anima propter omni-
nia sua merita a deo premiatur.
Propter quod merito laudibus cum hu-
manarum [?] insignis [?] venerandum [?]. Unde bene
sibi congruit illud Judith xv. Tu
gloria Jerusalem tu leticia Israel tu
honorificencia populi nostri. In
quibus verbis auditur quod propter triplex
premium memoratum triplici laude
attollitur scilicet laude divina angelica
et humana. Prima deus ipse suo ore
divino attollat ipsam Cum dicit
Tu gloria Jerusalem quod pertanto dicitur
quia tota milicia celestis Jerusalem
eius meritis honoratur. Deinde ore
angelico commendatur Cum subditur
Tu leticia Israel. Israel est omnium
angelorum et premium beatorum
qui per Israel intelliguntur quod deum
nuda facie ad faciem contemplantur.
Deinde tercio ore humano laudatur
Cum annectitur Tu honorificencia
populi nostri. Et est ~~[?]~~ omnibus enim
hominibus iuvenibus et senibus
pauperibus et divitibus viris et mulieribus
in eius laude dicere potest Tu ho-
norificencia populi nostri quia tota
natura humana eius meritis attolli-
tur et per sua et sue prolis mutua
beneficia insignia consolatur. Cuius glo-
riam in pia et misericordie in
vita nos participes faciat ipsius
corpus matris filius [?] mecum [?]
benedictus in secula amen.

Sequitur sermo de un-
decim milibus virginum

Agnus qui in medio throni
est reget eos et deducet
eos ad fontes vite aquarum.
Apocalypsis vii. Circa proposita quoniam

assumuntur pro laude et premio
huius presentis solempnitatis do-
minarum virginum que ex tanto fer-
vore caritatis pro fide Christi passe
sunt. In quibus verbis beatus Johannes
innuit dignitatem quam ipse vo-
catur iste gloriose virgines attige-
runt. Prima est istarum virginum per verbum
divinum familiaris instructio quia
notatur cum premittitur: Agnus qui in
medio throni est reget eos. Secunda
est earum virginum per verbum divinum
delectabilis refectio. Tercia notatur
cum subditur: Et deducet eos ad fon-
tes vite aquarum. Isti fontes vite
nichil aliud sunt quam purissima
cognitio veritatis divine quam ipse
in eterna beatitudine sumunt de
fonte sapientie divine. Et si quis
diligenter consideret ex istis verbis
nobis relucet istarum virginum in
dignitatibus singularis et vere divine
benignitatis ineffabilis, quod ex hoc
colligitur quia iste virgines sunt excellen-
tem earum felicitatem digne erant
ut a verbo eterno hic in via tam
familiariter docerentur. Et secundo perfectione
sapientie divine tam dulciter reficerentur.
Tercia primum est scilicet quod earum singula-
ris dignitatis idem colligitur ex hoc
quod agnus qui in medio throni est
per quem intelligitur verbum eternum pro nostra
salute incarnatum, quia deus dicitur
esse in medio throni quia est media in
trinitate persona, istas virgines sanctas
familiariter instruxit et per vias per-
fectionis admodo specialis sic amira-
biliter deduxit. Potest autem dici quod
earum familiaris instructio in
hoc apparet quod verbum eternum per sue
gratie influentiam in earum
mentibus spiritualem librum descrip-
sit ex cuius doctrinam ad culmine
tante perfectionis attingerant.
Prima littera fuit descripta colore
viridi. Secunda colore albo. Tercia

colore celestis. Per colorem viridem in
ipsis descripsit librum virtualis fe-
cunditatis. Per colorem album in ipsis
descripsit librum immutabilis pu[ri]ta-
tis. Tercia per colorem celestem in eis
descripsit fervente desiderii eterne
felicitatis. Et ipsis tribus evidenter
patet sublimitatis sue perfectionis quam
in hac vita ex dono gratie fuerant
assecute. Primo igitur verbum colore viridi
descripsit in earum mentibus librum
virtualis fecunditatis quod patet per hoc
quod mens earum stetit integraliter sublimata
in virtutum vigore et omnes potencie
anime sic erant habituate et mo-
rum conformate in amore virtutis quod
ad omnem actum virtuosum a deo prompte
et delectabiliter inclinabantur acsi talis
inclinatio ipsis fuisset naturaliter
complantata vel complanata.
Et quia cor et mens earum sic perfecte
bat in totius vigore virtutum. Ideo
hoc sine repugnantia ymmo cum magna
delectatione omnes actus virtutum ingredi
exercebat quod bene singulariter patuit in beata
Ursula earum virginum primitiva
que vexillum castitatis et virtuose
fecunditatis omnibus aliis virginibus an-
tulit. Ac quia tanta fama virtutis
respersa fuit ac [illegible] sue nobilitatis
quia filia regis Britannie erat
sui virtuose odorem quidam filius
regis potentissimi licet paganus
cum summo desiderio appe-
tebat et ei omnes divitias mundi
et omnem mundi gloriam in dotem
offerebat. Nuntios ad regem Britannie
pro Ursula ex tali legatione con-
tristatus esset quia timebat ex una
parte se tante potentie suis viri-
bus non posse resistere. Et ex alia
parte dolebat virginem Christo sponsa-
tam inhumanitatem barbarice sa-
tiare libidini. Et hec virgo secreta
adjutoribus se cum lacrimis dedit
orationi in qua post fatigationem

medii cum adolescentibus de toto or-
dine vite sue et glorioso triumpho mar-
tirii divinitus est edocta. Eius fide
ad patrem beata accessit et eius ma-
gisterio consolata fuit consentientibus
in matrimonium iuvenibus sub hac
condicione qui se baptizari promitteret
et per annos in fide christi instrui
deberet. Itaque ipsa cum aliis virgini-
bus nobilibus quarum quelibet sicut
et ipsa mille virgines secum habebat
vellent peregrinari pro christo et post
terminum si deo placeret suo matri-
monio se offerret. Sic igitur beata
ursula cum suis sodalibus ad por-
tum romanum applicuerunt quarum
fidem et devocionem Ciriacus papa
considerans se cum aliis sanctis
Episcopis virginum collegio coniunxit et
cum ipsis virginibus Colonia appli-
cantibus ibidem a paganis gloriosi
coronam martirii sunt adepti.
In quo evidenter apparet quam
familiariter iste virgines per verbum
eternum divinitus sunt edocte propter
laudem virtuosam in cordibus earum
divinitus inscriptam. Unde quidem
laudem virtuose fecunditatis quelibet
mens devota cordi suo pro eternam
eandem imitacionem debet imprime-
re. Unde ista triplicem fructum salu-
tarem sibi relinquit. Primus est quod
animam virtuosam et devotam
summe decet quod nunquam ad mo-
mentum in rebus exterioribus se de-
beat occupare. Cuius racio est duplex
prima quia tanta devocio et virtuosa
in nulla re exteriori tantam delec-
tacionem quam recipit in se ipsa. Ideo
scribit Augustinus [illegible] xv. Secunda vero
quasi [illegible] Secunda racio
est quia mens que semper
inhabitat et in suis intimis
deliciis gloriatur omnibus rebus exteri-
oribus dimittit et omnem suavitatem

exteriorem detestatur quia ipsam
quadam amaritudine reputat
respectu sue interioris iocunditatis.
Secunda est quia cor anxium et
devotum in nullo nisi divine potencie magni-
ficencie concupiscit quia tam anxiosa sit
quod suam sitim nulla potest extinguere
nec eius desiderium nichil aliud
potest saciare nisi potencia sola divina.
Tercia est quia decor virtuosus in mente
racionali deo placet. Ita tamen deside-
rabilem mansuetudinem quod verbum
incarnatum in tali corde devota vir-
tutum odoribus respersa desiderat
habitare. In cuius argumentum christus
zacheo dixit. Hodie in domo
tua oportet me manere quasi diceret
Tua devocio et odor tue virtutis
ad hoc me compellunt. Secundo dico
quod verbum eternum in earum mentibus
colore albo descripsit litteram
incommutabilis puritatis quod patet
per hoc quia omnes finaliter perseve-
rarunt in iure et decore virginali
castitatis cum thezauri omnibus aliis
virginibus primitiva fuit beata ursula
aliarum virginum quasi mater et domina
et ut illum thezaurum desiderabilem
virginalis castitatis possideat sincerius
dilige et diligencius. Secundum hoc quod ex
consideracione istius thezauri virgina-
lis puritatis nobis relinquit triplicem
fructum propter quem est summe affec-
tandus. Primus est quod ipse virgines
super omnes alias vestiuntur quia decore
speciali divine conformitatis tam ab ex-
teriori quam eciam ab interiori quod patet
quia hoc est apud illos qui puri-
tatem castitatis et ymaginem eter-
nitatis racionalis tenent in continua puritate
quod omnis eorum conversacio decoratur
quadam celica venustate propter quod
eorum conversacio ab exteriori vestitur
quadam conformitate divine assimilacionis
et mens eorum ab interiori vestitur
quodam decore virtuoso et affectu
similitudinis. Et istum fructum que-
libet anima contemplativa debet

appetit ferventissimo desiderio
cum tota plenitudine spiritualis
perfectionis apparet in hoc quod
nec devota nec perfecta conformi-
tas ymagini imitatione. Secundus
fructus est quod speciale virgines singulariter
cantant sertum roseum virginalis
puritatis quod patet per hoc quod pre-
mium commensuratur cuilibet actui
virtuoso secundum mensuram difficul-
tatis et laboris. Est autem nullus
actus est laboriosior et diffici-
lior quam quod homo vincat se ipsum
et mortificet suum appetitum in illa
delectatione ad quam homo naturaliter
inclinatur et persistat contra eius natu-
ralem inclinationem in quadam angelica
puritate. Ideo premium et aureola
virginalis puritatis dicitur sertum quoddam
roseum quod ipse virgines preciosis
in beatitudine celi decorant.
Et licet premium virginale sit aureum
considerata sua nobilitate et
dignitate propter quod etiam aureola
nuncupatur, sicut dicitur. Cum dicitur sertum
roseum propter eius incontaminabilem
puritatem, quia sicut rosa marce-
scit in eius decore et odore quando
manibus contractatur, ita virginalis
puritas debet esse semota ab
omni contactu tam corporali quam
etiam mentali ut nullis perversis
cogitationibus vel affectionibus
sordidis inficiatur sed pura et
inviolata debeat custodiri. Et
quia istum thezaurum preciosum
portamus in tam fragili vase et
ideo difficile est ipsum in puritate
omnimoda custodire, ideo dicit Jero-
nimus quod virginalis puritas est multo
nobilior in homine quam in angelis,
quia angelus habet eam ex natura sue con-
ditionis, homo autem ipsam assequitur
victoriis studio et labore. Tercius
fructus est quod sole virgines cantabunt
illud canticum singularis gaudii et
leticie quod nec angeli nec ceteri
sancti quicumque sectores in pura caritate

possunt qui virginalem puritatem cum-
sit. Hoc etiam gaudium ita appropriate
virginibus convenire consuevit quod nec pueri
per baptismum decedentes illud canticum
leticie perfecte cantare possunt. Cuius ra-
tio illud canticum est quod de singulari
gaudio quod solis illis virginibus debe-
tur que delectationibus sive carnis a-
more devicta victoria triumphaverunt
quod illis pueris non competit et ideo
illud canticum in sua plenitudine
cantare non possunt licet de sua inte-
gritate gaudeant et canticum aliquod
etiam dicitur in Apocalipsi. Secundum canticum
decantare illud etiam canticum virginale
est tante dulcedinis quod nulla lingwa
creata sufficit explicare. Propter quod
significanter de solis virginibus scribitur
quod sequuntur agnum quocumque ierit, quia
ipse sequuntur agnum non solum per viam conti-
nencie fecunditatis et laboriose penalitatis
sed etiam per viam incontaminabilis
puritatis quod nullus aliorum sanctorum
facere potest. Ecce dico quod in cunctis
in eorum mentibus calore celitus
conscripsit hanc fervidi desiderii
eterne felicitatis quod patet per hoc quod tantus
ardor caritatis fuerat ardentissimus
in corde istarum sanctarum virginum quod in-
cius consumpserat omnem inclinationem
voluntatis quam habere poterat ad que-
cumque delectabilia huius mundi. Dulcor
enim amoris divini sic mentes et
corda ipsarum impleverat quod quicquid
bonum divinum non erat hoc in eis
in quadam insipiditate et amaritu-
dine versum fuit. Ipsarum etiam corda
sic fuerunt accensa in amore di-
vino quod hoc sibi in magnam penam
reputabant quod per momentum carere
debuerant aspectu gloriose divine
cognitionis cuius unitatis intuitus
tante est dulcedinis quod mentem
perfecte saciat et quod pro illo merito
mille anni huius vite plene deliciis
contempni debent ut dicit Augustinus

Et sicut cervus quem mens devota cordi suo debet imprimere quia ex ea triplex fructus nobis relucet. Primus est quia ex profunda consideratione magnitudinis et nobilitatis boni divini multo vilescunt omnia bona terrena que nil aliud sunt nisi quedam umbra boni divini. Ideo propheta post quam divinam contemplationem fecit in spiritu consequenter dixit Aspexi terram et ecce erat vacua et plena nichili. Secundus est quia fervens desiderium bonorum celestium ita mortificat et arefacit radicem proprie voluntatis quod mens hominis ad nichil contra deum delectabiliter inclinat. Ideo sic dicit Cum propheta Bonum michi lex oris tui super milia auri et argenti. Tercius est quod fervido amore et desiderio bonorum celestium menti confertur liber accessus ad unionem divinam. Cuius ratio est quia tale desiderium sic consumit mentem in partibus eterne caritatis et suum contrarium ita figit in terreno quod mens accensa tali fervido desiderio liberum habet ingressum ad unionem divinam et crebrius recreatur dulcedine divine suavitatis. Quam nobis degustare concedat qui sine fine vivit et regnat etc.

Sequitur secundum principale et ultimum bonum

Visso quod iste virgines sancte per virum dum familiariter sunt instructe restat videre quo per ipsum sunt in eterna glorificatione recreate. Quod notatur Cum subditur Et deduxit eas ad fontem vite aquarum ad cuius maiorem evidenciam tria sunt per ordinem concludenda. Primum est Quis iste fons vite et cuius aquis mentes sanctas virginum tam dulciter recreantur. Secundum est que sunt iste aque vive ex quarum gustu mentes beate tam suaviter inebriantur. Tercium est qualiter iste aque vive apud deum devotas et beatas mentes confirmantur. Quantum ad primum est sciendum quod iste fons vite nichil aliud est quam divine bonitatis immensitas et sue dulcoris suavitatis que sue claritatis limpiditatis que tanta est quod omnem intellectum creatum suo splendore reverberat et abscondit. Unde quod dicit Apostolus Quod deus lucem inhabitat inaccessibilem quia illius lucis abyssum nunquam aliquis intellectus creatus attingere potuit. Sic eciam dulcedine omnem appetitum allicit et saciat ac perfecte quietat. Circa quod incidit duplex dubitatio. Prima est cum divina bonitas et eius eternitas immensitas sit tamen una et perfecta quare fons vite sit tamen unus et ipsa est essencia divina unica illud Domine apud te fons vite. Cur ergo Johannes in plurali exprimit Cum dicit Quod deduxit eas ad fontes vite aquarum. Secunda dubitatio est utrum ipsum gustum aque vive posset una persona sine alia derivatis et beatis mentibus confirmare. Ad primum dicendum Quod suavitas divine dulcedinis potest considerari dupliciter. Uno modo ex parte obiecti scilicet dulcedinem beatis mentibus influentis et sic est una suavitas et unus fons vite a quo emanat puta ipsa bonitas divina. Secundo ex parte obiecti vel subiecti recipientis Et quia mentes rationales dissimiliter illam suavitatem recipiunt prout ad eius receptionem per donum gracie et opera meritoria dissimiliter disponuntur Ideo eciam

hat inter influentia divine suavitatis et creatura ipse fons vite a quo illa suavitas vitalis emanat. Non quidem in seipsa sed solum propter variam dispositionem et capabilitatem mentium recipientium suavitatem diversimode recipientium et istam veritatem aperit nobis Salvator scriptus Iohannis xiiii° cum dicit In domo patris mei mansiones multe sunt per terram per unitatem domus intelligitur unitas obiecti beatifici per pluralitatem autem mansionum intelligitur diversa dispositio recipientium. Secundo sunt dicenda. Secundo propter inseparabilitatem personarum que unitive subsistunt in ipsa essentia divina sunt indivisa opera trinitatis in actibus earum essentialibus ad extra licet operationes earum personales ad intra sunt distincte propter distinctas personarum proprietates. Et quia beatificatio est actus essentialis et communis tribus ideo suavitate divine dulcedinis non potest una persona divina proximare mentibus donatis sine alia licet in modo proximandi sit distinctio ut tamen inferius apparebit. Tertio propter quod est sciendum quod iste aque vive nichil aliud sunt quam illapsus divine claritatis in actu visionis et divine bonitatis in actu fruitionis quibus divina veritas nude et immediate cognoscitur et divina suavitas quadam fruitione intima in patria vel in via respectu probatorie degustatur. Et istarum aquarum triplex invenitur proprietas ex quibus earum proprietas et excellentia declaratur. Sunt enim iste aque vive propter intuitivum amplexum summe maiestatis. Tertia sicut mors perpetua attenditur in separatione a deo ita vita perpetua consistit in amplexu et conversione ad deum. Sunt insolide propter durationis eternitatem. Sunt clare propter cognitionis limpiditatem sed sunt dulcissime propter fruitionis suavitatem de hiis tribus proprietatibus declaratur expresse Apocalypsis xxii ubi Iohannes talis in spiritu providens dicit Vidi fluvium aque vive vidi fluvium aque vive splendidum tamquam cristallum procedentem a sede dei et agni. Dicitur enim iste fluvius aque vive splendidus propter divine cognitionis claritatem dicitur solidus tamquam cristallus propter durationis eternitatem sed dicitur procedere a sede dei et agni propter fruitionis suavitatem licet differenter quoniam enim mens beata fruitur suavitate divina que intelligitur per sedem dei patris vel fruitur puritate humana que intelligitur per sedem agni. Et ad istas aquas assequendas quelibet anima devota debet sicienti desiderio aspirare propter tria que ipsas maxime reddunt amabiles et graciosas. Primo sunt faciles ad habendum quia solo amoris desiderio acquiruntur Apocalypsis xxi Sicienti id est sicienti desideranti dabo fonte aque gratis. Ideo scribitur Ecclesiastici xv° Apposui tibi id est felicitatem eterne glorie et ignem id est penam gehenne ad quodcumque volueris extende manum tuam quia per liberum arbitrium homo in puncto potest accipere graciam per quam consequitur gloriam vel perpetrare culpam per quam incurritur gehennam. Secundo proh dolor contingit duobus de malis Ieremie ii° Me dereliquerunt fontem aque vive et foderunt sibi

cisternas et canales sunt ad de-
lectationes tristitiarum que aquas
scilicet vite eterne quod tunc non potest. Secundo
quia sunt utiles ad optandum
satiant enim appetitum. Johannis iiii°
Qui biberit ex aqua quam ego da-
bo illi non sitiet in eternum. Et vere
mirum secundum Gregorium Gustato spiritu
dei desipit omnis caro. Tertio
quia sunt suaves ad degustandum
in psalmo Gustate et videte quoniam
suavis est dominus. Et hoc est quod sequitur
Valde admirabiles sunt auditu
pulchritudinis eius domine et faci-
es tua plena graciarum. Propter tertium
est sciendum quod licet tota tri-
nitas istas aquas vivas quemcumque
et indivise propinat singularis
mentibus beatorum propter unitatem
obiecti beatifici appetitum omnem spe-
cialiter satiantibus potest tamen
dici quod quodammodo speciali quelibet
persona subsistit in divina
essentia iste aque vive aqualis
persona divina specialiter propinat quod
sic est vide. Nam pater istas
vivas aquas et salutiferas
propinat potentissime filius sapien-
tissime sed spiritus sanctus dulcis-
sime. Primo pater. Nam pater
replet memoriam sue potentie
maiestate et hoc tribus modis
primo quia divina sua paternalitate
quam ita intime imprimit ipsi
memorie quod nulla alia res quam
de bono divino valeat cogitare.
Secundo replet memoriam eterna
securitate quia beati certi sunt
quod ab unione et tentione
divine potentie nunquam poterunt eternaliter
separari. Tertio replet memoriam
perfectissima societate quia ex-
perientia boni divini sic perfecte quietatur
desiderium beatorum quod in nullo
ad bonum extra deum possunt

delectari vel inclinari. Unde quidquid
quod appetunt hoc totum pater sic or-
dinat in honorem et in laudem
dei. Unde sic perfecto eorum
appetitus conformatur voluntati divine
quod contra eius nutum nullus beatus
appeteret pretium suum salvari si
~~eius tamen~~ damnatum
appeteret ne divino beneplacito con-
traret. Et de isto dono gratula-
tur [illegible]. Cum igitur tanta
dignitas eius in memoria mea
habitare et infra terminos anime
mee intra in animam meam et
recepta eam. Secundo potest
verum filius per eius sapientiam
replet ipsam intelligentiam sple-
dore tribus modis. Primo quia sibi
inde aperit speculum eternitatis
nam ipse filius est velut speculum
cuius prime maiestatis patrem
perfectissime representans. Secundo
quia sibi imprimit lumine omnimode
veritatis filius enim est candor
lucis eterne Sapientie vii. De qua
luce scribitur Johannis i. Erat lux
vera que et omnem dicit sanctus
in spiritualibus. Et quia lux est ita
de qua mittit omnem vim ad
menti rationali lucet. Tertio nam
ampla est illa veritas in qua
est anime verum. Et subdit re-
vela domine tempus michi nuda
sana illum actum mentis mee
intelligere omnes anime mee ut
totum intellectum meum transfunde
in te. Tertio quia sibi imprimit
speciem omnimode reputabilitatis
filius enim est similitudinem expres-
sa et imago patris ipsum patrem et
omnes creaturas perfectissime re-
presentans. Et ideo beati in verbo
eterno perfectissime cognoscunt
omnes creaturas et quicquid
pertinet ad eorum beatitudinem

Vnde dicit Crisostomus Quid est quod
non videat qui videntem omnia
videt Tercia pars tamen spiritus
sanctus per suam clemenciam
replet voluntatem animi dul-
cedinis suavitate et sapit sua-
vitate Et hec triplicitas degustatur
Primo quia per experienciam sen-
tiunt quanta suavitate utuntur
celestium in hac vita per quandam
pregustacionem reficit mentes con-
templativas sibi soli vacantes
in quibus per vnam guttam sue
dulcedinis extinguunt omnes
pene terrene cupiditatis et mor-
tificat in eis omnem affectum
ipse commoditatis ita ut tales
omnes sibi ipsis et omnibus
aliis creaturis funditus moriuntur
Quandam suavitatem in bene
sunt expertus Augustinus cum di-
introduxisti me quandoque in tam in-
ceptam Deus sus dulcedinem
Que si perficitur in me si qua
vita dulcior esse posset Secundo
quia actualiter degustant quanta
suavitate reficiat ymagines mentes
beatas que inpleta plenitu-
dine possident omnem the-
saurum divinitatis et omnia in
contemplantur in illa luce per-
manente veritatis et bibunt in-
deficientes aquas fluenti in ipso
fontali principio divine suavitatis
Que gustata omnes precipit
in ipsum Sapiencie Quam bonus
et suavis spiritus tuus in nobis
Domine De tali suavitate dicit
Augustinus Paulus non vidit Deus
extra te que preparasti diligentibus
te Concupisci potest sed verbis ex-
plicari non potest Tercio quia et-
ernaliter degustant quante potest dul-
cedinis in seipso qui est fons
et origo omnis suavitatis et omnem
appetitum trahit in abyssum dulce-
dinis ita quod extra ipsum nichil
eis sapidum vel amabile videtur
qua dulcedine quadam proba-
cione videtur degustasse Augustinus
Cum dixit Omnis copia que Deus
meus non est egestas michi est
et omnis dulcedo que Deus non
est amaritudo michi est Et in isto
gustu divine dulcedinis implentur
in eis illud Mathei xxv Intra
in gaudium domini tui vbi dicit Ber-
nardus intra in gaudium et non
dicit Dilata cor tuum et affectum
hoc est capias in te gaudium
quia tanta suavitas divine frui-
cionis quod aliquam ymaginem capere non
potest sed penitus totum affectum animi
absorbet Sicut gutta aque ab-
sorbetur a vino et claritas au-
rore absorbetur a sole et claritate
solis et ideo sponsa in Canticis
spiritualem gustum fruicionis divine
appellat amplexum quia illa sua-
vitas tanta est quod claudit ipse
et amplectitur totam capacitatem
mentis racionalis et ex ea per
quandam redundanciam diffunditur
in ipsum corpus cum gaudio vobis
predicat etc.

Sequitur Sermo de sancta Dorothea

Ite et vos in vineam me-
am Mathei xx nota ut in
precedentibus dicte euvange-
lis verum tanta est sublimitas
et excellencia dignitatis virginalis
puritatis et gloria in celo et in
terra ut ad eius laudem aliqualiter
exprimendam nulla vox vel nobili-
tatis creature digne valeat singu-
lariter comparari quod aliquis dicit

celum propter sublimitatis digni-
tatem aliquando sol propter nobilis
putationem aliquando stella propter
refulgentie claritatem aliquando
terra propter continuam fecunditatem ali-
quando thezaurus propter preciositatis cari-
tatem Et sic de ceteris ut patet
in sacra scriptura vel scripturis
sacris Unde non Christus ipsam virginem
virginalis sponsus appellat vineam
suam propter odoris continua dignitatis
et dulcoris suavitate ut patet in
verbis suis de sancta Dorothea
mistice dictis Eya ait dilecte et volo
in vineam meam ubi sunt [illegible]
quod vinea celestis est locus diviciarum
seu duorum electorum ortus florum con-
ceptus et fons dulcorum suavitatis
et gratus potus vinum [illegible]
Sed hec omnia reperiuntur in ista Doro-
thea Ergo merito dicitur a Christo de
ea quod sit vinea veram horum [illegible]
vinee proprietates reperiuntur convenien-
tius et quelibet plebs nobis concordat
proprietati vinee veram est ipsa domina
potentis dei dote sublimata ergo
locus duorum electorum capsula rubea
celi roe fecundata ergo ortus flo-
rum [illegible] Tumula virtutum cum
melle saturata Ergo dulcorum
sigillum gratia Et canticis Columpna
clemens vite scripta coronata
ergo per vinum [illegible] Cantica Hanc
inquit Salomon verus dei filius
Christus amavi hanc exquesivi
a iuventute mea et amator
factus sum forme illius Sapientie viii°
Primo Dorothea sancta fuit et
est domina potentis dei dote sublima-
ta scilicet sub se habuit carnem
bene tenuit ut dicitur
Genesis iiii° Sub te sit appetitus tuus
id est carnis et tu dominaberis ipsius
illius primum igitur virginale dominium
fuit homini datum super omne [illegible]

creaturam iuxta illud Genesis i° Cre-
scite et multiplicamini et replete
terram et dominamini piscibus maris
et volatilibus celi et universis [illegible]
ubi [illegible] De anime dei
dicit Sancta dei digna [illegible]
[illegible] spiritus destituebatur quia
superiorem dominum suo arbitrio
deformavit inferiorem famulum
id est corpus ad sui arbitrium non te-
nebat terram subdita carnem
[illegible] si a deo subdita perman-
sisset Et [illegible] obitum perdidit prima
[illegible] meruit hoc autem [illegible]
[illegible] et [illegible] dei dono vicit
Dorothea carne sibi [illegible]
mundum calcando tyrannum supe-
rando deo se vere et tota mente
et carne subiciendo eciam mor-
tem vincendo Non vere domina
potentis predicatur ut regina coronatur
et a Christo velud sponsa deco-
ratur In ait [illegible] solus quia
castitati virginali [illegible] fortitudo
coniuncta est iuxta illud [illegible]
Fortitudo et decor indumentum
eius et ridebit in die novissimo
vere ipsa meretur in celis hoc regale
dominium fortitudine et constantia
possedit in terris ita ut inquit
[illegible] super [illegible] Cantica [illegible]
[illegible] Sed cum nonnulli in sancta
ecclesia qui carne sua propter deum affli-
gunt vicia vincunt demones
et tyrannos sibi subiciunt omnes
motus suos et ordinate curant
et sapienter regunt [illegible] predicavit
hec quod isti faciunt mentes a fau-
cibus demonum gladio verbi dei
[illegible] abscindunt Quid ingit
[illegible] ante nisi regine [illegible]
ante deum [illegible] valde di-
ligunt amoris [illegible] et libe-
dinis [illegible] seu [illegible]
tione [illegible] suos id est filios fide-
les [illegible] [illegible] hec [illegible] quibus
[illegible] [illegible] Cantica ait [illegible]
[illegible] electum regale sacerdocium

genus sancta virginis acquisiuit sicut
ille ut dicitur. Sed hec omnia caste
mente fecit sancta dorothea. Secundo
recte dicta est regina vera ut
patet ex eius vita. Ipsa in dolium
feruentis olei missa et in mortario
torum carnibus exiuit illesa ut
iohannes euangelista. Cum ceteris penis fac
ciata apparuit clarissima sicut
pulchra ab angelis cibata
cum helia cum daniele. Continuit dolo
la cum cristo ipsum deuastat demo
nia penis martiris sustinuit
predicatione sua sorores suas ad
fidem reduxit. Sponsus ei et
apparuit sub pueri habitu ferens
fructus paradisi rosas et poma que
theophilo misit et per theophilum
conuertit cum omnia rogata per
misit multos filios dei reuoca
uit. Cum videmus persona ami
randa .i. acclamari. Constituit
regina a dextris tuis in vestitu
deaurato circumdata varietate
et ideo dicta est quasi lex duorum elementorum
i. primus et p. et ii. quamvis tamen
non tenet diuisum sed vnum est dum
Sexto sancta dorothea fuit rosula
rubens celi rore fecundata
de qua dicitur quasi plantatio rose in
iericho Ecclesiastici. Rosa siquidem me
diante rore concipit in rore nutritur
et in rore per annum conseruatur. Ros
ergo gratia diuine benedictionis sicut
in qua ipsam deus perducit ut per
gratiam qua venit multi sacramento
baptizati fonti regenerarentur
sine quo omnibus leuamen vincentibus
meritum est. Sic dorothea potest
dici donatum vel data a deo quia
theos grece deus dicitur quod latine
ut dicit damascenus rore celesti
gratie inuicta fuit sicut legitur de
ipsa quod neque ut amicos ratione
attingit impleta est spiritu sancto
virtutibus et omni parte disciplina

imbuta formosa valde super omnes
puellas regionis illius. Sed si que
ratur quis causauit tam spectabilem
in virgine pulchritudinem videtur posse
litterari ut dicit Gregorius super Cantica
Calor inflammans tenuem arbustum
a quo rem in ruborem conuertit in rosa
ergo ab celestibus descendit in rore
ut dicit Ambrosius in libro de fonte vite
Est quasi radius celestis et ignis amoris
sunt descendunt in dorothea in ea
causauit mire pulchritudinis rubore
Candor animi vincens et rubor verecundie
conuenians prope pulchrificat. Cui dicit
sponsus pulchre sunt gene tue
sicut turturis Cant. i. Sed licet fuit pulchra
facie pulchrior tamen fuit fide quam
causabat in ea sanctitas vite perfecte
que nihil aliud est nisi quedam perfecta
resultans a gratia pulchrificans anime
pulchrificabile et maxime magnitudinis
laudis diuine in qua non erubuit
fidem cristi publice predicare et predican
do operibus confirmare et martirio car
nis sue consolidare. Unde dicit de ipsa
in spiritu prophetica confessio et pulchritudo
in conspectu eius .i. pulchritudo sanctitatis
confessio laudis digne et exponens addit
Sanctitas et magnificentia in sanctificatione
eius de hac pulchritudine ipsam commen
dans sponsus ait Ecce tu pulchra es amica
mea ecce tu pulchra oculi tui colum
barum Cant. i. Septimo orto ergo dicta est
vinea mea et ortus florum con
septus de quo dicit sponsus ortus con
clusus est fons signatus ortus conclusus
soror mea sponsa etc. Cant. iiii.
Tercio dorothea dicta est tumula ve
neris vini melle saturata de qua
dicitur mel et lac sub lingua eius Cant. iiii.
Tumula superba est puella virgo pulchra
que rore compluta mellis dulcedine
repletur. Illa vero est dorothea beata
que puella fuit per humilitatem virgo
per virtutis prosperitatem pulchra per castitatem
rore compluta per gratie suauitatem

Melle repleta per divinam dulcedinem
et ipsa namque fuit illa celestis
apis corpus virgineum mellificatum
et mollitum mitmontum (?) Mel
namque vinale quod est melius dul-
cius et nobilius Sic dorothea
a iuventute sua quasi in vere
floridus deo vitam suam obtulit
quod melius dulcius nobilius fuit quam
in autumpno senectutis Secunda
bonum est viro cum portaverit
iugum ab adolescentia sua Treno-
rum iii. Item fuit cristus in ea
lucide veritatis vinum sapa-
tum (?) quia de vinea colligitur
vinum ipsa autem est vinea de qua
dicitur Si vinea vinea floruit Canticorum
ii. Item fuit cristus in ea fomes contra
lacteum candorem per que divini
castitatis vinea repulit Nam
ut dicit Isidorus in hystoriis naturalibus
rerum lac serpentibus in corporibus
hominum vescentibus odore suo ena-
cat et contrahit Sic puritas contra
dyabolum repellit omni nobis horis
consulit petrus apostolus .i. Quasi
modo geniti infantes rationabi-
les sine dolo lac concupiscite Item
quarto fuit cristus in ea nobilis
fame balsamiticum odorem
ipsa namque dicit Quasi balsamum
non mixtum odor meus Ecclesiastici xxiiii
Balsamum enim manat ad ca-
lorem ungit ad sanationem et
munit contra corruptionem Sic nobi-
lis fama beate dorothee dedit
nobis fructum conversionis per talem
tam ornamentum religionis
per unctionem et presidium defensionis
per intercessionem ut eius figurata per
hester de qua dicitur Tu gloria ierusalem tu
leticia israel tu honorificentia
populi mei Quinto non in morte dicta
est fons dulcedinis de quo dicitur
Ortus conclusus fons signatus
Canticorum iiii Quarto (?) et alapud (?)

et turris clemens vite serta
coronata quia vita eius coro-
nam meruit aureae digni[illegible]
de qua dicitur Corona aurea super
caput eius expressa signo sancti-
tatis glorie honoris et opus fortitu-
dinis ipsa namque habet vinum qua-
druplicem [illegible] sui nobis ex-
pressionem in quo vinum doloris mi-
tigativum de raboris confortativum
quod ros de celo compulsiam (?)
quia ihesu amoris incessiva (?)
[illegible] dicitur dorothea inf-
morum consolatrix pugnancium auxiliatrix
lugencium adiutrix et omnium
diligencium amatrix studencium
magistra sacerdotum specula religio-
sorum sponsa prelatorum soror et
amica omnium fidelium cristianorum
invocantium mater et alumpna
Gracia ipsa domini sabaoth vinea
in qua est potus vini universorum
[illegible] et acceptus ideo ad eius
imitationem velud ad dominam
potentissimam ad eius dilectionem
ad vasculam pulcherimam ad eius
spiritualem degustationem ut ad tinctam (?)
dulcissimam et ad eius refectionem
quasi ad alumpnam largissimam invitat
et quasi compellit nos xpistus dominus
sponsus .d. Ite et vos in vineam
meam [illegible] ut deum et misericordiam
mereamur eius meritis et precibus in-
tercedentibus ad ipsum xpistum filium virginis
marie Amen

Explicit Jacobinus de sanc-
tis secunda pars yemalis
per manus Anno domini
Millesimo quadringen-
tesimo quadragesimo
secundo Et xpistus sit deus
benedictus in secula
seculorum Amen

Universis et singulis dominis Abbatibus Prioribus Preposit[is] Decanis Archidiaconis
Vicepleba[n]is presbiteris Capellanis curatis et non curatis quibuscumque p[er] civitat[em] et dioc[esim]
dioc[esis] Judex et Commissarius causare et cause ac p[ar]tibus infrascript[is] ...
dominum Martinum domina ... subscript[a] ... in ... Curia ... bullis plumbeis ...
per Venerab[ilem] virum d[omi]n[u]m Gothardum Wenceslai de Cimba Canonicum ecclesie Sancti
est talis Martinus ... servus servorum dei dilecto filio decano et ...
apud nos dilectus filius Gothardus Wenceslai de Cimba Canonicus ecclesie Sancti
dicte dioc[esis] que de iurepatronatus laicorum existit certo vacaverit et vacet ad presens quod
legittime nullaque super hoc Canonica dispensatione obtenta ad sacerdotium promoveri ...
vel duos aut unius ... vacantibus Jacobo predicto et aliis qui fuerint evocandi ...
aut cuiuslibet cuiuscumque persone seu Constitutionem felicis recordationis Johannis ...
dispositionem apostolice specialiter reservata existat et super ea inter aliquos lis ... statu ...
et pertinentiis suis eidem Gothardo auctoritate nostra conferre et assignare ...
modo quolibet illicito detentore ac faciendo sibi de ipsius fructibus ecclesie ...
... et aliis Constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque Aut si aliquibus super provisionibus ...
quomodolibet sit processum quibus omnibus prefato Gothardum in assecutione dicte ...
dicta sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem aliquorum minime teneantur ...
spectantibus nulla valeat providere per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ...
huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiuscumque tota ...
redditus et proventus octo marcharum argenti secundum communem estimationem predicta ...
ecclesiarum ... si ad illam illum vel illud consuevisset quibus per electionem assumi ...
aliarum litterarum vigore ecclesiam de Millonalbo predicta aut illa per eum ...
ipsa in Metropolitana vel alia Cathedrali maior post pontificalem aut in ...
valeret ita quod interim alterum ... pallio ... ecclesiasticos cum illorum ...
... offices ... quod premissis assecutus fuerit et quod extunc ...
fuerit assecutus eandem Ecclesiam de Millonalbo si illam antequam ...
contigerit attemptari Dat[um] Rome apud Sanctosapostolos V ... Januarii ...
... sibi citationem ... et ad usus ... vicarium Jacobum de ...
Johannes decanus Judex et Commissarius prefatus attendentes requisitionem huiusmodi
... vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet insolidum ...
vestrum quemlibet trina et Canonica monitione premissa firmiter in ...
citationem ... seu alter vestrum facta immediate sequentem et postquam pro ...
dierum duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos ... canonice ...
... citationis sue si ad quod tutus pateat accessus et in parrochiali ...
... ad divina audiendum vel aliis fuerit congregata et postquam ...
quatuor vicesima die post huiusmodi citationem per vos vel alterum vestrum ... facta ...
vel subdelegandis ... Warsthome in domo habitationis ...
informationem cum omnibus et singulis actis ... litteris ...
... et super omnibus et singulis in dictis litteris apostolicis contentis ...
legittime fuisse dispensatum aut se promovendo legittime fuisse impeditum ...
... et ... est processuros et procedi visuros aliasque dicturos facturos audituros
se a ... assecutionis possessionis ... dicte ... in Millonalbo ad sacerdotium ...
et singula et aliis ... de iure poterimus ... ad collationem et ...
... citationis ... fama et ... in premissis ... faciendum
Absolucionem ... et ... qui ...